

DECRETVM
GRATIANI,

EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM,

Incipiens à Causa XVI. vsque ad finem. Vna cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

ET NVNC RECENS CVM ADDITIONIBVS

Præclarissimi Iurisconsulti Domini Augustini Carauitæ Patritij Ebolitani, & in sacro Regio Cons. Neapolit. Consiliarij.







VENETIIS, Apud Iuntas. M D C.

TYPOGRAPHVS
Ad Lectorem.

NE mireris (candide Lector) ſi hoc Decretorum Volumen, hactenus nondum diuiſum, modò in duo comperias diuiſum Volumina, quoniam nulla alia ratione factum, certò ſcias, niſi ob meliorem, ac commodiorem compaginationem, immo etiam & durabiliorem, omnibus ſuo loco, & ordine manentibus; adeò quòd nihil mutatum, neque alteratum reperies. Suſcipe igitur libenter, & pro more attende. Vale.

CAVSA XVI.



Qvidam abbas habebat parochialē ecclesiā: instituit ibi monachū, vt officium celebraret populo: possedit eā per quadraginta annos sine aliqua interpellatione: tandem querela aduersus abbatem mouetur à clericis baptismalis ecclesiæ, in cuius diœcesi parochiana ecclesia illa consistebat.

1 *Hic primum quæritur, vtrum monachis liceat populis officia celebrare, pœnitentiam dare, & baptizare.*

2 *Secundo, si contigerit eos capellam habere episcopali beneficio, an ab eis sint instituendæ, an ab episcopis.*

3 *Tertio, an iura ecclesiarum præscriptione tollantur.*

4 *Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam præscribat, an ēt monasterium aduersus ecclesiam præscribere possit.*

5 *Quinto, si capellam in suo territorio ædificatā, iure territorii sibi vendicare valeat.*

6 *Sexto, si archipresbyter, vel episcopus sua auctoritate, non iudiciaria sentētia capellam illam irrepserit, an cadat à causa: vt ecclesia, cui præsidet, non vltra habeat ius reposcendi qđ suus pastor illicite vsurpauit.*

7 *Septimo, quæritur, si laici capellam illam tenebant (vt quibusdam moris est) & in manibus abbatis eam refutauerint, & ordinandam tradiderint, an consensu episcopi, & clericorum abbas possit eam tenere.*

QVÆSTIO I.



Qvòd monachi [a] officia populis celebrare non possint, multis auctoritatibus probatur: quarum prima est illa sanctæ Nicænę synodi, qua dicitur.

¶ Caput hoc neque in prima Nicęna synodo, neque in secunda hodie habetur. Est aliquid simile in canonibus Nicęnis versis ex Arabico, can. 76.

Qvidam abbas.] CASVS. Magister hactenus de statu ecclesiarum egit, & sæcularium clericorum. Sed quia religione monachorum multum decoratur status ecclesiarum: ideo in sex sequentibus causis tractat de statu monasteriorum & monachorũ. In hac ergo prima causa agit de officio monachorum, ostendens an valeant officia celebrare: & eorum capellæ debeant per eos institui. Annectit etiam generaliter de præscriptione tam ecclesiarum, quàm monasteriorum; & quòd nullus auctoritate sua rē, quā ad se credit pertinere, valeat vsurpare. Addit etiam ꝙ laici nullam habent in ecclesijs ptātem. Et vt hoc & alia multa melius faciat, præmittit thema, de quo septem elicit quæstiones.

Casus thematis planus est.

Qvòd monachi.] Hæc q. diuiditur in 7. partes: in quarũ prima ꝓbat: ꝙ monachi, debēt esse in monasterio, & flere sua & aliorum peccata. Secunda ibi, [Quod vero.] Tertia ibi, [His autem omnib.] Quarta ibi, [De his vero.] Quinta ibi, [Quod autem.] Sexta ibi, [Ius ergo.] Septima ibi, [Quā vero.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima qõ, qua quæritur, vtrũ liceat monachis officia celebrare populis? Et rñdetur ꝙ in monasterijs suis possunt celebrare, vt infra 18. q. 2. & inf. ead. placuit. & in capellis monasterij pleno iure possessis, vt inf. ea. q. 2. visis. similiter si committitur eis regimen parochialium ecclesiarum, vt inf. c. in parochia de lcīa tñ abbatis. vt sup. 58. d. c. j. & 2. olim tñ nō eligebantur in sæcularibus ecclesijs nisi pp necessitatem, vt 55. di. priscis. Sed hodie vtilitate tm̃ inspecta eligunẽ, vt inf. e. cũ pro vtilitate. & si eliguntur soli, morari non dēnt, vt in cōcilio Later. de statu monachorum. monachi. Et credo ꝙ iure cōi possunt eligi, si socios secũ hēant monachos. Et procedit hoc ordine Grat. Prio ꝓbat, ꝙ monachis nō licet pplo officia celebrarẽ, vsq. ad §. [His ita.] Postea allegat ꝓ cōtraria ptē rñdendo allegatis. B.

a ¶ Qđ monachi.] de hac materia canones varie loquũtur. Dicas ergo qđ si regimen populi cōmittitur monacho ab episcopo cum abbatis licentia: tunc potest celebrare officium. 58. di. c. 1. sup. ea. Doctores. & c. moderamine. & ex auctoritate. Sed an ipso iure possit committi, vel tm̃ ex dispẽsatione: de hoc dubitaẽ. Dñt quidā, ꝙ hodie iure communi, sed olim ex dispensatione tantum. 55. distin. priscis. Alij dicunt quòd nec hodie nisi ex dispensatione, extra de capel. mo. in ecclesijs. & extra de sta. mon. c. 2. Satis potest admitti, ꝙ secundum antiqua iura monachi non poterant præesse parochialib. ecclesijs nisi ex necessitate, vt 55. dist in ∂. priscis. hodie vero possunt vtilitate etiam suadente: quia magis probati sunt quàm sæculares: & sic magis sunt vtiles, vt inf. e. cum pro vtilitate. & 47. d. quantumlibet. & hoc si absit consensus epi & abbatis: sed si monasteriũ hēt ecclesiā aliquā pleno iure, sufficit consensus abbatis 1, vt inf. ea. q. 2. visis. De regularibus canonicis non est dubiũ qn licite possint præfici ecclesijs: sed in hoc est differentia, ꝙ monachus secũ debet habere socios sui ordinis: sed regula-

Monachus vtrum possit præfici ecclesię parochialis.

1 Dic ēt solius sine suo conuentu, vt ext. lib. 6. de ele. si religiosus. in fin. de hoc ēt satis dix. 17. q6. 1. eps de loco. Arch.

gularis non tenetur, nisi cōmode possit, vt extra de sta. mo. ꝙ Dei timorem. Io. & ita de iure communi pōt pręfici monachus ecclesiæ parochial. nisi potest habere secū socium sui ordinis, vt ext. de stat. mo. c. 2. B.

Placuit omnibus.] CASVS. Tria in hoc c. statuunt. Primū est, vt monachus debeat esse singularis. Secundū, vt pœnitentiam nulli tribuat nisi fratri. Tertium, vt mortuū non sepeliat, nisi monachum in monasterio suo secum morantem: vel si aliquē aduenientem Christianum ibidem mori contigerit.

a ¶ Placuit.] Hoc c. loquitur de monasterijs non habentibus populum.

b ¶ Singulariter.] i. non sæculariter viuere. nam singulariter. idest, solitarie viuere debent. inf. ea. si clericatus in fi.

c ¶ Sepeliat.] Dicūt quidam ꝙ nullus sacerdos siue monachus, siue alter potest, iniungere pœnitentias, nisi ab episcopo sit commissa ei cura animarum, vt inf. ea. peruenit, & c. cūctis. nisi in casu necessitatis: vbi et laicus potest pniam dare. inf. de consecr. d. 4. sanctum. de pœ. dist. 1. quem pęnitet. vnde qui ab eis recipiunt pœnitentiam: nec quātum ad Deū, nec quantum ad ecclesiam sunt absoluti. Alij dicunt ꝙ quilibet sacerdos potest hoc facere 1, nam eo ipso ꝙ aliquis submittit se suæ iurisdictioni, habet potestatem ipsum absoluendi & ligandi, cū sit sacerdos, inf. e. § hoc idē. tñ certū est ꝙ nullū suū sacerdotē pōt dimittere sine causa, infr. de pœn. d. 6. placuit. Hodie expeditum est, & nulla est talis absolutio, quam consequitur ab alio sacerdote, vt extra de pœn. & rem. omnis. Sed quid si parochianus alicuius deliquit in alterius epatu vel territorio? Vī ꝙ confitebitur sacerdoti parochiæ illius in cuius territorio deliqt: quia rōne criminis factus est de foro suo. Item alia rōne, quia per confessionem pœna æterna commutatur in pœnam temporalem: sed pœnam temporalem nunquā extraneus iudex potest remittere 2. Dic ꝙ proprius sacerdos est iudex illius criminis quoad vnam pœnam: & ille vbi deliquit, quo ad aliam pœnam.

d ¶ Nisi monachum.] Arg. quòd est licitum aliquid in hominem suæ professionis, quod non est licitum in aliū. q. 7. si hæreticus. & 28. q. 1. caue.

Pniam dare pōt laicus in necessitate.

1 Si de hac materia vis hre notitiā: vide quod no. Host. in summa de pœ. & remis. §. cui confitendū sit. & Goff. i sum. eo. tit. §. faciēda est. Delinquens in alterius territorio ñ tenetur ibi crimen confiteri.

2 Hoc ideo quia nō pōt cōdemnare nec absoluere. ſi. de re. iu. nemo. ex. de pœ. & remis. qđ aūt. sm Io. & Fā.

Nemo pōt ecclesiasticis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nemo potest ecclesiasticis obsequijs deseruire, & districtionē monasticā seruare: q. d. districtionē monasterij tenere nō pōt, qui in ecclesiastico ministerio quotidie cogitur permanere. Licet Gratia. hoc c. inducit ad suum propositum: non tñ intelligitur de monachis: sed de clericis sæcularibus, qui volebant præesse monasterijs: sed nec habitum recipere: nec priores ecclesias volebant relinquere, vt dicit c. cuius pars est illud 18. q. 2. peruenit. in secundo peruenit.

e ¶ Nemo.] Dist. 89. singula. Hoc c. est pars illius 18. q. 2. peruenit 2. Et non loquitur de monachis, sed de sæcularibus clericis, qui volebant monasterijs præesse: & dicit quòd nō posset fieri. Si vis hoc c. de monachis intelligere, tunc dicas ꝙ cum monachus præficitur ecclesiæ, non tenetur seruare districtam regulam vt prius, scilicet in ieiunijs, & orationibus, & vigilijs.

De monachis.] CASVS. Statuit Innocentius in hoc c. vt quamuis monachi ad sæculares ecclesias eligantur, à monachali tamen proposito non discedant.

f ¶ Discedere.] Quantum ad ea, quæ sunt de substantia monachatus, vt de habitu seruando, & continentia, & de non habendo propria. in his n. non absoluitur, licet transeat ad ecclesiam sæcularem: sed in ieiunio, silentio, & vigilijs absoluitur, vt sup. c. prox. Distinguitur tamen: quia si monachus transit ad episcopatum, ex toto absoluitur à iurisdictione abbatis, vt 18. q. 1. cap. vnico. Si vero transfertur ad ecclesiam sæcularem, quę non est subiecta abbati suo, vel in spiritualibus vel temporalibus

¶ Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta. C. I.

Placuit [a] omnibus residentibus in sancta Nicęna synodo, vt monachorum conuersatio, & vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim græce, latine singularis dicitur. Vnde monachū per omnia singulariter [b] agere oportet. Quamobrem firmiter, & insolubiliter omnes præcipimus, vt aliquis monachus pœnitentiam nemini tribuat, nisi sibi inuicem, vt iustum est mortuum non sepeliat [c], nisi monachum [d] in monasterio secum commorantem, vel si fortuito quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit. Ansl. 6. c. 66. & l. 6. c. 114. Poly. l. 4. tit. 34.

Item Gregorius Ioanni Rauennati episcopo, lib. epist. 1.

¶ Monasterij districtionem, & ecclesiasticum ministerium quilibet simul tenere non potest. C. II.

Nemo potest & ecclesiasticis obsequijs † deseruire, & in monastica regula ordinate persistere: vt ipse monasterij districtionem teneat, qui quotidie in ministerio † ecclesiastico cogitur permanere. Iuo p. 3. c. 18. † al. officiis. † vl. obsequio

Item Innocentius ad Vistricium, epist. 2. c. 10.

¶ Monachi, qui ad clericatum promouentur, à priori proposito discedere non debent. C. III.

De monachis, qui diu morantes in monasterijs, si postea ad clericatus ordinem peruenerint; statuimus non debere eos à priore proposito discedere † [f]. Poly. ibidem. Ansl. l. 5. c. 67. † al. deuiare.

Si ergo (sicut Innocentius definit) à suo proposito eis discedere non licet, & sicut Gregorius testatur, in monastica regula deuote persistere, & ecclesiasticis obsequijs simul seruire non possunt; patet, quòd parochianis ecclesiis monachi præfici non possunt.

Item Hieronymus ad Riparium presbyterum aduersus Vigilantium.

ralibus, ex toto eximitur à iurisdictione abbatis, vt inf. ea in parochia. Si vero ecclesia subest abbati suo quo ad temporalia, respondebit abbati suo sed quo ad spiritualia eximitur ab obedientia abbatis, vt inf. q. 2. visis, & c. sane & ext. de capel. mona. in ecclesijs. Si vero ecclesia illa

q. 1. podenda. in auth. de defen. ciuit. coll. 3. in principio. e ¶ Solorum.] Id est, solitariorum: ne fit contra inf. ea. si clericatus. Et est argu. quod monasteria non sunt construenda in vrbibus, vt inf. de consec. dist. 5. numquam.

f ¶ Simplicitatem.] Duplex est simplicitas, quædam contraria dolositati & illa est bona: quædam contraria discretioni, & hæc est mala 39. d. c. Petrus. & 36. distin. in principio.

ADDITIO. Et repellit à promotione, vt 20. dist. Petrus. vbi de hoc. Arch.

g ¶ Non multum.] Tamen quandoque minus est falli quam fallere, vt 22. quæst. 2. in ipsis rum. est ergo vitium falli, id est, facilem esse ad fallendum intelligunt tamen quidam hoc de deceptione fidei. in contractibus autem decipi non est peccatum. 22. q. 4. innocens.

h ¶ Quæ indifferenter.] Scriptum est enim. Omni petenti te, tribue: etiam excommunicato 11. q. c. quoniam multos. 1. q. 2. quàm pio. 23. q. 4. ita plane, & capit. duo ista. 14. q. 2. non æstimem[a]. Sed contra, Deus der eleemosynas in manu tua donec inuenias iustum, &c. & arg. 86 distin. non satis inf. ead. c. vlt. & ar. 5. q. 5. non omnis. De hoc notaui sup. 42. dist. quiescamus.

i ¶ Institorem.] Id est, negotiatorem.

Simplicitas est duplex.

Falli vitium est.

¶ Monachus non habet officium docentis, sed plangentis. C. IIII.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 128. Iuo p. 7. c. 128. Pann. l. 3. c. 176.

† al. doctoris

MOnachus[a] non docentis †, sed plangentis habet officium[b]: qui vel se, vel mundum lugeat[c], & Domini pauidus præstoletur aduentum.

Idem ad Paulinum de institutione monachi, epist. 13.

¶ In populari frequentia monachi esse non debent.

C. V.

Iuo par. 7. c. 2. Pann. l. 3. c. 175.

SI cupis esse, quod diceris[d], monachus, idest solus; quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum[e] habitacula, sed multorum? *& infra.* ¶ Habeto simplicitatem[f] columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum[g] distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi. Christianum †, quem senseris tibi aut semper, aut crebro de nummis loquentem (excepta eleemosyna, quæ indifferenter[h] omnibus patet) institorem[i] potius habeto, quàm monachum. Præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates nihil cuiquam tribuas: ne filiorum[k] panem canes[l] comedant.

† al. decipi Christianum Quem] orig.

Item ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ, epist. 1.

¶ Monachus pascitur, clerici pascunt. C. VI.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 133.

ALia causa est monachorum, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor[m]: illi de altario viuunt, mihi quasi infructuosæ arbori securius[n] ponitur ad radicem, si munus[o] ad altare non defero. *& infra.* ¶ Mihi ante presbyterum sedere non licet. Illi, si peccauero[p], licet

sia illa ex toto est subiecta abbati quoad omnia, tunc remanet obediens abbati nisi in ieiunijs, & in alijs, vt dixi. vnde non debet regere ecclesiam illam secundum officium monachale. nam ad quamcunque ecclesiam veneris, illius consuetudinem seruabis. 12. dist. illa. 41. dist. quisquis. Sed nunquid in commestione carnium eximitur à regula monachali? non videtur: quia canon tantum infirmitatis causam excipit in monachis, vt inf. de conse. dist. 5. carnem. tamen potest satis dici quod sic: ne alijs fit scandalum vt 41. dist. quisquis.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis duobus cap. prox. quod monachi parochialibus ecclesijs præfici non possunt: quod ipse allegando dicit. Sequens cap. patet.

a MOnachus.] Sup. 7. q. 1. præcepit & cap. hoc nequaquam

b ¶ Habet officium.] Non habens curam animarum.

c ¶ Lugeat.] Se vel mundum, id est, peccata sua, vel aliorum qui in mundo sunt lugeat 1.

1 Vt inf. de pæ. distin. 1. quis sanctus.

SI cupis.] CASVS. Ben. sic ponit hunc casum. Hieron. de quattuor reprehendit Paulinum. Primo, quia libenter morabatur in vrbibus. Secūdo, quia propter simplicitatem suam aliorum supplantabatur insidijs. Tertio, quia loquentē de pecunia libenter audiebat. Quarto, quia istius hatoribus malis monasterij bona donabat.

d ¶ Diceris.] Arg. à nominis interpretatione. nomina enim debent esse consona reb. inst. de don. §. est & aliud. & ff. de tut. l. 1. 28. dist. clericos. & 12. q. 1. clericus. 2.

K ¶ Ne filiorum.] Id est, pauperum. (res 2.

l ¶ Canes.] Id est, histriones & meretrices, & leccatores 2.

2 Ad hoc arg. 43. dist. in prin. ver. vnde.

ALia.] CASVS. Heliodorus episcopus quæsiuit à Hieronymo, quis sit maior, clericalis ordo, an monachalis. Et respondet quod clericalis: & hoc probat quatuor rationibus. Prima est, quia monachi à clericis sacramenta suscipiunt. Secunda est, quia monachi mortui sunt mundo, clerici vero de altari viuunt. Tertia est, quia monacho ante presbyterum sedere non licet, nisi munus deferat ad altare. Quarta est, quia monachi à clericis excōmunicantur. Vbi autem rationes incipiant, facile est videre & potes sic ponere casum, vt dixi: & hoc probat quatuor rationibus: & non procedes amplius.

m ¶ Ego pascor.] A sacramentis ipsorum.

n ¶ Securis.] Quia succisus est mundo. in. ea. placuit.

o ¶ Si munus.] Sed vnde faciet monachus eleemosynam, vel oblationem, qui nihil habet proprium: nec est præter necessaria licet aliquid recipere. argu. hic. & corpori suo non debet subtrahere necessaria. de cons. dist. 5. non mediocriter. Quidam dicunt quod nomine monasterij offeret. arg. 54. dist. frustra. & hoc si habet administrationem. Vel aliter, munus, id est, decimam.

Monachus an possit eleemosynā facere.

p ¶ Si peccauero.] ergo sæcularis prælatus potest excommunicare monachum. & est arg. quod si monasterium aliquod est intra terminos alicuius archidiaconatus, quod archidiaconus habet iurisdictionem in ipsum monasterium. ad idem facit infr. c. prox. & 93. dist. à subdiacono.

Monasteriū potest esse sub iurisdictione archidiaconi.

& extra de offic. archidiacon. c. vlt. ecclesia enim quæ est intra territorium alicuius, sub illius est iurisdictione, vt in 16. q. 7. omnes. ar. contra 18. q. 2. peruenit 2. & d. dudum & extra de capel mo. dilectus.

d ¶ Neq; filium.] Non est licitum sibi facere commatres, vt 18. q. 2. peruenit.
e ¶ Negocijs.] Nisi iubeatur, infra ea. qui verè.
f ¶ Mortuus.] Hic vides quod ingressus religionis æquiparatur morti naturali. vnde quod iuris est circa dotē, vel

Religionis ingressus morti æquiparatur.

me tradere satanæ in interitum carnis: vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. 1. Cor. 12.

Idem ad Rusticum.

¶ Non licet aliquid monachis agere sine presbyterorum consilio. C. VII.

Habet in cōm. ad c. 3. Esaiæ.

Ecclesia habet senatum cœtum presbyterorum [a]: sine quorum cōsiliō nihil monachis agere licet. Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros suos. Senatum [b] quoque Romani habebāt, cuius consilio cuncta agebant: & nos habemus senatum nostrum, cœtum presbyterorum.

Deusdedit p. 5. 3. Reg. 14.

¶ *Apud B. Hieronymum in commentariis ad c. 3. Esaiæ, vnde hoc caput videtur acceptum, hæc leguntur.* Roboam filius Salomonis ideo perdidit regnum, quia noluit audire presbyteros. *& paulo inferius.* Senatus quoq; consulta dicuntur; & principes quondam Romani consules appellati sunt, vel à consulendo ciuibus, uel ab agendo cuncta consilio. Et nos habemus in ecclesia senatum nostrum, cœtum presbyterorum.

Idem Eugenius Papa.

¶ Secundum etymologiam nominis solitariam vitam ducat monachus. C. VIII.

Ansel. 5. c. 75. & l. 6. c. 213.

ij Placuit [c] communi nostro concilio, vt nullus monachorum pro lucro terreno de monasterio exire nefandissimo ausu præsumat, neque pœnitentiam dare, neq; filium [d] de baptismo accipere, neque baptizare, neque infirmum visitare, neq; mortuum sepelire, neq; ad ecclesiam sæcularem transire, neque alijs qualibuscunq; negocijs [e] sese implicare; sit claustro suo contentus: quia sicut piscis sine aqua caret vita; ita sine monasterio monachus. Sedeat itaq; solitarius, & taceat: quia mūdo mortuus [f] est, Deo autem viuit†. ¶ Agnoscat nomen suum. Monos enim Græcè, Latinè est vnus; achos Græcè, Latinè tristis sonat. Inde dicitur monachus, id est, vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet.

† al. viuens

¶ *Anselmus etiam citat ex decretis Eugenii, & ex eodem habetur in vetusto Decretorum libro.*

Item Paschalis II. Victori Bononiensi episcopo.

¶ Absque episcoporum consensu episcopalia iura monachi non vsurpent. C. IX.

Peruenit ad nos (vnde valde miramur) quòd quidam

Ansel. 5. c. vlt.

Ecclesia.] CASVS. Rusticus monachus erat nolebat tamen acquiescere consilio presbyterorū. de hoc Hieronymum reprehendit: quia ecclesia habet senatum cœtum presbyterorum, sicut Romani olim habebant senatum, sine quibus monachis nihil agere liceret: vnde dic eum puniendum, & hoc probat exemplo Roboā filij Salomonis: qui perdidit regnū, quia noluit audire pbyteros suos.

a ¶ Presbyterorum.] Si intelligas de illis personis, quæ sūt prelati monachorum, planum est.

a Quia monachi sine eis nihil agūt, vt inf. c. monachi.

b ¶ Senatum.] Et sic capitulum dicitur senatus. & senatus restituit hominem sine, vt ff. de postulan. l. 1. §. de qua. ergo & capitulum. nam & capitulum quandoq; dispensat, vt ex. t. de simon. ex insinuatione. & argu. extra de præbendis. cum non ignores. Item in hoc comparatur capitulum senatui. nam sicut a sententia senatus non appellatur, vt ff. à qui appel. non licet. l. 1. ita nec à capitulo, vt extra de his, quæ fi. à maio. par. capitu. cum in cunctis. Vnde dico quod capitulum, eligendo indignum dispensat cum ipso: nisi sit talis dispensatio, quæ prohibita sit ei: quēadmodum dico in episcopo.

Capitulū eligendo indignū quādoq; dispensat.

Placuit.] CASVS. Hoc capitulū diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Eugenius, quòd monachus propter lucrū temporale claustrum non egrediatur. In secunda parte ponit illa a quibus monachi se debēt abstinere, quod claustro suo debet esse contentus: quia sicut piscis vita caret, si ab aqua remoueatur, ita monachus si a monasterio recedat: sedeat itaq; solitarius. In tertia parte dicitur, quod monachus nomen suum agnoscere debet: & ponitur interpretatio huius nominis, monachus. Secunda pars incipit ibi, [Neq; pœnitentiam.] Tertia ibi, [Agnoscat.]

c ¶ Placuit.] Hic loquitur de monachis non habentibus populum.

vel donationem propter nuptias in morte naturali, idē est in hac morte, i. in ingressu religionis, vt C. de episco. & cler. l. vlt. & sicut donatio causa mortis confirmatur morte naturali; ita similiter confirmatur morte ciuili, vt C. de don. inter vir. & vxo. res vxoris. Io. & hoc tenea pro regula, quod in solis illis casib. ciuilis mors æquiparatur morti naturali, vbi hoc in iure cautū inueniē. B.

Peruenit.] CASVS. Monachi in episcopatu Bonon. episcopalia iura, & alia officia clericorum superbè sibi

ſſi bi vendicabant ſine proprijs epiſcopi vel Apoſtolicæ ſedis auctoritate. Vnde Paſchalis Papa præcipit Victori Bono. epiſcopo, vt ſicut hoc prohibitum eſt in Chalced. concilio, ita prohibeat ſuis monachis, vt de cætero talia non præſumant.
a ¶ Iu-

dudum. & c. luminoſo, & c. abbatem.
g ¶ Oleum.] Infirmorum, vel catechumenorum 2.
h ¶ Ab epiſcopis.] Sed cum hoc c. loquatur de non habentibus populum, quare recipiunt oleum vel chriſmas cum populum non habeant? Reſpondeo, hoc præcipitur ad cautelam, ne aliquem ibi non baptizatum contingat mori.

a De hoc h. 95. d. §. oleo.

monachi, & abbates in parochia ueſtra contra ſanctorum patrum decreta epiſcopalia iura [a], & officia ſibi arroganter uendicant: uidelicet, pœnitentiam, remiſſionem peccatorum, reconciliationem, decimas, & eccleſias: cum abſque proprij epiſcopi licentia, uel Apoſtolicæ [b] ſedis auctoritate hoc nullatenus præſumere debeant: ſicut in Chalcedonenſi [c] concilio de huiuſmodi à ſanctis patribus cautum eſt, & ſub anathematis [d] uinculo monachis omnibus prohibitum. Mãdamus itaque dilectioni tuę, vt eos conuenias, & ne talia deinceps præſumant, omnino prohibeas.

inf. e. qui vere.

Item Calixtus Papa II.

¶ De eodem. C. X.

INterdicimus etiam abbatibus, & monachis publicas pænitentias [e] dare, infirmos uiſitare, & unctiones facere, & Miſſas [f] publicas cantare. Chriſma, & oleum [g], conſecrationes altarium, ordinationes† clericorum ab epiſcopis. [h] accipiant, in quorum parochijs manent.

† vl. ordines

Item Alexander II.

¶ Monachi intra clauſtra morantes, clericorum officia exterius non miniſtrent. C. XI.

Iuo p. 7. c. 151.

IVxta Chalcedonenſis tenorem optimi concilij monachis, quamuis religioſis, ad normam ſancti Benedicti intra clauſtrum morari præcipimus: vicos, caſtella, ciuitates peragrare prohibemus: & à populorum prędicatione omnino ceſſare cenſuimus: niſi forte quis de ſuæ animæ ſalute ſolicitus, ut eorum habitum aſſumat, eos intra clauſtrum conſulere uoluerit.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 4.

¶ Monachi, qui ſunt in ciuitatibus, epiſcopo debent eſſe ſubiecti. C. XII.

Concor. capit. l. 5. c. 25. Poly. l. 3. tit. 1. & l. 4. tit. 34. Anſ. l. 5. c. 54. Iuo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 174.

QVi uere, pureque ſolitariam [i] eligunt uitam; digni ſunt conuenienti honore [1]. *& infra.* ¶ Eos [k] vero [l], qui per ciuitates ſingulas, ſeu poſſeſſiones in monaſterijs ſunt; placet nobis epiſcopo eſſe ſubiectos, & quieti ope-

IVxta.] CASVS. Monachi quidam per caſtella & ciuitates peragrabant officium prædicandi ſiue prędicationis vſurpantes ſibi. Pręcipit ergo Alexander, vt extra clauſtrum non egrediantur, ſicut ſtatuit concilium Chalcedon. & vt a populorum prędicatione penitus ceſſent: niſi intra clauſtrum aliquis eos conſuleret de ſalute animæ ſuæ, vt eorum habitum ſumat.

QVi vere] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte dicitur, quòd illi, qui ſolitariam vitam eligunt, ſcilicet heremitæ digni ſunt conuenienti honore. In ſecunda parte dicitur, quod monachi ſubiecti debent eſſe epiſcopo loci, & in ſuis monaſterijs permanere: neque eccleſiaſticas vel ſeculares actiones audeant tractare, niſi propter neceſſitates a ciuitatis epiſcopo iubeãtur. In tertia parte iubetur, ne ſeruum aliquem recipiant ſine domini voluntate: & qui contrafecerit, excõmunicetur. In quarta parte dicitur, quod epiſcopus ciuitatis monaſterijs curam & ſolicitudinem exhibeat competentem. Secunda pars incipit ibi, [Eos vero.] Tertia ibi, [Et neminem.] Quarta ibi, [Conuenit.]

a ¶ Iura.] Ergo abbates non debent exercere epiſcopalia iura, nec de cauſſis matrimonialib. cognoſcere, vt extra de exceſſ. prælat. accedentibus, niſi epiſcopalia iura præſcripſerint, vt extra de præſcrip. audicis.
b ¶ Vel Apoſtolicæ.] Argu. contra ext. de confir. vti. vel inuti. porrecta 1. Sed dic quod non poſſunt confirmari, quo ad hoc quin poſſint remoueri cum opus fuerit ext. de ſta. mo. c. 2.
c ¶ In Chalcedonenſi.] inf. e. qui vere.
d ¶ Et ſub anathematis.] Infligendi.

Abbates epiſcopalia non exerceant.

1 Non eſt cõtra, quia non tangit caſũ iſtũ ſecundum Ioã. de Fant.

INterdicimus.] CASVS. Hic octo interdicuntur monachis a Papa Calixto, in quibus tranſgrediebantur ante prohibitionem iſtam.
e ¶ Publicas pœnitentias.] Hoc enim ad epiſcopos pertinet, vt 50. diſt. in capite.
f ¶ Et Miſſas.] Quas nec alij debent in monaſterijs publice cantare populo, niſi fuerint inuitati, vt 18. q. 2. c. 2.

i ¶ Solitariam.] Ideſt, heremiticam.
k ¶ Eos.] Qui ſcilicet digni ſint honore.
l ¶ Vero.] Ideſt tamen. Ex aduerſatione iſta, & ex eo quod dicit ſubiectos, videtur quod heremitæ non ſubſunt epiſcopis, quod quidam concedunt: quia ſunt locuſtæ, quæ non habent regem 3. Sed nos contra 4: vt 93. diſt. nulla ratione. 11. q. 3. ſi autem. Hic etiam no. quod heremita poteſt vocari ad prælaturam: vt extra de elect. cum monaſterium. Qualem autem vitam habere debeant, non reperi: tamen priuilegium clericorum habent, vt hic apparet. Sed ſi quæras quomodo heremita poſſit eligi ad prælaturã, cum de magis ſtricta ad minus ſtrictam vitam non eſt licitum tranſire. 19. q. 1. c. vno? Reſpondeo vita monachorum eſt magis ſtricta, quo ad hoc quia renunciant

Heremitæ ſubſunt epiſcopis, & poſſunt ad prælaturam vocari.
3 Tangit dictũ Salomonis dicentis: Locuſta regem non habet.
4 Et bene, quia omnis anima ſublimioribus poteſtatib. debet eſſe ſubdita. e. q. 1. magnificis ext. de conſti. cis anima. Arch.

proprijs, & ponsit hominem supra se: sed eremita non renunciat proprijs, vt 19 q. 3. §. contra.
a ¶ Ieiunia.] Sed qd si prius tenebatur aliquis aliquos dies ieiunare: nunquid nihilominus monachus factus tenetur eos ieiunare? arg. q nō. 33. q. 5. noluit, de pœnit. dist. 1. §. his auctoritatibus.
b ¶ Curam.] 18. q. 2. monasteria. & c. abbates. & c. cognouimus.
HIS ITA. CASVS. Dictum est sup. in 1. c. huius q. q monachus mortuũ sepelire non debet. Nunc vero dicit Grat. q illud c. intelligitur de monachis, qui more secularium confluebant per capellas ad sepulturas mortuorũ celebrandas. sed in monasterio nō phibentur mortuos sepelire, quia ibi elegerũt sepulturã. & ad hoc inducit seq. c.
c ¶ Nicænæ.] Supra ead. c. 1.
AGapitus abbas.] CASVS. Io. episcop⁹ phibebat Agapitũ suo populo Missas celebrare, & mortuos sepelire super quo cum Grego. conquereret, pcepit Grego. prælato Ioan. ne hoc de cætero prohiberet. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad ca. quidam monachi.
d ¶ Missas.] Publicas. Sed nonne hoc licite prohibuit, vt su. e. in terdicimus? Sed dic quòd loquitur hic de monasterio habẽte populum.
e ¶ Suspendi.] i. abstinere, Io. de Fan.
f ADmonere. ¶ Ne piæ.] Secus si sunt iniustæ. 17. q. 4. quicũq. ff. de relig. at si quis. §. hæc actio. 12. q. vl. qa ff de condi. insti. quidam. imo ad episcopũ spectat exequi voluntates defunctorum, vt extra de testa. hæredes.
g VBicũq.] ¶ Legitur.] sup. 13. q. 2. vbicumque.

§ Idem not. 6. q. 1. Siluester. vbi plene dixi. & qd dicit gl. satis probat per istud c. & leq. fm Al.

ram dare, atque obseruare ieiunia [a], & orationes in locis, iu quibus semel se Deo deuouerunt, permanentes; & neque cõmunicare β ecclesiasticas †, neq; sæculares aliquas attrectare actiones, relinquentes propria monasteria; nisi forte iubeantur propter vrgentes necessitates ab ipsius ciuitatis episcopo. Et neminem seruorum suscipi in monasterium, vt sit cum eis monachus, nisi cum domini proprij licentia †. Prætereuntem uero hæc decreuimus extra cõmunionem esse, ne nomen Domini blasphemetur. ¶ Conuenit uero ciuitatis episcopo curam [b], solicitudinemque necessariam monasterijs exhibere.

† al. ecclesiastici.

† al. conscientia] ...

α ¶ Honores.] *Sequitur continenter c. quidam monachorum, inf. 18. q. 2. quod est ex eadem prisca versione, atque caput hoc.*

β ¶ Et neque communicare.] *Græce est*, μήτε δ' ἐκκλησιαστικοῖς, μήτε βιωτικοῖς παρενοχλεῖν πράγμασι, ἢ ἐπικοινωνεῖν, *idest*, neque ecclesiastica, neque sæcularia negotia turbare, vel ijs se immiscere.

His ita respondetur. Auctoritas illa Nicænæ [c] synodi prohibet monachos de monasteriis exire, & per capellas mortuorum sepulturas celebrare: cõfluere uidelicet more clericorum ad cuiuslibet exequias celebrãdas. Cæterũ si apud monasteriũ aliquis semetipsum tumulari voluerit; non est prohibendus.

Unde Gregorius scribit Ioanni *episcopo de vrbe veteri, lib. 1. epist. 12.*

¶ Missæ celebrari & mortui sepeliri in monasterio non prohibentur. C. XIII.

AGapit⁹ abbas monasterij sãcti Gregorij † insinuauit nobis plurima se a uestra sanctitate grauamina sustinere: quód in eodem monasterio Missas [d] prohibeas celebrari: mortuos etiam ibidem interdicas sepeliri. A qua inhumanitate uos hortamur suspendi [e]: & sepeliri ibidem mortuos, Missas celebrari, nulla alterius habita contradictione permittas.

Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 66. Hic aliquot epistolæ verba omittuntur. † al. Georgij

Item Ianuario *Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.*

¶ Non sunt cassandæ piæ uoluntates defunctorum. C. XIIII.

ADmonere te uolumus, ne piæ [f] uiuorum, aut defunctorum uoluntates tua (quod absit) remissione cassentur.

13. q. 2. vltima.

Item Gelasius.

¶ Testatoris arbitrium seruari oportet. C. XV.

COnsideratio ecclesiasticę utilitatis hoc postulat, ex iusta dispositione γ testatoris seruandum arbitrium.

γ ¶ Dispositione.] *In vetustis exemplaribus legitur*, dispensatione.

Item ex concilio Triburiensi, c. 15.

De eodem. C. XVI.

VBicumque facultas rerum, & opportunitas temporũ suppetit, &c. [sicut in eodem capite supra legitur [g] in causa eorum, qui de diœcesi ad diœcesim transierunt.]

13. q. 2. vbicumque.

¶ *In aliquot uetustis codicibus caput hoc coniunctum est superiori.*

Ecce his auctoritatibus patet, quòd si quis apud monasterium sepulturam sibi eligere voluerit; libere à monachis potest sepeliri. Vnde liquido colligitur prohibitionem illam Nicænæ synodi propter improbitatem [a] *circumuagantium esse factam.*

Vnde in Chalcedonensi concilio, c.23. legitur.

¶ Monachi, qui sine licentia episcopi vagantur, ad propria loca redire cogantur. C. XVII.

QVidam monachi nihil habentes sibi injunctum à proprio episcopo [b] interdum vero etiam illi qui ab eo fuerant excommunicati [c], veniunt ad regiam ciuitatem Constantinopolitanam: & in ea perturbationes tranquillitati ecclesiasticæ inferunt, & diuersorum domos corrumpunt. Statuit igitur sancta synodus hoc primum commoneri [α], vt exeant à regia ciuitate: demum eos inuitos [d] deijci, ac inde per defensorem compelli, vt ad sua loca redeant. [e]

α ¶ Commoneri.] *In hac potissimum postrema parte videtur de industria versio prisca in epitomen redacta. Integer canon sic habet.*

Ηλθεν εἰς ἀκοὰς τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς κληρικοί τινες καὶ μονάζοντες μηδὲν ἐγκεχειρισμένοι ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἔστι δὲ ὅτε καὶ ἀκοινώνητοι γενόμενοι παρ' αὐτοῦ καταλαμβάνοντες τὴν βασιλεύουσαν Κωνσταντινούπολιν, ἐπὶ πολὺ ἐν αὐτῇ διατρίβουσι ταραχὰς ἐμποιοῦντες καὶ θορυβοῦντες τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν, ἀνατρέπουσί τε οἴκους τινῶν. ὥρισεν τοίνυν ἡ ἁγία σύνοδος, τοὺς τοιούτους ὑπομιμνήσκεσθαι μὲν πρότερον διὰ τοῦ ἐκδίκου τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν τὸν βασιλευούσης πόλεως. εἰ δὲ τοῖς αὐτοῖς πράγμασιν ἐπιμένοιεν ἀναισχυντοῦντες, καὶ ἄκοντας αὐτοὺς διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐκδίκου ἐκβάλλεσθαι, καὶ τοὺς ἰδίους καταλαμβάνειν τόπους.

¶ Peruenit ad aures sanctæ synodi nonnullos clericos, & monachos, quibus nihil à proprio episcopo commissum est, quibusque interdum etiam ab eo communione est interdictum, ad regiam Constantinopolim se conferentes, diu in ea morari, tumultus excitantes, & statum ecclesiasticum perturbantes, ac domos nonnullorum subuertere. Statuit igitur sancta synodus huiusmodi homines primum quidem per defensorem sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ admoueri, vt ex regia ciuitate exeant, deinde uero, si impudenter agentes ijsdem negotijs hærere perseuerauerint, ipsos etiam inuitos per eundem defensorem eiici, & ad propria reuerti loca.

Item Pelagius Papa Paulino Solitario †.

¶ Monachi circumuagantes per defensores sunt compellendi. C. XVIII.

PRobinum Pharæ α & Milianum, atque Probinianũ †, vel alios pseudomonachos Ioanni defensori præcipi-

† al. Salonitano] al. Solatiano.

†al. Probianum

Poly.l 4.tit.34. Ant.l.7.c.193.

a ¶ Improbitatem.] immo quia non habent populum.

QVidam monachi.] CASVS. Monachi quidam sine licentia epõrum suorum, vel abbatũ interdum etiam excõicati ciuitatẽ Constantinopolitanã intrabãt, errores ibi & discordias seminantes. quare statuit cõcilium Chalcedon. vt nisi monachi illi cõmoniti ad sua loca redeant, inuiti per defensorẽ ciuitatis expellãtur. [Iniũctũ.] id est, præceptum.

b ¶ Episcopo.] Põt ergo episcopus monacho pcipere, & iniũgere i. ei aliquã legationẽ, vt su. ea. q. vere. similiter abbas, vt infr ea. monachi.

c ¶ Excõmunicati.] ergo monachi possunt excõicari. ab epõ, vt 18. q. 2. abbates. & ab alijs prælatis, vt su. e. alia.

d ¶ Inuitos.] Per brachium sæculare est inobediens corrigendus, vt sup. dist. 17. nec licuit. & 11. q. 1. petimus.

e ¶ Vt ad sua loca redeant.] Vel in exiliũ mittantur, vt infra. c. prox.

e ¶ Vt ad sua loca.] hoc est regulare, vt semper primo cogantur redire ad monasterium suum, vt 27. q. 1 nec aliqua. in fi. & c. impudicas. & c. peruenit, nisi sæpius delinquant, vel primum monasterium sit nimis dissolutũ. vt 17 q. 1. si qua. & c. si quis rapuerit.

PRobinum.] CASVS. Paulinus Solitarius supplicauit Papæ, vt in insulam Reatinam quosdam monachos relegaret ecclesiam offendentes: scilicet Probinum Pharię. Milianum, atque Probinianũ, & alios quosdam falsos monachos. Præcepit ergo Pelagius Ioanni defensori, vt eos detineat, & ad curiam mittat, si de sua contentione aliquam vo-

Monachi subsunt episcopo.

i Vñ tñ, qꝫ hoc non poterit monachus nisi p missione abbatis. 17. q 3. in fin. ad hoc facit qđ not. 8. d. quæ contra. in gl. vlt. & 11. q. 3. qui resistit. Ar.

sunt allegare rationem: alioquin in Reatinam insulam eos faciat exulare.

a ¶ Detinere.] Nec talis detentor incidit in canonem. de senten. excom. vt famæ.

b ¶ Ad nos.] Nam cum de fide dubitatur, Romana ecclesia est consulenda vt 24. q. 5. de Liguribus.

dēant, scilicet improbitas eorum: quod autem dictum est su in c. placuit q̃ monachi pœnitentias dare, & similia facere non possunt: hoc ideo statutum fuit, quia nullus parochianum alterius soluere potest vel ligare. Et licet monachi in tempore suæ ordinationis sumant potesta-

mus, vt eos debeat detinere [a]: quatenus, si quam desiderant suę contentionis rationem cognoscere, ad nos [b], vt informentur, debeant exhiberi. Certe si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sunt scissi; in Reatina †(sicut petisti) insula [c] vt exulent, prædicto defensori duximus iniungendum.

†fortasse, Rythymna

a ¶ Phariæ:] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Polycarpo, cum antea legeretur,* Samariæ *Est autem Pharia ciuitas Dalmatiæ.*

Item Leo Papa ad Theodoricum episcopum Cypri, epist. 61. al. 63.

¶ Nullus monachus præter Domini sacerdotes audeat prædicare. C. XIX.

Burc. l. 2. c. 150. † al. regionis

ADijcimus illud etiam, quod nobis propter improbitatem, quorundam monachorum religionis† vestræ verba mandastis per vicarios nostros: & hoc specialiter statuentes, vt præter Domini sacerdotes [d] nullus audeat prædicare, siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur.

Ecce in hoc capite, & vitium est expressum, & generali constitutione euacuatum. Quòd vero pœnitentiam dare prohibentur, inde est, quia nulli sacerdotum licet alterius parochianum [e] ligare, vel soluere. Monachi autem, & si in dedicatione sui presbyteratus (sicut & cæteri sacerdotes) baptizandi, prædicādi, pœnitentiam dandi, peccata remittendi, beneficijs ecclesiasticis perfruendi rite potestatem accipiant, vt amplius, & perfectius agant ea, quæ sacerdotalis officij esse sanctorum Patrum constitutionibus comprobantur; tamen executionem suæ potestatis non habēt, nisi à populo fuerint electi, & ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Ecclesiasticas vero, atque sæculares actiones attrectare prohibentur, vt non præsumant sibi patrocinia causarum, nisi ab episcopo commoniti fuerint, nec sæcularibus causis occupentur, vt resideant cognitores dirimendarum litium.

Unde Pelagius scribit Antoninæ patriciæ, & Deciæ.

¶ Monachus defensor fieri non debet. C. XX.

DE præsentium portitore, quòd

Ivo p. 7. c. 23.

c ¶ Insula.] Not. pœnam canonicā esse exilium 50. dist. accedēs. & dixi. 3. q. 4. hi qui episcopos. Ioan.

ADijcim⁹ illud.] CASVS. Monachi quidam non existentes in ordine sacerdotij improbe assumebant officium prædicandi: hoc fuit significatum Leoni Papæ: quare statuit vt nullus monachus vel laicus præter sacerdotem, vel eorū licentiā audeat prædicare, vt de sua sciētia glorietur. [Regionis,] Idest, parochialis. aliàs littera hēt, religionis, & secundū hoc dicas, q̃ abbati loquit. vel episcopo, vel monacho.

d ¶ Sacerdotes.] Vel per licentiam sacerdotum. Nec obest 25. distin. perlectis, vbi dr, q̃ diaconus potest prædicare. sic 92. distin. in sancta. vel ibi ꝑdicare ponitur pro legere. Similiter laici prædicāt, & mulieres de licentia sacerdotis, vt su. d. 23. mulier. i. li. Sed núqnid subdiacon⁹ pōt prædicare? ita, quia ꝓlationē, & curam animarū habere potest, vt extra de ætat. & qualitat. præterea. prædicat ergo rōne prelationis, sed nō ratione ordinis: quia locum sacerdotis obtinet, vt 93. d. ꝑcipim⁹. Templarij aūt, & hospitalarij iō prædicant, quia habent de hoc priuilegium. Sed quid si aliqui sunt falsi prædicatores, & aliqua lucrantur: nunquid restituent illi ecclesiæ? Videtur q̃ non: quia non refert quis vel qualis prædicet, sed q̃ prædicet. 19. distin. secundum. Et Apostolus dicit in epistola ad Philippenses. Siue per veritatem, siue per falsitatē Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, & gaudebo. Dic q̃ Apostolus gaudebat de conuersis, non de prędicantibus. Argu. tamen, q̃ ecclesiæ acquiritur 1. ff. de inoffi. test. l. posthumus §. si quis 2. vbi dicitur, q̃ si extraneus expugnauit testamentum: hoc ei non prodest, sed legitimis. Ioan.

Mulieres ꝓdicare pūt.

Prædicant & veri, & falsi prædicatores.

1 Hoc est verū §. in Lau.

2 Ad idē ff. de leg. 1. si seruus plurium §. 1.

ECCE IN HOC. CASVS. Dicit Grat. quòd causa est expressa su. in prox. c. quare monachi prædicare nō

testatem prædicandi, & alia officia faciendi sicut cæteri sacerdotes: tñ executionem illius potestatis nō hēnt nisi à populo eligantur, & cum consensu abbatis ab episcopo loci ad hoc fuerint instituti. similiter negocia ecclesiastica, & sæcularia tractare non possunt, vt patroni causarum vel cognitores, nisi ab episcopo loci commoneantur. quod probat seq. c.

e ¶ Parochianum.] Infra de pœn. dist. 6. placuit.

DE præsentium.] CASVS. Antonina patricia supplicauit Papæ Pelagio, vt concederet sibi quendā monachum quem in suis negocijs defensorem habere volebat. Pelagius vero cum sibi non concessit: quia monachi sæcularibus negocijs occupari non debent; nec-

dapre-

de proposito monachali ad officium illud descendere. quod probat multipliciter.
a ¶ Defensor.] Id est, iudex vel aduocatus, vel procurator negociorum sæcularium. fi cap. 19. q. 3. Saluator. & extra ne cle. vel mona. sed nec. Non potest ergo sine superioris

Monachus an possit esse iudex vel aduocatus.

si æquè idoneus: tunc potest de licentia abbatis, vt extra de testi. insuper & inf ead: monachi. iudex tamen cõstituitur monachus à superiore, vt extra de priui. cum olim. Et no. quod si quam causam mouent monachi, & præsumitur semper quod bono zelo eam moueant vt extra de noui ope. nun. eũ. ex iniuncto. Ioan. de Fant

defensor [a] factus non est, nulla uobis animi molestia sit: quia vere satis amarissimum habeo de isto proposito ad illud † officium homines deduci, in quo nullo modo, quæ à monachis Deo promissa sunt, valeant adimpleri. Omnimoda enim est illius habitus, & istus officij diuersitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcunque vel ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem Deus, vt tales sint hi, qui vel à nobis in isto habitu nutriuntur, vel in monasterijs crescunt; vt prouecta ætate, & vita probata non ad litigiorum officia, sed ad sacerdotium ualeant promoueri.

† al. aliud.

dist. 77. c. vl.

Gelasius tamen (sicut in tractatu de promotionibus clericorũ inuenitur in capitulo illo, Monachus nouiti⁹, &c.) permittit illos ex dispensatione fieri defensores [b].

2 ¶ *Quòd vero sacerdotalium officiorum potestatem habeant; testatur Ambrosius dicens.*

¶ Clericorum officia celebrare monachi presbyteri non prohibeantur. C. XXI.

DOctos, ac probos monachos presbyterij honore dedicatos, baptizare, prædicare, pœnitentiam dare, debita miseris laxare, decimarum, primitiarum, oblationũ viuorum & mortuorum portione iusta perfrui debere moderata dispensatione commendamus; vt iuxta Apostolum de altario, cui seruiunt, viuentes, per obsequium Dominicæ plebis panem, & vinum immaculata benedictione transforment in corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi.

1. Cor. 9.

¶ *Apud B. Ambrosium nihil tale est inuentum: & videtur auctoris alicuius longè recentioris.*

Item Innocentius Papa.

¶ Beneficijs ecclesiasticis monachus presbyter libere perfruatur. C. XXII.

SI monachus ad clericatum promoueatur; beneficia ei pleniter, & annonæ, & decimæ donentur absque vlla minoratione [c], & dilatione; vt quanto melius possit, iuxta possibilitatem suam, quando necessitas extiterit, ad opera ecclesiastica, & ipsam restaurandam [d] ecclesiam adiutorium faciat.

GELASIVS TAMEN. CASVS. Supra ca. proxi. dictum ẽ, quòd Papa noluit, concedere, quod monachus fieret defensor. Sed cõtrarium videtur, su. 77. dist. monachus nouitius. sed qa vile fuit contrarium non curauit Gratianus soluere, nam ibi sumitur defensor, id est exorcista, vel defensor id est, ostiarius q defendit inimicos ab ingressu ecclesiæ. Postea transfert se ad probãdum, quod monachi officia clericorũ possunt exercere. qd. probat per sequẽtia capitu. vsque ad §. his omnibus. q̃ omnia loquuntur de monachis, quibus animarum cura comittitur.

b ¶ Defensores.] su. dist. 77 c. vlt. contra. Vile est illud contrarium: quia ibi defensor ponitur pro ostiario, & ideo magister illud noluit soluere.

QVOD VERO. Hæc est 2. pars quæstio. in qua probat, quod si monachus habet populum de licẽtia episcopi vel Papæ, quòd potest omnia officia celebrare siue ministrare sicut clerici sæculares. Io. de Fan.

DOctos ac probos.] CASVS. Ambro. fuit interrogatus an monachi possent prædicare, & cętera clericorum officia exercere, & vti beneficijs, scilicet decimis, & oblationib. Et respondet quòd sic cum ipsi conficiant corpus Christi sicut cæteri sacerdotes.

1 Concor. text. in l. repetita. C. de episc. & cle. & tex in authen. de san. epi §. Deo nobis. col. 9.

rioris licentia esse iudex vel aduocatus, vel arbiter. Sed abbas põt hoc facere sine licẽtia alicuius nã abbas monachos habet in potestate. vt 12. q. 1. non dicatis. vnde ipse non est sub potestate alicuius ff. de adul. sic eueniet, & quòd possit abbas esse procurator, habes extra de cens. lopitæ extra de transact. contingit. seculares ergo causas etiam iubentibus episcopis non possunt agere, vt hic & extra ne cleri. uel mona. relarum. nisi miserabilium personarum, vt 86. dist. cap. vlt. & 15. q. 2. c. vnico. vbi plane de hoc. Item nec syndicus potest constitui in propria ecclesia, vt extra de sin. sicut. nec procuratores, vt in auth. de sanct. episco. §. alium, nisi alius non

SI monachus.] CASVS. Quidam non plene dabant annonam, & decimas monachis, quibus animarum cura commitebatur, quare Innocentius pcipit, vt omnia eis sine diminutione conferantur, vt in tempore necessitatis monachi illi possint ecclesiam restaurare.

c ¶ Minoratione.] Sic 1. q. 3. c. vlt. & est arg. ex quo quis est electus canonicus, statim habebit fructus prębendæ plene, vt alij extra de præb. relatum. fallit. hoc extra vt eccl. benefi. vt nostrũ. in h. & de inst. cũ venissent. in fi.

d ¶ Restaurandam.] Arg. quod habẽs ecclesiã debet reparare

rare eam, vt extra de eccl. ædi. de his. & c. vlt. hoc verū est si habet tertiam quæ debetur fabricæ, vt 10. q. 1. decreuimus & q. 3. vnio.

MOderamine.] CASVS. Monachi, qui sacerdotes erāt in istis quatuor erant deteriores quàm cæteri sacerdotes, s. in decimis, primitijs, oblationibus, & donationibus viuorum, & mortuorum: ideo pręcipit Greg. vt monachi in ombius istis non minus sibi vendicent, quam cæteri sacerdotes, ad suā proximorumq; vtilitatē.

EX auctoritate.] CASVS. Quidam dicebant, q monachi, qui sacerdotes erant, non poterant exercere officia sicut cæteri sacerdotes. Vnde Gre. super hoc cōsultus dicit, quòd cum ipsi teneant figuram Apostolorum, ita licet eis exercere officia diuina sicut Apostolis

lege uel canone, & quęlibet alia cōdictio est actio in personam instit. de act. §. sic itaq;. Arch.

Item Gregorius.

¶ De eodem. C. XXIII.

MOderamine Apostolicę auctoritatis decernimus, vt monachi, si presbyterij honore dedicati sunt, cum ligandi soluendique potestate, decimarum, primitiarum, oblationem, donationem, quæ fiunt pro viuis, & pro defunctis portionem iuxta † canonem ad suam, proximorūque [a] vtilitatem merito perfectioris iustitiæ non minus, quàm cæteri sacerdotes laudabiliter sibi vendicent [b].

An. l. 7. in fine.

† al. iusto canone.

Idem.

¶ Clericorum officia monachi presbyteri libere administrent. C. XXIIII.

EX auctoritate huius decreti (quod Apostolico moderamine, & pietatis officio à nobis est constitutum) sacerdotibus monachis Apostolorum [c] figuram tenentibus liceat prædicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, pœnitentiam imponere, atq; peccata soluere.

An. ibidem.

Item ex decreto Bonifacij Papæ.

¶ Monachi presbyterij honore decorati potestatem habent ligandi, & soluendi. C. XXV.

SVnt nōnulli nullo dogmate fulti, audacissime quidem, zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflāmati, asserentes monachos, quia mundo mortui sunt, & Deo viuunt, sacerdotalis officij potentia indignos: neque pœnitentiam, neque Christianitatem largiri, neque, absoluere posse per sacerdotalis officij diuinitus sibi iniunctam potestatem: sed omnino labuntur. *& infra.* ¶ Neq; enim Beatus Benedictus [d] monachorum præceptor almificus, huius rei aliquo modo fuit interdictor: sed eos sæcularium negociorum edixit expertes fore tantumodo. Quod quidem Apostolicis documētis, & omnium sanctorum patrum institutis nó solum monachis, sed etiam canonicis [e] maximopere imperatur: [Nemo enim [a] militans

An. ibidem.
Poly. l. 4. tit. 34.
Iuo p. 7. c. 22.

a ¶ Proximorū que.] Ar. q de bonis ecclesiarū prælatus subuenire cōsanguineis vt 86 dist. non satis. sed proximos hic appellat fideles.

Proximi q sint.

CASVS. Facit hic Grat. incidentem q̄stionem vtrum scilicet monachi quib. cura animarū non cōmittitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita distinguit Gra. de prędijs, quæ proprijs sumptibus colūt monachi, decimas, sibi retineant. quod probat exemplo filiorum Leui, q decimas à populo percipiebant pro ministerio, qđ faciebant. Et ita patet, quod monachi non magis quàm alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed postea probat cōtrarium, dicens, quod si prędia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos transiuerint: inde antiquis ecclesijs illas denegare non possunt, cum suo iure priuari non debeāt. & hoc probat per sequētia c. Quid iuris de hoc sit, notatur in Decretalibus in titu. de decimis.

dare decimas, nec etiam de alijs prædijs, quę proprijs manibus & sumptibus excolebant, vt ext. eo. ex parte & c. ad audientiā. & c. statuimus. De clericis sæcularib. dicunt quidam quod teneantur, siue sint prædia ecclesiæ suæ, siue propria. Alij fauorabilius dicebāt eos non teneri

a Ille canon nullus. &c. præcedens hic alle. sepi scopi. non videntur probare propositum allegantis. quoniam in episcopis loquuntur. non ster autem canō, s. cunctis loquitur in simplici sacerdote parochiali, vt patet ex tex. dicebat Ioā. de Fant. quod casus huius c. cunctis. est quod clerici nihil debent facere sine licentia episcopi. Arch.

¶ Sacerdotalia officia sine permissu episcoporum non agant presbyteri. C. XLI.

CVnctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendum est, vt nihil absque episcopi proprij [a] licentia [b] agant: non vtique Missas [c] sine eius iussu quispiam presbyterorum in sua parochia agat: non baptizet; nec quidquam absque eius permissu faciat. Burc. l. 2. c. 93. Iuo p. 2. c. 123. & p. 6. c. 90.

4 *De his [d] verò qui intra monasterij claustra consistunt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare vel accipere decimas debeant. In quibus hæc discretio seruanda est, vt agris, & vineis, quæ ad propriū stipendium colūtur, decimas sibi retineant. Si enim decimæ à populo filijs Leui reddebātur pro ministerio, quo Domino deseruiebant in tabernaculo, offerendo sacrificia & holocausta pro populo; patet, quòd monachi de proprijs prędijs non magis, quàm alij sacerdotes decimas soluere cogūtur. Sed dicitur, quòd prædia monachorum siue pretio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptismalibus ecclesiis, siue quibuslibet alijs primitias, & decimas persoluebant: illæ autem ecclesiæ suo iure priuari non possunt.*

Vnde in Moguntinensi concilio statutum inuenitur.

¶ Qui res suas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiæ auferre non poterit. C. XLII.

ij SI quis laicus, vel clericus [e], vel vtriusque sexus persona proprietatis suæ loca, vel res alicui dare delegauerit; decimationum prouentum priori ecclesię legitime assignatum inde abstrahere [f] nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerint, talis traditio irrita [g] prorsus ducatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coerceatur censura. 13. q. 1. c. vlt. Bur. l. 3. c. 241. Iuo p. 3. c. vlt.

Item ex concilio Cabilonensi. Arelat. 3. c. 20. Capitul l. 2. c. 36. Mogunt. 3. sub. Arnulpho c. 22. & sub Carolo cap. 41. & in Rhemensi Trosleiano.

Monachi an teneantur ad decimas de agris suis.

d ¶ De his.] Hic incidenter quæritur, an monachi debeant dare decimas de agris suis? Pro regula ergo teneas, quod quilibet tenetur dare decimas, nisi ostendat se exemptum esse, vt extra de deci. à nobis. & secundum hodierna iura etiam Cistercienses & alij regulares tenentur dare decimas de omnibus prædijs suis, quæ de nouo acquirunt, siue ea manibus proprij colant, siue non: extra de deci. nuper. sed secundum vetera iura ita tenebatur, quod omnibus religiosis concessum erat non dare decimas de nutrimentis animalium suorum, & de hortis, & de noualibus, quę proprijs manibus & sūptibus excolebant. monachis vero Cisterciensis ordinis & templarijs & hospitalarijs concessum erat non teneri dare decimas de prędijs ecclesię suæ. sed proprijs bene tenentur dare, vt inf. ea. q. c. decimas. & extra eo. nouum. in fin. leprosi autem non sunt exempti à decimis, nisi tantummodo in hortis, & in animalib. suis vt extra de ecclesi. ędifi. cap. 2.

SI quis laicus.] CASVS. Quidam laici vel clerici vendebant prędia sua vel donabant & decimas prioribus eccclesijs subtrahebant, quare statutum est in concilio Moguntinensi, vt nullo modo faciant, & si quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vsque ad emēdationem excommunicabitur.

e ¶ Vel clericus.] Clericus ergo dat decimam, quod verum est de proprijs prędijs.

Clericus dat decimas de proprijs prædijs.

f ¶ Inde abstrahere.] Res enim transit cum onere suo, vt extra de deci. cū nō sit in homine 2. & ff. de contrahen. emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de distract. pig. si creditor.

g ¶ Irrita.] Pactum illud non obstat quin ab ecclesia vel alio possessore possit peti decima vt extra eo. pastoralis. ff.

a Et extra & pig. ex litteris in fin. vbi de hoc.

ralis.ff.de pac.inter.& si possessor partem fructuum, & ille à quo causam habuit, etiam partem fructuum percepit. vterque conueniendus est, vt extra eod.tit.à nobis. & c.tua nobis. Sed nunquid pactum istud tenet quantũ ad contrahentes? videtur ꝙ sic, vt ff.de pa.epistola.§.pactum.

so.infra ead.multis. sed contra eum est extra de eccles. ædifi..d audientiam.melius extra eod. tit. tua. vbi non obstat e: iuramentum quod fecit de rebus eccles. non alie. vnde hoc non videtur esse alienatio, vt ibi perpendetur. Item auferendo vni, & dando alij ecclesiæ sibi subiectæ, non videtur alienare: sicut frater dando sorori non videtur alienare. C. de fideic. voluntas. & est simile. C. de ædific. priua. si quis post. & ff.de leg 2. vnum ex familia. & l. peto §. fratre simile ext. de his quæ fi à prælat. sine consensu capit. cum Apostolica. Io. de Fant.

¶ Antiquiores ecclesiæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur. C. XLIII.

Deusdedit p. 3. Burc l.3.c.9. Iuo p. 3. c.18.

ECclesiæ antiquitus constitutæ nec decimis, nec vlla possessione priuentur; ita vt nouis [a] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vuormaciensi.

¶ Antiquiores ecclesiæ propter nouas iustitiam suam non perdant. C. XLIIII.

Burc.l.3.c.7. Iuo p.3.c.7.

QVicumque voluerit in sua proprietate ecclesiã ædificare, & consensum [b], & voluntatem episcopi habuerit, in cuius parochia est; licitum sit. Veruntamen omnino prouidendum est episcopo; vt aliæ ecclesiæ antiquiores propter nouas suam iustitiam, aut decimam non perdant: sed semper ad antiquiores [c] ecclesias persoluatur.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Vuormaciensi, c.6. quo loco in eo, quod extat habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptismalibus ecclesiis persoluendas Papa iiij. affirmat dicens.

¶ Baptismalibus ecclesijs decimæ dari debent. C. XLV.

13 q.1 ecclesias §.item Leo. Poly.l.3.tit.11. Deusdedit p. 3. Ans.l.5.c.53. Iuo p.3.c.151.

DE decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam maioribus nostris visum est plebibus tantum, vbi sacrosancta baptismata dantur, debere dari.

¶ *Iuo fere eadem citat ex Gelasio: sed Anselmus & Polycarpus ex Leone, vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationum prouentum à priori ecclesia, cui assignatus fuerat, abstrahere, si ius antiquioris ecclesiæ nouis tribuendum non est, si decimæ tãtummodo baptismalibus ecclesijs dandæ sunt: patet, quod monachi ex proprijs prædijs decimas dare coguntur. Sed & illa auctoritas Moguntinensis concilij de uenditore, vel donatore loquitur, definiens, quòd ille, qui uendit, aut donat, non põt prouentum decimationum illi ecclesiæ detrahere, cui prius legitime fuerat assignatus. Monachi autem decimas, & primitias non auctoritate uendentis, uel donantis, sed

sup.c.si quis laicus.

Decimę sũt soluendę ecclesijs baptismalib. & nõ capellis.

QVicumq;.] CASVS Quæsitum fuit in concilio Vuormaciensi, vtrum quilibet i suo prædio possit ecclesiã ædificare? Et rñdetur ꝙ sic, dummodo hoc faciat de licẽtia epi, in cuius parochia est: ita tamẽ. vt antiquiores ecclesiæ suam iustitiam vel decimas nõ amittãt. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad §. Si ergo.

b ¶ Cõsensum.] inf. de consec.d.1.nemo. & c.si quis etiam.

c ¶ Ad antiquiores.] Ar. ꝙ vbi contendit pro iure duarum ecclesiarũ, semper standum est antiquiori, vt ext.de relig. do.c. 1. Item ar ꝙ semper baptismalib. ecclesijs soluendę sunt decimæ, non capellis, vt inf c.proxi. & c.quesiti. & c.statuimus. & in c.sacris & ext.eo. ti.nũcios. & sm hoc eps nõ debet hẽe decimas baptismalis plebis.i ruralis ecclesię, sed tãtum episcopalis plebis, de illis enim loquitur.c.12.q.2.vobis. & ca. Vulteranæ, & c.concesso. & c.quattuor 1: Tamen dico quòd quęlibet ruralis ecclesia etiã debet suas decimas in quattuor partes diuidere, vt una sit baptismalis ecclesiæ, alia pauperum, tertia fabricæ, quarta capellanorũ: licet hodie episcopi omnia occupent aliter not.sup.10. q.1.nouerint. & contra. Io. est ext. de deci. quoniam, & c.cum contingat. B.

1 Ad idẽ dicunt Vin. & B.ex.de test. requisisti. in princ.

ctum. sed contra ext.de pact.plerique.

ECclesiæ.] CASVS. Statutum fuit in concilio Cabilo. vt antiquæ ecclesiæ decimis & possessionib. suis nõ priuentur ad hoc vt nouis ecclesijs tribuantur.

a ¶ Vt nouis.] Quidam hoc intelligunt in eo casu cum prior ecclesia enormiter læditur. alias episcopus bene aufert de iure vnius, & dat alijs, vt 12.q 2.bonæ rei. & 1.q.1.nulli episcoporum. & extra de excel prælat. sicut vnire. infra de consecr.dist.1.c.2. Hug.tamen scribit, ꝙ episcopus non potest auferre vni ecclesiæ, & dare alij inuito sacerdote. nam quod semel est consecratum, alienari non potest. 12.q.2.nulli & c.sine exceptione. Item quia sacerdos iste non cogitur de suo facere beneficiũ, vt 10.q.2. precariæ. Item quia priuilegium solius Papæ est vni auferre, & alij dare, vt 9 quęst. conquestus, & c. nunc vero, & c.per principalem. Item quia nulli consulendum est cum alterius iactura, 11.quęst.3.si quis vero. 14.q.5.denique. & 22.q 2.primum. Item arg. est pro ip-

DE decimis.] SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis cap. si quis. & c.quicumque. & c.de decimis. quòd monachi de proprijs prędijs decimas dare non tenentur. Postea respondet illi c.si quis laicus dictã quòd venditor vel donator auctoritate sua decimas non potest subtrahere priori ecclesię sed monachi non retinent decimas auctoritate sua, sed auctoritate Moguntin.concilij, & Paschalis secundi, à quibus dicitur, quod monachi non soluant decimas de proprijs prędijs. & ad hoc inducit seq.c.

a ¶ Paschalis.] Sed quo Paschalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum sit contra præceptum diuinæ legis, vt inf. ea. decimæ, & c. reuertimini. contra quod non potest dispensari, 25. q. 1. sunt quidam & sup di. 5. cap. 1. sup dist. 8. quæ contra? Sed forte non est absurdum, quod priuilegium concedatur, quamuis sit contra ius diuinum. sed si contraria constitutione illud tolleret, non posset fieri. Sed nunquid laicus posset dare tale priuilegium? Dic quod sic Io.

maniter viuentib. nullus de prædijs quæ suis sumptib. colunt, & nutrimentis proprijs decimas audeat extorquere. Et ad hoc probandum inducit auctoritatem Gre. f ¶ Monachis.] Duplici ratione: tum quia non habent populum: tum quia non ministrant eis spiritualia.

a ¶ Com-

Priuilegium cōtra ius diuinum concedi potest.

auctoritatem eiusdem concilij, & Paschalis [a] *Papæ detinēt: à quibus definitum est, vt monachi de proprijs prædijs decimas non soluant.*

Sic enim in Moguntinensi concilio statutum est.

In Cabilonensi sub Carolo magno, c. 19.

¶ Non persoluant de proprijs prædijs abbates, & episcopi decimas. C. XLVI.

Anse l. 5. c. 57. Burc. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pano. l. 2. c. 59.

QVesti sunt præterea quidam fratres, quòd essent aliqui episcopi, & abbates, qui decimas non sinerent dari ad † ecclesiam, vbi illorum coloni [b] Missas audiunt. Proinde decreuit sacer iste conuentus, vt episcopi [c], & abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias suas × deferri [d] faciant: familiæ † vero eorum ibi dent decimas [e] suas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

† al. ecclesijs vbi illi coloni.

† al. familiæ des

QVesti] CASVS. Quidam clerici conquesti sunt de episcopis & abbatibus, qui decimas dari non permittebant ecclesijs, vbi coloni eorum episcoporum vel abbatum Missas audiebant, & baptizabātur eorum filij. & ideo statuit concilium Moguntinen. vt epi & abbates de prædijs, quæ proprijs colunt stipendijs, decimas sibi retineant. coloni vero ibi dent decimas, vbi filij eorum baptizantur, & vbi per totū circulū anni audiūt diuina.

¶ *Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur, sed in Cabilonensi, vnde citant Burchardus, & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo sunt duo concilia Vrbani secundi, Placentinum, & Melphiense, hæc etiam leguntur.* Perlatum est ad sanctum synodum, quòd sint quidam episcopi, & abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit sacer iste conuentus, ut episcopi, & abbates de uineis, uel agris, ac frugibus, quæ ad suum, uel fratrum usum laborant, decimas sibi pro benedictione, uel hospitum susceptione habeant: familiæ uero ibi dent decimas suas, vbi per totū anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizanť.

× ¶ Suas.] *Vox ista abest ab ipso concilio, & cæteris collectoribus, sunt etiam nonnullæ aliæ varietates, quæ indicatæ sunt in margine.*

Partiarij coloni, qui sunt. Decimæ sūt à colonis partiarijs dādæ.

b ¶ Coloni.] Partiarij, qui partē fructuū percipiunt. tales .n. pro ea portione quam ipse percipiunt, tenenť dare decimas: & dñi eorū pro ea quā ipsi percipiunt, vt ext eo. qm. & cap. à nobis, & c. tua nobis. immo & in pentionario colono idem iuris est, siue ipse pro pensione seruiat: siue dño det certam pēsionē: quia ante quàm aliqua pensio detur, res est decimanda, vt extra eod. tit. cum homines.

Item Paschalis secundus.

¶ De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime soluere cogantur. C. XLVII.

DEcimas à populo sacerdotibus, ac Leuitis esse reddendas diuinę legis sanxit auctoritas. Cæterū à monachis [f], siue clericis communiter uiuentibus g nulla ratio sinit, vt milites [h], aut episcopi, aut personæ quælibet decimas de laboribus, seu nutrimentis suis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius sic ait: [Cōmuni † vita uiuentib. iam de faciendis portionibus, vel exhiben-

Deusdedit p. 3. Num. 18

† cōiter autē viuentibus]

in orig Gregorij cum alijs et verborum varietatibus.

In responsione 2. ad Augustinum. Clerici cōiter viuentes & monachi h. bēt idem priuilegium.

c ¶ Vt episcopi.] Patet hic, quod clerici nō dabūt decimas de bonis ecclesiæ, vt extra eo. fraternitatem. & 100. d nouit. & inf c. prox licet H. contra dixerit, qui dixit esse speciale in episcopo. sed obstat, ext. eo. quoniam. § vlt.

d ¶ Ad Ecclesias suas deferri.] Proprijs sumptibus.

e ¶ Decimas.] Si prædia sint in episcoporum parochia. Vel loquitur de decimis personalibus [1], quæ dandæ sunt vbi sacramenta percipiuntur, vt extra eod ad apostolicæ.

1 Iste intellectus approbat inf. eo. c statuimus in gl 2. & 13. q. 1. in sum. vbi videas.]

DEcimas.] CASVS. Quæsitum fuit à Paschali, vtrū monachi vel clerici communiter viuētes decimas debeant dare. Et dicit, sacerdotes & leuitæ à populo decimas percipere debent. Sed à monachis & clericis com

g ¶ Communiter viuentibus.] Ecce quod aliud habēt priuilegium clerici communiter viuentes, scil. cet quàm qui separatim: & quod idem habent quod monachi, similiter in absolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis, vt extra de vi. & hon cler. quoniam. vn si. & ext. qui cle. vel vouen c. 1. & ext. de sent. excom. monachi. & ex tenore. in si. contra. ext. de sent. excom cum non ab homine.

h ¶ Milites.] An milites possint habere decimas, dicetur. inf. q. 7. c. 1.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstionis. In qua probat Grat. ꝙ Papa potest episcopatus diuidere & vnire, & quosdam eximere archiepiscopis suis inconsultis Ioan.

CASVS. Dictum est su in c. ecclesię & cap. quicũque. ꝙ anti-

rent, vt infra ead q. 7. si quis vult. 63. distin. cùm longè. 13. q. 2. vbicunque. extra de eccle. ædifi. ad audientiam. supra 7. q. 1. temporis.

b ¶ Vnire.] Sicut Papa potest vnire plures episcopatus sic episcopus plures ecclesias, vt extra. de excess. prælato.

da hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandũ sit, dicente Domino: [Quod super est, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.]

Luc. 11.

5 *Quod autem dicitur, quod antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur; non ita intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo quam partem possessionum, vel decimationum vnius ecclesiæ alteri pro tempore tribuere: Sicut enim Papa duos episcopatus in vnum potest redigere; ita & vnus proprio consentiente episcopo in duos potest diuidi, vel etiam metropolitano inuito quælibet ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa scribit Benenato episcopo, lib. 2. epistola 31.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica potest auctoritas: C. XLVIII.

Ans. l. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 30.

ET temporis qualitas, & vicinitas [a] nos locorum inuitat, vt Cumanam, atque Misenatem vnire [b] debeamus ecclesias: quoniam nec longo itineris spatio à se seiũctę sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitę huius expleuit [c] vtrasque nos ecclesias pręsentis auctoritatis pagina vnisse, tibique commisisse cognosce: propriumque vtrarumque [d] ecclesiarum scitote esse pontificem. Et ideo te, quęcunque tibi de earum patrimonio, uel cleri ordinatione, siue promotione, iuxta canonum statuta uisa fuerint ordinare, atque disponere; habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostrę auctoritatis

sicut vnire. Si q̃ras apud quã istarũ ecclesiarum resideat dignitas episcopalis. vel an vtræque retineant dignitatẽ priorem? Dico quòd varijs [1] modis possunt vniri ecclesiæ: vel hoc modo, ut vna subjciatur alteri: & secundũ hoc dignitas episcopalis erit in vna tantũ. Vel hoc modo possunt vniri, quòd ex duobus dignitatibus vna fiat dignitas & secundũ hoc nõ dicentur esse duę ecclesię, sed vna tantum. & secundum hoc illi qui sunt canonici in vna, erũt canonici in altera. & tam isti q̃ alij canonici intererũt electioni epi, & alijs cõmunibus negocijs. In tali vnione distinguendũ credo, quod aut ecclesię simul vniuntur, aut vna earum vnitur reliquæ: quę duo sunt penitus diuersa. Si vna unitẽ alteri secundum hoc illius naturã, & cõsuetudinẽ & priuilegiũ assumit cui vnit & p̃bẽt iura illius ecclesiæ quæ vnitur vt ext. de statu mon. recolẽtes. circa si. Si autem neutra alteri vnitur, sed illę simul vniũtur, tũc di-

1 Varijs.] gl. c. vni ex ut eccl. benef. sine dimi. conf. Pet. de Perus. in tractã. de unione.

Ecclesię varijs modis uniuntur.

antiquiores ecclesiæ propter nouas ecclesias suo iure priuari non debent: Nunc vero dicit Grat. ꝙ hoc non ita stricte est intelligendũ, ꝙ episcopo non liceat vnius ecclesiæ possessionem vel decimas alij tribuere: quia sicut Papa potest duos episcopatus redigere in vnum, ita vnum in duos diuidere. maxime episcopo consentiente, & qualibet ecclesia ab Apostolico eximi potest, etiam inuito metropolitano. ita supple episcopus potest vnius ecclesiæ possessionem, &c. Sed certè male, argumentatur G. de Apostolico ad episcopum cum Apostolicus habeat plenitudinem potestatis, quam nullus alius habet. & quod auctoritate Papæ duo episcopatus in unum redigi possint, probatur per duo sequentia capitu.

ET temporis.] CASVS. Cumana ciuitas pastore carebat, quæ vicina erat ciuitati Misenatæ: sed quia pauci erãt ibi homines, ideo Papa Benenato episcopo Misenati utramque ecclesiam gubernandam commisit, ita vt habitaret ubi utilius & commodius habitare prospexerit: dum tamen in illa ecclesia in qua corporaliter non erit, ministeria diuina solenniter peragantur [Cumani castri.] Id est, modicæ urbi. [Sacerdos,] id est episcopus.

a ¶ Et vicinitas.] Arg. ꝙ propter remotionem uel incommoditatem multa fiunt licite, quæ aliàs non lice-

co quòd consuetudines uel priuilegia quæ meliora sunt & humaniora, retinent illud unitum. nam cũ malum & bonum associantur, malum recipit naturam boni. 32. q. 1. non est culpandus. & ar. C. de rei uxo. actio. in princip. & C. commu. de leg. l. 2. circa finem. Tertio modo possunt uniri ecclesiæ: puta quòd vtraque remaneat episcopalis. & secundum hoc remanent duo episcopatus, licet idem sit episcopus vtriusque ecclesiæ. secundum hoc si primo suberant illæ ecclesiæ diuersis metropolitanis propter illam vnionem, neuter metropolitanus perdit ius suum, vt extra de relig. domi. cap. quia: & episcopus ille erit sub duobus metropolitanis. In primo casu erit sub illo cui Papæ placuerit, vel erit sub metropolitano illius ecclesiæ cui vnita est altera: illius enim naturam assumpsit. Et sic Imperator quandoque vnit duas dignitates in vnam, vt in authen. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud. colla. 1.

c ¶ Expleuit.] Ergo si esset viuus, non vniretur, vt infra ead multis. & extra de eccle. ædifi. ad audientiam immo potius eo mortuo non debent vniri, vt extra ne sede vacan. c. 1.

d ¶ Vtrarumque.] In vtraque ergo erit sedes episcopalis, vt 21. q. 1. relato. Vel forte vbi ipse elegerit habitare & alia erit sibi subiecta.

consensu, atque permissione licentiam. Vbi uero commodius, atq; vtilius esse perspexeris, ibi habitato: ita sanè, vt alteram ecclesiã, cui corporaliter pręsens non es, solicita, prouidentiq; cura disponas: quatenus diuina illic mysteria† solenniter auxiliante Domino peragantur. † *al. ministeria.*

α ¶ Misenatem.] *Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis sicut etiam apud Gratianum, esset,* Musitanam.

Idem Ioanni episcopo Veliterno, lib. 2. epist. 35. Ioannes diaconus l. 3. c. 15.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica valet auctoritas. C. XLIX.

POstquam hostilis impietas diuersarum ciuitatum ita (peccatis facientibus) desolauit ecclesias, ut reparandi eas, spes nulla, populo deficiente, remanserit; maiori valde cura constringimur, ne defunctis earum sacerdotibus reliquiæ plebis nullo pastoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hostis callidi rapiantur (quod absit) insidijs. Huius ergo rei solicitudine sæpè commoti, hoc nostro sedit cordi consilium, vt vicinis eas mãdaremus pontificibus gubernandas. Ideoque fraternitati tuę curam gubernationemque Triumtabernensium β ecclesię prouidimus committendam: quam tuę ecclesiæ aggregari, vnirique necesse est: quatenus vtrarumque ecclesiarum sacerdos rectè, Christo adiutore, possis existere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, seu promotione vigilãti ac canonica visa fuerint cura disponere. Quippe vt pontifex proprius liberam habeas † ex pręsenti permissione licentiam. [7. q. 1. temporis qualitas. Ans. l. 5. c. 24. Poly. l. 1. tit. 9.] † *al. habebis*

β ¶ Triumtabernensium.] *In vulgatis legebatur.* Treuerensiũ. *Emendatum est ex aliquot vetustis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, vt is testatur, hæc epistola scripta est Ioanni episcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Velitris vicinum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 2. c. 5. Et in Toletano 11. c. 4.

¶ Non habeant episcopum dioeceses, quę nunquam habuerunt. C. L.

FOElix episcopus Selemselitanus dixit. Etiam si hoc placet, sanctitati vestrę insinuo, vt dioeceses a, quę nũquam episcopos habuerunt † non habeant b; & illa dioecesis, quę aliquando habuit, habeat proprium γ c. Secundum autem hanc prosecutionem δ sanctitas vestra ęstimet, quid fieri debeat. Ab vniuersis dictum est, Placet. [Burc. l. 1. c. 33.] † *al. acceperint*

γ ¶ Proprium.] *In concilio ipso sequuntur hæc.* Et si accedente tempore, crescẽte fide Dei populus multiplicatus desiderauerit proprium habere rectorem; eius videlicet voluntate, in cuius potestate est dioecesis constituta, habeat episcopum.

δ ¶ Prosecutionem] *Emendatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto. Nã antea legebatur;* Secundum hanc persecutionem sanctitatis uestræ est æstimare.

Item ex Africano concilio, c. 20. Et in Carthaginen. 3. c. 42.

¶ Nisi cum voluntate epscopi dioeceses, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios episcopos. C. LI.

MVltis concilijs hoc statutum est à cętu sacerdotali, vt plebes, quę in Burch. ibidem.

POstquam.] CASVS. Multæ ciuitates, inter quas erat Trium tabernarum ciuitas, intantũ erant populis desolatæ, quod proprios prælatos habere non poterant, nec erat spes illas ecclesias reparandi, immo timebatur ne illarum ecclesiarũ reliquiæ asportarentur. & ideo Ioanni episcopo Veliternẽ. ciuitatem committit eam suæ ecclesię vniendo: & dat sibi liberam potestatem, quatenus prout melius visum fuerit sibi, vigilanti cura cuncta disponat.

FOelix.] CASVS. In concilio Carthaginensi Fœlix episcopus Selemselitanus dixit, vt in illius plebibus ponantur episcopi, vbi quondam fuerũt: in alijs vero nõ. cuius dictũ concilium approbauit.

a ¶ Vt dioeceses.] Supra dist. 80. episcopi. & c. illud.

b ¶ Non habeãt] Nisi in casu, vt infra e. præcipimus. 99. dist. nulli.

c ¶ Proprium.] Nisi in duobus casibus. supra ead. & temporis 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos sine episcopo fuerit, dum tamẽ episcopalis limes possit probari, non obstat præscriptio. infra q. 3 licet.

MVltis.] CASVS. Quæsitũ fuit ĩ cõci. Africano an plebes,

bes, q̄ sunt in episcopatu alicuius, possint hr̄e proprios episcopos, quæ scilicet nunquam episcopos habuerunt. & respondet ꝙ non, sine voluntate illius episcopi à quo retinentur. Et scias ꝙ hæc duo ca. inducuntur ad probandum, ꝙ vnus episcopatus potest in duos diuidi.

niarijs eū iniuste spoliauit, patriarcha vero in causa criminali ipsum inique deposuit. Super quo cum querelam apud Greg. deposuit honori suo & loco est restitutus, & præcipit Larissæo archiepō, vt de cætero nihil iuris super eo vel eius ecclesia præsumeret vsurpare: sed si qua causa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, per delegatos domini Papæ, si mediocris est; vel per sedē Apostolicā, si ardua est decidatur: contra quod si fecerit, sciat se communione priuatum. Item præcipit ei, vt sine dilatione omnes res sacras vel aliàs mobiles vel immobiles ei restituat. de quibus si quæstio vertitur inter eos, in regia vrbe coram responsali ventiletur. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad §. [Sicut.]

diœcesibus ab episcopis retinentur, quæ episcopos nunquam habuerunt, non nisi cum voluntate eius episcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores. [a] α.

α ¶ Rectores.] *In concilio Africano, & Chartaginensi sequitur* ' id est episcopos: *quod additur etiam in glossa.*

Item Gregorius Ioanni episcopo[b] *Larißæo, lib. 2. indict. 11. epist. 7. seu c. 46.*

Ansl 6. c. 125. Poly. l. 1. tit. 7.

¶ Apostolica auctoritas à iurisdictione archiepiscopi episcopos valet eximere. C. LII.

FRater noster Hadrianus Thebanę ciuitatis episcopus ad Romanam vrbē veniens lacrymabiliter est conquestus de quibusdam capitulis se à fraternitate tua, necnon à Ioanne [c] primæ Iustinianæ † episcopo non legitimè, neque canonicè condemnatum. *& infra.* ¶ De nequissimo autem, damnandoque eius [d] iudicio alias sumus, iuuante Domino, tractaturi. Hadrianum vero episcopum reperimus, & tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, & nullo iure pecuniarijs in causis eum fraternitatis tuę condemnatum fuisse sententia. Quia igitur & ab antefato Ioāne primæ Iustinianæ episcopo cōtra ius, canonesq; depositus [e], honoris sui gradu carere non potuit; in sua eum reformari ecclesia, atque in propriæ dignitatis ordinem decreuimus reuocari. Et cum oportuisset te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione † sanctę memorię decessoris nostri contempta (per quam eū ecclesiamque eius de tuę iurisdictione potestatis exemit) rursus in eis aliquid [f] tibi iurisdictionis seruare pręsumpseris; tamen nos humanius decernentes, communionisque tibi sacramentum interim conseruantes, decernimus vt fraternitas tua ab eo, ecclesiaque eius omnem ante habitę suę potestatem iurisdictionis abstineat: & secundum scripta decessoris nostri [g], si qua causa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduersus pręfatum Hadrianum consacerdotem nostrum potuerit euenire; vel per eos, qui nostri sūt, vel fuerint in vrbe regia respōsales, si mediocris [h]

† al. Iustinianæ vrbis.

† al. post admonitionē contēptam.

c ¶ Nec non à Ioanne.] Sub quo erat Larissæus metropolitanus. de cuius diœcesi fuit exemptus.
d ¶ Eius.] s. Ioannis.
e ¶ Depositus.] Etiā de facto. sic. 24. q. 1. audiuimus.
f ¶ Aliquid.] Arg. ex eo ꝙ quis eximitur, vr̄ exemptus vniuersaliter etiam cū suis ecclesijs. in auth. vt eccl. Ro. cen. an. gau. præscrip. in prin. col. 2. qa beneficia principum large sunt interpretanda, vt ff. de consti. princ. beneficium. extra de dona. cum dilectus. 12. q. 2. qui manumittitur. & 24 q. 1. rogamus. & in authē. vt li. de cęr. §. si quis. coll. 6. inf. e. q. 2. visis. arg. contra. extra de relig. do. cōstitutus. in fi. ext. de do. pastoralis. extra de priuil. ex ore. in fi. & c cum capella. ff. de fun. instru. l. quæsitum § vit. Ioan. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus not. diligenter. B.

Exemptio simpliciter an eximat vniuersaliter.

di epō cōsentiente: aliter non licet, qđ non est verum quantum ad Papam. sed potest dici, ꝙ quædam concilia impetrauerant priuilegiū à Papa diuidendi vnū epatum in duos, de consensu, tamen epi cuius erat epatus.
a ¶ Rectores.] id est, episcopos. Videtur ergo ꝙ Papa nō possit inuito episcopo nouum facere s. episcopatum in diœcesi sua vt su. ea. & temporis. Hu. dicit hunc esse tenorem huius ap. ꝙ nullus sacerdos potest institui si ne voluntate diœcesani episcopi.
b ¶ Ioanni episcopo.] Supple & Ioanni patriarchę: quia archiepiscopo Larissæo scribit pro Hadriano.
FRater noster.] CASVS. Antecessor Greg. exemerat Hadrianum episcopum Thebanæ ciuitatis à iurisdictione Larissęi archiepi, & Ioanis patriarchę primę Iustinianę post quā exemptionē pfati archiepiscopus & patriarcha eum grauiter & iniuste in quibusdā causis condemnauerunt. Nā archiepiscopus in causis pecu-

Epō inuito an possit in sua diœcesi nouus epatus fieri.

aDe hoc inf. c. px. in gl arg. & su 99. dist. ca. 2. in glo. fi.

g ¶ Nostri.] Vr̄ ꝙ per legatum vel etiam delegatum q̄stio fidei sit tractanda: cum tantum ad Petrum sit referenda qō fidei, 24 q. 1. quoties. Sed dic ꝙ mediocres cās possunt episcopi tractare, vt extra de hære. ad abolendam sed magnas non vt, extra de hęre. cum Christus.
h ¶ Si mediocris.] Videtur ergo quòd delegatus criminales causas possit audire, vt 2. q 6 decreto. C. de offi pro con. l. 1. Arg. contra. ff. de off procon. solēt. extra de offi. leg quod translationem. Sed dic quòd mediocres causas appellat, cum tale est crimen quod non inducit depositionem in quo pōt interuenire procurator ut ff. an per alium causæ appel. re. post l 1. & vbi non est opus inscriptione, vt ff. de accus. leuia. Vel dic ꝙ cognoscere potest legatus de crimine episcopi: sed non deponere.

Causas mediocres tractant epi.

Delegatus verū criminales cās audire possit. Mediocres causæ quæ sunt.

Vel

Vel dic ꝙ potest pronunciare aliquem deponendum: sed eum condemnare nō potest. sic 2. q. 6. biduum. versi. si quem insulam.

a ¶ Vel huc.] Hic arg. delegatum non posse omnia quę delegans quod verum est, nisi ei specialiter aliquid fuerit permissum, vt 25. q. 2. in Galliarum.

nei, vt extra qui mat accusa poss. videtur. in fi. & extra de testi. veniens. in fi. C. de repud. consensu 1.

g ¶ Discernant.] Vel per arbitrium, vel per amicabilem compositionē: superioris tñ auctoritas est necessaria. extra de transa. de cætero. &c. statuimus. & extra de arbi. per pruden- tia.

1 Hoc no. 5. q. 5. in summa. & ca. 1. & 14 q. 2. su.

est quæstio, cognoscatur: vel huc [a] ad Apostolicam sedem si ardua est deducatur: quatenus nostrę audientię sententia decidatur. Quòd si contra hęc quæ statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communione priuatum: nec eā te, excepto vltimo vitę tuę tempore, nisi concessa Romani Pontificis decernimus iussione percipere α *& paulo post.* ¶ Res autem siue sacras, siue aliàs mobiles, immobilesque eius ecclesię, quę hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam pręsentibus annectimus litteris) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos quęstio vertitur; volumus, vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

Iuo p. 4. c. 265.

α ¶ Percipere.] *Hic in epistola interijcitur, c. hac † consona. infra 25 q. 1.*

† al. hac

Si autem nec dum in diœcesi alicuius episcopi illa loca signata fuerint, ex vigore Apostolicæ sedis proprium episcopum accipiant.

Unde Gregorius iunior scribit Bonifacio episcopo, epi. vlti.

¶ Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi episcopi sunt ordinandi. C. LIII.

PRæcipimus [b], vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fidelium, vt vigore Apostolicæ sedis debeas [c] ordinare episcopos: pia tamē contemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatus.

Sicut duo episcopatus suprascripto modo in vnum possūt redigi, & vnus in duos valet diuidi; sic etiā episcopus de baptismalibus, & parochianis ecclesijs facere potest cum consēsu suorum clericorum. Quod cū factum fuerit; illa pars populi, quæ nouis ecclesijs supponitur, à iure prioris ecclesiæ absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarū ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest.

Unde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptismales ecclesię esse non possunt. C. LIIII.

PLures baptismales ecclesię in vna [d] terminatione esse non possunt [e]: sed vna tantummodo cum suis † capellis. Et si contentio fuerit de terminatione duarum matricum; plebes vtrarumque [f] discernant [g]: & si non conuenerint, lis Dei iudicio [h] discernatur.

Burc. l. 3. c. 22. Iuo p. 3. c. 27.

† al. subdis

b ¶ PRæcipimus.] Arg. ꝙ sine auctoritate Papę episcopatus non fiunt. & arg 7. q. 1. mutationes.

c ¶ Debeas.] Vt tamen habeatur cōsensus episcopi, si regio illa esset intra diœcesim alicuius episcopi: quia quidquid excrescit, spectat ad episcopum, vt ext. de deci. quoniam loan.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictū est in ca. & tēporis qualitas & capitu. postquam. & cap. Fœlix. quod duo episcopatus in vnum redigi possunt: & vnus in duos potest diuidi. Nūc dicit Gratia. ꝙ episcopus potest similiter vnam ecclesiam sibi subiectā in duas diuidere, & econuerso cū consensu suorū clericorum: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris ecclesię: & nisi hoc fieret: multitudo ecclesiarū ad paucitatem reduceretur: plures tamen baptismales ecclesias ī vna terminatione facere non potest episcopus.

PLures.] CASVS. Statutum est in cōcilio Toletano, vt intra vnam terminationem non sint plures ecclesiæ baptismales, & si contentio fuerit de terminatione duarum matricū ecclesiarum, populi vtrumque amicabiliter componāt, sin autem, lis Dei iudicio discernatur.

d ¶ In vna.] Et intra eosdem limites.

e ¶ Non possunt.] Ita quod habeat eosdē limites. ex quo enim sunt baptismales, debent habere limites distinctos, vt 25 q. 1. c. 1. vnus enim tantum debet esse princeps. 7. q. 1. in apibus.

f ¶ Plebes vtrarumq;.] Arg. ꝙ qui rem melius nouerunt, siue sint domestici, siue extranei, potius debēt esse testes quàm alij, licet sint domestici vel consangui-

bi per tuas. aliàs laicus non posset esse iudex in spiritualibus, vt ext. de iud. decernimus. & c. seq. & in cōstit. Inno contingit. quæ est de arbit. Et est hic argu. ꝙ spiritualis cā laico potest committi 32. dist. §. verum.

h ¶ Iudicio.] Id est, iuramento. vel etiā sortibus 2. quibus Dei voluntas ostenditur 26. q. 2. §. 1. & ca. sors. Vel

a Scilicet honestis, & hoc tenet. Hug.

Dei

Dei iudicio, id est, ecclesiastico. 3. q. 5. quia suspecti. ver. veniat. 12. q. 1. futuram.

IVS ERGO. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probare intendit, quod omnes ecclesiæ cum rebus suis sint in episcopi potestate, nec decimæ sine eius licentia alibi

modi officia sunt commissa, decimas dare voluerit: pœna pecuniaria, & excommunicatione puniatur. [Oblationes,] In testamento relictas. Vel potest dici, quod oblationes debitæ sunt, & homines ad hoc compelluntur, vt inf. ea. q. in canonibus.

¶ *Caput hoc in nullo Toletano est inuentum. Burchardus & Iuo citant ex concilio Aquisgranensi.*

6 *Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente alijs ecclesijs fuerit assignatum, in nullorum redituum diminutionem patiantur.*

Vnde Anastasius Papa.

Capi. l. 6. c. 285. & l. 7. c. 7.

¶ Communione priuetur, qui decimas, vel oblationes extra episcopi conscientiam tenere voluerit. C. LV.

Ansl. l. 5. ca. 45.

STatuimus, ut si quis oblationes [a] ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet tenere contenderit, vel extra baptismalem [b] ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiuscemodi officia commissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio; bannum [c] nostrum componat, & communione priuetur.

Cum addit: [Extra cōscientiam episcopi,] intelligendū relinquit, quòd episcopo consentiente alijs ecclesiis dari poßunt. Item.

In conc. Ticinensi. c. 11.

¶ Iuxta dispositionem episcopi decimæ distribuantur. C. LVI.

Ansl. l. 5. c. 46.

IN sacris canonibus præfixum est, ut decimæ iuxta episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem laici, qui vel in proprijs, vel in beneficijs [d] quas habent basilicas contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, vbi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel propriis basilicis, vel aliis ecclesiis [α] pro suo libitu tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram [β] potestatem, vt eos corrigatis, expetimus.

α ¶ Aliis ecclesiis.] *In concilio Ticinensi, vnde hoc capitulum videtur acceptum, legitur,* suis clericis: *Apud Anselmum vero,* suis ecclesiis.

β ¶ Vnde uestram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi synodo interfuit. Quare in ea sequitur,* sacra docet, &c.

Cū autem reprehenduntur, quia cōtempta episcopi di-

a ¶ Oblationes.] Arg. quod excōmcari possunt laici, qui non dant sacerdotibus oblationes (scilicet debitas) vt inf. de cons. dist. 1. omnis Christianus. quod Hu. intelligit etiam de gratuitis oblationibus, si clericus non habet vnde sustentetur. arg. ext. de simo. cum sit. arg. contra 91. d. clericus. 12. q. 2. charitatem.

b ¶ Baptismalem.] decimæ ergo soluendæ sunt baptismalib. ecclesijs. arg. sup. ea. de decimis. & inf. ea. in sacris. quod verū est de prædialibus, sed personales debentur parochialibus ecclesijs, vt su. ea q. & dixi sup. ead. quicumque. Item patet, quod episcopus potest auferre decimas vni ecclesię, & dare alteri, vt dixi su. ea. ecclesiæ.

Decimæ cui ecclesiæ sūt soluendæ.

c ¶ Bannum.] 60. solidorū, vt in Lombarda continetur. & sic semper intelligitur vbi non determinatur. & est hic. arg. pœnā pecuniariam ab ecclesia posse infligi. 18. d. quoniā. extra de rap. in archiepiscopatu. ar. 23. q. 5. quid ergo. argu. contra extra de pœ. licet 1. Item argum. quòd iudex potest al quem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non est verum, vt extra vt lit. non cont. quoniam. in fin.

Ecclesia pōt pœnam pecuniariam infligere.

1 Vbi de hoc & 18. d. quoniam. in fi. & 23. q. 5. si vos & 94. d. c. vlt.

CVM ADDIT. CASVS. Dictum est sup. quod præter conscientiam episcopi decimæ aliis dari non debent. Nunc vero à sensu contrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo, consentiente alijs dari possunt.

bi possint dari, & quod episcopus debet illas dispensare secundum Deum, prout sibi videbitur melius expedire. Io. de Fant.

CASVS. In c. sup. quicunque. dictum est, vt antiquiores ecclesiæ ius suum non perdant propter nouas, quod est (sicut Grat. hic interpretatur, nisi auctoritate episcopi alijs ecclesijs fuerit assignatum: & ad hoc inducit se. c. Et hoc intelligit Hu. de ecclesijs, quæ tantum ad episcopum spectant. de alijs non potest sine consensu clericorum.

STatuimus.] CASVS. Statuitur in hoc c. quod si quis sua auctoritate decimas, vel oblationes, quas debet populus dare contenderit retinere, vt extra baptismalem ecclesiam præter conscientiam episcopi, vel eius cui huius-

IN sacris.] CASVS. Conquesti sunt quidā archipresbyteri de quibusdā laicis, qui decimas ecclesijs baptismalibus subtrahentes episcopi dispositione contempta dabant eas illis ecclesiis, quas ædificauerant in proprijs prædijs, vel in feudis, vel aliis ecclesiis. & ideo prohibet Anastasius ne hoc de cætero fiat.

d ¶ In beneficijs.] Id est, feudo. Et est arg. ius patronatus cū feudo transire, nisi fuerit exceptum: vt extra de iure patro. ex litteris. arg. contra. inf. ea. q. 7. nemini 2.

CVM AVTEM. CASVS. Dictū est su. in proxi. c. quod reprehenduntur, qui contempta episcopi dispositione deci-

a Et illud verū est singulariter. sed cum vniuersitate bene si. de cōtrah. emp. in modicis secundū. Lau.

decimas alijs ecclesijs tribuunt. Nunc vero à sensu contrario colligit Gra. quòd si eo disponente hoc faciunt, irreprehensibiles inueniuntur.

IN canonibus]CASVS Hoc capitu. diuiditur in tres partes. in prima parte anathematizantur quicumq; oblationes alterius ecclesiæ, quas vel accipere, vel alteri dare volunt, preter conscientiā episcopi, vel alteri⁹ ad quē huiusmodi spectāt officia: cum iniquum sit ab aliquibus vsurpari quod relictum est ꝓ remedio animarum, & maxime à Christianis, & principibus, à quibus res ecclesiasticas conuenit custodiri. In secunda parte dicitur, quòd quicumque res ecclesiæ sua auctoritate, vel auctoritate principis inuaserit: nisi commonitus resipiscat, debet excommunicari. In tertia parte ostendit hominem inobedientem excōmunicandum. & hoc probat auctoritate Domini. Secunda pars incipit ibi, [Generaliter.] Tertia ibi. [Similiter, & illi.] Et nota quod in principio sūt verba Symmachi. ibi, [Si quis oblationes:] Sunt verba cōcilij, & caute considera, quę sūt verba concilij legendo. & loquitur istud cap. de immunitate rerum ecclesiæ: sequens vero c. de immunitate rerum clericorum.

a ¶ Maxime.] Quem qs tenet defēdere cōtra alios, multo ortius cōtra se. & si ser. vend altius. 19. d. nullas inf. c. nulli episcoporū. extr. de nat. ex lib ven. c. vnico.

b ¶ A principibus.] quibus Christus ecclesiam commisit. 23. q. 5. principes.

c ¶ Confiscare] Secūdum leges veteres bona damnatorū cōfiscabantur. hodie secus, vt C. de bo. dam. aucto. bona. Res autem ecclesię nō possunt confiscari, vt su. ead. placet, arg. contra extra de preci. p. si diligenti.

d ¶ Potentum.] Nota auctoritatem maioris in illicitis non excusare. 12. q. 2. quicumque. & c. de rebus. 12. q. 3. si dominus. & infra ea. q 7. decimas. 25. q. 1. omne quod. 36. q. 2. nullus. arg. contra 63. dist. Salonitanę. 14. q. 5. dixit.

e ¶ Nisi cito.] Primo tamen videtur citandus princeps cuius auctoritate res ecclesiastica tenetur, vt 12. quest. 2. de reb. sed illud ob scandalum principis. sed non est ita.

f ¶ Chartarum.] Id est, librorum qui episcopus non debet semper libris insistere, vt 86. dist. fratrem.

Ecclesię res confiscari nō possunt.

spositione hoc faciunt; intelligitur, quòd si episcopo disponente hoc fecerint, irreprehensibiles inueniantur.

Item Symmachus episcopus ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ dixit in synodo sexta Romana.

& i Aquisgran. sub Pipino. ca. 26.

¶ Anathema sit, qui præter episcopi conscientiam decimas, & oblationes dispensare voluerit. C. LVII.

IN canonibus in Gangrensi ecclesia Apostolica auctoritate conditis de fructuum oblationibus, quæ ministris ecclesiæ debentur, & de his, quæ in vsus pauperum conferuntur, scriptum habetur: [Si quis oblationes ecclesiæ accipere, vel dare voluerit præter episcopi conscientiam, vel eius, cui huiuscemodi sunt officia commissa, nec cum eius voluerit agere consilio; anathema sit.] Et iterum in eodem concilio Gangrensi: [Si quis oblata Deo dederit, vel acceperit præter episcopum, vel eum, qui constitutus est ab eo ad dispensandam misericordiam pauperibus; & qui dat, & qui accipit, anathema sit.] Valde iniquum † ergo, & ingens sacrilegium est, vt quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit; ab his, à quibus hæc maxime [a] seruari conuenit, id est Christianis, & Deum timentibus hominibus, & super omnia à principibus [b], & primis regionum in aliud transferri, vel conuerti. *& infra.* ¶ Generaliter vero, quicumque res ecclesiæ confiscare [c], aut competere, aut peruadere periculosa sua infestatione præsumpserit; nisi se ꝓ citissime per ecclesiæ, de qua agitur, satisfactionem correxerit; perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi, qui res ecclesiæ, iussu, vel largitione principum, vel quorundam potentum [d], aut quadam inuasione, aut tyrannica potestate retinuerint, & filijs, vel hæredibus suis (vt à quibusdam iam factum audiuimus) quasi hæreditarias reliquerint; nisi cito [e] res Dei admoniti a pontifice agnita veritate reddiderint, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim esse censemus, vt custodes potius chartarum [f], quàm defensores rerū creditarum (vt præceptum est) iudicemur. *& infra.* ¶ Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quę fomenta non sentiunt.] Similiter & illi extorres debent fieri ab ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino: [Auferte malum ex vobis.] Vniuersa synodus surgens acclamauit. Vt ita fiat, rogamus, Dictum est octies. Ista seruentur precamur, Dictum est decies. Vt in perpetuum maneant, & vestra auctoritate firmentur, Dictum est duodecies. Exaudi Christe, Symmacho Papæ vita, Dictum est duodecies.

Deusdedit p. 4. Aol. l. 5. c. 44.

C. 7. Gangren. Capitu. l. 7. c. 7

In Gan. c. 8. Burc. l. 3. c. 144. & 145. Iuo p. 3. c. 209. & 210. 12. q. 2. indigne

† Hoc et habes sup. 96. dist. c. 1.

Iuo p. 3. c. 148.

Deuter. 13. & 1. Cor. 5.

SImiliter.] CASVS. In hoc c. dicitur, ꝙ res episcoporũ patrimoniales esse ecclesiæ non dubitantur: & ideo simili debent priuilegio gaudere: vnde si quis eas inuaserit, nisi admonitus resipiscat, sicuti propter res ecclesiæ, ita propter res episcoporum excommunicari debet. & nota, quòd dicitur de rebus episcoporum, est intelligendum de rebus omnium clericorum.

a ¶ Ecclesiæ.] Quia episcopus est in ipsa ecclesia, vt 7. q. 1. scire. Ex hoc e. consueuit dici quod res clericorum eodem gaudent priuilegio quo res ecclesię. 12. q. 2. ecclesiarum. & 87. dist. eos. vnde videtur ꝙ æquè committatur sacrilegium in rebus clericorum, sicut in rebus ecclesiæ. Vel dic ꝙ sunt res ecclesiæ quo ad defensionem: quia ecclesia debet eas defendere: 1. sicut suas. 12. q. 2. de laicis & 87 dist. eos. Vel dicũtur ecclesiæ quo ad hoc: quia si damnificat ecclesiã eps ecclesia habet recursum ad res suas vt 12. q. 4. quicunque: vnde dico ꝙ omnes res clerici sunt obligatę suæ ecclesiæ: sicut res mariti vxori, vt ext. de pi. ex litteris. & C. q pot. in pig. l. vlt. sicut. & res tutoris pupillo. vnde qui minor est xxv. annis. non debet esse prælatus, cum res ipsius non possint obligari ecclesię. vt C. de leg. tut. l. vlt. Nec obstant contraria hic signata supra 12. quæst. 3. episcopus & quęst. 2. sint manifestæ. vbi dicitur, quód aliæ sunt res ecclesię; alię episcopi: & hoc fateor: sed dicuntur esse ecclesię quo ad ea quæ dixi 12. quęst. 5. si episcopus.

Ecclesiæ & clericorum bona eodẽ potiunt priuilegio.

1 Hoc intellige, vt ext. de vi. & hone. cle. c. fi. Arch.

Minor xxv. annis cur nõ debeat esse prælatus.

b ¶ Simili.] Quam præmisimus circa res ecclesiasticas.

α ¶ Oblationes ecclesię.] *In concilio ipso Gangrensi legitur*: si quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere, &c.

β ¶ Nisi se.] *Hæc vsque ad vers.* Similiter *sunt addita ex Symmachi synodo.*

γ ¶ Ista seruentur.] *Item hæc vsque ad vers.* Exaudi.

Item in eadem Synodo.

¶ Eadem plectuntur pœna, qui ecclesiæ res, & bona episcoporum inuadunt. C. LVIII.

Ivo p. 3. c. 148.

SImiliter & hoc ad omnium ecclesiarum notitiam vestra cunctorum exhortatione, & iudicio censemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri; quia episcoporum res ecclesiæ [a] nõ dubitantur esse; si in eorum facultatibus simili [b] fuerit crudelitate grassatum; peruasores rerũ memoratarum, prædictæ canonum districtionis feriatur vindicta: vt qui moribus proprijs, ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur; saltem ecclesiasticæ, & canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.

Item ex libro primo capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum, c. 85.

¶ Res ecclesię, principum auctoritate distribui non possunt. C. LIX.

Deusdedit p. 5. Ansl. l. 4. c. 43.

QVia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesię vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; cuique non solum habita conseruare; verum etiam multa, Deo opitulãte, conferre optamus. Vt † autem ab ecclesiasticis α de diuidendis β [c] rebus ecclesię suspicionem dudum cõceptam amoueremus; statuimus, vt neque nostris, neque filiorum [d], & Deo dispensante successorum nostrorum temporibus, qui nostrorum vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, vllam penitus diuisionem, aut iacturam patiatur.

† al. tamen vt

α ¶ Ecclesiasticis.] *Sequebatur*, officiis, *quæ vox neque in vetustis, neque in ipso capitulari est. Refertur enim ad homines, non ad officia.*

β ¶ Diuidendis.] *In capitulari impresso legitur*, non diuidendis. *In capitulis autem manuscriptis quæ ab episcopis prouinciarum Rhemensis, ac Rothomagensis Ludouico regi missa fuerunt hæc habentur ad hunc locum pertinentia.* Quia vero Carolus princeps Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes, res ecclesiarum ab eis separauit, atq; diuisit, pro hoc solo maxime est æternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, in oratione positus, ad alterum sæculum raptus, & inter cætera, quæ Domino sibi ostendente conspexit, vidit illum in inferno inferiori torqueri. Cui interroganti ab Angelo eius ductore responsum est, quia sanctorum iudicatione, qui in futuro iudicio cũ Dño iudicabunt, quorumque res abstulit, & diuisit, ante illud iudicium ani-

QVia iuxta.] CASVS. Ludouicus & Carolus legẽ sanxerunt in perpetuũ valiturã, vt qa res ecclesię sunt vota fidelium: & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperũ, nulli liceat ea ab ecclesia remouere sub pęna excõmunicationis.

c ¶ Diuidendis.] Id est separandis ab ecclesia. consueuit tamen hoc capi. induci ad probandũ, ꝙ res ecclesiarum non possunt diuidi per præbendas, vt dixi 12. q. 1. c. vlt.

d ¶ Neque filiorum.] Arg. aliquem suo successori legem posse indi-

ma & corpore sempiternis pœnis est deputatus: & recipit simul cum peccatis suis pœnas propter peccata omnium, qui res suas, & facultates in honore & amore Domini ad sanctorum loca in luminaribus diuini cultus, & alimonijs seruorum Christi, ac pauperum pro animarum suarum redemptione tradiderant. Qui in se reuersus S. Bonifacium, & Fuldradum abbatem monasterij S. Dionysij, & summum capellanum regis Pipini ad se vocauit, eisque talia dicens in signũ dedit, vt ad sepulchrum illius irent, & si corpus eius ibidem non reperissent, ea quæ dicebat, uera esse concrederent. Ipsi autem pergentes ad prædictum monasterium, ubi corpus ipsius Caroli humatum fuerat, sepulchrumq; ipsius aperiẽtes, uisus est subito exijsse Draco, & totum illud sepulcrum interius inuentum est denigratum, ac si fuisset exustum. Nos autem illos uidimus, qui usque ad nostram ætatem durauerũt, qui huic rei interfuerunt, & nobis uiua uoce ueraciter sunt testati, quæ audierunt, atq; uiderunt. Quod cognoscens filius eius Pipinus synodum apud Liptinas congregari fecit, cui præfuit cum S. Bonifacio legatus Apostolicæ sedis Gregorius nomine. Nam & synodum ipsam habemus, & quantumcũque de rebus ecclesiasticis, quas pater suus abstulerat, potuit, ecclesijs reddere procurauit. Et quoniam res ecclesijs, à quibus ablatæ erant, restituere propter concertationem, quam cum VVaifaro Aquitanorum principe habebat, non præualuit; præcarias fieri ab episcopis exinde petij, & nonas, ac decimas ad restaurationes tectorum, & de unaquaque casata duodecim denarios ac ecclesiam unde res erant beneficiatæ (sicut in libro capitulorum regum habetur) dari constituit, vsque dum ipsæ res ad ecclesiam reuenirent. Vnde & Dominus Carolus Imperator adhuc in regio nomine constitutus edictum fecit, ut nec ipse, nec filii eius, neq; successores, huiusmodi res agere attentarent. Quod manu sua firmaui, cur plenitudinem habemus, & de quo capitulum exceptum in libro capitulorum eius, quicunq; librum illum habet, & legere uoluerit, inuenire ualebit. Hanc etiam relationem & in scripturis habemus, & quidam nostrum etiam viua uoce Dominũ Ludouicum Imperatorem patrem uestrum referre audiuimus. *Huius historię mẽtio etiam est in uita B. Eucherij episcopi Aurelianensis, & B. Rhigoberti archiepiscopi Rhemensis. Qualis vero esset huiusmodi ecclesiasticorum bonorum diuisio, quam Carolus Martellus induxit, Pipinus autem, & Carolus Imperator prohibuerunt, eodem libro primo capitularium ante capitulum illud 83. sic exponitur:* Tempore Hadriani Papæ, & Caroli magni Imperatoris, quando Paulinus episcopus tenuit vices Apostolicæ sedis in Aquis fuit factum istud capitulum propter hoc, quia laici homines solebant diuidere episcopia, & monasteria ad illorum opus: & non remansisset vlli episcopo nec abbati, nec abbatissæ, nisi tantum, vt velut canonici, & monachi viuerent

indicere, vt 12 q. 2. nõ liceat. 63. dist. ergo. arg contra 2 quęstio. 5. mandastis. vbi de hoc 1.

1 Contrario standũ est: & ideo cautè hic dicit, Deo dispensante.

CVM ERGO. CASVS. Dictum est quod cum episcopi consensu oblationes vnius ecclesię alij distribui possunt, innuit à contrario sensu: sed Gratia. nunc vult probare contrarium.

CONstitutũ.] CASVS. Episcopi ecclesiarum auferebant. & ideo cõstitutum fuit in concilio Toletano, vt nihil de rebus earum præsumant auferre: tertiã tamen partem de ecclesiarum obuentionibus consequantur & si contra hoc fecerent, per conciliũ restaurentur conditoribus ecclesiarum, vel eorũ hæredibus super hoc appellantibus

a ¶ Auferre.] Nisi in casibus. 12. q. 2. bonæ rei. & 10. q. 1. hoc ius extra de ecle. ędi. ad audientiam.

b ¶ Tertiam.] Alibi dicitur

Cum ergo præter conscientiam episcopi, vel eius, cui officia huiusmodi cõmissa sunt, quilibet prohibetur oblationes ecclesiæ distribuere; liquido apparet, quod cum episcopi consensu, quibuslibet ecclesiis possint distribui.

Huic interpretationi videtur contraire auctoritas illa Toletani concilii 4. capi. 32.

¶ Nihil de iure suę diœcesis episcopi pręsumant auferre.

C. LX.

CONstitutum est à pręsenti concilio, episcopos diœceses suas ita regere vt nihil ex earũ iure pręsumant auferre[a]: sed iuxta priorũ auctoritatem conciliorum, tam de oblationibus, quàm de tributis †, ac frugibus, tertiam [b]

† *al. decimis tributis.*
Burc. l. 3. c. 103.
Iuo p. 3. c. 253.

1 De hoc satis not. 10. q. 3. de his. ibi videas. Arc.

dicitur, quòd quartam. 12. quæst. 2. concessio. alibi, quòd medietatem. 10. quæst. 1. antiquos. sed loci consuetudo est obseruanda 1, vt dicit Grat. in seq. §. & 10. quæst. 3. cathedraticum. Vel dic, diuersitas temporum soluit contrarium. 2. quæst. 1. si peccauerit. a ¶ Quòd hoc nullo modo fiat, nisi in tribus casibus, scilicet clericis benemeritis. vel monasterijs religionis intuitu, vel peregrinis si largiri necessitas suaserit: & hoc faciant non perpetuo, sed ad tempus.

d ¶ Non perpetuo.] Hoc verbum perpetuo, spectat tantum ad clericos, secundum quod exponit Grat. in f. e. §. sed illud. Sed hæc veritas est, quòd monasterijs, & pijs locis pōt dari aliqd perpetuo, vt s. e. q. 2. visis. & 12. q. 2. si quos. & c. ecclesiasticis. Si aût simpliciter datur aliquid personæ, intelligo personaliter esse datum. su. 10. q. 2. hoc ius. si ecclesię datur, intelligo donationem esse perpetuā, vt infr. e. ca. vlt. extra de insti. cū venissent. nam cum res intelligatur data vsque ad mortem hominis, & ecclesia nō possit mori. 12. q. 2. liberti. semper intelligitur perpetuo esse datū quod ecclesiæ datur. Sed si quis dederit ecclesiæ tantum vsum rei, nō proprietatem: in hoc casu vtitur ecclesia re illa vsque ad centum annos: quia hęc ætas longæui hominis est. ff. de vsufruc. an vsus fructus, & C. de sacrosf. eccl. l. vt inter. Sed nunquid episcopus sine canonicis temporalem donationem facere potest? Dico quòd sic: quia tantum perpetuę cōcessiones spectant ad alienationem, vt extra de his quæ fiūt a præla. sine consensu c. tua 2. 12. q. 2. bonæ. Vsusfructus ecclesiæ relictus durat cētū annis.

consequantur. Quòd si amplius[a] quidpiam ab eis præsumptum extiterit, per concilium restauretur: appellantibus aut ipsis conditoribus [b], aut certe propinquis [c] eorum, si iam illi à sæculo discesserunt.

Item Symmachus Papa ad Cæsarium fratrem, c. 1.

¶ Possessiones ecclesiæ derelictas nulli sit alienandi licentia. C. LXI.

Poly. l. 4. tit. 21. Ans. l. 6. c. 166.

POssessiones, quas vnusquisq; ecclesiæ proprio dedit, aut reliquit arbitrio, alienari quibuslibet titulis, atque distractionibus, vel sub quocumque argumento non patimur: nisi forte aut clericis bonorum † meritorum, aut monasterijs religionis intuitu, aut certe peregrinis, si necessitas largiri suaserit; sic tamen, vt hæc ipsa non perpetuo [d], sed temporaliter perfruantur.

† al. bonorum meritis

Sed illud Toletani concilij ita intelligendum est, vt episcopi prætea quartam, vel tertiam, quæ secundum locorum diuersitates eis debetur, nihil contingant.

Vnde in concilio Leonis Papæ IIII. c. 26. statutum est.

¶ A clericis, & pijs locis vltra statutum patrū aliquid episcopus non exigat. C. LXII.

Poly. l. 3. tit. 12. Ans. l. 5. c. 47.

NVlli episcoporū liceat à subiecto sacerdote, vel alio quolibet clerico, & pijs locis dationes vltra statuta[e] patrum exigere, aut super † posita in angarijs inferre. Sed cum optimus sit perspector, ita prospiciat †, vt vniuersæ sibi oues commissæ à se maximè alantur, atque in necessitatibus [f] adiuuentur, non illicitis exactionibus † opprimantur: quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel auaritijs delectari.

† in uulgatis grat [supposita]
† al. perspicias
† al. exactis dationibus

Item Gregorius Leoni episcopo Catanensium †, libr. 7. epist. 8.

† al. Catinensi

a ¶ Quòd si amplius.] Et & si fecerint, quasi concussores sunt in quadruplum puniendi. ar. 13. dist. quoniam quidem. 24. q. 1. militare. C. de assesso. l. 3.

b ¶ Conditoribus.] Id est patronis, qui possunt male alienata repetere, vt infra ead. q. 7. filijs. immo quilibet de populo hic admittitur. 12. q. 2. non liceat. Sed nunquid patronus laicus potest criminaliter clericum accusare de dilapidatione, cum suam iniuriam persequatur, arg. quòd sic. inf. q. 7. filijs & argu. 22. dist. illud. Nā ipsorum interest, vt inf. ead. q. 7. quicūque. Simili ratione videtur quòd quilibet de populo: quia publice interest ne res ecclesiæ male tractentur, vt 2. q. 1. prohibentur. in fi. sed tamen secus est, vt notaui 2. q. 7. in summa. & cap. præsumunt. Et est ad hoc 28. d. consulendum.

Patronus laicus, an possit clericum de dilapidatione criminaliter accusare.

c ¶ Propinquis.] Ius enim patronatus transit ad filios, vt inf. ea. q. 7. filijs. etiam quamuis heredes nō sint. arg. ff. de iure pat. filij. ff. de religio. quod patet. & ad hæredes extraneos, vt inf. quæst. 7. si plures. ff. de ope. lib. fabriles. & argu. contra. ff. eo. si operarum. & C. eo. liberti. Ioan.

POssessiones.] CASVS. Episcopi alienabant possessiones ecclesiarum, quas quis dederat in vita, vel in morte reliquerat: sed Papa Symmachus prohibuit, vt secus fit in concessionibus ecclesiarū: quæ licet temporales sint, tamen solis non concedet, nisi hoc habuerit ex consuetudine, vt extra de his quæ fin. à præla. ea noscitur. ar. tamen contra. 12. quæst. 1. episcopus. vbi nec fructus potest episcopus dare sine conscientia cleri sui. Ioan.

2 Ad idē extra lib. 6. de reb. eccl. nō alien. dudū vbi de hoc.

SED ILLVD. CASVS. Quia sup. in cap. constitutum. facta est mentio de tertia, quàm episcopus debet percipere de rebus ecclesiarum: ideo idem nunc ostendit, & de quarta: scilicet, vt episcopi præter tertiam, vel quartam secundum diuersas consuetudines nihil auferre præsumant.

NVlli episcoporum.] CASVS. Quidam episcopi vltra quā eis à canone permittebatur clericos sibi subiectos multis angarijs fatigabant, exactiones plurimas faciendo in eos: & ideo statuit Leo, vt hoc de cętero non faciant: sed proprias oues alant tanquam boni pastores. & hoc probat auctoritate Domini, qui nos docuit pascere, & docere.

e ¶ Statuta.] Si ergo eps aliquid exigit à subdito suo, negare potest ei, nisi ostendat hoc à canone ei concessum esse, vt 18. q. 2. hoc tantum. & 9. q. 3. conquestus 3.

f ¶ Necessitatibus.] à pauperibus enim nihil petet, vt 1. q.

3 Et arg. 10. q. 3. quia cognouimus. vbi de hoc. & extra de pœnis, in quibus. in glo. permissum, &c.

Patria, si tenuis sit, potius iuuanda quàm spolianda.

1. q. 2. placuit. sic dicit lex. q si patria tenuis est, potius est iuuanda, quam spolianda, vt C. noua vectig. instit. non pos. l. 1.

l ¶ Ait enim.] In secunda epistola ad Corinthios.

m ¶ Thesaurizare.] Superficialis est ista argumentatio, quia & filij thesaurizant parentibus: quia parentes succedunt eis si aliquid habent, vt su. 2. q. 4. hi qui. & infr. 35. q. 8 hæc salubriter. Non est superficialis: quia non succedunt

AD hoc locorum.] CASVS. Leo episcopus reditibus, vel oblationibus ecclesię integram quartã canonicis suis non distribuebat & so Grego. præcepit, vt illam quartã sine diminutione prout sibi visũ fuerit cum discretione inter canonicos distribuat: quia ad hoc sunt ordinati gradus locorũ & distincti, ne prelati opprimãt iniuste subiectos; nec subiecti contra prelatos superbiant effrænate.

a ¶ Ad hoc.] Si. C. de Iudę. nullus.

b ¶ Et iudicia.] sup. 89. dist. ad hoc.

c ¶ Vel quolibet.] Ergo non solum de decimis, & oblationib. fiant quatuor portiones, sed etiam de pensionibus. & alijs reditibus 12. quęst. 2. quatuor.

Quatuor portiones non solum de decimis fiunt, sed & de pensionibus, & alijs reditibus.

d ¶ Visum.] Ergo episcopus pro arbitrio suo potest bona ecclesię diuidere. 12. q. 2. Vulteranę. inf. eo. q. 7. decimas. contra. Sed ibi soluitur, hoc cap. loquitur quando bona nõ sunt separata: alios contra. 12. q. 1. §. vlt. quod potius concordat.

¶ De reditibus ecclesiæ quarta pars clericis est distribuenda. C. LXIII.

AD hoc [a] locorum gradus rationis ordo distinxit, & iudicia [b] esse constituit; vt nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos; nec subiectis iterum contra suos præpositos effrænata sit resultandi licentia. *& infra.* ¶ Volumus igitur, vt quidquid ecclesiæ tuæ ex reditu, vel quolibet [c] alio titulo fortassis accesserit, quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam secundum Dei timorem presbyteris, diaconis, ac clero (vt tibi visum [d] fuerit) discrete diuidere. Ansel. 5. c. 67.

Item ex septima synodo, c. 4.

¶ Episcopus turpis lucri gratia nihil à monachis, vel clericis suis exigere debet. C. LXIIII.

PRædicator [e] veritatis Paulus diuinus [f] Apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum presbyteris, immo vero [g] & omni sacratæ multitudini† [h] ita fiducialiter perhibuit; [Argentum, & aurum [i], aut vestem nullius concupiui. Omnia ostendi vobis, quòniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, beatius existimans† [k] dare, quàm accipere.] Propter quod & nos edocti ab eo definimus episcopum nullatenus turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab episcopis, vel clericis, vel monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim [l] Apostolus: [Iniqui regnum Dei non possidebunt: nec debent filij thesaurizare [m] parentibus [n], sed parentes filijs.] *& infra.* Præcepit enim & Petrus Apostolorum summus. [Pascite, qui in vobis est, gregem Dei, non coacte [o], sed spontaneè secundum Deum; non turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.]

Ansel. 6. c. 169. Poly. l. 4. tit. 21.

Act. 20.

† *al. plenitudini* πληρώματι.

† *existimantes*] orig.

In scriptura autem citatur tanquàm sententia Domini.

Psal. 140.

1. *Cor.* 6.

2. *Cor.* 12.

1. *Pet.* 5.

¶ *Caput hoc antea citabatur ex sexta synodo. Est autem in septima ex versione Anastasij, ex qua nonnulla hic sunt addita, dempta, emendata.*

PRędicator.] CASVS. Quidam episcopi turpis lucri gratia a subiectis suis iniuste pecuniam exigebãt. sed sexta synodus ostendit, quòd hoc facere nõ dẽnt: quia non debent res subditorum iniuste desiderare: sed potiꝰ illos alere. Et hoc probat tribus auctoritatibus, scilicet duabus Pauli, & tertia Petri.

Prelatus à subditis aurũ, vel argentum nõ exigat.

e ¶ Prędicator.] Probat sexta synodus auctoritate Petri & Pauli, quòd prelatus à subditis non debet exigere aurum, vel argentum: sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de cele. miss. cum Marthę.

f ¶ Diuinus.] Quandoque ponitur in mala significatione, vt 3. q. 1. nunquam.

g ¶ Immo vero.] Si iudex dicit, condemno te: immo absoluo te: vlt imo verbo standum est 1. de pœnit. dist. 2. si enim.

3 Ar. ad hoc ff. de manu. test. Stichus. ff de hęr. instit. si ita scriptum.

h ¶ Multitudini.] Arg. quòd vbi pręcipitur, ad omnes extenditur 61. dist. miramur 38. dist. ignorantia. & sup. dist. 5 ad eius vero.

i ¶ Aurum.] Verba Pauli.

k ¶ Existimans.] Verba synodi: immo verba fuerunt Domini, vt extra de cele. Miss. cum Marthę.

cedunt parentes filijs, nisi in defectu aliorum.

n ¶ Parentibus.] Etiam spiritualibus, & respexit Apostolus naturam, & votum parentum, prout voto parentum hęreditas filijs debetur, sed filiorum hęreditas sola pietatis causa parentibus debetur, vt ff. vn. de lib. scripto hęrede. § vlti. & ff de inoffi. test. nam & si iuxta illud: Ordine turbato succedis Bulgare nato. Item dicit lex, quòd omnia quę nostra sunt, ex voto filijs paramus, vt ff. de bo. lib. l. pen. 1. respon. & hęreditas parentum quasi debita obuenit nobis, vt ff. pro suc. l. & quia. & filij pene ad propria bona veniunt. ff. de succ. edi. l. 4. §. pen. Et dicit Imperator, cogitare debent parentes, quòd & ipsi fuerant filij, & ea quę à suis parentibus sperabant, suis filijs facere debent. in Auth. vt cum. de app. cognos. § considerare. coll. 8.

Hęreditas parentũ debetur filijs.

o ¶ Non coacte.] Id est, pro lucro terreno.

a ¶ Excogitare.] *Verba Græca.* ὁρίζομεν μηδόλως αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπίσκοπον προφάσει ζημιῶν ἁμαρτίας ἐν ἁμαρτίαις, ἀπαιτεῖν χρυσόν, *sic clarius verterentur,* statuimus ne vllo modo turpis lucri gratia in mentem veniat episcopo excusanti excusationes in peccatis poscere aurum, &c.

Illud autem, quod in fine capituli[a] *Symmachi ponitur.* [*Hæc ipsa non perpetuo, sed temporaliter perfruantur.*] *ad personales tãtum possessiones, clericorum videlicet & pauperum, non ad monasteriales referendum est.*

7 *Quàm vero sit graue apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias sacerdotibus non soluere, auctoritate Hieronymi & Augustini apparet.*

Ait namque Hieronymus in comment. ad c. 3. ad Malachiæ.

Mal. 3.

¶ Reus apud Deum habetur, qui decimas sacerdotibus non soluerit. C. LXV.

REuertimini [b] ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum: & dixistis, in quo reuertemur [c]? Si affiget homo Deum: quia vos configitis me: & dixistis, in quo configimus te? In decimis [d], & primitijs. In penuria vos maledicti estis: & me configitis gens tota [e]. [Nunc sequamur ordinem prophetiæ. [Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias; idcirco in fame, & penuria maledicti estis: & vos me supplantatis [f], siue fraudatis, atque priuatis gens tota.] Pro *a* gente, quæ in hebraico scribitur, גוי annũ, lxx. transtulerunt, [illegible] pro [illegible], & est sensus. Ecce annus expletus est [g], & nihil in meos thesauros, sed in vestra horrea comportastis; & pro decimis, & primitijs †, quæ parua erant, si à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundantiam perdidistis [h]. Vt autem sciatis me hoc irascente perfectum, quia fraudastis me parte mea; hortor vos, atque cõmoneo, vt inferatis decimas in horrea † [i], hoc est in thesauros templi: & habeant sacerdotes, atque leuitæ, qui mi-

† al. primitiuis

† al. horrea mea.

Deo nihil nocet.

1 Arg. ext. de prob. licet. in fine.

2 Ad hoc su. 1. q. 1. quidã. iuxta fin. & ca. multi. circa fin.

Decimæ quo tẽpore sint dandæ.

ILLVD AVTEM. CASVS. Iste §. respicit illud cap. possessiones. & dicit quod illud verbum temporaliter perfruantur, non refertur ad monachos, qui perpetuo possessiones illas poterant possidere, sed refertur tantum ad clericos pauperes. Postea probat, quòd graue peccatum est decimas & primitias, & oblationes non reddere. & ad hoc inducit seq. c.

a ¶ Capituli.] Sup. ea possessiones.

QVAM VERO. Hæc est 7 pars q. in qua probat magister, quod decimæ sunt dandæ clericis pro labore suo: & qui eas non dat, peccat mortaliter, clerici autem debent eas diuidere iusto modo cum pauperibus & religiosis & hospitibus, & hoc probat per 4. cap. Ioan. de Fant.

REuertimini.] CASVS. Casum hunc sic attende. Iudæi decimas sacerdotibus & leuitis non tribuebãt, propter quod penuria & sterilitate sunt puniti. nam in pœnam eorum cataractæ cęli clausæ sunt, nec pluuias effundebant, & locustæ, brucus, & ærugo labores suos deuastabant. Hortatur itaque Malachias propheta Iudæos, vt reuertantur ad dominum, quia si soluant decimas & primitias, cataractæ cęli aperientur, & vsque ad abundantiam benedictio super eos effunderetur. Procedit ergo Hiero. hoc ordine in hoc c. Primo ponit verba Malachiæ prophetæ, vsque ad locum illum, verbum effusionis. verba tamen interponuntur, quæ sunt Hieronymi, scilicet nunc sequamur ordinem prophetæ, deinde exponit verba prophetæ secundum litteram, vsque ad illud verbum: Si quis doctus. exinde ea moraliter exponit vsq. ad fin. c. & ita si velles casum breuiter ponere, incipies ibi. [Procedit ergo.] Hieronymus.

b ¶ Reuertimini.] In prima parte ponit Hierony. verba prophetæ vsque ad illud verbũ effusionis. In 2. parte exponit ea ad litteram vsq; ad illud, si quis doctus. Ab inde mystice siue moraliter.

c ¶ Reuertemur.] Quasi dicant, non discessimus. immo in hoc recessistis, quia cõfixistis me: hac tamen conditione, si homo affligit, idest, potest affligere Deũ, & ideo dicit cap. si affigeret: quia naturæ Dei nihil nocere potest. 11. q. 3. secundũ catholicam, quia impassibilis est 22. q. 4. incommutabilis.

d ¶ In decimis.] No. Deum dici affligi, cũ eius subditi affliguntur 1 si. 2. q. 5. habet hoc proprium. & 3. q. 1. nulli. in fi.

d ¶ In decimis.] Scilicet non solutis.

e ¶ Gens tota.] i. ex toto gentiliter viuentes: vel aliàs quilibet de proprio.

f ¶ Supplantatis.] Arg. contra. infra de conse. dist. 2. panem. sed intellige quantũ in vobis est 2. 11. q. 3. inter verba. Vel ita defraudant subtrahendo ista pauperibus.

g ¶ Ann. explet. est.] Nõ tñ finis anni spectandus est, vt tunc decimæ præstentur, sed præstandæ sunt cum fructus colliguntur, extra de deci. cum homines immo si ager bis in anno det fructus, toties dandæ sunt decimæ, vt extra eo. ex parte 2. hic ergo sugillauit eos, qui tam tarde dederunt. In personalibus tamen decimis posset dici, quod in fine dandæ sunt propter lucra minima: Inconueniens enim esset quod scriptor vel aliquis negotiator singulis diebus deberet decimam partem lucri dare ecclesiæ. arg. ad hoc tale quale, ext. de pig. ex litteris. ibi, propter possessionum minutias: & quia talis solutio incommoditatem haberet, vt ff. fam. erci. plane. idem dicendum de caseo & lacte. lo.

h ¶ Perdidistis.] Argu. aliquem debere puniri in eo in quo deliquit. 12. q. 2. & qui humanis. & qui negat, quod debet, negari ei debet quod sibi debetur. ext. de vsur. quia frustra. C. fideic. li. l. si quis in suo 95. d. esto.

i ¶ In horrea.] Arg. quod ipsi rustici debent deferre in horrea decimas ad ipsas ecclesias, arg. inf. q. 7. decimas. C. de annonis & trib. l. pro locis. lib. 10. non ergo à clericis vel eorum nuncijs sunt colligendæ in agris.

a ¶ De militia.] Licita ergo & clerici si militent 23. q. 1. militare. tenentur dare decimas.
b ¶ Negotio.] Dummodo licita sit negotiatio, vt extra eo. ex transmissa. & tamen vix aliqua negotiatio sine peccato potest expediri, vt de pę. dist. 5. qualitas. dicitur tamen & B. narrant cōtrariū p decr. illam extra eo tit. de terris. & per decre. extra de vsur. quanto. quod cōcedo. Itē ex oībus quę ex lucratiua causa habentur, dabuntur decimę, vt de donatione ex legato: vel si extraneus institutur in testō. aliud est si quis ab intestato succedit, quia tali debita est hereditas iure naturę: vt de potius debitum est quàm lucrū, vt ff vnde lib. scripto. §. vlt. idem dico per quascumque manus ambulauerit, q quilibet teneatur ad decimā de lucro suo ɩ. Sed nunquid doctor de collecta, vel aduocatus de patrocinio, vel mercenarius de eo quod meretur, dabit decimam: nō vr, cum illud non sit lucrum, sed debitum. Credo tñ q sic: quia scriptū est: Honorabis dñm Deū tuum de tuis iustis laboribus, vt 1. q. 1. non est putanda. Item quia hic dicitur, de omni artificio dandę sunt decimę, vt extra eo. non est in potestate.

Negotiatio vix potest esse sine peccato.

ɩ Alii cōtra, & melius secundum P. prout no. extra de deci. pastoralis, quę si iacōiter approbatur. ɩ sed dctū Ioan. est iustius. & ibi no. Ho.

Aduocatus an teneatur ad decimas de patrocinio.

quanto peius est non dedisse? De militia [a], de negotio [b], de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando & terrena, & cœlestia possis præmia promereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Hæc est enim Dei iustissima consuetudo: vt si tu illi decimam non dederis; tu ad decimam [c] reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est: sed hominum malitia prohibetur [d]. Decimæ enim ex debito [e] requirantur: & qui eas dare noluerit; res alienas [f] inuasit [g]. Et quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat: illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum [h] reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium [i] comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimā: etiam de nouem partibus studeat eleemo ynam dare pauperibus.

¶ Caput hoc confectum est ex locis B. Augustini in sermone 219. (qui est primus Dominicæ 12. post festum Trinitatis) & serie verborum, & verbis ipsis sæpe mutatis, eodemque modo apud Anselmum habetur.

Item Hieronymus in comm. ad c. 3. epistolæ ad Titum, in fine.

¶ Seipsum condemnat, qui Euangelizantibus necessaria subtrahit. C. LXVII.

APostolicis viris, & Euangelizantibus Christi in necessarijs [k] vsibus nolle tribuere, sterilitatis seipsum est condemnare.

Quòd autem decimę, episcoporum consensu monachis licite tribuantur, beatus Hieronymus Damaso Papæ scribit dicens.

¶ Liberum est clericis decimas monachis concedere. C. LXVIII.

QVoniam

c ¶ Tu ad decimam.] Id est, tantum decima remanebit ibi, vel dęmonib. sociaberis, qui sunt decima pars Angelorū.
d ¶ Prohibetur.] Inf. de pœn. distinct. 1. si agimus sup. 76. dist. ieiunium.
e ¶ Ex debito.] Ergo videtur, q actio personalis competat pro decimis petendis.
f ¶ Alienas.] Ergo ante separationem sunt ecclesiæ, vt no. su. ea. quæst. moderamini.
g ¶ Inuasit.] Not q idem est iniuste detinere: quod rapere, vt hic, & extra de resti. spol. sępe. Et idem est auferre quod non dare. 47. dist. sicut. & 12. q. 2. indigne.
h ¶ Homicidiorum.] su. 11. q. 3 pręcipue. & su. 86. d. pasce.
i ¶ Pręmium.] Infr. 27. q. 2 sunt qui.
k APostolicis.] ¶ Necessariis.] Idest, in victu & vestitu, vt 10. q. 2. episcopus. Ioan.

tamen licita quo ad laicos in quibusdā rebus, vt 88. d. fornicari. Sed nunquid de illicite acquisitis debeāt dare decimas, no. 14. q. 5. in princ. Sed nunquid de furto, vel latrocinio dandę sunt decimę? Dicūt quidam quod sic, ne apud eos ita remaneant. ar. ad hoc 12. q. 1. considera, alij negant, ne ecclesia videatur approbare delictum. Sed dico, q à iure, vel à raptore bene petitur decima, nō rōne negotiationis suę, cū illa sit reprobata, sed quia inuenitur in possessione: quia decima sequitur quemlibet possessorem, siue Iudęum, siue excōicatum, vt extra de deci. de terris. extra de vsu. quanto. extra de sen. exc. si vero alio iuin esset pdo melioris conditionis, quàm bonę fidei possessor: quod esse non debet, vt ff de peti. here. si à dño. §. vl. Item nunquid Iudęi personales decimas dabunt? Vr q sic, vt extra de vsur. quanto. circa fi. de deci. ad audientiam, quia dr ibi, q de omnibus prouentibus dabunt: quod concedo. Tā.

Decimę an sunt de illicite acquisitis dandę.

Iudęi tenentur ad decimas personales.

QVOD AVTEM. CASVS Supra dictum est in §. de his, monachos de propriis prędiis, quę ad proprium vsum colunt, non debere decimas dare: nunc ostendit Gratianus q episcopus consentientib. recipere possūt.

QVoniam quidquid.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte quęsiuit Damasus à Hierony an. clerici intuitu pietatis partem decimarum suarum, & oblationum possunt concedere cœnobiis, & xenodochiis ad sui sustentationē, & an possessiones aliquas suas in dñiū eorū trāsferre possint? & rñdet q sic. In secūda parte q̄siuit vtrū laici possint vsum decimarum, & oblationum habere. Et respōdet, q non, sed

si aliquando decimæ ab eis fuerunt detentæ, & consentiente episcopo loci transierunt in vsum monachorum, constabunt eis firmitate perpetua. In tertia parte quæsiuit qui clerici de bonis ecclesiæ sint sustentandi. Et rñdet ꝙ pauperes, & qui parentum opibus sustentari non pñt. si vero sunt diuites, & quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium committunt, & per abusū talium bonorum iudicium sibi manducāt, & bibunt. Secunda pars ibi, [Quòd aūt.] Tertia ibi, [Clericos.] Sequēs §. patet.

confirmat illud quod per se inualidum erat 1. arg. extra de iure patro. cura pastoralis inf. e. q. 7. decimas. arg. contra extra de electio. auditis.

1 Ad hoc 12. q. 2. ca. 1. de consec. dist. 2. tunc.

b ¶ Bonis.] Supra 1 q. 2. clericos. & cap. pastor. ecclesiæ. & c. sacerdos.

Ecclesiasticę res sunt pauperum.

a ¶ Quidquid.] Res ecclesiæ sunt pauperum, vt 23. q. 7 ꝙ autem. Similiter res clericorum sunt pauperum, vt 23 q 8 conuenior. & dicuntur esse pauperum, quia tempore necessitatis sunt pauperibus communicandæ, vt 47. dist. sicut hi.

b ¶ Omnibus.] Not. quæ ecclesia dicatur sufficiens ad hoc vt quis debeat esse contentus vna, idest, quę possit omnes recipere, vt 42 dist. quiescamus extra de præbē. de monachis. arg cōtra. 10. q. 2. episcopus. vbi dicitur quod erit contentus victu, & vestitu.

c ¶ Cōcedere.] Cum consensu episcopi. alias si prælatus pter auctoritatē episcopi concederet, post eius mortē reuocaretur. ext. de trans. decreto.

d ¶ Non licere.] Hoc est certum, ꝙ ius decimarum laicus possidere non potest. cum sit spirituale, vt extra de præscrip. causam extra de deci. prohibemus. Sed nūnunquid fructus decimarum possunt concedi laicis? sic ad tempus, vt extra ne præla vices suas. querelam. & vsq; ad finem vitæ ipsorum 1. arg. extra de ijs quę fiunt à præla. cum Apostolica. in fi. ar. contra. 10. q. 1. hanc.

quidquid[a] habent clerici, pauperum est, & domus illorum omnibus[b] debent esse communes, susceptioni peregrinorum, & hospitum inuigilare debent; maximè curandum est illis, vt de decimis, & oblationibus, cęnobijs, & xenodochijs, qualem voluerint, & potuerint, sustentationem impendant. Liberum est enim monachis, & spiritualibus viris Deum timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cunctaque remedia concedere[c], & de iure suo in dominium illorum, & vsum transferre; nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quæsiuit, vtrum vsus decimarū, & oblationum sæcularibus prouenire possit; nouit vestra sanctitas omnino non licere[d], protestantibus hoc diuinis[e] auctoritatibus paternorum canonū: Quamobrem, si aliquādo fuerint ab his male detenta, quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorum, & seruorum Dei; episcopo[f] tamen loci illius præbente consensum[g], cōstabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixa. ¶ Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur. Qui autem bonis[h] parentum[i], & opibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt; sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

1. q. 2. clericos. In regula monachorū. ca. de paupertate hēr quædā similia.

¶ Supra etiā 1. q. 2 clericos pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius quæ extant scriptis nihil huiusmodi inu. ntum est.

De prædijs autem, quæ à colonis eorum coluntur, sic definitum est in Moguntino concilio [Questi sunt præterea, & c.] supra. ead.

QVAESTIO II.

DE capellis[k] vero, quæ ab eis possidentur, quòd per eorum institutionem à sacerdotibus sint gubernandæ, Ioannes Papa probat scribens Isaac Syracusano episcopo.

Decimę an possint concedi laicis.

1 Ad hoc facit quod no. infra ead. q. 3. §. sic ēt. & supra 1 q. 3. peruenit ad nos. extr. de decim. quāuis. ibi videas. & inf. 61. q. 7. c. 1. in prin.

e ¶ Diuinis.] No generalem sermonem non generaliter intelligendū. 83. d. fornicari. 75. dist ꝙ die. 76. d. scire 75. d. c 1. inf. ea q. 3. dilectio. & q. 7. decimas Deo. 12. q. 2. fine. 14. q. 2. super. de consec. dist. 2. reuera dist. 95. ecce. arg. 19. dist. c. 1 contra. dist 18. propter 1.

f ¶ Episcopo.] Et sufficit auctoritas solius epi ad talem alienationem, vt extra de ijs, quæ fiunt à præla. cū Apostolica. contra. 12. q. 2. fine. Non. n. vr̄ ꝙ solus eps possit concedere sine capitulo. Sed hoc soluitur extra de ijs q̄ fiunt a præla. cum Apostolica. Hic ergo laicus, qui capax non est, facit locum capacē. ar. C. de natu. lib. Auth. licet. ff de inofficio. rup. test. l penul. & ꝙ nullus religiosus debeat recipere ecclesiam de manu laici, est expressum extra de priuil. cum, & plantare. & 1. q. 7 si quis.

Ecclesia de manu laici non potest recipi.

g ¶ Consensum.] Arg ꝙ ratihabitio epi retrahitur: &

i ¶ Parentum.] Videtur loqui de illis clericis, qui ecclesiæ non seruiunt. sup. 10. q. 3. cauendum supra 12 q. 1. illi autem, infra 31. q. 1. quomodo.

DE capellis.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probatur per c. sequens, ꝙ si monachi habent ecclesias pleno iure, possunt in eis capellanos instituere, & destituere. Scd̄a ibi, [Hac auctoritate.] Io. de F.

CASVS. Hic intitulatur 2 q. qua quæritur, an capellæ, quæ conceduntur monachis ab epis, sint per monachos instituendæ. Et respondetur, si pleno iure, scilicet quantum ad temporalia, & spiritualia capellæ pertinēt ad monachos, per ipsos sunt instituendæ, vt inf. c. visis. Si vero ad ipsos pleno iure non pertinent, sed tantum quantum ad temporalia, per episcopos sunt instituendæ. ita tamen vt monachis respondeant in temporalibus, episcopo vero in spiritualibus, vt inf. ead. lanè. De hoc plenius notatur in summa huius quæstionis.

k ¶ De capellis.] Hęc est secunda quęstio, an in capellis

Monachi quid iuris habent in suis capellis.

pellis monachorum presbyteri sint instituendi per monachos, quod vt melius pateat, videndum est quid iuris habent religiosi in suis capellis. Et not. quòd duob. modis fiunt capellæ religiosorum, ædificatione. s. & collatione. Si ædificatione, habent institutionem temporalium

laicum, cum institutio sit temporalis. suppositio vero perpetua. Item est contra eum 10 q. 1. nouerint. vbi dicitur, quòd postquam Deo dederit, quòd nihil habet iuris in re illa patronus. Io.

Visis litteris] CASVS. Beneuen. hunc casum sic ponit, & bene. Quidam episcopus pleno iure quo ad spiritualia & temporalia monachis dedit quasdam capellas: postea instigante diabolo humani generis inimico, inter monachos & clericos est orta seditio propter inuestituram illarum ecclesiarum, & ad suggestionem clericorum episcopi nitebantur inuestituras reuocare. Propter hanc ergo altercationem Isaac Syracusan. eps consuluit Papam Io. vtrum prælatæ capellæ monachorum debeant gubernari per presbyteros à monachis inuestitos? & respondet quod sic. & hoc probatur quattuor rationibus: quarum prima est, quia diuinæ leges & sæculares præcipiunt, vt cuius possessio est, eius fiat institutio. Secunda est: quia sicut charitas eporum fuit facilis in dando, quod maius est. s. possessiones sic & facilior erit in concedendo, quod minus est, scilicet inuestituram. Tertia est: quia sua iura vel tributa monasterio non redderentur. si inuestitura per alterum daretur. Quarta est: quia episcopus priuatur mercede, quam fuerat consecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit, monachis; tamen si ea quæ sunt episcoporũ, vsurpare præsumpserint: eporum felici mucrone puniantur [Institui.] i. regi & gubernari. [Instituantur.] i. regantur & gubernentur. Vel potest dici, quod Isaac quærebat (vt dixit Hu.) vtrum capellæ tales debeant institui per monachos.

¶ Presbyteri in monasteriorum ecclesijs per abbates instituantur. C. I.

Visis litteris charitatis vestræ, quibus satis pepēditur quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibetis, non modice grauisi sumus. Nunc itaque super ea, quæ consuluistis, vt charissimo fratri benigne discretum consilium damus. Delegauit [a] enim nobis pia mansuetudo vestra, vtrum ecclesiæ pro quiete [b] monachorum à sanctis concilijs, catholicisque episcopis eis traditæ, per sacerdotes ab eis ordinatos, & inuestitos debeant institui. Addidit quoque fraternitas tua, litem, & seditionem inter clericos, monachosque ex hac causa non modicam esse ortam: quod instigatione versuti hostis esse factum nemo ambigat. Habet enim mille nocendi modos; nec ignoramus astutias eius. Conatur namque à principio ruinæ suæ vnitatem ecclesiæ rescindere, charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnibus modis humanũ genus euertere, & perturbare. Dolet enim satis, & erubescit charitatem, quam in cœlo nequiuit habere, homines constantes [c] ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet (quantum fragilitati nostræ conceditur) vt omnes aditus nocendi eius versutiæ diligentissime muniamus: ne mors ingrediatur per portas [d] nostras. Consilio itaque multorum fratrum diligēter exquisito decreuimus, vt amodo ecclesiæ monachis traditæ [e] per

2. Cor. 2.

ium, & episcopus spiritualium, vt infra eadem sane, & capitu. vlt. Si autem collatione: aut collatæ sunt eis ab episcopo: aut à patrono. Si ab episcopo, aut sub certa forma, aut cum omni iure, aut simpliciter. Si sub certa forma, non habent ibi plus iuris quàm forma contineat. Si vero cum omni iure, tunc habent, & temporalem & spiritualem institutionem. inf. ead. visis. Et sic intelligitur illud: cuius est possessio, eius est & institutio [f]. In hoc casu loquitur extra de capel. mon. in ecclesijs. remanet tamen ius episcopale in ordinatione clericorum, iudicio, altarium consecratione, & visitatione. 9 q. 3. per singulas. Si autem concessit episcopus simpliciter, quid iuris sit, habetur extra de dona. pastoralis. Si vero patronus concessit capellam domui religiosæ, non plus iuris habet acceptor, quàm dator. arg. su. ea. q. 1. si quis laicus. extra de dona. inter vir. & uxor. nuper. ff. de re. iu. nemo plus. nisi hoc factum sit de consensu diœcesani episcopi, in quo casu cedit in dominium religiosorum. ext. de iurepat. quod autem. ext. de do. pastoralis. Quæ autem dicta sunt, intelligas de monasterijs nō exemptis. In exemptis enim & eorum capellis quod Principi placet legis habet vigorem. Et no. quod Io. de Fant. dixit quod ecclesia nondum est consecrata: tantā in ea hēt patronus ptatem, quod præter epi licentiam potest religioso loco concedere non solū iuspatronatus, sed etiam ipsam ecclesiam. argu. inf. ea. q. vl. nemini. Sed hæc opinio corrigenda est, cum religiosus locus iam sit, maxime propter solennitates, quæ ibi fiunt ab episcopo. de consecr. dist. 1. nemo. Et quòd religiosus locus sit, habes extra de reli. do. ad hæc vnde iam in episcopi potestate cōsistit, cum lapis benedictus ibi iam sit positus. inf. ea. q. 9. omnes. nam à laico potest aliquis institui. inf. ead. q. vlt. si plures, multo minus supponi potest loco religioso per

f Intelligit L. cuius sunt tota ista gl. quod epo seruatur, vt sacerdos ibi instituendus curā ab eo recipiat aiarũ, & in hoc casu, & c vt sequitur. sed forte non sine causa. Ioan. hoc remouit. Arch.

a ¶ Delegauit.] Idest, insinuauit. Vel dic melius, idest, quæsiuit.

b ¶ Pro quiete.] A curis temporalibus, vt sup. ea. q. 1. de præsentium.

c ¶ Constātes.] Inf. de pę. d. 2. princi. ium. §. si vero. inf. 27 q. 2. §. ex his omnibus. contra. Sed dic, quod non potuit habere charitatem perseuerantem. arg. extra de verb. sign. nam & ego.

d ¶ Per portas.] i. per sensus corporeos, quibus mediantibus peccatum transit ad nos.

e ¶ Traditæ.] Pleno iure. Idem intelligunt quidam vbi episcopus simpliciter concedit. arg. ff. de ser. si cui & ff. de vsu. & hab. si ita. Sed contra extra de do. pastoralis & 1. q. 1. sunt nonnulli. cum autem monasterio priuilegiato cum capellis suis habitis, & habendis cōcedit eps ecclesiam, etiam plenissimo iure secundum plerosque peruenit ad monasterium, etiam quo ad correctionem excessuum sed tamen abbas ille nō deponet aliquē, nec suspendet in perpetuum, nisi hoc haberet ex priuilegio aliquo, vt inf. in fi. cap. Sed nunquid episcopus ita potest eximere ecclesiam aliquam, quod nihil retineat in ea? Dic quod non; quia episcopus non pōt alium iudicem facere

Eps ecclesiã à se non pôt totaliter eximere.

1 Licet eps concedat in uestituram: non tñ correctionem. ar. ff. de ser. vrb. præd. l. si dom⁹. ſm L.

ordinarium in diœcesi sua: nec ita plene posset episcopus remittere ius episcopale, vt hic, in fi. quia sic posset a se reijcere iurisdictionem episcopalem. nam quātumcunq; generaliter eps eximat aliquam ecclesiam, semper retinet correctionem 1, visitationē procurationem, & cathedraticum, vt ext. de censi. cum venerabilis. & de don. pastoralis. nec etiam in præiudicium archidiaconi potest episcopus aliqua iura remittere ecclesiæ, vt ext. de exces. præl. c. 1. & 2. Si obijcis id quod est extra de relig. don. constitutus. vbi dr̄, q̄ episcopus possit plene eximere aliquam ecclesiā, dicas q̄ illa exēptio fuit confirmata à Papa, sicut patronus quantumcunque generaliter remittat ius patronatus, tamē quædam iura retinet in liberto. C. de bon. lib. l. fi.

dolo ne res donata benigne, fraudis consilio reuocetur. ff. de ædil. edic. l. ad res.

HAC AVCTORITATE. Hæc est secunda pars q6. in qua dicitur quod in §. ecce Vrbanus qui sequitur, continetur, & probatur per c. sequens Io: de Fant.

suos [a] sacerdotes instituantur. Diuinæ enim leges habēt, & seculares, vt cuius est possessio [b], eius fiat institutio [c]: & si in dando, quod maius est [d], facilis fuit charitas; sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare, quàm sit inuestiturā concedere [e]. Quomodo possessoris iura cognoscentur, & suarum † rerum sibi tributa reddentur, ubi quod suum est, per alterum datur; & cum uoluerit, aufertur? Humani moris [f] est illum uereri, cuius iudicio [g] & uoluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Vnde fit, ut in partem episcopi ad seruiendū sacerdos procliuior fiat: & sic episcopus, qđ sancte, & religiose dederat, quadam simulata auctoritate ad se trahat † [h]. Sic itaque priuatur mercede, quam consecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert quod dederat; tum quia prauorum sacerdotum discordias, & scissuras amantium, lites, & dissensiones inter episcopos seminantium verbis nimis factus credulus [i], quod prius fucate moliebatur lucrari, post detecta fraude [k] conatur quadam vsurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, & hostis versuti suasiones, deinceps omnibus licentiam monachis damus suarum ecclesiarum inuestitores fieri: ita tamen vt iudicio synodi, si contra sacerdotium agere præsumpserint, multentur, & fęlici mucrone episcopi sacerdotium piacula resecentur.

† al. suorū sibi

† al. retrahat.

† al. aduersities

¶ Caput hoc est cum alijs, quæ ex antiquo codice monasterij Populeti sunt habita: ex cuius codicis exemplo, & vetustis Gratiani aliqua sunt emendata.

2 *Hac auctoritate monachis conceditur inuestitura suarum ecclesiarum. Sed videtur contrarius Vrbanus Papa secundus dicens.*

¶ Post hæc verba in exemplaribus, in quibus non sunt paleæ sequitur c. sane. In quattuor autem his interpositis paleis nihil de monachis agitur, & hæc prior est in concilio Moguntino primo, c. 38. & sententia repetitur in 2. c. 10. & in 3 c. 17.

PALEA. C. II.

Admonemus, atque præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipse Deus dari cōstituit: quia timendum est, vt quisquis Deo debitum suum subtrahit †, ne forte Deus per peccatum suum auferat ei necessaria sua.

Burc. l. 3. c. 138. Iuo p. 3. c. 197. Pann. l. 2. c. 57.

† al. abstrahit.

[*Item Nicolaus Papa ij. epist. vnica, c. 5.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

Præcipimus, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes † viuorum, & mortuorū ecclesijs Dei, fideliter reddantur à laicis: & vt in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separētur.

dist. 32 propter hoc. §. deinde. ¶

† al. quęcunq; oblationes

a ¶ Per suos.] Inf. q. px. c. 1. in. & 18. q. 2. cellulas. su d. 54. abbati.

b ¶ Possessio.] i. res possessa. ar. ff. de ver. sig. interdum.

c ¶ Institutio.] i. ordinatio. nam cuique est res sua committenda. C. de Iudæ. l. nemo.

d ¶ Quod mai⁹ est.] Arg. q̄ cui conceditur maius, & minus, vt 12. q. 1. præcipim⁹. & extra de deci. ex parte. Item cui prohibetur maius, & minus, vt 14. q. 5. pœnale. & 44 d. nullI. & su. eo. q. 1. & ipis. & ca. postquam. ff. de adu. nec in ead. maius enim est dare id ad quod quis non tenetur, quam permittere vti datis, ad quod quilibet tenetur.

e ¶ Concedere.] Id est, permittere concessa vti.

f ¶ Moris.] Argu. q̄ aliquid solet fieri, vt 38 distin. de Siracusanæ.

g ¶ Iudicio.] Sup. 8. q. 2. c. 1.

h ¶ Ad se trahat.] su. 2. q. 3. quæsitum. sup. 12. q. 2. sacrorum. sic C. de don. si quis argentum. §. vlt.

i ¶ Credulus.] Arg. q̄ imputatur alicui q̄ nimis est credulus, 11. q. 3. non solum. 80. si quid & 23. q. 4. quàm magnum. arg. contra. 22. q. 4. innocens.

k ¶ Fraude.] Immo donator cauere debet donari de

CASVS. Dictum est sup. in præcedenti c. 1. q̄ inuestitura suarum capellarum pertinet ad monachos. Nunc Grat. vult probare contrarium. s. q̄ capellæ monachorum per episcopos sunt instituendæ.

S Ane quia.] CASVS. Quidā monachi vsurpabant inuestituras ecclesiarum, quę ad eos pleno iure non pertinebant. & ideo quidam episcopi de hoc conquesti fuerunt Papæ Vrbano. quare Vrbanus statuit, vt ecclesiæ monachorum, quæ ad eos pleno iure non spectant,

a ¶ Episcoporum.] Sup. ea. q. 1. peruenit.

b ¶ Temporalibus.] Si quæras in quo sacerdos teneatur respondere monachis de temporalibus, dico in hoc quod si ecclesiæ monachorum non sit aliquis census impositus, eum possunt monachi imponere. sed si est impositus ab antiquo, ipsi eum non possunt augere, vt extra de censi. prohibemus. Item nō solū monachis sacerdos respondebit in temporalibus, sed etiā epō: si ecclesia illa ab antiquo præstitit cēsum epō, vt 1. q. 3. quæsitum. & c. peruenit. & 18. q. 2. c. vlt. & pe. Ioānes. sed certe decre. dicit, quòd census nouis imponi nō potest etiam auctoritate epi, vt extra de censi. significauit. nisi fuerit ab initio impositus, vt habes extra eod. tit. ecclesiis. 18. q. 2. Eleutherius. etiā auctoritate episcopi à principio, vt extra de censi. pręterea & etiam postea si nunquam furtiuo positus, pōt imponi, vt extra de censi. cū venerabilis. & hoc cum ecclesia eximitur. B.

c ¶ Sua cuiq;.] Su. 12. q. 2. cū deuotissima.

[Item Leo Papa.]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

[Item Ambrosius serm. 1. de Quadragesima.]

PALEA. C. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini non studet reddere, quod iniuste ab eo abstulit; non timet adhuc Deum, & ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraque confessio. Iste talis homo non potest veram † facere eleemosynam.

¶ Habetur in sermone primo de Quadragesima, cuius initium, Ecce nunc. qui cum alijs B. Ambrosij nomen præferentibus seruatur in bibliotheca Vaticana, ac monasterij Mediolanensis eiusdem B. Ambrosij.

Item Vrbanus II.

¶ Abbates absque episcopi consilio in parochialibus ecclesijs presbyteros non ordinent. C. VI.

SAne quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parochialibus ecclesijs, quas tenent, absque episcoporum[a] consilio presbyteros collocent: sed episcopi parochiæ curam cum abbatū consensu sacerdoti committant: vt eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rationem reddant: abbati vero pro rebus temporalibus[b] ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant: & sic sua cuique[c] iura seruentur. *Idem.* ¶ In parochialibus ecclesijs presbyteri per episcopos instituantur †, qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad episcopum pertinent.

Item ex concilio apud Fauentiam habito.

¶ Quorumcumque monachorum ecclesiæ episcoporum subdantur regimini. C. VII.

STatuendū nobis est, quatenus ecclesiæ quorumcumq; monachorum in singulis parochijs sitæ, episcoporum, vt decet diuinitus subdantur regimini[d], eiusque debita obsequia[e] exhibeant.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inuestituras parochialiū ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis concessit. Sed illud[f] Ioannis Papæ intelligendum est de illis capellis, quæ cum omni iure suo ab episcopis, monachis conceduntur. Istud autem Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in proprijs prædijs ædificant[g] in villis, vel in castellis suis.

† al. bonam

† al. constituantur

Sacerdos parochialis cui dabit cēsum.

¶ Sed ecce monasteriū ædificat ecclesiā in suo solo, sed nō dotat, dotat tamen ab alio. Hē nit ne monasteriū potestatem ibi quo ad oīa spūalia? non H. ist. q. prox. in summa quod sic. & rō est: quia quidquid illi ecclesiæ confertur, datur & monasterio, sēm eundem. Arch.

S Tatuendum.] d ¶ Regimini. Abbates enim corriguntur ab episcopis, vt inf. 18. q. 2. abbates.

e ¶ Obsequia.] Sic 1. q. 3. quæsitum. & 18. q. 2. c. vlt & pen. Io.

e ¶ Obsequia.] Idest, vt in cathedratico & synodatico, & in annuo censu. si qua solita sunt præstare, vel si qua alia seruitia consueuerunt eis exhibere, vt in concor. hic alleg. secundum Hug.

ECCE VRBANVS. CASVS. Soluit nunc Gratian. supradictā contrarietatē, dicens quòd illud cap. visis. intelligitur de illis capellis monachorū, quæ pleno iure: temporali scilicet, & spirituali sunt eis concessæ. Capitula vero contraria loquuntur de illis in quibus abbates habent temporalia tantum.

Pinguius ius hēnt monachum ecclesijs fundatis in solo suo, quam laici.

ctant, cum abbatum consensu per epos instituantur. sed sic instituti abbatibus de temporalibus respondeant: epis vero respondeant de cura animarum. & de eadem materia loquitur sequens cap. cuius casus patet.

f ¶ Sed illud.] Sup. ead. visis.

g ¶ Ædificant.] Et ita pinguius ius habent monachi in ecclesijs fundatis in solo suo, quàm laici in ecclesijs fundatis in suo.

QVAESTIO V.

Unde in Aurelianensi concilio 1. c. 19. statutum est.

¶ Omnes basilicæ ad eum pertinent episcopum, in cuius territorio positæ sunt. C. X.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 8. Iuo p. 3. c. 10.

OMnes basilicæ, quæ per diuersa loca cōstructæ sunt, vel quotidie construuntur, placuit secundum priorum canonum regulam, vt in eius episcopi potestate[a] consistant, in cuius territorio positæ sunt.

Item Calixtus † Papa.

† *al. ex concilio Rothomagensi*

¶ Archidiaconus, archipresbyter, præpositus vel decanus, nec officia, nec beneficia ecclesiastica sine consensu episcopi tribuat. C. XI.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter[b], siue præpositus, vel decanus animarum curam, vel præbendas ecclesiæ sine iudicio, vel consensu episcopi[c] alicui tribuat: immo, sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclasiasticarum dispensatio in episcopi iudicio, & potestate permaneat. Si quis vero contra hoc facere, aut potestatem, quæ ad episcopum pertinet, sibi vendicare præsumpserit, ab ecclesiæ hominibus arceatur.

Item Gregorius[d] septimus in generali synodo præsidens dixit, c. 1. & 2.

L. 6. regesti eiusdem.

¶ De manu laici episcopatus, vel abbatia suscipi non debet. C. XII.

Ansl. 6. c. 73. Deusdedit p. 1.

SI quis deinceps[e] episcopatum, vel abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit; nullatenus inter episcopos, vel abbates habeatur; nec vlla ei vt episcopo, seu abbati audientia[f] concedatur. Insuper ei & gratiam beati Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus[g]; quousq; lo-

a OMnes.] ¶ Potestate] Supra dist. in 61. obitum supra decima q. 1. c. 3. supra eadem quæst. 5. cap. 1. & 2. supra 9. quæst. 3. cap. 3. supra ead. q. 1. qui verè, supra 10. q. 2. episcopus. nisi in aliquo speciali priuilegio ab eius iurisdictione sint exemptæ. extra de priuil. cum & plantare.

NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd nullus clericus in quacunque dignitate constitutus debet tribuere curam animarum, vel præbendas alicui sine auctoritate episcopi. cum ista in episcopi potestate consistant: & si quis contra fecerit, debet excommunicari.

b ¶ Archipresbyter.] Extra de offi. Arch. cum satis. ar. dist. 63. si in plebibus. Ar. contra 25. dist. c. 1. Illud c. multum facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicunt quod archidiaconus, vel alij prælati ex officio suo possunt dare præbendas, & c. intelligunt hoc sine licentia generali. Qui dicunt contra per hoc c. intelligunt illud, si in plebibus. de speciali licentia: quando scilicet episcopus specialiter ei concedit, vt aliquem instituat de concess. præb. constitutus. hoc enim delegari potest, vt ext. de præben. cum secundum nisi hoc habeat ex generali consuetudine, vel speciali. dum esset præscripta. argu. tamen pro eis extra de elec. cum in cunctis. extra de offic. delega. super eo. Sed illud c. si in plebibus. intelligitur de custodia, vt extra de appel. bonæ.

Archidiaconus an possit instituere.

c ¶ Episcopi.] Vel capituli, cum ecclesia vacat. argu. extra de hære. ab abolendam. immo vniuersitas bene potest conferre curam animarum. arg. extra de concess. præbend. nulla.

d ¶ Item Gregorius.] Hic mutat Gratian. materiam.

SI quis deinceps.] CASVS. Præcipit Gre. in hoc c. vt nullus clericus recipiat inuestituram episcopatus, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis de manu laici: & si fecerit, inuestitura non valeat: nec ei audientia præbeatur, si causam aliquā voluerit prætēdere, vel si voluerit appellare: sed introitus ecclesiæ ei interdicatur, donec deserat quod male accepit. Laicus vero in quacunq; dignitate positus qui præsumpserit hoc, simili sententia puniatur.

e ¶ Deinceps.] Supra dist. 63. si per ordinationem.

f ¶ Audientia.] Hic excommunicato non datur audientia. sic supra 6. q. 1. §. verum. & 23. q. 5. non vos. sup. dist. 23. in nomine. infra 14. q. 3. de illicita Ioan. Hæc gl. per hoc c. non probatur. B.

g ¶ Interdicimus.] Ex hoc videtur, quod tales ipso iure

Eccleſiã recipiẽs à laico vtrum ſit ſuſpenſus.
a Scilicet à ſacris, ſm id quod no. 63. diſt. ſi qs p ordinationem. ibi videas.

ſunt ſuſpenſi. Sed contra videtur extra de iure patro. preterea 1. vbi dicitur ꝙ tales ſunt excommunicandi. Ad hoc quidam dicunt, ꝙ non ſunt ſuſpenſi r. ſed ſunt ſuſpendendi & exponunt interdicimus, id eſt, interdicendum dicimus. Tu potes dicere, ꝙ ſunt ſuſpenſi à canone: & ſic ſuſpenſus à ſuo prælato poteſt abſolui: cum conditor canonis ſibi non reſeruauerit abſolutionem. extr. de ſent. excom. nuper. Si autem aliquis ſub tali conditione ſuſpenditur donec pœniteat: tunc quàm cito pœnitet, ſtatim eſt abſolutus, vt 15. q. 6. nos ſanctorum 81. diſtin. ſi quis amodo. Hic tamen excipit duos caſus, in quibus talis q recepit eccleſiam a laico, non eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum accedit poſtea conſenſus epiſcopi, vt ſupra ea. q. 1. quoniam, & cũ clericus præſcripſit, vt extra de iure patron. cura paſtoralis. Melius poteſt dici, ꝙ tunc demum eſt priuatus quã recipit eccleſiam tanquam volens eſſe prælatus: ſed ſi recipit eam quaſi proprietatem aliquam, non vt ibi ſit prælatus: tunc non eſt ſuſpenſus ipſo iure. & ſic loquitur illud capitu. cura paſtoralis. hodie tamen non videtur quòd talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia inelegibilis factus eſt, vt extra de electio. quiſquis.

a ¶ Inueſtituram.] Sed nunquid per inueſtituram receptam à laico factus eſt qs poſſeſſor? Arg ꝙ nõ, extra de dona. per tuas & extra de ijs q̃ fi. à maior. parte c. ex ore. & extr. de ſent. & re iudic. cum aliquibus. Arg. contra extr. de conſue. cap. 2. in fi. 2. & extra de ſuc. ab inteſt. cum dilectus. ff. de contrahen. emp. clauibus. & inf. ead. contra. in fi.

a De hoc in gl. vlt. de renunc. ſanè. & extra vt lite penden. eccleſia. in glo. eo ipſo. &c.

b ¶ Vel fœminæ.] Ar. ꝙ ad p̃ſtationẽ fœminæ põt quis inueſtiturã conſequi, vt extra de iure patro. ex litteris.

SAne Theſſalonicenſi] CASVS. Hoc diuiditur in duas partes in prima parte dicitur, ꝙ Theſſalonicenſes epiſcopi metu Anaſtaſij imperatoris conſenſerunt Timo-

cum, quem ſub crimine[a] tam ambitionis, quàm inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) cæpit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiam de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. Item c. 2. ¶ Si quis Imperatorũ, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet ſæcularium poteſtatum, aut perſonarum inueſtituram † [a] epiſcopatuum, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit; eiuſdem ſententiæ vinculo ſe eſſe ſciat obſtrictum.

1. Reg. 15.

† Inueſtituras] orig.

a ¶ Sub crimine.] *Antea legebatur, ſub crimine tam inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua ſcelus idololatriæ cæpit. Emendatum eſt ex concilio ipſo & Anſelmo. Et eſt locutio valde familiaris Gregorio ſeptimo ex primo Reg c. 15.*

Idem ibidem, cap. 3.

¶ Excommunicationi ſubiaceat, nec inueſtituræ ſumat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit. C. XIII.

QVoniam inueſtituras eccleſiarum contra ſtatuta ſanctorum patrũ à laicis perſonis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (immo ruinam ſanctæ religionis) oriri, ex quibus Chriſtiana religio conculcatur; decernimus, vt nullus clericorum inueſtituram epiſcopatus, vel abbatiæ, vel eccleſiæ de manu Imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ perſonæ, viri, vel fœminæ [b] ſuſcipiat. Quod ſi præſumpſerit; recognoſcat inueſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

Poly. l. 2. tit. 4. Anſ. l. 6. c. 73.

Item ex canone Apoſtolorum 31.

¶ De eodem. C. XIIII.

SI quis epiſcopus ſæcularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat; deponatur & ſegregetur, omneſque, qui illi communicant.

Diſt. 63. omnis electio. Deuſdedit p. 1. Burc. l. 3. c. 109. Iuo p. 3. c. 85. & p. 5. c. 119.

¶ *De hoc canone notatum eſt, ſupra diſt 63. c. omnis electio. in ver. ſegregatur.*

Item ex Chronica Anaſtaſii bibliothecarij.

¶ De eodem. C. XV.

SAnè Theſſalonicenſi epiſcopo communicante ob metum Imperatoris Anaſtaſij Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, quem † concilium Chalcedonenſe anathematizauerat, quadraginta epiſcopi Illyrici, & Græciæ conuenientes in vnum per profeſſionem in ſcriptis factã,

† qui] orig.

QVoniã inueſtituras.] CASVS. Significatũ fuit Greg. ꝙ quidam clerici recipiebant de manu laicorum inueſtituram dignitatum, vel eccleſiarum. quare præcipit Gregorius, ne hoc de cætero fiat, & ſi quis præſumpſerit, nec inueſtitura valebit: & ipſe vſque ad dignam ſatiſfactionem ſubiacebit excommunicationi.

Timotheo hæretico patriarchæ Conſtantinopolitano, quem conciliũ Chalcedonenſe anathematizauerat, ſed xl. epi Illyrici, & Græciæ facta pfeſſione in ſcriptis diſcedentes ab eo adhæſerunt Papę. In ſcđa parte dicitur, ꝙ Dioſcorus minor per manum regis factus eſt epiſ, & ideo

vt à poprio metropolitano, discesserũt [a] ab eo, & Romã mittentes Romano cõmunicare in scriptis possessi sunt. *& paulo post.* ¶ Cum Dioscorus α (*iunior*) manus impositionem accepisse; recesserunt multitudines populorum.† dicentes, quia nisi secundum quòd sanctorum continent Apostolorum canones fiat, non recipietur episcopus. Principes [b] enim inthronizauerant eum.

Deusdedit p. 1. † al. rusticorũ] orig.

¶ Caput hoc acceptũ est ex Chronico Anastasij bibliothecarij in ijs quæ de Anastasio Imperatore narrat: multaque ex ipso originali sunt emendata.

α ¶ Cum Dioscorus.] *Hæc est altera electio à priore, & ipsa facta non canonice, & potestate laica: nam prior est Timothei ad sedẽ Constantinopolitanam; hæc vero posterior Discori iunioris ad Alexandrinam. Vtraque vero à bibliothecario copiose exponitur.*

Item Paschalis Papa ij.

¶ Excommunicetur, qui per laicos ecclesias obtinet. C. XVI.

iij SI quis clericus, abbas, vel monachus per laicos ecclesias obtinuerit; secundum sanctorum Apostolorũ canones, & Antiocheni β concilij capitulum, excommunicationi subiaceat.

Can. Apost. 31.

¶ Capitis huius & sequentis sensus est in fragmento manuscripto cõcilij apud Guardastallum, à Paschali habiti anno Domini 1116. quod in bibliotheca Vaticana seruatur. Nauclerius etiam gen. 36. narrat Paschalem apud Trecas concilium habuisse: vbi inter multa sentẽtiam de libera pastorum electione, & de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates præsumptione iuxta prædecessorum suorum decreta promulgauit.

β ¶ Antiocheni.] *In concilio Antiocheno nihil expresse statuitur contra eos, qui per laicos obtinent ecclesiasticas dignitates. Verum c. 23. præcipitur, vt in episcopo eligendo seruetur ius ecclesiasticum: nempe, vt non eligatur episcopus, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum: quibus verbis laici videntur excludi. In synodo autem Nycæna secunda, c. 3. repetitur, & confirmatur canon Apostolorum.*

Idem.

¶ Qui per laicos ecclesias obtinet, & qui manus imponit, communione priuetur. C. XVII.

COnstitutiones sanctorum canonũ sequentes statuimus, vt quicumquẽ clericorum abhinc hora in antea inuestituram ecclesię, vel ecclesiasticę dignitatis de manu laica acceperit; & ipse, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione priuetur.

Idem.

¶ De eodem. C. XVIII.

Poly. l. 2. tit. 4.

NVllus laicorum ecclesias, vel ecclesiarum bona occupet, vel disponat. Qui vero secus egerit; iuxta beati Alexandri γ capitulum ab ecclesiæ liminibus arceatur.

γ ¶ Alexandri] *In epistolis Alexandri Papæ primi nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in epistola Alexandri II. in qua synodum à se habitum repetit (quę epistola ex vetusto codice descripta Romam ex Hispania missa est) hęc inter alia habẽtur* Decimæ, & primitiæ, seu viuorum & mortuorum oblationes ecclesijs Dei fideliter reddantur à laicis: & ut in dispositione episcoporum sint: quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur. *quod fere est idem cum c. pręcipimus, sup. ea. q. 2. ex Nicolao II.*

Idem.

¶ De eodem. C. XIX.

SIcut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt; ita

---

& ideo populi ab eo discesserunt.] Impositionem.] Id est, confirmationem. Sequẽtia tria capit. plana sunt.

a ¶ Discesserunt.] Supra 8 q. 4. nonne contra. Solu. iste inciderat in hæresim iam damnatam: & sic sñia canonis erat lata in ipsum, vt 24. q. 1. Achatius. item talis cõiuratio non fuit uitiosa: & sic nõ obstat 11. q. 1. si quis clericorum.

b ¶ Principes.] Ergo canonici possunt recadere ab episcopo, quẽ Rex inuestiuit. 79. dist. si quis per pecuniam.

SIcut domini.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod sicut vestimentum domini nõ fuit diuisum: ita ecclesia scindi non debet, quæ tota est in vnitate & potestate episcopi, à quo ecclesiæ debent ordinari: & si contra fiat, clerici & ecclesiæ interdicantur.

a ¶ Scin-

a ¶ Scindi.] Diuidi tamen potest ecclesia, vt de vna fiat duæ. sed non ita diuidi, vt vna permaneat, sup. ead. q. 1. plures. Idem est in præbenda, vt ext. de præben. maioribus. similiter in prouincijs, vt 100. dist. c. 1. ff. de off. acceßo. ff. eadem.

b ¶ Et ecclesiæ.] Sic ergo pp delictum vnius hominis subijcitur tota terra inter dicto, vt extra de desp. non est vobis.

nec ecclesia scindi [a] debet: quia in vnitate tota consistit. In potestatem ergo proprij episcopi ecclesiæ reducantur: & ab ipso (sicut sacris canonibus cautum est) ordinentur. Alioquin & ecclesiæ [b] ipsæ, & clerici earundem diuinis destituantur officijs.

Item Alexander Papa II.

¶ Nullus clericus per laicos ecclesiam obtineat. C. XX.

Per laicos nullo modo quilibet clericus, vel presbyter obtineat ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum monachi suscipiat, spem [c], aut promissionem habens, vt abbas fiat. Nullus presbyter duas [d] habeat ecclesias.

¶ *Habetur in eadem epistola Alexandri ij. paulo superius in c. nullus laicorum citata. Nam statim post ver. separentur. sequitur,* & vt per laicos. &c.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

¶ Singuli episcopi suos habeant œconomos. C. XXI.

Dist. 89. quia in quibusdam. Act. 16. c. 131. † *al. non per*] *δίχα οἰκονόμων, sine œconomis.*

2 Quoniam in quibusdam ecclesijs, vt rumore [e] comperimus, præter † œconomos episcopi facultates ecclesiasticas tractant; placuit omnem ecclesiam habentẽ episcopum [f] habere œconomum de clero proprio [g], qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam proprij episcopi: ita vt ecclesiæ dispensatio præter testimoniũ [α] [h] non sit: & ex hoc dispergantur ecclesiasticæ facultates, & sacerdotio maledictionis [β] derogatio procuretur. Quòd si hoc minime fecerit, diuinis constitutionibus subiacebit.

α ¶ Testimonium.] *In vulgatis sequebatur, episcopi, quæ vox inducta est auctoritate manuscriptorum, & originalis ex versione Dionysij, quæ concordat cum prisca, & Græcis verbis. Alia etiam nonnulla sunt emendata.*

β ¶ Maledictionis.] *Græce est, καὶ λοιδορίαν τῇ ἱερωσύνῃ προστρίβεσθαι. Quod in prisca versione est,* & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus, cap. 9.

P Er laicos] CASVS. Tria prohibet in hoc c. Alexander, Primum est, vt nullus clericus retineat ecclesiam per laicos pretio vel gratis. Secundũ, vt nullus fiat monach' sub hac spe vt ipse abbas fiat. Tertium est, vt nullus pbyter duas habeat ecclesias.

c ¶ Spem.] Hoc c intelligit Hug. nisi aliqua promissio præcesserit: spẽ suam al' ãs (vt dicit) possũt monachi conuenire in aliquẽ, & dicere ei, sumas habitum, volumus te eligere in abbatem cum fueris factus monachus, & q taliter possint conuenire in aliquem, est ar. 61. dist. c bene. nã & laicus sic potest postulari in episcopum, vt 61. distin. Obus. licite enim potest quis habere spẽ de dignitate, vt 61. dist. quid proderit. 74 dist. consuluit 8. q. 1. qui epatum 77. dist. c 2. 59 dist. si officia. Io. Sed hoc non credo: quia nec phytus non potest esse abbas, vt extra de elect. cum causam. & melius. extra de ele. officij. & ca. cum ad nostram B.

Laicus in epm postulatur.

d ¶ Duas.] Intitulatas nisi sit pauper, vt ext. de æta & qua lit. eam te. & 10. q. 3. vnio 1.

¹ Ad idẽ 21. q. 1. c. 1. & c. relatio. H.

Q Voniam.] Hæc est secunda pars q. in qua dicitur, quòd nullus episcopus gubernare debet res ecclesiæ sine œconomo. i. clerico. & hoc probat per 5. c. Io. de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Calcedonen. concilio, q episcopi sine œconomis facultates ecclesiæ gubernabant: & ideo statutum fuit, vt omnis episcopus de proprio clero habeat œconomum, qui res ecclesiæ dispenset sm voluntatem epi: & ad hoc vt res ecclesiæ non dispergãtur, & episcopus propter hoc non infametur. & qui contra fecerit, canonicis constitutionibus subiacebit: quia (vt dicit Bene.) deponetur.

e ¶ Vt rumore.] Et tamen non creditur, vt ext. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ, super eo.

f ¶ Episcopum.] Similiter & aliæ conuentuales ecclesiæ habebunt œconomum, vt 9. q. 4. cum scimus. & q̃ que parochiales ecclesiæ, vt extra de off. ord. cum vos. & regulariter debet œconomus eligi per epm, vt 9. q. 3. cum scimus. C. de epis. & cler omnes §. sed nihilominus. nisi consuetudo sit q capitulum eligat. de electio. cum ecclesia. Dicitur autem œconomus, cui res ecclesiæ gubernandæ mandantur C. de sacrosanct. eccles. iubemus. Vicedominus autem dicitur, qui administrat res episcopi, vt 89. distinct. volumus 2. Syndici appellantur, qui ad vniuersitatem causarum constituuntur. Actor vero ad vnam causam, & ab vna persona potest constitui, vt ff. quod cuiusque vniuer l. item, § 2 inst. de cura § vlt. Nec obstat quod est, ff. de mune. & hono. l. munerum § defensores vbi dicitur q syndicus est, qui ad certam causam constituitur quia ibi large sumitur nomen syndici pro quolibet defensore.

Oeconom⁹ à quo eligat.

g ¶ De clero proprio.] Arg contra, extra de iura. calu. Imperatorum, vbi dicitur, quod œconomus non erit vnus de collegio 3. sed ibi ponitur œconomus pro ipso syndico.

h ¶ Testimonium.] Sup. 2. q. pen. cum pastoris.

Vicedomin⁹ quid dicatur à Aude que sit dista inter œconomũ, actorem, & syndicũ, no. gl. in ff. de... hab. ... De h... ff q c... volue ne in ... syndi. aut h... ibi v... Spe. de ... uer. dei ... ett. & c. ... ide as.

In

IN nona actione.] CASVS. In concilio Hispalen. fuit relatum, quod episcopi in rebus ecclesiæ dispensandis laicos habeant œconomos. Et ideo statutum fuit, vt iuxta Chalcedon concilium vnusquisque episcopus de proprio clero œconomū constituat clericū, & nō laicū. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia in vno & eodem officio non debet esse dispar professio. Secunda est: quia lex Mosaica dicit. Nō arabis in boue, & asino. Tertia est, quia conuenire non possunt quibus vota, & studia sūt diuersa. Si quis aūt rē ecclesiæ gubernauerit per laicū, aut sine œconomo, apud Deum iudicabitur reus: & concilio manebit obnoxius. Sequentia tria c. patēt.

¶ Laici non sunt constituendi œconomi, sed ex proprio clero eligendi. C. XXII.

Burc. l. 1. c. 89. Iuo p. 5. c. 195. Cap. proximo superiore.

IN nona actione [a] didicimus quosdam ex nostro collegio contra mores ecclesiasticos, laicos habere in rebus diuinis constitutos œconomos. Proinde pariter tractātes eligimus, vt vnusquisque nostrum secundum Chalcedonensium patrum decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium esse episcopi, & sæculares in ecclesia iudicare [b]. In vno [c] enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse: [Non arabis in boue simul & asino:] idest, homines diuersæ professionis in officio suo non sociabis. Vnde oportet nos, & diuinis libris, & sanctorum patrum obedire præceptis, cōstituentes, vt hi, qui in administrationibus ecclesiæ pontificibus sociantur, discrepare non debeant nec professione, nec habitu [d]. Nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt. Si quis autem episcopus posthac ecclesiasticam rem, aut per laicalem procurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit; vere vt contemptor canonum, & fraudator ecclesiasticarum rerum, non solum Christo de rebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius.

Deuter. 12.

Monachus albus an possit habere locum inter nigros.

Item in synodo Romana tertia Symmachi Papæ, c. 3.

¶ Non habeat laicus aliquid statuendi in ecclesia facultatem. C. XXIII.

sup. dist. 96 bene quidem.

NOn placuit † laicum statuendi in ecclesia (præter Papam Romanum) habere aliquam potestatem: cui obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.

† Non licuit laico] orig. † al. Non licuit laicis.] di. 96.

Deusd. p. 1. & 4. Ans. l. 5. c. 9. † al. quos

Item ibidem Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit.

¶ Ecclesiasticas facultates laici disponere non possunt. C. XXIIII.

Et epist. 2. Stephani l. c. 9. & in decretis Paschalis II. manuscrip. Polyc. l. 6. tit. 1. Deusdedit p. 4.

LAicis, quamuis religiosis, nulla de ecclesiasticis facultatibus [a] aliquid disponendi legitur attributa facultas [e].

a ¶ Facultatibus.] *Antea legebatur,* dignitatibus. *Emendatū est, ex originali (vt supra dist. 96. bene quidem.) epistola Stephani primi, & decreto Paschalis II. manuscripto: quibus locis hoc idem repetitur.*

Item Calixtus Papa.

¶ Laicus sacrilegus habetur, qui dispositionem, vel dominationem rerum ecclesiasticarum vsurpat. C. XXV.

iiij SI quis principium, vel aliorum laicorum dispositionem, seu dominationem † [f] rerum, siue possessionum

† al. donationem

a ¶ In nona actione.] Id est, die.

b ¶ Iudicare.] Ita d. 89. decenter.

c ¶ In vno.] 12. q. 2. cognouimus.

d ¶ Nec habitu.] Nūquid ergo albus monachus potest esse moua chus inter nigros? vr quod non. quia quilibet confirmabit se moribus eorū, inter quos viuit, vt 41. dist. quisquis. nam ex diuersitate habitus scādalū generatur, vt 12 dist. illa. 23. q. 5. quod Deo. Econtra vr, quod nō est ibi dispar professio, cum tn̄ monachalis professio sit sibi. nā dummodo clericalis professio sit. ibi vna professio dr, 12. q. 1. duo. præterea videtur quod monachus possit fieri canonicus, vt 74 distin. quorundam 1. & prælatus maior in sæculari ecclesia, vt 58 d. cap. 2. & etiam eps in sæculari, vt 18. q. 1. c. 1. & sic vr quod licite possit esse in eadem ecclesia dispar habitus quantum ad colorē vestium: quod satis pōt admitti. Et hoc H concedit. tamen quanto magis se possunt tales cōformari alijs in exteriori habitu, hoc faciant, ne scandalum fiat. vnde monachus factus canonicus, vel eps non abijciat habitū: sed retēto habitu desuper ferat habitū, in quo magis conueniat eis, inter quos est, vt extra de vita, & honest. cleri. Deus qui.

† Hoc per illud ca. non probatur, vt ibi not. secundum H & L. hic afferunt arg. extra de vi. & ho. cleri. Deus qui. vbi de hoc. Sed ibi Ho. not. contrarium, & est expressum secundum eum, extra de reg. sup eo vbi dicit, & est efficax arg. extra de re. dom. inter. vbi hoc & not. à quo dicto non recedat. & clare colligo extra de regul. sicut in antiqua 1 vbi fuit iste casus. Arch.

e LAicis.] Facultas.] Hoc verū est de iure cōmuni, vt 96. dist bene quidem. secus si habeāt hoc ex speciali priuilegio: ita est, vt nunc duret illud priuilegiū, vt 63. d. i synodo.

f SI quis principum.] ¶ Dominationem.] Infra 23. q. 8. conuenior. 12. q. 2. quicumque.

ecclesiasticarum sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur.

¶ Inter decreta Calixti, ex quo citatur, non est inuentum. Habetur in decretis Paschalis II. manuscriptis, c. 5. sed non est mutatum nomen Calixti: quia Pontifices isti, qui ijsdem ferè temporibus fuerunt, frequenter eadem decreta suorum antecessorum repetebant.

Item Gelasius Papa Senecioni episcopo.

¶ In ecclesia, quam quis ædificat, nihil sibi præ cæteris vendicet. C. XXVI.

3 PIæ mentis[a] amplectenda deuotio est, qua se † Iulius nobis in re Iuliana † sui iuris fundasse perhibetur ecclesiam, quam in honorem S. Viti confessoris eius nomine cupit consecrari: Hanc igitur frater charissime (si ad tuam diœcesim pertinere non ambigis) ex more conuenit dedicari, collata[b] primitus donatione solenni, quam ministris ecclesiæ destinasse se præfati muneris testatur oblator: sciturus sine dubio præter processionis[c] aditum, qui omni Christiano debetur, nihil ibidem se proprij inris habiturum.

Ansl. 5. c. 9.
† al. Senilius
† al. Iuminiana

Idem.

¶ De eodem. C. XXVII.

FRigĕtius † vero petitoria nobis insinuatione suggessit, in re sua, quod † Sextilianum vocatur, basilicam se sanctorum Michaelis Archangeli, & Martini cófessoris pro sua defensione † fundasse. Et ideo, frater charissime, si ad tuam pertinet parochiam, benedictionem supra memoratæ basilicæ solemni veneratione depende. Nihil tamen sibi fundator ex hac basilica nouerit vendicandum, nisi processionis aditum, qui Christianis[d] omnibus in commune debetur.

Poly. l. 3. tit. 12.
Ansl. l. 5. c. 11.
† al. quæ
† al. Frigetius
† al. deuotione

Item Clemens epist. 2. ad Iacobum.

---

sti. cum in officijs Transfertur autem ius patronatus quatuor modis in alium. Primo, successione, vt inf. ead. considerandum. Secundo donatione, vt extra eo. ex insinuatione, & c. consultationibus. Tertio permutatione, vt inf. ea nemini. Trãsit & quarto cum vniuersitate, vt

Ius patronatus quadrupliciter trãsfertur.
Res permutata, donatio, venditioque.

PIæ mentis.] Hęc est 3. pars q. in qua dicitur quid iuris hebeát patroni in ecclesijs: & hoc probat 17 auctoritatibus. Io. de Fan.

CASVS. Quidam nomine Iulius supplicauit Gelasio vt ecclesiã, quã in possessione Iuliana fundauerat in honorem sancti Viti cõfessoris, faceret cõsecrari, quare pręcipit Gelasius Senecioni episcopo, in cuius parochia ecclesia illa fundata erat, vt recepta prius donatione, quam fundator ministris ecclesię asserit fecisse, eam debeat consecrare: nec aliquid vlterius habeat in ecclesia Iulianus pręter aditum processionis, id est, iurispatronatus.

Ius patronatus quale ẽ.

a ¶ Pię mẽtis.] Nunc vide quale ius patroni habeant in ecclesia. Est autem iuspatronatus quoddã ius quod non est merè spirituale, nec est merè tẽporale. spirituale non est: quia competit laico, & transit ad hęredes, vt infra e. considerandum. tẽporale non est, quia vendi non potest, vt extra de iure patro. de iure. Nec potest dici quòd partim sit tẽporale, partim spirituale: cum ipsum sit simplex, nec recipiat diuisionem, vt extra eod. tit. cap. 1. tamen bene cocedo, quòd sit partim temporale, & partim spirituale: & tamen simplex est: quia talis diuisio potius ad intellectum, quã ad actum referenda est, vt dicit lex, quę dicit, quod illud quod dr̃, quod seruus dr̃ communis, potius ad intellectum quàm ad actum est referendum, vt ff. de stipu. ser. seruus communis. dicitur tamen annexum spirituali: extra de iure patr. de iure. Efficitur autem quis patronus tribus de causis: dotatione, constructione, & fundatione. vnde versus:

Patronus ex trib. causis efficitur.

Patronum faciunt dos, ędificatio, fundus. Dotatione & constructione, vt inf. ea. filijs. Fundatione, vt 18. q. 2 abbatem. Si quis autem post consecrationem dat aliquid ecclesię, per hoc non fit patronus: sed qui ante consecrationem dat aliquid ecclesię, fit patronus: hoc ideo, quia ille perducit rem de non esse ad esse. Item alia ratione, quia si post consecrationem fieret aliquis patronus, iã videret imponi seruitus rei sacrę: quod esse non debet, vt ff. de seru. seruitutes 1. §. vlt. & quod humani iuris esse definit, seruitutem non recipit. ff. commu. pd. l. caueri. Sũt autem tria quę consequit̃ patronus, honorem videlicet, onus, & vtilitatem: honorem habet in pręsentando, onus habet in defendendo ecclesiam, ne quis dilapidet eam, vt infra ea. filijs. Vtilitatem hẽt: quia si vergit ad inopiã, prouidebit ei ecclesia, vt inf. ea. quicunque. & licet omnibus pauperibus teneatur prouidere, tamen ei abundantius quàm alij, vt extra de te. vt extra eo. cum seculum. Ius autem patronatus non descendit ad hęredes proportionibus hęreditarijs, sed quilibet eorum est patronus in solidum, vt extra eod. ca 1. sicut & alia iura quę incorporalia sunt in solidum descendunt ad quemlibet hęredum, vt ff. de seruitu. vlt. Ioan.

Patron' tria cõsequit̃ ex iure patronatus honorem, onus, & emolumentum.

Ius patronatus, transire facit nouus hęres.

b ¶ Collata.] Sed nonne antequam fundaretur, debuit dos assignari. vt de consecra. dist. 1. nemo 1? vtique sed quod omissum fuit, instaurandum est, vt distinct. 8. quę contra mores.

1 Vbi & hoc. & ext. de cõse. eccl. c. cũ sicut. ibi videas.

c ¶ Processionis.] i. quod procedit cum ipso ad episcopum cum clerici pręsentantur. olim tamen nihil iuris habebant patroni prę alijs, vt 10. q. 1. nouerint. Vel dic processionis, idest, promotionis: quia per eum sacerdos promoueri debet. Item & si census aliquis impositus est auctoritate episcopi, illum potest patronus petere, vt extra eod. pręterea 18 q. 2. Eleutherius. Ioan.

FRigentius.] CASVS. Pręcipit Gelasius cuidam epõ, vt consecret ecclesiam, quam Frigentius in propria possessione ędificauit in honorem S. Michaelis, & Martini confessoris, in qua ecclesia fundator nihil vendicabit pręter ius patronatus. Sequentia cap. plana sunt.

d ¶ Qui Christianis.] Ergo Iudęus non efficeretur patro-

z Ad hoc su. ea. proxi. in fi. & inf. c. q. cúq; . & hic videas qđ le gi. & not. su. 1. q. 7. maximum.

patronus licet fundaret aliquam ecclesiam. su. ead pię. & infra ea. quicumque 1.

a ECclesias.] ¶ Per congrua.] Vt non sit infirmus locus nec sint ibi prædones, nec aliquo modo periculosus sit: nam propter has causas debet ecclesia transmutari

admittitnr ad dignitatem, ad quam est nominatus, vel electus nam idem est auferre quod non dare, vt dixi su. ead. q. 1. decimæ. facit ad idem extra de resti. spo. sæpè. ff. de bon. aucto. iudi. possid. quamuis. Ar. extra de appellatio. signi ficauit. vbi dicitur. nemo deijcitur, nisi qui possessionem habuit. & ff de vi, & vi arm. l. 1. §. hoc interdictū. Arg. contra, vbi ei tātum qui possedit, datur hoc interdictum.

¶ De eodem. C. XXVIII.

† al. quæ

De cons. dist. 1. ecclesias.

ECclesias per congrua[a] & vtilia facite loca. quas† diuinis precibus sacrare oportet, & in singulis α sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni, quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari.

α ¶ Et in singulis.] *Addita sunt hęc vsque ad vers.* quos *ex originali.*

† al. tertius

Item Leo † quartus Carolo regi.

Deusdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 102.

¶ Laici presbyteros de ecclesijs non eijciant. C. XXIX.

† al. nisetur

COntra sanctorum patrum cēsuras videtur existere si sæcularis, vel laicus presbyteros ab ecclesijs, in quibus tempore ordinationis eorum nominati β [b], vel introducti fuerint, videtur† expellere[c]. ¶ Si vero fundatores ecclesiarum ad inopiam vergere cæperint, ab eisdem ecclesijs temporalis vitæ suffragia percipiant.

β ¶ Nominati.] *In vetustis exemplaribus, & apud Iuonem legitur,* denominati, *vt significet recitationem nominis eius, qui promouebatur, & ecclesię, ad quam ordinabatur: de qua dictum est supra dist. 70. c. neminem. Erat autem hęc canonica adscriptio, & institutio ad illam ecclesiam, & non simplex nominatio, prout auctor glossæ accepit.*

Vnde in Toletano concilio 4. c. 37. legitur.

¶ Fundatores ecclesiarum, si inopes cęperint esse, ab eisdem alimenta accipiant. C. XXX.

QVicunq; fidelium deuotione propria de facultatibus suis ecclesiæ aliquid [d] contulerint, si fortè ipsi, aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam [e]; ab eadem ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiant.

Si ergo ecclesiasticas facultates dispensandi potestatem non habent laici, multo minus ecclesias ipsas quibuslibet ad regendum committere, vel alijs auferre valent. ¶ Hic autem distinguendum est, quid iuris fundatores ecclesiarum in eis habeant, vel quid non. Habent ius prouidendi, & consulendi, & sacerdotem inueniendi: sed non habent ius vendendi, vel donandi, vel vtendi, tanquam propriis.

Vnde in canonibus inuenitur concilio Toletano, 9. c. 1.

¶ Hęredes eius, qui ecclesiam construxit, & ipsi pro ea sollicitudinem gerere debent. C. XXXI.

FIlijs, vel nepotibus, ac honestioribus

SI VERO. CASVS. Supradictum est in c. piæ. & ca. Frigentius. quod patronus in ecclesia, quam fundauit, aditum habeat processionis. Nunc ostendit Grat. quod si ad inopiam vergat, debet inde percipere alimēta, quod probatur per seq. cap.

QVicunque.] CASVS. Statuit in hoc c. concilium Tole. Vt si patroni primi, vel eorū filij ad inopiam redigantur: ab ecclesia, vnde sunt patroni, suscipiant alimenta.

d ¶ Aliquid.] Non tamen propter quamlibet rem modicam datam ante consecrationem efficitur quis patronus, nisi tātum dederit, qđ sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria, vt de consec. dist. 1. nemo.

e ¶ Ad inopiā.] Sed nonne ecclesiæ tenētur omnibus pauperibus subuenire, vt su. e. q. 1. quoniā? Resp. sic, sed istis abundātius quàm alijs, extra de testa. cum in officijs. & melius prouidebit ei, qui quandoq; fuit diues, quàm pauperi, vt 42. distin. non cogantur. Illud autem in elligas, quādo patronus in summam egestatem deductus est, & quando ecclesiæ superest. 25 q. 2. §. vlt. ad finem. in eo enim casu libertus tenetur alere suum patronū, vt ff de agno. lib. l. si qs à liberis. §. parētes. & §. penult.

Patrono pauperi dēt. ab ecclesia. subueniri.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens, quod laici res ecclesiæ disponere non possunt, multo minus ecclesias alijs date, vel offerre valent. Et ostendit quod patroni habent ius inueniendi sacerdotem in ecclesia, & prouidendi ecclesiæ, sed non alienandi, vel vtendi rebus ecclesiæ tanquam proprijs.

FIlijs vel nepotibus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas.

mutari in alium locum, vt infra ead. si quis vult, & de consec. dist. 1. tribus. & 23. dist. quorundam.

b COntra.] ¶ Nominati.] Ergo ex sola nominatione aliquis consequitur ius, vt 92. dist. placuit. 8. q. 1. dilectissimi. 2. q. 6. nominationes. De hoc dixi 63. distin. quanto.

c ¶ Expellere.] Hic habes quòd expelli videtur qui non

duas partes. In prima dicitur, q si patroni viderint sacerdotem bona ecclesiæ defraudantem, denũcient eps., vel iudici ab episcopo instituto. Et si episcopus defraudauerit, vel fraudari permiserit, insinuent metropolitano, quia si talia faciat, vel fieri permittat, conquerãtur regi. In secunda parte dr q patroni nulla bona ecclesiastica inuadere, vel fraudare debent, seu nullum damnum ecclesiæ inferant: & ita ecclesiæ seruiãt, vt à Deo multam, vel saltem aliquam retributionem mereantur. Et si quis contrafecerit, ablata restituet, & annuæ subiacebit excõmunicationi. Secunda pars incipit ibi, [Ipsis tamen hæredib.]

e ¶ Annuæ] id est, per annum abstinebit à sacramentis ecclesiæ, si laicus est 4. si clericus deponetur. 12. q. 2. Apostolicos. & c. abbatibus.

DEcernimus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt fundatores ecclesiarum curam habeant, &

4 Idem si est psbyter. 63. dist. ca 1. sed nec ob hoc euadit pœnã depositionis, vt dr in gl. sm Hug.

propinquis [a] eius, qui construxit, vel ditauit ecclesiam, licitum sit hanc bonæ intentionis habere solertiam; vt si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare, aut commonitionis honestæ conuentione compescant, aut episcopo, vel iudici corrigenda denuncient [b]. Quòd si talia episcopus agere tentet; metropolitanus talia gerat; Regis [c] hæc auribus intimare non differat. ¶ Ipsis tamen hæredibus in eisdem rebus non liceat quasi iuris proprij potestatem præferre, non rapinam, non fraudem ingerere, nec violentiam quamcunq; præsumere: sed hoc solum in salutarẽ solicitudinem adhibere; quòd aut [d] nullam † noxam operatio nocens attingat, aut multam †, vel aliquam partem salutaris mercedis † assumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare præsumpserit; & male rapta cum confusione restituet, & communicationis annuæ [e] sententiam sustinebit.

† al. in nullam
† al. in multã
† al. merces

Ius patronatus ad quos hæredes trãseat.

a ¶ Propĩquis.] Et sic videtur q iuspatronatus non transeat nisi ad hæredes sanguinis tantum. tamẽ ca. indistinctè loquitur de quolibet hærede 1. infra ea. considerandum. & c. si plures. Sed nunquid patre damnato de crimine, amittit filius iuspatronatus? Videtur q sic, vt 6. q. 1. §. verum. & l si quis cũ. & ff. de iure patr. qui contra. & l. 4. arg contra. Dicunt quidam, q non priuatur illo nisi à solo Papa, cum illud habeat auctoritate canonis ar. extra eod tit cap 1. Vel dic q cum vnitue fitate laicus iudex potest aliquem priuare iure patronatus, sed per se non posset argum. ad hoc extra de iurepat. ex litteris.

3 Et hoc teneas sm L. de hoc not. su. e. q. 1. constitutum.

Item ex concilio Toletano 9. c. 2.

¶ Fundatores ecclesiarum ordinandos in eis episcopo offerant. C. XXXII.

DEcernimus, vt quamdiu fundatores ecclesiarum in hac vita superstites extiterint; pro eisdem locis curam permittantur habere solicitam, atq; rectores idoneos [f] in eisdem basilicis ijdem ipsi offerant [g] episcopis ordinandos α. Quòd si tales forsitan non inueniantur ab eis; tũc, quos episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniuentia seruituros. Quòd si spretis β eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco (quos ijdem ipsi fundatores [h] condignos elegerint) ordinari.

α ¶ Ordinandos] *Quæ sequuntur vsque ad vers.* Quod si spretis *addita sunt ex ipso concilio.*

β ¶ Spretis.] *Sic etiam legitur in codice* Lucensi *regio: sed in con-*

Patronus sacerdotẽ accusat.

b ¶ Denuncient.] Ergo patroni pñt accusare, vel denunciare sacerdotem, vt sup. e. q. 1. constitutum. immo quilibet, qui est de sua plebe. argu. 63. dist. plebs. & extr. de test. ex parte Adæ. Idem credo potest facere patronum in ecclesia conuentuali. arg 63. distin. Ravenna. & c. nobis. & c. lectis. & extra de iurepatro. capi. nobis. Sed in hoc est differentia, quia in ecclesia conuentuali patronus non præsentat, nec eligit. extra de iure patro. nobis. licet videatur esse contra. 18. q. 2. abbatem. Sed ibi electio possessoris. id est, requisitio: quia facta electi. ne requiritur consensus. extra de elect. cum terra.

c ¶ Regis.] Vt eum corr gat cum per ecclesiasticum iudicem cogi non potest, vt 11. q. 1. petimus. 17. distinct. nec licuit. vel etiam cum iudex ecclesiasticus deses est 2. vt extra de fo. compet. ex transmissa 3. aliàs non potest adiri iudex secularis, vt 11. quæst. 1 placuit, vt quis.

d ¶ Quòd aut.] Quòd pro vt. hoc est dicere, vt aut in multo, aut in aliquo prosit ecclesiæ: aut saltem in nullo noceat.

2 Aliàs, deest.
3 Ista decre. nõ pbat id ad qd indu c. i. nec credo Io. verũ dixisse p id qd se & no. ext. & iu. qua quis. liter in fin. licet Goffr. idem dicat.

& solicitudinem pro eisdem ecclesijs: & idoneos rectores repræsentare episcopo in ipsis ordinandos ecclesijs. Si vero episcopus alios ordinauerit, non quos patroni obtulerint ordinandos, ad verecundiam sui irrita erit ordinatio: & alij quos patroni voluerint, substituantur.

f ¶ Idoneos.] De eodem episcopatu, vt 71. distin. hortamur.

g ¶ Offerant.] Dixit H. quòd in ecclesijs collegiatis hoc ius habent patroni, vt repræsentent prælatos episcopis, & vt intersint electioni, vt 18. q. 2. abbatem. & sup. ead. q. 5. si quis episcoporum. & 63. dist. principali. sed contra est, extra eo. tit. c. nobis.

h ¶ Fundatores.] Et sic videtur q auctoritate huius capituli laicus possit instituere in spiritualibus, & temporalibus. Vel dic q ipse eps reuocabit factum suum, vt extra de electio. nosti. 58. dist. pœnitentes. Item si eps primum præsentatum spreuit, & secundum recepit: non.

tenetur primo prouidere, vt extra e d titu. pastoralis. licet Alexander dederit episcopo electionem vtrum primum vel secundum vel. t rec. pere. extra eod. titu. quod autem, & c. Lucius eod lib. cum autem aduocatus. cum ergo episcopus puniatur per illud cap. pastoralis patet quod

b ¶ A dominio.] Idest, dispositione. Est ergo hic argu. quod episcopus inuito patrono non potest de ecclesia facere monasterium, vt in. c. prox. quia iam derogaretur hoc iuri patroni in electione: & in recipiendo ab ecclesia alimenta: sic nec dominus rei potest vsum rei immutare etiam in melius inuito vsufructuario ff. de vsu & hab. l. vlt. Arg. tamen contra 10. q. 1. c. 1. & in. f. ea c. nemini.

ciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, Quòd si superstitibus.

Item ex Romana synodo Eugenij ij. & Leonis iiij. c. 21.

¶ A dominio constructoris monasterium non est auferendum. C. XXXIII.

† al. inuito

MOnasterium[a], vel oratorium canonice constructũ à dominio[b] constructoris eo † inuito non auferatur: liceatq; illi presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœcesis cum consensu episcopi, ne malus[c] existat, commendare.

c ¶ Ne malus.] Arg. quod sufficit aliquem non malum esse, vt notatur 8. q. 1. licet. & tenetur eps præsentatũ recipere, nisi aliquid obijciatur in personã eius, vt 65. de persona. 50. dist. postquam. & ext. eo. pastoralis. Sed nunquid episcopus tenetur probare crimen quod obijcit? Vr quod sufficiat si dicat eligatis alium, vt 28 d. priusquam. & 39. d. Petrus. quod nõ: admitti: sed potest patronus cum superiore agere, vt episcopus crimen probet, vel eum admittat, vt 8. q. 3. Attaldus. 9. q. 3. nunc vero.

Præsentatus est admittendus.

Item Gregorius Papa, lib. 7. indi. 1. Secundino episcopo Taurominitano.

¶ De eodem. C. XXXIIII.

Ansl. 5. c. 8. Poly. l. 3. tit. 12.

RAtionis ordo non patitur, vt monasterium contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum quis debeat vendicare.

¶ *Apud Anselmum, & in Polycarpo hic eodem modo habetur. In ipsa autem epistola pendet oratio ex superioribus, & sic legitur:* Quia rationis ordo non patitur, vt monasteriũ ipsum, & maxime contra voluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum, præsertim laica persona subducat, aut aliquod sibi in id ius debeat uendicare. *Et cum inquit*, ab eorum dispositione, *significat monachos, de quibus supra dixerat.*

Prouidentia tamen, & admonitione episcopi à fundatoribus ecclesiæ honorari debent. Vnde Gregorius.

¶ Episcoporum prouidentia à fundatoribus ecclesiæ honorentur. C. XXXV.

Lib. 5. ca. 44. & in legib. Longobar. lib. 3. tit. de epis, & clericis, l. c. 44. Ansl. l. 5. c. 8. Burc. l. 3. c. 41. Iuo p. 3. c. 45.

COnsiderandum est de ecclesijs, quæ inter cohæredes diuisæ sunt: quatenus si secundum prouidẽtiam, & admonitionem episcopi ipsi cohæredes[d] eas voluerint tenere, & honorare[a] faciant. Sin autem hoc contradixerint; in episcopi potestate maneat, vtrum eas consistere permittat, aut reliquas inde auferre velit.

d CONsiderãdũ.] ¶ Cohæredes.] etiam extranei. & videtur quod indistincte loquatur: nam quãdã iure patronatus ad extraneus hæredes transeunt, vt C. de in ius voc. l. 2. & videtur ergo quod si patronus cõferat ecclesiæ vel extraneo ius patronatus, quod amodo non potest cõuenire dilapidantes ecclesiam, vel ẽt petere alimenta. arg. ad hoc extra de testi. significauit. Probabilius videtur, quod tali iuri, quod est ad vtilitatẽ & fauorem inductũ ecclesiæ, non possit patronus renunciare. vnde licet filij ab stineãt ab hæreditate non ideo perdiderũt iuspatronatus, vt ff de iurepa. l. 1. nec .n. generali renunciatione remittit dolus, vt ff de lib lega. Aurelius. Et credo quod tali iuri possit renunciari, cũ donari possit, vt ext. ea, ex insinuatione lit. Sed non potest

a Istã gl. sequitur & tenet Bal. in d. l. 2. & glo in l. si operarum in d. tio. ff de op. lib. & in cle. ii. de iur. pat. & plene per Pau. de Lea. in sua qõne incip. patronus ecclesiæ, p Bal. in c. 1. §. decedente. q. feu. dare pos. & vide quę ipse ista not. in l. 1. C. de li. adde. Fride. in cõs. 111. & Car. cons. 132.

¶ *In capitularibus, & legibus Longobardicis, & apud Burchardum & Iuonem, & quos ipsi citant ex decretis Gregorij Papæ, sic habetur,* De ecclesijs, quæ inter cohæredes diuisę sunt, considerandum est, quatenus, &c. *quæ, quoniam sententiam clariorem reddunt visa sunt addenda alio tamen ordine, ne vulgatum capituli initium mutaretur. Antea legebatur*, Considerandum est, quatenus, &c.

a ¶ Honorare.] *In vulgatis Longobardicis est*, honores faciant.

Sed ibi copiosius.

Item ex concilio Tribunensi, c. 32.

¶ Reliquiæ auferantur ecclesijs, si plures hæredes de eis contenderint. C. XXXVI.

Ansl. l. 5. c. 71. Burc. l. 3. c. 40. Et simile, ca. 42. ex conc. Mediomatricis, itẽq; Iuo p. 3 c. 46.

SI plures hæredes contenderint de cõmuni ecclesia: auferri[e] iubeat episcopus reliquias sacras, & ecclesiam

a MOnasterium.] Idest, ecclesiam. quòd hodie episcopus non habet electionem.

c SI plures.] ¶ Auferri.] Hic dicitur quod episcopus propter fuit administratio, nõ ius patronatus. in. f. e. nemini.

per

Patronis diſcordantib. quid faciendum eſt.

pter diſcordiam patronorum debet claudere eccleſiam, vt extra ead.c. 1 & 2. Alibi dicitur ꝙ ſua auctoritate cõfert, ſi patroni non concordant vſque ad 4. menſes, vt extra eo. quoniam in quibuſdam. alibi vſque ad ſex menſes, vt extra eo. tit. eam te. Diſtinguas ergo, quia aut diſcordia eſt inter epiſcopum & patronũ, aut inter ipſos patronos. Si inter epm & patronum, tunc epiſcopus ponet œconomũ in eccleſia quouſque ſit terminatũ negotium, vt ext. de off. ord. cum vos. Sed ſi inter patronos eſt diſcordia, aut eſt ſuper electione facta ab eis: aut ſuper ipſo iurepatronatu. Si in electione diſſẽtiũt, tunc ſi poteſt fieri ſine ſcandalo, præferat epiſcopus illum, qui maiorib. iuuatur meritis, vt extra eodem quoniam in quibuſdã. Sed ſi pares ſunt, gratiam poteſt facere cui vult, vt 61. diſ. ſi forte, & extra eo. cum autem. Si vero contentio eſt de iure patronat. epiſcopus inſtituat aliquem in eccleſia: & ille poſtmodum præſentetur ab eo, qui euincit ius patronatus, vt extra eo. tit. ſi vero. & hoc faciat ſi concordes non fuerint vſque ad ſex menſes à tempore vacationis: vel vſque ad quatuor à tẽpore motæ controuerſiæ, vt ext. eo. tit. eam te. & c. cum propter. Si autem epiſcopus hoc ſine ſcandalo facere non poteſt, tunc claudet eccleſiam, vt hic dicitur, & ext. eo. tit. c. 1. & 2.

1 Ad huius declarationẽ repete qđ dixi 31. d. Nicęna. in fi.

forte hoc verum eſt, cum hæreditas eſt diuiſa. Vide c. de iure patr. in clemen.

VT ERGO. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat per 4. c. ꝙ laici non poſſunt dare decimas vel eccleſias ſine voluntate epiſcopi. Io. de Fau.

In-

claudi: donec communi [a] conſenſu, & conſilio epiſcopi ſtatuant ibi presbyterum, & vnde viuat.

4 *Vt ergo his auctoritatibus colligitur, de manu laicorũ eccleſiæ recipiẽdæ non ſunt, niſi cum conſenſu epiſcoporũ iuxta illud concilii Moguntini primi ſub Carolo, c. 29.*

¶ Non liceat laicis presbyteros de eccleſia eijcere. C. XXXVII.

LAici presbyteros de eccleſijs non eijciant, neque † in eis conſtituant ſine conſenſu epiſcoporum ſuorum. In cap. l. 5. c. 81. Burc. l. 3. c. 111. Pann. l. 3. c. 47. Iuo p. 3. c. 87. † al. neq. conſtituant.

Item ex concilio Cabilonenſi, 2. c. 42.

¶ Abſque epiſcoporum conſenſu laici presbyteros de eccleſijs non eijciant. C. XXXVIII.

INuentum eſt, quòd multi, arbitrij ſui temeritate, & (quod eſt grauius) ducti cupiditate, presbyteris quibuſlibet abſque conſenſu epiſcoporum eccleſias dant, vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula ſeruata, nullus abſque conſenſu epiſcopi ſui cuilibet presbytero eccleſiã det: quam ſi iuſte adeptus fuerit; hanc non niſi graui [b] culpa ſua, & coram epiſcopo [c] canonica ſeueritate amittat. Burc. l. 3. c. 112. Iuo p. 3. c. 88. Pann. l. 3. c. 46.

Sicut ergo auctoritate Hieronymi [d] decimas male poſſeſſas à laicis epiſcopo cõſẽtiente licet monachis de manu laicorũ recipere, & eas perpetua ſtabilitate tenere; & ſic & eccleſias à laicis male detentas cum conſenſu epiſcoporum licet monachis ad ordinandum accipere, & eis in perpetuum prouidere. ſup. ea. q. 1. c. vl.

Vnde Vrbanus Papa II.

Iuſpatronatus qualiter diuidit inter hæredes.

a ¶ Communi.] Ergo non ſtatur hic iudicio maioris partis, vt extra eo. quoniam ſic extra de reſc. paſtoralis. ſimiliter videtur ꝙ in delegatis à principe nõ ſtatur ſententiæ maioris partis, vt C. de app. c. fierendis. & l. iubemus. ſimiliter in diſcordia creditorum, vt C. qui bo. ce. poſ. l. vltima, ſimiliter in cauſa liberali, vt C. de commu ni. ſer. ma. l. 2 §. hic valet ſimiliter in omni re communi, vt ff. de commu. diui Sabini, & hodie in electione epiſcopi, vt extra de elect. quia propter 2. Sed quærit ſi duo ſunt patroni, & vnus reliquit plures filios, & alter vnicum, an ille vnus par ius habeat cum illis pluribus? Videtur, ꝙ ſic, cum ex pluralitate ſucceſſorum non debeat variari obligatio, vt ff. de ver. obl. l. 2. vnde oẽs illi dẽt reputari pro vno, cũ in loco vnius ſuccedãt, vt ff. de cõd. & demon. cui fundus quemadmodũ ſi plures ſunt modo canonici in eccleſia quàm prius fuerũt: non plus iuris hñt modo multi quã prius habuerunt pauci. Sed cõtra quilibet iſtorum eſt patronus in ſolidum, ergo iſti p ures plus hñt iuris quã ille vnus. & hoc probat ff. de bo. lib. ſi libertus. Item ſm hoc non plus iuris haberet cui conceſſa eſt poteſtas eligẽdi, quam prius per ſe habuit: quod falſum videtur, vt ext. de elect. ne pro defectu. & c. quia pp & ff de aſſig. lib. l. 1. in fi. Dic ꝙ ſunt omnes æqualiter patroni, quia ius eſt indiuiſibile, vt ex. eo. c. j.

2 Hoc plane intelligas, ſed dic ad huius declarationẽ, vt ext. de cle. li. 6. c. ſi quis iuſte. Arch.

INuentum.] CASVS. Dictum fuit in concil. Cabilõ. ꝙ quidã laici ſine conſenſu epi: propria auctoritate eccleſias dabant presbyteris, vel auferebant: & iõ ſtatutũ fuit in eodẽ concilio, vt nullus det eccleſiam presbytero ſine conſenſu epiſcopi. & poſtquam ipſam iuſte fuerit adeptus: non niſi graui culpa interuenientente coram epiſcopo ordine iudiciario probata, eam perdat.

b ¶ Niſi graui.] Non eſt ergo quis pro qualibet culpa deponendus, vt 68. diſt. c. 1. Item arg. ꝙ nullus dẽt priuari ſuo beneficio ſine culpa ſua, vt 56. d. ſatis peruerſum. & ext. de conſt. cognoſcentes. Arg. contra, extra de cler. ægro. c. vlt. Sed illud propter ſcandalum, pro quo multa omittuntur, vt 50. vt conſtitueretur. extra de nou. oper. nun. cum ex iniuncto.

c ¶ Coram epiſcopo.] Ergo ſolus 3 eps põt cognoſcere de crimine vbi agitur de priuatione beneficij ſiue ad aliam pœnam: dummodo non agatur ad depoſitionẽ ordinis, vt no. 15. q. 7. in ſumma. licet aũt nõ remoueatur aliquis ab adminiſtratione niſi pro graui culpa tamen regulares prælati pro leui culpa remouentur, vt ext. de ſim per tuas. in fi. & ſu. ea. q. 1. vlt.

Bñficio ſine culpa ſua nemo priuari debet:

3 Ideſt, ſine alijs epis, ſed ſine ſuo capitulo, ſm H. ſic ẽt dẽt intelligi qđ le. & no. ſu. e. q. 7. c. epi. ibi dixi. A. Regularis pro culpa leui remouetur.

SICVT ERGO. CASVS. Iſte §. reſpicit illud, ca. quod eſt. ſup. ea q. 1. quoniam quidquid. & concludit Grat. ex eo, dicens ꝙ ſicut monachis licet decimas de manu laicorum cum epiſcopi conſenſu recipere. ita & eccleſias. Sequens c. planum.

d ¶ Hieronymi. [Vt ſup. ea. q. 1. c. vlt.]

Nemi-

NEmini.] CASVS. Dr in hoc ca. q nulli principi, vel laico alij, licet tradere ecclesiam alicui in ꝓprium vsum: sed alij ecclesiæ potest eam tradere, vel commutare cum alia ecclesia: vendere vero nullo modo licet. & si contrafactum fuerit, irritetur. [In proprium ius.] id est, in proprium vsum, id est, vt eo vtatur tanquam de re propria, vel vt ibi fiat commune habitaculum. Et dicit Beneuen. quòd hoc cap. loquitur de laicis, qui priuilegio Papæ ecclesias possidebant: sed postea propter mala, quæ inde oriebantur, est immutatum, vt supra ea. quoniam. quidam tamen intelligunt cap. de iure patronatus, & non de ipsa ecclesia.

a ¶ Nemini.] Quidam sic ponunt casum: Nulli licet dare iuspatronatus priuatæ personæ, vel etiam commutare cum priuata persona: sed dari potest pro monasterio, vel commutari cum monasterio: vēdi autē nulli potest. pro istorū casu facit quod legitur extra eo. tit. de iure Sed eis obstat extr. eo. ex insinuatione. i prin. Sed potest dici, q ibi vnꝰ alij cessit administrationem solidam. nō enim dedit iuspatronatus, cum prius fuisset patronus. H. autem itelligit de ipsa ecclesia, quod nullus potest dare ecclesiam priuato, vt inde faciat habitaculum, vt 19. q. 3. quæ semel. De permutatione ecclesiæ planum est, qa nō potest ecclesia ꝑmutari, nisi cum alia ecclesia, vt extra de re. permu. ad quæstiones. Satis credo, q siue sit ecclesia, siue iuspatronatus, bene potest cōcedi monasterio: dum tamē habeatur cōsensus episcopi, vt extra eo. cōsulationibus. in fi. & ca. nullus. similiter & ecclesiæ sæculari, vt extr. de rest. spo. cum venisset. Io. Ego credo, quòd iuspatronatus possit concedi sine episcopo 1. extra ea. illud. B. Facit ca. 1. de iure patro. lib. 6.

Ecclesia cū ecclesia permutari pōt.

1 Idē not. su. ea. q. 3. in su. & idem tenet hic Ioā. de Fan.

b ¶ In proprium.] Id est, priuatum.

c ¶ Monasterium.] i. ecclesiam.

d SI quis.] ¶ Ad meliorandū.] Hæc est vna de trib. causis, propter quas trāsferuntur ecclesiæ de loco ad locum, vt de consec. dist. 1. tribus. su. 7. q. 1. temporis. & est contra regulam illam. 19. q. 3. quæ semel. & perdit prior ecclesia priuilegium suum, vt sup. ead. & hoc diximus.

COnstituit.] CASVS. Quidam epi, vel abbates res, vel hæreditatem quorundā cupientes, eos allexerunt in tantū, vt habitum monasticum induerent. Vnde quæsitum fuit in cōcilio Moguntin. quid esset de hoc faciendum. Et respondet vt epi, vel abbates sicut turpis lucri sectatores, canonicæ pniæ subiaceant: illecti vero in monasterio perseuerātes: res vero ipsorū hæredibus reddant.

e ¶ Constituit.] Hoc c. legitur 20. q. 3. constituit.

¶ Sine volūtate episcoporum decimas, vel ecclesias à laicis monachi non suscipiant. C. XXXIX.

iiij DEcimas, & ecclesias à laicis monachi nō suscipiāt absq; consensu & voluntate episcoporum. Quòd si aliter præsumptum fuerit, canonicæ vltioni subiaceant.

Item ex decreto Syluestri † Papæ.

† al. Silnerij

In capitul. l. 5. c. 233.

¶ Nulli liceat in ius suum monasterium conuertere, alij tamen ad ordinandum tradere illud valet. C. X L.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc l. 3. c. 23. & Iuo p. 3. c. 28. Ans. l. 5. c. 90.

† al. propriū liceat

† al. comento] al. commodo

NEmini [a] regū, aut cuiquam hominum in propriū † [b] ius liceat monasterium [c] tradere, nisi ad aliud monasterium, vel commutare nisi cum alio monasterio, vel quocunque commercio † vendere α. Quod si factum fuerit; non valebit: sed ipsum monasterium in pristinum reformetur statum.

¶ *In capitularibus sic habetur,* Nemini regum aut cuiquam hominum liceat monasterium tradere, vel commutare, vel quocunque comito vendere.

α ¶ Vendere.] *In locis indicatis hæc sequuntur*, Hoc etiam diuina, & Apostolica, atque canonica sub anathematis pœna sanxit auctoritas.

Item ex † decreto Bonifacij.

† al. ex eodem

¶ Episcopi, & fratrum consilio monasterium ad meliorandum alij supponere nullus prohibeatur. C. XLI.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 26. Iuo p. 3. c. 31.

5 SI quis vult monasterium suum ad meliorandum [d] in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi, & fratrum suorum; & dimittat presbyterum in priori loco ad ministeria ecclesiæ.

Item ex concilio Moguntinensi.

In Cabilon. 2. c. 7. 20 q. 4. constituit. Burc. l. 8. c. 93. Iuo p. 7. c. 131.

¶ Publicæ pœnitentiæ subijciantur, qui circumueniendo aliquos tondere præsumat. C. XLII.

6 COnstituit [e] sanè sacer iste conuentus, vt episcopi siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentię canonicæ, vtpote turpis lucri sectatores, subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt, in eo, quod cęperunt, perseuerare cogantur: res vero eorum hæredibus reddantur.

¶ *Caput hoc à Burchardo etiam & Iuone recitatur ex Moguntino, & multo planius, eodemque plane modo, quo nunc legitur in Cabilon. 2. c. 7.*

† al. ex eodē] idest Moguntino

Item ex concilio † Toletano.

Congre-

CONgregatio.] CASVS. Tria dicuntur in hoc c. Primum est, congregatio monachorum eligat sibi abbatem defuncto antecessore, vel deposito propter delictum, vel causa aliqua recedente. Secundum est, vt abbatem in prælatura non retineat eps violenter, si recedere voluerit iusta de causa. Tertium est, vt eps vel abbas nō faciat aliquem abbatē vel monachū de propinquis vel amicis, nisi de fratrum processerit voluntate.

vt, cum hoc sit peccatum quoad Deum, quare ecclesia illud tolerat: cum hoc sit laqueum inijcere talibus, & decipere aias eorū: quod non est faciendum, vt 27. q. 1. de viduis. cum dominus ipse noluit facere differentiam inter iuramentum, & simplicem loquelam, vt 22. q. 5. iu-

¶ Sine voluntate fratrum aliquem de suis propinquis abbas sibi substituere non valet. C. XLIII.

COngregatio [a] debet sibi eligere abbatem post abbatis sui mortem, vel eo viuente, si ipse discesserit, vel peccauerit. Episcopus enim non debet abbatem violenter retinere [b] in loco suo. Ipse autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis [c] vel amicis sine voluntate fratrum. — Burch. l. 8. c. 86. Iuo p. 7. c. 104.

a ¶ Congregatio.] Infra 18. q. 2. abbas. & abbatem.

b ¶ Retinere.] Si vult propter humilitatē renūciare, vt 18. q. 2. abbas. Nam admonere potest eum, vt non renunciet, sed nō inuitum tenere licet, vt extra de renun. cap. litteras.

c ¶ Propinquis.] Sup. distinc. 89. decenter. Io.

CAVSA XVII.



Vidā presbyter infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit: ecclesiam, & beneficium in manu aduocati † renunciauit. Postquam conualuit, mox se futurum monachum negauit, & ecclesiam, & beneficiū reposcit.

† Adde quod aduocatus sumitur hic pro patrono ecclesiæ ff. in l. nec quidquam. § obseruare. ff. de off. procon. & leg. glo. & Bart. in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extra or. cog.

1 *Hic primum quæritur, vtrū [...]s voti teneatur, an liceat ei à proposito sui cordis discedere*

2 *Secundo, an ecclesia, & beneficium ei reddenda sint, quæ prius liber à voluntate refutauit.*

3 *Tertio, si contigißet eum se, & sua monasterio tradidiße, an licētia abbatis liceret ei ad propria † redire.* † al. priora

4 *Quarto, si sine licentia abbatis retro abierit, an sua sibi ab abbate reddenda sint.*

QVÆSTIO PRIMA.



Vòd à voto [d] discedere non liceat, multis auctoritatibus probatur. Ait enim propheta: [Vouete, & reddite Domino Deo vestro.] — Ps. 75.

Item Augustinus.

¶ Quæ Deo vouentur, necessario reddantur. C. I.

SVnt quædam, quæ etiam non vouentes



Vidā psbyteri.] CASVS. Supra in decimasexta causa tractatū est de ijs, qui in voto perseuerant. Nunc de his agit Gratianus, qui à voto recedere volunt: sed vt hoc competentius agat, proponit thema: & inde quatuor elicit quæstiones.



Vòd à voto.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in prima quarum probat per quatuor c. quod talis est voti reus, quod tamen falsum est. In 2. dat solutionem. Secūda ibi, [Gonsaldus.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, an liceat ei pœnitere, qui infirmitate grauatus se velle fieri monachū dixit. Et rñdetur, si professionem non fecit, sed quod corde conceperit, simpliciter ore pronunciauit, non cogitur quoad ecclesiā in voto permanere, vt infra ea §. si ergo. in fi. quoad Deum tñ peccat: vnde tenetur facere pœnitentiam de fide mentita, vt 27. q. 1. viduas, ante medium. Et procedit Gratian. hoc ordine. Primo probat, quod à voto ei recedere nō licet. Postea respondet allegatis distinguendo, infra. ea. § si ergo.

d ¶ A voto.] Hic quæritur an liceat alicui discedere à voto. Et in hac quæstione magister distinguit, quod aliud est votum conceptum corde, ore simpliciter pronunciare. & aliud est obligatione aliqua se obnoxium facere. sed tñ quocunq; istorum modorū quis voueat, non liceat ei recedere à voto quoad Deū: sed quoad ecclesiā licet à primo voto ei recedere; sed nō à scdo. Sed mirum iuramenti. Potest melius distingui inter deliberationē & voluntatē & votum. Si quis recedit à deliberatione r. non peccat mortaliter. Si quis autem recedat à proposito quod firmè fixerat in animo suo, peccat: sed venialiter secūdum quosdam, vt extra de voto & vo. redemp. litteraturam secundum Hug. vero peccat talis mortaliter, ac si verbis vouisset, vt inf. ea. qui bona. Sed à voto quod verbis exprimitur siue cum solemnitate, siue sine ea, non licet recedere sine mortali peccato fm oēs, vt extra qui clerici, vel vouen. rursus. licet Alexander videatur dicere, quod post votum simplex potest contrahi matrimonium, vt extra qui cler. vel vo. veniens. Sed illud intelligas de comparatiua permissione. Ioan.

Votum deserere vtrum sit permissum.

r Hæc versatur in aio, cum. l. qs secum reuoluit, & fluctuat. Unde deliberare est præmeditari, cogitare, secundum Pa.

SVnt quidam.] CASVS. Dicit Augustin. in hoc capit. quod quædam sunt, quæ etiam sine voto facere debemus,

mus, vt facere eleemosynam, & diligere Deum & proximum. Alia sunt ad quæ non tenemur, vt seruare continentiam, & ire vltra mare: quæ postquam vouerimus, necessario ad ea constringimur. Seq. c. patet.
a ¶ Debemus.] Vt ad fidem seruandã, & generaliter ad omni quod abstinentiæ non potest facere vxor sine viro. 33. q. 4. manifestum nec monachus sine abbate. 20. q. 4. monacho. Item nec filius impubes sine voluntate patris. 20. q. 2. c. 1. & 2. nec seruus sine voluntate domini, vt 54. dist. ex antiquis.

debemus [a]: quædam etiam [b], quæ nisi vouerimus, non debemus: sed postquam ea Deo promittimus [c], necessario [d] reddere constringimur [e].

¶ *Huius capituli ipsa omnino verba non sunt inuenta apud B. Augustinum, sed fere eadem habentur apud Cassiodorum in ps. 75. ad vers. vouete. quem citat glossa ordinaria ad eum locum.*

† Aug de bono viduitatis, ca. 9. & gl. ord. ad c. 5. 1. Tim. su. d. 27. vouentib. & inf. 27. q. 1. nuptiarũ Sent. 4. di. 38.

Item Hieronymus †.

¶ De eodem. C. II.

VOuentibus virginitatem non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est.

Item Greg. in regesto, lib. 1. epist. 33. ad Venantium.

¶ Dignus est supplicio, qui seipsum Deo subtrahit à voto resiliens. C. III.

Act. 5.

ANanias [f] pecunias Deo vouerat, quas post diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte mulctatus est, scis. Si ergo ille mortis periculo dignus fuit, qui eos, quos dederat, nummos Deo abstulit; considera, quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed temetipsum [g] Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu deuoueras) subtraxisti.

Sensus summatim redditus.

Item super Ezechielem, lib. 1. homil. 3.

¶ Ante Dei oculos cadunt, qui bona, quæ concipiunt, agere recusant. C. IIII.

QVi bona agunt [h], si meliora [i] agere deliberant [k], & post deliberata non faciunt; licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt [l] ex deliberatione. *Item paulo superius.* ¶ Sunt qui cuncta relinquere, & Dei seruitio se subdere, & fræno castitatis se restringere deliberant: sed cum post castitatem alios cecidisse conspiciunt, se retrahendo, meritum perdunt.

Si ergo post votum quisque necessario cogitur soluere quod vouit; si vouentibus nõ solum nubere, sed etiam velle, damnabile est: patet, quod sacerdos iste ad executionem sui voti cogendus est, & nõ solum non fieri; sed etiam uelle monachum non fieri, sibi dãnabile est. Quod vero inter vouentes iste computandus sit, patet ex verbis Augustini dicentis: [Dixi confitebor, &c.] Magna pietas Dei est, vt ad solam promissionem peccata dimittat. Nondum enim pronunciat [m] ore: & tamen Deus iam audit in corde. Votum enim pro opere reputatur.] Sicut ergo propheta inter

Sent. 4. dist. 27. Aug. Cassiodorus, & gl. ord. in ps. 31. inf. de pœ. dist. 1. c. 5.

c ¶ Cõstringimur.] Nisi fortius vinculũ superueniat. 27. dist. si vir.

ANanias.] CASVS. Gre in hoc c. reprehendit quendam monachum, qui dimiserat habitum monachalem, & ostẽdit, q reus erit i diu i no iudicio: & hoc probat exẽplo Ananiæ, qui ad preces Petri extinctus est, qa nũmos quos Deus dederat, postea subtraxerit. Multo magis puniri dẽt, qui nõ nummos, sed seipsum abstulit Deo.

f ¶ Ananias.] De hoc habes 12. q. 1. dilectissimis.

g ¶ Temetipsum.] Arg. q maior est alienatio personæ, quàm rei si. 12. q. 1. præcipimus.

QVi bona.] CASVS. Quidã bona facientes proposuerant proprijs renũciare, & Deo seruire: sed cum videbant alios cecidisse, se à proposito retrahebant: qui & si in priorib. bonis perseuerent, in conspectu tamẽ Dei ceciderunt.

h ¶ Agunt.] Scilicet matrimonium.

i ¶ Meliora.] i. cõtinentiam.

k ¶ Deliberãt.] firmiter proponendo: & tũc ſm Hu. peccant mortaliter 2. ſm alios venialiter.

l ¶ Ceciderunt.] Improprie. s. abeo quod non habent, vt ibi, Cadent à latere tuo mille, &c.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex su predictis, q sacerdos iste, qui in ægritudine se futurum monachum vouit, pœnitere non potest. & ad hoc probandum induci auctoritatẽ August. Postea respondet allegatis, dicens, quòd propter tale votum non cogitur habitum suscipere; quia nec abbati se tradidit, nec professionem fecit, quod corde conceperat, ore simpliciter enunciauit: si autem professionem fecisset, reus voti haberetur. Et ad hoc inducit cap. seq.

1 De hoc vide q. leg. & 20. 33. q. 2. mulier.

2 Hæc snia Hu. approbatur per Lau. Gof. & li. ex de vo. littera. turam.

3 Idem tenet Alex. de Ims. in L. b. morũ C. qui adm. ad bo. poss. possunt.

omnia illa, sine quibus homo saluari non potest, de quibus habetur, de pœ. d. 2. charitas.
b ¶ Quædã &c.] Vt continentiam, vt 32. q. 1. integritas.
c ¶ Promittimus.] Arg. q ex nuda promissione quis tenetur, vt 12. q. 2. scimus. & q. 2. quicumque suffragio. 27. q. 1. c. 2.
d ¶ Necessario.] Nisi tale sit illud qd pendeat de alieno arbitrio, vt si vnus coniugatus promittat continentiam, non tenet, vt 27. quæstio. 2. si tu. Item votum alire non potest.

Vouere non omnibus est permissum.

m ¶ Pronunciat.] Ergo obligatur quis ex solo proposito cordis 3, quod Hug. concedit.

Con-



Onsaldus.] Hæc est 2. pars primæ quæstio. in qua probat contra. s. ꝙ nisi sæculo renũciet, potest iterum redire ad statum pristinum moribus emendatus. Io. de Fant.

CASVS. In hoc c. terminatur prima qõ, & intitulatur secunda, scilicet an iste possit repetere beneficium cui renunciauit. & dicendum est, ꝙ sic: q̃a non renunciauit ut debuit, & in passione corporis & alienatione mentis renũciauit. Est ergo casus huius ca. Gonsaldus presbyter feruore passionis oppressus se futurum monachum promisit, non tamen monasterio, vel abbati se tradidit, nec professionem fecit: sed ecclesiam in manu patroni renunciauit: sed postquam cõualuit, nolebat monachus esse, & ecclesiam repetebat: quęsitũ fuit ab Alexãdro, vtrũ audiri debeat? Et rñdetur, ꝙ sic. vnde ecclesiam suam recipere debet, cum iuxta Benedictum & Greg antequã monachus fiat, debeat esse in ꝓbatione p annũ.

probare renunciationem, vel teneatur probare spontaneam, quæritur? Videtur ꝙ ad duo teneatur, scilicet ad renunciationem, & spontaneam. argu. prædictorum iurium in quibus satis hoc innuitur. Ber.

d ¶ Vnius anni.] Alibi datur biennium, vt 19. q. 3. monasterijs. alibi triennium, vt in ea. si quis incognitus. & ext. de reg. c. 1. Sed põt breuiter dici, ꝙ ideo diuersa tẽpora statuuntur, ad ostendendũ, ꝙ sunt arbitraria. Vel dic ꝙ clericus ignotus, & laicus notus per biennium probantur sed clericus notus per annum: si tamen clericus notus per annum statim voluerit conuerti, admittitur, vt ext. de reg. ad Apostolicam 3.

vouentes reputatur, quia dixit, Ego confitebor: sic iste inter eosdem computãdus est, quia dixit, fiam monachus. His ita respondetur. α Aliud est propositum corde concipere, & etiam ore enunciare; aliud est, subsequẽti obligatione se reũ voti facere. Quia ergo α iste propositum sui cordis ore simpliciter enunciauit, non autem monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionem scripsit, nequaquam reus voti habetur.

Vnde Alexander Papa secundus ait.

α ¶ Quia ergo.] *In plerisque vetustis exemplaribus hic est initium quæstionis secundæ.*

QVÆSTIO II.

¶ Non cogitur aliquis in monasterio manere, nisi professionem fecerit in manu abbatis. C. I.



Onsaldus [a] presbyter quondam in infirmitate feruore passionis pressus, monachum se fieri promissit: non tamen monasterio, aut abbati se tradidit, nec promissionẽ scripsit: sed beneficium ecclesiæ in manu aduocati [b] refutauit [c]. At postquam conualuit, mox se monachum negauit fieri. Quapropter quia & beati Benedicti regula, & præcipue patris, & prædecessoris nostri sancti Gregorij Papæ canonica institutio interdicit monachum ante vnius anni [d] probationem effici; iudicamus, & auctoritate Apostolica præcipimus, vt præfatus presbyter beneficia α, [e], & altaria recipiat, habeat, & quiete retineat.

Iuo p. 6. c. 428. & copiosius.

Pann. l. 3. c. 183.

α ¶ Beneficia.] *In vetustis exemplaribus, & apud Iuonem (apud quem caput hoc copiosius habetur) legitur,* beneficium: *sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus ad Bonifacium comitem, epi. 70.

¶ Vxor post propositum continentiæ ducta dimitti non debet. C. II.

NOs nouimus, nos testes sumus, quòd omnes actus

Iuo p. 7. ca. 9. & 10. & p. 8. c. 16.

a ¶ Gonsaldus.] In hoc c. terminatur prima q̃stio, & intitulatur secunda: an possit q̃s repetere beneficium cui renunciauit, & dicendum est, ꝙ sic: q̃a non renunciauit prout debuit, & in passione corporis renunciauit. arg. 22. q. 2. ne quis.

b ¶ Aduocati.] Arg. hic, ꝙ illicita renunciatio non præiudicat alicui, vt 6. q. 5. denique, & ff. de præsi. legat. & C. de defen. ciui. l. vlt. arg. contra. extra de renun quod in dubijs.

c ¶ Refutauit.] De hoc dixi 6. q. 3. denique. sed si renunciasset in manu prælati sui, teneret renunciatio, nisi tũc temporis non fuisset compos sui, vt extra de success. ab intest. cap. 3. [1] sed cui istorum incumbit probatio? Vel illi qui dicit quòd fuerat compos, vel qui dicit, quòd non erat compos [2]? argu. quòd illi qui dicit, ꝙ compos erat, vt 3. q. 9 indicas. Item quia non est præsumendum de spontanea renunciatione, vt extra de renuncia. super hoc. ff. de probat. cum de indebito. arg. contra extra de success. ab intesta. cum dilectus. C. de codici. l. nec codicillos? Respondeo, ei, qui dicit, incumbit probatio, vt ff. de probat. ei qui dicit. & probatur stultitia per verba proferentis, vt extra de success. ab intest. cap. cum dilectus. in parte decisa. si enim stulta verba dixit, præsumo quod non erat sui compos, vt dicta decre. cum dilectus. & 95. distinctio. legimus. in princ. Ioan. sed an sufficiat

e ¶ Beneficia.] Nunquid clericus, qui fuit in ꝓbatione per annum, debet repetere beneficia sua, cũ clericus nõ nisi per tres septimanas possit abesse ab ecclesia, vt 7. q. 1. si quis clero vel vsq. ad sex menses, vt ext. de cler. nõ resi. ex tua? Sed dic vt notaui 27. q. 2. desponsatam. Ioã. Sed de hoc quid iuris sit in quæstionib notaui. Ber.

NOs nouimus.] CASVS. Bonifacius comes promisit se monachum fieri, postea duxit vxorẽ. vnde quæsiuit ab Augustino vtrum ratione prioris voti vxore nõ obstan-

[1] Ad idẽ ex. de reg. sicut tenor. sed hæc cã non est sufficiẽs: nam ẽt inuito eṗo intrare posset religionẽ. 19. q. 2. duæ sũt. est ergo rñ. quia nõ erat compos. ſm Io. de Fant.

[2] Adde de modo ꝓban di quem furiosũ per testes vel aliter, vt p Bal. & modernos in l furiosũ. C. q test fac. po. per gl. in l. si cũ doté. §. si maritus. ff sol. mat. & ibi B. Ang. & Ioã. de Imo. & per Bal. in l. 1. ff. de bo. po. fur. intã. delata. & in l. is qui. §. fi. ff. de tuto. & cura. da. ab his. in l. mutũ. & ibi Bal. ff de ac her. Bar. in l si q dem. ff. solu. mat. concor. ibi alle. & p Do. de S. Ge. in c. 1. §. si vero. & ibi etiã text. de cler. ægro. li. 6. & & ca. fi. 1. de hære. in 6.

[3] De hoc et legit, & not. 53. dist. vl. & ibi dixi, de hoc satis no. Ray. in sum. su. tit. de voto. §. pót autẽ, &c. Arch.

obstante possit continere. Et respondet Aug. quod non: quia vxor innocens, quæ sine fraude nupsit, est impedimento.
a ¶ Nauigasti.] Sicut nauigans subijcit se varijs periculis nec proprio motu regitur sed ventis, sic habens vxorem.
b ¶ Sciens.] Ergo si sciuisset, quod votum simplex fecerat, pec-

corde cōcepit. Postea dicit, quod iuxta beatū Greg. & Benedictū annus indulgetur notis ad probationem, ignotis vero triennium & ad hoc inducit sequens cap. & respicit hoc finem illius c. Gonsaldus.

Si quis incognitus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, si aliquis incognitus vult ingredi monasterium, per quot annos debeat esse in probatione. Et respondet, per tres, sed si seruus, vel liber curię adstrictus, vel adscriptus à dño suo intra triennium quæratur, reddatur ei talis cū omnibus quæ attulit in monasterio, accepto prius iuramento de impunitate personę: si vero intra triennium non requiratur à domino, postea non audietur dominus, nisi sit tam longe, quòd inueniri nō possit.

publicos, quibus occupatus eras, relinquere cupiebas, & te in otium sanctum conferre, atque in ea vita viuere, in qua serui Dei monachi viuunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus; nauigasti [a], vxoremque duxisti. Si coniugem non haberes; dicerem tibi, quod & Tubunis diximus, vt sanctitate continentiæ viueres: sed, vt te ad istā vitam non exhorter; impedimento coniunx est: sine cuius consensione continenter tibi non licet viuere: quia & si tu post illa tua verba Tubunensia ducere non debueras; illa tamen nihil eorum sciens [b] innocenter tibi, & simpliciter nupsit.

¶ *Confectum est hoc caput ex verbis B. Augustini in epist. 70. sed in epitomen redactis. Iuo autem integre refert.*

Ecce iste corde concepit se monachum fieri, & ore pronunciauit se velle in otium sanctū conferre; & non tamen postea coactus est suscipere quod corde concepit, & ore pronunciauit. Auctoritas illa Alexandri secuta institutionē beati Gregorij, & beati Benedicti probandis annum indulget, sed notis: ignotis vero triennium conceditur.

Vnde ex decreto Bonifacij.

Nouel. 5. c. 2. & apud Iulianum antecess. nouel. 123 c. 52
Cap. l. 5. c. 229.
Burc. l. 8. c. 20.
Iuo p. 7 c. 41.
Pann. l. 3. c. 184.
† al. vel colon⁹

¶ Ante probationem triennij nullus in monasterio suscipiatur. C. III.

SI quis incognitus monasterium ingredi voluerit; ante triennium monachi habitus [c] ei non præstetur. Et si intra tres annos aut seruus, aut libertus β [d] colonus † quæratur à domino suo; reddatur ei cum omnibus, quæ attulit: fide tamen accepta de impunitate. Si autem intra triennium [e] non fuerit requisitus; postea quæri non potest, nisi sit tam longe [f], quòd inueniri non possit. Sed tantum γ ea, quæ in monasterium adduxit, dominus serui accipiat.

¶ *Caput hoc etiam in Pannormia citatur ex Bonifacio. A Burchardo autem & Iuone, & in plerisque vetustis exemplaribus Gratiani tribuitur concilio Toletano. Sed in nullo eorum, quæ impressa, aut manuscripta habentur, inuentum est. eadem tamen fere sunt in capitularibus, & apud Iulianum antecessorem nouella 123. c. 52.*

β ¶ Libertus.] *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex locis indicatis: quam lectionem habuit etiam auctor glossæ. Antea legebatur*, liber.

γ ¶ Sed tantum.] *Hæc addita sunt ex locis indicatis.*

c ¶ Habitus.] Ergo tpe probationis erit in habitu priori, vt 53. d. legem. & 54. d. multos. & extra qui cler. vel vo. super eo. probabilius tamen videtur, quod in habitu monachali debeat esse, cū non aliter possit experiri asperitatem ordinis, nisi induat habitum & quod dicit hic, nō præstetur, intellige cum effectu. & vt eum non possit reijcere.

Religio in quo habitu probari dēt.

d ¶ Aut libertus.] Per illud ca. videtur soluta quæstio, si vxoratus se & sua tradidit religioni sine licētia vxoris, & postea repetitur ab vxore, an postea sint ei res suæ restituendæ, hic dicitur quod sic: Vel intelligitur de tali liberto, qui est adstrictus alicui curiæ.

e ¶ Intra trienniū.] Sed cum iste seruus fecerit furtū sui corporis, quō rem furtiuam vsucapit triennio, cū nec spatio lōgi tpis possit seruus fugitiuus præscribi, vt C. de seru. fug. l. 1. Rñ. in hoc est fauor ecclesiæ, potest tñ dici, quod ecclesia debet recompensare damnum dño 14. q. 6. 6. comperimus. c. i similis fauor est infra, ea. q. 4. questi.

i Ista fuit opin. H qui dixit hoc est in fauorem religionis. vide sup hoc illū §. in aut. de mona. §. de singulis.

f ¶ Longe.] Ex hoc vř quod nō currat illud triennium a tpe absentiæ. Al. ḋ dicūt, quod currit a tpe re probationis i, vt dixi 54 dist. si seruus.



QVÆSTIO IIII.

Vòd au-

peccasset ipsa mortaliter: quod verum est, sicut & alter qui impediuisset votum illius vt 32 q. 2 hoc sanctum. & est simile extra de eo qui dux in matri. propositum.

ECCE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradicto ca. dicens quod licet iste comes ore pronunciasset se velle monachum fieri, non tamē est coactus postea suscipere, quod

Quod autem.] CASVS. Hic ponitur tertia

quæstio, qua quæritur an liceat monacho redire ad ꝓpria cum abbatis licentia? Et r'idetur, ꝗ non: quia ipse mortaliter peccaret ei licentiam dãdo: quare abbati nõ licet licentiam dare: nec ei licet retrorsum abire, quia ex quo se abbati subiecit, fine eius permissu nihil agere potest, si mente sana hoc fecit.

a ¶ Quòd autem.] Hic quæritur an monacho recedenti reddenda sunt quæ sua fuerunt. & dicendũ est ꝗ non. 19. q. 3. ga ingredientib. & sup. prox. q. 6 de lapsis. & in Authen. de monach § si vero relinquens. coll. 1. Si tamẽ timetur de eius sæuitia, possunt monachi permittere, vt sua tollat, vt inf. eadẽ. q. 4. §. vlt.


I autẽ sine.] Hæc qõ diuiditur in septẽ partes: in quarum prima probat per quattuor cap. ꝗ illi qui recedunt à monasterio suo, non sunt eis sua, reddenda. Secunda ibi, [Sicut antiquitus.] Tertia ibi, [Qui autem.] Quarta ibi, [Verum ne.] Quinta ibi, [Occasione.] Sexta ibi, [Etiam si episcopo.] Septima ibi, [Sed notandum. Io. de Fant.

CASVS. Hæc est 4. quæstio, qua quærit an abbas reddere debeat alicui monacho recedẽti ea quæ monasterio dedit. Et r'idet ꝗ non. 19. q. 3. quia ingredientibus & su. ꝓx. q. 6. de lapsis & in auth. de mona. § si vero reliquens, quia abbati nõ licet alienare possessiões, & res ecclesiæ traditas, nec ẽt alicui alteri licet. Si tñ de eius sæuitia timeat, possunt abbas & monachi permittere vt sua tollat, vt inf. ea. §. vlt.

Qvicunq;.] CASVS. Quidam episcopi vel alij prælati iniuste alienabãt res mobiles & immobiles ecclesiæ suæ: & ideo statutum fuit, vt qui talia faciunt deponantur.

b ¶ In constitutum.] Idest, contra constitutionem talia prohibentem.


alie. si quis presbyterorum. & 12. q. 2. non liceat. §. vlt.

c ¶ Vel exiguũ.] Ergo pro alienatione rei modicæ deponitur aliquis. & sic est arg. contra 12. q. 2. terrulas. & extra de dona. c. 3. Sed intelligas hoc tale exiguũ, quod tamen vtile est ecclesiæ. Item in huiusmodi alienationibus valde attendenda est consuetudo, & lex municipalis, extra de donat. c. 3. & ff. quod vi aut clam. l. prohibere. § non tantum.

d ¶ Honoris.] Ecce pœna alienantis, 12. q. 2. quisquis.

tem[a] quæritur, an post traditionem sit ei fas cum licẽtia abbatis ad propria † redire, facile monstratur non posse fieri. Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto facinori desinit obuiare cum potest, consentit. Hic autem non solum non obuiat, sed etiam permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro abeundi: nec illi licet vtique retrorsum abire: quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius permißione nihil agere potest. † al. priora

QVÆSTIO IIII.


Si autem sine licentia abbatis de monasterio discesserit, quæritur, vtrum sua sint ei reddenda, an non. Sed possessiones, & res ecclesiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.

Vnde Symmachus Papa [Possessiones quas vnusquisque, & c. [& iterum in synodo Romana 3. c. 6. sup. 16. q. 1. possessiones.

¶ Honore priuetur, qui de iure ecclesiæ aliquid alienare præsumpsit. C. I.

QVicunque episcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor[a] in constitutum[b] præsens, committens prædium [b] ecclesię magnum, vel exiguum[c], vel quidam de iure ecclesiæ alienare tentauerit; & donator, & alienator, & venditor honoris[d] sui amissione mulctetur. Ansl. 4. c. 30. Poly. l. 6. tit. 18.

a ¶ Immemor.] *In concilio ipso sequitur,* cuius Romanæ ciuitatis sacerdotes volumus religiosis nexibus deuinciri. *Nam, vt supra, 12. q. 2. non liceat dictum est, in ea synodo Romana tantum ecclesiæ, legum Symmachus præscripsit.*

b ¶ Prædium.] *Hoc loco omißis verbis sexti capitis eorum loco referuntur hæc ex titulis eiusdem concilij, omninoque caput hoc ex verbis illius synodi suo modo collector aptauit.*

[Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 11. epistola 31. ext. de prebendis. c. ratio.

PALEA. C. II.

RAtio nulla permittit, vt proprijs cuiusquam vsibus applicetur † quod pro communi vtilitate datum esse cognoscitur. Ansl. 5. c. 38. Poly. 3. tit. 12. † Conc. text. in l. in fin. § 3. ff de red. & in l. quãtus. ff. de aur. ar. leg.

Item Ambrosius lib. 2. de pœnitentia, c. 9.

¶ Qui reuocandum putat, quod ecclesiæ contulit, sacrilegij crimen incurrit. C. III.

SVnt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, non

a Idest, incidit in aliud constitutum quodcunq; qd similia prohibet sm L. & Hu.

b ¶ In constitutũ.] Idest contra hoc statutum, vel ponitur proprie: incidit enim in pęnam: sed si statim restitueret ecclesiæ, pœnam effugeret. extra de reb. ecc. non

SVnt qui opes.] CASVS. Quidam res, quas cum quodam mentis impulsu ecclesiæ contulerunt, reuocare vole-

volebant. Alij erant, qui dolebant res suas pauperibus diuisisse. De primis dicitur, quòd donatio non fuit eis fructuosa, quia iudicium non habuerunt, & postea sacrilegium in auferendo committunt: De secundis dicitur, quod pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam

blicū, habes su. 1. dist. ius publicum, largius tamen quoque dicitur committere sacrilegium qui disputat de iudicio principis, vel cum dies solennis violatur, vel cū legibus siue canonibus reuerentia non impenditur. Committitur aūt tribus modis sacrilegiū, vel cū sacrū de sacro, vel sacrum de non sacro, vel nō sacrū de sacro aufertur, vt inf. e. quisquis. Imponitur autē pro sacrilegio quandoque spiritualis pœna, vt si cōmittatur in persona ecclesiastica, quia talis est excommunicatus ipso iure inf. e. si qs suadēte. sed si in re ecclesię fit sacrilegiū; tūc post trinam admonitionem excōicandus est, vt infra ead. quisquis. §. item si quis domum. Itē imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor, vt inf. ea. quisquis & ca. si qs contumax. secūdum leges durior pœna imponitur pro sacrilegio ff. ad leg. Iul peculat. sacrilegij. Sed si queras cui danda sit pęna, quę debetur pro sacrilegio; dicas quod si psonæ facta est iniuria, ipsi personæ pręstāda est, vt extra de sen. exc. parochianos & c. grauē. si rei facta est iniuria; tūc ipsi rei pręstanda est vt inf. e. c. si quis in atrio. extra de simo. de hoc autem.

Sacrilegiū triplicitèr cōmittit.

Sacrilegij pœna.

iudicio perpetuo [a], vbi ecclesię contulerunt, postea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima [b] merces rata est, nec secunda [c]: quia nec prima iudicia habuit, & secūda habuit sacrilegium: Sunt quos pęnituerit opes suas diuisisse pauperibus. Sic eos [α], qui pœnitētiam agunt [d], hoc solum timere oportet, ne ipsius pœnitentiæ agant pęnitentiam [e].

α ¶ Sic eos.] *In originali legitur*. Sed eos qui pœnitentiam agunt, hoc solum pœnitere non debet: ne ipsius, &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item Gregorius Sabino subdiacono, lib. 8. epist. 6.

¶ Qui sacris locis derelicta retinere contenderit, sacrilegium committit. C. IIII.

Ansl. l. 12. c. 4. Poly. l. 3. tit. 12.

SAcrilegium [f], & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauę voluntatis studijs, suis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius episcopus ad Galliæ et Hispaniæ episcopos epist. 1. c. 6.

¶ Sacrilegi iudicantur, qui ecclesiæ facultates alienant. C. V.

Ansl. l. 12. c. 4. Burc. 11. c. 19. Iuo p. 3. c. 140. & p. 14. c. 89.

¶ anathematizates.] orig.

OMnes ecclesię raptores, atque suarum facultatū alienatores à liminibus sanctæ matris ecclesię anathematizamus † [g], Apostolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque sacrilegos esse iudicamus: & non solum eos, sed omnes consentientes eis: quia non solum qui faciunt, rei iudicantur; sed etiam qui consentiunt [h] facientibus. Par enim pœna & agentes & consentientes comprehendit.

Ro. 1.

Inter decreta Nic. in codice Ormanetti.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

OMnes ecclesiæ.] CASVS. Lucius Papa statuit & decreuit, vt raptores rerum ecclesiasticarum tanquā sacrilegi sint anathematizandi cum omnibus sibi consentientibus, qui pari pœna sunt puniendi. [Consentientes,] Scilicet defensione vel cooperatione.

nitentiam: quod esset eis periculosum. Sequens cap. planum est.

a ¶ Non iudicio perpetuo.] quasi dicat, non iudicio discretionis: quia illud esset perpetuum, nam nisi sit perpetuum, nullum dicitur. de pœni. dist. 2. diuortium. & ff de reg. iur. quidquid & 23. q. 1. paratus. Et est hic arg. quod si aliquis emittat votum proprio quodam impulsu animi, quod teneatur illud obseruare. Sed si aliquis propter aliorum impulsum vel clamorem aliquod emisit, tunc secus est, vt 22. q. vnusquisque. nam electio facta ad aliorum impulsum, non valet, vt 8. q. 1. licet. & c. si ergo. similiter nec libertas. ff. qui & à quib. manu libe non li. l. si priuatus.

Votū emittens an semper teneatur illud seruare.

b ¶ Nec prima.] Id est, primum factum est quo debuit mereri mercedem.

c ¶ Nec secunda.] Scilicet reuocatio.

d ¶ Agunt.] Id est, pœnitent quòd dederunt.

e ¶ Pœnitentiā.] Quia pęnitēt & dolēt quod dederūt pauperibus, & de illo dolore siue pœnitentia agant pęnitētiā.

§ Sed nunquid est maius sacrilegium, &c. quod hic vt no. 12. q. 5. cap. 3.

f SAcrilegium.] Quia hic fit mentio de sacrilegio, quid sit sacrilegium videamus. Sacrilegiū magistraliter varijs modis describitur. Vno modo sic: Sacrilegiū est sacræ rei violatio, siue in se siue in alio, & hoc appellatur sacra res: siue sit res ipsa sacra. siue ipsa persona ecclesiastica 1. Alio modo describitur sic. Sacrilegium est publici iuris trāsgressio, quid autē sit ius pu-

Sacrilegij definitio.

g ¶ Anathematizamus.] Videtur hic quod omnes sacrilegi & dilapidatores ecclesiarū sunt ipso iure excommunicati. 11. q. 3. canonica. extra de sent. exc. cōquæsiti. ar. cōtra inf. ea quisquis. &c. seq. vbi dicitur, quod sunt excōmunicandi nisi resipiscant. Respon. violatores ecclesiarū sunt ipso iure excommunicati sed non alij. Vel dic, quod si in consecratione, vel cum datur res ecclesiæ fert episcopus sententiam excommunicationis, quod quicumque violentiam fecerit in re tali, sit excommunicatus; tunc dicerem quod statim est excommunicatus sacrilegus non rationne sacrilegij. sed ratione sententię dudū latæ. 24. q. 1. c. 1. & 2. extra de sent. excō. à nobis. Vel dic quod refert an Papa hæc verba proferat constituendo, vel sententiando: si proferat ea constituendo. tunc non est excommmunicatus qui rapit res ecclesię. si autem sententiando profert talia verba, tunc est excommunicatus Vel dic quod si consuetudo loci habet, quod tales sunt excommunicati. tunc ita seruanda est. quia consuetudo est optima iuris interpres. extra de ver. sign. abbate.

Sacrilegi an sint ipso iure excommunicati.

h ¶ Consentiunt.] Cooperando vt extra de sent. exc. nuper. Sed pone quod aliquis percussit clericū, & ego ratum habeo, nunquid sum excommunicatus? videtur quod sic quia

Clerici permissionē ratificans, an sit excommunicatus.

sic: quia non solum in contractibus, sed etiam in maleficijs ratihabitio mãdato comparatur, vt extra de rest. spo. cum ad sedem. in si. ff de vi, & vi arm. l. 1. §. sed & si cũ qs. nã non solum de consilio, sed etiam de voluntate aliqs tenet. 1. q. 4. quia ꝓsulatur. immo q pôt resistere & non resistit, excommunicatus est vt ext. de senten. excõ. quantæ, Respõ. si nomine meo quis percutiat alium, ibi ratihabitio mandato comparatur, aliàs non. ff. de neg. gest. si pupilli. §. item quæritur. extra de sen. exc. mulieres.

Ratihabitio quando comparetur mandato.

Sicut antiquitus.] Hæc est 2. pars q. 1. qua probat magister per xx. cap. q sacrilegium committitur pluribus modis. Ioan de Fant.

CASVS. In hoc c. statuit Nicolaus Papa (sicut antiquitus à sanctis patribus fuerat cõstitutũ) vt maior ecclesia in circuitu habeat xl. passus, aliæ vero minores ecclesiæ xxx intra qđ spatium si quis violẽtiam fecerit, aut personam hominis vel bona eius inde extraxerit, excommunicetur donec satisfaciat nisi fuerit publicus latro: cuius persona vel res inde subtrahitur sine pœna canonis, Seq. cap. planum est.

a ¶ Passus.] Passus (vt ait Isidor.) est mẽsura quinq; pedũ. Pes est spatium 15. digitorum i. illud est non tenet in capellis quæ sunt intra ambitum castellorum, vbi ꝓpter loci angustiã non potest illud obseruari, vt inf. c. quisquis. & c. quæsti.

Passus quid sit.

1 Idem Bar. in l. 3. ff. de ver. si. & Alexan. de Imol. in l. 1. si quis cau.

b ¶ Nisi publicus.] Et nocturnus depopulator agrorum, hi soli excipiuntur secundum ius canonicum: licet leges plures personas excipiant, vt extra de immu. ecc. inter leges enim excipiunt homicidas, adulteros, raptores virginũ, sed secundum canones raptores virginum tuti sunt in ecclesia, vt 36. q. 1. de rapto.

Ecclesiæ immunitate multi priuãtur.

¶ Excommunicetur, qui confinia ecclesiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 Sicut antiquitus à sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum xl. † passus [a] habeat; cappellæ vero, vel minores ecclesiæ triginta. Qui autem confinia earum † confringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit; nisi publicus [b] latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Ansl. 5. c. 74. Iuo p. 3 c. 164. Pann. l. 2. c. 81. — † al. las. — † al. eorum

Item ex concilio Triburiensi.

¶ Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur ecclesiæ. C. VII.

3 Si quis in atrio ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate [α] violata emendandum est, altario [c] soluatur, cuiuscunque fuerit ecclesia illa.

Burc. l. 3. c. 199. Iuo p. 3. c. 113.

α ¶ Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet*, pro immunitate violata. *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur*, pro emunitate ecclesiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburiensi, quod extat, c. 4. & 6.*

Item Augustinus ad Bonifacium epist. 187.

¶ Non licet alicui hominem de ecclesia rapere. C. VIII.

Miror, quomodo tam subito fidei murum aries [d] rupcrit inimici. Noui enim qua religione semper sis ecclesiam Dei veneratus. Quo instigante facere ausus es? hominem de ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte præsumeret fugitiuus: posset proculdubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur [e]; cur Deus offenditur? Sed si de potestate præsumitur: Nabuchodonosor regẽ intende, qui causa superbiæ in bouẽ [f] est ex homine commutatus [α]. Non vt confundam te, hæc scribo; sed vt filiũ charissimũ moneo. Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio [g]

Iuo p. 3. c. 122. — 1. Cor. 4.

c Si quis in atrio.] ¶ Altario.] Hic habes, q pecunia restituitur illi loco, in cuius ignominiam data est 2. 27. q. 1 si quis rapuerit, & extre de simo. de hoc. & Inno. dicit q cum pęna duplici reddetur, vt extra de simo. audiuimus. & in auth de san. epis §. sed neq: q ff. de calum l. & generaliter § illud. ar. contra. de simo. veniens. Sed illud est dispensatio.

2 De hoc no. su. ea. sacrilegium. & sup. 1. q. 3. si q̃s dator.

Miror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte seruum fugitiuum violenter de ecclesia extraxit, de quo Aug. eum grauiter reprehendit, & ostendit q hoc facere non debuit, quia si

tetenus amicus pro illo fugitiuo intercessisset, pro eo veniã meruisset, multo magis Deo debuit obedire. & si de potestate sua præsumit, respiciat Nabuchodonosor regẽ, qui propter superbiam in bouẽ est ex homine cõmutatus, & à suo regno expulsus. Præcipit ergo sibi, vt hominem quẽ violenter de eccl. rapuit, ad eandem ecclesiã reuocet, & donec ecclesię satisfaciat, & pœniteat prohibet Aug. ne oblationes suæ domus suscipiantur à clericis. & Bonifacio communionem interdixit Et hæc verba sic expone, [Tuus,] scilicet seruus tuo amico, id est, apud tuum amicum forte scilicet permanere. ordinato, id est, statuto, & præfixo.

d ¶ Aries.] Id est, impetus diabolicæ suggestionis, ad similitudinem arietis instrumenti, quo frangitur murus.

e ¶ Intenditur.] Id est, exauditur.

f ¶ In bouem.] Id est, in bouinam mentem, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor.

g ¶ Oblatio.] Hoc est in detestationẽ criminis ipsius, q non solum ipse, sed etiam familia eius prohibetur à sacramentis. sic 90. dist. oblationes, & 12. q. 2. de viro. & extra de spon. non est vobis. le.

Reum,

Ecclesia fugientes adsecuratur.

REum.]CASVS. Statutum est in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad ecclesiam fugientem à pœna corporali:tamen quod abstulit, cum pœna pecuniaria reddat.

a ¶ Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit postea accusari iste de illo crimine? si non,potest,ergo crimina remanebunt impunita:quod esse non debet, vt extra de sent excom.vt famæ.& sic priuilegium ecclesię erit multis occasio delinquendi: ppter hoc dicunt quidam, quod à quolibet potest accusari postea, præterquam ab illo, qui promisit impunitatem. sed qui sic respondet, nititur contra priuilegium ecclesiarum: quod est iniustum, uel hæreticum. ut 22.distin. omnes. ad quid enim impetraret ecclesia ei uitam, si pro eodem crimine postea decapitaretur? Dicas ergo, quod hoc est priuilegium ecclesię, quod talis[1] amodo nec uitam, nec membrum perdat:[1]sed quod alias pecunialiter satisfaciat. Vel si hoc non potest,seruiat ei perpetuo quem læsit, vt 36.q.1.de raptoribus.

1 Hæc fuit sententia Laur. qui dicit, quod bene potest accusari post exitum, & præterquam, rem vt sequitur. secus si semper essent in ecclesia. C. de his, qui ad ecc.con l.vl. l.a. sed huic dicto obstat 23.q.1.de raptorib.vnde dic vt sequitur. Arch.

a ¶ Vel

† al.interdixi — vero domus tuæ à clericis ne suscipiatur indixi †:communionemque tibi interdico:donec peracta pro ausibus, vel errore à me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras sacrificium Deo.

† al.condonato

a ¶ Commutatus.] *Hoc loco ista erant interiecta*, atque à regno suo profugus recedens non ante regnum recepit,quam conuersus Deum prædicauit, *quæ à multis vetustis absunt, & originali,& Iuone Sunt autem inter verba Gratiani infra de pœnitentia d.1.c.voluissent.*

& in adiectis c. 29.& in concil. Mogun.1.c.39. Burc.l.3.c.194. Iuo p.3.c.123. Pano.l.2.c.75.

Item ex libro capitularium 5.c.90.

¶ Fugientem ad ecclesiam nemo audeat abstrahere. C. IX.

REum ad ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat,neque inde donare a ad pœnam, vel ad mortem [a],vt honor Dei,& sanctorum eius conseruetur: sed obtinere studeant:tamen legitime componat,quod inique fecit.

a ¶ Donare.] *Sic est emendatum*(*antea enim legebatur*,damnare) *ex cap.Caroli,& concilio Moguntino, & plerisque vetustis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quamquam apud Burchardum ex concilio apud Theodonis villam, & in Pannormia ex libro capitulorum longe copiosius hoc caput referatur.*

Item Gelasius Victori,Constantino,Martyrio,Felicissimo,Sereno,& Timotheo episcopis.

¶ Ab ecclesiæ arceatur ingressu, qui aliquem de ecclesia violenter rapuerit. C. X.

Poly 7. tit.1. Iuo p.3.c.120.

FRater,& coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit,Beuenatum,& Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis, in contumeliam religionis acerba nimis,& plectibili contumacia prosiluisse:qui confugientem ad ecclesiæ septa curialem suum,ne illic quidem tutum, aut de iniuria sua securum esse siuerunt: ausi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec potestatibus quidem vel principibus unquam licuit perpetrare: vt hominem in sanctuarijs constitutum(captata sacerdotis absentia)reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent.Quos,quantum sua nobis suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicauit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum; nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim [b] iure ad supplicandum debet admitti qui † admittere sacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata vtrumque sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio; vt & humilitatem sibi vendicet, & furorem[1]. Et ideo fratres charissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus [c] parochiarum vestrarum ecclesijs nostræ præceptionis auctoritate [d] prohibete:vt non

† al.irreptione

al.vbi

FRater.]CASVS. Epiphanius episcopus excommunicauit Benenatum, & Maurum ciues Beneuentanæ ciuitatis, quia quendam suum curialem ad ecclesiam fugientem in absentia sacerdotis de ipsa ecclesia violenter extraxerant:quod cum significatum fuisset Gelasio, excommunicationem illam confirmauit,& præcepit sex episcopis, vt si illi tres excommunicati peruenerint ad suos episcopatus, interdicant eis introitum ecclesiarum, vt illius vltionis timore alij à tali præsumptione reuocentur:Seq.c.patet.

b ¶ Nec etiam.] Ex. de vsu.quia frustra.

c ¶ Ab oib.] Arg. quod sacrilegus in nulla ecclesia tutus erit,cum in ecclesiam delinquat, vt inf. c. proximo. quod quidam concedunt. Vnde si aliquis furtum vel sacrilegium fecerit in ecclesia, illum non debet tueri ecclesia, cum in ecclesiam deliquerit, vt inf.c. proximo. tamen decre.extra.de immu.eccle. inter tantum duas personas excipit.

d ¶ Auctoritate.] sed quid operatur hic auctoritas vel confirmatio

tio Papæ, cum illud per se facere potuerint? Respon. confirmatio tria operatur. præstat enim ipsi facto maiorem auctoritatem, vt 11. dist. quis nesciat. Item si quid est inualidum, supplet eius defectum confirmatio, vt extra de transac. c. 1. Item quod sine eius licentia nō potest retractari illud quod ipse cōfirmauit. extra de cōfir. vti. uel inuti. c. 2. lo.

Cōfirmatio Papæ tria operatur.

constitutiones. contra illud quod est extra de iud. at si clerici. & ex ca vt lit non contest. quoniam frequenter. in fi. & quia lex dicit, quod vnum delictum non debet va- ... tijs æstimatio ... 1, ff. de pœ. l. sanctio.

SI forte.] CASVS. Quæsitum fuit à Clemente quam pœ-

Sicut.] CASVS. Hoc ca. diuidit in duas partes. In 1. parte dicit, quod sicut iudicatur sacrelegus, qui bona ecclesiæ rapit uel inuadit: sic censetur sacrilegus, qui Dei sacerdotes insequit. In secūda parte dicit, quod sicut Deus est maior homine: sic sacrilegiū quod in Deū cōmittit. maius est fornicatione, quæ committitur in hominē.

a ¶ Grauius.] Hic vr quod maius sit peccatū sacrelegum quam adulterium: & sic est contra 32. qō. 7 quid in omnibus. sed ibi solutū est. Item nonne homicidium maius sacrilegio est? Sic; sed intelligas quod hic dicitur, in eadem specie facti. nam homicidium quod fit in clerico, maius est quam illud quod fit in laico: quia unum est sacrilegium, aliud nō. similiter quod fit in sāctimoniali, est maius quam aliud quod fit in alia muliere.

b ¶ Maius.] Sic 22. q. 1. omne. & c. mouet.

ATtendendum.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. ut ecclesia non cogatur soluere tributa vel collectas de prædijs ecclesiasticis: si quis vero contrafecerit, post debitā pęnā sacrilegij sit infamis, & carceri tradat vel exilio perpetuo damnetur.

c ¶ Post debitæ.] hęc verba sumpta sunt à lege: quę est 16. q. 1. §. 1. nouarum.

d ¶ Et carceri.] Ergo ecclesia habet carcerem, & infligit pęnā relegationis 1. 2. q. 1. in primis. Item habes hic, quòd diuersæ pœnæ infliguntur alicui pro eodem delicto, vt 23. q. 5 cap 3. & 16. quæst. ne 1 ita autumus, & ead. qō. 7.

Ecclesia habet carcerē.

1 Vide quod legi. & no. 3. q. 4. hi qui.

solum hi, qui iniuriam sanctorum locorum prosiluisse probantur †, merito consequantur pro facti sui qualitate vindictam; verum etiam cęteri à tali præsumptione vltionis istius timoris reuocentur.

† al. phabūtur

Idem Epiphanio episcopo.

¶ Ecclesiarum non est dignus ingressu, qui eas violat. C. XI.

AD episcopos cæteros direximus iussionem, vt eos, qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse indignos,

Iuo p. 3. c. 119.

Item Pius Papa, epist. 2. Italicis.

¶ Qui ecclesiam Dei vastat, & eius sacerdotem insequitur, sacrilegus iudicatur. C. XII.

e ¶ Commatres.] Sed nonne per baptismum contrahitur compaternitas? Sic, ut 30. q. 1. omnes. sed monachi possunt baptizare, vt 16. quæst. 1. doctos. ergo possunt fieri cõpatres. Rñ. possunt fieri cõpatres baptizãdo, sed nõ leuãdo, quia in illo maior cõtrahitur familiaritas illo. Monachi leuando compatres fieri non possunt, sed bene baptizando.

NON SOLVM. Hæc est octaua pars quæstionis, in qua mandatur, quod monasteria monachorum & monialium non sint duplicia: & hoc probatur per quatuor cap. Io. de Fant.

CASVS. In superiori cap. prohibiti sunt monachi à communione mulierum secularium, nunc prohibentur a communione & cohabitatione monialium: & ad hoc inducit seq. c. Gratianus.

DIffinimus.] CASVS. Hunc casũ sic ponunt Bar. & Bene. Antiquitus duplicia erãt monasteria, in quibus monachi & monachę simul vel alternatim conueniebãt in eodem choro ad officium faciendũ: sed quia poterat hoc multis esse occasio fornicandi: ideo statutum est in sexta synodo de cętero duplicia monasteria nõ faciant, & quę hactenus fuerint duplicia, diuidãtur: ita scilicet, vt monachi à monialibus diuidantur. Et quando aliqui cum consanguineis conuiuari voluerint, viri uadant ad monasteria virorum: fœminę uero ad monasteria monacharum. & quando a parte monachorum ad moniales cibaria deferuntur, suscipiat abbatissa extra portam cum quadam uetula moniali. Et si propinquæ suæ monachus loqui voluerit, in præsentia abbatissæ loquatur, & hoc cito. [Cum cognatis.] H. hanc litteram sic intelligit. Abrenunciare uoluerint rebus. s. cognatis, idest, reb. & cognatis, quod facere debet quicumque transit ad religionem, vt 12. q. 1. cui portio. [Intercipit,] idest, arripit & inuadit. [Cohabitationem.] idest, cohabitantes. Si est in litera cohabitatio, tũc dic intercipit, idest, incurrit. Sequentia duo capitulo patent.

§ *Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis inter dicitur, verumetiam à sanctimonialum † habitatione prohibentur.* † al. monialiũ

Vade in vij. synodo, c. 20. legitur.

¶ Cum sanctimonialibus, monachis habitare non licet. C. XXI.

DIffinimus minime duplex [a] monasterium fieri: quia scãdalum id, & offendiculum multis efficitur. Sic vero aliqui cum cognatis [b] mundo abrenunciare, & monasticam uitam sectari voluerint; debent quidem uiri uirorum adire cœnobium; fœminę vero mulierũ ingredi monasterium. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt † dupla; secundum regulam sancti patris nostri Basilij, & secundum præceptionem eius ita formentur. Non habitent in vno monasterio monachi [c] & monachæ. Adulterium enim intercipit [d] cohabitationẽ α: si habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum secreto singulariter ad collocutionem. Non cubet monachus in muliebri monasterio; neq. singulariter cum monacha conuiuetur: & quando necessaria uitæ à parte virorum ad regulares deferuntur; extra portã hæc suscipiat abbatissa monasterij fęminarum cum aliqua vetula monacha. Porro si contigerit, ut aliquam propinquã suam videre uoluerit monachus; in præsentia abbatissæ huic confabuletur per modica & compendiosa uerba β, & in breui [e] ab ea discedat.

Iuo p. 7. c. 25.

† al. sunt

α ¶ Cohabitationem.] *Sic est emendatum ex plerisque manuscriptis Gratiani, & duobus codicibus versionis Anastasii cuius tamen hæc non est ipsa omnino versio. Antea legebatur*, cohabitatio *Græce est*, μοιχεία γὰρ μεσολαβεῖ τὴν συνδιαίτησιν.

β ¶ Et in breui.] *Hæc non sunt in canonum græcorum vulgata editione sed apud Balsamonem habentur.*

Item in regesto Gregorij.

¶ Monachi, & monachę in nullo simul cohabitent loco. C. XXII.

IN nullo loco monachos & monachas permittimus vnum [f] monasterium habitare; sed nec ea, quæ duplicia vocant. Et si quod tale est, religiosus episcopus mulieres quidem in suo loco manere studeat; monachos autẽ aliud monasterium ædificare cogat. Si autem plurima sint talia monasteria; separentur in alijs monasterijs monachæ,

Apud Iulianũ antec. nouella 123. c. 54.

Burc. l. 8. c. 65. Iuo p. 7. c. 83. Poly. l. 4. tit. 34.

tione præsumitur accessus. 27. q. 1. nec aliqua, & 81. dist. clericus, & c. in omnibus, & 35. q. 6. ab isto, & est argu. hic, quod cum petitur restitutio consanguineæ, quod non solum commistionis, immo nec cohabitationis facienda est restitutio.

a ¶ Duplex.] In quo sunt monachi & monachæ.

b ¶ Cognatis.] Nam qui seculo vult & rebus renunciare, renunciabit & cognatis. 12. q. 1. cui portio.

Moniales visitare non licet.

c ¶ Monachi.] Immo nec clericus nec laicus debet visitare monasterium monialium, vt extra de vita & hone. cler. monasterio.

d ¶ Intercipit.] Idest, intercipere solet: quia ex cohabitatione præsumitur accessus. 27. q. 1. nec aliqua, & 81. dist. clericus, & c. in omnibus, & 35. q. 6. ab isto, & est argu. hic, quod cum petitur restitutio consanguineæ, quod non solum commistionis, immo nec cohabitationis facienda est restitutio.

e ¶ Et in breui.] Hic manifeste perpenditur, quòd præsumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex singularitate, ex societate, & breuitate temporis: quæ omnia iudex discretus considerabit, vt 23. q. 8. occidit. & 81. di. in omnibus. inf. de pœ. dist. 1. aut facta. extra de test. cum causam.

Præsũptio contra aliquem & pro aliquo ex multis sumitur.

f IN nullo loco.] ¶ Vnum.] Ferre eadem verba ponuntur in auth. de sanctissimis episcopis. §. si quis autem ad monasticam vitam. coll. 9.

a ¶ Iu-

a ¶ Iura.] Fortè pro numero personarum, cum enim collegium separatur, pro numero personarum diuiduntur bona, vt ff de colle. illi. l. 1. in fi. Vel fortè secundum quòd quilibet dedit monasterio. arg. 12. q. 4. c. 1.

IN decima.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hispalen.

tur cũ aliqua earum sine speciali conscientia abbatissæ. etsi velit dicere aliquid quod ad institutionem earum pertinet: nec etiam cum sola abbatissa frequenter loquatur: sed sub testimonio duarum, vel trium sororum. & hoc etiam raro fiat. & sit satis locutio breuis.

& in alijs monachi; res autem, quas habent communes, secundum iura [a] eis competentia distribuantur.

¶ *Burchardus autem & Iuo Gregorium citant: apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib. 1. reg. epist. 48. & lib. 7. indic. 2. epist. 38. Verba tamen ipsa leguntur apud Iulianum antecess. nouella 123. c. 54.*

Item ex concilio Agathensi, c. 28.

¶ A monasterio monachorum longius construantur monasteria puellarum. C. XXIII.

Iuo p. 3. c. 258.

MOnasteria puellarum longius à monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter oblocutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 11.

¶ Puellarum monasteria monachorum præsidio, & ministerio regantur. C. XXIIII.

† *al. vndecima*] orig.

IN decima † actione communi consensu decreuimus; vt monasteria virginum in prouincia Bætica monachorum administratione, ac præsidio gubernentur. Tunc .n. salubria Christo dicatis virginibus præbemus †; quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed etiam doctrinis ædificari possint: ea tamen circa monachos cautela seruata, vt remoti ab earum familiaritate †, nec vsque ad vestibulum habeant accedendi familiare permissum. Sed neque abbatem †, vel eum, qui præficitur, extra eam [b], quæ præst, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem* earum pertineat, licebit: neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum [c] vel trium sororum: ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio.

† *al. prouidemus*
Burc. l. 8. c. 53.
Iuo p. 7. c. 71.
† *al. peculiaritate*
† *al. abbati vel eis*

* ¶ Institutionem.] *Sic legitur in vetustis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Coloniensibus,* quod ad institutionem morum non pertineat.

9 Probibentur etiam sanctimoniales propria receptacula habere.

Vnde Innocentius secundus in concilio Romæ habito, cap. 26. & 27.

¶ Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque secundum regulam Beati Benedicti, neque Basilii, aut Augustini viuant; sanctimoniales tamen vulgo censeri desiderant) aboleri decernimus. Cũ enim iuxta regulã degentes in cœnobiis, tam in ecclesia, quã in refectorio, atq; dormitorio cõiter [d] esse

b ¶ Extra eã.] Id est præter conscientiam abbatissæ.

c ¶ Duarum.] Hic patet ꝙ si cleric⁹ accusetur, qui deliquerit cũ moniali, vel cũ alia potest se expurgare cum mulieribus. ad qd .n. vocarẽtur istę, si non possent esse testes? Cum enim clericus repellat à dignitate obtinenda propter testimoniũ mulierum, vt extr. de testibus tã ex litteris. multo potius per eas expurgare se potest. vnde satis admitti potest, ꝙ si clericus non potest habere alios compurgatores clericos, ꝙ per honestos laicos potest se purgare, vt 2. q. 5. ca. omnibus. in fi. 81. distinctio. clerici 2. & sic 12. q. 1. cap. 1. & in authen. de monach. §. cogitandum. col. la 1.

Mulieres & pro clerico, & cont. cleri cum possunt testificari.

2 Vbi de hoc & ext. de præsumpt. cũ in iuuẽtute. in fi. ibi vide Arch.

PROHIBENTVR ETIAM. Hæc est 9. pars quæstionis secũdum Io. de Fant.

CASVS. Non solum prohibentur moniales esse cum monachis, sed etiam prohibentur propria receptacula habere.

PErniciosam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quædam moniales propria habẽt receptacula, & proprias cameras, in quibus sub specie hospitalitatis recipiebant hospites minus honestos: quare Inno. secundus eas reprahẽdit, & prohibet ne hoc de cætero faciãt: sed in eodem refectorio, & dormitorio cõiter viuant. In secunda parte dicitur, ꝙ moniales simul cum monachis, & canonicis in choro non veniant ad psallendum. Secũda pars

3 Nisi essent qdã à cõione ad meliora exẽpti: vt essent anachoritæ, & ita exclusa Camaldul. sed dicit, ꝙ nõ dent inter sæculares, &c. quia ne soli, &c. ext. de testa. mona. monachi ẽm L.

a Bætica

len. vt monasteria monialium in prouincia Bethilica per monachos gubernentur, hac tamen cautela seruata, vt monachi cum monialibus familiaritatẽ non hẽant, nec abbas, vel alius qui in monasterio præficitur loquaibi, [Simili modo.

d ¶ Communiter.] Ideo communiter omnia faciunt, vt sibi inuicem sint testes & honestatis, & castitatis, vt in auth. de mo. §. cogitandum. coll. 1. 3.

debeant; propria sibi ædificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites, & minus religiosos contra sacros canones, & bonos mores suscipere nullatenus erubescũt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipsæ absconditæ in iustorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos iudicis cuncta cernentis, hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne vlterius fiat omnimodis prohibemus, & sub pœna anathematis interdicimus. ¶Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales simul cum canonicis, vel monachis in ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum. Ioan. 3. In conc. c. 27.

a ¶Regulam.] *In vulgatis sequebatur,* S. Benedicti: *cum tamen paulo superius aliarum etiam regularum sit facta mentio. Quare inductę sunt istę voces auctoritate vetustorum codicum, & ipsius concilij: ex quo etiam alia nonnulla sunt emendata.*

10 *Item sunt alij, quos episcopi prægrauantes, salutem ipsarum animarum negligũt, quibuslibet † occasionibus bona monasteriorum distrahere cupiunt. Tales erãt quidã clerici Rauennatis ecclesiæ: qui simulata religione monasterijs cupiebant præfici, non transeuntes ad monasticum habitum, neque renunciantes ecclesiasticæ militiæ.* † al. quibuslibet vero

De quibus Gregorius scribit Ioanni Rauennati episcopo, lib. 4. epist. 1.

¶Monasteria, clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent, C. XXVI.

ij PEruenit ad me, quòd in ecclesia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monasterijs consecrata, nũc habitacula aut clericorum, aut etiam laicorum facta sũt: dumque hi, qui sunt in ecclesijs, fingunt [a] se religiosè viuere; monasterijs præponi [b] appetunt: & per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo enim potest ecclesiasticis officijs, &c. *& infra.* ¶Proinde fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet: quia ego nullo modo patior, vt sacra loca per clericorum ambitum destruantur [c]. Ans. l. 5. c. 64. Iuo p. 3. c. 18. Poly. l. 3. tit. 25. su. 16. q. 1. nemo.

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 40. siue cap. 204.

¶Qui in sacro ordine sunt constituti, in monasterijs nullam habeant potestatem. C. XXVII.

DVdum ad nos multorũ relatione peruenerat, monasteria in Rauennæ partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio prægrauari: ita vt occasione quasi regiminis ea (quod dici graue est) velut in proprietate possideant. Quibus non modicum condolentes decessori vestro epistolas misimus, vt hoc per omnia emendare debuisset. Sed quoniam vitæ est termino citius occupatus; ne hoc onus monasterijs remaneret, frater- Poly. ibidem. Ans. l. 5. c. 65.

ITEM SVNT. Hæc est .10. pars q. in qua probatur, quod clerici sæculares non debent esse abbates in monasterijs, & hoc probatur per duo c. Ioan. de Fant.

CASVS. Hactenus probauit Grat. quod quædam monasteria sunt in potestate episcoporum propter dissolutionem, & malitiam monachorũ. Modo probat contrarium: scilicet, quod quædam sunt exempta propter auaritiam epũrũ: qui salutem animarũ negligentes, monasteria suis bonis spoliant. & tales erãt clerici Rauennatis ecclesię: qui monasterijs pręfici cupientes, in ecclesiastica militia remanere volebant, vt infra cap. 1. & 2.

PEruenit.] CASVS. Bene. sic ponit casum. Significatum fuit Grego. quod in archiepatu Rauen. quidam clerici monasterijs pręponebãtur, quorum occasione monasteria fiebãt habitacula laicorũ. quare pręcepit Greg. Ioanni archiepo Rauenn. vt hoc mendare festinet. H. vero hũc casum sic ponit. Erant quidam clerici Rauennates, qui sub obtẽtu religionis monasterijs præesse volebant: sed primas ecclesias non dimittentes, monasteria vltra modũ grauabant: & ea quasi communia habitacula habebãt etiam laicorum. propter quod Greg. scribit archiepo Rauen. vt talia prohibeat, & de cætero fieri non permittat.

a ¶ Fingunt.] Tales sunt cogẽdi, vt vel veri clerici, vel veri monachi sint, vt extr. de reg. vt clerici.

b ¶ Pręponi.] De talibus habuisti. 16. q. vl. cap. 3.

c ¶ Destruantur.] Id est, conuertantur in aliam formam, vt infra causa proxi. q. 3. §. quęritur.

DVdũ.] CASVS. Casum istum sic pone. Grego. præcepit Ioanni Rauẽnati archiepiscopo, vt clericos sæculares, qui monasterijs pręficiebantur, quorum occasione monastica regula dissoluebatur, & monasteria grauabantur, ab ipsis monasterijs remoueret. quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Mariniano eius successori, vt hęc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitisset, scripsit ei Gregor. secundo mandans ei, vt omni mora, omnique excusatione remota ita studeat monasteria releuare à grauamine clericorum, ut de cętero in eis nullam habeant licentiam accedendi, nisi causa prædicandi, vel

nisi à monachis fuerint inuitati:ne si aliter fiat, compellatur Greg. aliter monasterijs prouidere cũ d'tu hoc pati non velit. Ab illo tamen loco, [Nisi aliter fiat.] sic posuit Bene. casum, idest, ne si aliter fiat, in se patiatur districtionem hortandi, idest admonendi, vel prædican-dicandi. Alia littera habet, [Orãdi, & hæc littera plana est. Similiter seq. duo c. plana sunt: & per te videbis.

a ¶ Fraternitati.] Sed nonne cum aliquid præcipitur alicui, sufficit quòd præceptum sit prædecessori ad hoc vt successor teneatur, vt in auth. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus, colla. 9. licet aliud sit in mandato. quia illud extinguitur morte, vt extra de off. delegat. gratum. Dicunt quidam siue sit præceptum, siue mandatum: dummodo expressis nominib. scribatur, semper expirat morte, vt ext. de off. deleg. quoniam abbas. Alij dicunt aliud esse in præcepto, quàm in mandato.

b ¶ Hortandi.] Idest, prædicandi.

c ¶ Inuitati.] Sup. ea. luminoso. Io 2.

d ¶ Sed ne.] 16. q. 1. ne pro cuiuslibet.

nitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione cessatũ est; hæc ad vos iterum præuidimus scripta dirigere. Hortamur ergo, vt omni mora, omnique excusatione submota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis grauamine releuare; quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel ij, qui sunt in sacro ordine constituti ob aliud (nisi hortandi α b tantummodo causa) accedendi habeant licentiam; aut si forte ad peragenda sacra Missarium fuerint inuitati c mysteria. Sed ne d pro cuiuslibet monachi, aut abbatis promotione, &c. *& infra.* ¶ Nec illi vlterius habeat potestatem aliquam: ne monasteria huius occasionis velamine ea, quæ prohibemus β, sustinere onera compellantur. Hæc itaq; omnia vigilanti cura emendare iam secundo commonita sanctitas vestra non differat: ne si post hæc negligentes vos esse (quod non credimus) senserimus; aliter monasteriorũ quiete prospiscere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tantæ necessitati seruorum Dei congregationem amplius subiacere non patimur.

sn. 16. q. 1. nemo

α ¶ Hortandi.] *In originali impresso, & manuscripto legitur,* orãdi. *Sed ob glossam, & quia in sequenti capite est vox,* Exhortandi. *non est mutatum. Alia vero sunt emendata.*

β ¶ Prohibemus.] *In vulgatis sequebatur,* simul cum canonicis, & monachis in ecclesia, *quæ sublata sunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem lib. 7. ind. 1. epist. 18.

¶ Causa visitandi, & exhortandi monasterium episcopus adire potest. C. XXVIII.

Iuo p. 7. c. 14.

11 Visitandi, exhortandique gratia ad monasterium, quoties e placuerit ab antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic episcopus impleat, vt grauamen f aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶ Frequenter episcopi monasteria visitent, & quæ corrigenda sunt corrigant. C. XXIX.

Burc. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 85.

Non semel, sed sæpius in anno episcopi visitent monasteria monachorum: & si aliquid corrigẽdum fuerit, corrigatur.

¶ *Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem est insertum capiti, abbates, sup. ea. vt ibi notatum est. simile quiddam habetur in Pannormia ex concil. Rothomagensi, lib. 3. c. 215.*

12 *Pro talibus* g, *qui animarum curam non habentes*

Visitandi.] Hæc est 11. pars q. secundum Io. de Fant.

e ¶ Quoties.] Cum vtilitas, vel necessitas exigit; aliàs semel tantum in anno ueniet episcopus, vt notaui 10. q. 1. decreuimus. videtur tamen, q hodie bis in anno possit ex officio suo visitare, vt extra de censi. cum venerabilis. in fi.

f ¶ Vt grauamen.] .i. vt nõ exigat enormẽ & immoderatã procurationẽ, vt 10. q. 3. illud. sed ẽm q taxatur, ex. de censi. cum Apostolus & hoc intelligat cum episcopus accedit ad ecclesiam propter vtilitatem ecclesiæ. Sed si causa proprij negotij accedit, non tenetur ei monasteriũ prouidere, vt 10. q. 1. relata, & c. placuit. 12. q. 2. charitatẽ. ext. de cens. cũ venerabilis. ibi, cũ causa correctionis, &c.

Non semel.] PRO TALIB. Hæc est 12. pars q. in qua probat, q licet monasteria lege diœcesana non sublint epõ si non habẽt populum: tamen in fundatione, siue dedicatione monasterij, ponitur aliquid de pensione, quod exigi potest. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, dicens q pro talibus epĩs, qui curam animarum negligentes monasteria suis bonis spoliabant. & ea in vsus suos conuertebant, statutũ fuit, vt à monasteria sit libera à dñio, & ptãte eporum, & postea ostendit, & q licet dicatur sup. e. in c. quã sit. vt monasteria nullis canonicis iurib. sint subiecta: non ita tamen intelligendum est, vt monasteria non debeant aliquid dare epo in signum subiectionis aliqua die statuta. [Eulogia.] Eulogia dr id quod solet assignari episcopo tempore consecrationis, & illud quod ei offertur in synodo, & proprie quod ei gratis datur aliter tamen hic accipitur.

g ¶ Pro talib.] Scilicet epĩs 3 eis. n. non subsunt monasteria quo ad legem diœcesanam. 10. q. 1. in summa. Ioã.

a Ad idẽ 11. q. 1. q pericu losũ. ẽm La.

Epũs quã visitet monasteria.

Procuratio non semper est debita episcopo.

y Prædecessori. dic vt p Fel. Ph. Dec. c. eam te de rescriptio. Præceptum an morte expirat, sicut mandatum.

3 Et ita ex cã oĩa ista c. ẽm G exaudi. ẽm L.

Bleu-

ELeutherius.]CASVS. Mater Eleutherij episcopi fecit Cardellum episcopum dedicare quoddam monasteriũ, qđ ipsę ædificauerat in dięcesi sua in casa, quę dr castellum, & tempore dedicationis conuentio facta est inter epm & ipsam, vt de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis, vel in die natalis martyrum, quorũ ibi sunt reliquiæ, medietatem hrēt monasterium, & medietatem aliam episcopus haberet. contra quã conuentionem Marius presbyter sciente epo, vel forsitan nesciente veniebat, & monachis vel presbytero, qui ex eis erat, molestias, & grauamina inferebat & fere presbyterum nomine Gaudentiu verberauit, nec eum ibi Missas celebrare permittebat, nisi aliquid vltra cõuentionem prædictã redderet nomine pẽsionis ipsi episcopo dandũ. Sed cum episcopus Eleutherius vice matris super hoc cõquereretur, Gelasius Papa commisit causam cuidam, & mandat ei, vt si inuenerit, ꝙ ita facta fuerit conuentio tempore dedicationis, illam faciat obseruari. Si vero nulla conuentio facta fuerit, eo mediante inter epm & monachos faciat aliqd assignari ipsi episcopo in signum subiectionis, eo saluo, vt presbyter Gaudentius in monasterio Missas celebrare à nullo prohibeatur. Seq.c.patet.

quam fecit tempore consecrationis.

d ¶ Debeat.] Considerata consuetudine aliorum monasteriorum, vt ext. de cen. super e. 10. q. 3. nec numerus. in fine. Ex hoc cap. patet, ꝙ monasteria non sunt penitus exempta a lege dioecesana. tenentur enim ei ad eulogias.

Monasteria à lege dięcesana nõ sũt prorsus exempta.

bona tamen monasteriorum in suos vsus conuertere cupiebant; statutum est, vt monasteria cum suis rebus penitus sint libera à potestate & dominio episcoporum. Quod aũt nullis canonicis iuribus monasteria dicutur esse subiecta, non ita intelligẽdum est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogiæ, vel in die dedicationis, vel in natali† sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri.

† al. natalitijs

Vnde Pelagius α *Papa ait.*

α ¶ Pelagius.] *Ante legebatur,* Gelasius. *Mutatum est ex Polycarpo, & quia supra dist. 91. c. Eleutherius, alia pars huiusmet epistolæ citatur ex Pelagio: & Anselmus, qui hic & illud capus coniuncta affert, Pelagio tribuit.*

¶ Non debet episcopus aliquid à monasterio exigere prę-
ter conditiones, quæ dedicationis tempore
constitutæ sunt. C. XXX.

Ans. l. 7. c. 145. Poly. l. 4. tit. 27.

ELeutherius frater, & coepiscopus noster quæritur, ꝙ mater eius in casa, quæ castellum dicitur, oratorium construxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos constituerit, ex quibus vnus est presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardellum (cuius ipsa dioecesis est) & matrem suam asserit conuenisse [a], vt quidquid dedicationis, vel natalis martyrum die, quorum in eodem monasterio reliquiæ sunt, per fidelium oblationes intrauerit; medietatem quidem habeat ipsum monasterium, medietas autem episcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium presbyterum (siue sciente, siue nesciente episcopo) monachis ipsis, vel presbytero, qui ex eis est, vim dicitur intulisse, & frequenter molestias generare, ita vt memoratum presbyterũ prope cæciderit, & Missas eum facere nullo modo permittat: dicens, vt quasi pensionis [b] nomine aliquid statuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus: & si apud te euidenti ratione † constiterit; quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positæ conuenerint; seruari eas ex nostra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur †. Si vero nil tale constiterit †; mediante te quid episcopo ipsi nomine eulogiæ [c] offerri debeat [d], inter ipsos monachos, & presbyterum volumus definiri: Saluo tamen eo, vt presbyter Gaudentius, qui etiam monachus est, Missa in monasterio suo, sicut cõsueuit facere, à nullo vlterius debeat prohiberi.

† al. veritate

† al. tenetur exigere

† al. conuenit

Item Vrbanus secundus.

¶ Consueta seruitia episcopis monasteria exhibeant.
C. XXXI.

SEruitium [e] quod monasteria, aut eorum ecclesiæ à

Pactio in spiritualib. an interuenire possit.

a ¶ Conuenisse.] Ar. ꝙ pactio põt interuenire in spiritualib. vt 10. q. 3. c. vlt. & ca. nec numerus. & 1. q. 3. quæsitum. vt no. 8. quęs. 5. in summa. sed huic c. obstat. 1. q. 2. c. 1. & 1. q. 1. c. statuimus. & q. 4. eccl'ia. & inf. de cons. d. 1. si qs basilicam. Sed dicas, ꝙ hoc non pro vere dr pactũ: quia & sine pacto tenetur eccl'ia aliquid dare epo in signũ subiectionis, vt hic dr in fi. Item & auctoritate episcopi potest aliqd constitui patronos, vt extra de iure pat. præterea.

1 Etiam hic videas qđ no. 21. q. 2. c. 2. in gloss. si quæras.

b ¶ Pensionis.] Vltra id quod conuenit in principio.

c ¶ Nomine eulogiæ.] Idest, in signum prædicationis, gias sicut hic dr. Itẽ teneẽ ad ꝓcurationẽ, quę dẽtur rõne visitationis, vt ext. de præscrip. cum ex officij. Item si quid ex consuetudine debent, vt inf. c. proximo.

e SEruitium.] Et tamen vix fuerunt xxv. anni à tempo-

tempore Grego. vſque ad tempus Vrbani.

Conſuetudo an poſſit annuas præſtationes inducere.

a ¶ Vſque ad hoc tempus.] Ergo conſuetudo inducit annuas præſtationes. nam & dat iuriſdictionem, & dat priuilegium, vt not. 9. q. 3. cõqueſtus. in fi. & dat ius eligendi. extra de conſuetu. cum dilectus. in fi. Item & inducit ſeruitutem. ff. de aqua plu arc. l. 1. § vltim. & l. 2. ff. cõia pd. venditor. Itẽ conſuetudo obligat ſicut ius ſcriptũ, vt 11. diſ. eccleſiaſticarum. Et ꝙ ex tempore aliquid præſumitur debitum. ſunt argu. multa. ff. de vſu cũ de in rẽ. & l. qui ſemiſſes. & l. cum quidam. §. 1. & C. de fideic. li. l. 1. ar. contra iſta, ext. de conſue. c. 1. & ext. de cen. ſcientes, & c. peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. q. 3. quia cognouimus. & ff. de oper. li. operis. & C. de pac. l. ſi certis. & extra de cauſa poſ. cum eccleſia. Item quia ex curſu tẽporis nulla oritur obligatio, cum nec tollatur tempore, vt ff. de act. & obl. obligationum. § placet. Sed varij varijs modis dixerũt de hac materia ſed omiſſis illis dico ꝙ nunquam ex conſuetudine ſola (licet eſſe preſcripta) ius aliquod ſit quæſitum 1, niſi forte ſit tanta, cuius memoria non eſſet, vt. ff. de aqua quoti. & æſti. hoc iure. §. ductus aquæ & ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. vlti. ſed solummodo commodum & ius poſſeſſionis quæſitum eſt ex conſuetudine. Poſſeſſor enim nihil tenetur probare de iure ſuo: ſed aduerſarius probabit eſſe indebitum. unde quamdiu eſt quæſtio an talis præſtatio ſit debita, ſemper erit poſſeſſor in poſſeſſione, vt 16. q. 4. volumus. extra vt lite penden. a memoria. ff. de aqua quotid. & æſti. l. penultima, & hoc eſt verum cum allegat aliquam conſuetudinis cauſam: & tunc cauſa allegata, & conſuetudine longiſſima probata debitum præſumitur, adeo vt nõ admittatur ꝓbatio in contrariũ, & ſm hoc nulla eſt differẽtia inter conſuetudinẽ pſcriptã, & pſcriptionem. Quidam tamen aſſignat hanc differentiam inter præſcriptam conſuetudinem, & præſcriptionem: quia contra preſcriptionẽ nõ admittitur ꝓbatio, licet cauſa pſcriptionis appareat iniuſta, ut extra de præſcrip. de quarta. ſed contra conſuetudinem præſcriptam bene ut ſcilicet ꝓbetur indebitum, licet allegetur debitum proceſſiſſe, vt C. de agric. & cen. ſitibus, libro vndecimo. Tutius credo preſcriptionem allegandam, quàm conſuetudinem præſcriptã: quia ad probandam cõſuetudinem multa requiruntur, vt dixi ſupra diſtinct. 8. fruſtra. Et hæc vera ſunt, quòd conſuetudo ſemper tuetur poſſeſſorem donec probetur contrarium, niſi vi, vel clam, vel precario poſſederit. tunc enim ille, qui dedit, ſua auctoritate poteſt negare. 10. q. 3. quia cognouimus. Ioannes. Quidquid dicat. Ioan. ego credo ꝙ ex conſuetudi. præſcripta ſpatio xl. annorum, & bona fide ius & poſſeſſio acquiratur, vt extra de conſuetu. cap. vlt. in fine, & ff. de legi. diuturna. B.

Conſuetudo & pſcriptio differunt.

Conſuetudo preſcripta, & pſcriptio quo differũt.

Ad pꝛobandam conſuetudinẽ multa requiruntur.

Ex conſuetudine ſola nũquam ius aliquod queritur.

a Arg. contra ex. de præſc. ad audiẽtiã. iuxta princ. ver. eſt. ut. ꝙ rõne conſuetudinis debetur cẽſus, & ſi alius titulus nõ probetur. ſm H.

tempore Gregorij ſeptimi uſque ad hoc tempus[a] fecerunt, & nos concedimus.

dist. 18. eps nõ debet.

Canonica ergo iura, quib. monaſteria ſubiecta non ſunt, ſynodales exactiones intelligũtur. Non enim cogendus eſt abbas (ſicut in cõcilio Turonico ſtatuitur) ad ſynodũ ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Sunt etiã quædã ſeruitutis officia, ut angariæ operum, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, à quibus omnibus monaſteria libera ſunt.

CAVSA XIX.

DVo clerici ad monaſterium tranſire voluerunt: vterq; licẽtiam ab epiſcopo ſuo petiit: vnus relicta eccleſia propria, eo inuito, alter dimiſſa regulari canonia † cœnobio ſe contulit.

† al. canonica

1 Modo quæritur, ſi epiſcopus debeat permittere, vt relicta propria eccleſia clericus monaſterium ingrediatur.

2 Secundo, quæritur, ſi epiſcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monaſterium poſſit adire.

3 Tertio, ſi contigerit ipſos regulares canonicos fuiſſe, vtrum concedendus eſſet eis monaſterij ingreſſus.

QVÆSTIO I.

QVòd epiſcopus [b] licẽtiam clericis adeundi monaſterium dare debeat, in Toletano 4. concil. præcipitur, in quo cap. 49. ſic ſtatutum legitur.

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, dicẽs quòd canonica iura à quib. monaſteria ſunt libera, ſunt ſynodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

DVo clerici.] CASVS. Dictum eſt ſup. in cauſa proxima, quæſt. 2. cap. abbates. in fin. ꝙ nullus abbas debet recipere monachum alienum: ſed quia forte idem putaretur de clericis ſecularib. & canonicis regularib. ideo ſupponitur hic decimanona cauſa, in qua quærit, an clerici ſeculares & canonici regulares inuitis prælatis ſuis poſſint ad regulam arctiorem tranſire: quod vt melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæſtiones.

QVòd epiſcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, qua quæritur an epiſcopus debeat dare licentiam clerico ſuo volenti ad religionem tranſire. & certum eſt, quòd ſic, vt intra cap. 1.

b ¶ Quòd epiſcopus.] Dubitatio harum trium quæſtionum ab eodem fonte procedit vnde vna ſolutione terminatur. Hug. dicit quòd clericus ſecularis inuito epiſcopo poſſit tranſire ad monaſteriũ, vt inf. ea. c. 1. & inf. e. q. 2. duæ. Sed nec monachus, nec regularis canonicus põt inuito abbate tranſire ad locum aliũ, vt inf e. q. 3. c. 8. & c.

Trāsitus ad relig o ıé ar ctiorē pmissus est, non ad parem.

s. & c. statuimus. sed eius opinio corrigitur extra de regu & transeun. ad relig. licet. vbi habes, ꝙ quilibet pōt transire ad arctiorem religionem. petita tamen licētia, licet non obtenta: sed ad parem religionem nemo potest transire, ut extra de reg. sane. Ion.

pars ibi, [Lex vero priuata.] & est interpositio alio loco. [Dignior est,] vsque ibi, [Quisquis igitur.] c ¶ Priuata.] Vt charitas, de qua dicitur Habe charitatem, & fac quidquid vis, vt de pœn. dist. 2. radicata. d ¶ Sine cōmendatitijs.] Sed quare creditur commendatitijs...

Clerici.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt episcopi debeāt licentiam dare clericis uolētibus ad monasteria transire, cū ipsi eligant meliorem uitam.

a ¶ Meliorem.] Hæc causa est sufficiēs, ꝙ de minori ad maius transeundum est. 93. distin. legimus. in fi. sed non parem & extra de reg. sane & tū dicit cap. sic uiue in monasterio, ut clericus esse merearis 16. q. 1. sic uiue. Io.

¶ Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. C. I.

Clerici, qui monachorum propositum appetunt (quia meliorem [a] vitā sequi cupiunt) liberos eis ab episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus: nec « interdici « propositum eorum, qui ad contemeplationis desiderium transire nituntur.

Poly l. 3. tit. 15. & l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 21. Iuo p. 6. c. 371.

« ¶ Nec interdici.] *Hæc vsque ad finem absunt à manuscriptis sunt tamen in concilio.*

QVÆSTIO II.



Nuito episcopo clericum eius à nullo esse suscipiendum Leo episcopus testatur, scribens Anastasio † Thessalonicensi episcopo, epist. 82. al. 48. c. 9.

In conc. Agsgr. c. 58. † Antea legebatur, *Rustico Narbon.*

Inuito.] CASVS. Hic intitulatˀ secūda quęstio, qua quæritur an clericus sæcularis inuito episcopo suo possit ad religionem trāsire? Et respondetur, ꝙ sic, ut inf. e. c. duæ. Gratianus tamē primo probat quod nō: postea probat cōtrarium. Seq. cap. cum §. sequenti patet.

¶ Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat. C. I.

Alienum clericum [b], inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat.

Ans 6. c. 161. Burc. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 96.

Sed sub audiendum est, nisi ad propositum melioris vitæ transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam, episcopo contradicente, monasterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II. in capitulo S. Ruffini †.

† *al. Ruffi.*

b Alienum clericum.] Immo nec etiam laicū alienum, ut 71. distinct. primatus. si ergo clericus huius episcopatus eligitur ad aliquam dignitatem in alio episcopatu, sine licentia huius episcopi non potest eam recipere, vt 76. distinc. cap. vlt. & 63. distinc. litteras. & 85 distin. cap. archidiaconum. Ioan.

¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito episcopo suscipendus est. C. II.

Dvæ sunt inquit, leges: vna publica, altera priuata [c]. Publica lex est, quæ à sanctis patribus, scriptis est confirmata: vt est lex canonum, quæ quidē propter transgressiones † est tradita: Verbi gratia, Decretum est in canonib. clericum non debere de suo episcopatu ad alium transire sine commendatitijs [d] litteris sui episcopi: quod propter criminosos [e] constitutum est: ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur personæ. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo [f] episcopatu, in alie-

Poly. l. 4 tit. 31. *Gal. 3.* † *al. transgressores.*

Dvæ sunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quidem clerici sæculares inuitis episcopis suis monasticum habitum, vel regularium canonicorum assumere volebāt, quare quæsitum fuit ab Vrbano Papa in capitulo sancti Ruffini quid iuris sit de hoc? qui respondet duas esse leges, distinguendo, publicam scilicet & priuatam. Publica facta est propter transgressores, qui cum in suis episcopatibus celebrare non possent, ibant ad alios: & ideo ne criminosi & infames reciperentur, statutum fuit, vt nullus episcopus clericum alienum suscipiat sine litteris commendatijs sui epi. In secunda parte dicitur, ꝙ lex priuata est, quæ instructu spiritus sancti scribitur in corde alicuius, secundum quam clerici sæculares libere etiam suis epis inuitis transire possunt ad monasterium, vel canonicam regulam, vel regularem. Et hoc probatur auctoritate Apostoli: & præterea quia lex non est posita iusto ad coercendum eum à bono. Secunda

datitijs litteris, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam: Namque commendandi animo dicuntur, neminem obligant, vt ff. de cōtrah. emp. ea quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in genere, non obligatur: sed in specie, obligatur ff. de ædil. edic. secundum. sed nec in genere licitum est cōmendare ex certa scientia rem vitiosam, vt ext. de scrut. c. vnico alioquin de dolo tenetur, vt ff. de dolo, quod venditor.

Obligatˀ is qui rem vitiosam commendat.

e ¶ Propter criminosos.] Licet propter criminosos fuerit constitutio data, tamen extenditur etiam ad non criminosos: quia nullus recipitur sine commendatitijs litteris sui episcopi. vbi enim aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante non ideo cessat constitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutum: ibi si esse: causa, cessat cōstitutio. Sed distinguitur ff. de don. l. 2. §. vlt.

f ¶ In suo.] Sup. 7. q. 1. si quis presbyter.

a ¶ Si-

Obedientiæ commendatio.

a ¶ Si quis horum] Maxime quia idem est in alijs. 61. dist. §. his omnibus.
b ¶ Si afflatus.] Sed qualiter potest aliquis clericus inuito episcopo transire ad religionem, cum ei forte iuratus sit, & obediens suus sit, & crimen idololatriæ est nolle ta lex publicæ, nam mulier, licet ducatur lege Dei, non potest inuito viro intrare religionē. 27. q. 2. si quis coniugum. nec impubes inuito patre 20. q. 2. puella. nec episcopus inuito Papa, extra de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Io.

bus videtur preiudicare publicę.

no celebrare: quod iure præceptis, & scriptis detestatum est. ¶ Lex vero priuata est, quæ instinctu sancti spiritus in corde scribitur: sicut de quibusdam dicit Apostolus. [Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis.] & alibi. [Cum gentes legem non habeāt, si naturaliter ea, quę legis sunt faciunt; ipsi sibi sunt lex.] Si quis horū [a] in ecclesia sua sub episcopo populum † retinet, & sæculariter viuit, si afflatus [b] spiritu sancto in aliquo monasterio, vel regulari canonia † saluare se voluerit; quia lege priuata ducitur: nulla ratio exigit; vt à lege publica constringatur. Dignior [c] est enim lex priuata, quàm publica. Spiritus quidam Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui spiritui sancto possit digne resistere Quisquis igitur hoc spiritu ducitur; etiam episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed vbi spiritus Dei, ibi libertas: & si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

c. licet extra de de regular.
Rom. 2.
Ibidem.
† proprium]
Polycarpus.
† al. canonica
Rom 7. 8. 9.
1. Tit. 1. 2:
Cor. 3.
Gal. 5.

QVAESTIO IIII.

Canonicos autem regulares ad monasterium transire multis auctoritatibus prohibetur.

Vnde in concilio Educensi congregato sub Gregorio VII. legitur.

¶ Regulares canonici, monachi fieri non debent. C I.

NVllus abbas, vel monachus [d] canonicos regulares [e] à proposito professionis canonicæ reuocare, & ad monasticum habitum trahendo suscipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis sui ecclesiam [f] inuenire quiuerint: in qua canonice viuendo, Deo seruire, & animam suam saluare possint. Quòd si temerario ausu id agere tentauerint; anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa II.

¶ De eodem. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.

MAndamus & vniuersaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter professus, nisi (quod absit)

Canonicos.] hęc q. diuidit in quatuor partes: in prima quarū probat, q canonicus regularis sine licentia nō debet fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secūda ibi, [Quęritur si monasteria.] Tertia ibi,] Quæritur de his.] Quarta ibi, [Quæritur si ingressis.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3. q. vbi quæritur an canonicus regularis possit ad monasteriū transire. Et respondetur quod sic, de licentia prioris. vt inf. ead. cap. statuimus. idem est in monacho vt inf. 20. q. 4. monachū. sed eis inuitis nō, vt inf. c. 1. & 2. glibet tamen secundum iura hodierna potest ad regulā arctiorem transire petita licētia à suo superiore, & & si non habeat licentiam ab eo, vt extra de regu. licet. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat, q canonici regulares ad monasterium transire non possunt postea probat contrarium.

NVllus.] CASVS. Quidam abbates vel monachi suis suggestionib. ad monasteria canonicos regulares pertrahebāt: & ideo statuit Greg. septimus, quod qui de cętero talia temere attentauerit, excommunicetur.

d ¶ Monachus.] Vt priores, qui præsunt monasterijs. extra de statu monacho. monachi.

e ¶ Regulares.] Similiter clericus in qua ecclesia est semel intitulatus, in ea perpetuo perseueret, vt 70 dist. sanctorum. & 71. dist. clericos. vt enim ait Apostolus: In ea vocatione, in qua quis vocatus est, in ea permaneat, vt 21. q. 1. c. 1.

f ¶ Ordinis sui ecclesiam.] Si. extra de vi. & hone. cle. Deus. extra de relig do. inter quatuor. in fin.

MAndamus.] CASVS Statuit Vrbanus in hoc cap. vt canonicus regularis monachus non fiat, nisi publice delinquit. si vero contra fecerit, ad canoniam redeat. & vltimus memorialem cucullam deferat.

a De hoc no. extra de reg. licet in glo. sufficit ergo. vbi not. de hac quęstione.

le obedire, vt 8. q. 1. sciendum. & video q peregrinari non potest sine licentia episcopi, 1, vt de conse. distin. 5. non oportet. & sæpe bonum omittendum est propter meritum obedientiæ, vt 11. q. 3. quid ergo. cum etiam obediendum sit, licet iniuste aliquid pręcipiatur, vt 23. q. 1. quid culpatur. Item cum clericus non possit alienare res ecclesię suæ, ergo multo potius seipsum non potest alienare cum personæ digniores sint rebus, vt 12. q. 1. præcipimus & maior [illegible] alienatio personæ, quàm rei, vt 17. q 1. c. 3. sed dic q excusatur à delicto instinctu spiritus sancti sicut alij, vt extra de diuor. gaudemus. 14. q. 5. dixit.

Priuata lex in trib. casi.

c ¶ Dignior.] Tamen in tribus casibus pīudicat priua-

publice lapsus [a] fuerit, monachus [b] efficietur. Quòd si de certo nostro contraire præsumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus vt redeat; & deinceps memorialē †[c]cucullā deferat, & vltimis in choro maneat.

Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini†.

¶Patris sui confessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

STatuimus, ne professione canonicæ quispiam, postquā Dei vice supra caput sibi hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, uel districtoris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris α, & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.

† *al. memoriale sua præsumptionis concul lam.*]Poly.

† *al. Ruffi.*

Iuo p.6.c.45.

α ¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque congregationis.

2 *Quæritur [e], si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c.24.*

¶Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum cōsilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri; subiaceant his condemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

Poly.l.3.tit.15. Ans.l.5.c.60. Burc.l.3.c.19. Iuo p.3.c.17.& 22. Pann.l.2.c.15.

¶ *Hæc versio parum discrepat à Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c.22.*

Item in synodo septima, c.13.

a ¶ Lapsus.] Tunc enim posset, immo cogeretur, vt 20. q.1. sicut, Io.

b ¶ Monachus.] Hoc consueuit intelligi cum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, vt extra de reg. licet. Sed manifeste obstat, extra de statu mona. cum nobis. sed hæc est remota. vnde satis credo, & si nō petijt licentiam, cogitur redire 1. nec obstat extra eadem sane: quia ibi dicit: permittas, & sic est dispensatio.

1 Vide Pan. cons 95.l. 1.

c ¶ Memorialē.] Nō quia sit monachus, sed ratione prioris maleficij vt supra. 93. dis. præcipimus, sed maritus qui transiuit ad religionem, reuocatus ab vxore sua, nō fert cucullam, vt 23. quæst. quod Deo & sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

Dispares habitus qn̄ possunt esse in eodem choro.

SVBAVDIENDVM. CASVS. Est probatum su. quod canonicus regularis ad monasterium trāsire nō potest. nunc dicit Gratianus, quòd est intelligēdum nisi de sui superioris licētia hoc facit. Et ad hoc inducitur sequens cap.

STatuimus.] CASVS. Abbas sancti Ruffini quæsiuit ab Vrbano, vtrum monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licentia prioris, & fratrum? Et respōdetur, quod causa leuitatis, vel causa arctioris religionis non debet canonicus regularis de canonica sua recedere, nec aliquis debet eum recipere sine litteris capituli sui.

d ¶ Vel districtioris.] Infr. 20. q.4. virgines, contra, extra de reg. cap.1. sed hæc dictio, leuitatis, soluit contrarium, & c. fi. C. de offi. ma. mihi. l. penult.

QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritur, si monasteria possint redire ad humanos vsus. Dicitur quòd non. & hoc probat per duo capit. Ioā. de Fant.

CASVS. Hic monet Gratianus quandam incidentem q. scilicet, vtrum monasteria pōssint fieri clericorum, vel laicorum habitacula? & respondetur quod non. ad quod inducit sequentia capitula.

e ¶ Quæritur.] Incidentem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo sic: an de monasterijs possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasterijs possint præfici seculares clerici? Dicas ergo, quod de monasterio nunquam potest fieri sæcularis ecclesia, vt hic dicitur, nisi enormiter viuant, tunc possunt monachi remoueri, & institui seculares canonici: tamen cum auctoritate Papæ, vt extra ne cleri. vel mona. relatum 2. Vel nisi ita sit quòd non inueniant aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, vt extra de reli. do. inter. Vel nisi ita sit quod aliter non possit reformari locus ille, quàm per canonicos, vt extra de statu. mona. cum nobis. quæ est remota. Econtra videtur quòd episcopus licite possit de sæculari ecclesia facere regularem, vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam, & 16. q.7. si quis vult.

2 In hoc cano. Ala. Tā. & Be. quod hoc potest episcopos auctoritate propria. & idem sentit ibi Goffre. de hoc etiā no. 12. q.2. si episcopus sed Io. de Fant. hic sentit cum Io. & etiam H. idem tenet.

QVæ semel sunt dedicata.] CASVS. In concilio Chalcedonen. fuit statutum, vt monasteria semel dedicata, perpetuo sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sæcularia, ne res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonicè punietur.

f ¶ Maneant.] Similiter nec hospitale potest conuerti ad alium vsum, vt extra de reli. do. ad hæc, sed nec permutari possūt mancipia ecclesiæ. extra de rerū permu. mancipia. dari tñ possunt priuato, vt 12 q.2. ecclesiastticis. sic domus Imperatoris non pōt cōuerti ad alios vsus. C. de pala. & do. l.1 sed quid si monasteriū destruitē: nunquid potest locus ille vel ædificia monasterij ad alium

Quæ ad alium vsum conuerti nō possint.

alium vsum conuerti? sic: possunt enim de lignis bene constituere dormitorium vel alium honestum locum: vel etiam possunt ea in coquina sua comburere. de con secr. dist. 1. ligna. sed ad priuatos vsus non possunt conuerti: locus autem remanet sacer, licet dirutum sit ædificium

Monasterio destructo possunt licite ligna comburi.

¶ Qui loca sacra communia diuersoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam à quibusdam viris quædam uenerabiles domus surripiuntur [a] tam uidelicet episcopia, quã monasteria, & facta sunt communia diuersoria; si quidem uoluerunt hi, qui hæc retinent, reddere ea, ut secundum antiquitatem restaurentur; bene, & optime est: alioqui si de sacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: si uero monachi, vel laici, excommunicari: quos nimirum cõstat condemnatos esse à patre, & filio, & spiritu sancto; & deputentur ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Domini aduersantur, qui dicit, [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.]

Marci 9. ex Esa. 66.
Io. 2.

¶ *Initium huius canonis in synodo septima ob Anastasio versa sic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis nostris ecclesia facta est, subreptæ sunt a quibusdam uiris quædam uenerabiles domus, tam uidelicet, &c. *Ex eius autem uersionis duobus manuscriptis exemplaribus nonnulla sunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuersionem veniunt, quo tempore debeant tonsurari.*

De his ita scribit Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, lib. 8 epist. 23.

¶ Antequam biennium in conuersione compleuerit, aliquis tonsurari non debet. C. VI.

MOnasterijs omnib. fraternitas uestra districtius interdicat: vt eos, quos ad conuersionem † susceperint, priusquam biennium [c] in cõuersione † cõpleant †, nullo modo audeant tonsurare: Sed hoc spacio uita, moresque eorum solicite comprobentur: ne quis eorum aut non sit [d] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum graue sit inexpertos hominũ sociari obsequijs; quis possit dicere, quam sit grauius ad Dei seruitium improbatos applicari α. Miles [e] vero, si conuerti voluerit; priusquam nobis renuncietur, nullus eum sine nostro 6 consensu qualicumque præsumat ratione suscipere.

Ans l. 7. c. 919.
† al. conuersionem.
† al. cõuersione
† al. compleuerint.

α ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur,* Improbos applicare. *Emendatum est ex originali impresso, & manuscripto.*

6 ¶ Sine nostro.] *Hoc præcepit eo tempore B. Gregorius, ne omnino videretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monasterijs recipi possent: quam legem idem Gregorius lib. 11. indict. 11 epist. 61. ipsi Mauritio scribens vehementer reprehendit: quod auctor glossæ non videtur attendisse*

4 *Quæritur, si ingressis monasterium vltra relinquatur*

Nolite facere domũ patris mei, scilicet templum ædificatum nomini eius, domum negotiationis.

a ¶ Surripiuntur.] Id est, inuaduntur nã furtum non fit in re immobili. instit. de vsu cap §. abolita.

b ¶ Deponi.] Et hoc cum pœna incipit à crimine: secus si cõtumacia: quia tunc primo esset suspẽdendus, vt 81. distinct. dictum. Io.

QVAERITVR. Hæc est tertia pars quæst. secundum Iõ. Fant. & quæstio incidens.

CASVS. Hic mouet Gratianus incidentẽ quæstionem, scilicet, quo tempore debeãt tonsurari qui conuertuntur ad religionẽ. & respondetur quòd post biẽniũ, vt probatur seq. cap.

Procliuis [h] cursus est ad voluptatẽ, & imitatrix natura

CASVS. Hic proponitur tertia quæstio, qua quæritur, an puer vel puella, qui, vel quæ cogitur suscipere habitũ, compellatur illum obseruare? & certũ est, quod non. Idem est de quolibet alio, nisi propter delictum cogatur intrare religionem, vt 81. distinct. dictum. & 50. distin. si ille.

Coactio impedit obligationem.

d ¶ Quòd autem.] Certum est, ꝙ qui coactus intrat religionem, non obligatur. su. ead. quæst. 1. c. sicut. dummodo talis sit coactio, quę cadat in constantem virũ, vt extra quod met. cau. cũ dilectus. nec etiam conditionalis coactio obligat aliquem, vt extra quod me. cau. perlatum. quod verum est, nisi aliquis ex timore intraret religionem propter maleficiũ, quod fecit. Ioan.

Propositum monachi.] CASVS. Quidã monachi habitum proprio arbitrio susceptum deferentes, ad militiã vel ad nuptias redierũt, quæsitum est à Leone quam pęnam pati debeant. Et respõ ꝙ publicæ pęnitentiæ subiici debent, & ad monasteria reuerti, quia licet aliàs innocens sit militia, & honestum possit esse coniugiũ, transgredi tamen videntur qui deserunt meliora.

e ¶ Publicę.] Videtur ꝙ monachi, & monachæ pro delictis suis publicam faciant pęnitentiam, vt 27. q. 1. virginibus. Sed potest intelligi de publica, quę fit in claustro 1. de qua agitur 30. d. si quis presbyter, & 28. dist. presbyter.

Monachi an faciant publicã pœnitentiam.

1 Sub. non aũt de solẽni, vt 50. d. confirmandum, & cap. aliorum. fin. L.

Vòd autem.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima parte probat magister per tres auctoritates, ꝙ sicut voluntarij professi non possunt exire monasterium, sic inuiti non debent teneri, quia non vult Deus coacta seruitia. Secunda ibi, [Cum dicitur.] Tertia ibi, [Si vero.] Io de Fant.

f ¶ Militia.] 23. q. 1. militare.

g ¶ Meliorum.] Solus ille ergo transgreditur votum, qui deserit maius bonum propter minus, vel par. Sic 17. q. 1. qui bona, & extra de voto, & voti redemptione: per totum.

Procliuis cursus.] CASVS. Quidam monachi, vel moniales virgines, vel viduæ habitum eorum sponte susceptum deserebant; de quo cum quæsitum esset in concilio Toletano, statuit concilium, vt inuiti per excommunicationem ad monasterium redire cogantur.

h ¶ Procliuis.] Quia omnis ætas ab adolescentia. & c. 32. q. 4. c. 4.

※ ¶ Se.

vitiorum. Quamobrem quisquis virorum, vel mulierum habitum semel [a] induerit spontanee religiosum, aut si vir deditus ecclesiæ choro, aut fœmina fuerit, aut fuit delegata puellarum monasterio; in vtroque sexu præuaricator ad propositum inuitus reuerti cogatur, vt vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint; sacerdotali sententia ita à Christianorum cœtu habeantur extorres, vt nec locus ✶ eis vllus sit communionis. Viduæ quoque (sicut vniuersalis synodus iamdudum statuit) professionis, vel habitus sui desertrices superiori sententia condemnentur. *in Tole.4. c.55.*

✶ ¶ Vt nec locus.] *In libro conciliorum Lucensi regio legitur*, vt nec locutio cum eis vlla sit communis. *Reliqui vero codices concordant cum Gratiano. Apud Iuonem est*, vt nec locus ei vllus sit communis.

Item ex concilio Chalcedonensi, c.7. *Et in Aquisgr. c. 85.*

¶ Semel in clero taxati, vel monasterijs deputati, ad militiam non redeant: C. III. *Ex prisca versione. Burc.l 8.c.4. Iuo p 7.c.28.*

EOs, qui semel in clero [b] taxati fuerint, siue in monasterio deputati, decreuimus neque ad militiam [c], neq; ad honores sæculares [d] venire. Eos autem, qui hoc ausi fuerint facere, & non eius rei pœnitere ¦maluerint †, vt ad hoc idem reuertantur, quod ante obtentu Dei sibi proposuerunt, conuenit anathematizari. *†al. voluerint*

2 *Cum dicitur propositum monachi proprio arbitrio, & voluntate susceptum, intelligitur, quod si propria voluntate susceptum non fuerit, obseruari non cogitur.*

Vnde Nicolaus Papa scribit omnibus episcopis in regno Ludouici.

¶ Monasterialibus disciplinis nullus subijciatur inuitus. C. IIII. *Iuo p.6.c.358.*

PRæsens clericus nomine Lambertus vnà cum patre suo, nomine Attho, quondam videlicet comite [e],

a ¶ Semel] Propter hoc verbum, semel, dicit Hug. non esse decre. extra de reg. ad nostram. vbi vsque ad triduū datur licentia exeundi: sed certe illud ideo fuit, quia adhuc erat vicinis annis pueritiæ, & quia non fuerat in probatione, & quia illectus erat. Et habes hic argum. quòd sufficit aliquem semel consensisse, vt 8. q. 2. dilectissimi. & extra de despon. impu. de illis. extra qui matr. accus. poss. insuper. ff. de aqua plu. arcen. in diem.

EOs qui semel.] CASVS. Statuit concilium Chalcedonense, ꝙ clerici vel monachi, qui ad militiam, vel honores sæculares redierunt, nisi redierint ad clericatū, vel monachatum anathematizentur.

Clericus coniugatus an teneatur ferre tonsuram.

b ¶ In clero.] Ergo si recipit simplicem tonsuram, eam nō deserit, cum talis dicatur clericus. 21. dist. cleros. & 54. distinct. ex antiquis. Nunquid ergo clericus vxoratus feret tonsuram? Argum. quod sic. 32. dist. si quid vero, extra de vita & hone. cler. clericus. 15. q. 1. quia. nam etiam depositus eam feret, vt 81. dis. dictum quod credo verum esse, si vult vti priuilegio clericali alioquin secus est. Secus tñ videtur. si clericus sumit viduā in vxorem. 84. d. quisquis. hodie clericus vxoratus non tenetur ferre tonsurā. extra de cle. coniug. cap. Ioannes.

c ¶ Ad malitiam.] Vt 24 q. vlt. quicumque.

Clerici sæculares principatus habere possunt.

d ¶ Ad honores sæculares.] In quib. exercetur iudicium sanguinis, vt 23. q. vlt. his à quibus. Vel in quibus turpia lucra exercentur, & ꝙ ipse in propria persona vult exercere. Aliàs autem licitum est epis, & clericis habere sæculares principatus, dum tamen exerceant per alium causam sanguinis 1, vt 88. distin. episcopus gubernationem. & 5. q. 4. quia Ioannes.

1 Quod dic, vt extra lib. 6. ne cle. vel mon. esse.

CVM DICITVR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat magister à contrario sensu, quòd si inuitus intrauit, potest exire. & hoc probat per cap. Nicolai. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est supra in cap. propositum. & c. seq. ꝙ habitus sponte susceptus deseri non potest sine peccato. Nūc vero argumentatur Gratianus à contrario sēsu, scilicet ꝙ quis inuitus habitum suscipiat, seruare nō cogitur: quod probat per sequentia cap.

PRæsens.] CASVS. Attho clericus quondam comes duo monasteria in proprijs prædijs ædificauit, qui cupiens Lambertum filium suum post decessum suum in loco sibi succedere, in nono anno ipsum inuitum cuculla induit, postque aliquantulum temporis Salomon episcopus cum quibusdam alijs monasterium habitum præfatum Lambertum induere fecit inuitum (vt idem Attho referebat) & propter hoc fratres eum priuabant paterna hæreditate, vel materna. Super quo facto cum dictus Attho apud Nicolaum querelam deposuisset, Nicolaus Papa à dicto Atthone veritatem sub iureiurando inuestigauit, qui confessus est, ꝙ filius sēper fuit inuitus, nec vnquā regulam aliquam promisit, & si sciuisset regulam monasticam esse tam durā, nunquam eum coegisset portare cucullam. Scribit ergo Nicolaus omnibus epis de regno Ludouici, quibus narrat omnia supradicta & mandat eis; vt veritatem hanc diligenter inuestigent: & si vera inuenerint quæ dicuntur, nec ad habitum compellatur inuitus, nec hac occasione paterna, vel materna hæreditate priuet, cū nullū bonū fit nisi voluntarium: sed tamen inter religiosos clericos cōmoretur, donec Deus forte dederit sibi voluntatem monasticum habitum spiritualiter assumendi.

e ¶ Comite] Argu. ꝙ statim desinit quis esse comes ꝙ cito fuerit factus clericus. 27. q. 2. scripsit. Item habes hic ꝙ miles potest esse clericus. Nec obstat 51. distin. si quis post acceptum, quia loquitur de illis, qui facti sūt irregulares. 54. dist. curiales.

Miles potest esse clericus.

a ¶ In

a ¶ In locum.] Ideſt, in adminiſtrationem, vt fieret poſtea adminiſtrator loci illius nec fuit hoc peccatum ſic concipere in animo, dummodo non ducatur in pactũ. extra vt eccl.bene.vt noſtrum.in fine. licet ſit arg. contra. 1.q.1.ſi quis eps.& c qui ſtuder, & ext.de ſimo. tuæ. & in Auth.de ſanct.episc.§.generaliter, collat 9. Vel loquitur de ſucceſſione alterius cuiuſcunque rei. Et loquitur hoc c ſecundum quorundam prauam conſuetudinem, qui monachos non admittunt ad ſucceſſionem, quod eſſe non debet, vt ſup.cauſa prox.q.vlt.non liceat.

Monachi ſunt ad ſucceſſioné admittendi.

nunc autem clerico, ad limina Apoſtolorum properans adijt præſentiam noſtram aſſerens qualiter idem pater eius in laicali adhuc ordine † in prædijs propijs ædificaſſet duo monaſteria, uoluntatem gerens, ut poſt ſuum deceſſum præſens eius filius Lambertus in locum[a] eius ſuccederet: quem infra teneram ætatem inter octauum [b] & decimum annum conſtitutũ memoratus pater proprio arbitrio abſque regulari inſtitutione extra omnem illius uoluntatem cucullam induit. Igitur poſt quoddam ipſius tẽporis ſpatium (vt ipſe dicit) Salomon epiſcopus cum quibuſdam alijs, abſq; patris oblatione, vel abbatis percepta benedictione eundem Lambertũ monaſticũ habitum induere fecit (vt ferunt inuitum: & ſub hac occaſione, paterna, ſeu materna hæreditate à fratrib. ſuis priuatum eſſe, atq; contra omnem (vt dictũ eſt) voluntatem ſuã, qua ſi regularem illũ monachum permanere volunt †. Super quare diligenti cura inueſtigantes etiam ſub adiuratione patrẽ [c] ipſius, ſi verũ diceret, interrogauimus: ſed idem pater Artho reſpondit ſe talem habuiſſe, & habere voluntatem, vt filius ſuus verus monachus fieret, & in locum eius ſuccederet. Sub teſtificatione aũt iureiurando firmauit; ꝙ quando primatus ei cucullam induit, idẽ Lambertus ſemper reſtitit, & nunquam ſe fieri monachum conſenſit; ſed demum ab inſequentibus monaſtico habitu violenter eſt indutus, aſſerens, ꝙ nũquam [d] regulam aliquam promiſit, neq; ego pater eius pallio † altaris indutum illum obtuli, neq; à quocunque ſacerdote, vel abbate (vt mos poſcit) benedictione percepta regulæ vnquam ſe monachum ſubiectum futurum promiſit. Super his omnib. etiam proteſtatus eſt præfatus clericus Artho, quia ſi eo tempore, tam duræ obſeruantiæ monaſticam intellexiſſet regulam, nunquã eundem filium Lambertum coegiſſet portare cucullam. Quapropter conſulte pſalmographi verba recolentes, quibus voluntarie ſe Deo ſacrificare pronunciat, & voluntaria oris ſui, beneplacita fieri in conſpectu Dei obſecrat, præſentem, vt dictum eſt, clericum nomine Lambertũ minime debere exiſtimauimus ſub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto non diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum [e], niſi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia illi inferatur, præcepit. Quapropter cõſultius agetur, ſi pijs ſuaſionibus contemptum mundi, & amorem Dei prædicando, quàm violentiam inferendo, ad cœleſtem amorem, illum accenderitis. Vnde omnium veſtrum charitati hanc noſtri Apoſtolatus mandare decreuimus epiſtolam, monentes, atque præcipientes, quatenus (ſi ita verum eſt, vt iſti dicunt) nullus epiſcopus, vel abbas, ſeu monachorum reliquorum conuentus monaſticis illum regulis inuitum ſubiacere compellat: neque vllo modo fratres

† al. habitu

† al. voluit

† al. palla] aliquot manuſcript. & Iuo.

Pſal. 53. 118. 108.

b ¶ Inter octauũ.] Ideſt, in nono anno, qui eſt medius inter 10. & 8.

c ¶ Patrem.] Arg. ꝙ vnius teſtimonium admittitur 76. diſtan ta. ſed forte hic aliquæ præſumptiones præceſſerunt. vel dic, ꝙ ideo auditur. vt poſtea poſſit melius liquere de veritate. vnde in fine dicitur, ſi ita eſt. vt iſti dicunt. Et ſecundum hoc eſt arg. ꝙ poſt apertas atteſtationes admittũtur alij teſtes ſuper eod. capitulo, qñ aliquid diminute probatum eſt. vt ext. de cõſang. & affi. ex litteris. De hoc dixi 4. q. 3. §. 1. & eſt ſi. 2. q 5. Mennam. Item habes hic, ꝙ teſtimonium patris auditur pro filio ad dirimendum matrimonium ſpirituale, vt ext. qui n a..ec. poſt videtur. Item habes hic ꝙ timor patris [1] impedit matrimonium ſpirituale, licet ſecus videtur in matrimonio carnali, vt ff de ritu nup. ſi patre cogẽte. Sed intellige de leui coactione.

d ¶ Quod nũquam.] Sed qualiter de hac negatiua potuit iuramentum præſtare, cũ negatiua etiam probari non poſſit, vt extra de prob. quoniã. & extra de elect. bonæ memoriæ. cir. fin. Nam anceps eſt periurium, quod fit de alieno facto, vt ff. de in li. iurã. videamus? Reſpond. ſic probari poteſt, ꝙ quandocũque voluit illum fieri monachum, ille noluit. & hoc ſufficit ad probandam negatiuam, vt ext. de probat. tertio.

e ¶ Nullum quippe bonum.] Vitæ æternæ remuneratoriũ, 45. di. qui ſyncera. & ſic non eſt contra. infra 23. quæſ. 5 ad fidem, & quæ 6. c. 1. contra. inf. 23. quæſt. 1. paratus,

[1] Iſtã gl. ſequitur Bar in l. ad inuidiã. C qd me. ca. Idem tenet Imol. in c. cã matrimonij de eſt. deleg. ſed dic. ꝙ requiritur, ꝙ præcedãt nomine a pře, vt per Bar. ĩ l. iterpoſitas. C. de tranſa. & no. Cy. & Bal. in l. 1. C. debõ. mater. Item p eundem Bal. l. in c. 1. item ſacramẽta. de pa. iur. fir. & ĩ ſine, in p̃ i. C. ad Velle, per Anto. de But. in ca cũ virũ. & ibi tex. materia ſingu ext. de reg. per Bar. in l. tranſactionem. C. de tranſ. per do. Alb. in c. nonne. de præſump.

tus contra sup. 45. dist. & qui. quæ sunt contra.
a ¶ Religiosos.] Idest, regulares canonicos, & secundũ huc est consilium 1. Vel dic, quòd ex quo semel apparuit in veste religionis, debet semper religiose viuere, idest, non penitus sæculariter, secundum quod intelligitur extra de reg. consulti. in fi. Dicuntur enim non solũ monachi, vel regulares religiosi, sed et clerici, vt 1. q. 1. nullus 1 aq. & etiam laici, vt 28. d. 1. si qua vidua, Io. de Fant.

1 Sub cõ nemo ad vitã religiosam, vt su. e. q. 1. sicut. arg. 12. q. 1. integritas. hoc etiã inuenitur in littera pced. ibi pprta voluntate. &c.

SI VERO. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur, quod puniuntur monachi, qui causa cupiditatis alliciunt homines. Io. de Fant.

CASVS. Supradictũ est quid iuris sit de coactis ad habitum suscipiendum. Nunc ostendit Grat. quid iuris sit de illectis ab episcopis, vel abbatibus ad religionis habitum suscipiendum, & dicit quòd debet in religione perseuerare; res vero eorum hæredibus restituantur.

CONstituit] CASVS. Quidã episcopi, vel abbates quorũdam hereditatem cupientes, eos illexerunt, vt monasti cum habitum induerent: quare quæsitum fuit in Mogun cõcil. quid sit de his faciendum? Et respondetur quod episcopi, vel abbates sicut turpis lucri sectatores canonicæ pœnitentiæ subijciãtur; illecti vero i monasterio perseuerent: sed hæreditates eorum hæredibus reddantur.

b ¶ Perseuerare.] Nõ ibi 2, sed i alio monasterio, vt extra de si. veniens. Io. 3.

2 Hoc iõ quia simoniacũ habuit igressum.

c ¶ Cogantur.] Sed quare hoc est, cũ ecclesia non dẽat fraudem facere in suis cõtractibus, vt extra de do. per tuas. Et contractus dolo initus, nullus est ipso iure, vt 15. q. 6. cap. 1. & ff. de dolo, & eleganter? Sed dic quòd licet hic dolus dederit causam contractui: ipse tamen non est deceptus, qui se Christo coniunxit Vel dic quòd hoc potius est imputandum fatuitati suæ, quàm dolo illius, vt extra quod met. cau. cum dilectus. similiter contractum matrimonium non rescindit dolus. Et est fi. extra de conuer. coniug. ex parte. & ca veniens. in fi. vbi propter deceptionem non retractatur ingressus. Et est mirum, quod in spiritualibus contractus dolo initus tenet, sed cõtractus metu initus non tenet, cum secũdum leges penitus contrarium sit, nam secundum leges contractus dolo initus nullus est, sed contractus metu initus tenet, licet rescindatur per actionem quod met. cau. ff. quod met. cau. per totum.

3 Vnde dic perseuerare, s. in proposito, non in eodem monasterio.



QVòd vero ab.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod de minori regula possit quis transire ad maiorem. Secunda ibi, [Sed obijcitur.] Io. de Fan.

CASVS. Hic proponitur quarta quæstio, in qua quæritur vtrum ab vno monasterio in aliud districtius liceat monacho transire? Et respondetur quod sic Gra. tamen hoc ordine procedit. Primo probat quod potest, postea probat contrarium. Hoc tamen est hodie secundum moderna iura diffinitum, vt extra de reg. licet.

d ¶ Quòd vero.] Hæc quæstio determinatur sup. 19. q. 1. in summa.

VIrgines.] CASVS. Quæsitum est in concilio Tribu rien. vtrum sacræ virgines possint transire de suis mo-

eius per hanc occasionem licentiam habeant paterna, seu materna illum hæreditate priuare: sed vsque dum diuina inspiratione compunctus propria voluntate regulæ se subdat; liceat eum à mundanis, & laicalibus remotum vagationibus, vel negotijs inter religiosos a & ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus (quod absit) canonicos religiosos a sanctorum monachorum vita, & consortio seiunctos: quia vnusquisque secundum Apostolorum propriam mercedem accipiet secundum labo rem suum. 1. Cor. 3.

3 *Si vero episcopi, vel abbatis illecti promissionibus aliqui tonsuram, vel religionis vestem susceperint; ipsi quidem in eo, quod cœperunt, permaneant: res vero eorum hæredibus suis restituantur.* In Cabil. 2. c. 7.

Vnde in Moguntino concilio legitur.

¶ *De hac citatione dictum est supra 16. q. 1. c. pen.*

¶ Restituantur hæredibus res eorum, qui ab episcopis, vel abbatibus decepti comam deposuerunt.

C. V.

COnstituit sane sacer iste conuentus, vt episcopi, siue abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circũueniendo totonderunt, & res eorum tali persuasione surripuerunt; pœnitentiæ canonicæ (vtpote turpis lucri sectatores) subiaceant. Hi vero, qui illecti comam deposuerunt; in eo, quod cœperunt, perseuerare b cogantur c: res vero eorum hæredibus reddantur.

sup. 16. q. 7. constituit. Burc. l. 8. c. 93. Iuo p. 7. c. 111.

QVAESTIO IIII.



QVòd vero d ab vno monasterio in aliud districtius transire monachis liberum sit, ex concilio Triburiensi habetur: in quo sic statutum est.

Simile in conc. Triburiensi, quod extat, c. 26.

¶ Non sunt prohibendæ virgines sacræ, quæ causa religionis aliud monasterium adire desiderant.

C. I.

VIrgi-

Burc. l. 8. c. 22. Iuo p. 7. c. 42.

monasterijs ad alia monasteria? Et respondetur, quòd propter districtiorem vitam possunt, propter vero fugam disciplinæ non possunt.

a ¶Virgines] Loquitur de virginibus talibus, quæ habent vitam canonicorum, de quibus agitur 12. q. vlt. cap.

¶ illud quod dictum est de virginibus, etiam de monachis & quibuslibet clericis est intelligendũ, postea probat contrarium Gra. Sequens vero c. planum est.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probatur, ꝙ monachi non possunt votum facere in monasterio sine consensu abbatis. Io. de Fan.

nes [a] sacræ, si pro lucro animæ suæ propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidémque commanere decreuerint, synodus concedit. Si veró fuga disciplinæ alium locum quæsierint, redire cogantur.

Quod autem de virginib. sacris hoc capitulo statuitur, de monachis etiam consequenter intelligitur, & de quolibet etiam clerico.

2 *Sed obijcitur illud Basilij.*

¶Vota monachi sine consensu abbatis sui irrita sunt.

C. II.

Poly. l. 4 tit. 34. Burc. l. 8. ca. 9. Iuo p. 7. c. 32.

MOnacho non licet votum vouere sine consensu abbatis sui: si autem vouerit [b], frangendum erit.

¶ Sensus huius capitis aliquo modo elici potest ex sermone 2. de institutione monachorum, & c. 28. monasticarum constitutionum B. Basilii.

Item illud Agathensis concilij, c. 27.

¶Monachum nullus suscipiat, aut ordinet absque abbatis sui permissu.

C. III.

Iuo p. 3. c. 157.

Ex eod. conc. c. 38. & Vene. c. 5. Pann. l. 3. c. 67.

Concor. Iulianus antecess. nouel. 123. c. 33.

MOnachum nisi abbatis sui aut permissu, aut voluntate ad alterum monasterium [c] commigrantem nullus abbas suscipere, aut retinere præsumat: sed vbicumq; fuerit, abbati suo auctoritate canonum reuocetur. ¶1 Item clericis [d] sine commendatitijs litteris episcopi sui licentia non pateat euagandi. In monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur: quos si verborum increpatio non emendauerit; etiam verberibus [e] statuimus coerceri. Seruandum quoque de monachis, ne eis ad solitarias cellulas liceat à congregatione discedere: nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem asperior, abbatis licentia α, regula remittatur [f]. Quod ita demum fiat, vt intra eadem monasterij septa manentes, tamen sub abbatis potestate, separatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque β singulas diuersas cellulas, aut plura monasteria habere non liceat: nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

α ¶Licentia.] *Hæc vox abest à vetustioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusque item Gratiani exemplaribus. In recentioribus autem Coloniensibus editionibus legitur,* asperior ab abbatibus regula permittatur. *Sed apud Iulianum antecessorem nouella 123. num. 53. vbi simile habetur, licentia abbatis requiritur.*

β ¶Abbati quoque.] *Sic in aliquot conciliorum editionibus. In alijs autem præcipue in Coloniensi quatuor tomorum legitur,* abbatibus quoque singulis diuersas cellulas.

b MOnacho.] ¶Vouerit.] vel etiam si facit votum prius, quàm intret monasteriũ arg. 31. q. 5. noluit. & intelligas de voto abstinentiæ, per quod alij scandalizẽtur 1.

MOnachum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur, ꝙ nullus recipiat monachum alterius sine abbatis sui permissione, & si receptus fuerit, reuocet. In secunda parte dicitur, ꝙ nec clerico, nec monacho ad alium epm licet diuagari sine commendatitijs litteris sui episcopi: qui si verborũ increpatione non poterunt corrigi, debẽt verberibus castigari. In tertia parte dicitur, ꝙ monachus solitariam cellam habere non debet, nisi abbas ei permittat, vel propter infirmitatem, vel propter emeritos labores intra septa monasterij. In quarta parte dicitur, ꝙ abbas non debet habere diuersas cellulas, vel plura monasteria nisi propter incursum hostilitatis. Secunda pars est ibi,] Itẽ clericis.] Tertia. ibi,] Seruandum.] Quarta ibi,] [Abbati quoque.]

c ¶ Monasterium.] qđ non est strictius, vel si est strictius, forte transiuit causa leuitatis, vt 19. q. 3. statuimus.

d ¶ Item clericis.] Secunda pars.

e ¶ verberibus.] moderatè tamen 45. dis. cum beatus.

f ¶ Remittatur.] Ergo abbas potest dispensare in remittenda regula, vt hic, & de conse. distin. 5. carnem. nam & dispensare potest circa ordines, vt extra de eo qui fur. or. rece cum H. latur. & circa canonem latæ sententiæ, vt extra de senten. excom. cum illorum. Io. de Fan.

1 Argu. 40. d. c. 1. & fi. Et nota. de voto re. 31. q. 5. manifestum quod ergo dicit, frangẽdum, dic sm Hu. si abbas voluerit, vel inter fratres scandalũ generet, alias non, si de rebus monacho licitus, sm H.

Abbas in aliquibus dispensat.

c. vlt. Sed aliæ virgines debent petita licentia recedere ad districtiorem religionem, & non causa leuitatis, vt extra de reg. licet. Io. de Fan.

QVOD AVTEM. CASVS. Dicit Grat. In hoc §.

VERVM. CASVS. Modo soluit Gratianus, dicens, ꝙ præmissa duo capitula intelliguntur de illis qui inter fratres volunt regulam districtiorem abstinentiæ seruare, de quo fratres scandalizantur. vel dicitur quòd in his duobus cap. statutum est propter illos, qui votum peregrinationis assumunt causa vagādi, regulam disciplinam que fugientes: quod nec clerico, nec monacho licet.

vnam intitulatam, & aliam commendatam, vt inf. ead. qui plures. extra de elec. dudum. Et si episcopus dispenset cum aliquo, vt 70 dist. sanctorum. Et vbi est paucitas hominum, scilicet extra ciuitatem, vt infra ead. c. in fi. item si ecclesia adhæret præbendæ, vt extra de præb. exstir-

Verum hoc intelligendum est de monachis religiosè viuentibus: quibus vota specialis abstinentiæ, vel alicuius districtionis, quæ generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis consensu vouere non licet: ne super eos, fratres scandalizentur. Causa etiam illorum statutum est hoc, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota sibi assumunt: quod nec monacho, nec alicui clerico licet; ne hac occasione ad sæcularem conuersationem redeat.



Rchipresbyter.] CASVS. Supra facta interpositione in quinque causis de statu monachorum: reuertitur Gratia. ad tractatum de statu clericorum cōtinuans suum tractatum ex fine vltimi capituli vigesimę causæ: vbi dictū est, ꝙ abbas non debet habere plures ecclesias, siue plura monasteria. sed quia idem est seruandum in clericis, scilicet ꝙ non debent habere plures ecclesias: ideo hanc vigesimam primam causam subnectit: in qua ostendit, ꝙ clerici non debent habere plures ecclesias nisi in casibus exceptis. Tractat & de procurationibus sæcularium negociorum: & de fulgidis vestibus: & ne clerici sua auctoritate ad alias ecclesias transeant, quæ vt melius pateant, thema proponit, de quo quinque elicit quæstiones.

CAVSA XXI.



Rchipresbyter cuiusdam ecclesiæ, præposituram alterius accepit; nec priorem vult relinquere; sæcularium quoque negociorum procurator efficitur; claris & fulgidis vestib. se exornās, ab episcopo suo corripitur: relicto officio suo ad sæcularem iudicem habet confugium.

1 *Primum quæritur, an clericus in duabus ecclesijs possit conscribi.*


2 *Secundo, si vnam voluerit relinquere, an liceat ei ad aliam transire.*

3 *Tertio, an procurationes sæcularium negociorum clericis liceat suscipere.*

4 *Quarto, an claris, & fulgidis vestibus eis ornari expediat.*

5 *Quinto, an ab episcopo correpti suum officium relinquere, & ad sæcularem iudicem confugere valeant.*

QVAESTIO PRIMA.



N duabus [a] ecclesiis aliquem connumerari posse septima synodus prohibet dicens. cap. 15.

¶ In duabus ecclesijs clericus conscribi nullo modo debet. C. I.

CLericus ab instanti tempore non connu- Ansel. 7. c. 98. Iuo p. 8. c. 31.



N duabus ecclesijs.] CASVS Hic intitulatur prima quæstio, vbi quæritur an clericus possit intitulari in duab. ecclesijs? Et rñdet ꝙ non, nisi in sex casibus. Vnus est cum ecclesiæ pauperes sunt, vt 10. q. 3. vnio. Secundus, est pp dispensationem epi, vt 70 d. sanctorum. Tertius est, propter paucitatem clericorum, vt infra ea c. 3. in fin. Quartus est cum habet vnam intitulatam clericus, & aliam commendatam infra ea. qui plures. Quintus est si Papa hoc concedit, vt infra eo. relatio. Sextus est, cum vna adhæret alteri, vel dependet ex altera, vt in secundo Lateranensi cōcilio, extirpādæ.

Plures ecclesiæ ab eodē qb. casibus fieri possint. a Scilicet Intitulatus de iure cōi. C. qui mili nō pos. l. 4. § in posterum li. 12. nec duos honores. ff. ad municip. libertus. § præscriptio. sm L. & de hoc no. extra de præb. c. præterea.

a ¶ In duabus.] De iure communi nullus potest habere plures ecclesias: nisi in sex casibus, scilicet qñ ecclesiæ tenues sunt, vt 19. q. 3. vnio. Et si vna pendet ex altera, vt extra de ætate & qualit. eam te. Et si habet extirpandæ. Ioan Vnde Hostiensis dat tales Versus.

Ecclesias plures nullus de iure tenebit:
Dependens, tenuis, rarus, vel gratia Papæ;
Vtilitas vrgens, & commendatio iusta.
Plures ecclesias permittunt ista teneri.

CLericus ab instanti.] CASVS. Significatum fuit in septima synodo, ꝙ vnus clericus in duabus ecclesijs intitulabatur: quare septima synodus statuit, quòd in ciuitatibus de cætero hoc non fiat. & quòd non sit faciendum, quatuor rōnibus probat: sed in illis inopia clerico-

clericorum hoc facere potest. Prima ratio est ibi, [Negociationis] Secunda est ibi, [Audiuimus.] Tertia ibi, [Vnusquisque.] Quarta ibi, [Qui enim.]

Præbendam pōt qs hr̄e, & tn̄ nō erit canonicus.

a ¶ Nō connumeretur.] Idest, non intitulatur: quia non debet connumerari inter clericos eiusdem ecclesiæ nisi sit

vnde imputet sibi: nisi quia forte: postea est de paupera ta. Sed quæro quam ecclesiam dicas pauperem: nunquid illam, quæ valet decem marchas auri, vt 2. q. 6. anteriorum? Dico illam pauperem, quæ non pōt aliquē honeste & sufficienter procurare: & præterea non pōt hospites superuenientes recipere, vt ex. de præb. de monachis. immo deposito tantū relinquitur q sufficiat sibi & suis, vt 50. dist. studeat. sed cum omnes hospites indistincte teneatur recipere, vt 24. dist. quiescamus. domus clericorum omnibus debet esse communis, vt 16 q. j. quoniam quidquid. ergo requiritur q sit ditissima. Nam diuitiæ bonæ sunt, dummodo fiat ex eis misericordia. 30. dist. hec scripsimus. Expedit enim episcopis habere diuites subiectos: nam Imperium abūdat, si habeat subditos locupletes. in authent. iudic. sine quo quo suffrag. collat. 2. §. 1. & potius eligendi sunt diuites quàm pauperes. in auth. de defen. ciuita. § quib. Econtra videtur sufficere quòd tantum necessaria habeat: & illa necessitas arctat ad victum & vestitū tantum, vt 12. q. 1. episcopus. sed hoc obtinuit secundum illa tempora 41. distinct. episcopus vilem. hodie vero creuit decus ecclesiæ, creuitque Deus ecclesias, vt de consec. distin. 2. vasa. Dico hæc omnia cōsideranda secundum qualitatē personæ [1], & situm ecclesiæ. aliquid enim sufficit vni, quod non sufficit alij, vt 41. distinct. non cogantur. & minus sufficit manenti extra vias communes, quàm in vijs: & consuetudo prouinciæ in hoc seruanda est, vt sup. d. 4. erit. & 99. distin. sciendum.

Ecclesiā pauperem quam dicimus esse

Diuitiæ bonæ sunt.

Decus ecclē hodie creuit

1 Quod dic vt nu. ext. de rescript. cum adeo. in gl. 2. Diuitiæ facilius in ciuitate q̄ ext. congregantur.

† al. commodi αἰσχροκερδείας.

Matth. 6.

1. Cor. 7.

meretur [a] in duabus ecclesijs. Negotiationis enim hoc est, & turpis lucri † proprium, & ab ecclesiastica consuetudine penitus alienum. Audiuimus enim ex ipsa Dominica voce; quòd nemo potest duobus dominis [b] seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam vocem, in quo vocatus est, in hoc debet manere, & in vna locari ecclesia. Quæ enim per turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur; aliena consistunt à Deo: ad vitæ vero huius necessitatem [c] studia sunt diuersa. Ex his ergo, qui voluerit, acquirat corporis † opportuna. Ait enim Apostolus: [Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istæ.] Et hæc quidem in hac à Deo seruanda [α] vrbe. Cæterum in villis [d] [β], quæ foris sunt, propter inopiam hominum indulgeatur.

α ¶ A Deo seruanda.] *Antea legebatur*, in hac vrbe seruandum. *Emendatum est ex Anastasii exemplarib. Græce enim est*, ἐν ταύτῃ θεοφυλάκτῳ πόλει. *Apud Iuonem est*, in hac seruanda vrbe.

β ¶ Villis.] *Græce est*, χωρίοις. *quod latius patet. Significat enim sæpe regiones.*

Et in Aquisgr. c. 50.

Sed duæ ecclesiæ intelliguntur ecclesiæ duarum ciuitatum, in quibus nullus debet conscribi.

Unde in Chalcedonensi concilio, c. 10. statutum est.

Burc. l. 2. c. 96. Iuo p. 6 c. 173.

¶ De eodem. C. II.

Clericum in duarum ecclesijs ciuitatem eodem tempore conscribi non oportet.

Sed econtra nonnunquam episcopus ciuitatis vnius efficitur archiepiscopus alterius ciuitatis: nec tamen priorem ecclesiam deserit: sed prior ecclesia, quasi commendata relinquitur; secunda, quasi titulata habetur.

Unde Leo iiij. scribit.

¶ In vna ecclesia titulatus, alteram sibi commendatam potest habere. C. III.

Agitur de hac re su. d. 70. c. fin. & 16. quę. 7. per laicos.

QVi plures ecclesias retinet; vnam quidem titulatam, aliam vero sub commendatione [e] retinere debet.

sit intitulatus: nec habet vocem in electione cum alijs licet percipiat fructus illius ecclesiæ: quia bene pōt epūs vel ecclesia concedere alicui beneficium alicuius ecclesiæ: non tamen est ibi canonicus, vt 16. q. 1. possessiones. quandoque etiam habet præbendam, & non est canonicus, vt extra de magist. c. quia nonnulli. Et licet talem præbendam teneat corporaliter, tamen dicitur vacare de iure, vt extra de conce. præb. & eccl. non vacan. cum nostris, & c. litteras.

b ¶ Dominis.] Sibi contrarijs. aliàs bene potest, vt ff. de ope. lib. duorum.

Clericus habēs pauperē ecclesiā quærat victū artificio honesto.

c ¶ Necessitatem.] Quasi dicat: quid faciet ergo clericus si habeat pauperem ecclesiam? Respondeo quærat victum artificio honesto vt 91. distin. clericus. Sed nonne si ecclesia pauper est, debet vniri alij, vt 10. quæstio. 3. vnio? sic, nisi iste sciens à principio recipit pauperem,

d ¶ In villis.] Potest autem aliquis extra ciuitatem habere plures ecclesias: & hoc ideo, quia extra ciuitatem sunt pauci clerici: & propter paucitatem clericorū multa permittuntur, vt 55. d. priscis. Item ea ratione, quia sunt extra ciuitatem, non ita cito inueniunt illos, quib. sua artificiosa vendant: nec ita conuenienti foro habent omnia sicut illi, qui sunt in ciuitate.

SED DVÆ. CASVS. Magister soluit prout vult: tu autem intelligas sicut dictum est in principio quæstionis. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ad §. potest.

Commendare est deponere.

QVi plures.] ¶ Sub commendatione.] Et illius ecclesiæ non est prælatus, sed potius procurator, vt

vt 61.dist.obitum & c.Catinensis, & qui commẽdauit, pōt reuocare quando vult. Nam cōmendare nihil aliud est, quam deponere, vt ff.depositi, Lucius.ff.de uer sign. commendare.dic vt de elect.nemo deinceps. lib.6. item trāslatus.secus tamen in alijs beneficijs est.nā ibi in recipiendo vnum, non videtur renunciare alij extra de testa officij a nam & si vxor recipit sibi aliquod legatum a viro, non ideo renunciat doti. C. de rei vxo. actio l.vnica.sciendum lo de Fant.

a Vnum abbatem duobus.] sup. prox. causa, & q. vlt c.vlt. lo.

[a] Vbi de hoc & inf. e.q.2. si q[illegible] a. [illegible] videas.

NON

Sic & illud Agathensis concilij, ca.57. intelligendum est.

¶ Duobus monasterijs vnus abbas præesse non potest. C. IIII.

VNum abbatem duobus [a] monasterijs præsidere interdicimus.

Potest etiam vtrique tanquam titulatæ † præesse; sed iure spirituali, non communi.

In conc. Epaunen.c.9. Burc.l.8.c.81. Iuo p.3.c.164. & p 7.c.90.

† al.titulat.

Vnde Greg.lib.2.epist.13.seu c.52. ad Agnellum episcopum.

¶ Vnus episcopus duabus præficitur ecclesijs. C. V.

REIatio cleri simul & popnli Tarracinensis[a] nos valde lætificat ob hoc, quòd de tua fraternitate, bona testatur. Et quia defuncto Petro pontifice suo sibi Cardinalem [b] postulant constitui te sacerdotem; eorum vota necessario complenda esse præuidimus. *& infra.* ¶ Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato; vt digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inueniat. Quiquid vero de prædictæ rebus ecclesiæ, vel eius patrimonio, seu cleri ordinatione, pmotioneve, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus solerter, atque canonice [c] ordinare, facereque prouideris; liberam habebis (quippe vt sacerdos proprius) modis omnibus facultatem.

Ans.l.5.c.28. Poly.l.1.tit.8.

¶ *Alia est sententia B.Gregorij, ac Gratianus putare videatur. Hunc enim Agnellum, qui ante Fundorum erat episcopus, quòd ea ciuitas ab hoste esset vastata. Tarracinæ Cardinalem constituit sacerdotem vt in sequenti capite. De qua re notatum est sup.d.71.c.fraternitatem.*

a ¶ Tarracinensis.] *Sic est emendatum ex vetustis, cum in vulgatis esset.* Tarraconensis gentis. *In originali autem legitur,* Tarracinæ degentis

C VI.

ILlud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quoniam sic te prædictæ Tarracinensis ecclesiæ Cardinalē esse constituimus sacerdotem; vt & Fundensis ecclesiæ pōtifex esse non desinas [d]; nec curam, gubernationemque eius prætereas: quia ita fraternitatem tuam sæpe dictæ Tarracinēsi ecclesiæ, sicut præfati sumus, præesse præcipimus; vt antedictæ Fundēsis ecclesiæ tibi iura, potestatemve nullo modo subtrahamus [e].

Ansel.ibidem.

¶ *In vetustis codicibus hoc est coniunctum superiori, quemadmodum in ipsa epistola, & apud Anselmum.*

Non enim potest vtriq; præsidere, tamquam titulatæ,

POTEST. CASVS. Ponit Gratia.hic casum, in quo aliquis duab.ecclesijs intitulari potest, vel præfici. ad hoc inducit sequens ca. Dicunt tamen quidam, quod capitulum loquitur de vna commendata, & alia intitulata.

REIatio.] CASVS Clerus & populus Tarraci. ecclesiæ defuncto Petro episcopo suo postulauerunt à Gregorio in suum pontificem episcopum Fundensis ecclesiæ Greg vero annuens postulationi eorum legat eum vt fideliter Tarracinensem ecclesiam regat: quam ita sibi committit, vt Fundensis ecclesiæ episcopus esse non desinat: sed vtriusque episcopatus curam habeat, & liberam in omnibus facultatem.

b ¶ Cardinalem.] Id est proprium episcopum.

c ¶ Canonice.] Nūquid talis forma esset in litteris procuratoris, vt sic scribatur, quidquid canonice vel legitime per eum uerit ordinatum, ratum hēo? Certe non, vt ff. de procu.si procuratorem. extra de confir. cum delicta. in fine Nam si illegitime aliquid fecerit procurator, non rescindatur sententia, vt C.de procu si procurator.extra de off iud.deleg. cum olim. Ioan. Certe talis procuratio non valet [a], quia semper diceret dominus illum non, esse legitimū actum & vici per dominum Hu.talem procuratorem in cōcilio reprobari.Bar Brix

Procuratores cōstituēdi forma quādā reprobata.

a Cū ista gl. concor. Bal. & Sal. in l si pcurator.C de pcur.qb adde glo. & Pa.de Leaz in cle 1 de pcu.& idē no. Bar.in l.quę ciā.§.plane, cū l.seq.ff.e & in simili no. Bal.i ru. C.de exer.in 3 col. & in l. cū mandati. C.man.& expresse p Spe. in tit.de pc. in §.rōne autem. ver. itē itē excipit. Lau.Ro.in l. qui bona fide. §. q alieno.nu. 12.de dam.infe.

d ILlud.] ¶ Desinas.] sup.distin. 89.c.1.contra.Ioan.Sed illud est ius commune, hoc speciale.7.q.1.petisti.B.

e ¶ Subtrahamus.] Nisi illud apponeretur, statim, quā cito confirmasset eum in secundo episcopatu, vacaret primus.extra de electio.cum in cunctis. inf.ea.q.2.si qs

NON ENIM. CASVS. Iste §.loquitur secundum opinionem illorum, qui dicebant, quòd hoc ca relatio. intelligitur de eo, qui habet vnam ecclesiam intitulatam. & aliam commendatam, vel respicit c.illud sup.ea. qui plures.

Qui



VI vero relicta.] Hęc quæstio diuidit in quatuor partes. In prima probatur, ꝙ nemo sine literis commendatitijs episcopi sui potest transire ad aliam ecclesiam. & hoc probat per c.seq. Secunda ibi, [Si quis iá.] Tertia ibi, [Sicut autem.] Quarta ibi, [Conductitijs.] Io. de Fant.

CASVS. Hæc est secunda quæstio, in qua quæritur si clericus suam ecclesiam relinquere velit, an possit ad aliam transire sine litteris dimissorijs sui episcopi? Et respondetur quòd non, nisi velit ad religionem transire, vt supra 19.q.2.duæ. alioquin poterit reuocari, vt infra ead q. placuit.

a ¶ Qui vero.] Hæc qō terminatur 71. dist. cap. 1. 2. & 3. Sed quid si quis eṗs receperit clericum alienū? De hoc variæ pœnæ statuuntur. Quidam canones dicunt vtrūque esse excōicandum quousq; clericus reuertatur, vt 71. dist. clericos. Sed dr̄ hic in c. 1. ꝙ vterq; sit deponendus. In secundo cap. dr̄, ꝙ est remouendus ad tp̄s ab officio. Vnde cū diuersæ pœnæ sint statutę, iudex pōt infligere quā magis viderit expedire, extra vt lit. nō contest. quū. § si vero. extra de offi. delega. de causis. Io. de Fan.

Eṗs clericū alienum recipiēs est puniendus.

sed vni tanquam commendatæ alteri vero tanquam titulatæ præesse valet.

QVAESTIO II.



Vi vero[a] relicta sua ecclesia ad aliam transire voluerit, nequaquam sine dimissorijs litteris sui episcopi suscipiatur.

Et in 7. c. 10.

Vnde in sexta synodo c. 17. legitur.

¶ Sine dimissorijs litteris in aliena ecclesia clericus non ordinetur. C. I.

QVoniam diuersarum ecclesiarum clerici suas, in quibus ordinati sunt ecclesias relinquentes, ad alios cōcurrunt episcopos, & ignorante α episcopo proprio in alienis constituuntur ecclesiis, vbi contingit β eos sine sui examinatione permanere; præcipimus amodo, vt nullus clericorum omnino, in quocunq; gradu sit, licentiam habeat sine dimissorijs [b] litteris sui episcopi [c] in altera constitui ecclesia Qui vero hoc amodò non obseruauerit, ad opprobrium [d] eius, γ qui ordinauerit eum, deponatur tam ipse, quam qui eum sine ratione susceperit

α ¶ Ignorante.] *Græcè est:* γνώμης δίχα τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου *id est*, sine sententia proprij episcopi.

β ¶ Vbi contingit.] *Græce legitur:* ἐκ τούτου τε συνέβη ἀνυποτάκτους αὐτοὺς καταστῆναι. *id est*, atque hinc euenit, vt ipsi reddantur non subiecti.

1. Tim. 1. & Hebr. 2.

γ ¶ Ad opprobrium eius.] *Græce*, ἐπεὶ ὁ μὴ τοῦτο ἀπὸ τοῦ νῦν παραφυλαττόμενος ἀλλὰ καταισχύνων, τό γε ἐπ' αὐτῷ, τὸν τὴν χειροτονίαν αὐτῷ ἐπιθέμενον, καθαιρείσθω, *id est*. Nam qui in præsenti tempore hoc non obseruat, sed, quantum in se est, eum, qui ipsi manus imposuit, dedecorat; deponatur, &c.

Item ex concilio Hispalensi 2. c. 3.

¶ Ad aliam ecclesiam transire clerico non licet, si proprijs ministerijs sua fuerit destituta. C. II.

PLacuit, vt si quis clericus ministeriis ecclesiæ propriæ destitutis ad aliam transitum fecerit; compellente, ad quem fugerit, sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eum susceperit, nec statim sine

QVoniam diuersarum] CASVS. Relatum fuit in septima synodo, ꝙ clerici quidam suis eṗis ignorantibus in alienis ecclesijs instituebantur: quare sexta synodus statuit, vt hoc de cętero nō fiat sine litteris dimissorijs sui episcopi. si vero contra factū fuerit, episcopus & clericus deponantur.

b ¶ Dimissorijs] Patet enim, ꝙ non sufficit in tali translatione tacitus consensus eṗi, vt 71. dist. c. 1. sed solennis actus sic. C. de emā. l. 3. Sed si ad ecclesiam eiusdē episcopatus trāsiret, sufficeret nudus, & tacitus cōsensus: quia tacitus cōsensus dissoluit matrimoniū carnale, vt 33. q. 5. qui vxorem. Et est ratio quare à priori erit absolutꝰ: quia nemo potest duobus dominis seruire, vt sup. ea. q. 1. c. 1. Sed si aliquis haberet præbēdas in diuersis episcopatib. ab vtrobique posset iudicari, & ordinari. Et sic vnus episcopꝰ posset ordinare clericum alterius. quod esse non debet, & ita sequeretur impossibilitas 3. iuris.

Beneficiatꝰ in diœcesib. duorū eṗorum ab vtroque iudicat. Sub. vel repugnātia, vt no. 70. d. sanctorū. & ea quæ ꝑmissa sunt fuerūt. Et verba H. qui de hoc plenè no. su. ea. q. 1. i pri.

c ¶ Sui episcopi.] Sufficit hēre litteras solius eṗi, vbi eṗs notꝰ est, sed i remotis episcopis requirūtur & que sigilla, vt ext. de cleric. peregri. c. 1.

d ¶ Ad opprobrium.] Eadem pęna statuitur cum episcopus instituit aliquem inuitis patronis. 16. q. 7. decernimus.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hispalensi, vt si aliquis clericus ad alienū eṗm confugerit, statim eṗs ad quem confugit, ad priorē ecclesiam eum remittat, & donec proprie ecclesię eū non restituat, sciat se communione priuatum: clericus vero ab executione sui officij remotus per aliquod tempus in monasterium relegetur, & postea ad ecclesiasticum ministerium poterit reuocari. [Propagationis.] id est, promotionis ad maiores ordines, vel restitutionis ad eosdem. [Aboriri,] id est, nasci nisi fuerit, &c. aliter est in littera [aboleri,] i. deleri, & distingui. Et secundum hoc dicit, [licentia,] i. impunitas propagationis, i. peruagationis, vel huius malæ consuetudinis, quæ propagatur nisi corrigatur.

a ¶ Exceptionis.] Id est, excusationis.
b ¶ Restituat.] Et sic potest peti restitutio clericorum.
c ¶ Cingulo.] Id est in executione. non enim deponitur, vt sequitur.
d ¶ Reuocari.] Ipso iure, sicut ille cui ad tempus interdictum est postulare. ff. de postu. Imperatores.
e ¶ Propagationis.] Propagatur enim vitium per malum exemplum. 11. q. 3. præcipuè.
f ¶ Licentia.] Id est, impunitas.

sio, vnde iura prodierunt, vt extra de accusa. qualiter. & C. vnde vi, meminerint. Nec dr in constitutione, quod Romanus Pōtifex dēt dispensare, sed quod pōt dispensare. Sed per hoc verbum, potest, non imponitur necessitas. ff. de officio præsid. sapè. & l. seq. & licet de Romana sede

vllo nisu exceptionis [a] ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum restituat [b], communione se priuatum agnoscat. Desertorem autem clericū cingulo [c] honoris atque ordinis sui exutum, aliquo tempore monasterio relegari conuenit; sicque postea in ministerium ecclesiastici ordinis reuocari [d]. Nam non poterit in talibus propagationis α [e] aboleri licentia [f], nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsecuta correctio.

α ¶ Propagationis.] *In conciliorum editionibus, & codicibus Vaticanis partim est;* propagationibus, *partim*, peruagationis. *In codice vero Lucensi regio legitur*, præuaricationis.

OBIICITVR. CASVS. Supra ostensum est, quòd ad aliam ecclesiam transiens reuocatur. Nunc vero probat Gratianus cōtra, & ad hoc inducit sequens cap.

Obijcitur autem illud Chalcedonensis concilij, c. 20.

Et in Aquisgr. c. 50.

¶ Nihil commune habeat cum ecclesia priori, qui de vna ad aliam translatus est. C. III.

SI quis iam.] Hæc est secunda pars quæstionis secūdum. Io. de Fan.

SI quis iam translatus [g] est ab alia ecclesia in aliam; nihil habeat commune cum priore ecclesia, siue sub hac ecclesia [h] constitutis martyrijs, siue in parochijs †,

† al. prochijs.] orig.

CASVS. Quidam clerici postquā translati erant de suis ecclesijs ad alienas, volebant prioribus præsidere sicut prius. Statutum est ergo in concilio Chalcedon. vt hoc de cætero non fiat, cum nil postea habeant commune cum prioribus, vel ecclesijs, vel domibus sub eis constitutis. & si quis contrafecerit, deponatur. [Negocijs.] idest, in causis vel rebus, eorum, scilicet martyriorum, parochiarum, & xenodochiorum.

Beneficiatus transiens de vna ecclesia in aliam, an statim perdat primā.

g ¶ Translatus.] Translatum eum intelligo cum est confirmatus, & adeptus possessionem, vt extra de elect. cum in cunctis. sed propter solam confirmationem non perdit ius quod habuit in priori ecclesia, nisi adeptus sit possessionem, vt 92. distin. si qui epi. Et intellige qñ est translatus de auctoritate episcopi sui, & in eo casu potest intelligi extra de concef. præbend. & eccle. non va. litteras. & extra de præben. de multa. altoquin si sine licentia episcopi transit, non ipso iure, vacat prior ecclesia, immo prior episcopus potest eum repetere, vt 7. q. 1. non oportet. & c. si qui vero. Vel dic, quod vacat quantum ad ipsum. Io. ego credo quod prior ecclesia eum possit repetere, cum eo sit spoliata, vt extra de resti. spol per totum. B. Item si aliquis recepit beneficium simplex in alia ecclesia, non ideo perdit priorem ecclesiam vel præbendam, dummodo non sumat illam pro titulo. Possunt enim canonici dare simplex beneficium non canonico, vt extra de magis. quia nonnullis. & 16. q. 1. possessiones. Sed nunquid episcopi possunt dispensare circa pluralitatem beneficiorum, cum dicatur in illa constitutione, de multa. quod per sedem Apostolicam potest dispensari? Et probo: quod possunt: quia à canone permittitur eis dispensatio. 70. dist. sanctorum. & sicut habet Papa potestatem circa episcopatus, sic episcopi circa ecclesias, extra de excessi prælatorum. sicut vnire. Itē quia legislator sibi non seruauit specialiter dispensationem, cum dixit Romanum Pontificem posse dispensare, ergo alijs permisit, vt extra de sent. excom. nuper, non .n. dr in constitutione solum Papam posse dispensare. sed aliud est dicere solum Papam, & aliud Papam, vt extra de testam. requisisti. Non enim credendum est Papam velle iura aliorum diminuere, vt 99. dist. ecce. & c. nullus. Et quidquid facit, intelligendum est sine præiudicio aliorum epōrum facere, vt 9. q. 3. nunc vero. C. de eman. nec auus. nec inde nasci debet iniuriarum occasede dicatur, non ideo excluditur de alijs. arg. 2. q. 6. ad Romanam: Et nisi expressè corrigatur, vetus ius manebit simul cum nouo. vt C. de appella. præcipimus, in fi. & quoties noua actio, vel nouum ius indulgetur, vetus non tollitur, nisi hoc expressè dicatur. ff. de act. & obl. quoties. & 35. q. 3. de incestis. in fine. & adde rationes quas dixi 70. distin. sanctorum. Econtra vr̄, quod non possunt: quia ēt iure antiquo priuabatur eps iure dandi plura beneficia. Vel ex gratia quadam poterat ille qui habuit plures ecclesias, eligere vnam quam volebat. extra de præben. quia. & c. referente. Item cum hic Papa tantum exprimatur, ergo alij non possunt. 95. distin. illud. nam quod de vno dicitur, de alio negatur. 23. q. 4. fortè. 25. dist. qualis. sic argumentatur Innoc. extra de his quæ fiunt à præla. cum Apostolica. & cap tua. & quæ Titio nubere iubetur, omnibus alijs nubere phibetur. ff. de cond. & dem. cum ita. Ad hoc potest dici. quod solus Papa potest dispensare, quod aliquis sit intitulatus in diuersis ecclesijs diuersorum epōrum. Nam in hoc casu vr̄ sequi impossibilitas iuris: quia qua ratione debet recipere ordines ab vno, & ab alio, & stare mandato vnius & alterius, cum tñ mandata illorū possent esse contraria, & ille iurauit obedire vtrisq;. Itē quia nemo dēt ordinare clericum alterius diœcesis, vel recipere sine dimissorijs litteris, p quas sit absolutus à priori. Et quia nemo potest duobus dñis seruire, hanc impossibilitatē iuris solus Papa potest temperare. Vel facias vim in eo quod dicit, maioribus [1]. vt solus Papa possit dispensare de maioribus, epi autem de minoribus. Item in eo fac vim cum dicit, cum ratio postulat, id est, si talis est casus, quod eps non potest dispensare. Immo non dico eum statim priuatum priori ecclesia, nisi qñ de licentia epi transit. hoc .n. non pōt fieri sine dimissorijs litteris. sū. ead. q. qm̄ Nam si sine licentia transit, pōt reuocari à priori, vt 7. q. 1. non oportet. & c si qui vero. Vel ad cautelam eps commendat ei secundam ecclesiam, vel dat ei sub conditione si poterit obtinere dispensationem. & adde quod dixi 70 dist. sanctorum.

Epi an possint circa beneficiorum pluralitatē dispensare.

Vetus ius manet simul cum nouo, nisi expressè corrigi.

1 Scilicet de cre. de multa. sed aliud est trāsferri auctoritate superioris bū & canonicè solum: nā hæc sola inuenitur in canonibus. 7. q. 1. mutationes.

h ¶ Siue sub hac ecclesia.] Id est, prior ecclesia fuerit monasterium siue parochia, &c. nil se intromittat amodo de negocijs prioris ecclesiæ.

SED

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gratianus prædictam contrarietatem, dicens quod aliud est transferre auctoritate prælati, & aliud propria temeritate transire. Primũ permittitur, secundum prohibetur. Postea ostendit, quod sicut duabus ecclesijs vnus præponi non debet, ita vna eccle-

quæ sponsa est ante corporalem administrationem; vxor vero post administrationem eius, scilicet presbyteri. Quæ autem postea vsque ad quæstionem sequuntur, plana sunt per se.

a ¶ Non potest.] Supra 16. q. 1. ne pro cuiuslibet, extra de filijs presbyt. proposuit. contra 7. q. 1. illud. sed plures possunt esse in eadem ecclesia: sed tantum erit vnus prælatus.

siue xenodochijs, aut eorum negocijs. Eos vero, qui ausi fuerint post ordinationem huius magnę, & vniuersalis synodi agere quæ prohibita sunt; statuit sancta synodus cadere de proprio gradu.

Sed aliud est transferri, atque aliud propria temeritate transire. Illud Apostolica auctoritate fieri licet, hoc vero omnimodis prohibetur.

Sicut autem duabus ecclesiis vnus præponi non debet; ita nec vna ecclesia inter plures diuidi valet.

Vnde in Rhemensi concilio legitur.

¶ Vna ecclesia duobus sacerdotibus diuidi non potest.

C. IIII.

Barc. l. 3. c. 45. Iuo p. 3. c. 49. Pann. l. 2. c. 44.

SIcut in vnaquaque ecclesia vnus presbyter debet esse; ita ipsa, quæ sponsa, vel vxor eius dicitur, non potest [a] diuidi inter plures presbyteros: sed vnum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam castè, & sincere regat. Vnde interdicimus, vt nullus præsumat ecclesiã inter duos, vel plures diuidere [b]: quia ecclesia Christi vxor & sponsa debet esse, non scortum; sicut Calixtus Papa testatur.

7. q. 1. sicut.

4 *Conductitijs [c] quoque presbyteris ecclesia committi non debet.*

Et in conc. Eugenij tertij, ca. 10.

Vnde Innocentius II. in synodo Romana, c. 10.

¶ Conductitijs presbyteris ecclesia non committatur. C. V.

PRæcipimus etiam, ne conductitijs [d] presbyteris ecclesiæ committantur: & vnaquæque ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem.

¶ Hoc caput ijsdem verbis repetit Eugenius III. in concilio Lateranensi: quod extat in Vaticana bibliotheca.

b ¶ Diuidere.] Ita quod vna maneat. Sed si est ecclesia vel præbẽda abundãs, de ea bene potest episcopus facere plures ecclesias, vel præbendas: dũ tamen ecclesiæ non sint sub eadẽ limitatione, vt 16. q. 1. plures. sicut de vna prouincia fiũt plures, vt 10. dist. lex Imperatorum. & 101. dist. peruenit. & de duabus ecclesijs fit vna, vt extr. de exces. præla. sicut ecõtra de vna duæ, vt extra de eccl. ædi. ad audientiam. Ioan.

Ecclesia abundans per episcopum in plures diuidi potest.

c ¶ Conductitijs.] Hæc est 4. pars quæst. secundum. Ioan. de Fant.

d PRæcipimus.] ¶ Cõductitijs.] Conductitios appellat eos quib. pro certo pretio committitur cura animarum. hoc enim est iniquũ, vt extr. ne præla. quoniam. aliàs si prælatus aliquis alicuius ecclesiæ habeat secũ sacerdotem sub annuo censu, non est iniquum, & si peregre vadit, & pro certo pretio interim aliquem conducit. potest ergo quis conducere operas sacerdotis alicuius etiam vsque ad septennium: extra ne prælati vices suas, querelam. Sed nõ regimen animarum [1], vt extr. eo. titu. quoniam. Vel dic cõductitios presbyteros appellari vicarios quia per vicarios non debet quis regere ecclesiam, vt extra de cle. non resi. quia nonnulli.

Presbyteri conductitij qui dicantur.

1 Vide quod no. su. 1. q. 1. in princ. §. his ita.

Vicarij conductitij presbyteri dici possunt.

QVAESTIO III.



Vòd autem [e] clerici sæcularium negociorũ procuratores esse non valeant, auctoritate Carthaginensis concilij primi probatur; in quo Nicasius[a] episcopus Culusitanus dixisse legitur, cap. 6.

a ¶ Nicasius.] *Emendata est hæc inscriptio ex ipso concilio, & vetustis Gratiani codicibus, cum antea mendosè legeretur,* Nicolaus Papa episcopis Castilianis. *Pertinet autem hic titulus ad c. credo. proxime post paleam insertiectam sequens.*

ecclesia duos prælatos habere non debet. & ad hoc inducit seq. cap.

SICVT. Hæc est 3. pars. quæstionis secundum Io. de Fant.

SIcut.] CASVS. Quædam ecclesiæ duos habebãt prælatos, quod cum relatũ esset in Rhemensi concilio, statuit concilium, vt hoc de cætero non fiat, sed vnaquæque proprium habeat prælatum: quia si aliter fiat, ecclesia non reputabitur sponsa vel vxor [1], sed potius scortũ,

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 3. q. qua quæritur an clerici possint esse procuratores negotiorum sæcularium? & dicitur quod non, vt probatur per sequentia: negocia tamen miserabilium personarum gerere possunt, vt 88. dist. c. 1.

Clerici an possint negocia sæcularia exercere.

e ¶ Quòd autem.] Hæc quæstio expedita est su. 15. q. 2. in summa. Dicitur enim quod exercere sæcularia nego-

cia tribus

PALEA. C. I.

PEruenit in sanctam synodum, quia de eis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam alienarum possessionum conductiones, & sæculares causas suscipiunt: & seipsos quidem à ministerijs sanctis per desidiam separant; ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ causa suscipiũt. Decreuit igitur sancta & magna synodus, neminem deinceps eorum, hoc est non episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus: nisi fortè, qui legibus ad minorum ætatum tutelas, siue procurationes inexcusabiles attrahantur; aut cui ipsius ciuitatis episcopus ecclesiasticarum rerum commiserit gubernacula; vel orphanorũ, aut viduarum, quę indefensæ sunt, aut earum personarum, quæ maximè ecclesiastico indigent adminiculo propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit hæc statuta, correctioni † ecclesiasticæ subiaceat.

In conc. Chalced. c. 3. su dist. 86. peruenit. Burc. l. 2. c. 145. Iuo p. 6. c. 218.

† al. correptioni

¶ Hic idem canon tertius concilij Chalcedonensis affertur supra dist. 86. c. fin. ex alia versione. Abest autem hæc palea à collatis exemplaribus, exceptis duobus.

¶ Qui clero annexi sunt, sæcularium possessionum procuratores non fiant. C. II.

CRedo placere suggestionem meam sanctitati vestræ, & displicere vobis, vt qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, accedãt ad actiones † [a], seu administrationes [b], vel procurationes domorum [c]. Gratus episcopus dixit; & Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.] Proinde aut clerici sint sine actionibus domorum: aut [d] actores sine officio clericorum. Vniuersi dixerunt; Hoc obseruemus.

sup. dist. 54. magnus. Burc. l. 2. c. 150. † al. actus

2. Tim. 2.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 15.

¶ De eodem. C. III.

PLacuit, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel clerici non sint conductores [e], neq; procuratores, neq; vllo turpi, vel inhonesto [f] negocio victum quærant, quia respicere debent scriptum esse: [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.]

Ans. l. 3. c. 151. Burc. l. 2. c. 151. Iuo p. 6. c. 242.

2. Tim. 2.

Item ex epistola Cypriani ad presbyteros, & diaconos, & plebem Furnitanorum, lib. 1. epist. 9.

¶ Sæcularium negociorum procurationem clerici non suscipiant. C. IIII.

CYprianus presbyteris, & diaconis, & plebi Furnis cõsistentibus † salutem. Iampridem in concilio episco-

Iuo p. 6. c. 393. † consistenti

cia tribus modis. Vno modo, si aliqd ematur, vt carius vendatur: & hoc non licet. De hoc tractatur 88. distinct. per totum. Quandoque idem est quod exercere causas sæculares. & illud etiam non licet clericis, nisi pro certis personis, extra de postu. cap. 1. Quandoque idem est quod esse procurator rerũ sæcularium, siue administrator; nec illud licet clericis, ext. ne clerici vel mon. c. 2. & c. sed nec. Quandoque idẽ est quod conducere possessiones à laicis. hoc non est interdictum eis clericis, qñ indigent: quia hoc etiam licet monachis, vt extr. de deci. dilecti.

CRedo.] CASVS. Statutum fuit in cõcilio Carthaginẽsi, vt clerici non sint administratores, vel procuratores domorum sæcularium. Et hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: Nemo militans Deo, &c. [Ad actiones,] causarũ [Aut,] pro &. & sic vtrobique exponas.

a ¶ Ad actiones.] Scilicet causarum.

b ¶ Seu administrationes.] Scilicet rerũ sæcularium.

c ¶ Domorũ.] Id est, familias laicorũ, vt procurent laicorũ familiam in victu.

d ¶ Aut.] Non intelligas, quod eis det optio: sed illud, aut, ponitur continuatiue. sic ponitur 88. distin. consequens. & 45. d. disciplina. Io. de Fan.

PLacuit.] CASVS. Statuit in c. isto, vt clerici nõ sint conductores vectigaliũ, nec procuratores domorum sæcularium, nec aliquo modo turpi lucro inhæreãt. Et hoc pbatur auctoritate Pauli dicẽtis, Nemo militãs Deo, &c.

e ¶ Conductores.] Fisci scilicet, vt ipsi pstent tributum, & vectigal, ecclesia enim nõ dẽt recipere possessiones grauatas tributis: immo si hẽt, deseret eas, vt 10 q. 2. hoc ius. §. item prædiũ. Vel appellat hos conductores, qui aliquid conducunt, vt alijs carius locent. Et est si. C. locati, milites.

f ¶ Inhonesto.] Quia hoc esse possunt, vt 91 dist. clericus victum.

CYprianus.] CASVS. Apud Furnensem ecclesiam laici morientes in testamento suo sacerdotes, & diaconos, & alios clericos nominabant tutores, vel curatores filiorum suorũ: quare Cyprianus scribit clero, & populo illius ciuitatis, dicẽs hoc esse cõtra statuta sãctorũ patrũ, & contra ea, q̃ in cõcilio epõrũ statuta fuerũt, vñ pcipit Cyprianus, vt hoc de cætero non fiat, si vero quis fecerit, pro eius dormitione sacrificiũ non celebretur. Quæ autem sequũtur vsq; ad quæstionem, plana sunt.

a ¶ Tu-

† al. nolauerit

porum est statutum, ne quis de clericis, & Dei ministris tutorem [a], vel curatorem testamento suo constituat †: qñ singuli diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificijs deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim [Nemo militans Deo obligat se negotiis † sæcularibus, ut possit placere ei, cui † se probauit [b].] *& infra.*

2. Tim. 2 † al. molestijs † al. cui.

¶ Quod episcopi, & antecessores nostri religiose considerantes, & salubriter prouidentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, uel curam clericum nominaret: ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo: nec sacrificium pro dormitione [c] eius celebraretur. Neque enim apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece; qui ab altari sacerdotes, & ministros uoluit auocare.

Dist. 88.

Item ex eadem.

¶ Non licet clericis, mollitiis, & secularibus rebus obligari. C. V.

Iuo p. 6. c. 394.

MOllitijs α [d], & laqueis sæcularibus obligari nõ debent, qui diuinis rebus, & spiritualibus occupati ab ecclesia recedere, & ad terrenos, & sæculares actus vacare non possunt.

α ¶ Mollitijs.] *Vera lectio est,* molestijs: *Sed quia est initium capitis non est mutatum: alia autem nonnulla & in hoc & in antecedenti capite emendata sunt.*

Item ex eadem.

¶ Sæcularibus negotijs clerici non alligentur. C. VI.

Iuo p. 6. c. 395. † al. ordinatione clerica

HI, qui [e] in ecclesia Domini ad † ordinationem clericam β promouentur; in nullo ab administratione diuina auocentur: nec molestijs, & negotijs sæcularibus alligentur γ: sed in honore sportulantium fratrum, tamquã decimas ex fructibus accipientes, ab altari, & sacrificijs non recedant: sed die [f] ac nocte cœlestibus rebus, & spiritalibus seruiant.

β ¶ Clericam.] *Restituta est vera lectio Cypriani, quam manuscripti vetustissimi codices retinent. Et lib. 2. epist. 5. bis, & libro 3. epist. 21 prope finem, in omnibus Cypriani codicibus,* ordinatio clerica, & epistolæ clericæ.

γ ¶ Alligentur.] *Emendatus & locupletatus est hic locus ex originali impresso, & manuscripto.*

Item, vt supra, Cyprianus ibidem.

¶ De eodem. C. VII.

Iuo p. 6. c. 396. † Sacerdotum] vera lectio

SAcerdotium † [g] decretum religiose, & necessarie factum seruetur [h] à nobis: simul & cæteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes, & ministros Dei, altari eius, & ecclesiæ vacantes ad sæculares molestias deuocet. Obseruari enim de cætero poterit, ne vltra hoc fiat circa personam clericorum; si quod nunc factum est, fuerit vindicatum.



QVÆSTIO IIII.

Vòd vero [i] *fulgidis.*

a ¶ Tutorem.] Tutelam testamentariam nõ recipient clerici: sed legitimam possũt si volunt: sed non coguntur recipere eã. De hoc notaui 16. q. 1. generaliter. & 86. dist. peruenit.

Clerici an possint esse tutores.

b ¶ Probauit.] Idest, deuouit.

c ¶ Pro dormitione.] idest, morte. Nunqd ergo talis est excommunicatus? non: sed ideo fit, quia impœnitens decedit. Dicunt tamen quidam hoc esse dictum ad terrorem, vt extra de rapt. sup eo. & de tornea. cap 1.

d MOllitijs.] Idest delicijs.

e HI qui.] Vnde tunc non possunt vocari in ius ff. de in ius voc. l. 2.

f ¶ Sed die.] Horis tñ interpolatis. sic sumitur. 16. dist. si qs vult. & ff. de condi. & de. si quis ita. vbi dicitur, quod si alicui taliter legatũ est, vt cum filijs habitet, non requiritur qp in quolibet momento fit cum eis 1.

1 Ad idẽ ff. de an. lega. l. Meuia ipsi. & §. 1. sic etiã no. 22. dist sacrosancta. vnde & si per quattuor mẽses seruiat: totus anni reditus conseq vt arg ff. de an. leg. à nobis. Io. de Fã.

g SAcerdotium.] Idest, cõstitutio de sacerdotibus.

h ¶ Seruetur.] Hæc sunt verba cõstitutionis vsq; ad illum locum. ?Obseruari.]



Vòd vero fulgidis.] CASVS. Hic intitulatur 4. quæstio, vbi quæritur, an liceat clericis fulgidis vestibus ornari? Et respõdet quòd non ad iactantiam, & ad laudẽ humanam, vt intra capit. 1. sed si præter corporis voluptatem clerici pulchrum habeant indumentum, dummodo sit honestũ, non reprobatur, vt sup. 41. di. c parsimoniam. In talibus enim nõ vsus, sed libido est in culpa, vt sup 41. d. quisquis.

i ¶ Quod vero.] Nota qp vsus vestium non despicitũ: sed abusus, .s. iactantia & voluptas: quia ĩ victu nõ refert quis, vel quid, vel quantũ comedat

dum

dummodo non gulose sumat, vt 41. distin. quisquis. & c. deliciæ idem dico in veste, vt 41. distin. parsimoniam. & hic in cap. 1. Possunt ergo clerici secundum consuetudinem regionis pretiosis vestibus vti, vt conforment se moribus eorum inter quos viuunt: & ne vilescat dignitas clericalis. arg. 80. dist. episcopi. sed rubeis, & viridib. pannis non vtantur: omnes desuper habebūt clausas vestes. extra de vita & hone. cler. clerici purpuram & cēdatum possunt ferre. Nam vestis Domini purpurea fuit: nec tenet illud quod legitur extra de vita & honest. cler. statuimus. quia non fuit per vsum vtentium approbatū: sicut nec illud Grego. vj. extra de app. meminimus. Greg. tamen dicit, q si cultus pretiosarum vestium non esset in culpa, sermo Dei non tam manifeste exprimeret q diues indutus purpura & bysso descendit ad inferos de pœnit. distinct. 3. cauendum. sed illud non obstat: quia sine charitate erat. nam propter diuitias quis non damnaretur. 40. distinct. hæc scripsimus.

Vestes ferantur sm regionis consuetudinem.

Pānis rubeis & viridibus clerici non vtantur.

& claris vestibus, eis ornari non liceat, in septima synodo iubetur: in qua sic statutum est, c. 16.

¶ Corripiantur clerici, qui vnguentis, & claris vestibus & fulgidis lasciuiunt. C. I.

OMnis iactantia, & ornatura [a] corporalis à sacrato ordine aliena est. Eos ergo episcopos, vel clericos, qui se fulgidis, & claris vestibus ornant, emendari oportet. Quòd si in hoc permanserint epitimio [b] tradantur: Similiter & eos, qui vnguentis [c] inunguntur. ¶ Quoniam vero radice amaritudinis exorta contaminatio facta est in ecclesia catholica Christianos calumniantium hæresis [α], & hi qui hanc receperunt, non solum imaginarias † [d] picturas abominati sunt, sed etiam omnem reuerentiam repulerūt, eos, qui religiose ac pie viuunt, offendentes (ac per hoc cōpletur in eis, quod scriptum est, [Abominatio est peccatori Dei cultus,]) Igitur, si inuenti fuerint deridentes eos, qui vilibus, & religiosis vestib. amicti sunt; per epitimium corrigantur. ¶ A priscis enim vsque temporibus omnis sacratus vir cum mediocri, & vili † veste conuersabatur. Omne quippe, quod non propter necessitatem [e] suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis texturis vestem quis variatam induebat: neque apponebat variorum colorum ornamenta in summitate † [f] vestimentorum. Audierunt enim ex deisona lingua, quia [Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.]

Ansl. 6. c. 195. Iuo p. 5. c. 177.

† al. imaginum

Eccl. 1.

† καὶ σεμνῶς

In reg. breu. ca. 49.

† al. summitatib. τοῖς ἄκροις

Matt. 11.

α ¶ Hæresis.] *Cum antea legeretur, hæreticorum; sic est emendatum ex Anastasio, & Iuone, & respōdes Græcę voci, αἱρέσεις, atq; ex ijsdem nonnulla alia sunt restituta.*

Item ex synodo sexta, c. 27.

¶ Clerici siue in itinere ambulantes, siue alibi degentes, congruis sibi vestibus vtantur. C. II.

NVllus eorum, qui connumerantur in clero, vestimentum indecens habeat, siue in ciuitate degens, siue in itinere [g] ambulans: sed stolis [h] vtatur, quæ concessæ sunt clericis. Si vero quis tale quid fecerit; per vnam [i] hebdomadam suspendatur †.

† ἀφοριζέσθω .i. segregetur.

Item Zacharias Papa in synodo Romana, c. 3.

OMnis iactātia.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quòd clerici fulgidis vestibus se ornantes, & qui vnguentis vnguntur, epitimio tradantur. In secunda parte dicit, quòd quidam erant hæretici, qui deridebant eos qui vilibus vestibus induebantur: dicentes quòd homines debebant ornari, & non ecclesiæ, quorum hæresim si quis sequitur per epitimium corrigatur. In tertia parte dicitur, quòd antiquitus homines vtebantur mediocrib. vestibus, sed non sericis vel ornamentis variorum colorum; quod iuxta Basilium ex elatione mentis videtur prouenire. Secunda pars incipit ibi, [Quoniam vero.] Tertia ibi, [Priscis.] Supple ideo. [Hanc,] Idest, hæresim vel contaminationem.

a ¶ Ornatura.] Quæ fit causa voluptatis, aliàs secus, vt 41. d. parsimoniam, & c. deliciæ.

b ¶ Epitimio.] Idest, suspensioni vnius septimanæ, vt inf. c. prox. Vel epitimium dicitur increpatio. vel est genus pœnæ.

Epitimium quid significat.

c ¶ Qui vnguentis.] Non propter ægritudinem, seu vt melius redoleant propter voluptatem: quod non licet 92. d. cantantes. & de consec. d. 2. peruenit.

d ¶ Imaginarias.] In quibus imaginamur & respicimus conditionem nostram.

e ¶ Necessitatem.] Idest, cómoditatem & honestatē 1.

1 Bñ dicit al si sola necessitatē attēdas, pellis capрina sufficeret quod nō est verū 41. dis. parsimoniā. §. vlt. sm Io. de Fan.

f ¶ In summitate.] Idest, in limbo.

NVllus.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt nullus clericus veste vtatur indecenti: siue moretur, siue vadat: sed vtatur stolis, idest, vestibus vel cappis, quæ sunt concessæ clericis. & qui contra fecerit, per hebdomadā suspendatur.

g ¶ In itinere.] Nisi fuerit iusta causa timoris. extra de vita, & hon. cler. clerici.

h ¶ Stolis.] i. veste, talari, superpellicio, vel cappa.

i ¶ Per vnā.] No. de suspensione vnius septimanę. sic de consec. dist. 2. si quis per ebrietatem. & 5. q. 2. præsenti.

Episco-

¶ Non sæcularibus vestibus, sed ordini suo conuenientibus clerici vtantur. C. III.

EPiscopi, presbyteri, diaconi sæcularibus indumentis non vtantur, nisi, vt condecet, tunica sacerdotali [a]; sed neq;, dum ambulauerint in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento [b] præsumant ambulare, præter, si in itinere longo ambulauerint, quia sicut mulier orans in ecclesia non velato capite deturpat caput suum iuxta Apostoli vocem; ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suum. Quòd si temere præsumpserit contra statuta agere; communione priuetur, donec, quæ statuta sunt, adimplere maturet.

1. Cor. 11.

¶ Hæc synodus à Zacharia Papa habita extat in bibliotheca Vaticana, & Regiensi.

Item Leo Papa IIII. *in synodo Romana, c.* 12.

¶ Extra domum sine proprio ornatu sacerdotes non appareant. C. IIII.

Ans.l.7.c.162. Iuo p.13.c.7.

SIne ornatu sacerdotali extra domos sacerdotes apparere non conuenit, ne, vt aliquis sæcularium [c] iniurias patiantur, sed ea solummodo, quæ per patres constituta videntur, obseruet. Contrarius deniq; inuentus, aut desinat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ.

*Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranẽsi, c.*4.

Et cõc. Eugenij tertij, c.2.

¶ Careant beneficijs ecclesiasticis, qui corrigi ab episcopis contemnunt. C. V.

Pann.l.3.c.140.

PRæcipimus, vt tam episcopi, quàm clerici in statu mẽtis, in habitu corporis, Deo & hominibus placere studeant: & nec in superfluitate, scissura [α], aut colore vestiũ, nec in tonsura intuentium (quorum forma, & exẽplum esse debent) offendant aspectũ, sed potius, quod eorum deceat sanctitatem, præ se ferant, quòd si moniti ab episcopis emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficijs.

¶ Hoc caput editum est ab Innocentio II. in conc. Lateranensi, deinde ab Eugenio III. in concilio Romano est innouatum.

α ¶ Scissura] *Hæc vox non est in concilio Innocentij. In synodo aũt Eugenij in exemplari Gallico legitur*, fissura. *In Vaticano autem*, scissuræ: *& in nonnullis Grasiani vetustis exemplaribus*, fissuræ.

QVAESTIO V.



Vum vero [d] episcopum relinquere, & ab officio suo discedere, atq; ad sæcularem iudicẽ confugere nulli licet.

Vnde in Agathensi concilio, c.8. legitur.

¶ Clericus ad iudicem sæcularem confugiens, de communione ecclesiæ depellatur. C. I.

In capital. l. 6. c.143.

PLacuit, vt clericus, si relicto officio suo propter districtionem ad sæcularem iudicem [β] fortasse confugerit, & is, ad quem recurrit, solatium ei defensionis impenderit; cum eodem de ecclesiæ communione pellatur.

β ¶ Iudicem.] *Sic in recentioribus conciliorum Coloniensibus editionibus: sed à vetustioribus, & codicibus Vaticanis, & capitulari abest vox ista.*

Et in Aquisgr. c.74.

Item ex concilio Antiocheno, c. 12.

EPiscopi.] CASVS. Quidã clerici laicalibus indumẽtis vtebantur: & sacerdotes sine pallio in publico apparebant. quare statuit Zacharias, vt hoc de cætero non faciant, nisi itinere longo ambulauerint: q̃a sicut mulier orans non velato capite, deturpat caput suum, idest, virum: ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suũ. Si quis vero contra hæc statuta fecerit, cõione priuetur.

a ¶ Sacerdotali.] Id est talari. Seq. ca. planum est.

a ¶ Sacerdotali.] Id est talari, vt 23. d. nõ liceat.

b ¶ Operimento.] Id est, sine cappa vel pallio.

c SIne ornatu.] ¶ Secularium.] Ergo videtur q̃ qui verberat tales, non sit excommunicatus. extr. de sent. exc. in audiẽtia. sed hoc non est verum, vt notaui 17. quæst. 4. quisquis. Io. de Fant.

PRæcipimus.] CASVS. Præcipit Innocẽtius in hoc c. vt clerici tam honestè in habitu corporis, & in morib. se hẽant, vt aspectum laicorũ, quorum forma esse debent, nõ offendãt. Si quis vero cõtra fecerit, nisi admonitus resipiscat: beneficio careat ecclesiastico.

SVm vero.] CASVS. Hic proponitur quinta quæstio, qua quæritur an clerici ab episcopo suo correcti officium relinquentes, ad sæcularem iudicem confugere possint? & respon. quòd non, vt probatur per sequentia.

d ¶ Suum vero.] Hæc q. determinatur 11. q. 1. placuit vt quicũque. & c. inolita.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathen. quòd si quis clericus propter correctionẽ episco-

episcopi vitandam relicto suo officio ad sæcularem iudicem confugerit. & is ad quem confugerit, opem et defensionis præbuerit: vterque de communione ecclesiæ repellatur.

damnatum, recurrat ad concilium episcoporum: & ibi si quas habet innocentiæ causas alleget. si autem voluerit ad principem recurrere, nullam spem futuræ reconciliationis habebit.

f ¶ Palatio.] Nullus enim episcopus, vel presbyter sine con-

SI quis à proprio.] CASVS. Statutum fuit in concilio Antiocheno, vt etsi ab episcopo suo depositus, vel episcopus à synodo degradatus ad Imperatorē non recurrat, sed recurrat ad synodum, & ibi alleget quæ sibi profutura putabit: quod si hoc facere contemnat, spem restitutionis in futurum nō habebit.

a ¶ Imperialib.] Ab Imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorū: sed episcopale iudicium potest peti ab eo. 11 q. 1 placuit, vt quicunque.

b ¶ Nullam veniam.] Idem est in eo, quod excommunicatus celebrat. 11. qō. 3. si quis episcopus. idem in eo qui transit ad aliam ecclesiam auctoritate propria. 7 q. 1. si quis presbyter.

SI quis cuiuslibet.] CASVS. Statutum fuit in concilio Carthaginensi, quod si aliquis eps iudicio episcoporum fuerit dānatus, non debeat à sua ecclesia, vel ab aliquo homine defendi. & qui eum defenderit, pœna pecuniæ, & amissione sui honoris punietur: à qua pœna nec sexus, nec ætas excusatur. Sequen. c. pater.

c ¶ Pœna.] Argu pœnā pecuniariam posse infligi ab ecclesia. 23. dist. quanquam. 28. distin. quoniam quidem. 16. quæst. 1. statuimus. & quæst. 6 cognouimus. & 23. quæstio. 5. de Liguribus.

d ¶ Nec ætatem.] Dūmodo sit capax doli, vt de consec. distin. 4. eos. extra de delict. pue. c 1. B.

e SI fortè:] ¶ Suscepersit.] Ad defendendum.

SI qs episcopus.] CASVS. Statuit Martinus Papa in hoc capit. quod si episcopus, vel aliusclericus cōqueritur se iniustè

¶ Presbyter, vel diaconus ab episcopo depositus Imperatorem non adeat. C. II.

j SI quis à proprio episcopo depositus presbyter, vel diaconus, aut etiam si à synodo quilibet episcopus fuerit exautoratus; molestiam Imperialibus [a] auribus inferre nō præsumat: sed ad maiorum episcoporum synodum sese conuertat, & quæ se putat habere iusta in eorum concilio alleget, atque ab his de se expectet, quæ fuerit deprompta sententia. Quòd si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed importunus fuerit Imperatori; huiusmodi nullam veniam [b] habeat, neque locum vllius assertionis suæ, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum. — Burc. l. 2. c. 180. Iuo p. 6. c. 225.

Item ex concilio Carthaginensi quinto, c. 2.

¶ Non defendatur ab aliquo, qui episcoporum iudicio damnatur. C. III.

ij SI quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporū pro quocunq; crimine fuerit damnatus; nō liceat eum siue ab ecclesijs, quibus præfuit, siue à quolibet homine defendi; interposita pœna [c] damni pecuniæ, atque honoris; quo nec ætatem [d], nec sexum excusandum esse præcipimus. — Deusdedit p. 4.

Item ex concilio Arelatensi, c. 4.

¶ Communione priuetur, qui ecclesiasticæ disciplinæ regulam fugientem dispensare præsumit. C. IIII.

SI fortè aliquis clericorum regulam disciplinæ ecclesiasticæ subterfugiens fuerit euagatus; quicunq; eum susceperit [e], & non solum pontifici suo non reconciliauerit, sed magis defendere præsumpserit; ecclesiæ communione priuetur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 35.

¶ Spe reconciliationis careat, qui ab episcopis condemnatus Imperatorem adierit. C. V.

iij SI quis episcopus, presbyter, aut diaconus excommunicatus, in concilio iniustè se queritur cōdemnatū; ad maiorem ᵅ episcoporum synodum reuertatur, & eorum inquisitionem, & iudicium expectans, si quas se iustas causas habere putat, illis exponat. Si autem contempserit, & importans † se palatio [f], aures principum inquietare voluerit; hic ad nullam veniam poterit peruenire, neq; spem futuræ reconciliationis habebit. — In capitulis synod græc. Mar. Brach. c. 35. Concor. su e. c. si qs à proprio. — † al. importunans] importunus palatio]

α ¶ Maiorem.] *Antea legebatur*, maiorem episcoporum concilium. *Emendatum est ex codice Lucensi regio: quoniam concordat cum canone Antiocheno supra ea d. si quis à proprio. vnde videtur sumptum.*


Item Gregorius Constantinæ Augustæ, lib. 4. epist. 34.

¶ *In vulgatis, & plerisque manuscriptis legitur*, Cōstantino Augusto. *Emendatum est ex vno vetusto Gratiani, & altero epistolarum Beati Gregorij: licet in editionibus illarum sit*, Constantiæ

conſcietia aliorum epiſcoporum ibit ad Imperatorem. 23.q.8.ſi quis epiſcopus.

SI epiſcoporum.] CASVS. Quidam epiſcopi cū ſuas cauſas coram Apoſtolico tractare deberent, refugium habebant ad iudices ſæculares. quod Gregor. ſuis pec-

cant: ſed pro pœna, quam ego ſuſtineo, ſicut Iob egit gratias Deo per ſua pœnas: non pro perſecutione malorum, cum ſic dixit: Sit nomen Domini benedictum.



Vidam epiſcopus.] CASVS. In ſuperiori cauſa tractatum eſt de obedientia clericorū erga ſuos epiſcopos. Sed quia quandoque quis iurat ſe ſuo prælato non obedire, ideo Gratian. hanc xxij. cauſam ſubnectit: in qua de iuramēto tractat: & de mādato: & quot comites iuramentum habeat: quę vt melius appareat, proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones.

Auguſtæ. *Nam vxorem Mauritij Imperatoris ad quam ſcribit B. Gregorius, Conſtantiam vocatam eſſe teſtantur Zonaras, Nicephorus, Cedrenus, & Anaſtaſius bibliothecarius: & Ioannes diaconus in vita B. Gregorij lib. 3. nu. 51. referens epiſtolam, ex qua ſumptum eſt hoc caput, Conſtantinæ Auguſtæ ſcriptam aſſerit.*

¶ Epiſcoporum cauſæ coram principibus examinari non debent. C. VI.

Ioan. diac. l. 3. c. 51.

SI epiſcoporum cauſæ mihi commiſſorum apud pijſſimos dominos aliorum patrocinijs diſponuntur; infelix ego in eccleſia iſta quid facio? Sed vt epiſcopi mei me deſpiciant, & contra me refugium ad ſæculares iudices habeant; omnipotenti Deo gratias ago [a], peccatis meis deputo. Hoc tamen breuiter ſuggero, quia aliquantulum expecto; & ſi ad me diu venire diſtulerint †, exercere in eos † diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

† al. diſtulerint] ori.
† in eo] orig.

CAVSA XXII.



Vidam epiſcopus iurauit falsū quod putabat verū: quo comperto archidiaconus eius iurauit ſe nunquā preſtaturum ei obediētiam. Compellitur archidiaconus ab epiſcopo ad exhibendam ſibi cōſuetam reuerentiā. Accuſatur epiſcopus de duplici periurio, & de eo, quòd falſum iurauit, & quia archidiaconum ad peierandum compellit.

1 *Primo, quæritur, an iuramentum ſit præſtandum: an non.*
2 *Secundo, ſi ſit periurus, qui iurat falſum, quod putabat verum.*
3 *Tertio, ſi licuit archidiacono denegare epiſcopo conſuetam obedientiam.*
4 *Quarto, ſi conſtiterit eſſe illicitum, quod iurauit archidiaconus, an ſit ſeruandum.*
5 *Quinto, ſi conſtiterit illud ſeruandum eſſe, an epiſcopus ſit reus periurij, qui contra iuramentum archidiaconum ſuum ire compellit.*



QVÆSTIO I.

Vòd iuramen-

Vòd iuramētum.] Hęc quęſtio diuiditur in quinque partes: in quarum prima probatur per 10. c. quòd poſſumus iurare pro re licita, & ex cauſa: aliàs non. Secūda ibi, [Quæritur &c.] Tertia ibi, [Ex præmiſſis.] Quarta ibi, [Sed quærit.] Quinta ibi, [Periurij.] Io. de Fan.

CASVS. Hic proponitur prima quęſtio, in qua quæritur an iuramentum ſit præſtandum ab aliquo, vel non. Et certū eſt quòd ſic, in caſib. iſtis. ſ. pro pace ſeruāda inter aliquos, vt inf. e. omne. Pro fama. ſ. cum aliquis eſt infamatus, vt 2. q. 5. preſbyter. Itē pro fide catholica ſeruanda, vt 1. q. 7. quoties, de cōſ. d. 2. ego Berēgarius. Et pro fidelitate ſeruanda, vt ſup. 23. diſ. quamquam. inf. e. q. 5. de forma. Et pro cautione damni non faciendi vt 28. d. de Syracuſanæ. Et pro defectu, vero. ſ. ne veritas occultetur, vt 24. q. 2. quamquam. Quid autem ſit iuramentum. & quot habeat comites, cōſueuit in ſumma huius quęſtionis notari. Et procedit hoc ordine Grat. in hac qōne. Primo probat quòd iuſtum non ſit præſtandum duab. authoritatib. ſ. Euangelij, & Iacobi. Poſtea ſoluit dicens, quòd ſponte iurare quis non debet, ſed propter neceſſitatem poteſt, vt pro innocentia ſua purganda: & pro pace facienda: aut propter incredulitatem aliquorum.

Tribulatus agere debet gratias Deo

peccatis deputat: de hoc tamen referendo gratias Deo, ſcribit Conſtantinæ Auguſtæ, dicens quòd niſi epiſcopi cito ad eum venerint. canonicam diſtrictionem in eos exercebit.

a ¶ Gratias ago.] Non de facto ipſorum: qui ipſi pec-

tum [a] præstandum non sit, auctoritate canonicæ scripturæ probatur. Ait enim Christus in Euangelio discipulis. [Sit sermo vester, Est est, non non [b]: quod autem amplius est, à malo [c] est.] Item Iacobus in epistola. [Ante omnia fratres mei nolite [d] iurare omnino.] Vtraque auctoritate iuramentum probibetur præstare. Sed aliud est, ad iuramentum sponte accedere: aliud, vel ad asserendam innocentiã suã, vel ad pacis fœdera confirmanda, vel ad persuadendum auditoribus, quãdo pigri sunt credere quod eis vtile est, iuramentum offerre. Primum prohibetur: secundum conceditur. Non enim iurare omnino peccatum est.

Matth.5.

Iac.5.

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

¶ Iuramentum pro fœdere pacis est faciendum. C. I.

OMne, quod [e] in pacis fœdera venit; tunc solidus subsistit, cum iuramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne, quod amicorum animos conciliat; tunc fidelius† durat, cum eos sacramenti vincula ligant. Omnę etiam quod testibus † adstipulatur; tunc verius constat, cum id adiectio iurationis affirmat. Quòd si & testis * deficiat [f]; innocentis fidem sola iurisiurandi taxatio [g] manifestat.

Iuo p.9.c.2. Pann. l.8.c.83.

† al. firmius

† al. testis

* ¶ Si & testis.] *In vetustioribus conciliorum editionibus & duob. codicibus Vaticanis, & in vno monasterij Dominicanorum legitur,* Quod etsi gestis deficiat, nocentis fidem, &c. *Sed recentiores editiones Colonienses, & codex Lucensis regius habent: vt Gratianus & Iuo & Pannormia.*

Item Augustinus super epistolam ad Galatas, c. 1. in fi.

Et Bed. c.1. Co. 15.

¶ Iuratio non est prohibenda, nec tanquam bonum appetenda. C. II.

NOn est cōtra præceptum iuratio, quæ a malo est, nō iurantis, sed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita Dominum prohibuisse à iurando, vt quantum in ipso est [h], quisque non iuret; quod multi faciunt, in ore habentes iurationem tanquam magnum

Sent. 3. di. 39. Poly. l.6. tit. 11. Iuo p.12.c.3. Pann. l.8.c.84.

Iurare qd sit

a ¶ Quòd iuramentum.] Ad intelligentiam sequentiũ videndum quid sit iurare: & quid iuramentum, quæ causa institutionis iuramenti: & quæ sit forma iuramenti. Iurare est aliquid Deo teste dicere. Iuramẽtum est vox ipsius iurantis, vel actus ipse, vel ipsum quod iuratur. Causa institutionis vna est propter infirmitatem hominũ de facili dubitantiũ: cum enim volumus aliquibus persuadere quod eis vtile est, & non credunt simplici verbo, permittitur nobis iurare, vt inf. ea. non est. & ca. ita ergo. & ca. si peccatum. Alia causa est propter idololatriã. sicut enim concessũ fuit vt hostias Deo immolarent, ne eas offerrent dæmonib. sic potius permissum fuit, vt per Deum iurarẽt, quàm per creaturas: ne inciderent in crimine idololatriæ, vt inf. ead. confidera. Forma autem iuramenti alia fit solo sermone: alia si interuentu alicuius rei sacræ. Illa quæ solo sermone fit, secundum tria tempora triplex inuenitur. Aliter enim iurabant in veteri lege: aliter in primitiua ecclesia: aliter hodie. In veteri lege iurabatur, Viuit Dominus, viuit anima mea: hæc addat mihi dominus, vt inf. ea & iurabũt. In primitiua ecclesia iurabatur, testis est mihi Dñs: testis est mihi conscientia: hoc dico corã Deo, vt inf. ea. si peccatũ. Hodie iuratur, per Deũ, & sic me Deus adiuuet, vt 35. q. 6. de parẽtela. Pęna periurij est sicut de alijs mortalibus, vt inf. ea q. c. vl. & fit intestabilis, vt inf. e. q. 5. paruuli huic autem quæstioni propositæ breuis datur solutio: quia iusum non est præstandum nisi in dubijs & necessarijs, cum pigri sint homines ad credendum, vt inf. ea. ita. & c. si peccatum.

Iuramentũ duplici cã est institutum.

Iuramenti forma.

Iuramenti d'ria ẽm tria tempora.

Pęna piurij.

b ¶ Est est, non non.] Ideo fit geminatio, vt referatur ad eos, & ad cor, vt extra de iureiur. & si Christus. & negatio duplex hic non inducit affirmationem: licet sit ar. contra. ff de verb. sig duob. verbis.

c ¶ A malo.] Ab incredulitate. s. illius cui iuratur, vt ex. de elect. significasti.

d ¶ Nolite.] Sic tantum remouet indiscretum iuramentum, vel vult dicere, ꝙ non pro qualibet re sit iurandũ. quia non pro vili, vt 2. q. 5 si quis Io.

OMne] CASVS. Statuit concilium Tolet. in hoc c. ꝙ pro tribus causis potest quis licite iurare. s. pro pace facienda vel consolidanda. & cum in iudicio per testes veritas comprobatur, & cum quis suam innocentiam purgat.

e ¶ Omne quod.] Item quatuor h'c ponit casus, in quibus potest iurari. sunt & alij, quos habes 2. q. 5. in prin. & 28. d. de Syracusanæ, & ext. de iur. calum. c. 1. extra de elect. significasti.

f ¶ Deficiat.] Supple & reus sit infamatus. aliàs deficiente accusatore non cogitur se reus expurgare, nisi fuerit infamatus, vt 6. q. vlt. quod autem. licet quidam voluerint dicere contra. C. de reb. cred in bonæ. & hæc dictio sola, excludit hic vulgarem purgationem 1: sed non excludit numerum compurgatorum.

1. Quę aliena dẽt esse a sacro ordine. 2. q. 5. monomachiam. l.

g ¶ Taxatio.] Idest, impositio iudicis. est enim taxare modus iurandi. extra de purgat. can. cum in iuuentute. Ioan.

NOn est contra]. CASVS. Quidam dicebant ꝙ nullo modo erat iurandum: & hoc probant auctoritate Domini dicentis, sit sermo vester, est est, &c. Aug. vero ostendit, ꝙ iurare non est peccatum: quod probat exemplo Apostoli, qui iurauit his verbis, per gloriam vestram quotidie morior. quam locutionem exemplaria græca iurationem esse ostendunt, siue demonstrant, & docet ꝙ Dominus non prohibuit iuramẽta, nisi quæ fiunt ex cupiditate & dilectione iurandi.

h ¶ In ipso est.] Infra ea. si peccatum. 1. q. 3. antecessor. Ioan.

a ¶ An-

Iurare nolẽs est habẽdus hæreticus.

a ¶ Audiendi sunt.] Immo eo ipso quod nolunt iurare, sunt habendi hæretici, extra de hæret. excommunicamus, &c ad abolendam. §. si qui. quidam enim nimis faciles sunt ad iurandum: quidam metu diuini numinis vsque ad superstitionem perueniũt, vt ff. de condi. in. di. inst. quæ sub conditione. Ioan.

IN nouo.] CASVS. Dicit Aug. quod prohibitum est ne omnino iuremus: non quia iurare sit peccatum: sed quia peierare peccatum est, ad quod per iuramentũ peruenitur.

aut suaue aliquid. Nam vtique Apostolus nouerat preceptum Domini:& iurauit tamen. Non enim audiẽdi sunt [a] qui has, iurationes esse non putant. Quid enim facient de illa? [Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quã habeo in Christo Iesu Domino nostro]: quam græca exẽplaria manifestissimã iurationem esse conuincunt. Prohibemur ergo[α] iurare cupiditate, aut delectatione† iurandi. Quamuis enim iuramentum amplius sit, quam, est, est, non, non, & ideo à malo sit, non tamen à malo tuo, sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.

1. Cor. 15.

† al. dilectione

Matt. 5.

α ¶ Prohibemur ergo.] *Apud B. Augustinum, & cæteros collectores hic locus habet.* Quantum ergo in ipso est, non iurat Apstolus, non enim appetit iurationem cupiditate, aut delectatione iurandi. Amplius enim est quam est, est, non, non: & ideo a malo est sed infirmitatis, &c.

Idem Augustinus in epistola 154. ad Publicolam.

¶ Peierare peccatum est, non iurare.

C. III.

Iuo p. 12. c. 4. Pann. l. 8. c. 85.

IN nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus. Quod quidem mihi propterea dictum videatur; non quia verum iurare peccatum est; sed quia peierare [b] immane peccatum est, à quo longe nos esse voluit, qui omnino ne iuremus, admonuit.

Beda 1. Cor. 15.

Idem sermone 30. de verbis Apostoli,

¶ In necessarijs verum iurare peccatum non est.

C. IIII.

Poly. l. 6. tit. 11. 1. Cor. 15.

VT noueritis verum iurare non esse peccatum; inuenimus etiam Apostolum Paulum iurasse: [Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quàm habeo in Christo Iesu Domino nostro.] Per vestram gloriam iuratio est. Non enim sic ait, per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria me facit mori: quomodo si diceretur per venenũ,[β] per gladium, per bestiam, per inimicum, mortuus est: intelligeretur faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno mortuus est.

β ¶ Per uenenum.] *Apud B. Augustinum & Bedam sic legitur,* quomodo si diceret, per uenenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestiam mortuus est, per inimicũ mortuus est, id est faciente inimico, faciente gladio, faciente veneno, & similia: Non sic dixit per uestram gloriam.

Idem de sermone Domini, lib. 1. c. 30.

¶ Nec tanquam bonum appetendũ, nec tanquam malum, iuramentum est vitandum. C. V.

ITa ergo præcepisse Dominum intelligitur, nec iuretur, ne quisquam, sicut bonum [c], appareat iusiurandũ, & assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem [d] delabatur. Quapropter qui intelligit non in bonis, se in necessarijs iurationem habendam, refrænet se quantum pōt,

b ¶ Sed quia peierare.] Arg. quod quãdoque prohibetur aliquid non propter se, sed propter aliud, qđ inde sequi potest. 1. 11. q. 3. nolite. & 37. dist. ideo. insti. ui bo. rap. §. sed ne dum talia. 41. dist. quisquis 12. q. 1. habebat. 2. qō. 7. presumunt. 23. q uæs. 3 Deus. vbi aliquid prohibetur propter suum contrarium, sicut hic.

1 Arg. contra 23. q. 5. de occidendis.

VT noueritis.] CASVS. Probat in hoc ca. Aug. quòd iurare nō est peccatũ: qđ probat exemplo Apostoli, qui iurauit hoc modo: p gloriã uestrã, &c. Et quòd ista uerba sint iuramentum, patet. non enim sic intelligunt ut gloria eorum faceret Apostolũ mori, sicut per uenenũ uel per gladium moritur homo.

ITa ergo.] CASVS. Casum illum sic pones. Dicitur i hoc cap. quod quædam sunt appetenda per se, ut virtus: quædã vero appetenda sunt propter necessitatẽ, vt iusiurandum. vnde aliquis iurare nō debet, nisi necessitas eum cogat s. cum videt pigros homines ad credendum, qui nō crederent nisi iuretur: cum vero non adest necessitas, sit sermo vester, est, est, nō, nō. Si aũt amplius fuerit. s. iuramentum in tempore necessitatis: non est à malo iurantis, sed à malo, id est infirmitate recipientis: à qua infirmitate quotidie deprecamur liberari. Seq. c. patet.

c ¶ Bonum.] Arg. quod bonum prohibetur propter consequens malum, vt 21. distin. denique. vitia enim vicina sunt virtutibus, vt 41. distinctio. sæpe.

d ¶ Cōsuetudinẽ.] Assiduitas. n. facit aliqd pecca-

Assiduitas facit aliquid esse pctum.

peccatum, quod aliàs non esset, vt 25. dist. criminis appellatio.

a ¶ Non dixit.] Vim ergo debemus facere in verbis secundum ius, ut 8. dist. si consuetudinem. & ff. de uerbor. obliga si quis stipulatus.

Iuratur pp vtilitatem.

b ¶ Tu malu.] Qd vtiliter.] & si ꝓpter utilitatem alterius possum iurare, multo magis ꝓpter meam, ut 23. qō. 5. si non licet.

Et iurabūt.] CASVS. In veteri testamento iurabant Iudæi per idola: postea Dñs ad cōdemnationē idolorū, & ut Dominus per os hominem commendaretur, docuit per prophetas vt Iudæi per Dominum iurarent. Et hoc probat Hierony. duabus auctoritatibus & sic aliquis nō potest. dicere ꝙ Euangelium in omni casu nos iurare ꝓhibeat. Et nota ꝙ prima auctoritas est in principio. secunda in fi. ubi dr, [viuit Dominus.]

c ¶ Sed hic, iurabis. &c.] Prima ratio.

d ¶ Pro cōfessione.] Iurando enim per Deū confitemur ipsum

e. ¶ Offendicula.] Id est idola per quæ iurabant.

f ¶ Mortuorum.] Scilicet deorum. Ioan. t

e Sub. qui ꝑ hoc damnabant, & contemptibiles, hēbant, & qa non credebat ppls ipsos hr̃e aliquid numinis i se, sicut prius qñ iurabat per ipsos.

Considerat.] CASVS. Hieronymus ostendit in hoc cap ꝙ Christus non prohibuit iurare per Deū, sed per creaturas, nō ꝙ hoc fiat recte: sed quia melius est per Deum iurare, quàm per dæmones, uel alias creturas sicut non recte Iudæi Deo uictimas immolabant: sed quia melius est Deo immolare quā Dæmonijs. Seq. ca. per te videre poteris.

Iurare per creaturas non licet.

g ¶ Sed per cęlum.] Licet ꝑ creaturas nō possumus iurare, iuramus tñ per Euangelium, qd est creatura: quia ibi tantū respectus habetur ad Deum. Ideo autem prohibetur iurari ꝑ eas, ne per contemptum earum peieretur, vt inf. ead. §. sed

obijcitur. & ne uideatur numen esse in eis. infr. ead. §. vlti.

h ¶ Melius esset Deo.] Electiue ponitur, non comparatiue. sic 11. q. 1. nemo peritorum.

i Clericum.] ¶ Iurantē.] Sine solennitate. Hic enim de

vt non ea vtatur, nisi necessitas † cogat: videlicet, cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet, qd sic dicitur: [Sit autem sermo vester, est, est, non, non.] Hoc bonum est, & appetendum: [Quod autem amplius est, à malo est:] idest, si iurare cogeris; scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades: & quæ infirmitas vtique malum est: vnde nos quotidie liberari deprecamur, cum dicimus: [Libera nos à malo.] Itaq; non dixit [a], quod non autem amplius est, malum est. Tu enim† nō malum facis, qui bene vteris iuratione.

† *necessitate cũ videt*] ori.

Matt. 5.

Matt. 6.

† *autem*

Idem ibidem continenter.

¶ Iurare non est peccatum. C. VI.

TV malū non facis, qui bene vteris iuratione: quæ etsi [a] non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas, quod vtiliter [b] persuades. Sed à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris.

Iuo p. 12. c. 5. Pann. l. 8. c. 86.

a ¶ Quæ etsi.] *Apud B. Augustinum post vltima verba capitis præcedentis*, bene vteris iuratione. *sequitur continenter.* quæ etsi non bona, &c. *quemadmodum & in vno peruetusto Gratiani codice in quo hæc duo capita non sunt distincta.*

Item Hieronymus super Hieremiam ad c. 4.

¶ Per Deum iurare permittitur, ne per idola iuretur. C. VII.

ET iurabunt [6], viuit Dominus, in veritate & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.] Quomodo ergo Euangelium iurare nos prohibet? Sed dic, [iurabis [c]] pro confessione [d] dicitur, & ad cōdemnationem idolorum, per quæ iurabat Israel. Denique auferuntur offendicula [e], & iuratur per Dominum; quodque dicitur: [Viuit Dominus] in testamēto veteri iusiurandum est, ad condemnationem mortuorum [f], per quot iurat omnis idololatra.

Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 37. *Hier. 4.*

6 ¶ Et iurabunt.] *Apud Hieremiam c. 4. legitur*, & iurabis: *verum quia est initium capitis, non est mutatum: sed paulo post repositum est*, iurabis, *vbi antea legebatur*, iuramentum.

Item Hieronymus super Matthæum, lib. 1. in c. 5.

¶ Infirmis iurare conceditur. C. VIII.

COnsidera, quod hic Saluator non per Deum iurare prohibuerit; sed per cœlum [g], & terram, & Hierosolymam, & per caput tuum. Et hoc quasi paruulis fuerat lege concessum: vt quomodo victimas immolabant Deo, ne eas idolis immolarent; sic & iura permitterentur in Deum: non quòd recte hoc facerent: sed quod melius esset Deo [h] id exhibere, quàm dæmonibus.

Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 6. Pann. l. 8. c. 87.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 61. & 62.

¶ Excommunicetur clericus per creaturas pertinaciter iurans. C. IX.

CLericum per creaturas iurantem [i], acerrime obiurgandum: si perstiterit in vitio, excommunicandum.

Burc. l. 12. c. 170. & 175. Iuo p. 6. ca. 266. & 261.

depositionem inducit quando ad solennitatem iurat arg. 27 dist. §. vlti.
a ¶ Inter culpas.] De consecra. dist. 5. nullus.
SI quis per capillum.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod si quis iurat per capillum, vel caput Dei; si clericus est deponatur: si laicus anathematizetur. In secunda parte dicitur, quod si quis per creaturas profanas iurauerit: debet acerrime castigari, & pœnitere secundum quod synodus iudicabit. In tertia parte dicitur, quod si quis taliter iuramentum nō manifestauerit, à Deo cōdemnabitur, & episcopus, qui talia non emendat, acerrime corripiatur. Secunda pars incipit ibi, [Et si quis.] Tertia ibi, [Si quis autem.
b ¶ Per capillum.] Secundum leges qui sic iurat, vltimo supplicio punitur. in authen. vt non luxu. contra natu. circa medium.
c ¶ Non manifestauerit.] Arg. quod aliquis cogitur accusare 1, vt 2. q. 7. quapropter. 24. q. 3 tam sacerdos. 1. p. s. quisquis. Sed contra nemo inuitus accusare cogitur. C. vt nemo inui. agere vel accusare compellatur. l. 1. & furem nemo cogitur indicare. vel accusare. ff. de præscrip. ver. solent. sed potest dici, quod iudicis officio cogi potest, sed non iure actionis, illud tamen credo, quod denunciare cogitur aliquis secundum communem opinionem: quod notaui 2. q. 1. si peccauerit.
QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæstio. in qua quæritur vtrum sit maius peccatum iurare per Deum quàm per Euangelia & hoc probat per duo cap. quòd plus est iurare per Deum. Ioā de Fant.
CASVS. Hic mouet Gratianus quandam incidentem quæstionem, scilicet quis magis teneatur, an ille qui iurat per Deum, an qui iurat per sacra Euangelia. huic quæstioni respondet per sequentia cap.
SI aliqua.] CASVS. Quidam stulti putabant esse maius iurare per Euangelium quā per Deū quos Io. Chryso. reprehendit dicens, quòd scripturæ ecclesię sanctæ sunt propter Deum, & non econuerso. Sic litterā ordinabis.] Modicū.] Id est minus qui iurat per Deum quā per Euangelia.
d ¶ Modicum.] quātum ad vulgares.
e ¶ Maius.] inf. ea q. 5 qui peierare cōtra sed illud de iudicio ecclesię, illud de iudicio Dei. Vel dic quod qui iurat per Deum non solenniter, minus peccat quā qui solenniter per Euāgelium. sed si vtrumque iuramentum est solēne, magis peccat qui iurat per Deum
f ¶ Propter scripturas.] Hic patet quod æquè obligat qui iurat per Deū, sicut qui iurat per Euangeliū sed si per Deum iuraret non solēniter, & per Euangelium solēniter vel conuerso: magis est obligatus quoad ecclesiam solenniter iurans: sed quantum ad Deum æqualiter extra, qui cle. vel vo. rursus. Sed obijcitur quanto sanctius est per quod iuratur tanto magis est pęnale periurium: ergo magis obligatorium, ut inf. e. mouet. sed illud intelligo cum iuratur illicite, & habetur respectus ad solam creaturam. Hic patet quod non est, licitum iurare per creaturas, nisi in iure exprimat quod possit: sicut per Euangelium, per altare, per Crucem. inf. ead. habemus. & 5. q. 5. q peierat & inf. ea si aliqua. & per sa lutē principis, vt 1. q. 7 quoties Secundū leges tamen videtur quod possit iurari per creaturas, vt ff. de iurein. l. 2. §. vlt. & l. qui per salutem. Sed per membra Dei non est licitum iurare, vt in authen. vt non luxurientur homines contra naturam. coll. 6. circa medium.
HAbemus.] CASVS. Quidam transgrediebantur sacramenta, quæ faciebant in communi loquela, scili-

cere: aliàs dēt tacere, & eum latēter corripere 2. q. 1. si peccauerit. Vel saltem dicere tali personæ quod possit prodesse, non obesse inf. e. q. 5. hoc videtur. secundum H.

Cap 62.

Inter epulas [a] vero cantantem, supra dictæ sententiæ seueritate coercendum decernimus.

Item Pius Papa.

¶ Clericus deponatur, laicus anathematizetur per capillum, vel caput Dei iurans. C. X.

Bur. l. 12. c. 15. Ans l. 11 ca. 72. Iuo p. 12. c. 72.

MIhi autem.] CASVS. Dicitur hic quod quis peccas mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui causa consulendi mentitur, quàm qui causa nocendi. Et similiter minus peccat qui viatorem in aduersum iter transmittit, quàm qui vitam vitæ per mendacium deprauat. Seq. c. planum est.

a ¶ Rebus.] Maius enim est mentiri de Deo, quàm de homine.

b ¶ Qui consulendi.] Ratione consilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non sit fraudulentum, vt ff. de reg. iur. cõsilij & vbi alias non erat facturus ille cui consulitur, vt ff. mandati, si remunerandi. § si tibi mandauero. quandoque tamen tenetur plus consulens, quam faciens, vt 86. distinct. tanta.

Cõsiliũ neminem obligat.

c NEc artificioso.] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem. intelligens q nesciat ire super pontem r. & vbicunque aliquis obscurè vel ambiguè loquitur, vt ff. de iure fisc. ita fidei.

r Vt ff. de pact. l. veteribus.

d ¶ Mentitur.] Vt lędat aliquẽ: secus si iocosè mentiatur, vt inf. c. prox. Quid ergo dicis de Abraham; nõ ne mentitus est, cum aliud gereret in animo. vt inf. ead §. Abrahã? Item quid de Paulo, qui dixit: Nesciui quia princeps esset, cum sciret vt 23. q. 1. paratus. Itẽ qd de mẽdacio Iehu qui aliud in animo gerebat vt infra. c. vtilẽ? Ad hoc dicendũ est, q Abraham mystico intellectu verũ dixit, ostendens patrem & filium in fine temporum reuersurum ad Iudæos, cum omnes reuertẽtur ad ipsum. Paulus per illa verba prædixit destructionem regni Iudæorum futuram veniente Christo. Item Iehu non fuit mentitus, sed ironice locutus est. Vel dic q inspiratione diuina hoc dixerunt vt ext. de diuor. gaudemus.

Abraham, Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes

NE qs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmum propositũ habet de non mentiendo: hic mortaliter delinquit si pro alio mẽtiatur & ideo si non vult verum dicere, taceat ne dicẽdo veritatem proximum lædat. In secunda parte ponit duo genera mendaciorum. vnum quod fit causa ioci, & aliud qđ fit causa consulationis, in quib. imperfectos mẽtitur vel forte etiam perfectus venialiter delinquit. In tertia parte dicitur, quod non debet mendax reputari qui gladium sibi commendatum pmisit alicui se redditurum quando petierit, & postea non reddet ei si petierit, cum factus fuerit furiosus, ne se vel alium interimat. Secunda pars, [Duo vero.] Tertia ibi, [Illud vero.]

1 Nota, q multiplex est perfectio. s. perfectio sufficientiæ, ordinis, ꝑlationis, & aliæ q̃dam sicut distinguunt Theologi ſm Ro.

e ¶ Nõ occiditur.] Videtur ergo, q perfectus homo 2. mortaliter * peccat mentiendo pro vita alterius: & sic erit deterioris conditionis perfectus, quàm imperfectus. Ad quod notandum, q triplex est genus mendacij. Malignitatis, quod fit causa decipiẽdi, & illud omnibus est mortale peccatum Iocositatis, vbi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, qđ fit p salute alicuius; & de illo dr̃, q sit mor-

* *Perfectio hoĩs nõ facit peccatũ ex veniali euadere mortale.*

2 Mendaciũ est triplex nec est sẽper mortale.

Pacto quamq: licet, quod non licet verbo.

a ¶ Ad sempiternam.] Sed qualiter potest aliquis ad æternam salutem duci per peccatũ? Respon. indirecte, vt si monachus dicat regulam suam esse dulcem, & per tale mẽdacium lucretur aliquem Christo, & est simile 1. q. 2. §. pio. 45. dist. de Iudæis. & sic patet quod nullus debet mentiri vt alius periculũ corporis, vel rerũ euitet. 14. d. quod ait. & inf. ea faciat.

b ¶ Perficiendæ.] i. salutem alterius nemo debet præferre propriæ fidei.

c ¶ Factis.] q. d. licet nos sancimus, quod nemo debet mẽtiri pro vita alterius: no ideo aliquis ita crudelis, vel impius sit, quod non defendat talẽ facto, licet verbo non possit defendere ipsum.

d ¶ Quia & i bonis.] Id est, inter bona.

e ¶ Prefertur.] Vt 32. q. 5. tolerabilius.

f ¶ Dãnabilius.] Electiue ponitur: & est sensus malum quod nos facimus, scilicet mendacium, est nobis damnabile. sed quod sinimus fieri homicidium, nobis non est damnabile 1.

g ¶ Recedit.] Non videtur hoc verũ: quia minus peccatur septimo genere mẽdacij, quàm octauo: quia magis malũ vitatur per septimum mendaciũ quàm per octauũ. Ad hoc dico quod recessus iste non cõsideratur secundum ordinem mendaciorum, quẽ hic enumerat: sed potius considerat circa qualitatẽ primi mendacij. Nam primum mendacium consistit in religione: quod maximum est. vnde est maximum peccatum sic in hoc mentiri. quanto ergo magis receditur à religione, tanto est minus peccatũ. Vel dicas quod tria vltima peccata non differunt inter se nisi secundum qualitatem facti. & ita non reputat ista tria mendacia pro diuersis. Io.

recognoscendo in se culpã esse, non peccat: dũmodo hoc credat verũ esse quod dicit 90. dist. ante oia. & 2 q. 7. quãquã sed specialiter dicẽdo aliquod peccatũ de se cuius cõtrarium est verũ, mortaliter peccat. Sed obijcitur de sacerdote, qui oia crimina specialiter de se conuertur. Sed dic

mendacium est, vtique turpe est. Non est mẽtiendum sexto genere: neque enim recte etiam testimonij veritas pro cuiusquam temporali commodo, ac salute corrumpitur: ad sempiternam [a] vero salutem nullus ducendus est, opitulante mendacio. *& infra.* Neque septimo genere mentiendum: Non enim cuiusquam commoditas, aut salus temporalis perficiendæ [b] fidei præferenda est †. Nec se quisquam γ in recte factis [c] nostris tam male moueri sentire; vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior. *& infra.* Nec octauo genere mentiendum est; quia & in bonis [d] castitas animi pudicitiæ δ corporis præfertur [e]: & in malis id, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, nobis damnabilius [f] est. ¶ In his autem octo generibus tanto quisque minus peccat, cum mentitur; quanto magis ε à primo recedit [g]. Quisquis autem esse aliquod genus mẽdacij, quod peccatum non sit, putauerit; decipiet se ipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur aliorum.

† Concor. l. sancimus. & ibi Bar. C. de episc. & cle. gl. in l. si quis Titio. ff. de leg. 2.

α ¶ Iniuste.] *Abest ab originali vox ista, pro qua in duabus Gratiani codicibus legitur,* iuste.

β ¶ Quocumque interrogante.] *Addita hæc sunt ex orig.*

γ ¶ Se quisquam.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem est,* Nec si quisquam in recte factis nostris tam male mouetur, vt fiat etiam animo deterior, longeque à pietate remotior; propterea recte facta deserenda sunt. *Sed ob glossam in ver.* recte factis, *non est mutatum.*

δ ¶ Pudicitiæ.] *Apud eosdem habetur,* pudicitia corporis, & in malis ibi, quod ipsi facimus, eo quod fieri sinimus, malus est. *Sed eadem causa obstitit ne mutaretur.*

ε ¶ Quanto magis.] *In originali legitur,* quanto emergit ad octauum; tanto amplius, quanto demergit ad primum. *Sed obstat glossa in ver.* recedit.

1 Hoc verũ intellige vbi nõ possumus prohibere. aliàs secus. & vt 24. q. 3. non inferenda & c. vlt. 2. q. 7. negligere. extr. de sent. excõ. quantæ. & lib. 6. eo. titu. dilecto. vbi est expressum: & 83. dist. c. 1. & ita sentit hic Hu. qui enim cũ potest, malo non obuiat, consentit. consentientem vero, & facientem par pœna constringit 2. q. 1. notũ. extra de off. delega. ca. 1. Arch.

Item August. de verbis Apostoli serm. 31. al. 29.

¶ Non licet alicui humilitatis causa mentiri. C. IX.

Iuo p. 12. c. 42. Pan. l. 3. c. 128.

4 CVm humilitatis [h] causa mentiris; si non eras peccator, antequam mentiretis, mentiẽdo efficeris quod euitaueras. Veritas in te nõ est; nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es, dicas. Nã quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas [i]?

CVm humilitatis.] Hæc est 4 pars q. in qua probat per 12. auctoritates sanctorum quod in nullo casu sit mentiendum. si qui iocose mentitur, eum decipere non intendit, vel causa pietatis, minus peccat. Ioan de Fant.

CASVS Dicitur hic quod nemo debet causa humilitatis mentiri: quia qui peccator non erat, efficitur peccator, quia veritas non est in eo: nec potest esse in eo humilitas vbi regnat falsitas. Sequen. cap. patet.

h ¶ Cum humilitatis.] Sed nonne bonarum mentiũ est ibi recognoscere culpam vbi culpa nõ est, vt sup. d. 5. ad eius? Resp. in genere põt quis dicere se esse peccatorem: quia nemo sine crimine viuit, vt 23. dist. §. criminis, & dic quòd illud fecit in persona ecclesiæ: nullũ. n. vitium est quod nõ reperiatur in aliquo membro ecclesiæ. vel dic vt dicit August. quod in vno peccato multa peccata possunt notari. cum enim quis peccat mortaliter, committit homicidium, occidendo animam suam. committit furtum, quia se subtrahit Deo: adulterium, quia recedit à Deo, & fornicatur cum diabolo. periuriũ, quia fidem promissam in baptismo, non seruat. Et quod dicit in omnibus vitijs in quibus miser homo peccare potest, &c. ibi comprehenduntur genera singulorum, & non singula generũ. tres enim sunt modi peccandi. i. delectatione, consensu, & opere. inf. de pœ. dist. 2. si. ut

i ¶ Falsitas.] Quia duo contraria non possunt esse in vno subiecto, vt 31. q. 1. cum renunciatur.

Peccatorem se dicens verũ peccat.

Peccatum vnũ cõmittens multa committit.

Mihi

Mihi autem.] CASVS. Dicitur hic quod quis peccas mentiendo quolibet genere mendacij: minus tamen peccat qui causa consulendi mentitur, quàm qui causa nocendi. Et similiter minus peccat qui viatorem in aduersum iter transmittit, quàm qui vitam vitæ per men- ire super pontem r. & vbicunque aliquis obscurè vel ambiguè loquitur, vt ff. de iure fisci. ita fidei.

d ¶ Mentitur.] Vt lędat aliquē: secus si iocosè mentiatur, vt inf. c. prox. Quid ergo dicis de Abraham; nō ne mentitus est, cum aliud gereret in animo. vt inf. ead. §. Abrahā? Item quid de Paulo, qui dixit: Nesciui quia princeps esset, cum sciret vt 23. q. 1. paratus. Itē qd de mēdacio Iehu qui aliud in animo gerebat vt infra. c. vtilē? Ad hoc dicendū est, ꝙ Abraham mystico intellectu verū dixit, ostendens patrem & filium in fine temporum reuersurum ad Iudæos, cum omnes reuestētur ad ipsum. Paulus per illa verba prædixit destructionem regni Iudæorum futuram veniente Christo. Item Iehu non fuit mentitus, sed ironice locutus est. Vel dic ꝙ inspiratione diuina hoc dixerunt vt ext. de diuor. gaudemus.

r Vt ff. de pact. l. veteribus.

Abraham, Paulus, & Iehu, an fuerint mendacij expertes.

Item Gregorius, lib. 26. moralium, c. 2.

¶ De eodem. C. X.

INcautè sunt a humiles, qui se mendacio illaqueant.

a ¶ Incaute sunt.] *Sic in plerisque manuscriptis: vulgata lectio erat,* Incauti sunt homines. *Integer autem B. Gregorij locus sic habet.* Incautè sunt vtiles, qui se mendacio illaqueant, dū arrogantiam vitant, immo mentiendo superbiunt: quia contra veritatem se erigunt, quam relinquunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu. 43.

¶ Non licet mentiri, vt arrogantia vitetur. C. XI.

NOn ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.

Idem in Enchiridio, c. 18.

¶ Non omne mendacium æquè peccatum est. C. XII.

Iuo p. 12. c. 51.

MIhi autem videtur peccatum esse quidem omne mēdacium: sed multū interesse, quo animo, & quibus de rebus [a] quisque mentiatur. Non enim sic peccat ille, q consulendi [b], quomodo ille, qui docendi voluntate mentitur: nec tantum nocet, qui viatorem mentiendo in aduersum † iter mittit; quantum, is qui viam vitæ mendacio fallente deprauat.

† al. diuersum

¶ *Nonnulla in hoc capite sunt inducta, & alia emendata ex B. Augustino & Iuone.*

Item Augustinus in libro de conflictu vitiorum, atque virtutum, c. 19.

¶ Non est aliquo modo quilibet decipiendus. C. XIII.

Iuo p. 14. c. 44 † al. ingenio

NEc artificioso [c] mendacio †, nec simplici verbo oportet decipere quenquam, quia quomodolibet [b] mentitur [d] quis, occidit animam.

Item Augustinus in quinto psalmo ad vers. [Perdes omnes qui loquuntur.]

b ¶ Quomodolibet.] *In ipso libello legitur,* quolibet artis modo mentiatur, eos, quod mentitur, occidit animam. *Sed Iuo cum Gratiano concordat.*

¶ Pro temporali vita alicuius perfectus mentiri non debet. C. XIIII.

Ans. l. 11. c 79. Iuo p. 12. c 46. Pan l. 8. c. 140.

NE quis arbitretur perfectū & spiritualem hominē pro ista tēporali vita, in cuius morte nō occiditur [c]

NE qs.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de perfecto, qui firmum propositū habet de non mentiendo: hic mortaliter delinquit si pro alio mētiatur & ideo si non vult verum dicere, taceat ne dicēdo veritatem proximum lædat. In secunda parte ponit duo genera mendaciorum. vnum quod fit causa ioci, & aliud qđ fit causa consultationis, in quib. imperfectos mētitur vel forte etiam perfectus venialiter delinquit. In tertia parte dicitur, quod non debet mendax reputari qui gladium sibi commendatum ꝓmisit alicui se redditurum quando peteret, & postea non reddet ei si petierit, cum factus fuerit furiosus, ne se vel alium interimat. Secunda pars, [Duo vero.] Tertia ibi, [Illud vero.]

1 Nota, ꝙ multiplex est perfectio. s. perfectio sufficientiæ, ordinis, plātionis, & aliæ qdam sicut distinguunt Theologi sm Ro.

* *Perfectio hoīs nō facit peccatū ex veniali eundem mortale.*

mendacium deprauat. Seq c. planum est.

a ¶ Rebus.] Maius enim est mentiri de Deo, quàm de homine.

b ¶ Qui consulendi.] Ratione consilij nemo peccat vel obligatur, dummodo non sit fraudulentum, vt ff. de reg. iur. cōsilij & vbi alias non erat facturus ille cui consulitur, vt ff. mandati, si remunerandi. § si tibi mandaue ro. quandoque tamen tenetur plus consulens, quam faciens, vt 86. distinct. tanta.

Cōsiliū neminem obligat.

c NEc artificioso.] Vt si hoc modo dicat, iste equus nescit scandere arborem. intelligens ꝙ nesciat

e ¶ Nō occiditur.] Videtur ergo, ꝙ perfectus homo 1. mortaliter * peccat mentiendo pro vita alterius: & sic erit deterioris conditionis perfectus, quàm imperfectus. Ad quod notandum, ꝙ triplex est genus mendacij. Malignitatis, quod fit causa decipiēdi, & illud omnibus est mortale peccatum. Iocositatis, vbi nemo læditur, & illud nulli est mortale peccatum. Benignitatis siue pietatis, qđ fit ꝓ salute alicuius; & de illo dr, ꝙ sit mor-

Mendaciū est triplex nec est sēper mortale.

mortale perfectis, veniale imperfectis. Sed quare non est mortale potius illud peccatum quod fit ioco, & per quod nulli prosunt, quàm illud per quod prosunt alicui? Respondeo, quod illud non fit ex animo, sed illud sic, & per illud intendit decipere, per illud non. Et intelligas hic perfectum solũ illũ, qui ex toto renunciauit omnibus pompis sęculi: qui si decederet, statim saluaretur. Sed cum nullus debet peccare venialiter ad hoc vt alter liberetur à morte vt su. e. primum qualiter ergo respondebit ille à quo quærit ab hoste, est talis in hac domo. si tacet, præsumitur eum esse in domo, si autem tacetur, reus erit homicidij. Respondeo, tacere potest, & licet alter pręsumat malũ ex taciturnitate, hoc ei non imputatur. absit enim vt ea quę bona & licita facimus, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. vel per æquiuocationẽ caute deludat iterrogantem, dicendendo non est hic, id est: nõ comedit hic, sicut Abrahã fecit 1. infra eo. quæritur. hostem enim caute possumus deludere. 43. d. in mãdatis. non obstat 11. q. 3. quisquis metu. vbi dicitur, quod veritatem occultare, idem est quod dicere falsum: sed illud verum est in teste, qui assumpsit officium testificandi. Item non obstat 25. q. 2. præscriptione. quia obtinet circa iudicia.

a ¶ Nonnullũ.] Quia facit vt consulat proximo.

b ¶ Duplex.] Supra 11. q. 3. antecessor.

c ¶ Furẽs.] Ergo semper sub intelligitur hęc conditio, si res in eodem statu manserit, vt ff de sol. cum quis in princ. ext. de iure iu. quemadmodum. Et est hic arg. quod propter nouum casum nouũ datur auxiliũ, vt extra de offic. dele. insinuante. ff de interroga. act. de ætate Item arg. est hic quod verba generalia non extenduntur ad ea, de quibus non est dictum vel cogitatum, vt su. e. beatus 11. q. 3. antecessor. & ff de transa cum Aquiliana. extra de deci & multiplic. & ext. de rest. spol. audita. &c.

FActat.] CASVS. Dr̃ hic, quod quilibet debet defendere salutem hominum corporalem, dummodo hoc faciat sine mendacio, vel peccato; quia nunc id solum restat sibi, quod rectè faciat, id est sine peccato. [Reliquũ.] id est, relictum sibi restare licite faciendum.

d ¶ Quod potest.] Ex hoc c. habes quod solum illud dicimur posse facere, quòd iuste facere possumus. quandoque hæc dictio, posse, simul denotat potentiam iuris, vel facti, vt extra de rescriptis. sciscitatus. quandoque potentiam facti tantum, vt 8. q. 1. Moyses. quando quod refertur ad honestatẽ. de pœn. dist. 2. charitas. ff. de condi. instr. filius. quandoque ad commoditatem. ff. de verb. signi. nepos Proculo 2.

e ¶ Id reliquum esse.] Id est, solum sibi est relictum.

---

siue sua, siue alterius anima, debere mentiri: Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare; si quidem aliud est, falsum dicere, aliud, verum tacere, vt si quis forte vel ad istam visibilem mortem non vult hominem prodere; paratus esse debet verum occultare, non falsum dicere, vt neque prodat; neque mentiatur, ne occidat animam suam pro corpore alterius: *& infra.* ¶ Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut, vt proximis prosimus, mentimur. Illud primum in iocando ideo non est perniciosissimum, quia non fallit. Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus † est, quia retinet nonnullam [a] beneuolentiam. Illud vero, quod non habet duplex [b] cor, nec mendacium quidem dicendum est; tanquam, verbi gratia, si cui gladius commendetur, & promittat se redditurum, cum ille, qui commendauit, poposcerit; si fortè gladiũ suum repetat furens [c], manifestum est tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios; donec ei sanitas restituatur. Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se redditurum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere, *& infra.* ¶ Manifestum α est non esse culpandum aliquando verum tacere: falsum autem dicere non inuenitur concessum esse perfectis.

In conc. Tolet. 8. c. 2.

† *al mitius.*

1 Alia exempla plura habes inf. e. §. Abrahã. vsque ad fi. quæstionis secũdum Ray.

α ¶ Manifestum.] *Apud B. Augustinum hæc antecedunt,* Verum autem occultauit & Dominus, cum discipulis nondum idoneis dixit multa habeo vobis dicere: sed nunc non potestis portare illa *& Apostolus Paulus, cum ait:* Non potui loqui vobis, quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Vnde manifestum est, &c.

Idem in libro contra mendacium, c. 17.

¶ Nostro peccato, alterius saluti consulere non debemus. C. XV.

FAciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest [d] †. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non haber quid faciat: quando id reliquum [e] esse [c] perspexerit, quòd rectè 6 faciat.

Iuo p. 12. c. 48. Pann. l. 8. c. 125.

† Ex isto text. infert quod actus relotnitur in potentiam cõcor. text. in l. 3. §. si quis ff. de statu. & l. 1. ff de leg. potentia ad multa refertur. 2 Consuetę dici, quod quatuor modis dr̃ aliquid posse beni. facultate naturæ, iuris permissiõe, vitæ merito. officij debito. de hoc no. Inn. ext. de conces. præbẽ. accedẽs.

6 ¶ Rectè.] *In originali legitur* [non rectè.] *sed non est emendatum propter casum.*

Cap de mendacio in recen. pressi. & simile l 2. de summo bono c. 30.

Item Isidorus in synonymis. c. 10.

Omne

OMne genus.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debet aliquis aliquo genere mendacij mentiri, nec per mendacium vitam alicuius defendere.

a ¶ Vt præstes.] id est, vt profis. Ioan.

Quòd

plo Ioseph, qui iocose fratribus suis mentitus est, non vt eos fallat. [per hominem,] id est, dispensatorem suum, qui insecutus fuit eos, & reduxit eos. [Exitus,] id est, finis.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p.12.c.49. Pan.l.8.c.126.

OMne genus mendacij summopere fuge: nec casu, nec studio loquaris falsum: nec vt præstes [a], mentiri studeas: nec qualibet fallacia vitam alicuius defendas. Caue mendacium in omnibus.

Item Augustinus in libro de mendacio, c.6.

¶ De eodem. C. XVII.

Sap.1.

SI quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari; non es mentiturus. Os enim quod mentitur, occidit animam. *& infra.* ¶ Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur; nunquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est.

¶ Caput hoc abest à plerisque vetustis, & in duobus est cum nomine Paleæ.

Item August. in libro quæstionum Gen. c.44. q.145.

¶ Non reputantur mendacia, cum ea, quæ non sunt, ioco dicuntur. C. XVIII.

Iuo p.12.c.43. Pan.l.8.c.123.

QVòd autem ait fratribus suis Ioseph: [Nesciebatis, quia augurio auguratur homo, qualis ego? [de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suũ, quid sibi velit, quæri solet. An quia non serio, sed ioco dictum est, vt exitus [b] docuit, non est habendum mendacium? Mendacia enim à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tanquam ioco dicuntur; non deputantur mendacia.

Sed in veteri testamento multa permittebantur; quorum exemplis hodie vti non licet.

Vnde Gregorius lib. 18. moral. c.3.

¶ Veterum exemplo mentiri non licet. C. XIX.

SI quis per vetus testamentum vult suum tueri mendacium, quia minus illic quibusdam fortasse nocuerit; dicat necesse est rerum alienarum raptum [c], & retributionẽ iniuriæ [d], quæ infirmis illic concessa sunt, sibi nocere non posse. Quæ omnia cunctis liquet quanta animaduersione veritas insequitur [e]: quæ nobis iam significationis suæ vmbra postposita, in vera carne declaratur.

Idem eodem libro, c.2.

¶ Obstetrices de pietate remuneratæ, de mendacio sunt punitæ. C. XX.

Iuo p.12.c.41.

SI quælibet culpa sequẽti solet pia operatione purgari; quãto magis hęc facillime abstergitur, quã mater boni operis pietas ipsa comitatur? Nonnulli vero de obstetricum fallacia conantur asserere hoc mendacij genus non esse peccatum, maxime, quòd illis mentientibus scriptum est: quia ædificauit illis Dominus domos. In qua magis

Exod.1.

b ¶ Vt exitus.] Arg. ꝙ per consequẽtia probantur præcedentia, vt 34. q.1. c.1. & 1. q.1. cõstat. ff de ac. & obl. obligationum.

SED IN VETERI TESTAMENTO. CASVS. Sup. in pxi. cap dictum est, quod iocosum mẽdacium, non est habendum pro mendacio. Nunc vero dicit ꝙ hoc obtinuit in veteri testamento, vbi multa pmittebant, q̃ hodie facere non licet. & hoc probat seq. cap.

SI quis per vetus.] CASVS. Quidam dicebant licere sibi mentiri ad instar hominum veteris testamenti. Aug. vero contra eos, ostendit, ꝙ si eorum exemplis suũ volunt tueri mendacium, pari ratione debent dicere sibi licere aliena bona rapere, & ꝓprias vlcisci iniurias, sicut tunc tẽporis constabat esse permissum, quæ si quis hodie faciat, pœnã patietur à Domino, qui prohibuit talia. [Postposita vmbra significationis,] idest, postpositis legalibus, & cęremonialibus, Christum & iustitiam noui testamẽti significantibus.

c ¶ Raptum.] Rapinã cõmiserũt filij Israel 14 q.5. dixit. Et est hic arg. ꝙ vno prohibito prohibita sunt omnia similia, vt su. dist 4. denique. in fi. & extra de constitu. translato.

d ¶ Iniuriæ.] Tunc licuit ꝓpria auctoritate vlcisci iniurias i, vt 24. q 4. cum in lege. & q.5. si audieris. hodie non licet, vt 23. q 4. inter. & q.5. de occidendis.

e ¶ Insequitur.] Cum dicit, Mihi vindictã, & ego retribuam. & cum dicit: Si quis pcusserit te in vna maxilla, præbe ei & aliam 23. q 1. in princ. Io.

i Hoc dictũ sane intellige. nã tunc bene peccabant si hoc faciebant pter auctoritatem iudicis; & sm hoc intellige hoc dictũ G. nam eius auctoritate poterãt hoc iure facere, sed si faciebant, non ideo puniebant à iudice sine lege, vt hic dicitur sm H.

QVod autem ait.] CASVS. Quæsitum fuit ab August. an mendacium quod iocose dicitur, sit habendum pro mendacio. Et respondet, quòd non: quia non serio vt alium fallat dicitur, sed ioco, & probat exemplo Ioseph [continued above].

SI quælibet.] CASVS. Quidã dicebant, ꝙ si quis mentitur pro vita alicuius, non est peccatum, immo bonum est & meritoriũ. Et hoc probat exemplo obstetricum.

cum, quibus mentientibus pro vita Iudæorum, Dñs eis domos ædificauit. Sed Aug contra eos ostendit, ꝙ pro vita alicuius mentiri, peccatum est. tñ si alia peccata p pœnitentiam sequentem delentur, hoc multo facilius deletur, nec illæ obstetrices propter mendaciũ meruerunt; imò demeruerunt; quia quod potuit i æterna vita eis retribui, est in terrenam recompensationem declinatum.

a ¶ Mereatur.] Id est demeretur.

b ¶ Merces.] Arg. aliquem consequi pęnã & præmiũ ex eodem facto, sicut miles, qui mittitur causa ignominiæ, liberatur à sacramento. & est contra id, ff. de neg. gest. siue. & 16. q. prima, legi.

Pœnã & pmiũ consequit quis ex eodẽ facto.

c ¶ Æterna.] Videas ergo, ꝙ si aliquis prosperitatem habet in hac vita, per hoc aufertur ei * spes æternæ vitæ, vt de pœ. d. 3. qd ergo turbamur. Item ex isto loco videt, ꝙ istæ mulieres, quæ mentitæ fuerunt p salute alterius, peccauerunt mortaliter, quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. Augu. tamen dicit eas venialiter peccasse. Sed vt patet in gl. Gregorij super Exo. vnde sumptum est illud c. istæ mulieres bis fuerunt mentitæ. Primo promiserunt Pharaoni, ꝙ omnes masculos interficerent: sed tunc habebãt in proposito, ꝙ non interficerent, illud peccatũ fuit veniale, quia fuit pro vita illorum conseruanda. & de illo loquitur August. postea vero pueris reseruatis cum redarguerentur a Pharaone, secundo sunt mentitæ, cum dicebant Hebræorum mulieres habere scientiam obstetricandi, &c. & tunc non fuerunt mentitæ pro vita puerorum, quia illi iam seruati erant: sed pro propria vita, ne interficerentur. & hoc mendacium fuit mortale *, propter hoc damnatæ fuerũt. Quidam tamen dicunt, ꝙ licet propter veniale peccatum non damnetur aliqs, tamen impedire potest aliquem ne saluetur. Sed hoc non credo, cum veniale peccatum non tollat gratiam: nec eam impedit, etiam si omnia venialia peccata aliquis commisisset.

*Difficilior redditur.

Prosperitas in hoc sæculo est periculosa.

Mulieres q̃ Pharaoni promiserunt oẽs mares interficere, bis sunt mẽtitæ.

* Immo neque illud mortale, quoniã non perniciosũ.

d ¶ Potuit.] Si habuisset charitatem.

e ¶ Parabat.] Dominus.

f ¶ Captiose.] Id est, caute.

QVANDOQVE. Hæc est quinta pars qõ. in qua dicitur, ꝙ possunt quandoque dissimulare boni viri, & nõ peccant: quædam etiam dicunt prophetando. Io. de Fant.

ABRAHAM. CASVS. Dr hic, ꝙ non solũ Ioseph fuit à mendacio excusatus in veteri testa. sed ẽt Abraham, qui mentitus fuit pueris suis cum aliud diceret, & aliud se facturum deliberaret. Et hoc inducit seq c.

PROPHETAVIT CASVS. Ambro. ostendit in hoc cap. ꝙ Abraham cum dixisset se cum filio rediturum, & propositum haberet ipsum immolandi Deo, captiose loquebatur, ne aliquis seruorum ipsum impediret: Dñs tñ per os eius prophetauit id, quod ipse cogitauit.

recompensatione cognoscitur, quid mendacij culpa mereatur [a]. Nam benignitatis earum merces [b], quæ eis in æterna [c] potuit [d] vita retribui, præmissa † culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata.

† al. pro admissa

Abraham quoque loquens ad pueros suos ait. (Sedete hic cum asino: ego & puer illuc vsque pertransibimus: & cum adorauerimus, reuertemur ad vos;) licet aliud se facturum deliberaret; tamen excusatur à mendacio. Vnde Ambrosius in libro de patriarchis. (¶ Prophetauit Abraham, quod ignorabat. Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat [e]. Captiose [f] autem loquebatur cum seruulis; ne cognito negotio, aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu.

Gen. 22.

l. 1. de Abrahã, c. 8.

5 *Quandoque aliquid iubendo significamus velle fieri, quod tamen fieri nolumus: sed exprimentum obedientiæ quærimus: sicut Abraham à Deo tentatus legitur, cum iussus est immolare filium, quem Dominus nolebat ab eo occidi. Vnde in eodẽ libro idem Ambrosius: (¶ Non enim volebat [g] Deus immolari à patre filium: nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandam obtulit: sed tentabat affectum patris, si Dei præcepta præferret filio,) & infra: (Non iniicias, inquit, manum in puerum: neque facias ei quidquam.* [*& infra: (Affectum tuum inquisiui, non factum exegi: tentaui mentem tuam, si etiam filio dilectissimo non parceres propter me. Non aufero quod donaui ipse: nec hæredem inuideo, quem largitus sum non habenti.*]

Gen. 22.
Ibidẽ in principio capitis 8.

Item Hieronymus in epistola ad Galatas, c. 2.

¶ Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. C. XXI.

VTilem [h] simulationem, & in tempore assumendam

CASVS. Docet Grat. hic, ꝙ quandoq; significamus id fieri quod fieri nolumus, sed hoc facimus ad experimẽtum obedientiæ: sicut Deus tentauit Abraham vt eius obedientiam experiretur. Hoc probat per seq.

NON ENIM. CASVS. Legitur in Genesi quòd Dominus præcepit Abrahæ, vt filium suum Isaac sibi immolaret: quod cum facere vellet, prohibuit eum Dominus: & ouem pro filio obtulit immolandam: quia Dominus non ideo præcepit Abrahæ filium suum immolare, eo quòd vellet ita fieri: sed vt eius obedientiam tantummodo experiretur.

g ¶ Volebat.] Sed nunquid voluntas Abrahæ fuit contraria voluntati Dei? non: sed ipsa volita fuerunt contraria. Abraham enim volebat interficere, & Deus hoc ipsum noluit, scilicet ipsum Abraham velle interficere, & sic eadem fuit voluntas.

VTilem.] CASVS. Ostendit Hieron. ꝙ multoties simulatio vtilis est, & quòd homo debet simulare id quod non est: nec fieri cupit. Et hoc probat tribus exemplis scilicet Iehu regis Israel, & Dauid, & Christi, qui, simulationem peccatricis carnis assumpsit.

h ¶ Vtilem.] Arg. quod dolus cõtra hostẽ bonus est, vt 23, q. 3. dominus. & 47. distin. in mandatis, & ff. de cap. &

Dolus in hostem bonus est.

& possli re.nihil interest, C.de commer. & merea l 2. & 14 q.5.dixit. & de consecr d. 2 dixit dñs. Sicut econuerso quædam dissimulare possumus ff.de noua cõtra doli.in fi.ar.cõtra 23.q.1.noli.dolus vero vel simulatio ad fallẽdũ semper malus est, vt 27.di.qđ interrogasti, & 12.q.1. te

mendacia sint venialia, & quæ mortalia: Postea facit quendam quæstionem, quare.f. Abraham cum descenderet in Ægyptum cum vxore, rogauit eam vt sororem suam se esse mentiretur: ne si diceret se vxorem illius, interficeretur propter eam: cũ dictum sit, su.c.ne qs arbitretur. nõ esse mẽtiendum pro tẽporali vita alicuius. Postea soluit hanc obiectionem, dicẽs quòd Abraham noluit mẽdacium dici, sed verum taceri voluit: quia de eodem sanguine nata, vere soror dicebatur.

Iehu regis Israel nos doceat exemplũ, qui cum non potuisset interficere sacerdotes Baal, nisi se finxisset velle idolũ colere; dixit: [Congregate mihi omnes sacerdotes Baal. Si enim rex Achab seruiuit Baal in paucis; ego seruiam ei in multis.] Et Dauid quando mutauit faciem suam corã Abimelech; & dimisit eum, & abijt. Nec mirum quamuis iustos homines, tamẽ aliqua simulare ꝓ tempore ob suam & aliorum salutem: cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem [a] peccatricis carnis assumpserit: vt condemnans in carne peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei.

4. Reg. 10. 1. Reg. 21.

Ecce, quæ mendacia sint venialia, & quæ damnabilia. ¶ Sed quæritur quare dicat Augustinus non esse mentiendum pro temporali vita alicuius: cũ Abrahã descendens in Aegyptum rogauerit Saram, vt sororem eius se esse mentiretur, dicẽs [Noui, quòd pulchra sis mulier: & quòd cum viderint te Aegyptũ, dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui.] Sed Abraham non mendaciũ dici, sed verum taceri voluit.

Gen. 12

Vnde idem August. ait in quæstio. Genes. q. 26.

¶ Quomodo Abraham excusetur à mendacio, quis Saram sororem suam esse dixit. C. XXII.

QVæritur, cur patriarcha mentiri [b] voluit, vt diceret Saram sororem [c] suam: & non potius Deo cõmisit; qui se, vellet, eius pudicitiam apud Pharaonem [d] seruare posset. Sed veritatem voluit celari, nõ mendacium dici. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat. Et in hoc ostẽditur, ꝙ nemo debet tentare Deum suum, dum habet quod rationabili consilio faciat [e]. Fecit quod potuit: quod non potuit, Deo commisit, in quem sperauit: nec eum fides, aut spes fefellit. Si autem interrogatus illam fęminam indicasset vxorem; duas res tuendas committeret Deo, & vitam suam, & vxoris pudicitiam.

l 22. cõtra Faustũ, ca. 36. 33. & rursus 36.

¶ *In quæstione ipsa vi esima sexta non sunt omnia verba huius capituli: sed confectum est etiam ex libro 22. contra Faustum, & contra Secundinum, & ex alijs locis.*

Itẽ opponitur, quòd Iacob mentiendo & sibi profuit, & alij nocuit: nec tamen reprehenditur, sed commendatur. Sed Iacob dicendo esse Esau primogenitum, non est mentitus †. Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo, sed ius primogenituræ, illo vendente, rite adeundo. Sic

Ge. 27. & 25. Matt. 11.

QVærit.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augu. cur Abrahã patriarcha mentiri voluit Saram, vt se sororem suam diceret, & non potius cõmisit ipsum Deo. Et respondet. ꝙ noluit mendacium dici: sed veritatẽ occultari voluit. soror enim sua erat, quia filia erat fratris. & ꝙ nõ commisit eam Deo tñ, dedit nobis exemplũ vt quãdiu possumus rationabiliter pericula euitare, Deum tentare non debemus.

b ¶ Mentiri. Ecce dicit Aug. ipsum mentitum: & tamen postea dicit ipsum non mentitum. & hoc est notandum circa rescripta, vel circa iudicia, an quærendo vel narrãdo vel diffiniẽdo aliquid dicatur, vt 3.q.6 hæc quippe. & sic est hic argumẽtum. quòd interrogans non confitetur. Argu. contra 30.q.1. de eo.

Abrahã an sit mentitus

c ¶ Sororem.] Hic patet, ꝙ nõ quilibet secundus gradus fuit in lege prohibitꝰ. extra de conuers infid. interrogasti. in parte decisa. Itẽ patet hic ꝙ licite per æquiuocationem possumus hostem deludere, vt no. sup. ea. ne quis. & inf § proxi.

Interrogans non confitetur.

d ¶ Apud Pharaonẽ.] contra 32.q.4. nemo. vbi dicitur de Abimelech. ibi sol. nam ambo in ipsum Abrahã deliquerũt de pę.

† Adde Ale. de Imo. in l. qiurato. cir. fi. ff q satisd. cog. & text. i l. q iurasset. in prin. ff de iureiurã. & singulariter Bal. in l. obseruare. § ꝓficisci. in 2. vel 3. col. ff. de off ꝓcõ.

certe. C de lat liberta tollen. l. 1. § sed & qui pileati.

a ¶ Simulationem.] Vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas: si diabolus eum filium Dei sciuisset, nunquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset.

Diabolus à Christo fuit deceptus.

‡ Al. August.

ECCE. CASVS. Dicit Grat. ex supradictis patere quę d. 1. ex his aliàs est, §. denique. ver. reges quoque. Lau.

e ¶ Faciat.] Non ob. de conse. d 1. omnis Christianus. vt ibi soluitur sic, 23. q. vlt. si nulla.

ITEM OPPONITVR. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima probat adhuc ꝙ homo po-

potest mentiri vt sibi prosit etiam alteri nocendo. Qđ probat exẽplo Iacob, qui mentitus est se esse Esau patri benedicenti: & hoc modo sibi abstulit ius primogenituræ. Sed hanc obiectionem soluit Grat. dicens, Iacob nõ esse mentitum, non enim se dixit esse Esau natiuitate, sed adiectione vel imitatione: quia ex quo Esau sibi vendiderat ius primogenituræ: rite eũ imitari poterat; & ius illud adire quod emerat. & hanc solutionem probat quattuor exẽplis. ſ Ioannis, quem Christus dixit esse Heliam virtutis imitatione: Iudæorũ & gentilium & Romanorum. In secunda parte dr̃, q̃ q̃uis ep̃s de quo agit in themate, iurauerit falsum qđ putabat esse verũ, non tñ reus periurij iudicat: qđ ꝓbat exẽplo Saulis, q pugnaturus cõtra Philisteos iurauit se interfecturum quicumq; comederet ante solis occasum, contra qđ iurum Ionatha, fili⁹ suus fauũ mellis comedit: pp quod pater eum condemnauit ad mortem: sed preces populi hãc ad sñiam reuocauit: nec tñ propter hoc reus periurij iudicatur. Secunda pars incipit ibi, [Eps vero.] Primũ exemplũ primæ partis est ibi: [Sic & Chrs Ioannem] Secundum ibi, [Sic & Iudæi.] Tertiũ ibi, [Econtra gentiles.] Quartum ibi, [Hinc idem Apostolus.

a ¶ Sed imitando.] Et ait q̃nque aliquis sumit potius appellationem ab accidenti quàm à natura, vt ff. de ori iur. l. 2. in pri. & 1. q. 1 cito.

b ¶ Præputiũ facta est.] i. circumcisus es in præputio, & nõ in corde cum tamen dixerit leg. Iator circumcidite uos & amputare præputia cordis vestri.

c ¶ Reputat.] i. gentilis reputabit circũcisus si seruat legem.

integ. rest. diuus. & edictũ tantum ligat eos ad quos peruenit, vt 82. distin. proposuisti. in fi. ff de decr. ab ord. fa. l. vlt. tamen hæc non est excusatio sufficiens dummodo edictũ sit publice propositum, vt 16 dist. quod dicitis.

g ¶ Stragem.] Et hoc ei non proficit si scienter contra edi-

Edictum ligat tm̃ eos ad quos peruenit.

& Christus Ioannẽ dixit esse Heliã, non persona, sed imitatione virtutis. Erat ergo Iacob Esau, nõ nascendo, vt diximus, sed emptione primogenituræ de nõ primogenito in primogenitũ trãseundo, sicut & ipse Esau primogenita vẽdendo de primogenito nõ primogenitus fieri meruit. Sic et Iudæi, cũ essent filij Abrahæ carne; qa nõ fuerunt filij eius imitatione, nõ deputantur inter filios Abrahæ, sed dñr filij diaboli: cuius filij sunt, nõ nascẽdo, sed imitãdo [a]. Vnde à Domino audire meruerũt: [Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: nunc aũt quæritis me interficere, hoĩem, qui veritatẽ locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri facere vultis. ¶ Econtra gentiles, cũ secundũ originẽ carnis ab Abrahã essent alieni; tamen imitatione fidei, & iustitię successerunt in filios Abrahæ. Unde ab Apostolo dicitur eisdem. [Si aũt Christi, ergo Abrahæ semen estis.] ¶ Hinc idem Apostolus scribens Romanis ait; [O tu Iudæe si circũcidaris, nec legẽ obserues, circũcisio tua preputiũ facta est [b]; qũo & præputiũ, si iustitias legis custodiat, in circũcisionem reputatur [c].] Præfertur ergo, vt ex præmissis colligitur, imitatio operis origini carnis. Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mẽtiendo, sed verũ dicendo, sibi profuit, alteri vero nõ nocuit [d]: quia benedictionẽ sibi debitã accipit, non alienũ † surripuit. ¶ Eps vero iste, de quo agitur, & falsum iurauit, tamen quia, vt supradictũ est, ream linguã non facit nisi rea mẽs [e]; nequaquam reus periurij habetur. Probatur hoc etiam exemplo Saulis, qui cũ esset pugnaturus contra Philistæos, iurauit se interfecturum quicumq; ante solis occasum comederet. Ionathas autem filius eius non audito [f] regis iuramento, cũ pugnando magnã hostium stragem [g] dedisset, & salutẽ fecisset in Israel; fame laborans [h], vidit fauum mellis, quẽ regia virga, quam gestabat in manibus, accepit, & comedit: statimque oculi, quos fere fames clauserat, aperti sunt, & facies eius exhilarata est. Quo comperto, Saul voluit eũ dare neci, sed precibus, & pia populi supplicatione placatis, mortis reuocauit sententiam, ne interficeretur ille, per quem salus data erat in Israel; & pugnante, de manib. hostium populus ille liberatus fuerat. Ecce Saul falsum iurauit: quia quod iureiurando se facturum decreuit, precib. populi reuocatus † non fecit. Nec tamen periurij reus arguitur: quia, quãtum [i] in ipso fuit, quod iurauit, impleuit: dum sententiam mortis in filium dedit: quam non carnali affectu, sed populi supplicatione reuocauit.]

Ioan. 8.

Ioan. 8.

1. Cor. 4.

Rom. 2.

† alienam

sup. c. homines

1. Reg. 21.

† al. ꝓuocatus.

d ¶ Non nocuit.] Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est, vt ext. de elect. cum ecclesia.

e ¶ Nisi rea mens.] Vt sup. ea homines.

f ¶ Audito.] Quia vox præconia paucis innotescit, vt C. quõ & qñ iudex auth qui semel & q tarde venit ad iudiciũ, præsumit non audiuisse vocem præconis, vt ff. de in

Vox præconia paucis innotescit.

edictum fecit, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello r.

h ¶ Laborans.] Illud eum potuit excusare. de cons. d. 5. discipulos.

i ¶ Quia quantum.] Sic dicitur aliquid quantum ad se, non quantum ad alios, vt 49 d. c. vlt. & de conse. dist. 4. quatis, & 1. q. quod quidam.

† Et ff. de recor. qui sub tu. l. quãuis. 16. q. 1. monachi.

Cum



Vm ergo.] CASVS. Hæc est 3.q. vbi quæritur, an licuerit archidiacono iuramento firmare quod episcopo suo debitam reuerentiam negaret? Et respondet quòd non, cum episcopus propter tale iuramentum quod fecit, reatum periurij non contraxerit: cum etiam si periurus fuisset, tamen non liceret archidiacono, vel alicui subiectorum ab eo discedere ante definitiuam sententiam. & ideo illicitum fuit archidiaconi iuramentum.

a ¶ Obedientia.] Hæc quæstio determinatur. su. 15. q. vl. cap. vlt. sup. 8. q. 4 cap. nonne.

QVAESTIO III.



Vm ergo, vt ratione, & exemplo monstratum est, episcopus reus periurii non esset; consueta obedientia [a] *ab archidiacono sibi denegari non debuit: cum etiam si criminosum illum esse constaret; ante diffinitiuam tamen sententiam, vt supra monstratum est, nulli clericorum suorum ab eo liceret discedere. Cõstat ergo illicitũ esse quod archidiaconus iurõ firmauit. Vnde merito quæritur, an debeat seruari, vel non.*

QVAESTIO IIII.



Vod autem illicita [b] *iuramenta seruari non debeant, in Toletano concilio 8. c. 2. legitur: in quo sic statutum est.*

¶ Melius est vota stultæ promissionis non implere, quàm crimen committere. C. I.

Iuo par. 12. c. 9. Pann. l. 8. c. 90.

SI publicis sacramentorum gestis (quod Deus auertat) à quibuslibet illicita, vel non bona extitisset † conditio allegata, quæ aut iugulare animam patris, aut agere compelleret stuprum sacratissimæ virginis; nunquid non tolerabilius [c] esset stultę promissionis vota reijcere, quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram?

† *al. extitisse conditio allegatur*

Item Ambrosius de officiis, libro primo, c. 50.

¶ Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. C. II.

Ibidẽ i Tole. 8.

EST etiam contra officium [d] nonnunquam soluere promissum; sacramentum custodire [a]: vt Herodes, qui iurauit, quoniam, quidquid [e] petitum esset, daret filiæ Herodiadis: & necem Ioannis præstitit, ne promissum negaret.

Sent. 3. dist. 39. Iuo par. 12. c. 3. Pann. l. 8. c. 91. *Matth. 4.*

a Custodire.] *Addita est vox ista ex originali, & concilio Toletano, in quo refertur.*

Vm ergo.] ... malis, si autem iuramentum est illicitum ex modo, quia incaute iurauit aliquis rem licitam, scilicet comedere, vel bibere, seruandum est: cum in deteriorem exitum non vergat, vt inf. ea. c. si aliquid. & § illicitum.

b ¶ Illicita.] Iuramentum sex modis dicitur illicitum: ex persona, ex re, ex fine, ex causa, ex tempore, ex modo. Ex persona dupliciter, vel ex psona eius, q iurat, vel ex persona eius cui iuratur. nam si impubes iurat, nõ tenet iuramentum [t], vt infr. ead. quæst. 5. paruuli. Item si clericus laico iurat. infr. q. 5. nullus. Ex re est illicitum est iuramẽtum dupliciter, vt si res sit illicita, quę iuratur, vt inf. ea. in malis. & si res illa, per quam iuratur, non sit sacra, vt sup. ea q. 1. clericum per creaturas. & sup. q. 1. considera. Ex fine illicitum est, vt si iuretur propter electum, & ante electionem, vt 8. q. 3. Artaldus. Ex causa, vt si ad clamorem populi iuretur, vt infr. ead. vnusquisquę. Ex modo est illicitum, vt si temere iuretur, vel indiscrete, vel præter necessitatem, vt su. ead. q. 2. c. 2. & infr. ea c si aliquid. Item iuramentum ex tempore est illicitum, vt si iuretur i quadragesima, nisi de pace componenda, vt 1. q. 5. decreuit. quod hoc versu perpenditur.

Quis, cui, qd, per quod, ad quid, cur, quomodo, quando.

Breuiter ergo teneas in hac quæstione, q semper iuramentum est seruandum, si est licitum, licet etiam illicitum sit ex modo iurandi, vt infr. ead. si aliquid. extra de iureiuran. c. debitores. Ioan.

Iuramentũ sex modis dicitur illicitum.

t Ad idem ff. de iureiuran. peieraffe. nisi in casu ff. de li. cau. l. vlt.

Vòd autem.]. Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima probat per xx. capit. q in malis promissis rescindendũ est iuramentũ, scilicet cum seruari non possit sine detrimento salutis æternæ. Scdã ibi, [Ecce q iuramenta.] Tertia ibi, [Sed cum his.] Io. de Fan.

CASVS. Hic proponitur quarta quæstio. vbi quæritur vtrum iuramentum illicitum sit seruandum. Et respondet, si iuramentum est illicitum: quia de re illicita, scilicet de faciendo peccato mortali, vel veniali, non est seruandum, vt inf. c. 1. & c. seq. & maxime in illo cap. in malis, ...

SI publicis.] CASVS. Aliquis iurauit interficere patrem suum, vel corrumpere sanctimonialem. quare quæsitum fuit in concilio Toletano, vtrum tale iuramentum sit seruandum, & respondet quòd non: quia tolerabilius est turpem promissionem reijcere, quàm eam adimplere. Seq. cap. patet cum §.

c ¶ Non tolerabilius.] Nec peccat transgrediendo, vt inf. ead. in malis. & cap. inter. licet tunc peccauit quando iurauit [z]. Ioan.

d EST etiam contra officium.] Id est, pietatem.

e ¶ Quidquid.] In hoc generali iuramento non intelligitur iurasse nisi quod licite facere potuit [&], vt extra de iureiuran. Quintauallis. extra de elect. causam. ff de ope. liber. si libertus. & ff. de ritu nup. l. generali. & ff. de iure dot. siue generalis. Ioan.

z Vnde ei pœnitentia inducitur. ext. eod. tit. cum qdam.

& Non enim iuramentũ est vinculũ iniquitatis infr. ea. q. inter. extra de iureiur. quãto. & circa hoc dic vt le. & not. extra de homic. cũ iuramento, Arc.

QVòd Dauid.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ iuramentum illicitum non est seruandum: & hoc probat exemplo Dauid, qui iurauit interficere Nabal, & tamen promissionem suam non adimpleuit. Idem est casus sequentis cap. sed additur, ꝙ de duobus malis eligitur minimum. Aliud c. scilicet, in malis promissis, planum est.

a ¶ Temerariam.] Iuramentum temerarium & inconsulto calore iracundiæ factũ, non est seruãdum, vt hic, & 22. q. 3. præuaricator. Ioan.

b IVrauit.] ¶ Peccatus.] Id est, quæ videntur peccata i. cum alterum non est peccatum. Ioan.

Id est, q̃ per se considerata sũt de genere peccatorũ: cũ naturali casu transgressio iuri nullum est peccatũ & veniale s̃m Hu. sed tunc peccauit Dauid cũ temere iurauit. La.

c IN malis.] Aliud in malis promissis, & aliud in male promissis primũ non est seruandum, secundum hic, vt infra ead. cap. prox.

SI aliquid.] CASVS. Ostendit hic Beda, quòd si quis iurat se interfecturum hominem, vel aliud peccatum perpetrare: potius debet venire contra iuramentum, quàm in aliud grauius crimen incidere: qđ probat exẽplo Dauid, qui licet iurauerit interficere Nabal virum stultũ, & impium, tamen ad preces Abigail vxoris eius contra sacramentum veniens ensem reuocauit in vaginam.

d ¶ Peiorem.] Simile extra de iureiu. si vero.

Iusm nõ sp est adimplẽdum.

d ¶ Peiorem.] Item aliud exemplum potest poni quàm hic ponatur, vt si iuraui me peccaturum venialiter, tale iuramẽtum non debeo adimplere: quia adijcerem peccatum peccato, vt infra ead. distinctio. & si temere aliquid iuratur, quod est licitum, adimplẽdum est. si tamẽ propter necessitatem nõ possum adimplere, venialiter pecco, vt 25. distinct. §. criminis. in fi. & à licito iuramento (vt dicũt quidam) Papa non potest absoluere, vt not. 15. quæstio. 6. auctoritatem. sed contra eos est extra de iureiur. venientes. Io.

Papa an possit absoluere à licito iuramento.

NOn solum.] CASVS. Hic dicitur quod si aliquis iurauit aliquid illicitum, non debet illud adimplere: sed de duobus malis minus eligere debet, scilicet, vt non adimpleat quod promisit.

Item in sermone S. Augustini episcopi de decollatione S. Ioannis Baptistæ, qui, sic incipit [Cum Sanctum Euangelium legeretur.]

a Con- Serm. 11. de sanctis, cuius principium est [Propter hunc.

¶ Pietas fuit, quòd Dauid Nabal, sicut iurauerat, non occiderit. C. III.

QVòd Dauid iuramentum per sanguinis effusionẽ nõ impleuit, maior pietas fuit. Video α Dauid pium hominem, & sanctum in temerariam [a] iurationem cecidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quàm iurationem suam fuso hominis sanguine implere.

Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 11. Pann. l. 8. c. 92.

α ¶ Video.] *Hæc sunt verba B. Augustini in eo sermone. Antecedentia autem videntur summa quædam, nec sunt apud Iuonem, aut in Pannormia.*

Idem ibidem.

¶ De eodem. C. IIII.

IVrauit Dauid temere, sed non impleuit iurationem maiori pietate. *& infra.* ¶ Ecce sanctus Dauid non quidẽ iratus sanguinem hominis fudit; sed cum, falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis [b] elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.

Sent. ibidem. Iuo ibidem. Pann. l. 8. c. 93.

Item Isidorus in synonimis, libro secundo β.

Cap. de mendacio in impressio Parisijs.

β ¶ Secundo.] *Etiã B. Braulius in vita Isidori memorat duos synonymorum libros. Et in synonymis, quæ nuper cum alijs Isidori operibus sunt Parisijs impressa, facile locũ haberet diuisio in duos libros. Nã ex posteriore parte videtur sumptus libellus de norma viuendi, qui in eodem Parisino codice habetur. Alter autem libellus de contemptu mundi qui & ibidem, & antea Antuerpiæ, & olim Venetijs sub hoc titulo* Isidorus de homine, & rõne deflẽte, & de hoie, & rõne consolante, *impressus est, videtur epitome quædam synonymorum.*

¶ Turpia vota seruanda non sunt. C. V.

IN malis [c] promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretum: quod incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.

Iuo p. 12. c. 12. In Tolet. 8. c. 2. & in Tribur. c. 21. & gl. ord. in ca. 14. Matthæi, in versiculum.

Item Beda in hom. 44. in Natali decollationis S. Ioan.

¶ Non est obseruandum iuramentum, quo malum incautè promittitur. C. VI.

SI aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem [d] vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus, ac magis instãte necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit Dauid per Dominum occidere Nabal virum stultum, & impium, atque omnia, quæ ad illum pertinerent, demoliri. Sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

inf. eo. si aliqd. c. 16. Burc. l. 12. c. 18. Iuo p. 12. ca. 13. & 95. Panu. l. 8. c. 94. & 118.

1. Reg. 25.

Idem ibidem.

¶ De duobus malis minus eligi oportet. C. VII.

NOn solum in iurando, sed in omni, quod agimus, hæc

Iuo p. 12. c. 13. Pann. l. 8. c. 93.

a ¶ Contagio.] Quantum ad perplexionem animi, vt 33 d.nerui.
b ¶ In quo minus.] Quoties enim aliquid sine captione fieri non potest, semper id quod minimum est, sequimur, vt ff. de re iud. quoties nihil. Io.
Vnus.

sententiam sæpe mutet & mutando melioret.
c ¶ Inhonestum.] Non solum ergo iuramentum rei illicitæ non est seruandum, sed nec etiam inhoneste imme si tendat ad inhonestatem quandoque non est seruandum, licet possit seruari sine interitu salutis æternæ, vt extra de iureiur. quemadmodum.

est moderatio solertius obseruanda, vt si in talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidijs, ex quo sine aliquo peccati contagio [a] surgere non possimus; illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus [b] periculi nos perpessuros esse cernimus.

In Tolet. 8. c. 2.

Item Ambrosius de officijs, lib. 3. c. 12.

¶ Tolerabilius est iuramentum non implere, quàm quod turpe est facere. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 17.

Vnusquisque simplicem sermonem proferat: vas suũ in sanctificatione possideat: nec fratrem suũ circumscriptione verborũ inducat: nihil promittat inhonestum [c]: aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere, quàm facere quod turpe sit. Sæpe plerique constringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum non fuisse; sacramenti tamen contemplatione faciunt, quod spoponderunt: sicut de Herode supra scripsimus: qui saltatrici præmium turpiter promisit, crudeliter soluit. Turpe, quod regnũ pro saltatione promittitur: crudele, quod mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur. Quanto tolerabilius tali fuisset periurium sacramẽto † ? Si tamen periurium possit dici, quod ebrius [d] inter uina iurauerat, quod euitatus [*] inter saltantium [e] choros promiserat. Infertur disco prophetæ caput, & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ [f] fuit. *& post pauca de Iepte* [g] *disserens.* ¶ Miserabilis, inquit, necessitas, quæ soluitur parricidio. Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. *& post paululũ.* ¶ Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Pann. l. 8. c. 101.

Matt. 14.

† homicidio] Iuo

Ibidem.

Iud. 11.
Inf. c. non semp

[*] ¶ Euitratus.] *Emendatum est ex B. Ambrosio, & Iuone. Antea enim legebatur,* & iuratus.

d ¶ Quod ebrius.] Ergo promissio ebrij non tenet [i], vt 15. q. 1. sane.
e ¶ Saltantiũ.] Arg. quod id quod ad clamorem populi promittitur: non tenet. ff. 8. q. 1. licet. & c. si ergo. & extra de elect. Osius. Item alia ratione non debuit tenere hoc iuramentum, quia ob reuerẽtiam hospitum videtur promisisse. & ea quæ ob reuerentiam alicui promittuntur, non ligant. vt ff. quarum rerum actio nõ datur. l. 1. §. quę honorandæ. sic ergo taciturnitas, quæ fit ob reuerentiam aliquorum, nõ præiudicat, vt ff. de fur. l. pen.
f ¶ Quod amentiæ.] Alias amicitiæ.
g ¶ De Iepte.] Infra prox. causa. q. 5. si nõ licet, in fi. contra. vbi dicitur, quod votum illud fuit à spiritu sancto. Sed dicas quod votum fuit iustum: sed talis solutio fuit iniusta. Hebræi tamen quidã reprehendunt etiam ipsum votum: & dicunt quidam, quod si equus vel asinus ei obuiasset, nũquid illud obtulisset domino? quasi dicant non.

i Item tenet cũ ista glos. Ful in cõsil. 80. in fi. vbi dicit quod contractus ei⁹ & potationib. & ebrietatibus, vel adulationib. est inductus ad vendendum rem minori pretio quàm valeat, est ipso iure nullus pro hoc fa facit c. sane. in gl. alias.

Item ex concilio Toletano 8. c. 2.

¶ Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. C. IX.

Incommutabilis, eademque semper existẽs Dei natura, parcens sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam [h]. Vnde quãlibet sit impassibilis, atque immutabilis, eiusdem deitatis licet sint dicta firmissima crebro tamen eius, & iuramenta leguntur, & poenitentia: quæ sacris extant my-

Incommutabilis.] CASVS. Quæsitũ est in concil. Toleta. vtrum quis possit venire contra iuramentum suum illicitum, & respondet quod sic, & hoc probatur exemplo Domini: quia licet sit incommutabilis, legitur tamen suam sententiam mutasse, & contra sua iuramenta venisse. Probatur & hoc auctoritate Hier. prophetæ dicentis: Repente loquar, &c. [Iuramenta,] idest, dispositiones, secundum quod merita hominum exigebant. Seq. cap. patet.

Vnusquisque] CASVS. Ostendit hic Ambr. quod aliquis non debet illicitum promittere: & si promisit, tolerabilius est promissum non adimplere, quàm facere rem illicitam. Et hoc probat exemplo Herodis & Iepte. qui sæpe in scriptura reprehenduntur, eo quod per promissionem suam illicitam impleuerunt. nam bene poterant mutare voluntatem prauam, cum ipse Deus suã

h ¶ Sententiam.] Idest, communicationem mea, quæ Dominus dicit communicando, vel commonendo, bene reuocat: sed ea quæ asserendo dicit, non reuocat. vnde Macrobius dicit quòd tripliciter contingit deos loqui.

Deus quæ à se dicta reuocet.
Deus tripliciter loquitur.

sterij adoperta. Iurare namque Dei, est à seipso nulla tenus ordinata conuellere: pœnitere vero eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Sic enim per Hieremiam dicit: [Repête loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud. Si pęnitentiam egerit gens illa super malo suo, quod locutus sum aduersus eam; agam & ego pęnitentiam super malo, quod cogitaui [a], vt facerem ei.] Hier. 18

¶ *Initium huius capituli emendatum est ex recentioribus editionibus conciliorum Coloniensibus, & codice Lucensi regio. In vetustioribus autem editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, duobusque monasterij Dominicani post ver.* innectenda. *quod in ipso concilio antecedit huic capitulo, sequitur continenter.* Et enim immutabilis deitatis licet dicta sint firmissima, crebro tamen, &c. *intermedijs omissis.*

Item Augustinus.

¶ Sapientis est reuocare, quod male loquitur. C. X.

Magnæ sapientiæ est, reuocare [b] hominem, quod male locutus est.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 7.

¶ Qua pęna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. C. XI.

Qvi sacramento se obligauerit, vt litigans cũ quolibet ad pacem nullo modo redeat; pro periurio vno [c] anno à cõione corporis & sanguinis Dñi segregatus, reatum suum eleemosynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs absoluat. Ad charitatem vero, quæ operit multitudinem peccatorum, celeriter venire festinet. 1. Pet. 4.

Burc. l. 12. c. 17. Iuo p. 12. c. 74. Rabanus in pęnit. c. 10.

Item Ambrosius lib. 3. officiorum, c. 22. †

¶ Non omnia promissa soluenda sunt. C. XII.

Non semper promissa omnia soluenda sunt. Deniq; ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam; sicut scriptura indicat.

Item Isidorus sententiarum lib. 2. c. 31.

¶ De eodem. C. XIII.

Non est obseruandum iuramentum, quo malũ incaute promittitur: veluti si quispiam adulteræ perpetuã cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum, quàm permanere in stupri flagitio.

† In Tole. 8. c. 2. su. c. vnusquisq. in fine. Iuo p. 12. c. 17. Pann. l. 8. c. 108. Cõc. Tol. 8. c. 2. Beda in Scintil lis. c. 36. Glo. ordi. in ca. 14. Matt. Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 12. c. 10. Iuo p. 12. c. 36. & 67. Pann. l. 8. c. 118.

Item ex concilio Toletano, c. 8.

¶ Male iurans pœnitentiam agat. C. XIIII.

Necesse est, vt male [d] iurans dignam pęnitentiam agat; eo quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in vanum: quia in Exodo scriptum est: [Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.] Exod. 20.

Rabanus lib. pęnit. c. 21. Burc. l. 12. c. 7. & 29. Iuo p. 12. c. 64.

¶ *Verba propria huius, & sequentis capitis non sunt in canone secundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœnit. cap. 21. & Burchardus lib. 12. capitu. 29. Conuenit enim hoc afferre cum ijs, quæ in secundo illo canone leguntur. Idem vero Burchardus, capitulo 7. citat ex Toletano, capitulo 9. Iuo autem absolute ex Toletano. Suntque apud ipsos hæc duo capita coniuncta,*

a ¶ Cogitaui.] Idest, videor cogitasse.

b Magnæ.] ¶ Reuocare.] i. nõ adimplere: nec dicit fallax: si ad rei veritatem reuertitur, vt 22. q. 1. apud.

Id qđ. s. male, & c. reuocare inquã cessatione operis. s. vt cesset, & nõ adimpleat illud malum, qđ dixerat se facturum, vel verbo vel iuramento. H. aliàs euolare missum, &c. 43. d. §. vlt. & hoc cũ iurat qs illicitum ab initio. vel ẽt cũ ex post facto tendit ad noxã. 63. di. §. verum. 45. d. licet nõ Lau.

Qvi sacramento.] CASVS. Iurauit quidam, q̃ nunquam per pacem cum suo inimico veniret. quæsitum fuit in concilio Ilerdensi quid sit super hoc faciendum: & respõdetur quòd pro periurio. i. illicito sacramẽto dẽt per annum à corpore Domini separari, & reatum suũ eleemosynis & fletibus diluere, & ad pacẽ celeriter venire se festinet. Seq. duo capitula plana sunt.

c ¶ Vno.] Sup. e. q. 1. cap vlt. contra 6. q. 1. quicumque. ibi imponitur septennis pœnitentia pro periurio: sed ibi loquitur cum quis transgreditur licitum iuramentum: hic loquitur cũ quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo septennis pęnitentia debet ei imponi, vt 22. q. 1. hoc ipsum? Respon. regulariter imponitur septem annorum pœnitentia. sed ex causa diminuitur vel augẽt illud tempus. 26. q. 7. tempora. tamen hic non negatur quin p̃ septẽ annos debeat pœnitere: sed hoc solum dicitur, quòd à communione corporis Christi vno anno separatur.

Pnĩa ex causa minuitur vel augetur.

Necesse est.] CASVS. Quidam iurauit se facturum aliquid inhonestum. vnde quæsitum fuit in concilio Toleta. quid esset de hoc faciendum. Et respondetur q̃ pniam agere dẽt: quia nomine Domini abusus est illicite iurando. & hoc probat auctoritate Exodi. Sequentia tria capitula patent. [Diffinitio.] idest, assertio.

d ¶ Vt male.] Distinguit tamen an solenniter

quemadmodum, & in aliquos vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item

[Item] & in Leuitico.

C. XV.

Leuit. 19.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod facturum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c. 3.

† al. periurandum

¶ *Ita etiam cæteri collectores. Sed supra ea. caput, si aliquid iisdem verbis affertur ex Beda, apud quem habetur, vt ibi est iudicatum.*

¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

sup e. si aliquid. Poly. l. 6. tit. 11. Ansl. 11. ca. 73. Iuo p. 12. c. 75. Pann. l. 8. c. 118.

SI aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum; illud consilio salubriore mutandum nouerimus: & magis instante necessitate peierandum † nobis, quam pro facto α iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

α ¶ Pro facto.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur,* pro vitando periurio, *vt supra ead. c. 6. In Polycarpo autem,* profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodum Gratianus.*

† al. Hibernensi

Item ex concilio Eliberitano †, c. 1.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur. C. XVII.

Burc. l. 12. c. 25. Iuo p. 12. c. 80.

DIffinitio [a] incauta laudabiliter soluenda est [b]: nec est præuaricatio, sed temeritatis emendatio [c].

¶ *Iuo citat vt Gratianus. Burchardus autem ex concilio Hibernensi, & sic est in manuscripta collectione canonum incerti auctoris.*

Item.

¶ Illicitum iuramentum non est seruandum. C. XVIII.

Sen. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 15. Pann. l. 8. c. 98. 100.

ACtione quarta septimæ synodi β] Ioannes Apocrisarius orientalium sediũ dixit. Significat sermo patris nostri Sophronij, quòd melius sit iurantem peierare [d], quam seruare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia sacramento quidam se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater γ Sophronius nouerat bonitatem Dei; propterea transgredi voluit impium iuramentum. *Item paulo post.* ¶ Tharasius patriarcha dixit. Herodes seruauit iuramentum & periit: Petrus vero negauit cum iuramento, & conuersus fleuit, & saluatus est. Omne [e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat. Sancta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura. Item Leontius † episcopus Phocee dixit: Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam virtutem habens.

In Liminario, cap. 17.

† al. Leo

Zach. 8.

β ¶ Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est,* Ioannes, &c. *& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

γ ¶ Quia pater.] *Aliter habet locus ille synodi. Ibi enim ex Limonario, seu horto spirituali cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ datum incluso; vt iuramentum diabolo præstitum de non adoranda imagine virginis Mariæ Iesum infantem gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

niter iuret, an incursu verborum. Si cum incursu verborum, tunc venialiter peccaret; vt 25. distinct. §. aliàs.

a ¶ Diffinitio.] Id est, affirmatio.

b ¶ Soluenda est.] id est, frangenda est.

c ¶ Emendatio.] Non enim peccat frangendo tale votum: sed in hoc peccat quod temere iurauit, vt 33. quest. 5. vna. Sed nunquid tale iuramentum quod temerarium est, & de re illicita factũ, inducit depositionem vel infamat? Arg. quod sic 6. q. 1. quicumque sciens. & c. infames. & inf. e. q. 5. si quis conuictus. & extra de iureiuran. querelam. Sed contra extra de iureiu. cap. sicut. Ergo non credo tale iuramentum infamare, vel impedire electionem factam, vel faciendã. De hac materia not. 85. d. archidiaconum. Io.

Iuramentũ de re illicita factum non infamat.

ACtione.] CASVS. Quidã episcopi iurauerunt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum, quæ in ecclesijs erant: quare quæsitũ fuit quarta die: septimæ synodi. an illud illicitum iuramentum esset seruandum, & respondetur quod non. & ad hoc probandum inducitur auctoritas Sophronij, scilicet si quis vult illicitum iuramentũ seruare, peribit sicut Herodes. si quis vero non seruat, indulget sibi Deus sicut Petro indulget. Sequens capitu. per se patet.

d ¶ Peierare.] Quo ad similitudinem facti.

e ¶ Omne.] Nisi quãdo peccatur in spiritum sanctum, ita quod sit impœnitens.

a ¶ Si

a SI quis præuentus.] Id est, deceptus.
b ¶ Vt definiat.] Id est, intendat.

TRIBVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. quod tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter male iurat. Secundo cum incautè iurat, nõ putans esse peccatum quod iurat. Tertio cũ pueri, vel puellæ itra pubertatis annos in domo parentum se obligãt sacramento: quod parentibus contradicentibus potest irritari.

c ¶ Soluenda sunt.] Idest, irritanda.
d ¶ Male iurat.], Scienter.
e ¶ Incautè iurat.] Ignoranter.
f ¶ Cõtradicẽtibus.] Intra annum, vt 20. q. 2. puella.

ECCE. Hæc est 2. pars q. in qua probatur quod si aliquis venit contra proprium iuramẽtum malum quod mutatur ad bonum, tunc non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tũc peccat dupliciter. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quòd illicita iuramenta non sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cum illicita iuramenta deseruntur iõ vt ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deserantur, vt in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contemnuntur. quod probat per seq. cap.

SI ad peccatum.] CASVS. Quidam cum non posset solus spoliare viatorem, socium sibi quæsiuit, cui iurauit se redditurum medietatem de spolijs, quo spoliato totum sibi retinebat conuictus. quare super hoc tres quæstiones fiunt. Prima est, an fides appelletur cum iurat partiri spolia viatoris? Et respondet Aug. mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat contra fidem sibi retinendo totum. & an sit periurium? Et respondetur quod sic. Tertia est, si nil dat socio, sed reddat cui abstulit: verũ peccat? Et respondetur quod non. Vnde datur intelligi, quod si fidem debet seruare suo complici: multo magis humanæ societati. [Vtrobique.] i. in eo quod iurauit partiri spolia, & in eo quod totum sibi retinuit. Vel vtrobiq. i. quia rapuit, & ipse fidẽ non seruauit, se totum sibi retinuit.

g ¶ Veruntamen.] Sed quæro qualiter possit quis fidem frãgere in maleficijs socio, cũ nec in illis possit contrahi societas, vt ff. pro soc. quod autem, & in l. sequen. nec aliqua obligatio contrahatur in turpibus, vt ff. de verb. obli. generaliter. immo magis peccat tradendo socio partem, quàm retinendo sibi: quia alij non possumus soluere quòd alij debetur, vt extra de iureiu. eam te? Sed dicas illud quod hic dicitur, referri ad erroneam alicuius opinionem, vt si quis credat se teneri ex tali iuramento, si non satisfaciat erroneæ conscientiæ, mortaliter peccat, vt extra de simo. per tuas 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; consulitur alicui adimplere tale iuramentũ, ad quod tamen non tenetur: & hoc ideo vt satisfaciat conscientiæ ipsius: & sic intelligo, illud quod legitur extra de sponsa. commissum.

Obligatio non cõtrahitur in turpibus.

h ¶ Conquæritur.] Non potest in iudicio conqueri: quia ex improbitate nemo cõsequitur actionẽ, vt ff. de furt. itaq; fullo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prædones, vt ff. communi diuidendo. l. communi diuidũdo. §. inter prædones. nec pro socio. vt ff. pro soc. nec prætermittendum. immo si quis ratione illiciti iura-

Actio non datur ex improbitate.

¶ Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placent Deo; pœnitentiam agat: & quod contra mandatum Domini statutum est, in irritum reuocetur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum.* ¶ Tribus siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt [c]. Primo, cum quis male iurat [d]. Secundo, cum quis incautè iurat [e], non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puellæ in domo parentum se iuramento constrinxerunt patribus †, postquam audierint, contradicentibus [f].

† al. parẽtibus

¶ *In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur,* Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliqd eorum, quæ nõ placent Deo. *In responsione vero subijcitur,* pœnitentiam debet agere *& postea.* oportet irrita reuocare, quæcunque ex præsumptione contra mandatum Dei statuuntur.

2 *Ecce, quòd iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod tunc intelligendum est; quando iuramentum illicitum deseritur, ut ad bonum redeatur. Cæterũ, si propterea deseritur, ut in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 4.

¶ Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

SI ad peccatum faciendum fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen [g] qualiscunque sit, si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: id est, vt peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta; tanquam si quis cum hominem solus expoliare non possit; inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciant, spoliumq; partiantur: quo facinore commisso totũ solus auferat: dolet quidẽ ille, & fidẽ sibi nõ esse seruatã cõqueritur [h]. Verũ in ipsa sua querela cogitare debet

Iuo p. 12. c. 14. Pann. l. 8. c. 96.

Iuramenti aliquid petit præstabit alteri 10. libras auri in auth coll 5. licenicas non solum, &c.
a ¶ Potius.] i. φ potius debet fides in bono seruari.
b ¶ In bona vita.] Id est, in bono.
c ¶ Si sentit.] Id est, intelligit.
d ¶ Quam

malum transeatur, perniciosum est: quia peccata peccatis accumulantur. si vero deseritur vt ad bonum redeatur, bonum est, & non malum: sed potius flendum est si occasione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus quod probat per seq. cap.

potius [a] in bona vita [b] ipsi humanæ societati fidem fuisse seruandam; ne præda iniqua ex homine fieret; si sentit [c], quam iniquè [d] sibi in peccati societate seruata non fuerit [e]. Ille quippe vtrobique perfidus, profecto sceleratior iudicandus est.

Idem ibidem.

¶ Si propterea fides non seruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

Iun ibidem. Pann. l. 8. c. 97.

MVlier, si fide coniugali violata fidem seruet adultero, vtiq; mala est; sed si nec adultero [f], peior est. Porro si eam flagitij pęniteat, & ad castitatem rediens coniugalem, pacta, ac placita adulterina rescindat; miror si eam fidei violatricem vel ipse adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quod si quisquam, vt diximus, illicitum iuramentum non seruauerit, ut in aliud malum perniciosum declinet; tanto grauius delinquit, quanto dānabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deseritur, ut ad bonum redeatur: nihil culpæ pro tali periurio contrahitur, potius deflendum est, si in aliquo, illius iuramenti occasione nos deliquisse contigerit. Vnde Augustinus scribit Seuero Mileuitano episcopo cōsulenti de quodam Hubaldo, qui à consanguineis cuiusdam pellicis coactus fuerat iurare se illam ducturum in coniugem, nec matri suæ, uel fratribus ulterius necessaria subministraturum.

Rescribit ergo B. Augustinus, ut diximus, Seuero Mileuitano episcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus. C. XXII.

INter cętera, vt rogaueras, a patre nostro Ambrosio quęsiui; quid tibi charissime agendum sit de Hubaldo parochiano tuo, qui captus, & timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere, nihilque eis alimoniæ vnquam impendere. Quia vero, quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere; matrimonium [g] sit in Deo firmum; & stabile. Porro iuramentum non ob hoc

INter cætera.] CASVS. Quidā nomine Hubaldus captus cum concubina sua compulsus est iurare consanguineis eius eam suscipere in vxorem: matrē vero cum fratrib. de domo expellere: iurauit etiā quòd nihil eis impēderet pro alimonia: quare Mileuitanus episcopus rogauit Aug. vt ab Amb. quęreret quid de Hubaldo esset faciendum: quod & factum est. Rescribit ergo Aug. vt Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit: matrem vero & fratres non expellat de domo: sed eis præbeat alimenta, & si occasione illius illiciti iuramenti aliquid eis hactenus defuit, per pœnitentiam emēdet: nec vllam infamiam ex illo iuramento facto per compulsionem contrahit: quia illi potius infamiam, & reatum periurij contraxerunt, qui eum iurare coegerunt.

g ¶ Matrimonium.] Videtur ex loco isto, φ coactio cōditionalis non impediat matrimonium: sicut nec impedit alia sacramēta, nec impedit sacramentum baptismi, vt 45. distin. de Iudæis: nec sacramentū ordinis, vt 74. distinc. vbi ista. itē alia ratione, quia hoc sacramētū seruari potest sine interitu salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si vero. Sed contra matrimonia debent esse libera. & ibi animus debet gaudere plena libertate, vt extra de spon. requisiuit & c. cum locum. Ad hoc dicunt quidam, φ talis est cogendus ducere mulierem, quam coactus desponsauit. si tamen nullo modo voluerit, cessare debet ecclesia à coactione. Alij dicunt, quòd omnibus modis est cogendus t. & quod dicitur in illa decret. requisiuit. quòd sit potius mouenda quam cogenda, exponunt, potius, id est, prius. sic exponitur 23. q. 4. non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt personæ, φ vehementer præsumebatur φ deberet sequi homicidium. Sed illis obuiat extra de spon. veniens. Sō. probabiliter potest dici, si placet, φ in quatuor casibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, vt in voto, vt extra

Matrimonium verum per coactionem impediatur.

t Ad hoc extra de spon ex litteris.

d ¶ Quam iniquè.] Idest, quàm iniquum sit non seruare fidem in illicitis.
e ¶ Non fuerit.] Societas, vel fides.

MVlier si fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit se seruaturam fidem adultero. & φ alteri se non supponeret: postea volebat adhærere, vel ad legitimum maritum redire. quæsitum fuit ab Aug. vtrum peccet? Et respondet si seruat fidem adultero male facit: sed si alteri se subiiciat, deterius facit, si vero ad maritum redit, nullo modo deliquit.
f ¶ Si nec adultero.] Ita φ contrahat cum adultero tertio: & tunc peccatum accumulat peccato.
LXIII. CASVS. Conclu. Grat. ex supradictis dicens, quod si iuramentum illicitum deseritur, vt in aliud

extra qđ mer.ca perlatū. In traditic ne rei ecclesiasticæ 15 q. 6. autoritatem. & c. seq. in dote, vt si quod mer. cau si mulier. §. dos. In matrimonio, vt extra de spon. cū locum. & c requisiuit. Quod autem dicitur, hic matrimonium sit, &c. illud, sit non ponitur præceptiuè; sed hortatiuè; vel loquitur in eo casu qñ post coactionem cōmixtus est et carnaliter, vt extra de spon. veniens 2. Vel loquitur quād leuis fuit coactio, illa enim non impedit matrimonium. ff. de ri. nu. si patre cogente. B.

g ¶ Decepti.] Multiplex ratio videtur suadere quare non debuerunt seruare tale iuramentum: tum quia erat ibi error personæ, tum quia dolus dedit causam iuramēto: tum quia non poterant se obligare aliquo iuramento contra præceptum Dñi. Ad hoc dicunt plerique φ di-

Iusm qđ Iuraxi Gabaonitis ptiterunt, nō tamen seruandum.

fuisse institutū inuenitur, vt esset vinculum [a] iniquitatis, vel matricidij [b] vel fratricidij, seu cuiuscunque criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniusta iuratio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipienti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine à iusto iudice degrandinabitur † [c]; per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium iustæ, & humanæ petitionis adducitur. Foueat [d] itaq; Hubaldus matrem † [e], & fratres: & lugeat, si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit; reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniustè irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium [f] coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.

†al. degradabitur] al. condemnabitur

† Adde quis alet illū qui hēt pfem & filium, not. Cy. in l. 1. 2. & 3. C. de alē. li. & Bart. l. pen. ff. de li. agno.

a ¶ Vinculū.] Arg. p opinione illorū, qui dicunt φ iuramentū per metum extortum non tenet. 31. q. 2. Lothartus. & 15. q. 6. c. 1. Sed intelligas hoc ad hūc casum spectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6 c. 2.

Necat qui non alit.

b ¶ Vel matricidij.] Videtur enim necare illum cui nō præstat alimenta 12. q. 2 qui abstulerit. & 86. dist. non satis. ff. de lib. agno. necare.

c ¶ Degrādinabitur.] .i. grandine pœnæ æternæ flagellabitur.

d ¶ Foueat.] Argu φ iuramentum pro parte tenet, & pro parte non, vt 11. q. 3. antecessor. & 12. quæst. 2. si quos de seruis. & 17. q 4. quest i.

e ¶ Matrem.] Ad hoc enim tenetur, vt 30. d. c. 1.

f ¶ Ad opprobrium.] .i. ad infamiam, non enim dicit ad peccatum quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quàm malo consentire. 32. quæst. 5. ita ne. & sic non obstant contraria. inf. de consec distinct. 4. eos quos. & inf. ea. q. 5. c. 1. & 3. Ioan.

SED CVM HIS. Hæc est 3. pars qō in qua quæritur, vtrum peccassent filij Israel, qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quòd non Ioan. de Fan.

3 *Sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur, opponitur, quòd Josue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia seniores Jsrael iuramento cum eis pacem firmauerāt. Sed notandum est, quòd seniores Jsrael, etsi scirent à Domino esse imperatum, vt delerent gentes terrę promissionis, decepti* [g] *tamen à Gabaonitis nesciebant eos esse incolas terræ sibi promissæ. Venerunt enim (vt historia refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus dicentes: Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calceamenta sunt attrita in pedibus nostris: panis defecit in sitarcijs nostris: audiuimus Dominum esse vobiscum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit senioribus Israel: & fecerunt pacem cum eis. Post diem vero tertium, cum filij Jsraël appropinquarent Gabaonitis, occurrerunt eis, quibus iurauerant seniores Israel. Illi autem videntes se esse deceptos, noluerunt delere eos: sed pepercit eis Iosue propter iuramētum seniorum Israel.*

Iosue 9.

1 Hoc est verum fm L. vt dicā if. c. prox. & idē not. hic Hu.

Vnde Ambrosius in libro officiorum tertio, c. 10.

¶ Quædam licet à Deo prohibeantur; tamen iuramento firmata non sunt euitanda †. C. XXIII.

†Sic in vetustis, nā in vulgatis erat] *seruānda*

INNO-

* *Reo licitū est secundū iura ciuilia non canonica corrūpere aliquē pro vita cōseruāda. Vide gl. in eo c. si quem pœnituerit, in verb. in omnibus.*

CASVS. Supra ostensum est, quòd [1] illicita iuramenta non sunt seruanda. Nunc vero probat contrarium exemplo Iosue: qui licet contra Domini præceptum firmaret pacem cum Gabaonitis, tamen sacramentum suum non violauit; sed seruauit illæsum: & hoc ideo, quia seniores Israel nescierunt iuramentum illud esse illicitum, quia nesciebant illos quibus iurauerant, esse incolas terræ sibi promissæ. & ad hoc inducit sequens capitulum.

diuinitus fuit eis inspiratum i. φ deberent eis parcere: sed tñ iusm fuit illicitū, vt extra de elec. venerabilem. in fi. Vel dic φ satis impleuerunt præceptum Dñi: quia satis vñr fuisse interfecti, cum redegerunt eos in seruitutem. Nam seruitus morti comparatur. ff. de reg. iu. seruitutem. non obstat dolus illorū, quia ille dolus fuit pro vita conseruanda: licitum * est n reo corrumpere aliquem pro vita conseruanda, vt 2. q. 3. c. si quem pœnituerit § notandum. in fin.

INnocens.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc c. φ non est vituperandum si alicui creditur ignoto, etiam si ab eo decipiatur: & hoc probat exemplo Iosue, qui Ga-

Gabaonitis fingentibus se de longa terra venire credidit, & cum eis pacem firmauit, & societatem. post tertium vero diem cum populus Israel ad Gabaon ciuitatem venisset. & se circumscriptum esse indignaretur, non permisit Iosue pacem reuocari: quia firmata erat religione

aure s. sic extra de iureiur. debitores.

h ¶ Clementior.] Arg. quòd si iudex facit aliquid, quod non multum differt à mandato, ꝙ non dicitur excessisse fines mandati. si enim mandatur aliquibus vt eligāt, possunt postulare, vt extra de elect. in causis. & de post. post translationem. in prin. Et de hoc notaui plura arg. 8. q. 1. licet. Item habes hic ꝙ licite commutatur vna pęna in aliam 2. vt sup. 6 q. 6. quia itera. & 82. dist. presbyter. & 36. q. 1. de rapt. Ioan.

ILLICITVM. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes, In prima parte concludit Grat. ex supradictis, quòd iuramentum illicitum seruari non debet, quod scitur esse illicitum cum iuratur. si autem nescitur esse illicitum, propter ignorantiam excusatur. quod probat Gratia. duobus exemplis, scilicet consanguineæ, & repudiatę: quas si quis in coniuges ducit, ignorantia facti excusatur: quia nesciebat eam consanguineam vel repudiatam esse. sed si sciret consanguineam vel repudiatā esse, & crederet coniunctionem talium licitam esse: tunc excusaretur.

Pęna vna in aliā commutatur.

2 Etiam v bi dētur pœna mortis, vt hic & 23. q. 5. c. 1. & hoc verius est añ sñiam latā a iudice Post sñiam autē nō pôt h c iudex nisi sit Papa vel sm H. d hoc le. & no 2. q. 3. § notādū in gl. vt int. & c. Arch.

cens [a], credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem [b] esse, ignorare [c], quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo; de omnibus tamen bene iudicat [d], qui [e] fidem [f] esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione inclinatus Iosue, vt crederet Gabaonitis; testamentum disposuit, pacem dedit, confirmauit [g] societatem. Sed vbi in terras eorum ventum est; deprehensa fraude, quòd cum essent finitimi, aduenas se esse simulauerāt, circumscriptum se populus patrum indignari cœpit; Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret †, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior [h] sententia, sed diuturnior.

† al. arguit.] orig.

Illicitum [i] ergo iuramentum, quod seruari prohibetur, intelligendum est, quod scitur esse illicitum, dum iuratur. Si autem nescitur illicitum esse; ipsa ignorantia excusat: si putetur licitum esse, non ex ignorantia iuris [k], sed facti. Aliud enim est, si alicuius copula credatur esse licita, q̄a nescitur esse consanguinea, vel quia creditur esse vidua: aliud, si ideo putatur licita: quia consanguinearum coniunctio, vel relictarum copula nullo iure credatur esse prohibita. Hic enim est ignorantia iuris, quę neminē excusat;

Innocens p stulto qnq; sumitur.

gione iuramenti.

a ¶ Innocens.] Idest, simplex & iustus Salomon tamen sumit hoc verbum, innocens, pro stulto, vnde hoc sumptum est. & sic sancti viri idem verbū retorquent, quandoque ad contrarios intellectus. Sed nonne æque reus est ille qui de facili credit, sicut ille qui mentitur vt 11. q. 3. non solum. & nam ia facilitas credendi vituperatur, 85 dist. si quid vero? Sed illud intelligas de iudicio qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere sm verba alterius partis. 3. q. 9 c. 1. 2. & 3.

b ¶ Innocentem.] i. talem qui non noceat, nec nocere velit. 6 q. 1. oues. & c. sapiens.

c ¶ Ignorare.] Per experientiam facti. nam scriptū est, Scientia malorum bonis obesse non debet.

Spūalis iudicat oīa, &c.

d ¶ Iudicat.] Diceret aliquis, quomodo potest esse bonus, qui non habet discretionem & iudicium, ex quo decipitur: cum Apostolus dicit, Spiritualis iudicat, omnia, & ipse à nemine iudicatur? ideo dicit, iudicat de omnibus etiam de ignotis, in his, scilicet quæ spectant ad salutem: quia si quis deciperet in talibus, ibi non esset minus periculum falli quam fallere, vt 16. q. 1 si cupis: Tunc enim de ignotis nō debemus aliquid præsumere, nec de bonis malum, nec de malis bonum, vt 46 di. sunt nonnulli. in fi. Vel dic iudicat, idest, præsumit bene de quolibet.

Iusum illicitum an propria auctoritate possit infringi.

e ¶ Qui.] Idest, quia ipsi.

f ¶ Fidem.] Idest, verborum veritatem.

g ¶ Confirmauit.] Argu est hic, ꝙ qui iurat rem illicitam, propria auctoritate non potest venire contra iuramentum illud 1, vt extra de elect. venerabilem, in fine. Nam illicitum est renuere curam pastoralem, & tamen iurans teneretur illud seruare, vt 85. distinct. Florentinum archidiaconum. simile extra quòd metus causa, ad

1 Arg. contra su. e. qui si ro vbi de hoc satis dixi. so & Arch.

cusaretur. Iudæi ergo non ignorabant ius, scilicet Gabaonitas esse delendos sed ignorabant factum, scilicet Gabaonitas esse incolas terræ promissionis: & ideo quod iurauerant, seruare debuerunt. In secunda parte ostendit, ꝙ illud iuramentum illicitum, quod seruari prohibetur, non est intelligendum de omni illicito iuramento. nam cum sacramentum tres habeat comites, veritatem, iudicium, & iustitiā: vbi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum: non tamen vbicunque defuerit aliquod istorum, seruari prohibetur: quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo eius, qui post uotum simplex iurauit aliquam in vxorem ducere. & exemplo eius, qui temeritate iurauit se manducaturum. In tertia parte ostendit, quod iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo scilicet ex eo quod iuratur, quod est malum Secundo ex causa extra venienti.] Tertio ex modo iuramenti: & hoc probatur per exempla, quæ satis parent in littera. Secunda pars incipit ibi, [Iuramentum namque.] Tertia ibi, [Iuramentum itaque.]

Iuramentū illicitum tripliciter.

i ¶ Illicitum.] In prima parte, § dicit magister, ꝙ tunc iuramentum illicitum non sit seruandum, cum iurans tempore quo iurat scit illud esse illicitum: sed si ignorat illud esse illicitum, dummodo non sit ibi ignorantia iuris, non peccat. & hoc durat vsque ad illum locum quod autem illicitum. Secundo ostendit quòd non est hoc generaliter verum: quia si in aliquo iuramento deest aliquod istorū trium, vel iustitia, vel veritas, vel iudiciū: ꝙ illud non sit seruandum. Tertio dicendum, quòd iuramentum quandoque est illicitum ratione rei de qua quis iurat: quandoque ex causa superueniente: quandoque ex modo iurandi. Io.

K ¶ Iuris supra.] 1. q. 4. in fine.

a ¶ Cui

Ius ignorare quib. permittitur.

nisi cui permittitur [a] ius ignorare: ibi vero ignorantia facti, qua quisque vere † excusatur. Seniores autem Israel non ignorabant gentes terræ promissionis ex præcepto Domini esse delendas: sed ignorabant Gabaonitas esse incolas terræ promissionis. Ignorabant si quidem factum: sed non ignorabant ius facti: atq; ideo etsi illicitum esset quod iurauerunt; tamen licite seruari [b] debuit quod iuramento firmauerunt. Quòd autem illicitum iuramentum seruari prohibetur; non est generaliter intelligendum. Iuramentum namque (vt Hieronymus testatur super Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iustitiam: vbi autem ista defuerint; non est iuramentum, sed periurium. Vnde datur intelligi illicitum esse iuramentum, cui aliquod istorum defuerit: non tamen cuicumque contigerit aliquod istorum deesse, prohibetur seruari. Aliquando namque iuramento deest iustitia: veluti cum quispiam post votum castitatis ducit vxorem, iuramento firmans nunquam [c] se ab ea discessurum: quod qamuis illicitum sit, quia iustitia sibi probatur deesse; tamen auctoritate Augustini seruari præcipitur. Hoc autem si quis contendat prærogatiua coniugii, non propter religionem iurisiurandi seruari; animaduertat Gabaonitas ob solam religionem [d], contra Domini imperium reseruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iustum sit; patet ei iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur: Iudicium quoque aliquando iuramento constat deesse: veluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat se manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiscreta illicitum probetur; non tamen ideo violari iubetur. Iuramentum itaq; multipliciter illicitum intelligitur. Est enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur: aliquando ex causa extra venienti; aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc est illicitum iuramentum, quando id, quod iuratur, in sui natura vitiosum est, vel vitam adimens, vt adulterium, homicidium, & his similia; vel reparari non permittens, veluti cum inimico ad pacem non redire, indigenti misericorditer non subuenire. Ista, quia perspicuam in se habent iniustitiam & si iuramento firmentur; tamen seruari non debent. Circa hæc vtique † iuramenta, intelligenda sunt quæ de illicitis iuramentis non obseruandis supra statuta leguntur. Quisquis ergo se iuramento firmauerit aliquid facturum, quo vel corporalis, vel spiritualis salus adimatur, vel sine quo vtraque salus reparari, vel confirmari non possit; fidem promissam seruare prohibetur: quorum exempla præmissæ auctoritates subiiciunt, dum eum, qui homicidium facere, vel alimenta matri, & fratribus nō subministrare, in adulterio perseuerare, vel ad pacem cum aduersario non redire, iuramentum præstādo promiserit; salubriori consilio illicita vota obseruare non permittit. Est etiam id, quod iuratur aliquando vitiosum, non natura sui, sed ex causis extra venientibus: veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui se habiturum eam in coniugem. ¶ Coniugem namque habere, in seipso malum non est: tamen huic ex voto perniciosum est: Hoc autem iuramentum, etiam si illicitum sit, non tamen seruari prohibetur: sed de violatione voti pœnitentia sibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc est illicitum iuramentum; quando inconsiderate, & incircumspecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec spiritualis salus admittitur, & sine quo vtraque salus reparari, & vita conseruari valet: veluti dum aliquid à parentibus coactus, vt clericatus tonsuram, uel religionis uestem suscipiat; se neutrū facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus uideatur reprehensibile; quia opus charitatis iuramento se non facturum promisit; nulla tamen

a ¶ Cui permittit.] &c. vt militib. mulieribus, rusticis, & minoribus ff. de proba. cum de indebito. § si autem 15. 1. q. 4. §. notandum

b ¶ Seruari.] Hæc nō est ratio sufficiens.

c ¶ Nunquam.] Nō bene dicit. quia si ille qui uouit simpliciter postquā duxit vxorem iurat quod nō dimittet eam, illud iuramentum licitum est: sed si prius uouit, quàm ducat vxorē, tunc potius seruabit votum quàm iuramentum, sequens, vt extra qui cle. vel vo. rursus.

d ¶ Ob solam religionem.] Non est hoc verum. Io.

a al. fere

sup. q. 2. animaduertendum.

al. itaque

tamen auctoritate seruari prohibetur: quia etsi nunquam clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat; non tamen ideo minus salutem promereri valet: cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat se non facturum aliquid, qua expeditior sibi via præparetur ad beatitudinem, dummodo sine eo valeat salutem inuenire: quòd iuramentum non prohibetur seruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui, sine quo vtraque salus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur; nulla tamen auctoritate iuramentum seruare prohibemur, dummodo sit nobis alia via necessitatibus eius subueniendi.

QVÆSTIO V.



Vòd autem [a] quinto loco quæritur, si licitum esset, quod archidiaconus iurauerat, an episcopus esset reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facile potest discerni. Si enim consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur.

Vnde Pius Papa ait.

¶ Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur. C. I.

Anf. l. 11. c. 63. Burc. l. 12. c. 4. Iuo p. 12. c. 61.

QVi compulsus à domino sciens† periurat; vtrique sunt periuri, & dominus & miles [b]: dominus, quia præcepit: miles, quia plus dominum [c], quàm animam dilexit. Si liber est [d], quadraginta dies [e] in pane, & aqua pœniteat, & septem sequentes annos [f]: si seruus eiusdem, tres quadragesimas [g], & legitimas [h] ferias pœniteat.

† al. sciens se

¶ Anselmus hoc citat ex pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Iuo seq. capite.

Item.

¶ Pœnitentia eis, qui in manu episcopi, aut in cruce consecrata peierat†. C. II.

Poly. l. 6. tit. 11. Anf. l. 11. c. 64. Burc. l. 12. c. 5. Iuo p. 12. c. 62.

QVi peierat se in manu episcopi, aut in cruce consecrata [i]; tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata; annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans [k] se peierauerit†, & postea cognoscit; tres quadragesimas pœniteat.

† al. periurauerit · † al. periurauerit · † al. Romano

Item ex pænitentiali Theodori†.



QVòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur periuris compulsis vel voluntarijs, & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falsum. & hoc probat per 7. c. Secunda ibi, [Item qui audit.] Tertia ibi, [Quæritur de eo.] Quarta ibi, [De ætate.] Quinta ibi, [De forma.] Sexta ibi, [Vt itaque.] Septima ibi, [Iuramentum. Io. de Fan.

CASVS Hic intitulatur 5. q. qua quæritur, si licitum esset quod archidiaconus iurauit. s. episcopo non obedire, an episcopus, qui compulit eum ad peierandū, reus sit periurij. & rēdet q sic: & hoc probatur arg. à minori. q. a si consentiens pari pœna cū faciente punii, multo magis cōpellens est puniendus. & ad hoc probandū inducit sequentia c. Quid autem iuris sit de iuro per metum extorto, notari consueuit 15. q. 6. auctoritatem.

a ¶ Quòd autem.] Illud non habet dubitationem, an periurus sit qui alium cogit peierare: nam etsi ipse non propriè dicatur periurus, tamē mortaliter peccat, quia quòd alter mandato nostro facit, nos reputamur fecisse, vt ext. de sen. exc. mulieres. Vtrum autem iudex licitè possit recipere iuramentum illius[1], quem scit velle peierare, dic vt dixi sup. 15. q. 5. presbyter 1.

QVi compulsus.] CASVS. Quidā miles cōpulsus a domino suo sciens peierauit, quæsitū fuit à Pio Papa vtrum vterque sit periurus. & respondet quòd sic, & ideo miles si liber est, per 40. dies pœniteat in pane, & aqua, & 7. sequētes annos. si vero seruus est eiusdem, tres quadragesimas, & legitimas ferias pœniteat. Casus trium sequentium c. planus est: quia ferè idē dicunt cū primo.

b ¶ Et miles.] In atrocibus enim non debet aliquis parere domino suo, vt 11 q. 3. non semper & c. si dominus. & cap. qui resistit. & ff. de re. iu. ad ea.

c ¶ Quia plus dñm.] Quod esse nō debet, vt 11. q. 3. nolite 2.

d ¶ Si liber est.] Alibi magis punitur seruus quam liber, vt inf. 23. q. 1. qui contra. sed hic excusatur [2] propter preceptum domini. Io.

e ¶ Quadraginta dies.] Vel cōtinuè, vel interpolatim.

f ¶ Sequētes annos.] Non tamen in pane, & aqua.

g ¶ Tres quadragesimas.] Vnā ante festū natalis, aliā ante pascha, tertia ante festū sancti Ioannis [3].

h Legitimas ferias.] .i. secundam & quartā, & sextam ferias, vt de cons. d. 3 ieiunia. & 82. dist. presbyter. Io. de Fan.

i QVi peierat.] ¶ Consecrata.] Quia quanto sanctius est, per quod iuratur, tanto maius est periurium, vt su. ea. q. mouet. Nunquid ergo maius sacrilegium committunt qui verberant clericum in maioribus ordinibus constitutum, quàm qui in minoribus? credo q sic, vt 17. q. 4. si quis deinceps. & cap. qui subdiaconum, & c. qui occiderit.

k ¶ Et ignorās.] Esse peccatū quod iurauit. nā si fuisset ignoran-

Peccat mortaliter qui alium cogit peierare. Reputamur nos fecisse, quod alter mandato nostro fecit.

1 No. Hu. & La. q iudex pōt recipere iusm ab infamato licet sciat eum falsum iuratum. Arch.

2 Nō à toto sed quo ad minorē pœnam vt dixi. sup. § prox.

3 Idem Arc. hic, sed vide An. Cord. in singu. versi. quadragesima. Feriæ legitimæ sūt tres.

ignorãtia facti, nullũ esset peccatum, nisi ignorãtia fuisset crassa, quæ neminẽ excusat. C. de rescin. vẽ. qsquis. r.

g ¶ Infamia.] An iuramentum infamet, vel non nõ. 2. 6. q. 1. quicunq;. sed coacti si iurassent, non infamarentur, vt sup. proxi. inter cætera.

1 De hoc no. 38. d in sum. quod dicit de ignorãtia facti, non vĩ bõ dictum: quia factum suum nemo dẽt ignorare. argum. ff. hoc. sed ad des, §. 1.

2 De hoc & no. ex. de ii reiu. qreli. & 23. qõ. 5. rex debet.

a ¶ SI quis.] ¶ Redimenda.] Licet enim timore mortis iurauerat, tñ peccauit, vt 32. q. 5. ita ne. sed ratione coactionis mitigatur pœnitentia, vt extra qd met. cau. sacris. nõ est contra 15. q. 6. c. 1. ibi enim non absoluuntur à peccato, sed à iuramento. Io. de Fan.

b ¶ Alij.] Ergo illa q̃ minor est, imponenda, vt 50. d. c. eos vero.

c ¶ SI quis.] ¶ Sine pœnitentia.] Interiori, vt 6. q. 1. quicunq;. Ioan.

ILle q̃ est.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ si quis compellit aliquem, vel prouocat ad iuramentum, quem scit falsum iurare, magis peccat q̃ homicida: quia iste corpus interficit. ille vero animam suam, & alienam.

d ¶ Vincit.] Non intelligas, q̃ plus peccat periurus, q̃ homicida: immo ille plus peccat. vt 13. dist. c. 1. sed dicitur eum vincere: quia maius damnum facit, quia maius damnum est, in amissione vnius animæ: quàm mille corporum, vt 24. quæst. 3. si habes. Ioan.

Animæ vni⁹ pditio ẽ grauior q̃ mille corporum.

QVi exigit.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si aliquis compellit aliquẽ ad iuramentum, quẽ scit falsũ iurare, peccat, si autem nescit, non peccat.

e ¶ Humana.] Id est, de humana infirmitate procedit, vt sup. ead. q. 1. non est.

f ¶ Impressit.] Multipliciter cogendo. Io.

SI quis conuictus.] CASVS. Quidam traxit alium ad falsũ testimonium dicendum, vel ad aliud periurium. Quæsitum fuit quam pœnam vterque pati debeat? Et respond. quòd qui fieri fecit, donec vixerit debet communione priuari: qui vero fecit, ab omni testimonio repellatur, & fit infamis.

¶ Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus periurat. C. III.

j SI quis coactus pro vita redimenda [a], vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat; quia plus corpus, quam animam dilexit, tres quadragesimas pœniteat. Alij [b] vero iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua. — Poly. ibidem. Bur. l. 12. c. 6. Iuo p. 12. c. 63.

Item Gelasius Papa.

¶ Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus. C. IIII.

ij SI quis peierauerit †, & alios sciens in periurium duxerit; quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquam sit sine pœnitentia [c]: & alij, si conscij fuerint, similiter pœniteant. — Poly l. 6. tit. 11. Ans. l. 11. c. 67. Burc. l. 12. c. 9. Iuo p. 12. c. 46. † al. periurauerit

¶ Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri vero indicati collectores Pelagio.

Item August. in sermone de decollatione S. Ioannis, [id est ser. 11. de Sanctis.

¶ Homicidam vincit, qui sciens ad periurium hominem compellit. C. V.

ILle, qui hominem prouocat † ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturum; vincit [d] homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animã, immo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit; & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inuenisti? immo & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti. — Sent. 3. dist. 39. Iuo p. 12. c. 28. Pann. l. 8. c. 108. † prouocauit] orig.

Idem in sermone de periurijs, [Id est, in serm. de verbis Apostoli 30. al. 28.

¶ Non peccat, qui iuramentum exigit ab eo, quem nescit falsum iurare. C. VI.

QVi exigit iurationem, multum interest, si nescit illũ falsum iuraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat; non est peccatũ: α tamen humana [e] tentatio † est. Si autem scit eum fecisse, nouit fecisse, videt fecisse, & cogit iurare; homicida est. Ille enim suo se periurio perimit: sed iste manum interficientis, & impressit † [f], & pressit. — Sent. ibidem. Iuo p. 12. c. 30. Pann. l. 8. c. 110. † al. contentio † al. expressit

α ¶ Non est peccatum.] *In originali est.* non audeo dicere non esse peccatum. *Sed ob casum non est mutatum.*

Item ex concilio Matisconensi primo, c. 17.

¶ Vsque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. C. VII.

iij SI quis conuictus fuerit alios ad falsa β testimonia, vel periuria attraxisse, vel quacunq; corruptione sollicitasse; ipse quidem vsque ad exitum vitæ non communicet: ij vero, qui ei in periurio consensisse probantur; postea ab omni testimonio sunt remouendi †: & secundum legem infamia [g] notabuntur. — Burch. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 16. † al. probibẽdi

β ¶ Falsa.] *In concilio ipso Matisconensi (restituta enim est citatio ex manuscriptis, cum antea citaretur Moguntinense) legitur,* falsum testimonium, vel periurium.

ITEM QVI AVDIT. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritur. cui debet dicere si videt quis quòd aliquis vult falsum iurare. & quid iuris. probatur inf. cap. prox. Io. de Fan.

a ¶ Falsum.] Supple nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Ioan.

casu sit verß vtar. 35. q. 6. de parẽtela. &c. eps: non tñ ex hoc loco hñ potest Testimoniũ de auditu qđ pprie ht.

2 *Item, qui audit aliquem falsum* [a] *iurare, & tacet; delinquit. Vnde Augustinus ait in quæstionibus Leuitici. q. 1. ad c. 5. [Anima, quæ audierit vocẽ iurantis falsum, &c.]*

Gloss or. initio c. quinti Leuit.

¶ Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur. C. VIII.

Iuo p. 12. c. 29. Pann. l. 8. c. 109.

HOc videtur dicere peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet. Tunc autem scit; si ei rei, de qua iuratur; testis fuit [b], aut vidit, aut conscius fuit, idest aliquo modo cognouit, aut oculis suis cõspexit, aut ipse, qui iurat, illi indicauit. [c] Ita enim potuit esse conscius. Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum non parua existit† plerumque tentatio. Possumus enim paratum ad periuriũ admonendo, vel prohibendo à tam graui peccato reuocare: sed si nõ audierit, & coram nobis de re, quam nouimus, falsum iurauerit [d]; vtrum prodendus sit, si proditus etiam periculum mortis [e] incurrat; difficillima quæstio est. Sed quia non expressit, cui hoc indicandum sit, vtrum illi, cui iuratur, an sacerdoti cuipiam †, qui non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest; videtur mihi, quòd se homo soluat à peccati vinculo; si† indicet talib. qui magis possunt prodesse [f], quàm obesse periuro, siue ad corrigendum eũ, siue ad Deũ pro illo placandum; si ipse cõfessionis adhibeat disciplinã.

† al. exstitit

† vel cuipiã.] orig. & Iuo.

† al. etiam si

Si ergo iste, vt supradictum est, qui audit falsum iurare, & tacet, delinquit: multo magis ille reus est, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur* [g] *de eo, qui verborum calliditate se circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an sit reus periurij, nisi seruauerit, quod iuraße creditur.*

De hoc ita scribit Isidorus sententiarum, lib. 2. c. 31.

¶ hic loquitur in causa denũciationis, vbi modica scientia aliquam fidem facit, argum. extra de sponsal. præterea 2 immo & in iudicijs facit fidem testimonium de auditu, vt extra de success. ab intest. cum dilectus. extra de test. cum causam. Io. Sed certe testimoniũ de auditu est proprie cum aliquis audit aliqd dici esse factum. Sed si audit contrahentes, non est testimoniũ de auditu. Et hoc innuit ext. de test. licet 2. tamen hoc cap. nõ loquitur de vera denunciatione, sed potius de indicatione, scilicet cum quis indicat alij, ꝙ aliquis vult peccare, & spectat ad delicta committenda, & ad delicta commissa, & ad illa non tenentur, nisi qui habent magistratũ super aliquos, & illa denunciatio dicitur Euangelica, ista dicitur canonica. & hæc probatur semper; illa vero nõ. Et sic patet, quòd crimina nondum commissa possumus denunciare, vt hic, & 93. distin. diacon 1. ibi, vicinum præcipitio, &c. extra de desp. impu. c. pe. ext. de cog. spi. tua. Io.

Denũciatio alia Euangelica, alia canonica.

d ¶ Iurauerit.] i. iurare voluerit.

e ¶ Mortis.] De facto, quia de iure ꝑ vnius dictũ non posset iudicari. & est si. de pœn. d. 1. c. pen.

f ¶ Prodesse.] Vt sũt sacerdotes, vt 14. q. 5. denique. Qui ergo dicit talib. qui possunt prodesse, nõ obesse, nõ dr̄ ꝓdere, vt 2. q. 1. si peccauerit.

HOc videtur.] CASVS. Legitur in Leuitico: Omnis qui audierit uocem iurantis falsum, testisque fuerit nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Propter hanc litteram dubitauerunt quidam quid esset in hoc casu faciendum: quia si sciebant aliquam peierare, & nõ indicabant, incurrabant peccatum ex silentio. si vero indicabant, incurrebat peierans periculum mortis. quæsitum fuit ab August. quid de hoc esset faciendum? Et respondet quòd ille qui falsum iurat, debet admoneri si vero non audierit, talibus personis est dicendum quę potius possunt prodesse, quàm obesse, idest sacerdotibus, qui non solum illum corrigere possunt, sed etiam orare pro illo. & ita se expediunt à vinculo peccati. [Hic,] idest in Leuitico. [Expressit,] scilicet Moyses.

b ¶ Fuit.] Idest, talem habuit inde notitiam, quòd huius rei potuit esse testis, & qđ sequitur, est expositio.

d ¶ Indicauit.] Videtur ergo ꝙ valeat testimonium de auditu, vt hic 1, & 15. q. 5 presbyter. & 26. q. 6. qui recedunt. & 2. q6. 1. multi. nam & testes intelliguntur scire quæ acta sunt à testatore, si priores testes eis hoc dixerunt, vt C. de testa. cum antiquitas 1. in fi. 1. respon. arg. contra. 3. quæst. 9. testes. 5. q. 2. relatum est. Ad hoc dicas.

Testimoniũ de auditu, verũ valeat. 2 Dicit Hu. licet in hoc

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis dicens. si quis audit aliquem iurare falsum, & tacet, delinquit: multo magis ille reus est, qui compellit aliquem ad periurium.

QVAERITVR. Hæc est 3. pars quęs. in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramentum, si aliquis iurat in fraude, vel decipit in fraudem, ꝙ sicut ille qui sane intelligit, siue sit dans iuramentum, siue accipiens, & hoc probat per 5. c. Io. de Fant.

CASVS. Quærit hic Gra. incidenter, an ille, qui sub calliditate verborum iurat, sit reus periurij, nisi seruauerit quod creditur iurasse. Et respondetur, quod sic: & ad hoc inducit seq. c.

g ¶ Quæritur.] Incidentem ponit hic quæstionem, qualiter iuramenta sunt intelligenda, & distinguitur: aut vterque habet rectum intellectum, aut vterque dolosum, aut alter tantum habet rectum. si ab vtroque interponitur dolus, tunc est intelligendum secundum cõmunẽ significationẽ verborum, vt ext. de spon. ex litteris. si à neutro interuenit dolus, tunc interpretandũ est ſm intellectum vtriusq. si verba possint vtriq; intellectui adaptari. ext. de test. cum tu. si ab altero tantũ, tunc intelligendum est ſm eum, qui recte intelligit. sic videtur

tur distingui inf. ea §. ex his. In stipulationibus & alijs contractibus contra stipulantem & vendentem interpretandum est: sed in iudicijs pro actore, vt ff. de ver. obl. inter stipulantem, §. 1. ff. de contrah. em. l. Labeo. Io.

QVacumq.] CASVS. Dicit Isid. in hoc c. quod quacunque arte verborum quis alicui iuret, ita Deus intelligit sicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat, scilicet quia nomē Dei sumit in vanum, & quia proximum dolo capit.

a ¶ Intelligit.] i. intelligere debet, & est simi. inf de consecr. d. 4 non illud.

ADDITIO. Not. tamen quod nemo per iuramentum vel pactū proprium obligatur, nisi ille cōsentiat cui fit pactum vel iuramentum: argu. opti. extra de iureiurand. sicut.

1 Quod dic vt no. ex. de re. spol. cum ad sedem. in gl. hic ergo.

ECce.] CASVS. Reprehēdit hic August. parochianos suos, qui cum super librum iurare debebant, lapidem aliquē supponebant eos decipiendo quib. iurabant; nec putabāt se teneri cum super lapidem iurarent, sed Augu. dicit quòd tenentur, & si non seruant quod iurauerint, periuriū incurrent quia nō lapidi, sed homini iurant ante Deum.

b ¶ Super lapidem.] forte coopertum ab aduersario, vt credātur esse Euangelia.

SED OBIICITVR. CASVS. Supradictū est, quod Deus sic accipit iuramentū sicut ille cui iuratur intelligit. Nunc vero probat contrarium, & ad hoc inducit seq. cap.

HVmanæ aures] CASVS Dr̄ in hoc c. quod homines & maxime simplices & indiscreti talia verba iudicāt, qualia foris proferūtur: Deus vero talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur. vnde discretus homo, vel iudex qui interpretatur intentionem iurant. s alteri, considerare debet quod verba debent deseruire intentioni, non intentio verbis. Et qualitercunque casus iste positus fuerit à Bene. & ab alijs: ego tamen hūc casum per litteram intelligere sic potui: licet de hoc c. sæpe dubitauerim. Bar.

Verba bona q̄ꝗ; mala intentione proferunt.

c ¶ Verbis.] Quæ ille protulit, & vult e aliter interpretari, prout verba sonare videntur. quod semper non est faciendum, cum sæpe bona verba mala intentione proferantur, & econuerso, vt 15. q. 5. non omnis. & c. nō osculatur. vt 23. q. 1. paratus.

d ¶ Verba.] Arg potius esse considerandam mentem alicuius, quā ipsa verba, vt 1. q. 1. Marchion. & de consec. dist.

Mēs potius q̄ verba attēdi debe.

¶ De eo, qui calliditate verborum iurat. C. IX.

QVacumque arte verborum quisque iuret; Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit [a]. Dupliciter autem reus fit: quia † & Dei nomen in vanum assumit, & proximum dolo capit.

Sent. 3. dist. 39. Ans. l. 11. c. 39. Poly l. 6. tit. 12. Burc. l. 12. c. 10. Iuo p. 12. c. 36. & 67. Pann. l. 8. c. 113.

† al. qui

Item ex sermone sancti Augustini trigesimo de verbis Apostoli.

¶ Periurus est, qui super lapidem falsum iurat. C. X.

ECce dico charitati vestræ, & qui super † lapidem [b] falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod iurāt, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id, quod sanctum non putas α, falsum iuras. Si tu β illud sanctum non putas: sanctum puta γ cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit non ante Deus fallentem.

Iuo p. 12. c. 34. Pann. l. 8. c. 116.

† periuret lectio

α ¶ Non putas.] *Sic etiam Iuo in originali est sine negatione, & forte legendum*, putat.

β ¶ Si tu illud.] *In codicibus Augustini impressis, & vno Vaticano legitur* sed ego illum sanctum non puto. *In altero vero etiā Vaticano, & apud Iuonem.* sed ego illum sanctum non puto.

γ ¶ Puta.] *Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in vno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus*, putat.

Sed obijcitur illud Gregorij. 26. lib. moralium, c. 7.

¶ Apud Deum verba nostra non ex ore, sed ex corde procedant. C. XI.

HVmanæ aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant: Diuina vero iudicia, talia ea audiunt, qualia ex intimis proferuntur. ¶ Certe nouerit ille, qui intentionem & voluntatem alterius varijs explicat verbis [c]; q̄ non debet aliquis verba [d] considerare, sed voluntatem & intentionem: quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.

Hucusq. B. Gregor. eo loco.

Si ergo diuina iudicia verba nostra talia foris audiūt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non debet seruire uerbis, sed verba intētioni; patet, quòd Deus nō accipit

dist 4. retulerunt. extra de verb. sign. præterea. & c. intelligentia. 23. q. 1. imperatus. in prin. ff. de in ius vo. l. quāuis 2. Sed hoc verum est cum constat de intellectu. al. às in dubijs à verbis non est recedendum. ff. de legat. 3. non aliter. ff. de exerc. l. 1. §. si quis nouem. ext. de spons. ex litteris.

2 Ad idem 18. d. sedsi 92. d. c. 1. e. q. 2. si ait.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens quod si Deus ita accipit verba foris, qualia ex intimis proferuntur, etsi verba debent deseruire intentioni,

tioni, & non econuerso, apparet q Deus nõ sic accipit iuramentum, sicut ille cui iuratur intelligit. sed potius sicut ille, qui iurat.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit Grat. & probat in hoc §. sequenti, quòd iuramentum debet in-

cui iuratur. & hoc pbat per duo exẽpla in illis posita.

ITEM SI INNOCENS. CASVS. Adhuc probat in hoc 3. §. q ſm intetionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accusatus de crimine scripsi super aliquã chartulã, qualiter iurare volebam me esse immunem à delicto, sed aduersarius meus volẽs me peierare, subripuit illud breue qđ scripsi, & supposuit aliud in quo continebatur me crimẽ cõmisisse. cum ego iurassẽ sicut in illo breui cõtinebat, arguebat me periurij: & dr̃ hic, q ego nõ sum periurus.

sic iuramentum, sicut ille cui iuratur; sed potius, sicut q iurat, intelligit: cum recipienti nõ ex intimis, sed ex his, quę proferuntur foris verba nostra sonent. ¶ Item obijcitur, qui iurat super lapidem putans se iurare super sacrosancta Euangelia, perinde tenetur, ac super Euangelia iurauerit; licet ille cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne non seruando quod promittit, reatu periurij teneatur. ¶ Item obijcitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnib. quæ sibi imperata fuerint pro honore suę ciuitatis: ne vero obedientiam recusantes, reatu periurij illaqueentur; supponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quàm se iuraturos arbitrẽtur; videlicet ne Padum in Nilum conuertant, vel aliquid hmõi faciant: Si ergo contra hoc, quod iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent; nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet? ¶ Item, si innocens de adulterio, vel furto impetitus innocentiam suam vellet asserere. iuraret autem se obiectis sic esse immunẽ, sicut in breui illo continetur, quod manibus suis se scripsisse arbitratur, contineatur autem in illo hunc reũ esse obiectorum; nunquid à Domino periurus reputabitur? aut nũquid poterit argui se iurasse, adulterij, aut furti reatum incurrisse? Non.

Hinc etiam Chromatius a *in c 5. Matthæi.*

a ¶ Chromatius. *Antea citabatur,* Chrysostomus. *cui errori occasionem dederat similitudo primarum litterarum.*

¶ Inter iuramentum, & locutionem fidelium nulla debet esse differentia. C. XII.

IVramenti hæc causa est: quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam[b]: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: quia vtrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna dãnauit, dicente scriptura, [Os quod mentitur, occidit animam.] Quisquis ergo verum loquitur, iurat; quia scriptum est [Testis fidelis non mentitur.]

Sap. 1.

Prou. 14.

† al. Item

Idem †.

¶ Antequam aliquis iuret, peierat, si contra conscientiam iurare parat. C. XIII.

QVi peierare paratus est; antequam iurat, iã periurus esse videtur: quia Deus nõ ex operibus [c]iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, quòd iuramenta secundum

IVramẽti] CASVS. Adhuc pbat Gra. per hoc capit. q iuramentum debet intelligi secundum intentionem proferentis. Dicit ergo Chromatius, q quicumq; iurat, ideo iurare dẽt, vt uerũ loquatur. unde Deus iter iuramẽtum: & communem loquelam differentiã non facit: quia sicut in iuramento nõ debet esse perfidia, ita nec i loquela nostra: & si quis contra fecerit, pœna diuini iudicij damnabitur. & hoc probat auctoritate Dñi dicentis: Os quod mentitur, &c. Seq. c. per se patet.

a ¶ Ad hoc iurat.] Id est, iurare bebet.

b ¶ Distãtiã.] Quantum ad hoc, cũ mortaliter peccat q simpliciter dicit falsum sicut qui sub iuramento dicit falsum, magis tamen peccat peierando quàm mẽtiendo: solidius subsistit vbi iuramentũ interponitur, vt sup. ea. q. 1. c. 1. sed tamen plus operatur sacramentum, quam simplex promissio, vt extra de iureiur. debitores. Item hic est ar. q ex nudo pacto oritur actio, vt 12. q. 2. quicũq. suffragio. & q. 5. quia Ioannes. Io.

Iurũm plus operatur q̃ simplex promissio.

Dic ergo q licet Deus ñ faciat dr̃iam interloquelã & iurũm, ecclesia tñ facit, quia mẽdax simplex non patit pœnam quoad infamiam & repulsionem testimonij. vel quin possit promoueri. sed secus in mendace iurõ. & hoc intelligas, ex quo simpliciter mendax est de crimine emẽdat[9], ſm dec. ext. de test. testimonium. secundum H.

QVi peierare.] c ¶ Nõ ex operib.] Deus potius cõsiderat aĩum q̃ factũ, vt 15. q. 6. c. 1. & Deus interrogat cor, & nõ manũ. 14. q. 5. ff quid sic 32. q. 5. proposito.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Cõcludit Gratia. ab illo §. [Sed obijcitur.] q iura iudicantur à Deo

intelligi secundum intentionem iurantis, & non eius,

à Deo secundum intentionem facientis, & non recipiẽtis. & postea soluit prædictam contrarietatem, dicens ꝙ simplicitas quãque est ex parte faciẽtis, quãque ex parte recipiẽtis, & similiter dolus quãque est ex parte faciẽtis, quãque ex parte recipiẽtis ex quacumque ergo parte est, Deus uidẽs cordis simplicitatẽ sic accipit sicut illa pars intelligit, quæ simpliciter intelligit: artẽ em̃ verborum Deus semper aspernat̃ & odit.

DE AETATE. Hæc est quarta pars q. in qua probat, quando & in qua ætate sit iurandum, & quando nõ & hæc est q. incidens Io. de Fan.

CASVS. Quia sup. facta est mentio de iuramento: ideo nunc ostendit Gra. in qua ætate possit quis ad iuramentũ cogi, & ꝙ intra pubertatis annos nullus compelli debet int. c. 1. & 2. postea uero compelli potest.

causa, audiretur, quia nulli prohibetur agere in propria causa, vt 4. q. 9 omnibus sed agere non potest nisi præstet sacramentum. Item nõne iudex vel altera pars potest ei deferre sacramentum? Ad hoc dicas ꝙ hęc lex sumpta est de Lombarda, secundum quã non iurat de calum. pellatur ab agẽdo intelligẽ verum quã venit contra cõtractũ iuste celebratũ super actione aliàs intentata, vt hic, aliàs aũt non reperit ꝙ periurus repellatur ab agendo, vt no. Do. in ca. dilecti. de excep. & Ant. de But. in c. intelleximus. ex. de iud. Itẽ et ad de ꝙ semel periurus perdit priuilegium, ꝓbandi impedimentũ. conc. Ale. de Imo. in l. nõ exigimus. §. qđ diximus. ff. si qs cau. & pe & q iurat. C. de bo. aut. iud. poss. ibi in prin.

intentionem præstantis, non recipientis à Deo iudicantur. Quomodo ergo secundum Isidorum quacumque arte verborum quis iurat; Deus sic accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed sicut aliud est callida arte verborũ iurare, aliud simpliciter intentionem suam iurando enunciare: sic aliud est simplici intentione iuramẽtum factum recipere: aliud in recipiendo calliditate vti: quia sicut quisquam apud Deum non valet aliquem lædere, sic nec præter eius intentionem valet quis alicui subuenire. Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem vtriusque cõsiderat & tam ex parte recipientis, quàm ex parte præstantis verborum artem apernatur & odit.

4 *De ætate vero iurantium quæritur: qua ætate quisque ad iurandum debeat cogi.*

De quo in primo libro capitularium, c. 63. sic inuenitur definitum.

¶ Ante rationabiles annos, aliqui non congantur iurare. C. XIIII.

Paruuli, qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur iurare [a], sicut Gunebodigni faciunt [α]. Et qui semel periuratus fuerit; nec testis sit post hoc, nec ad sacramentum accedat, nec in sua causa [b] vel alterius iurator existat. Iuo p. 12. c. 23. Pann. l. 8. c. 103.

α ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita illæc sunt ex originali.*

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante quattuordecim annos nullus iurare cogatur. C. XV.

PVeri ante annos quattuordecim non cogantur iurare, Puella [c], quoque, si in puerili ætate sita in domo patris, illo nesciente, iuramento se constrinxerit, & pater eius, vt audierit, statim [d] contradixerit; vota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur. Burc. l. 12. c. 26. Iuo p. 12. c. 81. Pann. l. 8. c. 104. & 105.

¶ *Burchardus hoc citat ex concilio Hibernensi: vt alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.* Capitu. l. 1. c. 63.

Item Cornelius Papa.

PAruuli.] CASVS. Quæsitũ fuit in qua ætate paruuli cogantur iurare. Et respondetur, cum sunt in ætate rationabili, & si quis cum iurare potest, semel peierauit, de cętero testis esse non potest: nec in sua uel alterius causa erit iurator. Quæ autem sequũtur, plana sunt usque ad §. de forma.

Impuberes an possint iurare.

a ¶ Iurare.] Nec testis esse põt, ut 4. q. 3. ca. 1. Et ideo hoc est, q̃ iuramento debet adesse iudicium: sed hæc ętas nescit quid agat, ut C. de fal. mo. l. 1. Itẽ qui impubes nõ potest peierare, vt ff. de iureiurand. l. qui iurasse. vnde sacramentum calumniæ præstare non potest. posset tamen dici ꝙ si est doli capax 1, ꝙ tunc calumniose petere potest, vt ext. de delt. pue. cap. 1. & si nouerit veritatem, ꝙ bene præstabit sacramentum calumniæ: arg. C. de iureiur. propter calumniam. l 2. §. 1 Sed de veritate dicenda bene potest iurare. Nam ab impuberibus & timidis sumitur initium quæstionis, vt ff. de quęstio. in princip. Item impubes ferula percutitur pro veritate dicenda, vt ff ad Sylla. l. 1. §. impubes, & tenet confessio quam facit, licet contra eam posset restitui, vt ff. de confess. l. certum. § penult. Ioan. quod falsum est, nisi sit doli capax cum hoc contradicat B. hoc autem certum est, quòd si aliquis sponte receperit iuramentum minoris, bene valet, & tenet iuramentum, vt ff de iureiur. l. qui iurasse. Item in hoc casu potest quis conueniri ratione iuramenti quod præstitit dum esset impubes, vt si impubes iurauit se præstiturum operas, ipse pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento, vt ff. de lib. causa. l. vlt. in fi.

1 Dicit Azo. ꝙ hoc nõ est verum, q̃uis sit doli capax. ar. C. de iur. cal. l. 2. §. 1. sed de veritate dicenda bñ. ff. de cõfess. certũ. §. minore, arg ff. de adm. tu. l. 1. in fi. am L. & hoc est quod sequit̃.

b ¶ Causa.] Sed a nonne si agere vult periurus in ꝓpria calumnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: & potest dici ꝙ loquitur hic de iuramento purgationis idest, vt nec se nec alios possit expurgare. ex hoc sequitur ꝙ si suspicio aliqua est contra periurum, statim habetur pro conuicto, cum se expurgare non possit. & imputet sibi, qui in talem casum incidit: quia culpa sua illud sustinet, vt 15. q. 1. si quis insaniens ex quo enim semel peierauit, præsumitur ꝙ semper debeat peierare, vt 2. q. 7 non potest. vnde amodo non est sacramento suo credendum, vt ext. de præsump. litteras. ea tamen iuramenta quæ oneris sunt potius quàm honoris, bene præstabit, vt iuramentum calumniæ. similiter dominis suis iurabit in causa feudi, contra 47. dist. quantumlibet, ext. de re iud. in causis.

2 Ad hæc ꝙ periurus re-

c PVeri.] ¶ Puella.] Idem est in puero, vt sup. ea. q. 4. tribus.

d ¶ Statim.] Filij iuramentum debet pater reuocare, q̃ cito scit 3, ut hic dicitur: sed uotum religionis non tenetur statim reuocare cum scit, sed vsque ad annum & diem contradicere potest, vt 20. quæst. 2. puella. aliter ta-

3 Ad idẽ cõ cor. H quæ exponit statim, i. ex quo sciuit & potuit

tamen est sup. distinctum, scilicet 20. q. 2. in prin.

a Honestū.] Hoc ieiunus.] Similiter testimonium debet dicere ieiunus, vt extra de testi. placuit. Quæ à ieiunis fieri debeant, not. de consecrat. dist. 1. sacramenta. tamen quod hic dicitur, magis est honestū, quàm

sallus semper debet in memoria habere. Et ponit exemplum de illis sex, in quibus omnibus debet vasallus domino consilium & auxilium præstare, si vult beneficio dignus videri, & salus esse de fidelitate, & dominus in his omnibus vasallo vicem reddere debet.

d Honestū.] Sic ergo honestas & possibilitas in omni iuramento sunt intelligenda, vt supra. ea. q. 4. vnusquisque. & extra de iureiur. quemadmodum, sed illud sacramentum præstant archiepiscopi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & subditi suis episcopis, vt 23. dist. quāquam & Imperator Papæ 63. distin. tibi domino. & licet generaliter iuret vasallus domino, scilicet q in omnibus causis iuuabit ipsum & contra quemlibet tamen cōtra propriā patriam nō iuuabit ipsum, vt ff. de reli. minime. nec contra Papā, vt extra de iureiur. venientes. Sed qd si dominus vult filiū vasalli impetere nunquid iuuabit ipsum contra filium videtur q non: quia nec contra filiū excōmunicatum iuuabit. 11. q. 3. quoniam multos. & arg. ad hoc ff. de reli. minime. Contrarium tamen dicit lex feudi in titu. quemadmo. feu. amit. dicitē. enim ibi, quod vasallus obligatus est filio suo tantum vinculo naturę: sed domino suo obligatus est vinculo iuramenti. Itē nō tenetur ipsum iuuare si iniuste impetit alium: nec enim opē fert qui ad peccādū nos adiuuat. vt 14. q. 6. si res. Item nunqd

Imperator iurat Papæ.

De eodem, & vt à ieiunis iuramenta præstentur. C. XVI.

Burc. l. 12. c. 12. Iuo p. 12. cap. 69. & 33. Pan. l. 8. c. 120.

HOnestum etiam videtur, vt qui in sanctis audet † iurare, & hoc ieiunus [a] faciat cum omni honestate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

Cæteri etiam collectores citant ex decretis Cornelij Papæ. Extat autem lib. primo capitulariuм, c. 63. nonnullis præterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c. 33.

Simile quiddā in schedis capitulariuм è Gallia missis.

Præterea sunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud sanctum Medardum habito.

Quibus temporibus iurare prohibemur. C. XVII.

DEcreuit sancta synodus, vt à Septuagesima [b] vsque in octauā Paschæ, & ab aduētu Domini vsque in octauam Epiphaniæ, nec non & in ieiunijs Quatuor temporum, & in Litanijs maioribus [c], & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione, nullus super sacra Euangelia iurare præsumat.

In vsibus feudorū, li. 2. tit. 6.

5 De forma vero fidelitatis, & quid quisque debeat domino, vel econuerso; sic inuenitur in epistola Fulberti episcopi.

Quæ in fidelitate sunt obseruanda. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 75. Pan. l. 8. c. 122

DE forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat; nisi sex semper in memoria debet habere; incolumne, tutum, honestum [d], vtile, facile, possibile †. Incolum [e] videlicet; ne sit in damnum domino suo de corpore suo. Tutum; ne sit ei in damnum de secreto [e] suo vel de munitionibus [f], per quas tutus esse potest. Honestum; ne sit ei in damnū de sua iustitia, vel de alijs causis, quæ ad honestatem [g] eius pertinere videntur. Vtile; ne si ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile; ne id bonū quod dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neue id qđ possibile erat

† Adde q simile obsequium debet clericus ecclesiæ l. 2. & ibi Alber. de Ro. de ad no. diuer. iu.

quàm iustum. Ioan.

b DEcreuit.] Vt à septuagesima.] In his etiā diebus causę exerceri non debent. 15. q. 4. c. 1. & 2. huic tamen cap. & præcedenti obuiat consuetudo præscripta. Ioan.

c In litanijs maioribus.] Vt in festo sancti Marci.

DE FORMA. Hæc est. 5. pars q. in qua dicitur q uod in sequenti. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de iuramento: sed qa fidelitas fit iureiurando: ideo nunc ostendit Grat. qd fidelis domino. & econuerso debeat facere.

DE forma.] CASVS. Quidem rogauit Fulbertum episcopum vt scriberet sibi quot debeant contineri in iuramento fidelitatis, quam facit vasallus domino: qui rescripsit sex debere ibi contineri, scilicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile: quę va-

vasallus pōt accusare dīm; Non, vt hic pōt colligi: nisi psequatur suam iniuriam. alioquin si accusat perdit ius feudi: sicut patronus, qui accusat libertum perdit bonorum possessionem, vt ff. de bo. lib. qui cū maior. nec & testimoniū pōt contra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, vt extra de cffi. deleg causam.

Vasallus dominū nō accusat.

e De secreto.] Ille qui prodit secreta alicuius, capite punitur, vt ff. de re milt. omne §. 3. & C. de cōmer. & mer. l. 2 & sic potest quis iurare ne prodat secreta alterius. arg. tamen est contra. 13. dist. nerui.

Secretorū proditor capite punit.

f Munitionibus.] Qui munitiones cedit hostibus, vel litteras, vel nuncium vel aliqđ signū eis mittit, incidit in crimē læsæ maiestatis, vt ff ad le. Iul. maie. l. 2. & 3.

g Ad honestatem.] Vt nec cum vxore, nec cum filia commisceatur: nec aliquid inhonesti faciat in domo domini, vt de pœn. dist. 5 consideret.

reddat ei impossibile. Vt fidelis hęc nocumenta caueat iustum est. Sed quia non sufficit α abstinere a malo, nisi fiat id, quod bonum est †; restat, vt in eisdem sex supradictis consilium[a], & auxiliū domino suo fideliter pręstet: si beneficio dignus [b] videri vult, & saluus esse fidelitate, quam iurauit: dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem[c] reddere debet Quod si non fecerit; merito censebitur malefidus; sicut ille. qui in eorum β pręuaricatione; vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periurus.

¶ *Epistola hæc Fulberti missa est è Gallia, descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensis: cuius hic est titulus,* Glorioso duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotensis episcopus orationis suffragium.

α ¶ Sed quia non sufficit.] *In ipsa epistola legitur:* Sed non ideo casamentum meretur: non ei sufficit. *Apud Iuonem vero*, Sed ideo cassamentem † meretur. Non enim sufficit, &c.

† *al. cansamitum.*

β ¶ Qui in eorum.] *In epistola legitur*, si mox præuaricatione, *apud Iuonem*, si in eorum præuaricatione, *In Pannormia vero vt apud Gratianum.*

† Concor. l. iustitia. §. iuris precepta cū gl. in vers. tribuere. ff. de iusti. & iu. & instl. eo. tit. & t. in glos super verbo ius suum.

Augustinus.

¶ De eodem. C. XIX.

Anſl. 11. c. 74. Poly l 6. tit. 11. Bur. l. 12. c. 21. Iuo p. 12. c. 78.

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino suo iurat, & postea peruersè, & dolosè eius regnum tractauerit, & in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur; qui sacrilegium peragit, in Christum Domini manum mittens; anathema sit nisi per dignā pęnitentię satisfactionem emendauerit, sicut constitutum à sancta synodo est; id est, sæculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat, & poeniteat omnibus diebus vitæ suæ: veruntamen communionem in exitu vitę suę cū Eucharistia percipiat. Episcopus vere, presbyter, diaconus, si hoc crimen commiserit; degradetur.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habet ur. Burchardus & Iuo citant ex dictis Augustini Simile autem habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hispania misso.*

6 *Vt itaque ex præmissis apparet, mendacium nec simplici sermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non solum in verbis, sed etiam in simulatis operibus esse probatur.*

Vnde Ambrosius ait in sermone habito in Dominica de Abraham.

¶ *Initium huius sermonis est*, Scitote fratres.

¶ Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit. C. XX.

Pann. l. 8. c. 1 27.

CAute fratres mendacium, quia omnes qui amant mēdacium, filij sunt diaboli α. *& infra.* ¶ Non solū in falsis verbis, sed etiam in simulatis operibus[d] mendacium est. Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, episcopum, sacerdotē, vel clericū se profiteri, & cōtraria huic ordini operari.

Promissiones negatiuæ ad duo obligant.

a ¶ Consilium.] Vide quomodo interpretatur hoc iuramētum: Ego iuro quod nullum faciam tibi damnū. i. ego iuro quod nec ego, faciam & etiam quod alios facientes prohibebo. sic interpretatur lex tale pactum, vt si aliquis fecit pactum, quòd siluam non cederet vel vteret, etiā custodire tenetur ne alius vtat vel cedat. vt ff. loc l. in lege. idē videtur in omnibus negatiuis de omissionibus, vt cū dicitur; promitto quòd non faciam: non solum teneor non facere, sed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verb. sign. facere. & ff. ver. ob. in illa stipulatione.

b ¶ Dignor.] Ergo si clericus præstat patrocinīū cōtra ecclesiam suā, vel episcopum suum, potest priuari beneneficio suo 96. distin. si Imperator. & ext. de postu. c. si. Ioan. 2.

c ¶ Vicem] Et sic eadem fide tenetur quis subdito suo sicut subditus dn̄o, vt 95. dist. esto subiectus. & extra de iureiur. peruenit & 22. q. 6. nihil iniquius. & si nō fecerit, priuatur illo, vel dn̄io, quod habet in vasallo, & transit feudū ad superiorē, vt in li. de feu. quemadmodum feu. amit.

γ Adde pro hoc tex. in l. alia cū. nota. C. de his quibus indig. Bal. & gl. in ver. nō cuitabit. in cap. 2. versi. sed & qui delator. quæ fu. pri. cau. bene à mi.

VT ITAQVE Hæc est sexta pars q. in qua dicitur, quod non solum verbis mentitur. sed etiam factis. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, dicens. quod mendaciū nec simplici loquela, nec in iuramēto est assumendū. Postea ostēdit quod mēdaciū & verbis & factis fieri potest: quod per seq. c. probat.

CAuete fratres.] CASVS. Ambrosius monet fratres suos vt mēdacium vitēt: ostēdēs quod mēdaciū fit duobus modis .s. verbis & factis. Nā si quis dicit se Christianū & clericū, & non faciat opera Christiani, vel clerici mēdax est in operibus suis.

d ¶ Operibus.] Arg. quod factis mentimur, sicut verbis. & factis negamus Christū, sicut verbis. 11. q. 3. æstimant. & factis appellamus. extra de appella. dilecti 1. & factis pręedicamus 43. dist. sit rector.

Factis mentimur, sicut verbis.

Quo-

QVoties vero.]CASVS. Docet Hierony. in hoc cap. q̃ si quis non congruo tempore & loco, & quod non conuenit audientibus loquatur: potius destruit audientes quàm ædificet. Vnusquisq; enim cõsiderare debet quod vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioso reddituri sumus rati onem. sequen §. per se patet.

a ¶ Audientibus.] Forte instituit rudes magna & subtilia, quod esse non debet. simi. 8. q. 1. oportet. & 43. distinct. cap. 1. Ion.

α ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc*, quia non solum mendax est, sed etiam & pater & inuentor ipsius mendacij est. Omnis enim simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedit.

C. XXI.

QVoties vero loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut non ut conuenit audientibus [a], toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionẽ eorum qui audiunt. Consideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentum vero clericus laico præstare non debet. Vnde in Rhemensi concilio legitur.*

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat.

C. XXII.

Burc. l. 2. c. 188. Iuo p. 6. c. 233. Pann. l. 5. c. 11.

NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquam laico [b], quidquã super sacrosancta Euangelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate dicat, est, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur [ϐ]; prout iudicauerint, qui eiusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

ϐ ¶ Obiciatur.] *Apud Burchardum & Iuonem sequitur*, ad episcopum in cuius territorio est, deferatur; & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare nõ debet, nisi forte is, cui eccclesiæ procurationem committit. Vnde Urbanus II. ait.

¶ *In aliquos vetustis exemplaribus finis huius causæ est in ver.* expurgetur. *absunt autem hæc verba & sequens caput*, nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed etiam capus primum de iuramento calumniæ, & constitutio nona Henrici.*

Ext. de iureiur. c. nullus.

¶ De eodem. C. XXIII.

NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quib. ecclesiasticarum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.


IVRAMENTVM. Hæc est 7. pars qõ in qua dicitur, quòd clericus nõ debet iurare laico, nec episcopo sine causa. Ioan. de Fant.

NVllus.]CASVS. Quæsitum fuit in concilio Rhemẽ. virum clericus accusatus coram laico iudice, possit præstare iuramentum calumniæ, uel innocentiæ ad se purgandum. Et respondet quòd nõ: sed corã ecclesiastico iudice corrigatur, uel expurgetur: sed corã laico iudice dicat, est, est, non, non. Quæ autem postea sequuntur patent.

b ¶ Laico.] Hoc cap. intelligas de iuramẽto expurgationis, q̃ clericus nõ debet facere coram laico, sed tantum corã episcopo uel eius delegato. nisi hoc fiat auctoritate Papę, ut 2. q. 5. Mẽnam. si enim clericus peteret aliquid corã laico, bene tenet ibi pręstare iuramentũ calumniæ. Vel dic q̃ sine licentia episcopi nullum dẽt facere iuramentum laico. Imperatori tamen iurãt episcopi fidelitatem.

Iurum expurgationis non dẽt clericus pstare corã laico. 1 Ista fuit sẽia. M. & B. sm L. & q̃ hoc casu intelligatur c. patet ex fi. sm H. sed vi get illa Ita, quidquam.

CAVSA XXIII.



Vidam episcopi cum plebe sibi cõmissa in hęresim lapsi sũt, circũ adiacẽtes aũt catholicos minis, & cruciatib. ad hęresim cõpellere cœperũt: quo cõperto Apostolicus catholicis episcopis circum adiacentium regionũ, qui ab Imperatore ciuilem iurisdictionem acceperant, imperauit, ut ca-



Vidã epi.] CASVS. Supra tractatũ est de catholicis. & dictũ est, quòd non sunt cogendi ad malum. Nũc vero subnectit Gra. 23. causã in qua de hæreticis tractat, quærens an episcopi sint cogendi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum, & quod iniustum, & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, condemnando scilicet. Sed vt hęc & alia competentius faciat, thema proponit, de quo octo elicit quæstiones.



Vòd militare.] CASVS. Hic ponit prima q. in qua quærit an militare sit peccatū. Et rñdet ꝙ nō, vt inf. e. militare. & hoc verū est, si bellū à principe indicat, inf. e. q. 2. iustū. similiter ꝓ defensione sua, vel patriæ, vł legū paternarū, ut 2. q. 8. si nulla. clerici aũt arma mouere nō possunt, ut inf. e. q. 8. clerici. & c. quicunq. Et ꝓcedit Grat. hoc ordine in hac qōne, primo probat, ꝙ militare sit peccatum: postea in §. ĩ his ita. rñdet allegatis, & probat contrarium. In vltimo §. concludit, uerā ponens solutionē, scilicet ꝙ ꝓcepta patientiæ in ꝓparatione cordis sūt seruanda, nō in ostētatione corporis. Est ergo casus, §. breuis. probat Gra. ex auctor. militare esse peccatum, quas per te facile videbis si diligenter inspexeris.

l. 4 & 5. si tamen aliquis uim factā repellet, potius præsumi debet ꝙ defenuēdi, quàm ulciscendi causa fecerit id, vt ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & hoc si primus percussor uolebat percutere denuo: alioquin si uolebat denuo percutere, & alter repercusserit, potius

pelli pōt in pune: collectis .f. amicis, & q̃ citius pōt si acq. post. q̃ meo, §. vi & l. clam, § ad nūdinas. qū nō est iniuria illius personæ: q̃ tunc præsumitur vitio, s̃m Ioan. de Fan.

tholicos, ab hæreticis defenderent, & quibus modis possent eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici † recipientes, conuocatis militibus, parte, & per insidias contra hæreticos pugnare cœperunt. Tādem nonnullis eorum neci traditis, alijs, rebus suis, vel ecclesiasticis expoliatis alijs, carcere, & ergastulo reclusis, ad vnitatem catholicæ fidei coacti redierunt, † al. apostolica

1 Hic primum quæritur, an militare peccatum sit.
2 Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.
3 Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.
4 Quarto, an vindicta sit inferenda.
5 Quinto, an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere.
6 Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.
7 Septimo, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.
8 Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, vel Apostolici, vel † Imperatoris præcepto arma mouere. † al. sine Imperatoris

QVÆSTIO I.



Vòd militare [a] alienum videatur ab Euangelica disciplina, hinc videtur posse probari: quia omnis militia vel ob iniuriam propulsandam [b], vel propter vindictam inferendam est instituta: Iniuria autem vel à propria persona, vel à socio repellitur: quod vtrumque Euangelica lege prohibetur (um enim dicitur: [Si quis te percusserit in vnam maxillam, præbe [c] ei & alteram.] Matt. 5. & iterum: [Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia [d].] ¶ Item cum Apostolus dicat: [Non vos defendentes [e] charissimi, sed date locū iræ,] quid aliud ꝓhibemur, quàm propriæ personæ iniuriam repellere? Rom. 12. ¶ Itē, cum Petro gladio magistrū defendente, Christus dixerit: [Conuerte gladium tuum in vaginam, an putas, quia non

a ¶ Quod militare.] Hic quærit an militare, seu bellare sit pcūm, & dicendū ē, ꝙ nō: vt inf. e. militare. & hoc uerū est si à principe indicat bellū, vt inf. e. q. 2. iustū. Silr pro defensione sua, uel patriæ, uel legū paternarū, vt inf. e. q. 8. si nulla. Clerici aūt in sacris ordinibus constituti non possunt mouere arma, vt inf. e. qō. 8. clerici. Similiter vr̄, ꝙ nec in minoribus ordinibus constituti, etiā vxorati possunt mouere arma: quia sub regula ecclesiastica debent viuere, vt 32. d. si qui. & 20. q. 3. eos. qđ cōcedo si volunt gaudere priuilegio ecclesiastico. ar. ad hoc. ext. de cle. coniu. Io. de Fan.

Bella an sint ꝑmissa & quibus.

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuriam, & qualiter possit repelli, & an tantum personæ iniuria, vel etiam personæ & rerum possit repelli videndum est 1. Et quidem videtur, ꝙ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias & rerū & personæ, vt extra de rest. spol. olim. & extra de sent. excomm. si vero. c. ex tenore & sup. d. 1. ius naturale. & ff. de initit. & iure, vt vim. Econtra uidetur ꝙ clerici non possunt, vt extra de homicid. suscepimus 46. d. seditionarios. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ nulli licet vim repellere percutiēdo, sed tantum impediendo. Alij dicunt ꝙ licet laicis repercutere: clericis non. Ego credo quòd & clericis & laicis licet repercutere: distinguitur tñ, quia aut vis infertur personæ, aut rebus. si personæ, tunc est vis repellenda prius quam sit illata. Sed quidā dixerunt, ꝙ nullus vim repellere debet nisi illatam 2: immo insidiantem licitū est occidere, & eum qui vult occidere, vt ff. ad l. Aquil. tius est vindicta, quàm repulsio iniuriæ: & sic intelligo quòd dicitur iniuriam incontinenti posse repelli. Requiritur ergo quòd defendendo repercutiat, non vlciscendo, vt infra eadem. quod culpatur. & ff. ad l. Aquil. scientiam & cum moderamine se defendat, vt ext. de restit. spol. & cum olim. causam. in fi. si quis tamen moderamen excedit, & non ex proposito, non tenetur, vt ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. licet illa decr. olim causam. videatur contradicere. Item incontinenti debet vim vi repellere, vt ff. de vi, & vi ar. l. 3. §. cum igitur. Si autem vt infertur rebus, & illatam, & inferendam licitum est repellere: sed potius illatam, quàm inferendam.

Iniuria an possit repelli, & à quib.

1 Adde pro hoc glo. 2. & ibi Bar. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & l. si quis in seruitute. ff. de fur.

2 Et incontinēti repelli dēt. sed ex interuallo re-

c ¶ Præbe.] Illud intelligatur de cordis præparatione, vt inf. ea. paratus, vel cum agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quæstio fidei.

e ¶ Defendentes.] Ex odio, vel dic ex interuallo: vel non seruato moderamine.

a ¶ Non

Matth.26. possem[a] rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones Angelorum?] denique sicut de B. Andrea legitur, cum fieret concursus populorum, vt de manibus iniqui iudicis eum eriperent, & ab iniuria mortis illum defenderent; ipse econtra & exemplo & verbo patientiam docens, rogabat eos, ne suum martyrium impedirent quid aliud monemur: quàm sicut proprias, ita & sociorum iniurias patienter tolerare, nec ad arma concurrere, sed eorum exemplo ad similia ferenda animum præparare? ¶ Itẽ cum in prouerbiis[a] dicatur, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus,] ¶ Item, cum in Euangelio dicatur [Nolite iudicare[b], & non iudicabimini,] Item, cum paterfamilias dicat seruis volentibus colligere zizania[c] [Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & tunc dicam messoribus, colligite zizania, & alligate in fasciculos ad comburendum.] ¶ Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio suo, missis exercitibus suis angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidias prophetarum, & Apostolorũ, qui vocati ad nuptias venire contempserunt credendo: Itẽ cum Paulus apostolus dicat in epistola ad Romanos,] Nolite iudicare inuicem,] Item [Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit: Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & uiuorum, & mortuorum dominetur:] In his omnibus quid aliud præcipitur, quàm uindicta delinquentium diuino reseruetur examini? Cum ergo, ut supra dictum est militia uideatur instituta uel ob iniuriam propulsandam, uel ad uindictam inferendam, utrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quòd militare peccatum est.

In martyrio ipsius.
Deute. 32.
Rom. 12.
Matt. 7.
Matth. 13.
Rom. 14.

a ¶ In prouerbijs.] *Sententia ista solet quidem prouerbij loco vsurpari; sed non habetur in libro Prouerbiorum. Affertur à B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniunctè cum alia sententia ex c. 25. Prou.) & ad Hæbreos 10. Deuteronomij, c. 32. In cantico sic subscriptum est,* Mea est vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum spiritualium figuram gerunt. C. I.

Origenes homilia 15. super Iosue.

NIsi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualiũ gererent; nunquam, vt opinior, Iudaicarum historiarum libri discipulis Christi, qui venit pacem docere, legendi in ecclesijs fuissent ab Apostolis[d] traditi. Quo enim eis bellorum proficeret ista descriptio, quibus dicitur ab Iesu: [Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apostolum iubetur, & dicitur [Non vosmetipsos vindicantes[e], sed magis iniuriam accipere, & magis fraudem patimini?] Vnde denique sciens Apostolus nulla nobis iam vltra bella esse carnaliter peragenda; sed animæ certamina contra spirituales aduersarios desudanda; velut magister militiæ, præceptum dat militibus Christi, dicens: (Induite uos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus astutias diaboli.

Io. 14.
1. Cor. 6.

His ita respondetur. Præcepta patientiæ non tam ostentatione corporis, quã præparatione cordis retinenda.

Vnde Augustinus ait in sermone de puero Centurionis.

a ¶ Non possum.] Et tamen noluit rogare vt præberet. exẽplũ humilitatis. alibi tamen dicit, si fieri põt transeat à me calix iste. 16. d. habeo.

b ¶ Iudicare.] Iniuste. Vel loquitur de ijs, qui non habent iurisdictionem.

c ¶ Zizania.] 11. q. 3. nolite. Ioan.

NIsi bella.] CASVS. Quæsitum fuit à Grego. quare bella Iudæorũ legũtur in ecclesia. Et respondet ꝙ non ob aliud, nisi vt per ipsa doceamur spiritualiter pugnare contra vitia & dæmones. Et ad hoc probandum inducit 4. auctorita. quarũ vna est Christi. reliquæ sunt Apostoli Pauli.

d ¶ Ab Apostolis.] Ergo non tantum ex pcepto vel constitutione ecclesiæ legimus libros Iudæorũ: sed & ex præcepto Apostoli. Sed quæro vbi hoc pcepit Apostolus? Dic ꝙ loquitur præsumendo. quod enim vniuersalis ecclesia tenet, credẽdũ est hoc ab Apostolis esse institutum. 11. d. ecclesiasticarum.

Libri Iudæorum sunt legendi ex pcepto Apostoli.

Ecclesia aliàs quòd tenuit, hoc credendum est ab Apostolis etiam institutum

e ¶ Vindicantes.] Ideo enim iudiciorũ vigor in medio positus est, ne quis sibi vltionẽ sumere psumat C. de Iudæ. nullus. 16. q. 1. ad hoc Io.

HIS ITA. CASVS Dictum est in §. 1 ꝙ militare est peccatũ quia patientiã habere debemus. Et ad hoc inducit proximũ capitulũ. Nũc vero dicit Gratia. ꝙ illa patientiæ præcepta non tantum sunt in corporis ostensione retinenda quantũ in cordis præparatione: quasi dicat, interius debet esse homo patiens: sed extra debet corrigere delinquẽtes: quod probat per sequens cap.

Para-

Paratus.] CASVS. Ostendit Grat. in hoc c. quod præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi beneuolentiam, quàm ad opera exteriora: quibus delinquentes inuitos possumus corrigere & castigare, patientia, vel beneuolentia animi interius obseruata. Et hoc probat quinque exēplis: scilicet Christi, Pauli, & Petri & Reipublicæ, Ioannis Baptistę. Primum exemplū incipit ibi [Hinc liquido.] Secundum ibi, [Nec Paulus.] Tertiū ibi [Agēda sunt] Quartū ibi, [Ac per hoc.] Quintum ibi, [Item paulo post.]

a ¶ In aperto.] Arg. quod nō semper per exteriora comprehenduntur interiora 1. 5 q. 5. non omnis. & ca. non osculatur.

b ¶ Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimur illi, quē verberamus, vt 45. di. & qui emendat. Ioan.

c ¶ Si verba.] Argu. quòd non debemus inhęrere verbis, sed potius menti. vt dixi 22 q. 5. humane. 26. q 5. nec mirum. verba. n. in rescriptis posita, vel in lege, conformare debemus ęquitati: & licet verba hoc nō patiātur, ext. de rescrip. causam. & extra de consue. cū dilectus. & ff. de in ius vo l. quamuis, & ff. quod p tuc. l. vlt. Argu. contra 19. distinct. in memoriam & ff. qui & à qui. manumis. l. prospexit. vbi dicitur, sufficit ita scriptum esse. & si illud durum est.

d ¶ Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. 1. q. 1. §. cum ergo.

e ¶ Secundū legem.] Iudex secundum leges iudicabit. & non secundum motum animi sui, vt extra de constit. cap. 1. & 11. q. 3. summopere alioquin punitur vt falsarius, vt ff. ad le. Corne. de fal. l. §. 1.

f ¶ Et contra legē.] Lex. n. dicit, quod liber homo non debet verberibus cędi, vt C. de repud. consensu. vltra medium, nisi in casu, vt no. 5 q. 5. illi, qui & no. 15. q. 6. in summa

g ¶ Destruendum.] Dixit eum non esse principē: quia non erat apud eū duraturus principatus. vt extra de ver. signi. nam & ego. & infra de pœn. dist. 1. diuortium.

h ¶ Nescire.] Arg. quod non potest quis se excusare à prætextu ignorantię de re, quę facta est inter vicinos suos: & extra de præsumpt. quoniam, & c quanto. 54 distinct. nulli & 12. q. 2. qui & humanis. similis præsumptio est. C. de integ. restit. minor de tutela.

i ¶ Quam voluntati.] Infra. ea. q. 4. displicet, supra 45. dist. & qui emendat.

k ¶ Qui etiam.] Vel quinetiam.

Vicinorum facta præsumitur scire. a Idē Ale. & Imo in l. bā ad cognitionē nulla. §. fi h cor. pe. & l. al n l & tutel. C. de in integ. restit. quę ibi sequit Saly. & Pau. de Cast.

† Arg. contra 31. q. 2. c. 1.

Homo liber verberari ñ debet.

¶ *Sic etiam citat Anselmus; Poly. non affert auctorem. Habetur autem in epist 5. Aug. ad Marcellinum.*

¶ Præcepta patientiæ virtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. II.

Poly. l. 7. tit. 7. Ansel. l. 13. c. 3.

Paratus debet esse homo iustus, & pius patienter eorū malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit, vt numerus potius crescat bonorum, non vt pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere quā ad opus, quod in aperto [a] fit (vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse [b] posse, quibus bene velle debemus;) ¶ Hinc liquido ostenditur: quòd ipse Dominus Iesus exemplum singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem; respondit, [Si malè dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si verba [c] intueamur, impleuit. Neque enim præbuit, percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamen paratus venerat non solum percuti in faciem, verum etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt [d] quid faciunt.] ¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, vbi etiam ipse percusus in faciem, dixit principi sacerdotum: [Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem [e]: & contra legem [f] iubes me percuti? Et cum à circunstantibus diceretur: [Iniuriam facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere voluit, quid dixerit vt qui saperent, intelligerent iam destruendum [g] esse aduentu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudæorum. Ait quippe. [Nesciui fratres, quia princeps est: Scriptum est enim principi populi tui, non male dices:] cum proculdubio, qui in eodem populo creuerat, atque † in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotum nescire [h] non posset; nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quòd nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque beneuolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis: quorum potius vtilitati consulendum est, quàm voluntati [i]. *& infra.* ¶ Nam in corripiendo filio quamlibet asperè, nunquam profecto amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam [k] inuitus videtur dolore sanandus. ¶ Ac per hoc, si terrena

Nō erat hic faciendum initiū noui paragraphi. cohęrēt. n. hęc cum antecedentibus.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Act. 23.

† al. incidēter] al. irridenter

Exo. 22.

† al. ibi.

a ¶ Respublica.] Id est, aliquis gerens Rempublicã. Io.
b ¶ In Euangelio.] Ioannis.
c ¶ Concusseritis.] Concutere est aliquid petere vltra debitum ratione alicuius officij, vt inf. e. q. quid culpat. dr autem concutere, qui per oppressionem & minas ex- extorquet pecuniam, vt ff. de concu. l. 1. & 2. Io.

Concutere quid sit.

ista Respublica [a], pręcepta Christiana custodiat; & ipsa bella sine beneuolentia non gerentur: vt † ad pietatis, iustitiæque pacatam societatem victis facilius consulatur. Nam cui licẽtia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil est infœlicius fęlicitate peccantium, qua pęnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior roboratur. *& paulo post.* ¶ Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus consilium salutis pertinentibus in Euangelio [b] diceretur, vt abijcerent arma, seque militiæ omnino subtraherent. Dictũ est autem eis: [Neminem concusseritis [c]: nulli [a] calumniam feceritis; sufficiant vobis stipendia vestra.] Quibus propriũ stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique nõ prohibuit.

† *al. sed vt*

Pan. l. 3. c. c. 42.

Lu c. 3.

a ¶ Nulli.] *Repositus est integer locus Euangelij, vt est in ipsa epistola, & libro 22 contra Faustinum, c. 74. Antea erat,* Contenti estote stipendijs vestris.

Item eiusdem ad Bonifacium, epist. 207.

¶ In bellicis armis milites Deo placere possunt. C. III.

Poly. l. 7. tit. 13. Ans. l. 7. c. 4. Iuo p. 10. c. 126. Matth. 8.

NOli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat. In his erat sãctus Dauid [d], cui Dominus tã magnum perhibuit testimonium. In his etiã plurimi illius temporis iusti. In his erat, & ille Centurio, q Domino dixit: [Nõ sum dignus, vt intres sub tectum meũ.] *& infra.* ¶ Hoc ergo primum cogita, quãdo armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis [b] de dono Dei non facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hosti [e] seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur; sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergo etiam bellando pacificus: vt eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincendo perducas. [Beati enim pacifici (ait Dominus) quia filij Dei vocabuntur.] Si autem pax humana tã dulcis est pro temporali salute mortalium: quanto est dulcior pax diuina pro æterna salute Angelorum? Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti, & resistenti violentia redditur; ita victo, vel capto misericordia iam debetur [f], maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

al. vnitatem

b ¶ Sic enim cogitabis.] *Antea legebatur,* Si enim cogitabis de dono Dei, non facies contra Dominum. *Emendatum est & hoc, & multa alia ex originali.*

Item eiusdem contra Manichæos, [id est lib. 22. contra Faustum, c. 74. & 75.]

3 Vide q leg & no. su. 2. q. 1. cõcussionis.

NOli existimare.] CASVS. Hoc cap diuiditur in tres partes. In prima parte dr. q Bonifacius quæsiuit ab Aug. an aliquis posset Deo placere in armis militantibus. Et rñd q sic. si virtutem corporalem putat esse donũ Dei, & hoc probat exẽplo Dauid, & aliorũ patrũ vete testa. & exẽplo Cẽturionis. In secunda parte q̃siuit verũ fides sit amico seruãda pro quo pugnat. rñdet q nõ solum amico: sed etiam hosti est seruanda. Tertio q̃siuit ex qua causa bellum quis sumere debet: Et rñdet q causa necessitatis tãtum, ad hoc scilicet vt pax & salus acquiratur, vel cõseruetur. vnde cũ aliquis vincit hostes, non interficiat eos: sed ad vitã reseruet, & ad pacẽ perducat. Secunda pars incipit ibi, [Fides enim.] Tertia ibi, [Pacem habere.]
d ¶ Sanctus Dauid,] Si aliquis existens sanctus potest vti armis in bello: quare ergo prohibetur pœnitentibus vti armis vt 33. q. 2. admonere? Respõdeo ideo, quia pœnitentes viuunt sub regula ecclesiastica, vt 15. q. 1 aliud. Vel ideo quia arma possunt dare occasionem peccandi.
e ¶ Hosti.] Hosti ergo fides seruanda est vt hic. 22. q. 4. innocens. Argu. contra 23. q. 2. vtilem. quod verum est si ipse nobis seruat fidem 2. aliàs non tenemur ei seruare. 95. distin. esto subiectus. extra de iureiuran. peruenit. 28. q. 1. si infidelis. ff. loca. q̃ro. §. iter. C. de transac. leg. cũ proponas. in fi. argu. contra 11. q̃. 3. inter verba in fi. & 33. q. 5. quod Deo.
f ¶ Iam debetur.] Argu. misericordiam esse debitam. & ita hic argum. q dispẽsatio potest peti tanquam debita vt 50 dist. domino sancto. in fi. & 86 d. non satis. in fi. Item habes hic. q aliquis tenetur parcere hosti suo, vt 2. q. 5. quãto. in fi. dũ tamen nõ timeatur periculũ incurrere ex hoc 3. vt infra ea. q. 4. est iniusta. Ioan.

Pœnitentes armis vti nõ possunt.

Fides hosti seruãda est 2

2 Adde de hac q̃õne latè p legistas l. cu proponas. & ibi Cy. C de pactis. & ibi gl. Bal. in l. vt rñsũ. C. de transact.

3 Nã si timeretur & desperaret de eius correctione, non est eius miserẽdum vt in hoc c. hic alleg. est iniusta secundum. Hug.

Quid

¶ Quæ ſint in bello iure reprehendenda. C. IIII.

QVid culpatur in bello? An, quia moriuntur quandoque[a] morituri, vt dominẽtur† [b] in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorum. Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt, quę in bellis iure culpantur. Quę plerūque ita culpantur, vt etiam iure puniātur, aduerſus violentiam reſiſtentiū (ſiue Deo [c], ſiue aliquo legitimo imperio iubente) gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur à bonis: cū in eo humanarum rerum ordine [d] inueniuntur, vbi eos vel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuſtè ordo ipſe conſtringit. Vnde neque α Ioannes ab armis iubet diſcedere milites: & Chriſtianus tributa [e] Cęſari monet reddi: quia propter bella neceſſario militi ſtipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium paci accomodatus hoc poſcit; vt ſuſcipiendi belli auctoritas, atque conſiliū apud principes [f] ſit. *& infra.* ¶ Sed ſi humana cupiditate bellum geritur; non nocet ſanctis, in quos non habet quiſquam poteſtatem, niſi deſuper datam. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo, ſiue iubente, ſiue ſinẽte [g]. Ergo vir iuſtus; ſi forte ſub rege homine etiam ſacrilego [h] militet, rectè poteſt illo iubente bellare, ſi vice† pacis ordinem ſeruās, quod† ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel, vtrum ſit, certum non eſt: ita vt fortaſſe reū faciat regem iniquitas [i] imperandi: innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi.

† *al. domentur*

Pann. l. 8. c. 45. Luc. 3. *Matth.* 22. *Io.* 19. *Ro* 13.

† *al. ciuicæ.*] orig. † *al. cui quod iubetur.*

α ¶ Vnde neque.] *Hinc vſque ad verſ.* ordo, *Gratianus ſummatim retulit ſententiam B. Auguſtini, quæ ab eo copioſius, & clarius exponitur: ſicut etiam à ver.* Sed ſi humanę. *vſque ad verſ.* Non enim.

Item eiuſdem in libro de verbis Domini tractatu, ſiue ſermone: 9.

Beda, & gl. ord. Luc 3.

¶ Militare non eſt peccatum. C. V.

MIlitare non eſt delictum; ſed propter prædam militare peccatum eſt; nec rem publicam gerere criminoſum eſt: Sed ideo gerere† rem publicā, vt rē familiarem potius augeas [k], videtur eſſe damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta;

Iuo p. 10. c. 125. Pann. l. 8. c. 60.

† *agere*]. orig.

QVid culpatur.] CASVS Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, ꝙ Manichæi reprehendebāt bella. quia homines ibi moriebantur. Sed Augu. dicit ꝙ hoc timidorum eſt, & non religioſorum ſcilicet reprehendere bella propter morituros. ſed hæc ſunt in bellis reprehẽdenda, ſcilicet, nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, & libido dominādi. & his ſimilia. In ſecunda parte dicitur ꝙ propter iſta vitia punienda ſiue Deo iubente, ſiue aliquo principe ſęculari, iuſtè pugnant milites Chriſtiani. qđ probat auctoritate Ioannis, qui milites à bello non prohibuit: & auctoritate Chriſti qui tributa Cæſari reddi præcepit, ex quibus ſtipendia militibus erogabantur. In tertia parte dicitur, quod auctoritas ſuſcipiendi belli penes principes conſiſtit, quibus obediendum eſt niſi præcipiant contra Deum Si autem incertum eſt vtrum ſit contra Deum, debēt ipſi milites obedire nec propter hoc puniētur: principes autẽ propter humanā cupiditatẽ quam habent, à Domino punirent Secunda pars incipit ibi, [Quę plerumque.] Tertia ibi, [Ordo autem.] Quæ plerumque.] ſ. vitia.

a ¶ Quandoque.] Certe hæc ratio non eſt ſufficiens: nam ſi quis hominẽ interficiat etiam mortifere vulneratū, nihilo minus tenetur, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in prin. & eſt ſimilis ratio inf. 24. q. 3. ſi hẽs. ff. ad leg. Rhod. de iac. q leuādæ & l nauis §. ſed ſi nauis & ff. ꝙ vi aut clā ſi alius §. eſt alia.

b ¶ Dominentur.] Scilicet victores.

c ¶ Siue Deo.] i. diuina reuelatione inf. ead. q. 2. Dñs.

d ¶ Ordine.] Id eſt poteſtate.

e ¶ Tributa.] Vt infra ea. q 8. tributum.

f ¶ Principes.] Vt infra ead. q. 2. iuſtum. Nullus ergo bellare põt ſine auctoritate principis, vt h c, & C. vt armo. vſus. l. 1. libro 11. ſimiliter princeps eccleſiaſticus poteſt indicere bellum, vt infra ead. q. 8. igitur. & c. omni & c. ſeq.

g ¶ Sinente.] vt 8 q. 1. audacter.

h ¶ Sacrilego 1.] 11. q. 3. Iulianus Imperator.

i ¶ Iniquitas.] Hic habes ꝙ licet dominus peccet præcipiendo, tñ ſubditus non peccat obediendo, vt 100. diſt. contra morem, in prin. ſic. 23. q. 5. manifeſtum extra de iureiu. debitores. Item habes hic, ꝙ in dubijs ſp eſt obediendum 16. di. in memoriam. Arg contra 50. diſt. ſi qs præpoſtera. 11. q. 3. qd ergo. Itẽ eſt hic argu. ꝙ in dubijs humanior & tutior via eſt eligenda extra de ſponſal. inuenis & 14 diſt c. vltimo.

Obediendũ eſt ẽt in dubijs.

i Nõ tñ excõicato. & ſic non ob. 15. q. 6. nos ſanctorum.

MIlitare.] CASVS. Beneuenta. hunc caſum ſic ponit. Oſtendit Aug quòd militare non eſt peccatū niſi propter prædam militetur. & vt milites ꝗdam non faciant ſtipendia ſunt eis conſtituta, vltra q̃ ſi aliquid extorſerint, tanquam calumniatores & concuſſores dānabuntur & ad hoc probandum inducit duas auctoritate, Chriſti, & Ioannis: quod non eſt tantum intelligendum de militibus ſæculi; ſed etiam de militib. eccleſię. Sequens cap planum eſt [interrogauerunt.] in Euangelio. Lucę.

K ¶ Augeas.] Scilicet iniuſte. licitum eſt etenim augere diuitias. 10. diſt. §. hæc ſcripſimus.

a ¶ Prę-

a ¶Præcipit.] Licet sit iniustum, vt 20c.d. contra morem.in princip.

b ¶Militiæ.] Cum ergo clerici milites dicantur, vt 61. distin.quid proderit. 1. q.3. Saluator.& q.7 qui in qualibet. similiter & patroni causarum dicũtur militare, vt C. de aduoc.diuer.iud. aduocati.ergo si omnes isti habẽt stipendia, non debent recipere salaria.1.q.2.sicut.

Aduocati militant.

c ¶ Condemnatur.] Sed qualiter punitur concussor? Dic quòd secundum canonem pœna quadrupli, vt 18. dist. quoniam. secundum leges videtur, quòd extra ordinem punitur, cũ non sit publicum crimẽ, vt ff. de cõcus. l.2.sed certe.& secundum leges pœna quadrupli punitur, vt 1.q.7.sancimus.

Cõcussoris pœna.

SVmma.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit. Gregorius deputauerat ad custodiam Neapolitanę ciuitatis Cõstantinum tribunum, cui milites Neapolitani deuotè obedierũt. Scribit ergo Gregorius eis, & cõmendat eos de tali obedientia. & admonet eos,& hortatur vt sicut bene fecerunt, perseuerent in tali obedientia, vt per eorum vigilantiam augmentetur quod bene hactenus ab eis gestum est Casus autem iste melior videtur quàm casus Beneuen.& ideo ponit hunc casum.

d ¶ Vtiliter.] Argumẽtũ, q si eps pcipit alicui ire Romam p vtilitate ecclesiæ, q tenet obedire 1, vt 7. q.1.quia.& si clericus se excuset, & dicat; mittatis illũ, qui ditior me est: respõdet ei episcopis, sicut Christus respõdit Petro: cum enim Dominus diceret Petro: Tu me sequere; respõdit Petrus: Domine, hic autem quid; demonstrato Ioãne, & dixit ei dominus: Quid ad te? si eum volo manere, tu me sequere.Ioan.

Epi præceptum ẽt difficile est ad implẽdum.

1 Ad idẽ 11. q 3.quid ergo. vbi de hoc.

b ¶Mine dum sump tus, quæritur, prædo † grassetur. *Item infra.*

† præda.] ori. *Matt. 22.* ¶ Dicit ipse Dominus: [Reddite quæ Dei sunt, Deo; & quæ Cæsaris, Cæsari.] Igitur, quod Cæsar pręcipit[a] ferendum est: quod Imperator indicit, tolerandum est: sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. *Item infra.* ¶[Interrogauerunt Ioannem & milites, quid faciemus & nos? *Luc. 3.* Ait illis Ioannes, neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed contenti estote stipendijs vestris.] Hic iam cognoscere se debet omnis homo, qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur: sed quisquis militiæ [b] suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles adscribitur: atque ideo hæc sententia potest dici (verbi gratia) militibus, protectoribus, cunctisque rectoribus. Quicumque sibi stipendia publice decreta consequitur; si amplius quęrit, tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condemnatur [c].

Item eiusdem de diuersis ecclesiæ obseruationibus.

¶*Sic etiam citat Iuo: quod tamen apud B. Augustinum non est inuentum, quamuis epistola ad Ianuarium, talem fere habeat titulum. Simile habetur supra ead. noli.§.esto ergo. & de ciuitate Dei, lib. 19. c. 12.*

Iuo p.10.c.105. ¶Pacata sunt bella, quæ geruntur, vt mali coerceantur, bonique subleuentur. C. VI.

APud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sũt; quæ non cupiditate, aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur.

† epis.] orig. impressum. *Item Gregorius uniuersis militibus † Neapolitanis, lib. 12. epist. 24.*

¶ Summa est laus militiæ, reip. vtilitatibus obedientiam exhibere. C. VII.

Ansl.13. c.9. *† sanctę reip. exhibere] ori.* SVmma militiæ laus, inter alia bona merita, hæc est: obedientiam reip. † vtilitatibus exhibere, quodque sibi vtiliter [d] imperatum fuerit, obtemperare: sicut etiam nunc deuotionem vestram fecisse didicimus, quæ epistolis nostris, quibus magnificum virum Constantium Tribunum custodiæ ciuitatis deputauimus præesse, paruit, & congruam militaris deuotionis obedientiam demonstrauit. Vnde scriptis vos præsentibus curauimus admonendos: vt prædicto viro magnifico Tribuno, sicut & fecistis, omnem debeatis pro serenissimorum dominorum vtilitate, vel conseruanda ciuitate obedientiam exhibere: quatenus quidquid à vobis hactenus bene gestum agnoscitur; per præsentis temporis vigilantiam, ac solicitudinem augmenteris.



Ex his omnibus colligitur, q militare peccatum non est, & quod præcepta patientiæ in præparatione cordis, non in ostentatione corporis seruanda sunt.

QVAESTIO II.

Vòd au-

QVòd ait.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio: qua qua-

quæritur quod bellum sit iustum, & quod iniustum. Et rñdet ꝙ bellũ dicitur iustum, vel iniustum quatuor modis, scilicet rõne præcipientis, vt su.q.1. quid culpatur, vel rõne obedientis: quia monachus vel spiritualis obedire nõ debet, sed laicus, vt 1.q.8. clerici. Rõne rei propter quam pugnatur: quia si bellũ fit causa dominandi, iniustũ est, si causa necessitatis, iustum reputatur. Ratione personarum contra quas pugnatur, vt sup.5.q.1 paratus.

dist. in mandatis. dum tamen fidem non rumpamus hosti, vt sup.ead.q.1.noli. Idem dicas de aduocato, quòd si habet iustam causam, licite potest decipere aduersarium suum, vt arg 4.q.4.c.1.

e ¶ Vlciscuntur.] Id est, repelluntur, & sic non obstat 46.

tem [a] quæritur, quod sit iustum bellum, Isidorus Etymol. lib. 18.c.1. inquit.

Iuo p.10.c.116. Pann.l 8.c.54. † al. repetitis Et lib.9. c.4.

¶Quod sit iustum bellum. C. I.

Iustum est bellum, quod ex edicto [a] geritur, de rebus [b] repetendis †, aut propulsandorum hostium causa. &c. 15. ¶Iudex dictus, quasi ius † dicens populo, siue quòd iure disceptet. Iure autem [c] disceptare est iuste iudicare. Non est autem iudex, si non est in eo iustitia.

a ¶ Edicto.] In codicibus Isidori etiam manuscriptis legitur, ex prædicto. Citat enim Ciceronem ex libris de rep. qui negat iustum esse bellum, nisi denunciatum, nisi indictum †, nisi de repetitis reb.

† Adde Alexan. de Im. in l. 1. col. 2. ff. de iu.cu. iudi. vbi dicit ꝙ ius dicens, & dictio, iudex sunt synonyma.

† Et idem fere habetur l. 1. de officijs.

Item Augustinus in libro quæstionum 6.q.10.

¶Nihil ad iustitiam interest, siue aperte, siue ex insidijs aliquis pugnet. C. II.

Iosue 8.

† abest ab orig.

Dominus noster iubet ad Iesum Naue. vt constituat sibi retrorsus insidias, id est insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus. Hinc admonemus † hoc † non iniuste fieri ab his, qui iustum bellum gerunt; vt nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustum bellum susceperit; vtrum aperta pugna, vtrum insidijs [d] vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ vlciscuntur [e] iniurias, si qua gens, vel ciuitas [f], quæ bello petenda est, vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli, sine dubitatione iustum est quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat: in quo bello ductor exercitus, vel ipse populus tam auctor belli, quàm minister iudicandus est.

Bellũ dicitur quinq; modis iniustũ.

a ¶ Quòd autẽ.] Bellum dr iniustũ quinque modis: vel rõne personæ, vt si fuerint psonæ ecclesiasticæ: quibus non est licitũ fundere sanguinem, vt inf ea.q.8. clerici. & c.his à quibus. Rõne rei, vt si nõ est de repetendis rebus: vel ꝓ defensione patriæ, vt inf.e c. & inf.ead. q.8 si nulla. Vel propter causam, vt si propter voluntatẽ, & nõ propter necessitatem pugnatur, vt su ea q. 1. noli. Ex animo est iniustũ, vt si animo vlciscendi fiat, vt su. e.q 1 quid culpatur. Item est iniustum, si non sit indictum auctoritate principis 1, vt inf.ea c.1.& su.ea. q. 1. quid culpatur. Quæ alia adhuc requirantur, habes su. ea. q.1. in gl. illa, qui repellere. Io.

1 Ad huius declarationẽ vide qd no. Inno. extra de rest. spo. olim 1.

a Dicit Lud respicit, ꝙ ita conueniendus est eps, vel quilibet prælatus, si iustitiã nõ facit de subdito, siue ille subditus est soluẽdo, vel ꝙ se platus alias delicti eius non est conuertendũ in dãnũ rei publi. vel ecclesiæ, fm L. vt not. infr. q.3. c. fin. in gl.1. in fi interesse consecutus in bello, verũ possit adhuc de hoc agere in iudicio.

Iustum.] CASVS. Hoc c. duas habet partes. In prima dicitur, quòd illud bellũ est iustum, quod fit ex præcepto pricipis de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam. In secunda parte dicit ꝙ iudex id dictus est, quia ius dictat populo: vel quia iure disceptat: vnde non debet dici iudex nisi sit in eo iustitia.

Cum ergo iustum bellum sit, quod ex edicto geritur, vel quo iniuriæ vlciscuntur; quæritur, quomodo à filijs Israel iusta bella gerebantur.

De his ita scribit Augustinus in quæstionibus Numerorum, q.44. ad c.20.

b ¶ De rebus.] Ablatis.

c ¶ Iure autem.] Et si aliquid inique determinat iudex, iustum est, id est, tanquam iustum seruari debet, vt ff. de iustitia & iure l penultima, & tenent sententiæ suæ quamdiu tolerantur, vt 3, q 7 §.vlt.

Dominus noster.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæsitum fuit ab Aug an sit peccatum pugnare per insidias. Et respondet quòd non: quod probat exemplo Iesu Naue, quem Dominus docuit vt hostibus retrorsum insidias poneret. In secunda parte quæsitum fuit quæ bella sint iusta. Et respondet quòd illa, quæ iniurias vlciscuntur, dummodo fiant auctoritate principis Similiter & illa, quæ fiunt ex præcepto Domini, in quibus bellis ductor exercitus, vel populus minister Dei est. Seq.§.cum cap.patet.

Deceptio aliqua permittitur.

d ¶ Insidijs.] Sic ergo per insidias & per dolum possumus licite vincere hostes nostros, vt 22. q.2. vtilem. 43.

46. dist. seditionaries.

f ¶ Ciuitas.] Iudex ergo, q non facit iustitiã pôt cõueniri a, vt hic, & 3.q 7. qui sine & in Auth. vt dist. iud.§.pe. & vlt. coll.9 & C. de app. si appellatione. & inf. e. q.5. administratores. ext. de officio delega prudentia. & ita iudex facit litẽ suã nõ solũ si per dolũ, vel gratiam, vel inimicitiã iudicet, sed & si aliæ sordes interueniant, vt ff. de iud.l. si filiusfamilias. licèt sit arg cõtra. 2 q 6. hoc & placuit. Et p hoc decretũ Pius obtinuit contra eũ nũcios regis Angliæ, q̃ cũ ipse cõmonit' recusaret de suis iustitiã facere, fecit litem suã, vnde nuncij ipsi condemnati sunt. Est tamen arg. contra, C. de action. & obliga, Auth. immo & C. ne vxor pro ma. l.1. & 2. Sed quid si aliquis in bello consecutus est totũ suũ interesse, nunquid adhuc de hoc ipsum in iudicio poterit conuenire: vel an potest ad huc habere bellum contra ipsum? Videtur quòd sic: quia pœnam suæ contumaciæ præstitit 4: vñ agere adhuc pôt ad restitutionem rei ablatæ, vt ff. de tabu. exhib. l. 1. a pen. Item res illa nõ est ei solu-

3 Hoc vult dicere, ꝙ in hoc quod sit passus est, vt esse passus propter contumaciam. & in casu nõ dãnũ sed cõtumacia attẽdit, & aduersus contumaces, & c. vt sequitur in glo.

ta pro debito, sed in bello est facta sua, ut inf. ea. q. 5. dicat & q. 7. si de rebus. & ff. de acquirendo rerum domi. naturale. §. vlt. Item quia contra contumacem in infinitum iurari potest, vt ff. de rei vendi. qui restituere. ar. contra, quia bona fides non patitur, quod idem bis exigatur.

moderamine inculpatæ tutelæ, vt C. vnde vi l. 1. dummodo fiat statim; ex interualo non licet præter auctoritatem iudicis: & fieri debet à laicis, & nõ clericis, quibus non licet armis accingi, dummodo non fiat zelo vltionis, sed amore correctionis. Et procedit hoc ordine

¶ Innoxius transitus filijs Israel negabatur, atque ideo iusta bella gerebant. C. III.

Iuo p. 10. c. 119. Pann. l. 8. c. 57.

† absunt ab orig.

Notandum est sanè, quemadmodum iusta bella gerebantur [à † filijs Israel contra Amorrhæos.] Innoxius enim transitus [a] denegabatur; qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.

QVÆSTIO III.



Quod vero [b] *iniuria sociorum armis propulsãda non sit exẽplis, & auctoritatibus probatur. Dominus enim cum ab Herode quæreretur ad interficiendum: non patrocinium sibi quæsiuit armorum, cũ occulto instinctu poßet in eum conuertisse manus Iudæorum: sed fugiens* [c] *in Ægyptum latuit ibi per septennium. Sic etiã, cum à Iudæis lapidibus peteretur: abscondit se, & exiuit de templo. Sic etiam cum duceretur ad crucem; noluit commouere aduersus seniores Iudæorum turbam, quæ nuper ei obuiam p̃cesserat, & cum palmis & laudibus eum receperat. Sic etiam interrogatus a Pilato, an rex esset; ait [Regnum meum non est de hoc mundo: Si enim eßet de hoc mundo; ministri mei vtique decertarent, vt ego non traderer Iudæis:] insinuans illos ad regnum huius mundi pertinere, qui auxilio humanarum virium, nõ diuino præsidio ab imminenti iniuria se tueri contendunt. Itẽ, cum discipulis suis ait: [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã;] non arma armis, sed fugã persequentibus docuit opponi. ¶ Item, sicut legitur in Esaia, Ægyptus à Nabuchodonosor deuastata est, quia filijs Israel contra Aßyrios, & Chaldæos protectionis & defensionis auxilium promisit, Vnde dictum est: [Baculus* [d] *arundineus rex Ægypti: super quem si aliquis innixus fuerit, cõfringetur, & perforabit manum innitentis.] Ipsi etiam Iudæi captiui ducti sunt: quia spem suæ liberationis non in solo Deo, sed in homine* [e] *posuerunt. Sic etiam de primis credentibus legitur* [f]*; quòd rapinam suorum bonorum cum gaudio suscipiebant, nõ quærentes sibi aliorum patrocinia sed gaudentes; quoniam digni* [g] *inueniebantur, pro nomine Iesu contumeliã pati. Sic & Apostolus in prima epi*

Matt. 2. Matt. 21. Ioan. 18. Matt. 10. Esa. 19. Esa. 36. Ezech. 29. Heb. 10. Act. 5.

Gra. Primo probat x. auctoritatibus & exemplis, q̃ iniuria sociorum non est armis propulsanda, ex quibus concludit q̃ si iniuria non est armis propulsanda, armorum auxilia non sunt expetenda, & quod non est expetẽdum, iure præstari non debet. Postea respondet huic conclusioni, dicens, q̃ multa rectè præstantur, quæ rectè non petuntur, sicut iudex rectè vindicat iniuriam, quam tamẽ rectè bonus non postulat, qđ probat per sequen. capitu. & per duo exempla.

b ¶ Quòd vero.] Hic quæritur, an iniuria sociorum sit armis repellẽda, & est dicendum, q̃ sic, infra ea fortitudo, & c. non inferenda. Gratia tamẽ primo probat decem auctoritatibus & exemplis, q̃ iniuria sociorum nõ sit armis repellenda. & sic concludit in fine, q̃ si iniuria non est armis repellenda armorũ auxilia non sunt appetenda. & q̃ nõ est petendum, de iure præstari non debet. Postea respondet, & dicit quòd multa iuste præstantur, quæ non iuste petũtur, sicut iudex iuste vindicat iniuriã, quam tamen bonus vir iuste non postulat, quod probat per sequens c. & duo exempla.

Iniuria sociorũ an sit armis repellenda.

c ¶ Fugiens.] Quidquid hic dr̃ allegatio est. Nã bene licitum est cuilibet se defendere, etiam clerico, vt no. su. q. 1. in prin. & extra de homic. interfecisti. Sed pro rebus defendendis dicunt plerique, q̃ non est licitum clerico aliquẽ occidere, vt extra de homi. suscipimus. vnde bene dicitur in illa decre. interfecisti. te & tua non dicitur ibi, te vel tua.

Defensio cuilibet est permissa.

gatur, vt ff. de reg. iu. bona fides.

a Notandum est. ¶ Transitus] Licet enim transire per alienum agrum ius non sit, vt su. dist. 1. c. 1. tamen quia necessarius & innoxius erat ille transitus, isti prohiberi non debuerunt. vt ff. de aqua plu. arc. in summa. §. Item varus. Item quia via publica erat, & nemo prohibetur via publica vti, vt C. de seruit. per agrum. Ioan.



Vòd vero.] CASVS. Hic ponitur 3. quæstio, qua quæritur, an iniuria sociorum sit armis repellenda, & respondet q̃ sic, vt infra e. fortitudo. & c. non in inferenda. dũmõ fiat cum

d ¶ Baculis.] Id est, fragilis defensio.

e ¶ In homine.] Quòd non licet. infra de conse. dist. 5. omnis Christianus.

e ¶ In homine.] Id est, in Ægyptijs.

f ¶ Legitur.] In actibus Apostolorum.

g ¶ Digni.] Id est, de hoc gaudebant, qui digni erant quam patienter poterat sustinere omnia aduersa.

a ¶ Sua-

a ¶ Suadet.] Non præcipit: quia licitè potest quis petere satisfactionem 1. vt 14.q.1.quod debetur.

b ¶ Non debet.] Hæc regula falsa est 2.quia multa licitè præstantur, quæ illicitè petuntur 8.q.1.qui episcopatum.18.dist.de eulogijs.ff.de var.& extraor.cog l.1.§.est quidem.

causa vltionis. Simile su.e.q.1.quid culpatur.ver.fi.

ITEM AB ALIQVO. CASVS. Hic ponit Gratia. duo exempla, per quæ probat, quædam iuste præstantur, quæ tamen iniuste postulantur: ad instar quorum propulsatio iniuriæ iure præstatur; iniuste tamē postulatur.

stola suadet [a] Corinthijs, vt iniuriam, & fraudem patienter ferāt, potius quàm repetendo fratres scandalizent. Sic ab idolothytis, & à qualibet esca cēset abstinendū potius, quàm cū scandalo fratrū edamus: Sic et à sumptibus abstinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Christi præstaret. Cum ergo ille, qui ab iniuria armis arcetur, non minus scandalizetur, quàm ille, à quo ablata coram iudice reposcuntur; patet, quod ad propulsandum iniuriam nō sunt petenda armorum auxilia. Quod autem petendum non est; illud iure præstari non debet [b]. Sed econtra multa rite præstantur, quæ tamen iure non petuntur. Bonus enim non rite [c] iniuriæ vindictā petit, quia malum pro malo redderet quam tamen iudex rectè instigeret, nec nisi bonum pro malo redderet.

Vnde Augustinus in expositione psalmi 108. ait.

¶ Quæ sint differentiæ retributionum. C. I.

Glossa.ord. ibi ad ver. [Pro eo vt diligerent me.]

SEx differentiæ [d] sunt reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; hęc duo bonorum sunt, & prius melius. Nō reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis; hæc duo malorum, sunt, & posterius deterius. Reddere bona pro bonis, mala pro malis; hęc duo mediocriū † [e] sunt: prius propinquam bonis, conuenit etiam malis α. quod Christus non arguit [f], sed plus oportere dicit, quia & Ethnici hoc faciunt. posterius propinquum malis, conuenit tamen etiam bonis. Vnde & lex modum vltionis statuit [Oculum pro oculo.] Quæ, si dici potest, iniustorum [g] iustitia est, non quia iniqua est vltio, quam lex statuit: sed quia vitiosa est libido vlciscendi, magisque ad iudicem [h] pertinet hoc inter homines decernere †, quàm bonum hominem sibi expetere. Hic enim redderet malum pro malo. iudex vero β punit, non delectione alienę miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione iustitiæ. iustum [i] pro iniusto [k], quod est bonum pro malo: quod etiā Deus iudex facit.

† al. mediorū

Matth.5. Exo.21.

† al. discernere.

¶ *B. Augustinus in explanatione psalmi 108. has sex differentias aptissime explicauit: cuius sententiam auctor glossę ordinariæ in eodē loco breuiter retulit, ex qua glossa videtur acceptum hoc caput.*

α ¶ Conuenit etiam malis.] *Verba hæc non sunt in plerisque vetustis neque in glossa: sed non longe discedunt a verbis B. Augustini.*

β ¶ Iudex vero.] *In glossa ordinaria & plerisque Gratiani manuscriptis legitur.* iudex vero, non, sed dilectione iustitiæ, quod est bonum pro malo, quod & Deus iudex facit. *Non sunt tamen reliqua inducta, quoniam apud B. Augustinum in explanatione aliquanto inferius eadem fere habentur.*

Item ab aliquo capto iniuste sua exiguntur: pro uita tamen redimenda iuste offeruntur. ¶ Item uasa sacra ab aliquo barbaro iniuste exigūtur: pro redemptione tamē captiuorū iuste præstātur. Sic & iniurię ꝓpulsatio, licet iniuste

1 Licet .n. quis teneatur dimittere rācorē: non tamen satisfactionē.inf.e.q.4.si illic Archi.

2 Et ið dic quod hic sophistice argumētatus est Gostre.

3 Adde ad hoc nota. per Bald.in l. libellorū.§.sin ff. de accu.no. Arc. a q.7.si qs. in fi.

4 Vndecūq; .n. claruerit crimina sunt punienda.infra ea.q.4.ecce. Arch.

c ¶ Rite.] Sic ergo iudex ex officio suo debet punire crimen, licet accusator accusare nō possit 3. quia quandoque sanctitas ignoscendi gloriam relinquit, vt C.de episcop.& cle.si quis in hoc 1.respon.& est simile extra de app cōstitutus. in fine. Ioan.4.

S Ex differentiæ.] CASVS. In hoc c. assignat Au. sex differentias retributionū quarum duę conueniunt bonis tantū: aliæ duæ malis, aliæ vero duę mediocribus. Et ponit exempla de omnibus. & ne aliquis excederet modum vlciscēdi in retributione, lex ibi modum statuit, cum dixit: Oculū pro oculo. quæ vltio iniustorum iniustitia dicebatur: nō quod vltio quam lex statuit, mala sit: sed quia ad iudicem magis pertinet vlcisci, quam ad bonum hominem petere vltionem.

d ¶ Sex differentiæ.] retributionum.

e ¶ Mediocriū.] Hic mediocres appellat illos, qui non sunt summe boni, vel summe mali. Io.

f ¶ Non arguit.] Cū dicit in Euangelio. Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nōne etiā Ethnici hoc faciunt?

g ¶ Iniustorum.] quia vltionis causa sæpe aliquis petit à iudice vt aduersarius puniatur. iste iniuste facit: licet non faciat contra legem.

h ¶ Ad iudicē.] Qui enim sine iudicis auctoritate violentiam facit punitur, 16.q.6. placuit.

i ¶ Iustum.] Scilicet factum iudicis est iustum.

k Iniusto.] Id est, ei qui hoc tantum iniuste petit, id est

tur. Postea dat solutionem dicens, ꝙ si quis postulet iniuriam repelli, vt liceat sibi in voluptate carnis viuere: damnabile est. si quis vero postulat vt malorum audacia refrænetur ei, vt vtilitati multorum consulatur, vtile est & honestum. Et hoc probatur tribus exemplis, scilicet exemplo Israelitarum, & apostoli Pauli, & mercenarij, & hoc modo ecclesia sæpe ab Imperatore postulat auxilium ad iniuriam repellendam. & ad hoc inducit sequens cap.

MAximianus episcopus.] CASVS. Ostendit hic August. Bonifacio, quòd ecclesia rectè potest postulare, vt iniuria repellatur, & hoc probat duobus exemplis: scilicet Maximiani episcopi, & apostoli Pauli.

postuletur; tamen iuste præstatur: quamquam & ipsa postulatio non vsquequaque iniusta probetur. Aliud enim est iniuriam propellere, vt sibi liceat voluptuose viuere; aliud vt aliorum vtilitati libere possit vacare: Sicq; aliud est suffragium ab homine tanquam à ministro iustitiæ postulare, vt mala voluntas aduersantium eius ministerio careat effectu, & bonorum voluntas eius suffragio sortiatur effectum: aliud spem suam, à Deo in hominem transferre, vt aduersa, quæ inferuntur à Deo ad vitæ correctionem, humano pellatur auxilio, nulla præcedente correctione: sicut Israelitę, qui captiuitatem sibi imminentem Aegyptiorũ suffragio se putabãt posse euadere sine pñia præteritę vitæ, non reuocantes ad memoriam:

Psal. 59. *[Da nobis auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.] & idẽ:*

Psal. 19. *[Hi in curribus, et hi in equis, nos aũt in nomine Dei nostri inuocabimus.] Petere ergo, vel prestare in tribulatione subsidium, vt voluptuose quis in crimine viuat, damnabile est. Petere autem, vel præstare solatium, vt malis facultas delinquendi adimatur, vt ecclesia pacẽ adipiscatur, vt aliquis multorũ vtilitati seruetur; vtile est, & honestum: dissimulare vero est grauissimum. Hinc de Paulo*

Act. 27. *legitur, quòd cum quidã Iudæorum iurassent se non comesuros panẽ, nisi eum interficerent; petijt milites à prætore, quorum præsidio illæsus seruaretur ab iniuria Iudæorum,*

Io. 10. *non suæ uoluptati, sed omnium vtilitati victurus. Hinc in Euangelio mercenarius vocatur qui uidet lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit: Hinc etiam ecclesia auxilium ab Imperatore ad sui defensionem petere monetur.*

Vnde Augustinus ad Bonifacium ait, epist. 50.

¶ Ab Imperatore ecclesia auxilium postulare debet. C. II.

Poly. l. 1. tit. vlt.
Iuo p. 10. c. 59.
†Absunt ab or.

MAximinus episcopus Vagiensis auxilium petijt ab Imperatore Christiano [contra† hostes ecclesiæ] nõ tam sui vlciscendi causa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset; non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia [a] merito culpanda. Neque enim

Act. 23. & apostolus Paulus vitæ suæ transitoriæ consulebat, sed ecclesiæ Dei; quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium [b] eorum Tribuno vt proderetur [c], effecit. Vnde factum est, vt eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur † insidias.

† al. pateret insidijs.

Item Augustinus ad Emeritum, epist. 164:

¶ Catholici aduersus hæreticos à potestatibus ordinatis defensionem possunt postulare. C. III.

Iuo p. 10. c. 80.
Pann. l. 8. c. 26.

NOstri [d] aduersus illicitas & priuatas vestrorum violentias (quas & vos ibi, qui talia non facitis, doletis & gemitis) a potestatibus ordinatis tuitionem petunt, non qua vos persequantur, sed qua se defendant [e].

a ¶ Sed negligentia.] Nã quilibet tenetur defendere ius suum, vt 64. ¹ distinct. c. antepe. & ff. de peti. hæred. illud.

¹ al. 63.

b ¶ Consiliũ.] Nec in hoc peccasset Paul⁹, licet aliquis tunc ibi fuisset occisus. vt inf. eo. q. 5. de occidẽdis. Sed quid si clericus conqueratur de aliquo laico: & iudex iubeat occidi eum: an teneatur clericus de morte eius? Vr ꝙ sic, vt inf. e. q. 5. vnũ solũ. Sed non est hoc verum. nam si clericus ciuiliter agit, vel agit pro modico crimine, quod non inducit mortẽ, vel mẽbri abscissionem si iudex ipsum morti tradit, hoc nõ nocet clerico, vt ff. de bo. libe. qui cum maior. §. 1. est expressum ext. de homici. postulasti. Item nunquid est imputanda epo mors alicuius si vocat milites ad pugnam? videtur ꝙ sic, vt 20. q. 3. eos qui. sed hoc non est verum. inf. e. q. 5. de occidendis.

Clericus ꝑpter cuius conquestionem laicus occisus est, an teneatur.

c ¶ Proderetur.] Non tamen fuit hæc vera proditio, cum dixerat talibus, qui poterant prodesse, nõ obesse, vt 22. q. 5. hoc videtur. Ioan.

NOstri.] CASVS. Loqtur hic Augustinus ad Demetrium hæreticum: ostendens ꝙ catholici rectè petunt vindictam contra hæreticos ecclesiã Dei male persequentes.

d ¶ Nostri.] Idest, catholici.

e ¶ Defendant.] Immo & expugnari possunt hæretici, vt ext. de hære. vergentis. & 23. q. 5. si audieris. Io.

Pro

PRo mēbris Christi.] CASVS. Petilianus dicebat, ꝙ milites Christiani armari non debebant contra se, vel alios hæreticos: quia peccatum est. Sed Aug. econtra dicit, scilicet ꝙ milites pugnantes contra hæreticos nō peccāt: qa pro defensione ecclesiæ hoc faciūt: & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Christi defensione. Hęritici autem cum pugnant aduersus ecclesiam, similes sunt seruo sacerdotis: qui aduersus Christū pugnabat. Sequētia duo cap. plana sunt, & ꝑ te faciliter videbis. [Facitis.] Idest, qui estis inter tales, qui similia faciunt.

Petrus vtendo gladio peccauit.

a ¶ Petrus fuit.] Sed nonne Petrus peccauit utendo gladio: cū hoc nō fecit auctoritate superioris, vt infra ea.q.4.ille. & clericis ꝓmissum est tantum seipsos defendere, vt extra de homi. suscepimus. & cap.2. Sed dic quòd adhuc non fuerat hoc prohibitum clericis.

b ¶ Ecclesia.] Non enim est alicui obediendum contra ecclesiam. 24.q.1.hæc est fides. & 11.q.3. Iulianus.

c FOrtitudo, quę.] ¶ Patriā.] Hoc casu nō tenetur, qui patrem proprium interficit, vt ff. de reli. minime.

Latrones occidi possunt.

d ¶ Latronib.] Quos licet sine auctoritate iudicis interficere, vt infr.ead.quęst.§.cum homo. & C. quando liceat vnicuique sine iud. se vindi.l.prima. 17.q.4. sicut.

SI quis fortitudinē.] ¶ Eneruat.] Hoc intelligas de famosis latronibus, qui licite in furca suspenduntur, vt ff. de pœnis. capitalium. §.famosus. sed si non est famosus latro, tantum castigari iubetur: nec debet tunc vitam aut membrū perdere, vt C. de seruis fugitiuis authenti. sed nouo iure. Ioannes.

Latronū punitio.

quis reciperet pecuniam pro defensione alicuius, teneretur eā restituere: qđ nō est verū 2, vt ff. qđ met. cau.l. 3 metum. §. sed licet. & ff. de don. si pater. §.1. Culibet tamen licitum est defendere alium, si vult. ff. quod met. cau. sed & partus. Sed istis obuiat inf. ead. c. vlt.

2 De hoc nō. extra de sent. excom. quamuis.

g ¶ Moy-

a ¶ Non facitis.] *Addita est negatio ex originali & Iuone, & alia etiam emendata. Refert autem ibi B. Augustinus id, quod decretum fuerat in sancto concilio Carthaginensi, ac repetitur in concilio Africano, c. 60. citatur autem infra eadem, cap. ab* Imperatori*bus.*

Item eiusdem contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 88.

¶ Quantum intersit inter persecutionem catholicorum, & hæreticorum. C. IIII.

PRo membris Christi aduersus vos sæuiunt, & vobis resistunt quicumq; in catholica paruæ adhuc fidei eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit [a], cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter vestram persecutionem, & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum; quia seruientes principibus vestris aduersus ecclesiam catholicam, idest aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, id est pro ecclesia [b] etiam corporaliter pugnauit.

Iuo p.10. c.75.

Io.18.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 27.

¶ Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur à barbaris. C. V.

FOrtitudo, quę vel in bello tuetur à barbaris patriam [c], vel domi defendit infirmos, vel à latronibus [d] socios; plena iustitiæ est.

Iuo p.10. c.113. Pann.l.8. c.50.

Item Hieronymus super Sophoniam ad c. 1.

¶ Prodest latroni, vel piratæ, qui membra eius debilitat, C. VI.

SI quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis eneruat † [e], infirmosque eos reddat; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, à malo opere cessabunt.

Iuo p.10.c.113. Pann.l.8. c.50.

† diripiat] orig.

Item Ambrosius libro primo de officijs, c. 36.

¶ Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit. C. VII.

NOn † in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest [f]; tam est in vitio, quàm ille qui facit. Vnde S. Moyses [g] hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Aegypto iniuriam accipientem; defendit, ita vt Aegyptum prosterneret [h], atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: [Eripe [i] eum, qui ducitur ad mortem.]

Neque] or.

Exod.2.

Prou.24.

NOn in inferenda.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc capit. ꝙ iniuriam repellere a socio, virtus est: quod probat exemplo Moysi, & auctoritate Salomonis. Sequens cap patet.

Vt Lau. cuius fuit illa glo.

f ¶ Si potest.] Id est, si in potestate positus, & ita exponunt quidam 1. aliàs non tenetur, vt inf e.q.4. forte. in fi. si enim quilibet tenetur alium defendere: ergo si ali-

g ¶ Moyses.] Historiā habes de pœnit. d. 2. § opponitur.

h ¶ Prosterneret.] Ergo aliquis potest excedere modum in defendendo. Argum. contra extra, de restit spol. olim causam, in fine.

i ¶ Eripe.] Per vim, si iniuste ducatur. vt infr. ead. q. 5. reos. vel per supplicationem, si iuste ducatur, vt 14. q. 6. si res 3. Ioan.

3 Subau. vel pecuniā dando. 86. d. non satis, iuxta princ.

Qui

a ¶ Bellicæ.] *Sic emendatum est ex originali, cum etiam in manuscriptis Gratiani, legeretur,* imbellis.

Damasus, epi. 3 ad Stephanum c. 8. sup. d. 83. error. & d. 86. facientis Po. y. l. 7. tit. 11. Ans. l. 3 1. c. 19.

Item Anastasius, & Damasus Papa.

¶ Malorum impietati fauet, qui eis obuiare cessat. C. VIII.

QVi potest [a] obuiare, & perturbare peruersos, & non facit; nihil aliud est, quàm fauere eorum impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Calixtus, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

Poly. ibidem. Ans l. 13. c. 13. Iuo p. 6. c. 346.

¶ Qui diuina mandata contemnunt, seueris coerceantur vindictis. C. IX.

IVstum est, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum existunt iussionibus; seuerioribus corrigantur vindictis: quatenus cæteri talia committere timeant, & omnes gaudeant fraterna concordia, & cuncti sumant seueritatis, atque bonitatis exemplum. Nam si (quod absit) ecclesiasticam solicitudinem vigoremque negligimus, perdit [b] desidia disciplinam, & animabus fidelium profecto nocebitur.

& in Africano, c. 42.

Item ex concilio Carthaginensi, 5. c. 9.

¶ Imperatores cum episcoporum prouisione ecclesiæ defensionem aduersus diuitum potentiam debent suscipere. C. X.

AB Imperatoribus [c] vniuersis visum est [6] postulandū propter afflictionem pauperum, quorum molestijs, siue intermissione fatigatur ecclesia, vt defensores eis aduersus potentias † diuitum cum episcoporum prouisione delegentur.

† al. impotentias tyrannidis

6 ¶ Visum est.] *Sic est emendatum ex codicibus concilij impressis, & manuscriptis. Antea legebatur,* iustum est auxilium postulandum.

Ecce quòd nonnunquam est obuiandū peruersis, & iniuria sociorum armis est propulsanda, vt & malis adēpta facultas delinquēdi prosit, & bonis optata facultas libere consulēdi ecclesiæ ministretur. Hoc qui nō facit, consentit.

Unde Augustinus ait in ps. 81.

¶ Non sunt immunes à scelere, qui non liberant eos, quos possunt à facto liberare. C. XI.

Glossa ord. ibi ex B. August. & Cassiado. ad illud, [Eripite pauperem.]

OStendit [propheta [d]] nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere cum præ multitudine timerentur, & possent illos à facto & se à consensu liberare. Qui desinit, γ obuiare cum potest, consentit.

γ ¶ Qui desinit.] *Hæc in eadem glossa referuntur ex Cassiodoro, cuius verba sunt hæc,* Nam cum possis obuiare peruersis, si desinas aduersari, consensus erroris est.



QVÆSTIO IIII.

Q*Vòd autem vin-*

a QVi potest.] su. q. 7. negligere. 83. distinctio. error. Ioan.

IStū.] CASVS. Docet Papa Calixtus ꝙ bonum est & iustum ut delinquentes vindicta corrigātur, vt & cæteri metum habeant, & animabus delinquentiū consulatur. Quæ autem sequuntur vsq; ad quæstionem plana sunt.

b ¶ Perdit.] Idest, destruit. Io.

c AB Imperatorib.] Tale itaque auxilium possūt epi ab Imperatore petere, vt 11. q. 1. placuit, & 63. d. Hadrianus. & si Imperatores vel principes nolunt defendere ecclesiam, possunt excōicari ab episcopis, vt inf. ea. q. 5. administratores.

Imperator ab epō pōt excōicari.

d OStendit ꝓpheta.] Dauid cū dixit: Eripite egenū, & pauperem. Hic est euidens ar. contra illos, qui dicunt, ꝙ socius non tenet suum socium nisi hēat aliquam iurisdictionem in eū, qui infert iniuriam. Isti dicunt ꝙ populus bene hēt iurisdictionem, licet dicat lex ꝙ transtulit ius suum in Imperatorē: nam si ciuitas vel populus non hēt iurisdictionem quare puniretur propter defectum iudicis, vt su. ea q. 2. Dominus. Io. de Fant.

Populus tantum habet iurisdictionem. r Vt insti. de iu. na. §. sed qd principi. nihilomin tñ eā sibi retinuit. ar. ff. off. pſid. l. pe.

QVod aūt.] Hæc q. diuiditur in octo partes. In prima quarū probat per 15. cap. ꝙ mali sunt pro tempore tolerandi: sunt tamen à socijs commonendi salua pace, & à prælatis quantū poterunt sine scandalo. Secunda ibi, [Ex his omnibus.] Tertia ibi, [Est & alia.] Quarta ibi, [Ecce quot crimina.] [Quinta ibi, [Semel vero] Sexta ibi, [Sed, obijcitur.] Septima ibi, [Porro.] Octaua ibi, [Breuiter.] Io. de Fā.

CASVS. Hic ponitur quarta quæstio, qua quæritur vtrum vindicta sit inferenda. Et respondetur, quod sic, à iudice, tamen amore correctionis & liberationis, vt delinquentes corrigantur, & innocentes liberentur, & vt inf. ea. q. ea. vindicta. Gratia. tamen hoc ordine procedit. primo probat quod mali sunt tolerandi, & non feriendi vel expellendi, vsque ad §. [His ita.] deinde respondet allegatis.

d TV bonus.] ¶ Iudã.] sup. 7. q. 2. § cum autem. ext. de temp. ord. ad aures ext. de eff. ord. si sacerdos.

QVid ergo.] CASVS. Hoc capit. de eodem loquitur quod in præcedenti docetur: quod est tolerandus malus, nec est ab eo corporaliter recedendũ. Et hoc probat Augustin. exemplo Christi, qui Iudam furem & sacrilegum inter duodecim Apostolos tolerauit, & non eum eiecit. [Corpus Christi,] idest, ecclesiam.

dicta[a] *inferenda non sit multis modis probatur. Mali enim tolerandi sunt, non abijciendi, increpatione feriendi, non corporaliter expellendi.*

Vnde Augustinus ait in libro de verbis Domini, sermone 9.

¶ Quomodo mali sunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum sit. C. I.

TOlerandi sunt [b] quidem mali pro pace, nec †corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter [a] exire, est facere quod pertinet ad correctionem malorum, quantum licet pro gradu [c] cuiusque, salua pace; displicere, est non tangere. Non enim prophetæ, qui hæc dicebant, populum suum dimiserunt: sed inter eos habitabant, quos increpabant: vnũ templum cum eis intrabant, eadem sacramenta celebrabant. Hoc est exire, ore non parcere: hoc est immũdum non tangere, voluntate non consentire. † al. ne

¶ *Caput hoc est in glossa ordinaria 2. Cor. 6 ad ea verba,* exite de medio eorum, *sententia vero est accepta ex sermone 18. Augustini de verbis* Domini: *ex quo infra ead. caput, ecce. & caput recedite. ad idem pertinentia referuntur.*

[a] ¶ Spiritualiter.] *Hic interposita erant duæ voces,* spiritualiter autem, *quæ sunt expunctæ, quia & à plerisque vetustis, & à glossa ordinaria absunt.*

Idem

¶ Quòd mali sint tolerandi à bonis. C. II.

TV bonus tolera malum. Nam & Christus Iudam [d], cum sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cum aliis Eucharistiam dedit. 7. q. 1. aduersitas.

¶ *Initium huius capitis est in tractatu 50. in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex glossa ordinaria in psalmum 9. ad ea verba,* Dixit enim in corde suo. *& explanatione B. Augustini in psalmum 10. cuius propria verba referuntur supra 1. q. 1. Christus. Ab eodem vero copiose hæc eadem sententia exponitur in epist. 162.*

Idem super Ioannem tractatu 50. ad c. 12.

¶ Pro pace ecclesiæ mali sunt tolerandi. C. III.

QVid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere ecclesiã suã, quando vnum perditum inter duodecim habere voluit; nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas; ecce fur est Iudas; & ne contemnas, fur sacrilegus; non qualiscumque fur: fur loculorum, sed Dominicorũ; loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro qualiscumq; furti, & peculatus [e] (peculatus enim furtũ Poly. l. 7. tit. 5.

Vindicta infertur duplici ex causa.

[a] ¶ Vindicta.] Vindicta quandoq; inferẽ zelo vltionis, quandoque infertur amore correctionis. Primo modo non est inferenda 1. & secundum hoc loquuntur cap. quæ dicunt illationem vindictæ prohibendam: secundo modo licite infertur. Alij sic distinguunt. Criminum quædam sunt occulta: quædã manifesta. Super occultis non est inferẽda vindicta. sed super manifestis sic, nisi delinquens sociam habeat multitudinẽ. tunc enim propter scandalum tolerãtur 2, vt inf. c. quidam &c. seq. & ea non potest. Item vindicta nõ est inferenda nisi à iudice, vel eius auctoritate: nec ipse debet eã infligere nisi amore correctionis, & vt innocens liberetur, vt inf. ea. cap. vindicta.

1 Ar. ad hoc ff. ad le. Aql. sciam. & l. si ex plagis. § j. ext. de hom. significasti. 2. in fine.

2 Ad hoc 44 di. commessationes. 50. d. vt constituetur. Arc.

TOlerandi. CASVS. Exponit hic Aug. illam auctoritatẽ veteris testamẽti, Exite populus meus de Babylonia, & immũdũ ne tetigeritis. Exponit ergo Augu. quod illud exire, & illud tangere spiritualiter intelligit, & non corporaliter, vt cũ illis permanẽtes peccata malorum redarguamus, nec consentiamus eis. Seq. c. planũ est per se.

b ¶ Tolerandi sũt.] sup. 7. q. 1. suggestum.

c ¶ Pro gradu.] i. pro dignitate & officio cuiuscumque. aliter enim debent prælati corrigere delinquentes, & alio modo socij. prælatus corrigit increpando, & verberando, vt inf. ea. q. c. forte. socius vero admonendo & reprobando factum eius, vt inf. ea. q. c. ecce simile inf. ead. q cap. duo. & 24. q. 3. tam sacerdotes. subditos ad bonum exhortando. 2. q. 7. §. item cum Balaam.

e ¶ Peculatus.] Quia peculatus committitur in re sacra,

Peculatus committitur in re sacra, vel religiosa, & publica.

Res ecclesię respublica appellatur. 1 Nam iura ecclesiæ publica appellantur. ff. de iu. & iure. l. 1. §. ius publicum. C. de sac. san. ecc. l. vlt. Ar.

sacra, vel religiosa, vel publica, vt ff. ad legem Iuliam pecu. l. 1.

a ¶ De republica.] No rem ecclesiæ rempu. appellari 1. vnde & ius publicum dicitur consistere in sacris, sacerdotibus & magistratibus, vt sup. d. 1. ius publicũ. tamen pro-

dicitur de re publica [a], & non sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecumque tollere; sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdico comparatur.

¶ *Multa in hoc cap. restituta sunt emendata ex B. Augustino.*

Beda 1. Cor. 6.

Item sermone 18. de verbis Domini.

¶ De eodem. C. IIII.

Esa. 52. Polyc. ibidem Ansl. 12. c. 65.

ECce, inquiunt, dicit propheta [b] [Recedite, exite inde, & immũdũ ne tetigeritis.] Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus [c], à quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritaliter intelligimus; illi corporaliter. Nam & ego clamo cum propheta: & qualiacumque [α] sumus vasa [d], vitur nobis Deus in dispensatione [e] vestra. Clamamus & nos, & dicimus vobis; recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis; sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum; quantum pro vniuscuiusque gradu, atque persona salua pace fieri potest? *& paulo post.* ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore sæculi prægrauantur, auaros, periuros, adulteros, inspectores † nugarum, consultores mathematicorum, phanaticorum, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quidquid inter vos malorum esse nostis; quantum potestis, improbate, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite consentire, vt immundum non tangatis.

† al. spectatores

α ¶ Et qualiacumque.] *Sic emendatum est ex B. Augustino, & Beda. Antea legebatur,* æqualia.

Item in secundo libro contra epistolã Parmeniani, c. 1.

¶ Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel excludit à se quod non potest. C. V.

Polyc. ibidem

QVisquis vel quod potest, arguẽdo corrigit, vel quod corrigere non potest [f], saluo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere non potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit: [Væ his, qui dicũt, quod nequam est, bonum; & quod bonum est, nequam, & reliqua.] omnino liber, prorsus securus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus [g], incorruptus poteris permanere, qui corruptus sociaris [β]?

Esa. 5.

C. 21.

β Sociaris?] *Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter, responsio, quæ habetur in proximè sequenti capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini responsio vnico capitulo comprehenderentur.*

ECce.] CASVS. Hæretici dicebant, ex quo scimus aliquos esse malos, debemus ab illis corporaliter recedere. & hoc probant auctoritate Esaiæ prophetæ dictis. Recedite & exite inde, &c. Sed Aug. cõtra eos scribens dicit, quod si hæc auctoritas ad litteram intelligitur, nunquã malos tolerabimus: & ideo exire à malis est intelligendum spiritualiter, scil. vt inter periuros, & adulteros, & alios peccatores permanẽtes, quantum possumus eorum facta improbemus secundum gradum vniuscuiusque personæ. [Sumus.] nos prophetæ. [Vasa,] idest, præcones & ministri Dei.

b ¶ Propheta.] s. Esaias.

c ¶ Tolerabimus.] Vt dicitur 11. q. 3. nolite. Io.

d ¶ Vasa.] Id est, præcones vel ministri. vnde Paulus fuit dictus vas 2. 32. quæst. 5. si Paulus. in prin. 43. distin. dispensatio & hic est argu. quod sicut Aug. se commendat, sic & alij possunt se commẽdare, vt ff. de offi. procon. l. 4.

2 Nõ dicuntur vasa non metallorũ, sed etiam viuentium 13. q. 2. aurum. Commendatio sui ipsius quandoque permittitur.

e ¶ In dispensatione.] Idest, prædicatione.

QVisquis.] CASVS. Parmenianus dicebat, quod inter corruptos nõ potest homo incorruptus permanere. Augu. vero probat contrarium, dicens, quòd nõ imputatur alicui societas malorum, si eos corrigat quantũ potest: & si non proficit, laboret excludere eos à cõmunione sua: quod si non potest propter scãdalum, debet eos patienter tolerare: æquitate tamen factũ eorum improbare debet.

f ¶ Non potest.] Vel propter scandalum: vel quia crimen est occultũ. 6. q. 1. si ola.

g ¶ Parmenianus.] Hæreticus, contra quem hic loquitur. Videtur ergo, quod si episcopus aliquos malos tolerat, cũ hoc faciat auctoritate can.

Prelatus an possit criminosos repellere.

proprie dicitur res Romanæ ciuitatis respublica: sed res aliarum ciuitatum abusiue, vt ff. de verb. sig. bona. & ipsa lex facit differentiam inter diuinum, publicum, & priuatum, vt C. de sacrosan. ecc. vt inter diuinum. lo.

quod postea possit eos licite repellere, vel ab accusatione, vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obstante eo, quod eis communicauit. tamen secus est, vt extra de accus. nulli 3. sed dic quod si tunc temporis potuit

3 Dicit L. quod hæc dec. loquitur de

malis manifestis: tu dic, vt ibi no. B. cuius dictũ tenet Goff. ibi vide quæ not. 2. q. 8. §. in hoc. & ponitur ista decre. pro palea. 3. quæst. 5. nulli, &c. tuit probare crimen, quod eis postea obijcit, & tacuit nec subfuit causa tacendi, s. causa schismatis vel scandali, bene præiudicat ei talis taciturnitas: secus si non potuit probare: vel potuit, sed non sine scãdalo, vt hic, & 2. q. 7. plerumq;. & inf. ea. prox. c. & inf. ea. q. magnũ. Io.

Ita planè.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit in summa sua. Ostendit quod duobus modis inquinatur quis ex societate malorum, scilicet si committat aliquid cum eis, vel si fauet eis si neutrum illorũ facit, sine peccato sociatur malis, s. si non cõmittit, nec fauet. Si vero plus facit, scilicet vt corripiat, & arguat, remoueat à communione, vel ab aliquo officio plenũ officium exercet. si hoc non põt, saltem illa duo faciat, vt nec cõmittat nec faueat, & securus erit in societate malorum. & loquitur hic Aug. cõtra Parmenianũ, sicut in præcedenti ca. & respondet quæstioni, quam fecit Parmenianus. Beneuen. vero hunc casum sic ponit. Hoc cap. loquitur de duobus generibus hominum, scilicet de non prælatis, & prælatis. Et ad hoc, vt illi, qui non sunt prælati, malis non socientur, tria sunt necessaria, scilicet vt mala non faciant, nec faueant, sed redarguãt. Prælati vero plus procedere debent, scilicet publicè arguere, excommunicare, deponere [In iudicando.] Idest, increpando.

a ¶ Personam.] Arg. est hic quod solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit, vt inf. eo. sortè. & q. 5. de occidendis. Ioan.

b ¶ Nec approbet.] Ar. quod in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, vt 1. quæst. 4. quia & extr. de restit. spolia. cum ad sedem. in fi. & ff. de vi & vi arma. l. 1. § quoties.

nihil eis præiudicat.

c ¶ Aliena.] Sæpè tñ aliquis corrumpitur ex societate mala, vt 28. q. 1. sæpè & sæpe iustus perit pro impio, vt de consec. dist. 1. in sancta Ioan.

A Malis.] CASVS. Hug. hunc casum sic ponit. A malorum consortio corde etsi non corpore semper debemus esse remoti, nec corporale consortium malorum aliquorum aliquem polluit, si non consentit: & sic arguit. qui enim consentit, videtur factum eorum approbare: qui non arguit, negligens redarguitur. vt ergo nõ sit negligens, arguat, non tamen insultando.

d ¶ Cautè.] Vt non trahant vos ad consensum. [Vel cautè,] scilicet si potest fieri salua pace.

Idem in eodem capite 21. continuo.

¶ Quid sit malis sociari. C. VI.

Ita planè, si sociatur quis malis, idest, si mali aliquid cũ eis committit, aut committentibus fauet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addit tertium, vt non sit in vindicando piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiam, si eam personam[a] gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat, vt cæteri timeãt, remoueat etiam vel ab aliquo gradu honoris, vel ab ipsa communione sacramentorum & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi; plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum, castumque custodiunt, vt nec faciat malum, nec approbet[b] factum. — *Poly. ibidem.* — *Ps. 140.* — *1. Tim. 5.*

Idem in epistola 152. contra Donatistas.

¶ Aliena peccata in ecclesia alicui non præiudicant. C. VII. — *Beda 1. Cor. 11.*

Si quis à catholica ecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quòd à Christi vnitate[a] disiunctus est, non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena[c] peccata: quia in ea vnusquisq; proprium onus portabit: sicut Apostolus dicit. *& infra.* ¶ Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorum, sed consensione factorum. Nam si in malis factis non eis quisq; consentiat, portat malus causam suam, & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis. — *Iuo p. 2. c. 102.* — *Gal. 6.*

a ¶ Christi vnitate.] *Antea legebatur*, Christianitate. *Restitutum est ex originali, & Beda itemque alia nonnulla.*

Idem in sermone 18. de verbis Domini. — *Beda Eph. 5.*

¶ Non te maculat malus, si eis non consentis, sed ipsum redarguis. C. VIII.

A Malis semper corde disfugimini: ad tempus cautè[d] corpore copulamini. *& infra.* ¶ Duobus modis non te maculat malus: si ei non cõsentias, & si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe: quando facto eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. *& infra.* ¶ Neque ergo consentientes sitis malis, vt approbetis, neque negligentes, vt non — *Iuo p. 2. c. 102.*

Si quis.] CASVS. Donatistæ dicebant se fore saluandos, & Christianos communicantes quotidie peccatoribus esse malos & damnãdos. Sed Augustinus ecõtra dicit, scilicet quod hæretici quantumcunq; laudabiliter, & honestè viuant, hoc solo quòd ab ecclesia seiuncti sunt, mali sunt, & damnandi, Christiani vero catholici inter malos existentes, si alienis peccatis non consentiant,

Recedi-

R Ecedite.] CASVS. Hoc c. idem dicit cum illo c. su. ē. ecce. ꝙ eodem modo formabis casum. Hug. vero dicit, quod iste casus cuilibet patet.

Q Vam magnum.] CASVS. Vincentius Donatista, contra quem loquitur Augu. & alij haretici, dicebant econtra dicit, ꝑꝑ malos boni non sunt deserendi, sed potius mali sunt tolerandi ꝑꝑ bonos, & hoc probatur trib. exemplis, s. Prophetarum Domini, & Apostolorū.

a ¶ Demonstrari.] Idest, probari.

b ¶ Non possūt.] i. non debent. nam bene debemus de

arguatis; neque superbientes, vt insultanter arguatis.

Beda 2. Cor 6. sup. ea. c. ecce.

Idem ex eodem.

¶ Immundum tangere, est peccatis consentire.

C. IX.

Iuo p. 2. c. 103. *Esa. 52.*

R Ecedite, exite inde, & immū dum ne tetigeritis. [Sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tāgere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum quantum pro vniuscuiusque gradu, atq; persona salua pace, fieri potest? Displicuit tibi, quod quisque peccauit? non tetigi immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, & quæ vnitatem non violet, disciplinam? existi inde: *& infra.* ¶ Clamauit ista Moyses, clamauit Esaias, clamauit Hieremias, clamauit Ezechiel. Videamus, si dimiserunt populum Dei & se ad alias gentes transtulerunt. Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpauit peccatores, & sceleratos populi sui? inter eos tamen erat, vnum cum eis templū intrabat, eadem sacramenta celebrabat, in eadem sceleratorum hominum congregatione viuebat; sed clamando exibat inde. Hoc est exire inde, hoc est immundum non tangere, & voluntate non consentire, & ore non parcere.

Num. 16. Esa. 52 Thren 4. Ezech. 14.

Idem in epist. 48. ad Vincentium.

¶ Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non possunt. C. X.

insra. nimium

O Vàm magnum est crimen ab istorum innocentiū cōmunione separari? Nam & facta nocentium, quæ innocentibus demonstrari [a], vel ab innocentibus credi non possunt [b], non coinquinant quemquam, si propter innocētium consortium etiam cognita sustinentur. Non enim propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali [c] tolerandi sunt; sicut tolerauerunt prophetæ, contra quos tanta dicebant; nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant: sicut ipse Dominus nocentem Iudam vsque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit; sicut tolerauerunt Apostoli eos, qui per inuidiā (quod ipsius diaboli vitium est) Christum annunciabant.

Phil ip. 1.

Idem in sermone 42. de verbis Apostoli.

¶ *Antea citabatur ex libro primo de vnico baptismo, vbi non habetur.*

¶ Mali, quos ecclesia recipit, nec expellit, à bonis sunt tolerandi, non iudicandi. C. XI.

Iuo p. 2. c. 94. † *Talis es, & forte*] orig.

F Orte † in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor, inhians reb. alienis, quem nosti talē, & fidelis est, vel potius fidelis vocatur [d]. Nō eum potes de ecclesia pellere [e],

quolibet credere, vt 22. q. 4. innocens. 11. q. 3. in cunctis. Et ita est hic arg. ꝙ non statim ꝑꝑ simplicē denunciationem debet hēre aliquis læsam cōscientiam [1] de eo qđ sibi denunciatur, vt ext. de cler. exc. min. illud immo imputatur alicui, ꝙ nimis credulus, vt 11. q. 3. in cunctis. & c. non solū. dist. si quid. ar. cōtra. ff. de eo per quē fac. erit, l. 1. §. 1. ff. quod cum fal. tut. l. 2. extra de coniu. ser propo suit. extra de secund. nup. dominus. & extra de elect. venerabilem. vl ra mediū. in parte decisa. ff. de pet. her. item veniūt. § à quo autem.

[1] Nam titubans ꝓ ignorāte habendus est. C. de cōd. ind. l. vl. ff de lib. ho. exhib l. 3. §. his qui. arg. 34. q. 2. cū ꝑ bellicā. ext. de secū. nup. dñs. ſm Tā. Gottr. B.

c ¶ Mali.] Arg. malū tolerari ratione connexi boni vt 81. dist. cum omnibus. & 11. q. 2. nolite. ibi, finite vtraque.

F Orte.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ quidam nolebant cōmunicare in sacramentis Christi cum auaris & raptoribus, quia putabant peccare. Aug. vero probat tales non bene facere, sed potius peccare. Nam cum talib. communicare nō est peccatum, nec vlla contrahitur macula, si corrigi nō possūt. & hoc probat duab. auctoritatib. Apostoli In secūda parte dr, ꝙ iudex apud quem peccator accusatur, & instrumentis, vel testib. conuincitur, debet illū coercere, excōicare, & degradare. [Corripere.] s. verbis coercere,] factis, scilicet aliqua pœna suspensionis vel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Arg. ꝙ nominatio sola sufficit. 2. q. 1. multi. C de proba. non epistolis. arg. contra. 32. q. 4. dicat.

bant bonos deserendos esse propter malos. August. vero

e ¶ Pellere.] Sine scandalo.

a ¶ Aditum.] Id est, potestatem.
b ¶ Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45. d. disciplina, 25. qualis.
c ¶ Accusatur.] i. denunciatur. nam sic accusatus esset, statim esset deponendus, vt extra de accu. super his.

per ordinem ab eo, quem scit simoniacum; vt dixi 1. q. 1. si quis à simoniacis.
ECCE. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis dicens, quòd mali sunt tolerandi, & non puniendi pœna corporali: quod probat duabus auctoritatibus Christi. &c.

non habes aliquem aditũ [a] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere: vnusquisque proprium onus portabit. *Item infra*. ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? non ne melius ipsũ ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo ferres †: attende Apostolum dicentem: [Vnusquisque proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam; sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit: [Qui enim manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti; ecclesiastica regula, si apud te accusatur [c] si veris † documentis, testibusque conuincitur; coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada [g].

Gal. 6.
† al. si ferres si attenderes] orig.
1. Cor. xi.
† al. innumeris

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum, quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis, ser. 49. de verbis Domini.

¶ Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

Tres personas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* ¶ Pastorem dixit animã suã ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: [& latronem α [k]] ascendere per aliam partem [l]. Mercenarium [m] dixit, lupum vel furem si videat, fugere; quia nõ est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascẽdit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ouibus; mercenarius est enim. Si inuenerimus tres istas personas; inuenit sanctitas vestra & quos diligatis, & quos toleratis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

Ansel. 6. ca. 148.] Io. x.

α ¶ Et latronem.] *Hæ duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti à Samaritanis ignem cœlitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro: [Vis dicamus, descendat ignis de cœlo, & consumat eos?] audierunt: [Nescitis cuius spiritus estis?] Item: [Omnes, qui gladium acceperit, gladio peribit.

Luc. 9.
Matt. 26.

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Gal. c. 4.

d ¶ Coerce.] Admonendo.
e ¶ Corripe.] Suspendendo.
f ¶ Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶ Degrada.] Propter inobedientiã. Alius ordo traditur extra de iud. cum nõ ab homine. sed ibi loquitur cum pœna incipit à crimine 1, & cum directe est conuictus hic pęnam infligit propter contumaciam.

1 De hac no. 74 d. honoratus, in fi. ibi videas 29. q. 3. quũ

Tres personas.] CASVS. Ostendit Augu. in hoc c. auctoritate Euangelij, quòd tria sunt genera prælatorum, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differẽtiam assignat. Nam pastor est, qui per ianuam intrat & ponit animam suam pro ouibus suis. Fur vero non intrat per ianuam, idest, non canonice eligitur, & rapit, & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuam idest, canonice eligitur: sed si videt lupum vel furem venientem, timet & fugit, quia non est illi cura de ouib. Pastor ergo est diligendus, mercenarius tolerandus, fur autem est cauendus.
h ¶ Et intrare.] Secũdũ canones hoc ipso est aliquis fur, quòd nõ intrat per ostium, vt hic, & de pęn. dist. 1. si propterea. & capi. seq. secundum leges non est ita: imo fur, licet clam intrauerit furandi causa 2, vt ff. de fur. vulgaris. §. qui furti.
i ¶ Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.
K ¶ Latronem.] i. tyrannum.
l ¶ Partem.] Per simoniam.
m ¶ Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8. q. 1. sunt in ecclesia.
n ¶ Cauendus.] Argum. quòd aliquis non debet recipere ... & quod dicitur ibi, [gladio peribit,] i. damnabitur pro gladio sic accepto, quasi pro abusione gladij damnabitur æternaliter.

2 Adde Bal. in l. si quis nõ dicam rapere. C. de epi. & cler.

Qui

QVi secundum carnem.] CASVS. Docet hic Hieronymus, quod malos euitare non debemus, licet nos persequantur. Et hoc probat exemplo Isaac, qui fratrem suum Ismaelem non expellebat, nec corporaliter persequebatur, licet Ismael ipsum infestaret. ita & boni tolerent

f ¶ Culices.] Id est, malos.
g ¶ Domo.] Id est, ecclesia.
h ¶ Vasa aurea.] Id est, bonos.
i ¶ Lignea.] Id est, malos.

QVantus.] CASVS. Ostendit August. in hoc ca. esse impossibile vt generaliter i hac vita mali discernantur à bonis. hoc enim Apostolis non concessit Dominus. ita posuit H. casum.] Quantus,] admiratiue dicit: quasi valde magnus est. [Zizania.] id est occultos peccatores.

¶ Spiritualis numquam carnalem persequitur, sed econuerso. C. XIII.

QVi secundum carnem natus erat[a], persequebatur spiritalem[b]: numquam enim spiritalis carnem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano[c] fratri. Scit eum posse proficere per tempus: & si quando Aegyptiæ[d] filium viderit irascentem; recordatur vnius patris, qui boues[α][e] creauit, & culices[f]: & in magna domo[g] non solum esse vasa aurea[h] & argentea, sed & lignea[i] & fictilia.

Gal.4.

2. Tim.2.

α ¶ Boues.] *In codicibus B. Hieronymi impressis legitur,* qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur,* qui lucam bouem: *Significat autem elephantem.*

Item Augustinus in libro quarto de baptismo, c. 12.

¶ Boni à malis nunquam in hac vita penitus possunt separari. C. XIIII.

QVantus arrogantiæ tumor est: quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogantiæ quanta iactatio; vt quis aut audeat, aut facere se posse credat; quod nec Apostolis concessit Dominus[k]; vt zizania[l] à frumento putet se posse discernere?

Matt.13.

¶ *Verba sunt Cypriani libro 4. epist. 2. ad Antonianum citata ab Augustino lib. 4. c. 12. de baptismo contra Donatistas.*

Item Gregorius homilia 38. Euangel.

¶ Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem vita, quæ inter cælum[m] & infernum sita est, sicut in medio subsistit; ita vtrarumque partium ciues communiter recipit: quos tamen sancta ecclesia, & nunc indiscrete[n] suscipit, & postmodum in egressione discernet. Si ergo boni estis; quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nam quisquis malos non tolerat; ipse sibi[o] per intolerantiam suam testis est; quia bonus non est. Abel enim[p] esse renuit, quem Cain malitia non exercet.

2 *Ex his omnibus colligitur, quòd malorum vindicta Deo reseruanda est; nec sunt corporaliter puniendi; sed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inuitandi. Vnde Christus in Euangelio ait: Audistis, quia di*

Matt.5.

Exo.21.

k ¶ Dominus.] Cum dixit: Sinite vtraque crescere, vt 11. q. 3. nolite.

l ¶ Vt zizania.] Id est occultos peccatores. Ioan.

HÆc autem vita.] CASVS. Boneu. casum hunc sic ponit dicens, quod tria sunt loca, paradisus, mundus, & infernus. In paradiso sunt tantum boni. in inferno tantum mali. in mundo vero qui medius est inter infernum, & paradisum, boni permanent simul cum malis, qui æquanimiter sunt tolerandi, quod qui nō fecerit, ipse sibi testis est quod bonitate caret.

m ¶ Quę inter cœlū.] Hic videtur quòd infernus sit sub terra in eo loco, vbi nullus splendor solis peruenire potest 2, & paradisus in cœlo sit: tamen August. dicit se dubitare vbi animæ defunctorum requiescant. 13. quæst. 2. tempus. Vel non appellatur hic medium ratione loci; sed ideo dicitur mediū, quia partim conformat se cœlo, scilicet ex eo, quòd habet bonos, partim inferno. s. ex eo, quod habet malos. 2. q. 1. multi.

Infernus & Paradisus vbi sunt.

2 Ad hoc 35. di. ecce.

rent malos, credentes quod possint quandoque redire ad Deum. [Aegyptiæ, id est, Agar, cuius filius Ismael fuit, per quem mali designantur. [Recordabitur.] scilicet Isaac. [Boues, id est, bonos. [Culices.] Id est, malos.

a ¶ Qui secundum carnem natus erat.] scilicet Ismael, tangit id quod legitur in epistolis Pauli ad Galatas, c. 4.

b ¶ Spiritalem.] Isaac 2.

c ¶ Rusticano.] Argu. rusticitati parcendum, vt 2. q. 7. sancta.

d ¶ Aegyptiæ.] scilicet Agar.

e ¶ Boues.] Id est, bonos.

2 De isto Gene. 21. & 32. q. 4. recurrat.

n ¶ Indiscrete.] Id est, indistincte.

o ¶ Sibi.] Id est, contra se.

p ¶ Abel enim.] Hoc expositum est supra 8. q. 1. §. cum autem.

EX HIS OMNIBVS.] Hæc est secunda pars q. in qua probat, quòd multi in [illegible]eri lege puniebantur, sed hodie tolerandi sunt, nisi a iudicibus, qui eos punire possunt, & hoc probat per 4 cap. Io. de Fa.

CASVS. Iste § diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex supradictis dicens, quod vindicta malorum Deo est reseruanda, nec sunt a nobis corporaliter puniendi, sed benigne ad correctionem inuitandi;

quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli apostoli. In secúda parte assignat dĩam inter vetus testamentum & nouum. Nam in veteri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testameuto mansuetudo & misericordia: quòd multis auctoritatibus probat. Et ad hoc inducit sequens capitulum. Secúda pars incipit ibi, [In legeenim veteris testamenti. [Abba] Hebraice, Latinè dicitur pater.

a ¶ Pro oculo.] Hoc enim modo nó licet, nisi auctoritate iudicis, vt infra ead. cum iu lege.

b ¶ Diligite.] Hoc tenemur facere quantũ est in nobis, vt 11. q. 3. inter verba.

c ¶ Ciba.] Dũ tamen ratione cibi nó negligat iustitiam, vt 5. q. 5. non omnis. Item si potest laborare, & se imisceat eleemosynis redigendus est in seruituté. C. de mend. valid. l. vna. lib. 11.

d ¶ In filios.] Imitatione, non sanguine. vel intelligas de consensu, de locatione, & opere sup. d 6. sed pensandum.

e ¶ In pædagogum.] Id est, in magistrum. sicut. n. per magistrũ aliquis coercetur, ita ipsi per legem.

f ¶ Spiritum.] Id est, seruilem timorem.

g ¶ Adoptionis.] Id est, filialem timoré, id est, amorem Io. de de vtroque inf. ea. q. 6. §. ex his.

CVm in lege.] CASVS. Gregorius exponẽdo illud Euãgelii: Simile factum est regnum cœlorum homini regi, q fecit nuptias filio suo, vbi fecit mentionem de tauris, & altilibus, ostendit differentiam inter patres veteris, & noui testaméti. nam patres veteris testamẽti per tauros significãtur: quia sicut tauri se defendendo alios cornibus percutiũt: ita & patrib. vet. test. permissum fuit, vt aduersarios suos virtute comprimerent, & iure i. gladij ferirent. Per altilia vero patres noui test. figurantur: quia sicut aues penna cõtẽplationis terrena contemnendo ad cœlestia sublimantur.

h ¶ Et odio.] Sed nonne odium habere est mortale peccatũ, vt 25. dist. § criminis. quare ergo hic dicit, q hoc per-

ctum est in lege,) quem modum vltionis lex statuit (Oculũ pro oculo[a], dentem pro dente.) Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinẽ, & charitatis perfectionẽ vos inuitans, dico vobis; (Nolite resistere malo; sed diligite[b] inimicos vestros; benefacite iis qui oderũt vos. vt sitis filij patris vestri, qui solem suũ oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos.) Hinc Paulus ait: (Si esurierit inimicus tuus, ciba[c] illum: si sitit, potum da illi.) Omnis enim iniquus, bonorũ est inimicus: Omnis autẽ amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autẽ Dei bonitatis & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, vel illis benefacere, cibum & potũ subministrare iubemur, inimicos persequi, & punire prohibemur. ¶ In lege enim veteris testamenti corporalis pœna statuta est: in lege vero Euangelij oĩ peccanti per pœnitentiam promittitur uenia. Unde illa à terrore incepit dicẽs: (Ego sum Dominus Deus zelotes uisitans peccata patrum in filios[d] usque in tertiam & quartam generationem.) Hæc uero à lenitate mansuetudinis, & misericordiæ, ita inquiens: (Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur.) In illa dicebatur: (Qui fecerit hoc, uel illud, morte moriatur:) In ista: (Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.) Itẽ: (Non ueni uocare iustos: sed peccatores ad pœnitẽtiã. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est.) Initiũ quoq; prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdem ad pœnitentiã peccatores inuitauit. Sic enim uterq; exorsus est, dicens: (Pœnitentiã agite, appropinquabit† enim regnum cælorum.) Sic & in actibus Apostolorum, cum Iudæi compuncti de scelere mortis Christi, dicerent Petro: (Quid faciemus uiri fratres? legitur Petrus respondisse: (Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque uestrum.) Et, ut uniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarum cogebatur, unde & legem in pædagogum[e] accepit. In Euangelio autem populus gratia liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Unde, cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus: (Non enim accepistis spiritum[f] seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis[g] filiorum, in quo clamamus, abba pater.) ¶ Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij: (Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.)

Matt. 5.
Rom. 12.
Prouer. 25.
Iac. 4.
Exo. 20.
Matt. 5.
Exo. 19. & alibi.
Luc. 15.
Matth. 9.
Luc. 6.
Matt. 3.
†a. l. appropinquauit
Act. 2.
Exo. 1.
Gal. 3.
Rom. 8.
Matth. 22.
Est hom. 38.

¶ In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum. C. XVII.

CVm in lege scriptum sit: (Diliges amicum tuum, & odio[h] habebis inimicum tuum.) accepta tunc licen-

a al. ore

Leuit. 19.

Permittebatur iuſtis à potes dicere iuſtis aliàs. Vel dic ꝙ qui vlciſcebatur ſe ſine odio, non peccabat. qui autẽ cum odio, licet contra legem non fecerit, tamen peccauit. ſicut dando libellum repudij peccauerunt, licet à lege hoc eis permittebatur. extra de diuor. gaudemus.

a ¶ Per altilia.] De quibus in Euangelio fit mentio H. HIS ITAQVE. CASVS. Nunc Grat. reſpondet cap. ſupradictis, dicens ꝙ quædam ſunt delicta, quorum pœna eſt Deo reſeruanda, nec ſunt à nobis corporaliter punienda, ſcilicet cum delinquentes non ſunt noſtræ iuriſdictioni ſubiecti, vel cũ delicta illorũ probari non poſſunt, etſi nobis nota ſint. De his enim, qui nõ ſunt noſtræ iuriſdictionis, teſte Apoſtolo, iudicare non poſſumus, nec vitare debemus eos. Et ad hoc inducit ſequens capitu. cuius caſus patet.

... Per-tia iuſtis fuerat, vt Dei inimicos, ſuosq; aduerſarios, quanta poſſent virtute comprimerent, eoſque in ore [a] gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cum per ſemetipſam veritas prædicat dicens: (Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt vos.) Qui ergo per tauros, niſi veteris teſtamenti patres ſignantur †? Nam dum ex permiſſione legis acceperãt, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent; (vt dicam) quid aliud, quàm tauri erant, qui inimicos ſuos corporeæ virtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia [a], niſi patres noui teſtamenti figurantur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pennis ſubleuantur.

Luc. 6.

† *ſignificantur.* orig.

a ¶ In ore.] *In originali, & quattuor Gratiani vetuſtis eſt,* iure gladij.

His [b] *ita reſpondetur: Sunt quædam, quæ ſalubri dumtaxat admonitione ſunt corripienda, nõ corporalibus flagellis animaduertenda: ſed eorum vindicta diuino examini tantum eſt reſeruanda, quando in delinquentes videlicet diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris, uel quia illorum crimina, etſi nobis nota sũt* [c], *tamen manifeſtis indicijs probari non poſſunt.* ¶ *De his qui non ſunt noſtri iuris, ait Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios: [Quid enim mihi attinet de his, qui foris ſunt iudicare; de his enim Dominus iudicabit.] Quod Auguſtinus exponens, ait.*

1. Cor. 5.

¶ *Senſus huius capitis habetur apud B. Auguſtinum de pænitentiæ medicina, cap. 3. verba vero ferè omnia ſunt in glo. ord. 1. Cor. 5. ad verſ.* alioquin *& interlineari ad ver.* intus.

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non ſunt euitanda.

C. XVII.

INfideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi eorum colloquium vitamus, & cõuiuium [d]. Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero, qui intus ſunt [e], id eſt, infidelibus putredo reſecanda eſt.

Luc. 5.

Pſ. 145.

Hinc etiam cum propheta dicit: [Facit Dominus iudicium omnibus iniuriam patientibus,] exponendo addidit Auguſtinus: (ab his, qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri.) Item, quando multitudo eſt in ſcelere nec ſalua pace eccleſiæ mali puniri poſſunt; tolerandi ſunt potius, quàm violata pace eccleſiæ puniendi.

Vnde Auguſtinus ait in lib. de fide & operibus, ca. 4. & 5.

¶ Quædam mala punienda ſunt, & quædam toleranda.

C. XVIII.

Poly. l. 7. tit. 7. Anſ. l. 12. c. 63.

QVidam vero econtrario periclitantes, cum bonorũ, malorumque permixtionem in eccleſia demonſtratam, ſeu prædictam eſſe perſpexerint, & patientiæ

b ¶ His.] Scilicet auctoritatibus, quibus probauit malos eſſe tolerandos.

c ¶ Nota ſunt.] ſu. 11. q. 3. eorum. & 30. q. 5. nullum 2.

d INfideles.] ¶ Et conuiuium.] ſu. 11. q. 3. ad menſam. argu. contra 28. q. 1. omnes. & ca. nullus. Solu. hic loquitur de paganis, ibi ſpecialiter de Iudæis 1.

1 Sub. nomen Chriſti abhorrentibus.

e ¶ Qui intus ſunt.] Quandoq; etiam Iudæos punit eccleſia. extr. de vſur. poſt miſerabilem. & 27. q. 4. conſtituit.

HINC ETIAM. CASVS. Gratianus adhuc probat auctoritate Auguſt. exponentis verba prophetæ, ꝙ in iis, quæ non ſunt noſtri iuris, nequit diſciplina exerceri. Poſtea ponit alium caſum, in quo mali ſunt potius tolerandi, quàm puniendi, ſcilicet quando multitudo eſt in ſcelere, & ſchiſma timetur ſi corrigantur. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

QVidam.] CASVS. Stulti quidam dicebant, quòd ſi prælati vident publicè delinquentes, qui per zizania ſignificantur, nil aliud facere debent, niſi indicare illis qđ ſit faciendum, vel vitandum. etſi ſunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Auguſtinus vero contrarium dicit: quia cum canes ſunt in eccleſia, debemus eos propter ſcandalum

dalum tolerare vsq; in finē, neq; recedere ab eis: sed sanctū eis dare nō debemus, vbi pax ecclesiæ est tuta: vbi vero datur potestas corrigendi sine scandalo; tunc prælati dormire nō dēnt, sed ad bonum malos debent coercere, ita vt nec sint negligentes, nec obtentu diligentiæ sæuiāt in peccatores. & ordinanda sic constructio. Quidam putant destituēdam ecclesiæ disciplinam. &c. Vel legas suspensiuè a principio vsque ibi, [Destituendam putant.

Ordo litteræ.

a ¶ Nisi dicere.] Non ergo sufficit quod prælatus instituat quid sit faciendū, nisi etiam puniat nō facientes, vt infra ead. q. 5 non est innocentiæ. & 47. dist. nc. quod ad nos. sicut non sufficit: domino prohibere ne cum seruo contrahatur, quin teneatur ipse de peculio, vt ff. de pecu. l. si quis seruū. & ff de verb. obl. qui seruum. & ibidem l. seruus vetante. Argumen. tamen contra est 43 dist. in c. Ephesijs.

Prælatus quod tacere debet.

b ¶ Non possumus.] Sine scandalo: vel quia est occultum. 6. q. 1. si omnia.

c ¶ Nec patientiæ.] Quandoq; enim remissio se mentitur pietatē, vt 41. dist. sæpè.

CVm quisq;.] CASVS. Parmenianus dicebat quod nullus peccator est anathemate feriendus. August. vero contra ipsum scribens ostendit, quòd si quis peccator deprehenditur in crimine mortali. quod sit notum, & apparet omnib. execrabile, anathemate feriatur, si periculum schismatis non timetur.

d ¶ Vbi periculum.] Cum ergo periculum schismatis timetur, mali non sunt excōmicandi, vt 50. d. vt constitueretur. inf. e. ipsa pietas. & ca. non potest. Sed contrarium est 24. q. 3. ecce. sed ibi cū non timeretur scādalū. Itē cōtra extra de reg. iu. qui scādaliz. inerit. Sed hic loqu tur de veritate disciplinæ: quæ potest quandoque deseri pro scandalo. ibi [de veritate iudicij, quæ semper prævalet scandalo.

EST Veritas disciplinæ quæ que potest deseri.

præcepta didicerint, (quæ ita nos firmissimos reddunt, vt etiam si videntur in ecclesia esse zizania, non tamen impediatur aut fides, aut charitas nostra; aut quoniam zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus) destituendam[α] putent ecclesiæ disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, vt ad eos non pertineat, nisi dicere [a], quid cauendum, quidve faciendum sit: quodlibet autem quisque faciat, non curare. Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur ex vtrisq; testimonijs tutam sententiam moderari; vt & canes in ecclesia, propter pacem ecclesiæ toleremus; & canibus sanctum, vbi pax ecclesiæ tuta est, non demus. Cum ergo seu per negligentiam præpositorum, siue per aliquam excusabilem necessitatem, siue per occultas obreptiones inuenimus in ecclesia malos, quos ecclesiastica disciplina corrigere, aut coercere non possumus [b]; tunc, ne† ascendat in cor nostrum impia, & perniciosa præsumptio; qua existimemus nos ab his esse separandos; vt peccatis eorum non inquinemur; atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos, sanctosque discipulos ab vnitatis compage, quasi à malorum consortio segregatos; veniant in mentem illæ de scripturis similitudines, & diuina oracula, vel certissima exempla, quibus demonstratum, & prænunciatum est, malos in ecclesia permixtos bonis vsque in finem sæculi, tempusque iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate, ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos. Cum vero eis, per quos ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos, aut nefarios exercendæ; tunc rursus, ne socordia, segnitiaque dormiamus; alijs aculeis præceptorum, quæ ad seueritatem coercitionis † pertinent, excitandi sumus, vt gressus nostros in via Domini ex vtrisque testimonijs illo duce, atque adiutore dirigentes, nec patientiæ [c] nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus.

† nec] orig.

† al. coercitionis] orig.

α ¶ Destituendam.] *Apud B. Augustinum legitur*, instituendam putant ecclesiam, & disciplinam: *sed cæteri collectores cum Gratiano concordant. Multa vero alia ex illis, & originali in toto hoc capite sunt restituta.*

Item contra epistolam Parmeniani, libro 3. c. 2.

¶ Leuius occulta, seuerius autem punienda sunt ab ecclesia delicta manifesta. C. XIX.

Poly. ibidem. Ivo p. 2. c. 97. Pann. in prol. c. 13. & 14.

CVm quisq; fratrum, id est Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur; fiat hoc, vbi periculum [d] schismatis nullum est. *Et infra.* ¶ Quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos prorsus, vel non tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere; non dormiat seueritas disciplinæ.

3 *Est & alia causa qua correptio verborum, vel verborũ videtur esse inutilis, vel superflua. Prædestinati enim ad vitam sine corruptione mutantur: sicut Petrus, quem Dominus respiciens nemine corripiente, commouit ad lachrymas.* Luc. 22. *Præsciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: sicut Pharao. Bonis ergo superflua, damnãdis hęc inueniuntur esse inutilia. His ita respõdetur auctoritate Gregorii, & Augustini. Augustinus enim in libro de correptione & gratia, c. 5. sic ait.*

¶ Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec á correptione. C. XX.

Luc. 22. SIcut non est ab oratione [a] cessandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere; ita non est negligenda [b] correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur, atque adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere.

Gregorius vero in dialogo, lib. 1. c. 8.

¶ Soli prædestinati saluantur, qui in postulando suo labore meruerunt. C. XXI.

s multi

Burc. l. 20. c. 19. Iuo p. 17. c. 31. OBtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex † labore peruenient: quatenus postulando [c] mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante sæcula disposuit donare. († *al. pro*)

Item Augustinus in libro de prædestinatione, & gratia, c. 15.

¶ Occulto Dei iudicio mali obdurantur flagellis, boni emendantur. C. XXII.

Dan. 4. Exo. 5. vsque ad 15. NAbuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam, Nonne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum quod perdiderat, rursus accepit [d]; Pharao

EST ET ALIA. Hæc est tertia pars q. in qua loquitur de præscitis & prædestinatis. Io. de Fant.

CASVS. Ostendit Grat. aliam causam quare mali non sunt flagellandi. Nam si peccatores sunt saluandi ad vitam, sine correctione conuertentur, vt Petrus. Si vero damnandi sunt, inter flagella fiunt deteriores, vt Pharao. Bonis ergo flagella sunt superflua: malis vero inutilia. Postea respondet huic allegationi per capitu. sequens.

SIcut non est.] CASVS. Quidam dicebant ꝙ superflua est correctio circa peccatores: cũ Deus ipse corrigat quos voluerit. & hoc probant exemplo Petri, quẽ nullo homine corrigente correxit vt voluit. sed Grego. & August. dicunt quòd licet Deus corrigat quos velit, tñ sicut nõ est cessandum ab oratione pro eis, quos corrigi volumus; ita non est cessandum à correctione. quia per exteriorẽ correctionẽ proficit homo interius.

a ¶ Ab oratione.] Multiplex est causa quare nõ debemus cessare ab oratione malorũ, vel eorũ correctione. Nam quædam sunt ita prædestinata, vt precibus obtineantur, ut infra cap. proxi. Item quia nescitur quis sit de numero prædestinatorum, & quis non: & de nemine est desperandum, quamdiu est in hac vita, vt de pœ. distinct. 7. nemo. & quia Deus sæpe aliquid promittit, quod postea mutat, si videt homines negligentes, vt de pœn. d. 1. prædixerat. & tamen si non prosunt illi pro quo oratur, prosunt saltem oranti: iuxta illud: Oratio mea in sinu meo conuertetur. Ioan.

b ¶ Negligẽtia.] De pœ. d. 7. nemo.

OBtineri.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd quæ prædestinata non sunt, precib. obtineri non possunt. Sed etiã quę prædestinata nõ sũt sæpe precibus obtinentur, si ea ita prædestinata sunt; vt precibus obtineantur. Et quòd aliqua ita sint prædestinata, ostendit à maiori: quia ipsum regnum cęleste sic est multis prędestinatum, vt precibus obtineatur & labore.

c ¶ Postulãdo.] Nec ideo voluit Dominus suscitare quarrũ mortuum, quia non fuit pro eo petitum, vt infra de pœ. dis. 1. § ex his itaque ver. Christus quoque.

NAbuchodonosor.] CASVS. H. hũc casum sic ponit, & sic mihi videtur melius quàm Bene. Dicitur in hoc c. ꝙ quidam per flagella Dei emendantur: quidã vero deteriores fiunt. Et hoc ostẽdit per Nabuchodonosor, qui flagellatus à Deo, pœnituit, & restitui sibi regnum promeruit. & per Pharaonem, qui flagellatus à Deo non pœnituit, sed magis induratus fuit, & tamen periit submersus. vñ Aug. quęrit quare hæc diuersitas fuit inter eos. i. ꝙ ex eodem medicamento, & ab eodem confecto & dato, vnus eorum saluatus est. & alter periit. & supponit hoc ideo esse, quia vnus illorum pœnituit inter flagella, alius vero induruit libero arbitrio. Bene. vero sic casum illum ponit. Quidam disputans cum Aug. quærit ab eo causam, cũ Deus sit vnus creator bonorum & malorum hoium, cur saluet vnum, & non alium: cum oẽs saluare possit? Et respondet Aug. nullam aliam causam esse, nisi quia sic Deo placet: & hoc ostendit per exempla duorum regum, scilicet. Nabuchodonosor & Pharaonis, quia licet æqualis conditionis fuerint, vnum tamẽ saluauit, alium non.

d ¶ Accepit.] Arg. ꝙ depositus põt restitui, vt de pœnit. d. 6. c. 1. in fi. & 15. q. 9. sententiam. & c. Gregor. Item est hic arg. ad quẽuem aliam, ꝙ depositus restitutus præferendus

rendus sit subfifitito, vt 8 q. vlt. c. vlt. Argu. contra 7 q. 1. eos quis licet determinata videtur, extra de simon. ex insinuatione. Ioan. De hoc quid iuris sit, in quæstion ib. notaui. B.

a ¶ Rationem.] Arg. ꝙ de singulis non est ratio reddenda. vt infra ead. quæ de Thyrijs, & de pœnit. dist. 4. si ex bono. Arg. 68. dist. choriepiscopi. & 24. quæst. 3. si habes.

b ¶ Odor.] Bonus odor Christi est prædicatio bonorum. 1.

V Asis iræ.] CASVS. Quidã dicunt, ꝙ prædestinatio Dei, vel præscientia est causa quare qs necessario faciat bonum vel malum: & ideo facit homo malum, quia est præscitus, & bonũ quia est prædestinatus, & bonarum & malarũ rerũ Deus est causa, Sed Augu. respondet dicens hoc esse falsũ: quia si ex præsciẽtia necessario quis peccaret, iniuste Deus puniret delinquentem: sed dicit bonos voluntate sua facere bonum: non tamen sine gratia Dei: malos autem dicit sua auctoritate peccare, cum sint sine gratia Dei. Et hoc probat auctoritate Ioannis Euangelistę in epist. sua vnde potius debent suis peccatis imputare, quàm de iudicio Dei conqueri, quo deserit meritos deseri, cum gratias agimus, quia liberat non meritos liberari: nec imponit alicui necessitatẽ, nec subtrahit cuiquam potestatem obediendi, eo ꝙ nõ esset prædestinatus: sed ideo nõ fuit prædestinatus, quia Deus eum recessurũ ab obedientia præuidet. Postea assignat drĩam inter prædestinationem & præscientiam: quia prædestinatio est tantum de bonis præscientia tantum de malis. & no ꝙ vnum quandoque ponitur pro alio. Item no. quod auctoritas Ioannis Euãgelistæ incipit ibi, [Ex nobis exierunt.] & durat vsque ibi, [vtique nobiscum.] & est circa finem.

c ¶ Non spontaneum.] De hac materia notaui 15. q. 1. §. 1. & 2. & c. merito.

d ¶ Ex prædestinatione.] Arg. ꝙ non potest quis arguere factum, cuius auctor ipse fuit, vt 28. d. diaconi. ext. de cler. coniug. diuersis. Io.

e ¶ Cum vero.] Sic ergo bona, quæ facit homo, per Deum facit: mala quæ facit, non facit per Deum: quia Deus non est auctor mali. Sed ne crederet aliqs, quod Deus operetur etiam malum: quia legitur, ꝙ Deus tradidit Romanos in desideria carnis, & quòd obdurauit cor Pharaonis, & ꝙ reliquit Tyrios & Sydonios in peccatis suis, ideo ostendit qualiter hoc intelligatur.

f ¶ Aliquos.] Scilicet Romanos.

g ¶ Aut traditos.] Tradere dicitur hominem peccato quando permittit ipsum peccare: vel quia subtrahit ipsi gratiam.

h ¶ Legimus.] In epistola ad Romanos 1, & in Exodo 2. & in Euangelio Matthæi de Tyrijs & Sydonijs.

i ¶ Non meritos.] Ex hoc patet, quòd primam gratiam nemo meretur, vt inf. de conse. d. 4. gratia, & c. placuit, vt quicumque.

k ¶ Fecit.] Scilicet bona.

Deus nõ est auctor mali.

1 Sic ext. de sac. vnc. & §. 2. ver. de odore. vbi ista auctoritas exponitur.

autem ipsis flagellis est durior effectus, & perijt? Hic mihi rationem [a] reddat qui diuinum consilium nimium alto † sapientique corde dijudicat; cur medicamentum vnius medici confectum alij ad interitum, alij valuerit ad salutem: nisi quia Christi bonus odor [b] alijs est odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. Quantum ad naturam, ambo homines erant. Quantum ad dignitatem, ambo reges. Quantum ad causam, ambo captiuum populum Dei possidebant. Quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio.

† al. altum sapienti corde] orig.

1. Cor. 2.

Item †.

† al. Item

C. XXIII.

V Asis iræ nunquã Dei redderet interitum: si nõ spontaneum [c] inueniretur homo habere peccatum: quia nec Deus peccanti homini iuste inferret iram, si homo ex prædestinatione [d] Dei cecidisset in culpam. *Item*. ¶ Prædestinationem Dei siue ad bonum, siue ad malum in hominib. operari ineptissime dicitur, vt ad vtrumque homines quædam necessitas videatur impellere: cum in bonis voluntas sit intelligenda non sine gratia; in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. Cum vero [e] aliquos [f] à Deo aut traditos [g] desiderijs suis, aut obduratos legimus [h] aut relictos: magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur: quia talia eorum crimina præcesserunt, vt ipsi sibi pęnas debuerint, quæ eis etiam supplicium verterẽt in reatum. Atque ita nec de iudicio Dei querimur, quo deserit meritos deseri; & misericordiæ eius gratias agimus, qua liberat nõ meritos [i] liberari. Vires itaq; obediẽtię nõ ideo cuiquã subtraxit, qa eum non prædestinauit: sed [iõ † eum nõ prædestinauit,] quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit. ¶ Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, quæ peccatum sola hominis voluntate commissum, aut remittendum nouit cum laude misericordiæ, aut plectendum cum laude iustitiæ. In malis autem operibus nostris sola præscientia Dei intelligenda est: quia sicut præsciuit, & prædestinauit quæ ipse fecit [k], & vt faceremus, dedit; ita præsciuit tantum, non etiam prædestinauit,

Fulgentius, l. 1. ad Monymum. Burc. l. 20. c. 35. Iuo p. 17. c. 46. Prosper. in resp. ad capitula Gallorum, c. 6.

Ibidem c. 11.

Ibidem c. 12.

† absunt ab orig.

Idẽ Prosper. ca. 14. & sententia 6. ad c. Gallorũ. Idem sent. 15.

Deus qñõ dicatur occidere hoĩem peccatorem.

11. qõ. 2. c. 9. & 8.

a ¶Fecit.] Scilicet mala.
b ¶Dicitur.] In epistola Ioannis.
c ¶Ex nobis.] Quantum ad prædestinationem.
d ¶Standi.] Sed nonne iam dixit, q prædestinatio non est causa quare homo faciat bonum, sed potius bonum quod

necessario faciat bonum vel malum, cum ex voluntate vtrumque procedat. Nam licet præscientia vel prædestinatio Dei falli non possit, non tamen necessario eueniunt ea, quæ prædestinantur, vel præsciuntur; sicut nec necessario præsciuntur, vel prædestinantur, & ideo præsciuntur, vel prædestinantur, quia bona absq; gratia eius, mala vero præter ei9 conscientiam euenire non possunt. Postea ponit quandam argumentationem, dicens, quòd quamuis hęc prępositio sit necessaria, si hæc prædestinata sunt, vel pscita, necessario euenien, nec tamē ideo rectè & simpliciter concluditur, ergo necessario eueniūt quæ prędestinata sunt vel præscita: quia in propositione necessitas refertur ad diuinæ pscientiæ intuitum, in conclusione vero refertur ad rerum euentum. & ad hanc conclusionem probandam inducit auctoritatem Augustini, in qua ponit duas necessitates, vnam simpliciter, siue simplicem, & aliam conditionalem. vnde ponit duo exempla, de ambulante scilicet, & de vidente. [Prouidentia.] potest hoc intelligi de homine vidente, vel de prouidentia diuina vidente præsentionaliter, sed intelligatur coniunctim, vel sic: necesse notat modum consequendi, & non consequentis.

Idē ad obiect. Vincētianas, c. 12. & Au. ad articulos sibi falso ipositos, art. 12.

quæ nec ipse fecit [a], nec vt faceremus, exegit. Hi autem de quibus dicitur [b]: [Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis [c]. Si enim fuissent ex nobis, mansissent vtiq; nobiscum.] voluntate exierunt, voluntate ceciderunt: & quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati, essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi [d], nemini est causa labendi.

¶In plerisq; vetustis caput hoc coniunctum est superiori, & in titulo est, Item non, Idem, est autem confectum ex locis indicatis, Fulgentij, Prosperi B. Augustini.

Sola in libro de prædestinatiōe Dei.
Burc. l. 20. c. 21.
Iuo p. 17. c. 12.

Non ergo necessitatē facit correctionis, vel obdurationis diuina prædestinatio, seu præscientia, cū boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Neque enim quia prædestinatio, seu præsciētia Dei falli [e] non potest, necessario eueniunt, quæ prædestinantur, vel præsciūtur, sicut nec necessario prædestinātur, vel præsciūtur quæ futura sunt, sed quia bona absque eius gratia, mala præter eius scientiam euenire non possunt. ¶Quamuis [f] ergo conuenienter dicatur, si hæc prædestinata sunt, vel præscita, necessario euenient: non tamen ideo absolute verū est necessario euenient, quæ prædestinata sunt, vel præscita; quia hic necessitas refertur ad rerum euentum, ibi ad intuitum diuinæ præsciētiæ. Unde Augustinus: [Duæ sūt, inquit, necessitates, simplex vna, veluti qua necesse est oēs homines esse mortales; altera cōditionis, vt si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisque esse nouit, id esse aliter, quam notum est, nequit [g]. Sed hoc minime secum illam simplicem trahit. Hanc enim necessitatem non propria facit natura, sed conditionis adie

Prędestinatio est Deus pdestinans.

quod facit, est causa prædestinationis? Sed dicas hic prædestinationem appellari Deum prædestinantem. Nam nemo potest venire ad me nisi ei fuerit datum à patre meo. Vel dic q prædestinatio non est causa efficiens, sed est causa sine qua non fit. Item si verè volumus loqui, non est concedendum q futura bona sint causa prædestinationis: quia ex hoc sequeretur, q causa esset posterior suo causato. Item quidquid Deus prædestinauit. ab æterno prædestinauit. si ergo prædestinatio est æterna, ergo non habet causam suæ generationis. non ergo futura sunt causa eius. Item si quid esset causa generationis eius. ergo eius oppositum esset causa corruptionis eius. sed impossibile est eam corrumpi, vel desinere esse: quia si corrumperetur, vel desineret esse, ergo post hoc instans non esset, ergo si modo non est, nunquam fuit. Nam bene sequitur, si fuit prædestinatum, ergo prædestinatum est, & semper erit prædestinatum. Ioan.

NON ERGO NECESSITATEM. CASVS. Dictum est supra in capitu. vasis. quòd de sola voluntate bonum cum gratia procedit, & sola voluntate sine gratia malum perpetratur. Vnde ex hoc concludit Gratian. q prædestinatio, vel præscientia non est causa, qua quis

e ¶Falli.] Hæc argumentatio non valet; Deus præuidet aliquid, & aliter potest euenire: ergo præuidentia Dei est fallibilis.

Si Deus prouidit aliqd necessariu illud euenit, hēt duplicē sensu.

f ¶Quamuis.] Ad huius § intelligentiam nota, q omnes tales locutiones sunt duplices, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: quia si hæc dictio, necessario, determinat totalem consequentiam, locutio est vera: & tunc talis est sensus in consequentia, si Deus præuidit aliquid, illud euenire est necessarium. Si autem hæc dictio, necessario, determinat ipsum consequens est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est Socratem ambulare cū ambulat: quia si intelligatur composita & de dicto, vera est si de re, est falsa. Similiter hæc est duplex, necessarium est hoc euenire quod Deus præuidit, de dicto est vera, de re, est falsa. Illud enim quod Deus præuidit, non est necessarium euenire. Et nota quòd talis argumentatio non valet, si Deus præuidit aliquid, necessario illud eueniet: ergo si Deus præuidit aliquid, necessarium est illud euenire, quia modo hæc dictio, necessarium non potest determinare ipsam consequentiam, sed tantum consequens [1].

1 Sub. nō facta relatione ad antecedēs, sed p se considerata.

2 Sub. quia idē est, s. de dicto sic cōposito facta s. relatione cōsequentis. ad añcedēs

g ¶Nequit.] Vera est si intelligetur de dicto. [2]

HIS

HIS OMNIBVS. CASVS. Dictum eſt ſupra, ꝙ mala noſtræ voluntati adſcribuntur. Nunc vero dicit Gratianus, quòd indignationi diuinæ adſcribuntur, quod probat per duo c. ſeq.

CVM SVPERNA. CASVS. Oſtendit hic Greg. quòd ex quo ſemel Deus alicui ab intimis iraſcitur, eius indignationem pœnitentia, vel oratione non remouebitur. Et hoc pbat exemplo Moyſi: qui licet in deſerto reatũ populi apud Deũ terſerit, tamen propter hoc, quia ad petram Oreb veniẽs de aquę exhibitione diffidit, Domino ſibi iraſcente, terram promiſſionis ingredi non potuit.

a ¶ Plebis.] Hiſtoriã habes 45. d. diſciplina.

b ¶ Oreb.] Hiſtoriam habes de pœn. diſt. 1. §. opponitur.

c ¶ Iraſcente.] Intelligas tamen ꝙ quantũ ad temporalem pœnã põt ira Dei eſſe commutabilis: ſed quantum ad æternam nõ: 32. quæſt. 4. incõmutabilis.

DE TYRIIS. CASVS. Quidã aſſignabãt rationem quare Deus non ſaluauit Tyrios, & Sydonios, cũ credidiſſent, ſi talia ſigna virtutum vidiſſent, qualia apud Iudæos non credẽtes facta fuerunt vel ſimpliciter quærebãt ab Auguſtino rationem diuerſitatis. Auguſt. vero deridet eos, dicens, ꝙ non eſt alia ratio, niſi quia non fuit eis datum deſuper vt crederent: tamen quidquid dixit Deus vel fecit, totum verum fuit & iuſtũ, qui non ſolũ Tyrios, & Sydonios potuit ſaluare, ſed etiam Corozain, & Bethſaida: & ille Deus, qui dixit per prophetam Oſeã Iudaicæ plebi: Ego ſepiam vias tuas ſpinis, & adimam tibi facultatem peccãdi, ille idem Deus etiam dixit damnandis per Pſalmiſtam: Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.

d ¶ Vt crederent.] Præſente Domino, ſed poſtea crediderunt ad prædicationem Apoſtolorum.

e ¶ Si rationem.] Eodem modo videtur dicendum, ꝙ ſi Papa aliquid facit quod videtur iniuſtum, vbi nos rationem non poſſumus aſſignare, quòd nihilominus illud iuſtum ſit. 17. q. 4. §. qui autem.

f ¶ Prophetam.] Oſeæ.

g ¶ Vias.] Id eſt, actiones.

h ¶ Spinis.] Id eſt, compunctionibus.

i ¶ Lapidibus quadris.] Id eſt, virtutibus quatuor, vel doctrina quatuor Euangeliſtarum.

SED IN HIS. CASVS. Dicit Gratia. hic quòd in omnibus malis arbitrium noſtrum eſt in culpa, quod arbi-

¶ Spi-

ctio. Nulla .n. neceſſitas cogit incedere voluntate gradiẽtẽ: quãuis eũ tunc, cũ graditur, incedere neceſſariũ ſit. Eodẽ igitur mõ, ſi quid prouidẽtia pſens videt, id neceſſe eſt eſſe, tametſi nullã naturæ hẽat neceſſitatẽ. Atqui Deus ea futura, quæ ex libertate arbitrij proueniũt, pſentia cõtuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinum neceſſaria fiunt per diſpoſitionẽ diuinæ notionis. Per ſe vero cõſiderata abſolutã naturæ ſuæ libertatẽ nõ deſerunt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus eſſe pnoſcit: ſed eorũ quædã de libero proficiſcũtur arbitrio, quæ quamuis eueniant, exiſtendo tamen naturã propriã non amittunt, qua prius q̃ fierent, ẽt nõ euenire potuiſſent. ¶ His oĩb. mala noſtra libero adſcribuntur arbitrio, cũ alibi diuinæ adſcribantur indignationi. Vñ Gregorius, [Cũ ſuperna indignatio ſeſe, vt ita dixerim, medullitus mouet; hãc opinio, vel oppoſitio humana non remouet: nec ſe cuilibet vtiliter depcatio obijcit, cũ ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcẽdo diſponit. Hinc eſt enim, ꝙ Moyſes, qui reatũ totius plebis[a] apud Dñm ſuis precibus terſit, dũq; ſe obicẽ obtulit, diuinæ iracundiæ vim placauit; ad petrã Oreb[b] veniẽs, et pro aquæ exhibitione diffidens, repromiſſionis terrã ingredi Dño iraſcente[c] nõ potuit.] ¶ Itẽ Auguſtinus: [De Tyrijs vero, & Sydonijs quid aliud poſſumus dicere, q̃ nõ eſſe eis datũ vt crederent[d], quos ẽt credituros fuiſſe ipſa veritas † dicit †, ſi talia qualia apud non credentes facta ſũt, virtutũ ſigna vidiſſent? Quare aũt hoc eis negatũ fuerit, dicant, ſi poſſunt, qui calũniantur, & oſtendant, cur apud eos Dñs mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit: & apud eos, quibus profutura erant, nõ fecerit. Nos etenim †, ſi rõnẽ[e] facti, & profunditatẽ iudicij eius penetrare non poſſumus; manifeſtiſſimè tñ ſcimus, & verũ eſſe qđ dixit, & iuſtũ eſſe quod fecit: & non ſolũ Tyrios, & Sydonios, ſed ẽt Corozain, & Bethſaida potuiſſe conuerti, & fideles ex infidelib. fieri ſi hoc in eis voluiſſet Dñs operari. Neq; .n. vlli falsũ videri põt, quod Veritas ait: [Nemo põt venire ad me, niſi fuerit ei datũ à Patre meo.] Item, qui per prophetã[f] Iudaicæ plebi promiſſit: (Ecce ego ſepiã vias[g] tuas ſpinis[h], & muniam eas lapidibus quadris[i].) id eſt, adimam tibi facultatem peccandi: Idem per pſalmiſtã de damnandis dixit: (Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens eos.) Sed in his omnibus vitia noſtra humanæ adſcribũtur mentis arbitrio, quod diuina clementia in electis miſericorditer vertit ad bonũ; in damnandis iuſtè relinquit ad malum. Sicut ergo, quamuis certiſſime ſciamus nẽminem vltra terminum à

li. 9. Moral. c. 11.

Exo. 32.

Num. 14.

Matth. 11.

† al. dicit

† al. etiam

Matth. 11.

Oſeæ 2.

Pſ. 34.

bitrium Deus vertit in electis ad bonum, in damnandis vero relinquit ad malum. sed quia nescimus qui peccatores sint damnandi, vel qui sunt saluandi, omnes indifferenter debemus corrigere, ad instar medici, qui licet sciat hominem vltra terminum à Deo præfixum nõ victurum,

trem, & q bonum fit eis corrigi. & q non fit desistendũ à correctione, & disciplina malorum, probat quinque exemplis, scilicet medici, patris, domini, Imperatoris Theodosij, & eripientis homines de domo ruitura. In secunda parte respondet cuidam quæstioni Donatistarum dicentium, Vos vultis vt redamus, sed non possumus retinere dignitates nostras. Et respondet Aug. hoc verum esse de iure, aliquando tamen secus fit dispensatiue. & pcipue vbi scandalum timetur, quia sicut sunt duo genera inserendi arbores, sic sunt duo genera recipiendi hæreticos. Secunda pars incipit ibi, [Item si inquiunt.

Deo sibi præfixum esse victurum; omnibus tamen lãguentibus nõ incongrue medemur; sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad vitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligenda disciplina.

¶ α Duæ sunt.] *Hæc à Burchardo, & Iuone citantur ex B. Augustino in lib. de prædestinatione. Et sententia habetur copiose explicata in libello de prædestinatione Dei inter opera B. Augustini, tomo 7.*

β ¶ Absolutam.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur,* ab absoluta libertate non definiunt.

γ ¶ De Tyriis.] *Simillima his leguntur apud B. Augustinum in libro de bono perseuerantiæ, c. 14. Eadem vero fere sunt apud Prosperum ad excepta Ianuensium in respons. ad dubium 8. siue 9.*

Vnde idem Augustinus ait epist. 50. Bonifacio.

¶ Non semper in eos, qui peccant vindicta est exercenda. C. XXIIII.

Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 61.

IPsa pietas, veritas, charitas nos non permittit contra Cæcilianum eorum hominum accipere testimonium, quos in ecclesia non videmus, cui Deus perhibet testimonium [a]. Qui enim diuina testimonia non sequuntur, pondus humani testimonij perdiderunt [b]: *Item infra.* ¶ Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio, ille legando, iste cędendo: sed ambo diligẽdo. Si autem illos negligant, & perire permittant; ista potius falsa mansuetudo crudelitas est. *Item infra.* ¶ Si per † potestatem [c], quã per religionẽ, ac fidẽ [d] regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia: hi, qui inueniuntur in vijs, & in sepibus, idest in hæresibus, & schismatib. coguntur intrare [e]: non quia coguntur, reprehendant sed quare † [f] cogantur, attendant. Conuiuium Domini vnitas est corporis Christi, non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis. *Item eadem infra.* ¶ Theodosius α Imperator legem [g] generaliter in omnes hæreticos promulgauit, vt quisquis eorum episcopus, vel clericus vbilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur. *Item infra.* ¶ Si duo [h] aliqui in vna domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisq; id prænunciantib. nollent credere, atque in ea manere persisterent, si eos inde possemus eruere vel inuitos, quibus imminentem illam ruinam postea demonstraremus, vt redire vlterius sub eius periculum non auderent; puto, nisi faceremus, non imme-

† potestate] orig. inf. q. 6. schismatis

† quos:] orig.

Cod. Theo l. 16 tit. 5. c. 21. & 65.

victurum, tamen languentibus omnibus indifferenter medetur, cum ipse medicus ignoret quando & qua ægritudine sunt morituri. Et ad hoc inducit seq. c.

IPsa pietas.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q quidam hæretici volebant accusare vel testificari contra Cęcilianum virum honestum. super hoc Bonifacius Papa consuluit Augustinum, vtrum fieri posset, & respondet quòd nõ. Et hoc fit eis vt corrigantur & reuertantur ad ecclesiam matrem,

a ¶ Testimonium.] In hoc quòd est mortuus in vnitate ecclesiæ. sed quidã hæretici volebant eum post mortem accusare de hæresi, vt 24. q. 2. sane profertur. ver. Item si vera sunt. sed non erant recipiendi etiam in crimine hæresis, cum ille bonæ opinionis fuit. vt 2. qõ. in primis hæreticus autem bene reciperetur contra hæreticum, vt 2. q. 7. si hæreticus. Io.

1 Et sm hoc expone phibet testimoniũ ex hoc. s. q fidem traditam à Deo habuit, & seruauit, & dic cui. s. Cæciliano.

b ¶ Perdiderunt.] 2. q. 7. non potest. Io.

c ¶ Potestatẽ.] Quã non hẽbat ecclesia, cum & nouella adhuc esset, sed postea quando cœpit dominari principibus, vt inf. ea. displicet. & c. non inuenitur.

d ¶ Ac fidem.] Ecclesiæ conseruandum.

e ¶ Intrare.] i. redire ad ecclesiam.

f ¶ Sed quare.] Quasi dicat, non est considerandum quid fiat, vt inf. ea. q. 8. occidit. & ff. de fur. verum similiter non est considerandum quid fiat, sed quo animo fiat, vt 15. q. 6. c. 1. in fine, quasi dicat, cogãtur ire ad commodũ ipsorum, scilicet ad conuiuium, de quo agitur in Euangelio. 56. d. sponsus. sup. ea. cum in lege.

g ¶ Legem.] Quam habes. C. de hære. Arriani.

h ¶ Si duo.] Tres enim ponit casus. Primo sic: duo sunt in domo ruitura: & ambos possumus liberare: ad hoc tenemur 2, licet sint inuiti. Secundo sic: duo sunt in domo vna: & si vnum liberamus, alter vult se necare. Tertio sic: multi sunt in domo vna, & non nisi vnus liberari potest.

2 Et nisi faceremus crudeles iudicaremur, vt infr. sequit ibi puto, &c. ex hoc quidam dñt hunc eligi ar. q quilibet tenet aliũ à morte tpali liberare si põt. sup. ea. q. 3. nõ intmiterẽda. vbi de hoc. Arc.

a ¶ Por-

a ¶ Porro.] Secūdus casus.
b ¶ Non nostra.] Licet enim aliquis seipsum interimat propter nos: dummodo: nos iuste moueamur: non tenemur nos. vt infra 23.q.5. cum homini. &c. de occidēdis. & 47 distin. quod ad nos.
c ¶ Liberato.] Idest, non minus aliquem liberare teneris, licet omnes alij se perderent.
Denūciatio canonica oībus præcipit
d ¶ Compellit.] Ergo videtur quod omnibus sit præceptum vt denuncient crimina delinquentium: sed hoc intelligas tantū de prælatis, vel de canonica denunciatione, vt 2.q.1. si peccauerit.
e ¶ Non deberet.] De iure communi.
f ¶ Cōpensatione.] i. vt alij facilius redeant ad ecclesiam cum vident aliquos reuersos tolerari in suis ordinibus.
g ¶ Vulnus.] Dupliciter inseritur ramus arbori, vt de consec. distinct. 5. vnquam. tunc dicuntur duo vulnera infligi arbori, idest, ecclesiæ, quādo ille qui fuit destitutus, restituitur: & alter, qui substitutus fuit, remouetur. secūdo modo quādo nullus fuit substitutus: & illud dicitur leue vulnus.
h ¶ Detrahendum.] sic 44 di. comessationes, & dist. 50. vt constituetur.
i ¶ De mendacij timore.] Idest, de mendacio timoris.
K ¶ Episcopi.] Sup. dist 12. nos consuetudinem contra.
l ¶ Vtiliter.] Nō intelligas, q Augu. hic restituat episcopos depositos: sed docet quod fieri possit i. ...
m ¶ Et sic.] Idest, propter res eorum.
n ¶ Non res eorum.] vt 1. quæst. 7. capit. 1. & 2.

rito crudeles iudicaremur. Porro [a], si vnus illorum nobis diceret, quando intraueritis eruere nos, memetipsum continuo trucidabo: alter autem nec exire quidem inde, nec erui vellet, sed neque necare se auderet; quid eligeremus, vtrum ambos ruinæ opprimendos relinquere, an vno saltem per misericordiæ nostram operam liberato; alterum non nostra [b] culpa, sed sua potius interire? Nemo est tam infœlix, qui non, quid fieri in talibus rebus oporteat, facillime iudicet. *Item post pauca.* ¶ Quòd si plurimi essent in domo ruitura, & inde saltem vnus liberari posset, atque id, cum facere conaremur, alij seipsos præcipitio necarent; dolorem de cæteris, nostrum de vnius saltem salute consolaremur: non tamen, ne seipsos alij perderent, perire vniuersos nullo liberato [c] permitteremus. Quid igitur de opere misericordiæ, quod pro vita æterna adipiscenda, & pœna æterna vitanda hominibus debemus impendere, iudicandum est: si pro salute ista non solum temporali, sed etiam breui ad ipsum exiguum tempus liberandi sic nos subuenire hominibus ratio vera & benigna compellit [d]. *Item infra.* ¶ Si (inquiunt Donatistæ) oportet, vos extra ecclesiam & aduersus ecclesiam fuisse pœniteat, vt salui esse possimus; quomodo post istam pœnitentiam apud vos clerici, vel etiam episcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam reuera (quod ferendum est) fieri non deberet [e], nisi pacis ipsius compensatione [f] sanarentur. Sed sibi hoc dicant, & multo maxime humiliter doleant, qui in tanta morte præcisionis iaceant, vt isto quodam vulnere matris catholicæ reuiuiscant. Cum enim præcisus ramus inseritur, fit aliud vulnus [g] in arbore, quo possit recipi, vt viuat, qui sine vita radicis peribat: sed cum receptus recipienti coaluerit, & vigor consequetur, & fructus: si autem non coaluerit, ille quidem arescit, sed vita arboris permanebit. Est enim & tale inserendi genus, vt nullo ramo, qui intus est, ille, qui foris est, inseratur; non tamen nullo, sed vel leuissimo arboris vulnere. Ita ergo & isti cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis quamuis post erroris sui pœnitentiam honor clericatus, aut episcopatus aufertur; fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem seueritatis; verumtamen quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, ad Dei misericordiam precib. fusis, coalescente insitorum pace, ramorū charitas cooperit multitudinem peccatorum. *& paulo post.* ¶ Verū in hmôi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculū, sed populorū strages iacent; detrahendum [h] est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. Habeāt ergo isti de præterito detestabili errore, sicut Petrus habuit de mendacij timore [i], amarum dolorem, & veniant ad ecclesiam Christi veram. i. matrē catholicam: sint in illa clerici, sint epi [k] vtiliter [l], qui contra illam fuerunt hostiliter. Non inuidemus; immo amplectimur, optamus, hortamur, & quos in vijs, & in sepib. i uenimus, intrare cogimus; & sic [m] nondum quibusdam persuademus, quia non res eorum [n], sed ipsos quærimus.

Ps. in ep. c. 15.
1. Cor. 3.
1. Pet. 4
Dic. 50. vt constituetur.

Quid

QVid faciet.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte quæsiuit Paulinus ab Augustino, an ecclesia debeat corrigere hæreticos & obstinatos. Et respondet quòd sic ex dilectione corrigendi, ad instar medici, qui ex dilectione sanandi phreneticos ligat, & lethargicos excitat. In secunda parte quæsiuit, an sacramenta hæreticorum spernere debeamus. Et respondet quòd non: sed tantum errorem. Sacramenta enim in quibus nobiscum concordant, & quæ acceperunt sicut & nos, bona sunt, licet ad suum damnum habeant. Secunda pars incipit ibi. (Neque enim sacramenta.)

a ¶ Medicina.] Idest, correctio.
b ¶ Inter phreneticos.] Idest, ad modum phreneticorum sæuientes.
c ¶ Incipiunt.] Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum, 32. q. 1. cum renunciatur. hæc tamen non est concedenda: si aliquis incipit esse bonus: non tamē perfectus definit esse malus. de pœn. d. 2. forte, & si fermo.
d ¶ Cōia.] Inf. de cō se. d. 4. non in vobis. not. sup. 1. q. 1. sacramenta.

Virtutē ingreditur qui malitiam egreditur.

a ¶ Theodosius.] *Anselmus habet vt Gratianus: sed propria verba B. Augustini, vbi de reprimenda rabie Donatistarum agit, sunt hæc:* Quod eo modo fieri aliquatenus arbitramur, si legē pijssimæ memoriæ Theodosij, quam generaliter in omnes hæreticos promulgauit, ut quisquis eorum episcopus, uel clericus, ubilibet esset inuentus, decem libris auri mulctaretur, expressius in Donatistas, qui se negabant hæreticos, ita confirmarent, ut non omnes ea mulcta ferirentur, *& cætera quæ sequuntur.*

Idem Festo, epist. 167.

¶ Medicinali seueritate mali cogantur ad bonum. C. XXV.

Polyc. l. 7. tit. 5. Ans. l. 9. c. 56.
† *Quid igitur hoc facias*] or.

QVid † faciet hic ecclesiæ medicina [a], salutem oīum materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos [b] & lethargicos æstuans? nunquid contemnere, nunquid desistere vel debet vel potest? Vtrisque fit necesse est, molesta: quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari: sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quamdiu ægri sunt indignātur: sed ambo sanati gratulantur. *& infra in eadem.* ¶ Catholici esse non incipiunt [c], nisi hæretici esse destiterint. Neq; enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, quæ cum illis sunt communia [d]: quia non humana sunt, sed diuina. Proprius error eorū est auferendus, quē mali imbiberunt, nō sacramenta, quæ similiter acceperunt: quæ ad pœnam suā portant & habent, quanto indignius habent: sed tamen habent.

4 *Ecce quòd crimina sunt punienda, quando salua pace ecclesiæ feriri possunt: in quo tamen discretio adhibenda est. Aliquando enim delinquentium multitudo diu per patiētiam ad pœnitentiam est expectanda: aliquando in paucis est punienda †, vt eorum exemplo cæteri terreantur, & ad pœnitentiam prouocentur. Hinc, cum discipuli cœlesti igne Samaritanos vellent consumere; prohibiti sunt: & Samaritani ad pœnitentiam sunt expectati, vt Christo prædicante conuertentur ad fidem.*

† Conc. text. fl. aut facta. §. fi. ff. de pœ. cum vul. cō cor.
Luc. 9.

ECCE. Hæc est 4. pars qō. in qua probat Grat. quòd vindicta non est inferenda, supple scilicet amore vlciscendi, sed tantum amore iustitiæ, scilicet cum peccant in Deum: cum autem peccant in nos, parcere debemus. & hoc probat per tres auctoritates. Ioā. de Fant.

CASVS. Concludit Gratian. ex supradictis, quòd crimina sunt punienda vbi schisma & scandalum non timetur: hac tamen discretione seruata, vt multitudinem delinquentium per patientiam expectemus ad pœnitentiam: verū paucorum peccata sunt punienda, vt cæteri terreantur. Et hoc probat exēplo Christi, qui Samaritanos expectauit ad pœnitentiam, quos Apostoli volebant comburere igne cœlesti. & ad hoc inducit seq. capitulum.

QVod Christus.] CASVS. Discipuli Christi volebāt ignem de cęlo mittere super Samaritanos, quia eum non recipiebant. sed Christus hoc non permisit, expectans Samaritanos ad pœnitentiam: nec tamen Apostoli in hoc peccabant. quia legem sequebantur ad instar Phinees, qui Hebręū & Madianitam coeuntes interfecit: & ad instar Heliæ, ad cuius preces ignis de cœlo descendit, & consumpsit nuncios Achab regis: aliàs Ochoziæ.

Apostoli vindicta delidērātes an peccauerunt.

Vnde Ambrosius ait libro 7. commentariorum ad c. 9. Lucæ.

¶ Non semper in eos, qui peccant, vindicta est exercenda. C. XXVI.

QVòd (Christus) discipulos [e] increpauit, qui ignem

e ¶ Discipulos.] Iacobum & Ioannem, quos præmisit in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent sibi hospitium.

super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperāt; ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerint, vindicandum: quia nonnunquam amplius prodest clementia, tibi ad patientiam, lapso ad correctionem [a]. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant [b], qui legem sequuntur. Sciebāt enim & Phinees [c] reputatum ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignem descendisse de cęlo, vt prophetæ [α] vindicaretur iniuria. Luc. 9. Io. 4. Num. 25. 4. Reg. 1

α ¶ Vt prophetæ.] *Hæc sunt addita, quoniam referuntur ab ipsomet Gratiano inf. ea. c. si illic.*

Potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi. Apostoli non zelo iustitiæ; sed amaritudinis odio ob iniuriam suæ expulsionis vindicandam Samaritanos igne voluerunt consumere: Dominus autem volens eos iniuriam propriæ personæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriā vero seruitutis diuinæ non inultam relinquere; ait: [Nescitis, cuius spiritus estis?] Hinc etiam Petrus, qui cum aliis audierat: [Beati eritis, cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos: gaudete in illa die, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis:] contumelias sibi illatas cū gaudio suscipiebat: peccata vero, quæ in Deum committebantur, acerrime puniebat. Vnde Ananiā & Sapphirā spiritui sancto mentientes mortis sententia perculit. Sic etiam Paulus dum à suo contemptu pia admonitione, & multimoda [d] commendatione sui Corinthios reuocaret; magum illum Elymam [e], qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit: vt cæteri præterriti prædicationē eius non impedirent, sed in Christum credentes animæ cæcitatem effugerent. Et Corinthium illum fornicatorem, quia in Deum peccauerat, satanæ ad vexādum tradidit. Hinc etiam Gregorius scribit Ianuario episcopo reprehendens eum, quòd ob iniuriam propriæ personę quendam excommunicauerat, dicens libro 2. indict. 10. epist. 34.

Inf. ea. c. si illic. §. obijciuntur. Luc. 9. Matt. 5. Act. 5. Act. 13. 1. Cor. 5

¶ Pro iniuria propria episcopo aliquem excommunicare non licet. C. XXVII.

INter querelas multiplices Isidorus uir clarissimus à fraternitate tua frustra se excommunicatū, anathematizatumque conquestus [f] est. Quod ob quam rem factum fuerit, dum à clerico tuo, quia præsens erat, voluissemus addiscere; pro nulla alia causa, nisi pro eo, quòd te iniuriauerat factū innotuit. Quæ res nos vehemēter affligit; quòd si ita est, nihil te ostendis de cęlestibus cogitare, sed terrenā te conuersationem habere significas: dum pro vindicta propriæ [g] iniuriæ (quod sacris regulis prohibetur) maledictionem anathematis inuexisti. Vnde de cætero omnino esto

Poly. l. 7. tit. 1.

a ¶ Ad correctionē.] Prosit vīdicta: vel valeat disciplina.
b ¶ Peccant.] Inf. ea. vindicta contra, vbi videtur, quod Apostoli odio desiderauerunt vindictam. Sed dic quod nō peccabant in re, quam volebant: sed in modo volendi. 23. q. 2. §. Abraham. Vel dic quod peccabant: sed dicuntur nō peccasse: quia lex hoc permittebat, scilicet punire inimicos, sup. ea. q. cum in lege 1.
c ¶ Et Phinees.] Historiam habes. 2. q. 7. item cum Balaam.

POTEST. CASVS. Sup dictum est quòd Apostoli fuerunt prohibiti à cōbustione Samaritanorum, quia Dominus volebat eos ad pœnitentiam expectare. Nunc dicit G. quod hoc potest etiā aliter intelligi. Nam Apostoli propriā iniuriā vindicare volebant: quod non est faciendum. Iniuria vero Dñi inulta relinqui non debet. Et hoc probat exemplo duorum, scilicet Petri & Pauli. Nam Petrus licet contumelias sibi illatas cum gaudio susciperet, Ananiam tamen & Sapphiram Deo mētiētes morte percussit. Similiter & Paulus magnum Elymā & Corinthium fornicatorem, quia in Deum deliquerant, puniuit.

1 Et 23. q. 2. si quis per vetus & hoc est quod dicit Azo, si peccant. s. ita quod inde puniant à lege. Gof. quod peccabāt inspecta perfectione Euāgelij: nō peccabāt inspecto rigore iuris.

d ¶ Multimoda.] quā fecit in illa prolixa lectione: Libēter sufferetis: vbi narrat suas passiones & reuelationes suas.
e ¶ Elymam.] Historiā habes 45. d. §. Salomon. Io.

INter querelas.] CASVS. Ianuarius episcopus propter iniuriam sibi illatā Isidorum virum clarissimum anathematizauit: super quo cum querelam deposuisset, scripsit G. Ianuario, & reprehendens eum, præcipit sibi, ut talia de cætero non presumeret, alioquin puniretur. Seq. c. patet.

f ¶ Cōquestus.] Auditur ergo ille, qui conqueritur se iniuste excommunicatum: & hoc secundum vetera iura, vt 11. q. 3 si episcopus. Vel dic quod tunc auditur talis cum euidenter constat de iniusta excommunicatione, vt extra de app. sollicitudinem. aliâs non auditur, nisi cum dicit excommunicationem esse nullam, vt ext. de sent. excom. per tuas. Io. Hodie recurretur super hæc ad nouellam. B.

g ¶ Propriæ.] Ergo episcopus non potest excommunicare aliquē pro iniuria sibi facta, vt hic, & inf. e q 5. de occidendis. nec enim potest esse iudex in causa sua 2, vt [illegible]

Epus iniuriam tem sibi [illegible] pōt excommunicar

2 Conc. [illegible] in l. Iulia. ff. de [illegible] ind & [illegible] cor. C. [illegible] 4. q.

4.q.4.c.1.Sed contra infra.ead. Guilisarius. & 2.q.7.si quis erga.sed distinguas vt ibi no.per id quod est 63.d. Salonitanæ.Ioan

SI quis] CASVS. Ostendit Greg. hic, ꝙ ea, quæ in nos committuntur, facile relaxare debemus: ea vero quæ in Deum committuntur, non facile, sed cum magna discretione dimittere debemus: non tamen sine pænitentia: quod si secus fiat, Deum offendimus. Sequens §.patet.

sum capituli potest eam remittere.arg extra de his quæ fiunt à præla cum Apostolica.cũ enim episcopus sit pater, vt 95.dist.esto & pater possit remittere iniuriam factã filio, vt ff de iniu sed si vnius. §. filio familias. ergo e͠ps potest.sed non credo quod solus episcopus possit illã remittere. nã episcopus procurator dicitur ecclesiasticarũ rerum, vt 12. quæst. 1.cap.vlti. vnde cum sit procurator, conditionem ecclesię non potest facere deteriorem, vt extra de dona.cap.2.

Episcopus procurator dicitur ecclesiasticarum rerum ideo illius conditionẽ deteriorem facere non potest.

circumspectus, atque solicitus, & talia cuiquam pro defensione propriæ iniuriæ tuæ inferre denuo non præsumas. Nam si tale aliquid feceris; in te scias postea vindicandum.

Hinc idem in homilijs ostendens, quòd peccata, quæ in Deum, vel proximum committuntur, à nobis punienda sunt: ea vero, quibus in nos delinquitur, patienter vel toleranda, vel potius dissimulanda sunt, ait.

¶ Valde offendit, qui Dominica debita impune dimittit. C. XXVIII.

SI is; qui prę latus est debitori [a] Dominico culpas impune dimittit; non mediocriter profectò offendit [b], qui debita cælestis regis: & Domini sua pręsumptione resoluit. Ea namque, quæ in nos committuntur; facile possumus [c] dimittere: ea vero, quæ in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pęnitentia [d] debemus relaxare.

† al. redinino

§ *Semel vero culpa dimissa recidiuo † dolore iterum ad animum reuocari non debet.*

Vnde Gelasius Geruntio, Ioanni, Germanio, & Petro episcopis.

¶ Iniuria, cum semel remittitur, iterum reuocari non debet. C. XXIX.

† al. redinino
† eadẽ fere verba habent. inf. de pœn. dist. 4. c.diuina.

SI illic, vbi hæc acta sunt [e], præsentibus vtriusque constiterit & satisfecisse Stephanum, & supplicatione [f] suscepta, eum, qui male tractatus est, ignouisse; semel in abolitione remissa punitio recidiuo † [g] dolore nõ debet iterari: diuinæ † scilicet imitatione clemẽtiæ, quæ dimissa ...

d ¶ Sine pęnitentia.] interiori, scilicet cordis contritione, sine qua nulli datur venia, vt 24.quęst. 2.legatur. & infra. ead. est iniusta.50. distin. si quis diaconus. habita ero cordis contritione potest sacerdos partem, vel totũ remittere secundum qualitatem personæ, loci & temporis, vt 26.q.7.de his.

SEMEL VERO. Hæc est quinta pars quæst.in qua probat quòd peccata semel dimissa iterum non sunt punienda. Ioan. de Fant.

SI illic.] CASVS. Hũ sic ponit hũc casum. Stephan. male tractauit quẽdam alium; sed dicebatur ꝙ ei de illa offensa satisfacerat; ille vero negabat. Scribit ergo Gelasius quibusdam episcopis, vt sup hoc cognoscãt: & si inuenerint ꝙ Stephanus satisfecerit, & ille remiserit, non reuocent quod factum est: quia peccata dimissa in vltionem redire non debent. Si vero inuenerit nihil esse factum, studeant pro posse ad componendum inter eos. si hoc non potuerint facere, procedant ordine iudiciario: & iudicio diffiniant causam, punientes culpam vbi inuenerint. Ben. eodem fere modo posuit casum: sed H. melius.

a ¶ Debitori.] Id est, ei qui in Deum delinquit. & est ff. extra de sentent. excomm. contingit.

b ¶ Offendit.] Vt infra. si ea nam culpa est quandoque relaxare vindictam, vt 45 dist. quia sunt culpæ.

Iniuriã nobis factam an teneamur remittere.

c ¶ Possumus.] Immo iniuriã nobis factam tenemur dimittere. C. de epi. & cle. si quis in hoc. versus finem. Iniuriam id est, rancorem: vel iniuriã, id est satisfactionem iniurię non tenemur remittere, vt 90. dist. si quis contristatus. immo bene facit qui prosequitur iniuriam sibi factam, vt 45. dist. & qui emendat. & inf. ead. q. 5 de occidendis. nam reipublicæ interest pœnas non facile dimitti, vt C. de pœnis, si operis. & inf ea. est iniusta. 45. dist. sed si illud, sic ergo per pactum possumus remittere in quantum nostrum priuatum commodum tangit: sed in quantũ tãgit commodum aliorum, non possumus, vt ff. de pact iurisgentium. §. vlt & est simi. 63.d. Salonitanæ sic nec filius potest remittere id, quod debetur patri; nec tutor debitum pupilli, vt C. de pact. pactum & l seq. nec præses debitum ciuitatis. C. de transact. præses. Sed nunquid episcopus potest remittere iniuriam, illatam ecclesiæ? Videtur quòd sic quia iniuriarum actio non est in bonis nostris ante litem contest. vt ff. de iniu. iniuriatum, vnde episcopus præter consen-

Iniuriã ecclesiæ illatam an possit e͠pus remittere?

e ¶ Acta sunt.] Ibi enim est agenda, vt 3.q 6.ibi.

f ¶ Supplicatione.] Bene dicit, supplicatione: quia si non per preces, sed propter pecuniam remittitur iniuria infamis esset, nisi hoc fieret auctoritate iudicis, vt ff. de his qui non infa. furti §. pactus.

Peccatum per pęnitentiam purgatũ an possit in accusationẽ deduci.

g ¶ Recidiuo.] Argu ꝙ ex quo quis est absolutus, vel postquã pęnituit, ꝙ amplius de illo crimine accusari nõ potest, vt extra de accusa. de his criminib. & 2 q 1. prohibentur similiter qui iurauit se non accusaturum aliquem non potest eum accusare [1], vt extra de accusa. veniens licet possit denunciare crimen suum, vt extrà de iureiuran. quemadmodum in fin. immo eo ipso ꝙ quis dicit se nolle accusare, non admittitur accusans, vt ff. de adulte. si maritus. §. si negauerit. immo tacite renunciat quis accusationi suæ. extra de his quæ fiunt à maiori par. capit. ex ore. in fin. & extra de offic. de leg. gratum. Hoc autem scias, quod iniuria duobus modis tollitur vel remissione, vt hic: vel dissimulatione; & secundum hoc, si iniuria illata est per me-

1 Adde ad hoc glo. & Bart. in l. si maritus. §. si negauerit. ff. ad legẽ Iul. de adul.

peccata in vltionem redire non patitur [a]. Sin vero nihil vel de satisfactione probabitur, vel de remissione transactum [b]; dilectionis vestræ sermone monstretur: quatenus siue nunc saltem poterit competens satisfactio prouenire; illud potius exerceatur, vbi animum sanare possit afflicti [c]: siue irremissibiliter [d] prestet [e] acerbitas, ibidem nihilo minus vindicetur, vbi plectibilis est orta præsumptio.

6 *Sed obijcitur* [f] *illud Ambrosii: [Ad preces Heliæ, ignis descēdit de cęlo, vt prophetæ vindicaretur iniuria.] Quod tunc intelligitur factum, quando Achab* [g] *† rex Israel post sterilitatem illam trium annorum, & sex mensium, quæ facta est, quando precibus Heliæ clausum est cęlum annis tribus, mensibus sex, misit duos quinquagenarios ad Heliam, qui dicerent ei: [Homo Dei, rex Israel vocat te: qui ait, si homo Dei sum, descendat ignis de cęlo, & consumat vos; & statim ignis descendit de cœlo; & cōsumpsit eos.] Quo facto* [h] *non cuius meriti apud Deum esset, noluit ostēdere, sed quod ille esset verus Deus, quem colebat, non ille ad cuius culturam stupro proprij corporis Iezabel nonnullos prouocabat, euidentissimis indicus monstrare curauit. Iniuria ergo prophetæ non alia quam iniuria Domini ipsius intelligitur: quæ in paucis vindicanda est, vt cæteri terreantur.*

fa.ea.q. Christus. 4. Reg. 1. † Ochozias filius Achab.

Item obijcitur illud Siluerij Papæ ad Amatorem episcopum.

¶ Apostolicus anathematizauit eos, qui eum ceperant, vel qui deinceps episcoporum aliquem ceperit.

C. XXX.

GVilisarius [a] patritius noster mandauit [i] me ad se venire pacifice pro quibusdam ecclesiasticis dispositionibus in palatium Pincis: & ad primum & secundum velum [k] retinuit omnem clerum, & populum, qui mecum veniebat, & nullum permisit introire, nisi me solum & Vigilium diaconum nostrum †. Me vero vi retento [l], & ante prædictam [g] patritiam deducto miserunt in exilium: in quo sustentor modo pane tribulationis, & aqua angustię. Ego tamē propterea non dimisi, nec dimitto officiū meū:

Poly. l. 1. tit. 7. Ans. l. 12. c. 8. & 9.

† al. meum

tam anno vtili aboletur, vt ff. quod metus causa, si cum exceptione. §. 1. si alio modo inferatur, tollitur continuo anno institu. de iniur. in fin. C de iniur. si non conuitij. Si autem non reuocatur statim iniuria ad animum, amplius agi non potest, vt ff. de iniur. non solum §. 1. & institu. de iniur. §. vlti.

a ¶ Non patitur.] De hoc agitur infra de pœni. dis. 4 diuina, & est hic argumentum quòd post pœnitentiam nō potest quis accusari. De hoc not. 33. q. 2. admonere.

b ¶ Transactum.] Iudicis auctoritate intelligas: quia sine eius auctoritate non licet transigi pro iniuria illata. vt ff. de his qui no. infa. furti.

c ¶ Afflicti.] Id est, iniuriati.

d ¶ Irremissibiliter id est, si non vult dimittere iniuriam, nō enim cogitur ad hoc vt notaui super. cap. proxi.

e ¶ Perstet.] Id est, persistat.

SED OBIICITVR. Hæc est 6 pars quæstio in qua probat quod iudices metentur in correctione subditorum; si tamen formam canonicam non excedant. Et hoc probat per 7. cap. Io. de Fant.

CASVS. Supra dictū est, quòd aliquis propriam iniuriam vlcisci non debet. Nunc vero probat contrarium exēplo Heliæ, ad quē cum Achab rex Israel post sterilitatem trium annorum & sex mensium quæ facta est precibus Heliæ, misisset ei duos quinquagenarios, qui dicerent ei: Homo Dei, rex Israel vocat te. ait eis, si homo Dei sum descendat ignis de cœlo, & consumat vos: quod factum est: postea soluit hanc obiectionem, dicens quod Helias propriam iniuriam non vindicauit, sed potius iniuriam Dei: ostendens esse verū deum quem colebat.

f ¶ Sed obijcitur.] Contra illud, quod nullus debet iniuriam suam vlcisci.

g ¶ Achab.] Confundit historiam, non enim Achab misit illos quinquagenarios, sed rex Ochozias: nec & illud contigit tempore Achab, sed illud contigit sub Ochozia 1.

Sub. cuius filius fuit Achab, vt legitur 4. lib. Reg. in prin. & 3. Reg. vlt.

h ¶ Quo facto.] Soluit obiectionem.

ITEM OBICITVR. CASVS. Adhuc obijcit quòd propria iniuria vindicanda est. Et ad hoc inducit sequentia cap.

GVilisarius.] CASVS. Guilisarius patritius mandauit Siluerio, vt ad se veniret in palatium Pincis: qui cum intrare vellet cum multitudine clericorum & laicorum, solus cum Vigilio diacono proditore permissus est intrare: clero & populo retento ad primum & secundum ostium cameræ palatij: vbi captus missus est in exilium. in quo exilio captiuus tenebatur. Ipse tamen cum episcopis quos potuit congregare, anathematizauit Guilisarium cum complicibus suis: & quicunque de cætero talia fecerit, sit anathema maranatha, id est, separatus à collectione sanctorū in aduentu Domini secūdo. Vigilium vero diaconum cum suis fautoribus non solum anathematizauit, sed etiam deposuit, [Sacerdotalis:] quod habiturus erat vel sacerdotalis id est, clericalis.

i ¶ Mandauit.] Hic mandare ponitur pro rogare: sicut alibi ponitur rogare pro mandare, vt 11. q. 3. rogo.

K ¶ Velum.] Id est, cameram vel ostium.

l ¶ Me vero vi retento.] Qui hoc modo includit clericum, licet alio modo non iniiciat manus in eum violentas, est excommunicatus, vt ext. de sen. excom. cum desideres in parte decisa.

3 Vt inf § 1. Vel dic ꝙ vbi fit iniuria Papę manifesta, pōt eam vēdicare, vt hic. Si est occulta, pōt de ea facere inquiri. G. si qs Imp. male. l. j. ſm Inno. q de hoc satis no. ex d ver. sig. ex parte. de hoc etiā satis no. Ber. ext. de cleri. malef. l. 1.

a ¶ Anathematizaui.] Sup. ea. inter querelas. contra. Sed dic ꝙ hæc iniuria contingit ecclesiam 1. 64. di. Salonitanæ. vel hic non erat superior iudex. 40. d. si Papa. potest tamen iudex corporalem infligere pœnam pro offensa sua, vt 45. d. & qui emendat.

b ¶ Ma-

SED ET HIC. CASVS. Soluit nunc Grat. obiectionem de facto Siluerij, dicens ꝙ Siluerius non est propriam iniuriam vltus: sed iniuriam ecclesiæ. Postea prosequitur secundum membrum illius. [Ecce.] vbi dicitur quod delictum paucorum est puniendum, vt cæteri terreantur. Sed quia hoc non probauerat: ideo nunc probat, quòd peccatum paucorum est puniēdum quinque exemplis. & hoc si peccata sint manifesta: sed si occulta sunt, non debent puniri eo exemplo quo Christus nō puniuit Iudam, & ad hoc vltimum sequēs c inducitur, cuius casus est plan⁹. Ita quoque ordina litterā. non habet potestatem abijcere quem scit reum.

sed cum episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui[a], & vna cum illlis Apostolica & synodali auctoritate statui, nullum nunquam taliter decipiendum, sicut deceptus sum: & si aliquis deinceps vllum vnquam episcoporum taliter deceperit anathema maranatha[b] fieret in conspectu Dei, & sanctorum Angelorum. *Idem Vigilio.* ¶ Habeto ergo cum his, qui tibi consentiunt, plenæ damnationis sententiam, sublatumque tibi nomen, & munus ministerij sacerdotalis[c] agnosce spiritus sancti iudicio & Apostolica à nobis auctoritate damnatis.

α ¶ Guilisarius.] *In tribus vetustis exemplaribus, ex quibus caput hoc restitutum est Siluerio (antea enim tribuatur Siluestro) legitur* Bellisarius. *sed, quia est initium capitis: non est mutatum.*

β ¶ Prædictam Patritiam.]*Sic mutatum est ex ipsa epistola, & vita Siluerij, vbi hæc patritia vocatur Antonina. Antea legebatur,* prædictum patritium.

Sed & hic non suam; sed ecclesiæ iniuriam vltus est. Quod autem[d] peccatum populi in paucis vlciscendum† sit; Moyses exemplo suo docuit: qui peccatū idololatriæ in paucos cultores vituli[e] vindicauit, morte paucorum expians peccata multorum, in præsens terrens, in posterum disciplinam sanciens. Sic & ipse peccata totius populi morte paucorum puniuit: dum pro fornicatione totius populi vna die[f] xxiiij. millia perierunt. Sic & pro peccato murmurationis[g], vel tentationis nonnulli puniti sunt; ut eorū exemplo cæteri ad pænitentiam cogerentur. Sic & quotidie nonnullos punit Deus; vt diuina prouidentia etiam circa humana vigilare cognoscatur; & nonnullos etiam per longa tempora ad pænitentiam expectat, vt patientiam suæ benignitatis nobis ostendat. Sic etiam Helias culturā Baal[h] vēdicauit, sacerdotes & prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata imitātium populorū. Quòd vero peccata[i], quæ publicis iudicijs deferuntur, punienda non sint, illo exemplo probatur, quo Christus qui Iudam solus furem nouerat, non abiecisse, sed patienter tolerasse asseritur.

† al. puniendū

Exo. 32.

Num. 25.

Num. 11.

3. Reg. 18.

Io. 12.

d ¶ Quod autem.] Dixit sup. in c. quid faciet. in §. ecce ꝙ crimina. ꝙ quandoque delinquentes sunt patienter expectandi. & illud membrum executus est dixit enim quòd crimen quandoq; in paucis est vindicandum, vt cæteri terreantur.

e ¶ Vituli.] 45. d. disciplina.

f ¶ Vna die.] Dum Phinees occidit Hebręum coeuntem cū Madianita quam historiam habes 2. questio. 7. §. item cum Balaam.

Phinices Hebręū occidit

g ¶ Murmurationis.] Quando Iudæi murmurabant in deserto propter carnes: volebant enim sibi constituere ducem, & reuerti in Aegyptū. 90. d alienus.

h ¶ Baal.] Hanc historiam habes 1. q. 1. cum scriptura.

i ¶ Quòd vero peccata.] Istud spectat ad illud. sup. ea. §. his ita respondetur, sūt quædam.

Vnde Ambrosius super primam epistolam ad Corinthios, c. 5. ait.

¶ Iudicis non est sine accusatore damnare.

C. XXXI.

SI quis potestatem non habet[k], quē scit reum, abijcere aut probare non valet; immunis est[l]: & iudicis non est, sine accusatore[m] damnare: quia & Dominus Iudam, cum fur α esset, quia non est accusatus, minime abiecit.

su. 2. q. 1. de manifesta. ver. vt S. Ambrosius. Capitul. l. 5. ca. 244.

k SI quis.] ¶ Non habet.] Quia non est eius iudex.

l ¶ Immunis est.] à peccato participationis: nec imputatur ei si tacet, cum non possit illud probare. 2. q. 7. plerumque, licet autem iudex sciat aliquem criminosum, non ideo statim potest eum à se abijcere, vt 6. quęst. 2. si tantum.

b ¶ Maranatha.] Dicitur Maranatha aduentus Domini. 24. q. 3. §. sed qui, idest, vsque ad aduentum Domini sit excōicatus supple, nisi pœniteat. sic 27. q. 1. de viduis.

c ¶ Sacerdotalis.] i. clericalis, arg. ꝙ alicui aufertur q̄d non habet, vt 5. q. 6. iusta. 2. q. 2. §. ex his omnibus.

m ¶ Sine accusatore.] Excipiuntur casus positi 2. q. 1. de manifesta.

SIMILITER. CASVS. Dictum est supra, quòd cum peccata sint occulta, non est sententia ferenda. Nunc uero ostendit Gra. idem esse faciendum quando multitudo est in causa, uel peccans sociam habet multitudinem, & ad hoc inducit seq. cap.

casibus relinquetur impunitas: & si sunt incorrigibiles, demus eis alimenta ministrare, & dolere & gemere; donec inuēta opportunitate per iudicē puniant. Si aūt corrigibiles sunt, debemus eis misereri: & nō esse nimis seueri contra eos: quos probat tribus auctoritatibus,

a Cum fur] *Addita hic sunt aliquot verba ex originali.*

Similiter non est ferenda sententia, quando multitudo est in causa, uel quando ille peccat, qui sociam habet multitudinem.

Unde Augustinus in libro 3. c. 2. contra epistolam Parmeniani.

¶ Quod à multitudine peccatur, vel ab eo, qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. C. XXXII.

NOn potest [a] esse salubris à multis correptio; nisi cū ille corripitur, qui non habet sociam multitudinē [b]. Cum ergo idē morbus plurimos occupauerit: nihil aliud bonis restat, quam dolor, & gemitus: vt per illud signū [c], quod Ezechieli sancto reuelatur, illęsi euadere ab illorum vastatione mereantur. *& infra.* ¶ Reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit; diuinæ disciplinæ seuera misericordia [d] necessaria est. Nam consilia separationis [e] & inania † sunt, & perniciosa, atque sacrilega, quia impia, & superba sunt †; & plus perturbant infirmos [f] bonos, quàm corrigant animosos malos. *& infra.* ¶ Turba autem iniquorum, cum facultas [g] est in populis promendi sermonem, generali [h] obiurgatione ferienda est, & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.

Iuo in prologo. Pan. in prologo c. 15. 16. 17.

Ezech. 9

† al. immania
† al. fiunt

QVid crudele [d] Moyses aut mandauit, aut fecit; cum commissum sibi populum sancte zelans, & vni vero Deo subditum cupiens, posteaquam cognouit ad fabricādum, & colendum idolum defluxisse, mentemq; impudicam prostituisse dæmonibus, in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant, alto, & secreto iudicio feriendos voluisset, mox feriri, & in præsenti salubriter terruit, & disciplinam in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit; quis non in verbis [e] eius agnoscat orantis pro peccato eorū, & dicētis, (Si dimittis illis peccatū, dimitte: sin autē, dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶ Sic plane, & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominē satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit iu die Domini Iesu: tradidit & alios, vt discerent non blasphemare.

Beda 1.Cor.5.

Poly. ibidem. Ans.l.13.c.1. Exo. 32.

1.Cor.5. 1. Timot. 1.

Quæsitum.] CASUS. Quæsitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui post baptisma sæua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, vel capitalem sententiã proferendo peccauerunt hoc faciendo. Et respondet q non; quia à Deo huiusmodi potestates sunt concessæ, & non peccant, si amore iustitiæ faciunt, vt sup. ead q. 5. § homicidium.

f ¶ Vindicem.] Idest, iudicem.

g ¶ Auctore.] Sic 26. d. deinde. ff. 14. q. 5. dixit.

h ¶ Aut disciplinam.] Quod faceremus, si eos diceremus peccare.

Item Innocentius Papa, epist. 3. ad Exuperium episcopum Tholosanum, c. 3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem sententiam ferunt. C. XLV.

Rabanus pœni. c. 16. Burc. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94.

QVæsitum est [a] etiam super his, qui post baptismum administrauerunt, & aut tormenta [b] sola † exercuerunt [c], aut etiam capitalem protulere [d] sententiam. Nihil [e] de his legimus à maioribus diffinitum. Meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictã noxiorum, gladiũ fuisse permissum, & Dei esse ministrũ [*], vindicem [f] in huiusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore [g] Deo viderent esse concessum? De his ergo, vt hactenus seruatum est, sic habeamus; ne aut disciplinã [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in reddenda ratione, gesta sua omnia seruabuntur.

† al. sæua

Rom. 13

* ¶ Ministrum.] *Sic emendatum est ex originali & Iuone. Antea legebatur*, & Dei ministerio esse datum in huiusmodi vindices. *Glossæ autem optime etiam conuenit voci*, uindicem.

Idem in eadem epistola, c. 5.

¶ Immunis est dictator à culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur. C. XLVI.

Iuo p. 10. c. 94.

ILlud etiam sciscitari voluisti, an preces dictantibus [i] liberum concedatur vtiq; post baptismi regenerationem à principibus poscere [k] mortem alicuius, vel sanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam sine cognitione concedunt: sed ad iudices [l] commissa ipsa, vel crimina semper remittunt, vt causa cognita vindicentur [*]: quæ cum quæsitori fuerint delegata, aut absolutio, aut dãnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legum auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

* ¶ Vindicentur.] *Emendatum est ex originali. Antea legebatur*, vindicent, qui cum quæsituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. indict. 1. epist. 5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur. C. XLVII.

Aug l. 13. c. 24.

SI quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures, vel alijs prauis actibus studere cognoscitis: Deum de eorum [a] correctione placare festinate: vt per vos [*] flagel-

ILlud etiam.] CASUS. Archiepiscopus Toletanus quæsiuit ab Innocentio, vtrum peccent officiales, q post baptisma decapitant criminosos. Et respondet, q principes sine causa mortem non infligunt: immo consueuerunt committere iudicib. criminosos iudicandos: quos si iudices cor demnauerint, erit officialis immunis ipsos interficiendo. [vel dictantes preces,] intelligas tabelliones, qui sententiam dictant: vel qui porrigunt preces accusatorũ principi de morte alicuius.

i ¶ Dictantib.] Extra ne cler. vel mon. sententiam.

i ¶ Dictantib. Idest, assessoribus: quorum officium consistit in libellis dictandis, vt ff. de off. assess. l. 1. de hoc enim dubitabatur, an assessor esset reus, qui daret consilia de morte alicui⁹. vel loquatur de executoribus: vel de notarijs.

Assessoris officium.

k ¶ Poscere.] i. de morte postulata consilium dare r.

l ¶ Sed ad iudices.] Hic habes, q gladij potestas delegatur: quod est contra id ff. de off procon. solent. secundum leges non potest iudex delegare causam criminalẽ si nõ possit alij ite. vt ff de offic eius cui man est iurisd. l. 1. secundum canones secus, vt hic, & 2. quæstio 7. sicut 2. & ext. de offic. delegat. venerabili princeps tamen passim potest delegare causam criminalem, vt ff. de test. l. 3. §. idem diuus.

l Vel dic parcere. i. à principib postulatam infligere, sic intelligas hoc: de iudicibus sm Lanr. Vel dic, poscere i. deferre, vel denũciare aliquẽ verũ criminis capitalis: quia eis licitum est, C. de accus. l. ead. quidem. Sed hic non quæritur an illicitum, sed an irregularis & dicit q non, vt in preceden. cap.

& propter vindictam malorum gladius est permissus à Deo. [Super his.] Idest de his. [Disciplinam. Idest, exilium, vel correctionem.

a ¶ Quæsitum est. Vtrum peccent, &c.

b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an possunt promoueri, habes 51. d. in summa.

c ¶ Exercuerunt.] Executores.

d ¶ Protulere.] Vt iudices.

e ¶ Nihil.] Idest, non hoc quòd peccent, quia reuera

SI quos.] CASUS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Greg. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, vt eorum violentiam & maliciam refrænet ne Deus inducat flagellum gentium perfidarũ quod ad vindictam multarum nationum est excitatum: vt quos præcepta Dei non reuocant, nec se emendant, interimat pestis belli.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum est) non inducat: ne si quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia sceleratorum fuerit actione commota; belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

a ¶ De eorum.] *Sic restitutum est ex varijs codicibus epistolarum B. Gregorij. Antea erat*, Deorum.

b ¶ Per vos.] *In originali est*, super uos. *sed ob glossam in ver. flagellum non est mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epistol. 72.

¶ Ecclesiasticæ religionis inimici etiam bellis sunt coercendi. C. XLVIII.

SIcut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis ecclesiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis enitescat opinio: & cum forensibus bellis, aduersarijs catholicæ ecclesiæ pro Christiano populo vehementer obsistitis, & ecclesiastica prælia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum est enim hæreticæ religionis viros, si eis, quod absit suppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer insurgere: quatenus hæreseos sua venena ad tabefacienda, si valuerint, Christianis corporis membra transfundant. Cognouimus enim eos cōtra catholicam ecclesiam, Domino eis aduersante, colla subrigere, & fidem velle Christiani nominis inclinare: sed eminentia vestra conatus eorū comprimat, & superbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum episcoporum admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, postpositis vitæ meritis faciat: quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Ipse vero Primas non passim (sicut moris) per villas, sed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate resideat: quatenus adeptæ dignitatis meliori ingenio resistendi Donatistis possibilitas disponatur. Ex concilio vero Numidiæ, si qui desiderauerint ad Apostolicam sedem venire; permittite; & si, quilibet eorum viæ contradicere voluerit †; obuiate. Magis profecto excellentiæ vestræ apud creatorem gloria proficit, si per eam dispersarū ecclesiarum potuerit societas restaurari. Cum enim largita munera ad nominis sui gloriam conspicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis suæ dignitatem viderit ampliari. Persoluentes præterea paternæ charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mētem vestram fidei [zelo †] velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Ansel. l. 13. c. 29.
1. Reg. 18.
† al. putauerit
† al. Magna
† al. quo
† Abest ab ori.

Iem ad eundem, lib. 1. epist. 73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

SI non ex fidei merito, & Christianæ religionis gratia, tanta excellentiæ vestræ bellicorum actuum prosperi-

Burc. l. 15. c. 18.
Ansel. l. 13. c. 30.
Iuo p. 16. c. 19.

a ¶ Flagellum.] Arg. quod propter negligentiam pastoris, vel etiam propter peccata aliquorum mittit Deus flagella, vt 7. q. 1. sciscitaris.

SIcut excellentiā.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte rogat Gregorius Gēnadiū Patritiū, vt sicut hactenus pugnauit contra hostes, ita & nūc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam ecclesiam colla subrigere volunt. In secunda parte rogat, vt conciliū episcoporum faciat cōgregari, quatenus primatem eligant: quia non debet eligi ex loci dignitate, eo quòd in maiori dignitate constat: sed qui maioribus meritis adiuuatur, qui non per villas, sicut moris est, sed in vna ciuitate resideat, vt Donatistis fortius resistere valeat. In 3. parte rogat, vt si aliqui epi de Numidia volunt Romam venire, permittat eos venire, & obuiet uolentib. contradicere ipsis. Secunda pars incipit ibi, [Conciliū.] Tertia ibi, [Ex concilio vero Quatenus eius.] scilicet excellentiæ.

b ¶ Non ex ordine.] Nec est considerandum quis maior sit loco vel ordine: sed quis sit melior, vt 40. dist. non loca. & cap. multi. in fi. arg. cōtra 40. d. c. vlt. & penult. Ioan. 1.

1 Et sup 2. q. 7. iudices. & 56. d. si gens. Arch.

c ¶ Largiora.] Sic 16. q. 1. reuertimini loā.

SI nō ex.] CASVS. Greg. de duob. in hoc ca. commendat Gennadiū Patritiū. Primo commendat eū ex eo quod victorias suas faciebat nō per corporalē prouidentiā, sed magis orationib præuenientibus: quod in alijs ducib. non contingit. & quod facit non causa fundendi sanguinis, sed potius causa reipublicæ dilatandæ. i. est, ecclesiæ. Secūdo cōmendat eum, eo quod

quæ-

quædam patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus restaurasset. [Opinio.] Id est, fama: quæ opinio loquitur: [Bella nos,] &c. & interna sic ordinata non erit abis.

a ¶ Non summopere miranda.] q.d. hoc est mirandum, quòd victoriam solis orationibus obtineatis.

ADDITIO. Ad idem 61. dist. miramur. sed quod hic dicit postpositis meritis, soluit cõtrarium. nec enim ad fidem, &c. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. scire, §. vlt. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celsitudine sedium, seu locorum, secundum Ioan.

b ¶ Largitis.] Id est, ibi positis.

c ¶ Sustinetis.] Id est, expectatis. Ioan.

BREVITER. Hæc est 8. pars q. in qua probatur per quatuor auctoritates, quod vindicta debet fieri: quia magis diligitur qui punitur, quàm qui peccat, & non punitur. & est hic incidens q. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit G. ex supradictis, quod boni iuste malos persequuntur: & non e conuerso. Postea respondet auctoritati Pauli, quam habuimus sup. ead. quæst. 1. § 1 dicens eam esse intelligendam de occultis delictis. & dicit monstratum esse su. quod vindicta possit inferri. Nunc vero ostendit, quod vindicta debet inferri: & ad vtrumque probandũ inducit capitula sequentia.

tas eueniret; non summopere miranda [a] fuerat: cum sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse concessa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia, sed magis orationibus præuenitis; fit, vt hoc in stuporem veniat, quòd gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quæ & bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causæ reip. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaque discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt: ita & interna morũ ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram [a] vitam cœlestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ouibus beati Petri Apostolorum principis excellentiam vestram præstitisse didicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum [β] habitationibus restaurauerit. Quæcumque igitur hic illi Christianissima † mente confertis; horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinetis [c].

† al. Christiana

α ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epistolarum legitur*, in futurorum gaudiorum participatione. *in vno vero manuscripto*, in futura cœlestium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

β ¶ Dacorum.] *In libris epistolarum impressis, & duobus manuscriptis legitur.* datitiorum. *In aliquot vero antiquis Gratiani exemplaribus est.* Dacorum, vel aliorum habitationibus.

8 *Breuiter monstratum est, quòd boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter persequũtur bonos. Illud autem Apostoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum seruum?] de alieni cordis occultis intelligendum est. Quòd vindicta inferri possit, monstratum est. Nunc restat ostendere, quòd debet inferri: & quòd magis diliguntur illi, qui puniuntur; quàm qui impuniti relinquuntur: quod vtrumque multorum auctoritate probatur.*

Rom. 14.

Ait enim Augustinus.

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. L.

SI ea [γ], de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus [d], ad irascendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & super omnem populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus [g] perijsset in scelere suo.]

Ios. 22.
† al. Achan

γ ¶ [Si ea.] *Vsque ad ver.* prouocamus *sunt in regesto Beati Gregorij lib. 2. indictione. 11. epist. 27. scripta Martino † abbati, & Benenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, sed sunt verba sacræ scripturæ 22. Iosue.*

† al. Mariniano

SI ea de quibus.] CASVS. Ostendit hic Augu. quòd non debemus esse negligentes ad vindicandum: quia occasione & peccato vnius irascitur Deus vniuerso populo, quod probat exemplo Achor.

d ¶ Differimus.] su. e. si is qui su. 28 d. quia sunt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] sup. 1. q. 4. § item peccato Achor.

f ¶ Filius.] Id est, nepos.

g ¶ Solus.] Negatiue exponitur, id est, vtinam non perijssent plures. si. 1. q. 1. iudices 1. arg. tamen contra: quia videtur, quod potius debuit parcere nocenti, quàm punire innocentem propter nocẽtem, vt 14. quæst. 5. denique. & ff de pœnis, absentẽ.

1 Et 26 q. 5. episcopi.

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 37. & 38.

¶ Vindicta, quæ ad correctionem valet, non est prohibenda. C. LI.

EA vindicta, quæ valet ad correctionem, non prohibetur. Quæ etiam ad misericordiam pertinet, nec impedit illud propositum, quo quisq; paratus est ab eo, quẽ correctum esse vult, plura perferre: sed huic vindictæ referendæ non est idoneus [a], nisi qui odium, quo flagrare solent, qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit. Non enim metuendum est, ne odisse paruulũ filium parentes videantur, cum ab eis vapulat [b] peccans, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: [Diligite inimicos vestros, bene facite his, qui oderunt vos, & orate pro eis, qui persequuntur.] Et tamen de ipso dicitur per Prophetam: [Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autẽ omnem filium, quẽ recipit.] Dicit etiam Dominus: [Seruus [b], qui nescit voluntatẽ domini sui, & facit digna plagis, vapulabit paucis [c]: seruus autẽ, qui scit voluntatẽ domini sui, & facit digna plagis, vapulabit multis.] Nõ ergo quæritur, nisi vt & ille vindicet, cui rerum ordine potestas data est, & ea volũtate vindicet, qua pater, paruulum filium flagellat, quem per ætatẽ odisse [d] nondum potest. Hinc enim aptissimum † exemplum datur, quo satis apparet posse peccatum amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui; vt illum, in quem † vindicat, non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus [e] tamen, si opus est, æquo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. ¶ Magni autem, & sancti viri, quamquam † optimè scirent mortẽ istam, quæ animam dissoluit à corpore, formidandã non esse; secundum eorum tamen animum, qui illam timerent [f], nonnulla peccata morte punierunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerent, [diminueretur †] [g] Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, quòd Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum † & alij multi, & magni viri eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerint †. De quo Helia cũ exemplum dedissent discipuli Domino commemorantes, quid ab eo factum sit, vt etiam ipsis daret potestatem petendi de cęlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant †; reprehendit in eis Dominus non exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicandi, quæ adhuc erat in rudibus: animaduertens eos, non amore correctionem, sed odio [h] desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit, quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem [i] suam desuper, vt promiserat, misit, non defuerunt tales vindictæ; quam

Ansl. 13. c. 2. Iuo p. 10. c. 60.

Matt. 5.

Prou. 3.

Luc. 12.

† al. apertissimum

† al. quem

C. 38.

† al. qui iam

† abest ab or.

3. Reg. 18. & 4. 1.

† al. quod

† al. fecerunt

Luc. 9.

† al. præberẽt

Matt. 22.

Act. 2.

EA vindicta.] CASVS. Ostẽdit August. in hoc c. ꝙ prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi, & ex dilectione & hoc probat quinque exẽplis, scilicet patris. & Christi, & quorundã sanctorum vete. test. & Heliæ, & Petri sed non debẽt vindicãdi animo punire: sicut volebant facere disci puli Christi, cũ desiderabãt ignem cœlestẽ mittere super Samaritanos: sed propter hoc fuerũt à domino reprehẽsi. Exẽplum est de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla incipiant, per te videbis.

a ¶ Idoneus.] Arg. ꝙ nullus potest esse iudex nisi habeat charitatem, & mansuetudinem. 45. distinc. disciplina.

b ¶ Vapulat.] su. 5. q. 5. non omnis.

c ¶ Paucis.] Quia lĩ enim ignorantia pro parte excusat, ꝓ parte non, vt 30. q. 1. de his. supra dist. 8. consuetudo.

d ¶ Odisse.] Cũ puer non potest odio haberi, non potest vt ingratus exhæredari, vt C. de inoff. testa. si quis in suo.

e ¶ Paratus.] sup. ea. q. 1. paratus.

f ¶ Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur, illa est magis infligenda siue sit pecuniaria, siue corporalis, vt 16. quæst. 6. cognouimus & c. de lapsis. & inf. ea. q. 5. prodest. & [illegible] dicitur ext. [illegible] non constat [illegible] quoniam frequenter, [illegible] si.

g ¶ Diminueretur.] Quosdam. n. Deus rapit de medio, ne malitia mutet intellectũ eorum. vt inf. de pœ. dist. 4. §. verum hoc.

h ¶ Sed odio.] su. e. q. c. [illegible] contra.

i ¶ Post ascẽsionẽ.] Illud, post, potius includit diem ascensionis, quàm excludit. nam alias non essent decem dies, nisi dies ascensionis computetur. 76. dist. scire.

Quis

Act. 5. uis multo rarius, quàm in veteri testamento: Ibi enim ex maiori parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis Apostoli Petri Ananias, & vxor eius (sicut in actibus Apostolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Augustinũ, & Anselmum sic legitur.* Neque hic ea uindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipsa enim pertinet ad misericordiam, nec impedit, &c.

β ¶ Seruus.] *Totus hic locus restitutus est Euangelio, & B. Augustino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem, &c.

Item Augustinus contra Cresconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

¶ Quę veritati contraria sunt, Christiani persequi debent. C. LII.

Iuo p. 10. c. 61. Pann. l. 8. c. 15. QVisquis [a] Christianum α (inquis) persequitur, Christi est inimicus [b]. Verum dicis, si non β hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum. Neque enim Dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum sint vtrique Christiani, non debent persequi vitia Christianæ contraria veritati. An vero, si non persequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur?

α ¶ Christianum.] *Antea legebatur.* Quisquis Christianus iniquum non persequitur. *Emendatum est ex originali. Sunt enim verba Cresconij, quod etiam auctor glossæ animaduertit.*

β ¶ Si non.] *Apud B. Augustinum est*, sed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Augustinus ad Macedonium, epi. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut seipsum. C. LIII.

Iuo p. 10. c. 62. Pann. l. 8. c. 16. DEbet homo diligere proximum tanquam seipsum: vt quem potuerit hominem [c], vel beneficientiæ consolatione, vel informatione doctrinæ, vel disciplinæ coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Augustinus ad Donatum presbyterum, epistola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copiosa disputat* B. *Augustinus in c. displicet. sup. ead. Hic vero summa illius disputationis paucis verbis collecta est.*

Ex his omnibus colligitur, quòd vindicta est inferenda non amore ipsius vindictæ, sed zelo iustitiæ; non vt odiũ exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; quæritur, an sit peccatum iudici, vel ministro reos morti tradere.

QVisquis.] CASVS. Cresconius Grammaticus dicebat, quod inimicus Dei erat, qui Christianum persequebatur. Sed Aug. respondet, hoc esse verum si ex odio persequatur: sed si persequatur ex charitate vitia quæ sunt in Christiano, Dei est amicus. quod probat tribus exemplis, scilicet domini, & patris, & mariti. Et not. quòd à principio cap. vsque ibi, [Verum] sunt verba Cresconij: postea vero sequuntur verba Aug. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.

a ¶ Quisquis.] verba Cresconij.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86. dis. sup. ead. q. duo ista.

c DEbet.] ¶ Hominem.] Argu. quod cum pecunia possumus aliquos allicere ad fidem, vt inf. ead. quæst. 7. quod autem. & sup. 45. dist. qui sincera. sub tali enim cõditione possumus aliquam ducere in vxorem, vt fiat Christiana, 28. quæstio. 1. caue, & c. non oportet. & possumus eos grauioribus pensionibus onerare vt cõuertantur, infra ead. quæstio. 6. iam vero. quod satis admitti potest. & sic in talib. spiritualibus licite fit pactio, vbi agitur de conuersione alicuius ad fidem. & sic non obstat prima quæstio. quàm pio. Ioan. — Pactio quandoque licite fit in spiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quòd vindicta est inferenda zelo iustitiæ, & non amore vindictæ, scilicet nõ vt odiũ exerceatur, sed vt prauitas corrigatur. Cum vindicta quandoque inferatur damnis rerum, quandoque flagellis, & quandoque ipsa morte, quæritur, an peccet iudex vel minister reus occidendo.



Vód autem.] Hæc q dividitur in 7. partes. In prima intendit probare 6. auctoritates, q ecclesia debet pro eis intercedere. Secunda ibi, [Hinc apparet] Tertia ibi, [seipsum.] Quarta ibi, [Miles.] Quinta ibi, [Ipsis autem.] Sexta ibi, [Præterea.] Septima ibi, [Non solum.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur an peccet iudex, vel minister occidendo reos? Et respondet, q nó, vt inf. ea. miles. & c. cum magister. dúmodo faciat hoc amore iustitię, vt su. q. prox. ea vindicta. & quandoq;, qui non est iudex, sine peccato pót alium occidere. s. si se defendendo occidat, vt inf. ea. c. cum homo. & sup. 50 dist. quia te obnoxium. Similiter publicum latronem, vel nocturnum depopulatoré agrorum potest occidere, vt C. quando liceat vnicuique sine iudice se vendicare, lege vna. Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat, q mali non sunt interficiédi, vsque ad §. [Hinc appareat.] Exinde probat, q possunt interfici vsque ad §. [Si ergo.] & eandem dat solutionem.

ti, sed à notarijs quorum interest, præsentari. vnde rogat rem, vt in monasterium detrudantur, vel alicui tali deputentur operi, ut eorum audacia refrænetur, & mala quæ fecerunt, salutifera valeant emendare.

b ¶ Restitutum.] Proprium nomen.

c ¶ Con.

QVAESTIO V.



Vód autem [a] nulli liceat aliquem occidere illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens: [Non occides.] Item in Euangelio: [Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.] Exod. 20. Matt. 26.

Item Augustinus ad Marcellinum comitem de Donatistis captis, epist. 159.

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi. C. I.

CIrcumcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate †ad iudicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, à tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum [b] catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effosso, & de digito præciso fuisse cõfessos [c]. mihi solicitudo [d] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum seueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc nec facias [e], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorũ interitu [f] dissimulare possemus, qui nó accusantib. nostris, sed illorũ [g] notarijs [h], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones seruorum [i] Dei, quasi vice talionis, paribus supplicijs vindicari: non quo scelestis hominibus licentiam facinorũ prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [k] parte trũcati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otiũ legũ coercitione dirigant, vel à malignis operibus alicui vtili operi deputẽtur. Vocant quidẽ & ista

Ans. l. 13. c. 10. Poly. l. 7. tit. 11. † al. ecclesia

Occidere an sit alicui permissum.

a ¶ Quòd autem.] Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tunc licet, nisi cum hoc faciat amore iustitiæ, vt su. q. prox. ea vindicta, & inf. ea. c. miles. Itẽ si spes est correctionis, non debet occidere. sed si non est spes correctionis, potest occidere, vel reddere eum inutilem ad male faciendum, vt inf. q. proxim. est iniuste. inf. eo cap. rex debet. si autem paratus sit corrigi: nec occidi debet, nec debilitari in membris, ut hic, & inf. ea. c. 1. 2. & 3. & hæc vera sunt, q iudex solus potest occidere nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum, vel sint latrones in publicis stratis, quos quilibet potest occidere, vt C. quãdo liceat vnicuique sine iud. seipsum vindi. l. 1. & supra ead. q. 3. fortitudo. vel nisi defendendo se occidat aliquem. extra de homic. c. 1. circa fin. inf. ea. c. cum homo. Hug.

CIrcumcelliones.] CASVS. Quidam hæretici Donatistæ interfecerunt quendam presbyterum catholicum nomine Restitutum. quendam vero alium presbyterum. s. Innocentium verberantes eius effoderunt oculum, & digitum præciderunt, propter quæ scelera cum ducti fuissent ad comitẽ Marcellinum, verberib. fustigati, rei veritatẽ sunt confessi. Sed quia Aug. timebat ne propter talia scelera interficerentur, ideo rogat præfatũ comitẽ, vt eos non interficiat, licet posset hoc sub dissimulatione transire; cum non fuerint à clericis accusa-

c ¶ Confessos.] Coram laico. & sic est contra, extra de iud. at si clerici. in fi. sed isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

d ¶ Solicitudo.] Qui eos accusauerat [1] licet non ex nomine, vnde timuit, quòd esset reus mortis ipsorum, vt inf. ea. c. vnum. in fi.

e ¶ Nec facias.] Argu. quòd in criminalibus potest iudex pœnam temperare, argum. contra. 2. quæst. §. notandum.

f ¶ Interitu.] Argu. q iudex sæcularis potest corrigere clericos incorrigibiles, vt inf. c. si audierit. ext. de senten. excom. perpendimus.

g ¶ Sed illorum.] Iudicum.

h ¶ Notarijs.] i. officiarijs, qui deferunt crimina iudicib. vt 4. q. 4. §. aliquando. sicut testes synodales deferunt crimina episcopis. 35. q. 6. episcopus.

i ¶ Seruorum.] Idest, quas patiuntur serui Dei.

ADDITIO. Vel dic quòd seruos Dei eos vocat. quia iam egerant pœnitentiam, vt infra cap. proxim. secundum L.

K ¶ Corporis.] Sup. quæstione prox. est iniusta. contra. sed hic de corrigibilibus. ibi non.

[1] Hoc nõ habet ex text. vñ dicebat Goffr. q isti accusati sũt à notarijs curię & hoc denotatur vers. ideoq. ibi, q a non accusantib. nr̃is, &c. Clerici icorrigibiles pñt à iudice sęculari corrigi.

a ¶ Dam-

a ¶ Damnatio.] Non iudices posse remittere pœnam. sic 23.q.4 innocens.
b ¶ Succense.] Id est, irascaris.
c ¶ Inquisitione.] Id est, per inquisitionem criminum.
d ¶ Et à magistris.] Magistri non incidunt in canonem verberando clericos causa disciplinæ. ext. de sent. excõ. super eo. dũ tñ non nimiũ sæuiant in eos, vt ff ad le. Aquil. preceptoris. quibus autẽ liceat alios castigare, habes su. ea q.4. duo ista 7 q.1 sicut. datur autẽ ista potestas patri in filiũ clericũ quousque sacrũ ordinẽ receperit: licet tamen ordo non liberet à patria potestate, vt 54 dist. si seruus 2. vnde maiorem potestatẽ habet magister in discipulum, q̃ pater in filiũ: cũ magister adhuc post ordinẽ habet eũ in potestate, per illam decret. super eo. extra e cum voluntate.
e ¶ Ab epis.] Non tñ manib propriis hoc facere potest, vt 86. d. non liceat. nec per laicum potest hoc facere, sed per clericũ, vt extra de sent. exc. vni. ersitas. Est ergo hic argu quòd iudex ecclesiasticus virgis potest punire 1, & q̃ clerici virgis possunt puniri, not. 5. q. 5. illi qui. & 45. distin. cum beatus. Ioan.

Magister, & pater clericum verberantes non incidunt in canonem.

Eps nec per se, nec per laicum verberet clericos.

1 De hoc etiam no is. e. q. 7. his à quibus, in glo. virgis tñ, &c.

damnatio [a]: Sed quis non intelligat magis beneficium, quàm supplicium nuncupandum; vbi nec sæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina subtrahitur? Imple Christiane iudex pij patris officium: sic succense [α] [b] iniquitati, vt consulere humanitati memineris: nec in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinẽ: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione [c] seruasti: quando tantorum scelerum confessionem nõ extento equuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti; qui modus coercitionis & à magistris [d] artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in iudicijs solet ab episcopis [e] adhiberi †. Noli ergo atrocius vindicare, quod lenibus inuenisti: inquirendi, quàm puniendi necessitas maior est. Ad hoc enim, & mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instanter examinant, vt inueniant, quibus parcant.

† haberi] ori.

α ¶ Notarijs.] *In libris B. Augustini excusis partim est*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epistolarum vbique legitur*, notaria: *& epistola 160. in qua de eadem re agitur, in codicibus impressis, ac manuscriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei semel, & secundi bis. De notorijs vero mentio est in lege ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad S C. Turpil. & ad C. de accusat. l. ea quidem. Apuleius etiam libro 7. de asino aureo habet*, notoriam: *Et in glossario legitur*. notoria, ἀναφορά.
β ¶ Succense.] *Sic est emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anselmo, & Polycarpo: Antea erat*, Sic succensere iniquitati memineris, ut non in peccatorum, &c.

Item Marcellino, epistola 158.

Poly. l. 7. tit. 12. Ans. l. 13. c. 11.

¶ Præter supplicium mortis, rei sunt puniendi. C. II.

POena [f] illorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te, vt præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter catholicam mansuetudinem commẽdatam. Ipse enim fructus ad nos peruenit confessionis illorum; quia inuenit catholica ecclesia, vbi suam erga atrocissimos inimicos seruet, atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcumque præter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod etsi modo quibusdam nostris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quasi dissolutionis, & negligentiæ simile; transactis [g] tamen motibus animorũ (qui recentioribus factis solent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

POena.] CASVS. Quidam catholici scelerum atrocitate commoti iudicabant Donatistas interficiendos, qui homicidium, & cædẽ commiserunt in Restitutum & Innocentium catholicos sacerdotes. Sed Aug scribit comiti Marcellino: rogans eum, vt non interficiat eos, tum propter conscientiã suam, tum propter mansuetudinem ecclesiæ commendandam: sed imponat eis aliam pœnã: quæ quantumcumq; fuerit, mitissima reputabitur, dummodo pœna sanguinis nõ irrogetur.
f ¶ Pœna.] Hic dr̃ q̃ propter tria parcendũ sit istis: tũ quia videt ecclesiã læsam habere conscientiam, si ad denũciationẽ suã isti occidantur: tũ propter ipsẽ correctionis: tum propter mansuetudinem ecclesiæ.
g ¶ Trãsactis.] Ar. q̃ executio sententiæ in causa ciuili, vel criminali differẽda est. 11. q. 3. cum apud. Argu. contra 2. q. 1. sicut.

Idem Donato, epistola 127.

¶ Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi ad bonum. C. III.

Polyc. ibidem. Ans. l. 13. c. 12.

VNum solum est, quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte, quoniam quidquid mali contra Christianã

VNum solum.] CASVS. Aug. rogat

societatem ab hominibus impijs, ingratisq; committitur, profecto grauius est, & atrocius, quàm si in alios talia committantur; tu quoque pro immunitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christianæ cõsideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christum, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ¶ Ex occasione terribiliũ iudicũ, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant †, corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus digni sunt, coerceri †. Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pœniteat peccasse. *& paulo post.* ¶ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos, ne per operam nostram [a] ad vestrum iudiciũ aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius †, quàm eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.

† *al. incidant*

† *al. exerceri*

† *abest ab or.*

Idem Macedonio, epist. 54.

¶ Quies ecclesiæ, principum seueritate iuuatur.

C. IIII.

PRodest & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra [c]. Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur & vestra. Non vobis displiceat, quòd rogamini à bonis: quia nec bonis displicet, quod timemini à malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de præsentibus vestris sæcularibus [α] potestatibus terruit, asserens & ipsas ad dispensationé diuinæ prouidentiæ pertinere. [Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.] Hæc verba Apostoli vtilitatem vestræ seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia consulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio contemnatur: qui & plectendo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur [d]. Quod si tanta est peruersitas, & impietas, vt ei corrigendæ [β] nec disciplina possit prodesse, nec venia; à bonis tamen intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

Polyc. l. 1. tit. vlt.

Rom. 13.

[α] ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Augustini in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris sæcuribus terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio, sed sine dictione*, præsentibus.

[β] ¶ Ei corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragentur, ab omni tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

HOc tamen intelligendum est de illis, quos præsentia supplicia in melius commutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viuerent; semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

De pœn. dist. 3. cap. sunt plures in fine.

gat Donatus suppliciter sicut põt, ne quosdam hæreticos captos occidat, quos occidi timebat, eo quod grauius contra Christianos committitur quàm contra alios: sed alijs dignis supplicijs coerceant, vt de suis peccatis valeant pœnitere: aliogn ecclesia operam non exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo cõperto licentius contra ecclesiam insultabunt.

a ¶ Per operam nostram.] Idest, per querelas nostras. & est hic arg. quod si iudex suspẽdit aliquem ad querelam clerici, quod clericus nõ possit promoueri, vt sup. c. prox. & de pœ. dist. 1. periculo sè. & extra de exces. pla. ex litteris. argu. contra su. q. 4. Maximianus. & inf. ea. nõ vos. & ff. de bo. lib. qui cum maior. §. 1. & est expressum extra de homi. postulasti, & c. tua.

b ¶ Occidi.] Argu. est hic pro Hugo. qui dicit, quod clericus debeat potius permittere se occidi, quàm quod ipse occidat, vt dixi sup. ea. q. 1. in princ. 1.

¶ Intellige ergo cũ Ber. hoc cap. quod tales capere possumus, non demus eos interficere, vt hic dr: & hoc mo. illa littera occidendos vestris iudicijs ingeramus. ·sm L.

PRodest.] CASVS. Hoc c. diuidĩ in duas partes. In prima parte cõmẽdat Augu. Imperatorem eo quod per ipsum ecclesia adiuuatur. In secũda parte rogat eũ ne malos morte puniat, sed ad vitam reseruet, vt deflere possint peccata, quæ commiserant. si vero aliter eos sint icorrigibiles, eos punire voluerit, officium dilectionis contra eos exerceat, & si cupiditatem nocẽdi. & ad hoc eum multipliciter hortatur. Secũda pars icipit ibi, [Non vobis,] Sequẽ. ca. non facit ad principale propositũ quæstionis, sed continuatur præcedenti capi. vbi dicitur, quia & plectendo.

c ¶ Et nostra.] Mutuum n. præstãt sibi auxiliũ. inf. e. p͂ncipes.

d ¶ Corrigatur.] Q. d. siue

siue per verba, siue per pecuniam, siue alio modo, non refert. sic su. ea. q. 4. ea vindicta. Ioan.

QVid ergo.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes, in prima parte redarguit Hieronym. quosdam, qui dicebant Deum fuisse crudelem, rigidum & cruentum, quia in diluuio genus deleuit humanum: Sodomam & Gomorrham subuertit, Ægyptios in fluctibus submersit, Israelitas in deserto prostrauit. Et ostendit quod ideo Deus hæc fecit in vita præsenti, ne in æternum punirentur, quod probat vno argumento cornuto dicens: ea quæ prophetæ dixerūt, aut vera sunt, aut falsa: si vera sunt, ergo in alia vita iterum non punientur, quia propheta dicit: Non iudicabit Deus bis in idipsum. Si vero falsa sunt[l], ergo & falsum est, quod dicitur, Non consurget duplex tribulatio. & Deus quæ sunt in lege scripta, non fecit: & quod falsa sunt dicere, nefas est: ergo qui puniti sunt, iterum non punientur. In secunda parte quærebatur à Hieronymo, si Christianus deprehensus in adulterio decollet. aut postea punietur, aut non? si punietur, ergo falsum est quod dicitur: Nō iudicabit Deus bis in idipsum. Si non punietur, optare debet adulter vt breui pœna capitis euitet æternos cruciatus. Ad quod Hiero. respondet dicens, quòd Deus scit mensuras suppliciorum: & si quis in vita præsenti nō est sufficienter punitus iterum punietur: alioquin nō debet iterum puniri, vt ille qui maledixerat Israelitæ: quia leuis culpa eius præsenti supplicio est cōpensata.] Ipsi dixerunt,] s. prophetæ. Sequen. c. patet.

¶ Abest hæc palea à vetustis exemplaribus, quæ collata sunt, vno excepto, in quo est coniuncta capiti superiori.

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c. 1.

¶ In præsentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur. C. VI.

Poly. l. 9. tit. 12. QVid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? ipse qui creauit mundum; & consummationem eius faciet. Quod si vobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, quòd in diluuio genus deleuit humanum, super Sodomam, & (Gen. 7. & 19.) Gomorrham ignem & sulphur †fluit, Aegyptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in heremo; (†al. sulphur e. Exo. 15.) scitote eum ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret [a]. Certè aut vera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt, quæ de seueritate eius videntur dicere; ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) (Naum 1. secundum lxx.) Sin autem falsa sunt, falsum est[b], quod dicitur: (Non cousurget duplex tribulatio,) falsa est ergo & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, vt negare non poterunt, dicente propheta: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione;) ergo qui puniti sunt, postea non punientur: Si autem illi postea punientur; scriptura mentitur, quod dicere nefas. Receperunt ergo & qui in diluuio perierunt, & Sodomitæ, & Aegyptij, & Israelitæ in solitudine mala sua in vita sua. ¶ Quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur; quid de eo postea fiat: Aut enim punietur, & falsum est hoc, quod dicitur (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione:) aut non (De pœnitentia dist. 3. ξrat hic.) punietur, & optandum est adulteris, vt in præsentiarum breui, & cita pęna cruciatus frustrentur æternos. Ad quod respondebimus, Deum vt omnium rerum, ita & supplicio rum quoque scire mensuras; & non præueniri [c] sententia iudicis [d]: nec illi in peccatorem [e] exercendæ [f] de hinc pœnæ auferri potestatem: & magnum peccatū, magnis, diuturnisq; lui † cruciatibus. Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis [g] maledixerat, & qui in sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri, quia culpa leuis [h] præsenti supplicio compensata sit. (†al. elui. Leuit. 24. Num. 15.)

Item Gregorius Papa. (su. 14 q 6. hi, qui in furtis.)

¶ Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia defendi debent.

C. VII.

(Burc. l. 19. c. 109. Iuo p. 15. c. 121.) REos[i] sanguinis defendat [k] ecclesia †, ne effusione † sanguinis particeps fiat. († al. effusionis)

†Ex isto ter. infertur, quod clericus pōt esse aduocatus pro accusato de crimine. facit text. in l. ad dictos. cum cens. ibi no. C. de epi. & cler.

Tpaliter remunerantur aliqui vt puniantur æternaliter.

a ¶ Puniret.] Ergo hoc de pęnitentibus tantū, vt inf. de pęn. distin. 3. §. auctoritas. nam quorundam pœna incipit hic, & durat in infinitū, vt inf. de pœnit. distinct. 3. ignis succēsus est. sicut econuerso quandoq; remunerat aliquos temporaliter, vt eos puniat æternaliter, vt 22. q. 2. si quis libet.

b ¶ Falsum est.] Q. d. ex quo falsum dixerunt in vno, dicunt ergo, & in alijs, & est hic arg. quod instrumentum, vel testamentum i. si est in vno falsum, ergo in omnibus, vt sup. dist. 9. si ad sacras.

1 Al. testimonium.

c ¶ Non præueniri.] Tunc sententia iudicis præueniretur. si quis hic plenè, punitus esset. quia in futuro non puniretur.

2 Al: scilicet terreni.

d ¶ Iudicis.] i. Chri. 2

e ¶ In peccatorē.] Nō punitū hic sufficiēter.

f ¶ Exercendæ.] In futuro.

g ¶ Israeliticis.] Id est, Deo Israelitarum.

h ¶ Leuis.] Ecce quod leuē dicit culpā maledicere * Deo, cum magis sit maledicere Deo, quàm principi. sic C. si quis Impe. male. l. vnica.

* *B. Hieronymus cum videtur putasse illum maledixisse Deo, sed Israeliticis et res apud interpretes dubia est.*

i REos.] Infra quæst. 8. si vobis.

k ¶ Defendat.] Omnes fugientes ad ecclesiam tenetur defendere, vt 17. q. 4. reum. & hoc verum est siue rei sint, siue non: nisi in casibus extra, de im. ecc. inter. & c. vlt.

& c. vlt. Sed illos, qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non. si enim est spes correctionis, debet eos iuuare, vt supra ea. q. proxi. est iniusta. Item si iniusta sint condemnati aliqui: omnibus modis; iuuabit eos si autem iustè, tunc temperatè & non importunè iuuabit eos: sed tātum intercedendo pro eis, ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malam opinionem, vt 14. q. vlt. hi qui. & su. q. 3. non in inferenda. Et licet teneatur aliquos defendere, non tamen tenetur ꝓ eis bellū mouere, vt C. de epi sc. aud. addictos supplicio. Ioan.

tus in propria causa. & ita officium suum est ei damnosum. si. 10. q. 2. hoc ius sicut nec in causa sua potest quis esse iudex, vt supra q. 4. inter 1. Vel dic pro se. id est, pro priuato odio 2. Ioan. Quod primo dixit, falsum est: cum non inueniatur hoc prohibitum. nec littera ista con-

Cōdemnati & iustè & iniustè, sunt ab ecclesia iuuandi.

Officiū quod que est dānosum.

1 Cōcor. leg. in l. qui iuri dictioni. C. de iuris om. iud. & C. ne quis in sua cau. ꝓ torē.

a ¶Defendat.] *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur*, non defendat.

2 *Hinc apparet, quòd mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, vel temporali morte plectendi. Sed obijcitur illud, quod Dominus ait ad Moysem: [Maleficos non patieris viuere.] ¶Item: [Qui coierit cum iumēto, morte moriatur.] Adulterio etiam, vel blasphemiæ crimine notatus immisericorditer lapidari iubetur. ¶Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguissimum regem in frusta conscidit. Phinees quoq; Iudæum cum Madianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nonnulli in veteri testamēto inueniuntur malos trucidasse: nec tamen transgressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo præcepto a quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis Imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus, ipsius legis Imperio malos perimit: nec illius præcepti transgressor, nec à cælesti patria alienus habetur.*

Exo. 22.
Leuit. 20.

2 Hoc & sequitē L. 3. q. 7. iudicet. 11. quæst. 3. quituor.

Aliàs absurdum est aliquem alij, & nō sibi, &c. C. de na. li. nuper. Sic Io. de Fā. & hic tenent quidquid iā sequitur.

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist. 154.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere.

C. VIII.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium: nisi fortè sit miles b, aut publica functione teneatur, vt non pro se c hoc faciat, sed pro alijs, vel pro ciuitate, vbi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personæ d. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant; etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: [Non resistamus malo,] ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit, non vt correctionem hominum negligamus. Vnde e nec reus est mortis alienæ; qui cum suæ possessioni ex lapidibus murum circumduxerit, aliquis ex ipsorum vsu percussus intereat. Neque enim reus est f Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum † boues habere cornua, aut æquus vngulas, aut dentes canis. An † vero, quoniam Apostolus

Poly l. 7. tit. 11.
Ans. l. 13. c. 18.
Iuo p. 10. c. 1.
Pann. l. 8. c. 1.

Matth. 5.

† al. Christiāi
† Aut] orig.

HINC APPARET. Hæc est secūda pars quæstion. in qua magister probare intendit quod iudices nō peccant occidendo secūdum legem: sed illi tantum peccant, qui sine auctoritate, & sine iussu diuino hominem occidunt: & hoc probat per multos patres veteris testamenti. Io. de Fan.

CASVS. Hucusq; ꝓbatum est, quod mali non sunt morte puniendi. Nunc contrarium probat ex auctoritatibus, & exemplis. Postea soluit dicens, quod qui habet potestatem occidendi, licitè occidere potest malos: sed auctoritate propria hoc non potest. quod probat seq. cap.

a ¶ Illo præcepto.] Non occides.

DE occidēdis hominibus.] CASVS. Beneuent. ponit hūc casum, dicens quod Publicola de duobus quæsiuit ab August. Primo vtrum quis iustè possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respondet quod non: nisi sit miles, vel potestas, qui faciat non pro se, sed pro vtilitate aliorum. Secundo an sit peccatum repellere malos obstaculū interponendo: & si aliqd contingat inde præter voluntatē nostrā, an nobis imputetur? Et respon. non esse peccatū: nec nobis imputari debet: si aliquid inde contingat: & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli, & bouis; æqui, & canis, Pauli & ferramentorum, arboris, & fenestræ. Secunda pars incipit ibi, [Qui vero repelluntur.

b ¶ Miles.] Sub potestate aliqua constitutus, vt infra eadem miles. nisi hoc fiat iniusto bello, vt infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

c ¶ Pro se.] Sic ergo officiatus non potest esse aduocatus contradicit. Bar.

d ¶ Personæ.] Hoc dicit propter episcopos, qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, vt 15. q. 4. c. 1. & inf. ead q. 8. his à quibus & c. sæpè.

e ¶ Vnde.] Q. d. cum quis ex officio suo occidit aliquem, non est ei imputandum, si ex officio tali sequantur homicidia. Ita cōtinuantur sequentia exempla. Vel sic continua. si aliquis repellendo malos occidat aliquem, hoc non est ei imputandum.

f ¶ Reus est.] Nisi equus ille fuerat calcitrosus: vel bos fuerat cornupeta nam si talis nocuerit, bene tenetur dñs, vt ff. si quadru pau. fec. dic. l. 1. § 1. & generaliter si habuerit tale animal, quod consueuit nocere, vt versum,

ſum, Leonem, vel aprum, ſiue ligatum, ſiue non, ſi occiſus fuerit liber homo, præſtabit cc. ſolidos. ſed ſi alter nocuerit, condemnabitur ſecundum arbitrium iudicis: ſed in cæteris rebus condemnatur pœna dupli. vt ff. de ædil edi. hi enim. & l. ſequenti.

c ¶ Non poſſit.] Arg. ꝙ non ſemper prohibetur bonum propter malum, quod ſequi poteſt. Arg. contra. 22 qu. 2. in nono. contra 31. d. denique. Io.

SEIPSVM. Hæc eſt tertia pars q. in qua probat magiſter per quatuor auctoritates, ꝙ nullus occidat ſeipſum. quia in illo præcepto. Nō occides, intelligitur, nec te, nec alium: quia bene ordinata charitas à ſeipſo incipit. Io. de Fant.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, an aliquis poteſt alium interficere iuriſdictionis poteſtate: nunc vero oſtenditur ꝙ ſeipsū nulli interficere permittitur. quod probatur per ſeq. c.

a ¶ Pau-

Paulus [a] ſatis egit, vt in tribuni notitiam perferretur inſidias ſibi à quibuſdam perditis præparari, & ob hoc deductores accepit armatos; ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret? Abſit, vt ea quæ propter bonum [b], ac licitum facimus, aut habemus: ſi quid per hæc præter noſtram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioqui nec ferramenta domeſtica & agreſtia ſunt habenda; ne quis eis vel ſe, vel alterum interimat: nec arbor aut reſtis, ne quis ſe inde ſuſpendat: nec feneſtra facienda eſt, ne per hanc ſe quiſquam præcipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non poſſem? Quid enim eſt in vſu hominum bono, ac licito, vnde non poſſit [c] etiam pernicies irrogari.

Act. 21.

α ¶ Ex lapidibus.] *Sic eſt emendatum ex codice Vaticano epiſtolarum B. Auguſtini. Nam in impreſſis deſunt iſtæ voces. Apud Gratianum vero erat,* ſuæ poſſeſſioni murorum ambitum circumduxit.

2 *Seipſum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.*

Vnde Auguſtinus libro primo de ciuitate Dei, cap. 17. & 18.

¶ Qui Deo auctore bella geſſerunt, præcepta non occidendi nequaquam tranſgreſſi ſunt. C. IX.

Iuo p. 10. ca. 4. Pann. l. 8. c. 2.

SI non licet priuata poteſtate alicui hominem occidere nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit; profecto etiam qui ſeipſum occidit, homicida eſt †: & tanto [d] fit nocentior, cum ſe occiderit, quanto innocentior in ea cauſa fuit, qui ſe occidendum putauit. Nam ſi Iudæ factum merito deteſtamur, eumque veritas iudicat, cum laqueo ſe ſuſpendit, ſceleratæ illius traditionis auxiſſe potius, quàm expiaſſe commiſſum; quoniam de Dei miſericordia deſperando exitiabiliter pœnitens, nullum ſibi ſalubris pœnitentiæ locum reliquit; quanto magis à ſua nece ſe abſtinere debet, qui tali ſupplicio quid in ſe puniat, non habet. Iudas enim cum ſe occidit; ſceleratum hominem occidit: & tamen non ſolum Christi, verum etiam ſuæ mortis reus finiuit hanc vitam; quia licet propter ſuū ſcelus, alio tamen ſcelere ſuo occiſus eſt.] ¶ Cur autem homo, qui mali nihil fecit, ſibi male faciat, & ſeipſum interficiendo hominem interficiat innocentem, ne aliū patiatur

† Conc. l. 2. C. vt ne pri. & l. præſes. C. de ſer. & aqua.

Matt. 27.

C. 18.

SI non licet.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quæſitum fuit ab Auguſ. vtrum liceat alicui iuſto in perſecutione ſeipſum interficere, ne ab alio interficiatur: vel vtrum liceat ipſum interficere cauſa immortalitatis, ideſt, gloriæ adipiſcendæ: vel cauſa cauendi, ideſt, vitandi futura peccata: vel curandi criminis, ideſt, remouendi? Et reſpondet ꝙ nō: & hoc probat quatuor modis. Primo argumento à minori: quia nō licet occidere alium innocentem: ergo multo minus ſeipſū. Secundo, quia Iudas fuit reprehenſus, quia ſeipſum occidit quamuis ſceleratus fuiſſet: multo magis reprehendi debet qui ſe innocentem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum eſt (vt ibi dictum eſt.) Neminem occides. Quarto probat hac ratione: quia, ſi contra ſe nemo falſum teſtimonium dicere debet, ergo multo minus contra ſe mortem inferre debet. Secundo quæſitum fuit, an licet alios interficere? Et reſpōdet ꝙ non, niſi vel lex, vel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampſon excuſati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, [Sed his exceptis] Et quod dī ibi, [Mortalitatis,] Ideſt, gloriæ habendæ: quia credens ſe iuſtum volens migrare ad gloriam ſeipſum occidit. vel immortalitatis, ideſt, inanis gloriæ vt aliquid dicatur de ipſo, quòd ſic videtur deſpicere mundum.

a ¶ Paulus.] Arg. ꝙ non imputatur clerico, qui ad defenſionem ſui iuris vocat milites, ſi aliquis ſibi occidatur, ſic ſup. ea. q. 3. Maximianus.

b ¶ Bonum.] Arg. ꝙ ſi aliquis dat operam rei licitæ, ꝙ non eſt ei imputandum, ſi aliquid mali inde ſequatur, vt 50 diſt. ſæpe. & c. quia te & diſt. 6. teſtamentum. nam Deus eſt inſpector cordis, & non operis, vt 15. q. 6. c. 1. Item eſt hic arg. ꝙ non omnis, qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe videtur, & hoc habes in brocardis 31. q. 5. de neptis. & d. 50. ſæpe. ff. ad leg. Aquil. qui occiderit. § pe. 1.

Damni dans occaſionem, non ſemper damnum dediſſe vī.

1 Et extr. de iniu. c. vlt. & leg. & no. ex. de reſ. ſi q. & no. in pl. ca. ſæpe. Arch.

d ¶ Et tanto.] Ideſt, magis peccat bonus aliquis ſe occidendo, quàm malus: quia malus credit ſe mereri per hoc.

a ¶ Ca-

nocentem, atque in se perpetret peccatum propriũ, ne in eo perpetretur alienum? *Item c. 20.* ¶ Neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris nusquam nobis diuinitus præceptum, permissumue reperiri põt, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius cuãdi †, cauendique [a] mali causa nobismetipsis necem inferamus. Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait, [Nõ occides:] præsertim, quia non addidit, proximum tuum: sicut falsum testimonium cum vetaret, [Falsum, inquit, testimonium non dices aduersus proximum tuum.] Nec ideo tamen, si aduersus seipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se crimine putauerit alienum: quoniam regulam diligendi proximum à semetipso [b] dilector accepit, quãdoquidem scriptum est: [Diliges proximum tuum sicut teipsum.] Porro si falsi testimonij non minus reus est, qui de seipso falsum fatetur, quàm si aduersus proximum hoc faceret, cum in eo præcepto, quo falsum testimonium prohibetur, aduersus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum, vt aduersus seipsum quisque falsus testis existat †, quanto magis intelligendum est non licere homini seipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est, [Non occides] nihilo † deinde addito, nullus nec ipse vtique, cui præcipitur, intelligitur exceptus [c]? *Item infra eodem capite.* ¶ Non occides.. non alterum: ergo nec te. Neque enim qui se occidit, alium, quàm hominem occidit. ¶ Quasdam vero exceptiones eadem ipsa diuina fecit auctoritas, vt liceat hominem occidi: sed his exceptis, quos Deus occidi iubet, siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione. [Non [α] autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est vtenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt, quo dictum est, [Non occides;] qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis, secundum eius † leges, hoc est iustissimæ rationis imperiũ, sceleratos morte punierunt. Et Abrahã non solum nõ est culpatus crudelitatis crimine, verumetiam laudatus est nomine pietatis, quòd voluit filium nequaquam scelerate, sed obedienter occidere. Et merito quæritur; vtrum pro iussu Dei sit habendum; quòd Iepte filiam, quæ patri occurit, occidit: cum se immolaturum Deo id uouisset, quod ei redeunti de prælio victori primitus occurrisset. Nec Sampson aliter excusatur, quòd seipsum cum hostibus ruina domus oppressit; nisi quia spiritus latẽter hoc iusserat: qui per illum miracula faciebat.] His igitur exceptis, quos vel lex iusta generaliter, vel ipse fons iustitiæ Deus specialiter occidi iubet; quisquis hominem, vel seipsum, vel quemlibet occiderit; homicidij crimine innectitur. *Item c. 26.* ¶ Hoc dicimus, hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, veluti fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas: neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere grauissimũ propriũ, quem non polluebat alienum: neminem propter sua peccata præterita, propter quæ magis hac vita opus est, vt possint pœnitendo sanari: neminem velut desiderio vitæ melioris, quæ post mortem speratur: quia reos suæ mortis, melior post mortem vita non suscipit.

[α] ¶ Non autem.] *Sic est emendatum ex originali præsertim Antuerpiano. Nam antea totus hic locus mutilo aliter se habebat. sunt autem & alia multa restituta.*

Item contra litteras Petiliani, lib. 2. c. 49.

Right margin: † cauendi ꝗ ori. — *Exo. 20.* — *Matt. 22.* — † assistat] or. — † al. nihil — Ibidem c. 21. — † al. eius legis — *Gen. 22.* — *Iud. 11.* — *Iud. 16.*

Left margin: Eleemosynã sibi primo quisq. facere debet.

Sic nec p[er]sona loquẽs. 27. d. deinde. vbi de hoc. Verbum indiffinite prolatum est generaliter intelligendum

a ¶ Cauendique.] i. quia cauere volumus, ne aliquis nos lædat.

b ¶ Semetipso.] Vnde quilibet primo sibi faciat eleemosynam: deinde proximo. de pœnit. dist. 3. c. qui vult. vnde possum mihi consulere cũ damno alterius, vt ff. ad legem Aquiliam. si quis fumo. arg. contra. 12. qõ. 2. primum. & 11. q. 3. si quis vero.

c ¶ Exceptus.] Arg. ꝙ persona ad quam loquimur, non intelligitur excepta in generali sermone [1], vt ff. de pign. Paulus. §. vlt. Item arg. eo ipso quòd qui non excipitur, intelligitur, includit, vt sup. 55. distinctio. si Euangelica. & extra de iure patro. ex litteris. Itẽ est hic argum. quòd id quod de vno dicitur, de omnib. alijs intelligendum est, vt 2. quæstio prima, multi. & supra dist. 4. denique & distin. 5. ad eius. Item argu. quòd verbum indiffinite probatum, generaliter intelligendum est, vt 31. quæst. prima, quòd si dormierit.

Tu

TV dixisti.] CASVS. Petilianus dicebat, quod Iudas & alij similes, qui se pro peccato interimunt, debeant martyres reputari, quòd puniatur in se quod dolent, commisisse. Et respondet August. hoc non esse verum quia non debent martyres reputari qui collum sibi ligaue-

hæc dictio, absq; inclusiuè i.q.d. nec in istis (in quibus magis vr̄) licet alicui se occidere. sic ponitur ibi, Pulchræ sunt genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. sic ponitur hæc dictio absq; inclusiue. 35.q.3 progeniem. & ff. de pign. act. l. 1. 13. q. 2. Ebron.

¶Nemini licet sibi manus iniicere. C. X.

Iuo p. 2. c. 99. & p. 10. c. 7.

TV dixisti [a], laqueo traditor perijt, laqueum talibus [b] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum [c] eos, qui sibi collum ligauerunt.

Item Hieronymus in Ionam prophetam ad c. primum non longè à fine.

¶De eodem. C. XI.

Pann. l. 8. c. 3.

NOn est nostrum mortem arripere, sed illatā ab alijs libenter excipere. Vnde & in persecutionibus non licet propria perire manu (absq; eo [d], vbi castitas periclitatur,) sed percutienti colla submittere [e].

Item ex concilio Bracharensi primo, c. 34.

¶Nulla fiat oratio pro his, qui seipsos interficiunt. C. XII.

Bur. l. 19. c. 130. Iuo p. 10. c. 158. & p. 15. c. 140.

† abest ab ori. † al violente

PLacuit, vt qui sibiipsis [voluntariè † [f] aut per ferrum, aut per venenum, aut per præcipitium, aut per suspendium, vel quolibet modo violentam † inferunt mortem; nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio [g] fiat, neque cum psalmis ad sepulturam [h] eorum cadauera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam vsurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus [i] puniuntur.

Impœnitentes, subaudiatur. Item Augustinus in eodem lib. 1. de ciuitate Dei, c. 26.

¶Non est reus homicidij miles, qui potestati obediens hominem occidit. C. XIII.

Iuo p. 10. c. 98. Pann. l. 8. c. 35.

MIles cum obediens potestati, sub qua legitimè constitutus est, hominem occidit; nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidij; immo, nisi fecerit, reus est Imperij [k] deserti, atque contempti. Quòd si sua spontè, atque auctoritate fecisset; in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque vnde punitur, si fecerit iniussus; inde punietur, nisi fecerit iussus.

Item in quæstionibus Exodi, quæst. 39. ad c. 11.

e ¶ Submittere.] Id est, non resistere.

PLacuit.] CASVS. Quęsitum fuit in cōcilio Bracharēsi, vtrum commemoratio debeat fieri in altari pro ijs, qui aliquo modo mortem sibi inferunt, vel qui pro suis sceleribus interficiuntur, vel vtrū eorum cadauera sint sepelienda cum psalmis? Et respondet quod non.

f ¶ Volūtariè.] Secus si per furorem: tunc non imputaretur, vt 15. q. 1. si quis insaniens. & c. illa.

g ¶ Cōmemoratio.] Sed nonne cum illi cōmunicauimus viuo, ergo illi mortuo communicabimus? vt 24. q. 2. sanè? Sed illud intelligas de communione sacramentorum, quæ datur in fine. Sed hæc solutio non est sufficiens. nam si quis mortuus est sine sacramētis illis, & sine pœnitentia (si tamen fuit honesta causa mortis) bene admittitur ad orationes ecclesiæ, si. extra de sepul. ex parte.

h ¶ Ad sepulturam.] Videtur ergo quod tales sepelientur, vt hic, & infra ea. q. 8. quicunq;. sed hoc nō est verū & intelligas illud de canina sepultura. nā & contrito quandoque denegatur ecclesiastica sepultura, vt extra de torneamentis, cap. 1. & extra de rap. super eo.

i ¶ Pro suis sceleribus.] Sicut fures, & latrones, vt extra de fur. fures. nisi fuerint contriti, vt 13. quæst. 2. capitu. vltim.

gauerunt. Seq c. patet: & quod dicitur ibi, [Absque eo.] inclusiuè tenetur, id est, nec in eo casu.

a ¶ Tu dixisti.] Iste dicit Iudam martyrem esse, cum pœna sit vindicta puniens in se quod se commisisse dolet, vt inf. de pœn. dist. 3. pœnitentia. vnde dicebat quod licitum est cuilibet pro peccatis suis se occidere.

b ¶ Talibus.] Hæc sunt verba Aug. dic talibus, i. malis.

c ¶ Martyrum.] Supra 1. q. 1. vide inf. 24. q. 3. quod autem.

d ¶ NOn est.] Absq; eo.] Dicunt quidam, quod vbi fides ecclesiæ, & castitas corporis impugnatur, licet alicui se occidere, vt hic innuitur: cum tamen Aug. dicat, quod ad [illegible] neque malum quis cogatur, non pōt se occidere, vt sup. ead. q. 4. dis. licet. maius pōt legi

MIles.] Hæc est 4. pars quæstio in qua probat magister per 11. auctoritates, quod non peccant iudices, vel ministri si malos occidunt: si tamen non animo vlciscendi, sed animo iudicandi faciunt. Io. de Fan.

CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum miles sit reus homicidij, qui suæ potestati obediens hominem interfecit? Et respondet quod non. Si autem spontè, & propria auctoritate hoc fecerit, reus est homicidij. Sequentia tria capitula per te [illegible] firmare poteris.

K ¶ Imperij.] Argu. quod ratione mandati excusatur aliquis, etiam si cōtra conscientiam faciat, vt in. ea. q. 1. quid culpatur.

r Idē tenet tex. cum gl. in l. meminisse. ff. de offi. procon. Bar. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3.

Mortuus & sine pnia, admittitur ad ecclesiæ orationes.

Sepulturæ quandoq; contrito denegatur.

Occidere seipsum nemini est permissum.

¶ Homicida est, qui spontè occidit, quos iudex iubet occidi. C. XIIII.

CVm minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi; profectò si id spontè [a] facit, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice debuisse occidi. Iuo p.10.c.103. Pann.l.8. c.39.

Idem libro 22. contra Faustum, c. 73.

¶ Sicut iure laudatur obedientia, ita reprehenditur, qui sibi non concessa vsurpat. C. XV.

LEx æterna ita medio quodā loco posuit aliqua hominibus; vt in eis vsurpandis merito reprehendatur audacia: in exequendis autem iure obedientia laudetur. Abraham α, si spontaneus [b] in occidendo filio motus fuisset; execrabilis haberetur: at iubenti Deo obsecundans famulatus est.

α ¶ Abraham.] *Confectum est hoc caput ex verbis* B. *Augustini, sed collectoris arbitratu immutatis. Atque hæc quidem pars sic apud illum habet.* Quapropter si in occidendo filio spontaneus motus execrabilis, Deo autem iubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, verum etiam laudabilis inuenitur, quid Moysem Fauste reprehendis, quòd expoliauit Aegyptios, &c.

Idem in quæstionibus super Euangelia, lib. 1. q. 10.

¶ Bono animo officia vindictæ possunt impleri. C. XVI.

OFficia vindictæ [c] possunt impleri bono animo: quomodo lex [d], quomodo iudex [e]. Iuo p.10 c.106. Pann.l 8.c.40.

Idem ad Macedonium, epist. 54.

¶ Non est iniquus, sed humanus, qui crimen persequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

NOn est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuinctus; qui propterea est criminis [f] persecutor, vt sit hominis liberator. Iuo p.10.c.107.

Idem in eadem epistola.

¶ Quare sint instituta regia potestas & legalia tormenta. C. XVIII.

NOn frustra [g] sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, disciplina dominātis, seueritas etiam boni patris: habent omnia ista modos [h] suos, causas [i], rationes [k], vtilitates [l]: hæc cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni. Iuo p.10.c.108.

Idem ibidem.

¶ Nonnunquam potius peccat, qui causam mortis præbet, quàm ille, qui occidit. C. XIX.

CVm homo ab homine occiditur; multū distat, vtrum fiat nocēdi cupiditate, vel iniustè aliqd auferēdi, (sicut fit ab inimico, sicut à latrone) an vlciscēdi, vel obedien di ordine, (sicut a iudice, sicut à carnifice) an euadendi, vel Iuo ibidem.

culpatur in fi. & extra de offic. iudi. deleg. pastoralis. § quia vero.

a CVm minister.] ¶ Spontè.] Ar. quod non excusat vxor, quæ reddit debitum illi quem scit consanguineum suum, de mādato ecclesiæ. sed distinguitur, vt extr. de sent. excomm. inquisitioni. & de rest. spo. litteras.

b LEx æterna.] ¶ Si spontaneus.] Si. 14 q. 5. dixit. Ad hoc facit 22. q. 2. Abraham.

c OFficia vindictæ.] Id est, vindicta ex officio.

d ¶ Quomodo lex.] In extraordinarijs: vbi non est statuta pœna criminis [1].

e ¶ Iudex.] Id est, vbi est statuta pœna criminis ad vtrumque. extra de offi. & pote. iudi. deleg. de causis. versus finem.

[1] Vt extra de offi dele. de causis ff. de iure deli. l. 1.

f NOn est.] ¶ Criminis.] supra 45. dist. & quæ emendat.

g NOn frustra.] Supra dist. 4. factæ sunt.

h ¶ Modos.] Ad quid fiat, vt su. q. 4 qui peccat.

i ¶ Causas.] Nam sine causa nemo puniēdus est. 16. q. vlt. inuentum.

k ¶ Rationes.] Nam secundum leges iudicandum est 3 q 7. iudicet.

l ¶ Vtilitates.] Nam hoc solum bene agitur, vt vita hominū corrigatur, vt sup. ea. prodest. Ioan.

CVm homo.] CASVS. Macedonius de duobus quæsiuit ab Aug. Primo vtrum sit peccatum occidere hominem? Et respondet quòd quandoque est peccatum, vt si fiat ab inimico, vel latrone. & quandoque non, vt si fiat à iudice, vel officiali, vel milite. Secundo quæsiuit, an qui præstat alicui occasionem mortis, sit homicida? Et respondet quod quandoque homicida est,

est, vt contingit de eo qui fideiussorem decipit, & quandoque non, sicut contingit in puella à qua stuprum petitur: & in patre à quo timet filius verberari: & in eo pro quo, quia liberatus est, alius se occidit. Secunda quæstio incipit ibi. [Et aliquando.]

se vin. leg. 1. & 2.

b ¶ Potius.] Inf. prox q. vlt qui aliorum.

b ¶ Potius.] Sic magis punitur consulens quàm faciens [1], vt infra prox. q. vlt. quia aliorum & 86. dist. tanta. Inquirendum etiam est quis primo causam mali præbuerit, vt C. ad legem Iuliã de vi. pu. si qui. & ff. si quadru. pau fecis. dica. l. 1. §. cum arietes.

[1] Arg l. 1. § si plures & ibi Bart. ff. de exerci. & per. Bal. in l 3. C. de ser. fugi.

a ¶ La-

subueniendi necessitate, sicut interimitur latro à viatore, hostis à milite. ¶ Et aliqnando, qui causa mortis fuit, potius [b] in culpa est, quàm ille qui occidit: velut si quispiam decipiat fideiussorem suũ, atq; ille pro isto legitimum supplicium [c] luat. Nec tamen omnis, qui cau a alienæ mortis est, reus est. Quid si enim quisquam stuprum petat, seseque si nõ impetrauit, interimat? Quid si filius timens patris pia verbera, præcipitio pereat? Quid si alius homine liberato, vel, ne alius liberetur, sibi ipse mortem inferat? Num propter istas alienarum mortium causas aut sceleri cõsentiendum est; aut vindicta peccati, quæ non fit nocendi, sed corrigendi studio, etiam paterna tollẽda; aut opera misericordiæ cohibenda sunt? Hæc cum accidunt; debemus eis humanum dolorem, non propter illa, ne accidant, rectè factorum reprimere voluntatem.

c ¶ Supplicium] Sed certe illud nullo iure [2] inuenitur, quod fideiussor possit occidi si non exhibet illum pro quo fideiussit, licet fideiusserit pro reo criminis, sed si fideiussor sine dolo reum criminis non exhibet, pecuniariter punitur. sed si dolo eum non exhibet. punitur arbitrio iudicis, vt ff. de exhib. red. si quis reum, & C. ad Tur. l. 2. potius ergo respicitur hic factum vel consuetudo alicuius loci, quã ius.

[2] Diuino & humano.

Item Isidorus lib. 3. sent. de summo bono, c. 53.

¶ Quod sacerdotes efficere docendo non valent, disciplinæ terrore potestas extorqueat. C. XX.

Poly 6. tit. 1. Burc. l. 15 c. 43. Iuo p. 16. c. 44.

PRincipes [d] sæculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent; vt per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Cæterum intra ecclesiam [e] potestates necessariæ non essent; nisi, vt quod præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleat per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnũ terrenum, cœleste regnum proficit: vt qui intra ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam ecclesiæ agunt; rigore principum conterantur: ipsamque disciplinam, quam ecclesiæ humilitas exercere non præualet [f], ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem [α] mereatur, virtutem potestatis impertiat. Cognoscant principes sæculi Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina ecclesiæ per fideles principes, siue soluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.

PRincipes.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod principes sæculi ad hoc sunt instituti, vt ecclesiasticã disciplinã defendãt, vt quos sacerdotalis sermo non corrigit, coerceat secularis potestas. De quo, si nõ fecerint, apud Deũ reddituri sunt rationẽ. Seq. ca planũ est.

d ¶ Principes.] Hæc quatuor c. ad hoc inducuntur, vt principes ecclesias defendant, & reos nõ permittant viuere

e ¶ Intra ecclesiã.] Laici hñt iurisdictionem multipliciter intra ecclesiam. Quandoque in personis ipsis, cum sint incorrigibiles, vt 32. dis. ens qui & inf. ea. q. de Ligurib. Item quandoque propter ambitionem alicuius, vt 79. dist si quis pecunia. Item cum fidem volunt subuertere, vt d. 8. quo iure. & sup ea. c. 1. & 17. dist nec licuit. Item cum falsarius est clericus, vt ex. de cri. ad falsariorum. Item cum & schisma faciunt clerici, & cum contemnunt excõmunicationẽ. vt inf. ea. q. de Liguribus. Itẽ & ubicũq; ecclesiastica potestas deficit, vt hic. Itẽ & cũ tributũ petunt ab ecclesia, vt infr. ea. q 8 conuenior.

Laici quandoque in clericos habent iurisdictionem.

f ¶ Non præualet.] Sup. dist. 96. duo supra. dist. 10. quoniam sup. 11. q 1. illud.

α ¶ Venerationem.] *In varijs editionibus huius libri legitur*, & ut ueneratione mereatur, virtute potestatis impartiat, *In concilio Parisiensi sub Ludouico Lothario, lib. 2. c. 2. vbi hoc refertur, legitur*, & ut uenerationem mereatur, uirtutem potestas impertiat. *Apud Iuonem vero (Nam Burchardi codex manifestum habet mendum) hoc modo*, & sic uenerationem meretur, ut uirtutem potestatis impartiat.

a ¶ Latro.] Furem nocturnum licet occidere: sed diurnum non, nisi telo se defendat vt extra de hom. si perfodiens. si autem fur nocturnus poterat deprehendi sine læsione, tenetur ille, qui eum occidit, vt ff. de sica. furem nocturnum. Item latronem insidiantem in itineribus licet cuilibet occidere, ut C. quando li. uni. si. ui.

Furem nocturnũ, sed nõ diurnũ, licet occidere. Latronẽ insidiantẽ in itinere licet cuilibet occidere.

a ¶ Res.

1 Quia i eis Deũ oramus & cõfitemur

a Es autem.] ¶ Confessionem.] Idest, ad ecclesias Christum confitentes 1.

Ncestuosi.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ mali, qui per ecclesiam non possunt corrigi, volentes in suis criminibus perdurare, coerceri debent per brachium sæculare.

b ¶ In pristinis.] Supra 82. dist. plurimos. Ioan.

Egum.] CASVS. Dicit Hier. i hoc c. q̃ principes debẽt defendere vi oppressos & peregrinos, viduas & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hieremiæ, quæ incipit ibi, [Nolite ô reges Iuda.] [Intulit.] scilicet Hieremias.

c ¶ Oppressos.] Hic videtur, q̃ ad iudiciũ sæculare spectet defendere oppressos & viduas & pupillos, vt inf. ead. administratores. & su. e. q. 3. ab Imperatoribus. & C. quando imperat. inter pup. & vid. l. vnica. Sed contra inf. 23. quæst. vlt. si quis de potentibus. 87. distinct. desolatis 2. & c. 1. & 2. & quæst. 12. q. 2. omnis ætas. Dic quòd ad vtrumque ptinet, potius tamen ad ecclesiam, extra de foro compet. ex tenore.

2 Al. incipit defensionis. & est 2. c.

d ¶ In loco isto.] i. in ecclesia. Io.

IPSIS AVTEM. Hæc est 5. pars qõ. in qua magister probat, q̃ fides debet seruari principib. & hoc pbat per duo c. lo. de Fant.

CASVS. Gratian. dicit quòd principibus exhibere debemus fidem, & reuerentiam. De fide tractat in c. si apud. de reuerentia in cap. dicat.

I apud.] CASVS. Ostendit Hieron. hic, quod illi, qui carnali domino in minimis fuerunt fideles, maiora præmia apud Deum consequentur: quia seruãt doctrinam domini, qui suæ conditioni imposita non denegat. Nec potest esse fidelis in substãtia Dei, qui carnali domino fidem n exhibet.

Faciat quilibet quæ suæ conueniunt conditioni.

e ¶ Conditioni.] Nota, q̃ quilibet debet facere quæ suæ conditioni conueniunt, vt 93. d. legimus, & 7. q. 1. si quis episcopus, & est hic arg. contra clericos, quibus displicet conditio sua, qui comam volunt nutrire. ext. de vita & honest. cler.

f ¶ Qui contradictor.] Sup. 17. q. vlt. si quis seruum.

g ¶ Quomodo.] Arg. sup. 2. q. 7. non potest.

Item Leo Papa, epist. 29. ad Pulcheriam Augustam.

¶ Et regia potestas, & sacerdotalis defendat auctoritas, quæ ad diuinam confessionem pertinent.

C. XXI.

Res autem humanæ aliter tutæ esse non possunt; nisi quæ ad diuinam confessionem [a] pertinent, & regia, & sacerdotalis defendat auctoritas. Poly. l. 1. tit. 47.

Item ex concilio Turonensi 3. c. 41. & Capi. l. 2. c. 41

¶ Sacerdotalis admonitio quos corrigere non valet, sæcularis potentia corrigat. C. XXII.

Ncestuosi, patricidæ, homicidæ multæ apud nos reperiuntur: sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis [b] perdurare criminibus: quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coerceri; qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari. Burc. l. 7. c. 29. Iuo p. 9. c. 66.

Item Hieronymus super Hieremiam, ad c. 22

¶ Malos comprimere, & bonos subleuare, Regum officium est. C. XXIII.

Regum officium † est proprium, facere iudicium & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos [c], & peregrino, pupilloque, & viduæ, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. Est, vt curam eis præceptorum Dei maiorem iniiceret, intulit, [Nolite contristare, vt non solum non eripiatis, sed ne patiamini quidem per vestram conniuentiam ab alijs contristari, [& sanguinem innocentem non effundatis in loco isto [d].] Homicidas enim, sacrilegos, &c. *Et post pauca.* ¶ Si, inquit, hæc feceritis ô reges Iuda; tenebitis pristinam potestatem.

† autem] ori. Hier. 7. inf ea. homicidas.

5 *Ipsis autem principibus, & potestatibus fidem, & reuerentiam seruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.*

Vnde idem Hieronymus in epistolam ad Titum, c. 2. ad vers: [*Serui dominis.*]

¶ Æterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam potestatibus seruare contemnit.

C. XXIIII.

SI apud carnales dominos in minimo fideles fuerint; incipient eis apud Deum maiora committi. Ornat autẽ doctrinam Domini, qui ea, quæ conditioni [e] suæ apta sũt, facit, & è diuerso confundit etiam; qui non est subiectus in omnibus; cui conditio sua displicet; qui contradictor, [f] atque fraudator, in nullo fidem bonam ostẽdit. Quomodo [g] enim potest fidelis esse in substantia Dei; qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

a ¶ Quo-

Dicat

Dicat.] CASVS. Amb. docet in hoc cap. quòd qui reuerentiam domino suo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahæ: qui quoniã exhibuit reuerentiam regi Sodomorum credendo sibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium a Domino meruit. erat in sua potestate: alioquin si non fuisset sua, non potuisset inde dedisse decimas Melchisedech: sed si sub aliquo militetur, præda tota domini est: sed ipse tenetur æqualiter diuidere secundum personarum qualitates, vt supra distinct. 1. ius militare. sicut decimæ dantur, episcopo, vt eas diuidat: 12. q. 2. cõcesso. quod ergo dicit quod de iure gētium nostra sunt, quę capimus in bello, ut ff. de acq. re. do. naturale. §. vl. verum est quod capientis est: sed tamen tenetur domino dare, vt diuidat secundum merita hominum Io. de Fant.

Prędæ publica est domini, sub quo militatur.

Item Ambrosius in lib. 1. de Patriarchis, id est de Abraham, cap. 3.

¶ Militaris disciplina Regi omnia seruat. C. XXV.

† Dicat] orig. Gen. 14. † al. Docet

Dicat † aliquis, cum ipse vicerit, quomodo dicit Abraham[a] ad regem Sodomorum, [nihil sumam abs te,] cum præda vtique in potestate victoris fuerit? Docet † militatem disciplinam, vt regi seruentur omnia[b]. Sane his qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam sibi mercedem ab homine non quęsiuit; à Deo accepit: sicut legimus scriptum; quia post hæc factum est verbum Domini ad Abraham in visu dicens: [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

Gen. 15.

PRÆTEREA. Hęc est 6. pars q. in qua probatur, quod principes tenentur ecclesiam defendere: aliàs excommunicentur. Ioan de Fant.

Prǣterea, sicut principibus, & potestatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur, ita sæcularium dignitatum administratoribus, defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserint: à communione sunt repellendi.

CASVS. Supra ostensum est quod principibus & potestatibus fidem & reuerētiam exhibere debemus. nunc ostendit Grat. quod vice versa principes ecclesiã defendere debent: alioquin à communione sunt repellendi. Et ad hoc inducit seq. cap.

Vnde Ioannes Octauus.

¶ Querimonias ecclesiarum, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

Ansl. 3. c. 107.

Administratores plane sæcularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarũ protectionem, rapaciumque refrænationem constituti esse proculdubio debent; quoties ab episcopis, & ecclesiasticis viris conuenti fuerint: eorum querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Quòd si Dei timorem præ oculis non habentes negligentes post secundam & tertiam admonitionem inuenti fuerint; omni se nouerint communione vsque ad condignam satisfactionem priuatos[c].

Administratores. CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. quod principes sæculi, qui constituti sunt ad malorum audaciam refrænandam, & ad tuitionem viduarum & pupillorum: quoties super hoc admoniti fuerint ab episcopis, diligenter audire debent: & q̃ corrigenda fuerint, corrigere si autem post secundam & tertiam admonitionem fuerint negligentes: vsque ad dignam satisfactionem debent à communione repelli. Illa c. quæ sequuntur vsque ad capit. si audieris. plana sunt per se.

Item Hieronymus super Ioelem, ad c. 2.

¶ Non solum homines, sed & contrariæ fortitudines sunt vltrices iræ Dei. C. XXVII.

Iuo p. 10. c. 111. Pann. l. 8. c. 48. † al.

Non solum homines, ministri[d] sunt, & vltores iræ Dei in his qui malum operantur (vnde † non sine causa gladium portant;) sed etiam cõtrariæ fortitudines[e], quæ appellantur furor, & ira Dei.

c ¶ Priuatos.] Videtur ergo, q̃ ipso iure sit excommunicatus princeps, qui non facit iustitiam clerico.

a ¶ Abraham.] Cum reuerteretur de cæde quatuor regum.

b ¶ Omnia.] Hæc littera videt sibi contradicere in eo q̃ dicit hic, quod regis sint omnia, & iam dixit q̃ omnia sint victoris. & etiam in Genes. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Ad hoc dicas q̃ Abrahã non suberat isti regi, nec de regno suo erat: & ideo præda

Non solum.] Hæc est septima pars quęstionis, in qua probat magister, quod mali sunt puniendi per iudices & per reges, & quandoque occulto iudicio diuersis modis: & tales vltores non peccant, dũ tamen amore iustitiæ hoc faciãt, & hoc ꝓbat 23. c. Io. de Fã.

d ¶ Ministri.] Simile 15. q. 1. nec eis 1.

e ¶ Fortitudines.] Id est dæmones, & ita est bonũ q̃ dæmones

1 B. §. q. r. audacter.

mones sunt, vt inf. ead. §. vlt. si bonum est, quod hæretici sunt, vt inf. prox. q. vlt. c. vlt.
a ¶ Qui malos.] ¶ Vasa interfectionis.] i. potestatem.
b ¶ Minister.] Et tales, qui mittuntur ad puniendum malos dicuntur abesse causa Republicę, vt ff. ex qui. cau. ma. qui mittuntur. §. quęsitum.

c Homicidas.] Hic habes quod homicidæ, & sacrilegi, & venefici, capite puniuntur. de homicidis patet, vt de pœn. dist. 1. si quis cum telo. De veneficis similiter patet, vt ff. ad legem Corneliam de sica. l. 3. De pœna sacrilegorũ habes 17. q. 4. per totum ff. ad legem Iul. pec. sacrilegij.

Sacrileg', homicidę & venefici capite puniuntur.

SI audierit.] CASVS. Cyprianus fuit interrogatus an mali post aduentum Domini in hunc mũdum morte sunt puniendi? Et certe respondet quòd sic: quia si ante aduentum Christi hoc fiat, vt probatur auctoritate Deuteronomij: & exemplo Mathathię, multo fortius post aduentum Christi h. c fieri debet. Auctoritas durat à principio vsque ibi, [Cuius præcepti.] Postea sunt verba Cypriani.
d ¶ Si audieris.] hęc verba sumpta sunt de Deutero. vsq; ad illum locum.] Cuius præcepti.
e ¶ Necabis.] Tu quicumq; sis: & sic quisque ille, qui non est iudex, potest punire maleficos, vt inf. e. q. vlt. legi.
f ¶ Omnes.] Si ergo aliqui hæretici sunt in vna ciuitate, tota ciuitas potest exuri: & sic ecclesia vel ciuitas punitur pro delicto personarum, vt 25. q. 2. ita nos. & C. de sacrosanct. ecc. iubemus nullam. arg. contra 26 q. 6. si episcopum. Quid iuris sit: de hoc, notatur in illo brocardo, an delictũ personæ, &c. I:e habes hic, quod hæretici occidi possũt, vt sup. ea. q. 4. quando. Ioan.
g ¶ Nunc.] Idest, vsque in futurum: sic 11. q. 3. nolite.

Ciuitas pro delicto psonarum puniri potest.

§ Aliter accipit lex hanc dictionem, ex tunc ff. de condi. & de. si is. nã si ita legatũ est a. liquid alicui si non fece-

h ¶ Cuius.] Hæc sunt verba Cypriani.
i ¶ Mathathias.] Vt legitur in libro Machabęorum.
k AD fidem.] CASVS. Petilia conquerebatur de principibus, à quibus ipse & alij hæretici puniebantur. dicebat enim hoc fieri non debere, propter duo. s. quia quia nullus est cogendus ad fidem: & quia boni mores non

rit hoc vsq; ad annos. & ex tunc deb ei legatum, si ante decesserat, non debet ei legatum. sed a. g. ff de pœ. d. j. prædixerat. Laur.
† absunt ab orig.

Idem super Esaiam, ad c. 13.

¶ Qui crudeles iugulat, non est talis, qualis patientibus videtur. C. XXVIII.

NOn est crudelis; qui crudeles iugulat: sed [crudelis † ideo vocatur] quòd crudeles patientibus esse videtur. Nam & latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.

Iuo p. 10. c. 112. Pann. l. 8. c. 49.

Idem super Ezechielem, lib. 2. ad c. 9. †

† Et ibi gl. ord. inf. ea q. 8 quicũque percutit. In Tribur. sub Arnulpho, c. 3. Burc. l. 6. c. 43. Iuo p. 10. c. 114. Pann l 8. c. 51.

¶ Minister est Dei, qui malos percutit in eo, quòd mali sunt. C. XXIX.

QVi malos percutit in eo, quòd mali sunt, & habet vasa interfectionis [a], vt occidat pessimos, minister [b] est Domini.

Idem super epistolam ad Galatas, lib. 2. ad c. 3.

¶ Non scelus admittit iudex, qui homines uincit. C. XXX.

IVdex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo.

Iuo p. 10. p. 115. Pann. l. 8. c. 52.

Idem super Hieremiam, lib. 4. ad c. 22.

¶ Non effundit sanguinem, qui homicidas, & sacrigos punit. C. XXXI.

HOmicidas [c], & sacrilegos, & venenarios punire, nõ est effusio sanguinis; sed legum ministerium.

Iuo p. 10. c. 115. Burc. l 6 c. 43. Pann. l. 8. c. 53.

Idem Cyprianus libro de exhortatione martyrij, c. 5.

¶ Principes sæculi pessimis parcere non debent. C. XXXII.

SI audieris [d] in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi inhabitare te illic; dicẽtes: Eamus, & seruiamus Dijs alijs, quos non nouisti; interficiens necabis [e] omnes [f], qui sunt in ciuitate, cæde gladij: & incendes ciuitatem igni: & erit sine habitaculo in æternum: non reædificabitur etiam nunc [g], vt auertatur Dominus ab indignatione iræ suæ. Et dabit misericordiam tibi, & miserebitur tui, & multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, & obseruaueris præcepta eius.] Cuius [h] præcepti, & vigoris memor Mathathias [i] interfecit eum, qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quòd si ante aduentum Christi circa Deum colendum, & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt; quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus est, sed & factis?

Deut. 13.

1. Mach 2.

Item Augustinus contra litteras Petiliani, li. 2. c. 83.

¶ Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur. C. XXXIII.

AD fidem [k] nullus est cogen-

Iuo p. 10. c 95.

non eliguntur nisi libero arbitrio. Et respondet Augu. dicens, quod ipsi non coguntur, vt bene faciant. sed vt eorum perfidia corrigatur, à malo abstineant, & vt cogitent quare ista patiantur: quia si patiuntur propter iustitiam, beati erunt; & qui eos persequuntur,

verba sunt Aug.

a ¶ Cogendus.] Sic 45.dist.de Iudæis.

b ¶ Integritate,] Id est, securitate.

c ¶ Præpostera.] Id est, inordinata.

d ¶ Nisi cura.] Id est, nisi delinquens primo instruatur ad bonū vel nisi corripiens præbeat prius exēplum bonæ vitæ vt 3.q.7.§ porro.

dus [a] inuitus: sed per seueritatem, immo & misericordiā Dei; tribulationem flagellis solet perfidia castigari. Nunquid, quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate [b] puniuntur? Sed tamen male viuendi vltrix disciplina præpostera [c] est; nisi cura, [d] α præcedens bene viuendi doctrinam prætendat. Si quæ igitur aduersus non leges constitutæ sunt; non eis benefacere cogimini [e], sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit [f], nisi amauerit: quod est in libera voluntate. *& infra.c.84.* ¶ Cum aliquid aduersus vos reges constituunt; admoneri vos credite vt cogitetis, quare ista patiamini. Si propter iniustitiā: reuera illi persecutores vestri sunt, vos autē beati, qui per secutionem passi propter iniustitiam possidebitis regnum cœlorum. Si autem propter iniquitatem schismatis vestri; quid illi, nisi correctores vestri sunt; vos autē, sicut cęteri diuersorum scelerum rei, qui pœnas legibus pēdunt, profecto infęlices & in hoc, & in sæculo futuro?

Matth.5.

α ¶ Cura] *Apud B. Augustinum, & Iuonem legitur.* nisi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur. *sed ob glossam in ver. cura, non est mutatum.*

e ¶ Cogimini.] Qui enim ex timore bene facit, reputat non facere, vt extra de reiur. qui timore. & q cogitur mutare locū non mutat locum, sed mutatur, vt 7. q. mutationes. nec præmium aliquod debemus cōsequi ex hoc quod facimus inuiti vt 13.q. 2. quàm præpostetū. Vnde si aliquis cogitur adire hęreditatem, quam ex causa fideicommissi rogatus est restituere, nullū consequitur commodum ex tali aditione, nec potest vti beneficio legis Falcidiæ. ff. ad Treb. § Mecianus.

Timor tollit meritū.

f ¶ Nisi elegerit.] Potest n aliquis male facere propter voluntatem coactam vt 15. q.1. merito. sed non potest bene facere i. propter voluntatem coactam. vt hic dicit.

i Scilicet meritorie: quia penes voluntatem meritū consistit. ar. hic & 15.q.1.nō est. & 20.q. 3 præsens. infra ea. q. 6 §. vlt. iuxta finem.

Idem in eodem lib.c.92.

¶ Iniuria sacramentorum Christi à regibus est vindicanda. C. XXXIIII.

Iuo ibidem. *Dan.6.*

SI propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in sanctum Danielem commissum iustissime vindicauit; quomodo vindicandum est à regibus quòd Christi sacramenta exsufflantur; si prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic vindicari meruerunt.

SI propterea.] CASVS. Dicit Augustin. hoc c. q hæretici à principibus sunt puniendi, eo q sacramenta Christi contaminant. quod probat exemplo Nabuchodonosor, qui scelus commissum in sanctum Danielem vindicauit.

Item in libro de vnitate ecclesiæ, c.17.

¶ Diligentissimi rectores sunt, qui malos, vt à malo fugiant, persequuntur. C. XXXV.

Iuo ibidem.

SI vos contra ecclesiam Christi altare erexisse, & à Christiana vnitate, quæ toto orbe diffunditur [g] sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi (quod est ecclesia toto orbe diffusa) & rebaptizando, & blasphemando, & quantū potestis oppugnando aduersari sancta, & canonica scriptura conuincit; vos impij, atque sacrilegi: illi autē, qui vos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus, vel locorum, vel honorum, vel pecuniæ [h] priuatione deterrendos, coercendosque decernūt, vt cogitantes, quare ista patiamini; sacrilegium vestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini; & rectores diligentissimi, & consultores pijssimi deputantur.

SI vos contra.] CASVS. Au. docet in hoc c. q hęretici impij sunt & sacrilegij cū sint à corpore ecclesię separati, & per scripturā canonicā male facere cōuincantur illi vero, qui pro suis sceleribus eos puniunt. & deterrēt, boni & iusti reputāt.

g ¶ Diffunditur.] Licet ecclesia sit vbique diffusa tamen eadem in solidum vbiq; est, vt infra proxi q. 1. loquitur.

Idem super epistolam Ioannis, tractatu 7.

h ¶ Vel pecuniæ.] Et ita puniri possunt hæretici ab ecclesia in rebus, in honore, vel exilio, vt su. q. 4. quando. & c. non inuenitur. & extr. ea. de Ligurib. in fin.

Hæretici vario modo possunt ab ecclesia puniri.

quuntur, mali sunt. Si vero propter hęresim, infęlices erunt & in hoc sæculo, & in futuro. [Sed per seueritatē

in fin. & inf. q. 7. cap. 1. Sed contra, ecclesia non debet in delictis recipere pœnam pecuniariam, vt extra de pę. licet? respon. quod ecclesia potest infligere pœnam pecuniariam quã so magis illa timetur [1]. Vel dic quod tunc potest infligere cum hoc inuenitur expressum extra de offi. deleg. de causis.

interfectores pontificũ, presbyterorũ, & aliorũ clericorũ, potius sunt puniendi per reges & principes, quàm per rectores ecclesiarũ. Sunt. n. principes constituti ad puniendum homicidas & raptores. Seq. c. patet.
g ¶ Pontificem.] Pœnam taliũ habes supra 17. q. 4. sub diaconum.

¶ Non amatur seruus, vel filius; cum non corripitur.

C. XXXVI.

NOn putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cœdis [a], aut tunc te amare filium tuum, quãdo ei nõ das disciplinam †: aut tunc te amare vicinum [b] tuũ, quando eum non corripis. Non est ita charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emẽdandum. Si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur. Iuo p. 10. c. 76. Pann. l. 8. c. 22.

Item in lib. 19. de ciuitate Dei, c. 6.

¶ Innocentius officium est, nulli nocere, & peccantem punire. C. XXXVII.

NOn est * innocentiæ [c], parcendo, sinere vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini [d] malum inferre, verum etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse, qui plectitur ϑ, corrigatur experimento [e], aut alij terreantur exemplo. Iuo p. 10. c. 77.

* ¶ Non est.] *Integer locus apud B. Augustinum sic habet.* Sicut enim non est beneficientiæ adiuuando efficere, vt bonum, quod maius est, amittatur; ita non est, &c.

ϑ ¶ Plectitur.] *Sic ex originali. Antea legebatur*, prius odio habetur. *nec multo aliter Iuo.*

Idem ad Lotharium †. † al. Letarium.

¶ Non est misericors, qui vitijs nutriendis parcit.

C. XXXVIII.

QVi vitijs nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem; tam non est misericors, quam qui non vult cultrum rapere [f] puero, ne audiat plorantẽ; & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum. Iuo p. 10. c. 79. Pann. l. 8. c. 25.

Item Haymo super epistolam ad Romanos, c. 13.

¶ *In vulgatis citabatur ex Augustino, sed in vetustis tribuitur Haymoni, apud quem habetur.*

¶ Enormia flagitia per sæculi iudices corripiantur.

C. XXXIX.

SVnt quædam enormia flagitia, quæ potius per mũdi iudices, quàm per antistites, & rectores ecclesiarum vindicantur: sicut cum quis interficit Pontificem [g] Apostolicum, episcopum, presbyterum, siue diaconum. Huiusmodi reos reges, & principes mundi damnant. Ergo non sine causa gladium portant, qui talia scelera diiudicant. Sunt enim maxime constituti propter latrones, homicidas, raptores: vt & illos damnẽt, vt & alios suo timore compescant. Iuo p. 10. c. 11. Pann. l. 8. c. 5.

Item Cyprianus in nono genere abusionis.

¶ *Libellus hic de duodecim gradibus abusionum, impressus est tomo nono operum B. Augustini sed est etiam in vno codice Vaticano operum Cypriani: & in concilio Parisiensi, lib. 2. capit. 1. hæc*

NOn putes.] CASVS. Hoc cap. tractat de tribus generibus hominum, scilicet de seruis, filijs, & vicinis, qui si sunt mali, corrigi debent, nec diliguntur nisi in eis vitia corrigantur, & emendentur; si vero boni sunt de ipsis est gaudendum. Sequens capit. patet per se.

a ¶ Eum non cœdis. Qui alios possint corrigere, habes supra q. 4. duo ista. & sup. e. cap. 1.

b ¶ Vicinum.] Argu. est hic pro H. qui dicit quod illud præceptũ, si peccauerit, ad omnes spectet. Sed tu intelligas istud de illis qui aliquam habent potestatem super alios. Vel intelligitur de canonica denunciatione, ad quam quilibet tenetur, vt dixi 22. q. 5. hoc videtur. Vel dic vt dixi sup. ead. duo ista. Ioan.

NOn est.] CASVS. Dicit, hoc quod ad innocentem & ad bonum virum nõ pertinet malitiæ parcere, vt in malũ grauius incidat: sed pertinet ad innocentem non solum nemini malum inferre, verumetiam alios à peccato cohibere, & peccatum punire, vt ipsi corrigantur, qui propter peccatũ non diliguntur, vt alij propter hoc terreantur. Sequens capitu. planum est, & per se patet.

c ¶ Innocentiæ.] Id est boni viri.

d ¶ Nemini.] Si. 23. q. vlti. de forma.

e ¶ Experimento.] Si. 2. quæstio. 7. qua propter.

f QVi vitijs.] ¶ Rapere.] Simile 22. quæstio. secunda ne quis. Ioann.

SVnt quedã.] CASVS Ostẽdit Haymo in hoc cap. quòd committentes enormia delicta vt

diaconum. 25. q. vlt. c. vlt.

[1] Ad hoc facit quod leg. & no. supra ea. q. 4. vindicta. & de hoc plene no. Host. in summa de off. ord. §. pertinet vbi videas.

Pręceptum si peccauerit, &c. an ad oẽs ptineat.

† Addẽ quod quis dicat aliquem amare, & quando nõ. nor. gl. in l. affectionis. ff. de don. & in l. tutore. ff. de ne. ge.

a R Ex.] ¶ Adulteria.] Contra infra. 33. quæst. 2. inter hec

Periurus qñ que punitur capite.

b ¶ Parricidas.] Pœnam patricidarum habes ff. ad legem Pompe. de patrici. l. penul.

c ¶ Et peierantes.] Quod hic dicitur, q periurus punit ... duo. §. vlt. Aliam pęnam habes 6. q. 1. quicumque, 2

S I homicidium est.] CASVS. Docet Aug. in hoc c. q licet sit peccatum hominem occidere, potest tamen hoc quandoque occidere sine peccato, quod probat quatuor exemplis, uidelicet militis, iudicis, & ministri & de eius manu cuius præter voluntatē ipsius telū effugerit. Isti etiam homicidæ appellari non solent.

a Et not. 15. q. 5. hæc imago in fi. & 2. q. 5. in fine.

idem nonum abusionis genus refertur ex Cypriano, quemadmodum & apud Iuonem, & in Pannormia.

¶ Furta, & crimina à rege sunt cohibenda.

C. XL.

Omittuntur aliquot verba. Iuo p 10 c. 96. Pann. l. 8. tit. 4. c. 19.

R Ex debet furta cohibere, adulteria [a] punire, impios de terra perdere, parricidas [b], & peierantes [c] viuere non sinere, filios suos non sinere impie agere.

Item Augustinus de libero arbitrio, lib. 1. c. 4.

¶ Non peccat, qui ex officio nocentem interficit. C. XLI.

† al. accidere Iuo p 10. c. 101. Pann. l. 8. c. 35.

S I homicidium est hominem occidere, potest tamen occidere† aliquando sine peccato. Nam & miles [d] hostē, & iudex, vel minister eius nocentem, & cui forte inuito [e], atque imprudenti [f] telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt. Euodius. assentior γ. Sed homicidæ isti appellari non solent. *Idem in quæstionibus Leuitici, q. 68. ad ca. 19.* ¶ Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit [g], non tu.

γ ¶ Quod assentior.] *Hæc sunt addita ex originali, & Iuone. Est .n. liber ille scriptus in dialogo.*

d ¶ Nam & miles.] Tres casus ponit hic. alij duo sunt cum facit defendendo se, vel alij subueniendo ut supra ead. cum homo.

e ¶ Inuito.] Fortuitꝰ enim casus nō imputatur ut extra de homicidio. dumtamen nō præcesserit culpa 50. dist. sæpe.

f ¶ Imprudenti.] Nō videtur, q imprudentia excuset eum, qui imperitia culpæ annumeratur ff. de reg. iu. imperitia. Sed dic imprudenti, id est, ignoranti.

Imperitia adnumeratur culpæ.

g ¶ Lex eū occidit.] sic 13. q. 2. quos Deꝰ. Ioan.

Item Pelagius Papa.

¶ Non qui ad bonum, sed qui ad malum cogit, persequitur. C. XLII.

Deusdedit p. 1. Poly. l. 7. tit. 5. Ans. l. 12. c. 47. Iuo p. 10. c. 95.

N On vos hominum vaniloquia [h] retardent dicētium quia persecutionem ecclesia faciat; dum vel ea, quæ committuntur, reprimit; vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores. Non persequitur, nisi qui ad malum [i] cogit. Qui vero malum vel factum iā punit, vel prohibet ne fiat; non persequitur iste, sed diligit. Nam si, vt illi putant, nemo nec reprimendus à malo, nec retrahendus à malo ad bonum est; humanas & diuinas leges necesse est euacuari, & quæ malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadēte constituunt. Malum autem schisma esse & per exteras [k] etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, & canonicæ scripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet. Quisquis ergo ab Apostolicis diuisus est sedibus; in schismate [l] eum esse non dubium est: & contra vniuersalem ecclesiam altare conatur erigere. ¶ Sed quid de talibus insertus Chalcedonensi «synodo canon statuat, gloria vestra cōsideret, vbi post alia sic dicit: [Qui à communione seipsū suspendit, & collectam facit, & altare constituit, & noluerit vocanti episcopo consentire, & noluerit eidem acquie-

21 q. 3. si quis presbyter.

N On uos.] CASVS. Pelagius precepit cuidā principi, ut hereticos persequeretur: quod cū facere uellet hæretici ei obijciebant, q nulli est psecutio faciēda. vide sup hoc consuluit ipsum Pelagium. qui respondet dicens nō appellari persecutionē, nisi cum quis cogitur ad malū. sed si quis malū punit, vel phibet ne fiat, nō debet psecutor appellari: quia diligit, & bene facit. Et hoc probat duabus auctoritatibus, scilicet Chalcedon concilij & Aug. uno exemplo. Auctoritas Chalcedon. concilij. Icipit ibi. [Qui à communione.] Auctoritas Aug. incipit ibi, [Multa etiā cum ieuitis.] Exemplum incipit ibi.] Recolere enim.

h ¶ Vaniloquia.] Vanæ uoces populi non sunt audiendæ. extra de elect. Oſius. C. de pęn. l. decuriones.

pęna capitis, intelligas de teste, qui fert falsum testimonium in causa criminali: talis enim mortem meretur. ff. de fic. l. 1. §. 1. aliàs enim si in contractibus quis periurus est 1, notatur infamia C. de transac. si quis maior. aliàs solum Deum hēt vltorem, vt C. de re. cre. l. 2. Vel si periurus est, per principem fustib. castigat. ff. de iure iu.

γ Id hoc casu pro moto iudicis puniē 4. q. 3. § falsa

i ¶ Ad malum.] Quandoque persecutio largius sumitur, vt ead. q. 4. si ecclesia.

k ¶ Exteras.] Sic inf. e. de Ligurib. & dixi su. e. prīcipes.

l ¶ In schismate.] Ergo schisma est non hēre caput Romanam

Schisma est non hic caput Romanã ecclesiam. Excõicãdus maxime hæreticus quoties admoneri debet.

manã ecclesiã, ut 24. q. 1. hæc est. &c. quoniã vetus ius. a ¶ Seccũdo.] Hic dicitur, q̃ bis debet admoneri excõmunicandus, maxime hæreticus. alibi dicitur q̃ semel, ut inf. proxi. causa, q. 1. quę domus, alibi quòd sæpissime 1. q. 7. conuenientibus. quandoque dicitur de trina admonitione, vt sup. si administratores. inf. proxi. causa. quæst. 3. de excommunicatis, quid iuris sit, dixi super illo ca. quæ domus.
b ¶ Orationem.] Id est, supplicationem, quia sine spe ueniæ deponitur, ut statim subiungit. 21. distin. in tantum. Vel ideo dicit. quia schismatico, siue intruso nulla datur audientia, ut 23. distinct. in nomine.
c ¶ Recipere.] 1. q. 6. 3. si quis episcopus in concilio.
ADDITIO. Ad idẽ inf. cap prox. 17. dist. ne liceat.
d ¶ Inuitis.] sup. 45. dis. & qui emendat.
e ¶ Nõ persequat.] ecclesia, nec etiam vos per consequens qui auctoritate ecclesiæ eos coercetis.
f ¶ Principem.] Ergo ecclesiastica persona licite põt petere, ut mali detineantur, & ducatur ad iudiciũ, ut sup. e. vnum solũ. & inf. ea relegentes.
g ¶ Ordinabatur.] inf. 24. q. 1. pudenda.

DE Liguribus.] CASVS. Celebrato concilio apud Cõstãtinopolim, epi Venetiarũ, Histriæ, & Liguriæ noluerũt accipere statuta illius concilij, & cũ in cõtumacia perstitissẽt, fuerunt ab ecclesia excõicati & damnati: & cũ adhuc existerent contumaces, mandauit Pelagius Narsæ patritio, ut deberet illos episcopos coercere, quod cũ facere dubitaret, rescribit ei Pelagius hortans eũ, vt cõprimere & coercere eos non dubitet: q̃a si dubitabant de statutis Cõstant. cõcilij, nũcios debuerũt dirigere ad sedẽ Apostolicã, qui de hoc possent accipere & reddere rõnẽ. Non debet igitur dubitare tales opprimere: q̃a si aliqua persona ecclesia-

scere, neque obedire primo & secundo[a] uocanti; hunc omnino damnari, nec vnquam uel orationem[b] mereri, nec recipere[c] eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones ecclesiæ; per exteram potestatem tanquam seditiosum comprimi,] ¶ Et beatus Augustinus de talibus dicit: [Multa enim cum inuitis[d] benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius vtilitati consulendum est, quam voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis aspere, nunquam amor amittitur: fit tamen, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus uidetur dolore sanandus.] Ecce videtis, quemadmodum tanti testimonio patris non persequatur[e] coercendo talia; sed diligat emẽdando tales semper ecclesia. Facite ergo etiã vos, quod scientes intentionem Christianitatis vestræ frequenter hortamur; & date operam, vt talia fieri vltra non liceat: sed etiam (quod vobis facillimum esse non dubito) hi, qui talia præsumpserunt ad pijssimum principem sub digna custodia dirigantur. ¶ Recolere enim debet celsitudo vestra, quid per vos Deus fecerit tempore illo, quo Histriã, & Venetias tyranno Totila possidente, Francis etiam cuncta vastantibus, non ante tamen Mediolanensem episcopum fieri permisistis; nisi ad clementissimum principem[f] exinde retulissetis, & quid fieri debuisset, eius iterum scriptis recognouissetis: & inter vbique feruentes hostes, Rauennam tamen, & is, qui ordinabatur[g], & is, qui ordinatus erat, prouidentia culminis vestri deducti sunt.

Cap. l. 5. c. 24.

sup. d. 45. emendare.

a ¶ Insertus Chalcedonensi.] *Actione quarta concilij Chalcedonensis in epistola Archimandritarum ad ipsum concilium pro rehabilitatione Dioscori citatur canõ quintus concilij Antiocheni: & eodem fere modo habetur in epistola atque hic refertur. Cum neutra tamen antiqua versione ipsius concilij magnopere concordat.*

b ¶ Vel orationem.] *In vtroque concilio, idest, Antiocheno, prisca versionis, & Chalcedonensi legitur,* curationem, *Græce enim est,* καὶ μηκέτι θεραπείας τυγχάνειν.

Item Narsæ patritio, & Duci in Italia.

¶ Schismaticos, & hæreticos sæculi potestates coerceant. C. XLIII.

DE Liguribus, atque Veneticis, & Histrijs episcopis quid dicam? quos idonea est excellentia vestra & ratione & potestate reprimere, & dimittitis eos in contemptum Apostolicarum sedium de sua rusticitate[h] gloriari: cum, si quid eos de iudicio vniuersalis synodi, quod Constantinopoli per primam nuper elapsam indictionem actum est, forte mouebat, ad sedem Apostolicam

Ans. l. 6. c. 196. Poly. l. 7. tit. 5. De hoc schismate B. Greg. li. 4. epi. 50. & lib. 7. ind. 2. epist. 10. & alibi.

stica minori suo restiterit, excõicari debet, & dãnari: & si hoc contempserit, per publicas dẽt opprimi potestates: q̃d dicit esse faciẽdum multis cõstringẽ̃ibus & exẽplis. h ¶ Rusticitate.] Idest, superbia: alibi ponitur pro simplicitate: vt 2. q. 6. ianua. Et sic est argum. quòd quandoque non sit parcendum rusticitati.

Rusticitas dupliciter sumitur.
1 De qua si nihil impudentius, &c. vt 46. d. ista in prin.

(quomodo semper factum est) electis [a] aliquibus de suis, qui dare & accipere rationem possent, dirigere debuerunt; & non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiusmodi homines principali, vel iudiciali auctoritate comprimere: quia regulæ patrum hoc specialiter constituerũt, vt si qua ecclesiastici officij persona, cui subiectus est, restiterit, vel seorsum collegerit, aut aliud altare erexerit, seu schisma fecerit; iste excommunicetur, atque damnetur. Quòd si forte & hoc contempserit, & permanserit, diuisiones, & schisma faciendo: per potestates [b] publicas opprimatur. Ecce domine †, quod animus vester forte timidus est, ne persequi videaris; de patrum vobis auctoritate hęc breuiter dirigenda curaui, cum mille alia exempla, & constitutiones sint, quibus euidenter agnoscitur, vt facientes scissuras in sancta ecclesia, non solum exilijs, sed etiam proscriptione rerum, & dura custodia per publicas potestates debeant coerceri.

su. primo capite canõ Apost. 32. Antioch. 5.

† al. de quo animus.

Item Pelagius.

¶ Ab ecclesia vnitate diuisi, à sæcularibus potestatibus coerceatur. C. XLIIII.

Ansl. 12. c. 46. Poly. ibidem.

O Vali nos de gloriæ vestræ studijs iudicio gratulemur; non solum vestram, sed multorum ac pene [c] omnium credimus habere notitiam: & idcirco nunc de his, quiæ vobis pręsentibus ibi fieri stupemus, fiducialiter apud gloriam vestram duximus conquerendum. Thracius† si quidem, itque Maximilianus nomina [d] tantum episcoporum habentes, & ecclesiasticam ibi vnitatem perturbare dicuntur, & omnes ecclesiasticas res suis vsibus applicare: in tantum vt contra vnum eorum, id est, Maximilianum vsque ad nos per tam longum iter, necessitate compellente quidam infatigabiliter venientes, preces offerrent. Ob quam causam Petrum presbyterum sedis nostrę, sed & Proiectum notarium ad eadem loca duximus destinandos; vt ea, quę canonicis statutis à prędictis pseudoepiscopis compererint commissa, vel digna debeant ibi vltione compescere, vel eosdem ad nos vsque perducere. Et ideo salutantes paterno affectu gloriam vestram, petimus, vt p̃fatis, qui à nostra sede directi sunt, in omnibus prębeatis auxilium: nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim & diuinę & humanę† leges statuerunt; vt ab ecclesię vnitate diuisi, & eius pacẽ iniquissime perturbantes, à sęcularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quidquam maius est vnde Deo sacrificium possitis offerre; quàm si id ordinetis, vt hi, qui in suã & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.

† al. Tertius

† al. mũdanæ

Idem Pelagius Papa Ioanni patritio.

¶ Iniquitas prauorum, quamuis bonis proficiat, tamen punienda est. C. XIV.

Ansl. 12. ca. 47. Poly. ibidem.

R Elegẽtes litteras excellẽtiæ vestræ, de iniuria quidẽ,

a ¶ Electis.] Seu qualiter potuit hæc causa per procuratorem agi, cum isti de crimine cõuenirentur? Sed dic, quòd licet fuerit de crimine actum, non tamen criminaliter. vnde potuit procurator interuenire, vt ext. de accusa. veniens. & cap. super his. & 3. q. 6. hæc quippe.

b ¶ Per Potestates.] supra ea. cap. principes.

Q Vali nos.] CASVS. Thracius & Maximilianus hęretici erant, & episcopi, qui vnitatem ecclesię conturbãtes res ecclesiæ suis vsibus applicabant, de quorum altero, scilicet Maximiliano quidam infatigabiliter Romam venientes querelam deposuerunt: quare Pelagius misit ad loca illa duos iudices delegatos, scilicet Petrũ & Proiectum, vt ea quæ inuenerint contra canones à prædictis episcopis commissa vel digna vltione compescant, vel eosdem episcopos Romam perducant: quod quia forte per se facere nõ possent, mandat Pelagius cuidam principi rogans eum vt præfatis nuncijs auxilium præbeat in omnibus.

c ¶ Pene.] Not. q͏ dicit pene: & tamen lõge plures erant, qui nescirent, quã qui scirent, dum tamen ad modicam quantitatem deberet deferri, vt 3. q. 7. qui fine. ff. de verb. sig. hęc adiectio.

d ¶ Nomina.] Sic 15. q. vlt. si quis presbyter. Ioan.

R Elegentes.] CASVS. Apud Aquilegiam erant multi hęretici, inter quos erat inuasor ecclesię Aquilegiensis, qui quendam bonum virum potentem tanquam pollutum à suo consortio repulerunt: quod per diuinam prouidẽtiam fuit factum, inter

quos hæreticos, Eufraſius quendam ſuum conſanguineum ſacerdotem interficit, vt liberè cũ eius vxore poſſet adulterari: cuius præfati viri potentis iniuriam cũ Pelagius percepiſſet, præcepit eidem. vt hanc præſumptionem hæreticorum non relinquat impunitam: quia ſi hoc aliter non vindicet in minoribus talia exercere non verebunt, & mandat ei ſimiliter, vt præfatum Eufraſium puniat: quod plenè fieri poterit, ſi auctores ſcelerum, & maximè Aquilegienſis eccleſiæ inuaſor. ad principem dirigantur. Sequens c. planum eſt, & per ſe patet.

non. ff nau. cau. ſta. l. 2.

c ¶ Si adulterium.] Hic videtur, quod ſecundum canones & adulterium & inceſtus morte puniantur, ſecundum legem hodie adulterium non punitur morte, vt C. de adult. auth. ſed hodie. Ioan.

quam vobis iniquorum hominum præſumptio ingeſſit, valde doluimus. Sed quia ſcimus occulto Dei iudicio animam veſtram, etſi per aliorum iniquitatem, & ſuperbiam à contaminatione ſchiſmatis cuſtoditã; egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum actibus bona [a] operari conſueuit. Nec enim ſine illius prouidentia factum eſſe credendum eſt; vt inſenſati, & peruerſi homines ad hoc vſque proſilirent, vt ſuam diuiſionem, catholicam eſſe credentes eccleſiam, à ſua vos pollutione prohiberent. Sic enim per miſericordiam Dei etiam neſcientibus illis hoc factum eſt; vt ſchiſmaticorum factione † eruti, catholicæ, quam diligitis, ſeruari vos contigiſſet eccleſiæ. Quamuis igitur veſtra per illorum ſcelus vtilitas facta ſit, nolite tamen impunitam præſumptionem iniquorum hominum graſſari permittere. Si enim hoc, quod in veſtram gloriam præſumpſerunt, non fuerit vindicta compreſſum; quod in minoribus [a] non valeant puniri, ambigi vltra non debet. Exercete igitur in talibus debitam auctoritatem: & ne eis amplius talia committendi ſpiritus † creſcat; veſtris coercitionibus reprimantur. Ad hoc ſiquidem Dei nutu etiam contra vos talia præſumpſerunt; vt talia vobis corrigentibus ab eodem † ſcelere alios poſſitis, Deo propitiante, munire. Quales autẽ ſint, qui eccleſiam fugiunt; Eufraſij vos ſcelera (quæ amplius occulta Deus eſſe noluit) euidenter informant: qui in homicidio quidem nec hominis neceſſitudinem, nec fratris charitatem, nec ſacerdotij reuerentiam cogitauit. Inceſtuoſo autem adulterio † etiam ipſius vindictæ abſtulit [b] modum: quia. adulterium [c] punias; non remanet, in quo vindicetur, inceſtus. Si inceſtuoſo ingeras pœnam; inultum crimen adulterij remanebit. Ecce de quo collegio ſunt; qui quantum ad ſuperbiam ſuam iniuriam nobis inferre moliti ſunt; & quantum ad prouidentiam Dei impollutos vos eccleſiæ ſeruauerũt. Auferte tales ab iſta prouincia, vt imini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occaſione. Quod tunc plenius fieri poterit, ſi auctores ſcelerum ad clementiſſimum principem dirigantur: & maximè eccleſię Aquileiẽſis inuaſor, qui & in ſchiſmate, & in eo [β] maledictus, nec honorem epiſcopi poterit retinere, nec meritum.

† al. communione

† al. ſpes.

† al. eruere

† al. in adulterio.

Omnium

Bonum prouenit ex malo.

a ¶ Bona.] No. quod ex malo prouenit bonum vt decimatertia d. ſtinctio. nerui. in fi. ſicut de facto Iudæorũ, qui crucifixerunt Deum. Item eſt hic argumentum, quod malum punitur, quamuis exinde prouenerit bonum, vt ſi quis puerum caſtrauerit licet eum meliorem fecerit, tamen punitur. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruorum. §. & ſi puerum. ſimiliter licet quis rem fecerit prohibitam, licet bene fecerit, tamen punitur. ff. de re milita. l. 3. §. in bello argumen. contra ff. de leg. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi olinam.

b ¶ Abſtulit.] Hoc ideo dicit, quia pœna mortis punitur ſiue pro vno, ſiue pro altero alias autem idem delictum poteſt varijs pœnis puniri, vt decimaſeptima, quæſtione quarta, attendendum. & 16. quæſtio. 1. ſtatuimus. r. Hic conſueuit diſtingui, cum quis accuſatur de diuerſis criminibus, aut illa crimina deſcendunt ex eodem facto, aut ex diuerſis. Et hæc diſtinctio nota. C. de accuſat. qui ſic crimine. ſi autem diuerſis actionibus velit quis agere. diſtinguitur, aut illæ actiones ſunt ambæ pœnales, aut ambæ rei perſecutoriæ. aut vna pœnalis, & altera rei pſecutoria, vt

¶ Ad idem 32. q. 5. c. 3. in fin. & vide quod no. Inn. de hoc materia extra de col. cap. vlt. & de purg. can. cum dilectus.

Accuſetur ne quis de diuerſis criminibus.

α ¶ Quod in minoribus.] *In aliquot vetuſtis, & apud Anſelmum, legitur*, quid in minoribus valeant; ambigi, & cætera.

β ¶ In eo] *Anſelmus habet*. & à ſchiſmatico maledictus.

Item Nicolaus exercitui Francorum.

¶ Ivo parte 10. capit. 87. verſic. omnium veſtrum. hoc idem citat ex epiſtola Leonis quarti ad exercitum Francorum, vbi etiam affert id, quod infra ca. que ſt. 8. c. omni timore. ex eodem Leone refertur.

a Omnium.] ¶ Certamine.] Infra ead. quæst. §. omnium.

Excommunicatorum.] CASVS. Godefredus Lucanus episcopus quæsiuit ab Vrbano quantam pœnitentiam debet imponere eis, qui quosdam excõicatos inter-

fecerunt: qui respondet dicens. non putamus eos esse homicidas, qui zelo iustitiæ eos occiderunt: verum-

tamen quia potuerunt aliquid duplicitatis pro humana fragilit. e: committere, secũdum eorum intentionem bonam vel malam iniungas eis pniãm competentem.

b ¶ Intentionem.] Scilicet occidentium. Vel sm intentionem imponentis pœnam, vt 26. q. 7. tempora.

¶ In certamine, quod contra infideles geritur, quisquis moritur cœleste regnum meretur. C. LVI.

Iuo p. 10. c. 87. Pann. l. 8. c. 30.

OMnium vestrum nosse volumus charitatem, quoniã quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit; regna illi cęlestia minimè negabuntur.

Item Vrbanus secundus Godfredo Lucano episcopo.

¶ Non sunt homicidæ, qui aduersus excommunicatos zelo matris ecclesiæ armantur. C. XLVII.

Iuo p. 10. c. 54. Pann. l. 8. c. 11.

EXcommunicatorum interfectoribus (prout in ordine ecclesię Romanæ didicistis, secundum intentionem a b modum congruæ satisfactionis iniunge. Non enim eos homicidas arbitramur, quos aduersus excommunicatos zelo catholicæ matris ardentes, aliquos eorum trucidasse cõtigerit. Ne tamen eiusdem ecclesiæ matris disciplina c deseratur; eo tenore, quem diximus, pœnitentiam eis indicito congruentem; qua diuinæ simplicitatis oculos aduersus se complacere valeant; si forte, quid duplicitatis d pro humana fragilitate in eodem flagitio e incurrerint †.

(margin: ‡al. contraxerint.)

α ¶ Intentionem.] *Iuo, & Panormia habent*, intentionem ipsorum: *sed ob glossam non est additum.*

Item Augustinus epist. 50. ad Bonifacium de coercendis hæreticis.

¶ Pax ecclesiæ mœstitiam consolatur perditorum. C. XLVIII.

Iuo p. 10. c. 59.

QVis. n. nostrum f β velit aliquem illorum non solum perire, verũ etiam aliquid perdere? Sed si aliter nõ meruit pacem habere domus Dauid; nisi Absalon filius eius in bello, quod gerebat cõtra patrem fuisset extinctus;

2. Reg. 18.

quamuis magna cura mandauerat suis, vt eum, quantum possent, viuum, saluũq; seruarent; vt esset cui pœnitẽtia paternus affectus ignosceret; quid ei restitit, nisi perditũ flere, & sui regni pace acquisita suam mœstitiam consolari?

β ¶ Nostrum] *Emendatum est ex B. Augustino, à quo parum discordat Iuo. Antea apud Gratianum legebatur*. Quis enim vestrum uelit aliquem inimicorum suorum non solum, &c.

Si ergo viri sancti; & publicæ potestates bella gerentes non fuerunt transgressores illius mandati, [Non occides:] quamuis quousque flagitiosos diuina morte perimerent, si miles suæ potestati obediens non est reus homicidij: si eius Imperio quemlibet flagitiosũ interfecerit: si homicidas, & venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium, si pax ecclesiæ mæstitiam consolatur perditorum: si illi, qui zelo catholicæ matris accensi excommunicatos interficiunt, homicidæ non iudicantur: patet quòd malos non solum flagellari: sed etiam interfici li-

c ¶ Disciplina.] No. ad cautelã, & ex abũdãti debet aliqd fieri, ne disciplina matris ecclesiæ deferatur, vt 50. dist. presbyteros. & 34. q. 2. in lectum. & 15. q. 1. si quis insaniens. quæ enim dubitationis causa ex abundanti apponuntur, ius commune non lædunt. vt ff. de re iu. quæ dubitationis & l. non solet. Item est hic ar. quòd in dubijs in deteriorem partem interpretamur 1. contra regulam illam ext. de re. iuris estote.

d ¶ Duplicitatis.] Id est, mortalis peccati.

e ¶ Flagitio.] Id est, quod alias esset flagitium.

QVis enim.] CASVS. Bonifacius dubitabat pugnare cõtra hæreticos propter homicidiũ, quod inde sequebatur. sed Augustin. docet, quod debet velle inimicũ suum perire, nec aliquid perdere. verumtamen si pax haberi non potest aliter, cõtra eos pugnandum est. Et hoc probat exẽplo Dauid, qui aliter pacem habere non potuit nisi Absalone filio suo prius interfecto.

f ¶ Quis enim nostrum.] Ex hoc ca. dicit quidam, quòd qui percutit clericum excommunicatum, nõ incidit in canonem, & quod non est priuandus aliquis ingressu ecclesiæ per eum, qui est extra ecclesiam: quod non admitto, & loquitur hic de tali excommunicato, qui penitus incorrigibilis est. vndecima quæstio. prima. petimus.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis cap. quòd mali non solum sunt flagellandi sed etiam interfici possunt. Postea quærit si hi, qui non habent potestatem legitimam occidendi, aliquos interfecerint: an sint rei effusi sanguinis iudicandi.

Disciplina ecclesiæ nõ est deserenda.

1 Vt in hoc casu. Alium casum hẽs 30. q. 5. c. 1. sed hoc nõ fit, vt quod certius & magis sine periculo aię est, teneat. Vñ tene certũ, & dimitte incertũ. & pœ. dist. 7. c. 2. ad hoc ext. de spõ. sunctis. alias ordinarium est quod dubia in meliorẽ partẽ interpretemur. extra de reg. iur. c. de hoc not. extra de scru. cap. vnico. & 78. di. presbyteri. Arc.

dicandi. Cui quæstioni respondet per sequens capitulum.

REmittuntur.] CASVS. Ostendit Ambr. in hoc ca. quòd sicut peccata remittuntur per verbum Dei, cuius verbi diaconus interpres est & executor: sic peccata quandoque puniuntur per iudices, qui potestatem habent puniendi: quandoque per populos: sicut populus Iudæorum sæpè punitus est ab alienigenis ex præcepto Dei.

a ¶ Per Dei verbũ.] .i. per orationem vel per prædicationẽ ecclesiæ scilicet per prædicationem Euangelij sic 15. q. 1. nec is. & supra ea. non solum.

HINC NOTANDVM. CASVS. Iste. § diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Grat. quod Deus aliquando punit peccata hominũ per nesciẽtes: & hoc probat quatuor exẽplis Regum & principum, scilicet exemplo Sennacharib, & Nabuchodonosor, Antiochi, & Principum Romanorum: qui licet Deo seruirent in puniendo malos; tamen quia suæ fortitudini & superbiæ imputabant, ignorantes se esse ministros Dei; ideo & ipsi puniti sunt, & destructi sicut patet per exempla, quæ apertè ponũtur in littera. In secunda parte ostendit quod Deus aliquando punit peccata hominum per scientes, & hoc probat exemplo Iudæorum, per quos puniuit Deus Amorrhæos, & Chananæos, & alias gentes, quas expulerunt de terra promissionis, quam Deus promiserat se daturum Abrahæ & semini eius sed nõ antequam peccata Amorrhæorum consummata fuissent; quæ tunc consummata fuerunt cum populus Israel de Ægypto est liberatus. Qui ergo diuino iussu & bona intentione sicut populus Israel punit delinquentes, non peccat: qui vero praua intentione hoc faciunt, licet occultè instinctu Dei incitentur ad persequendum malos, sicut Sennacharib, & cæteri qui populum delinquentem sunt persecuti: non sunt immunes à delicto, qui quãque incitantur ad puniendum peccata eorum, qui sunt futuri boni, vt tandem per ipsos bonos correctos, ipsi postea puniantur: quod probatur exemplo Iabin Reges Chananæorum, & exemplo Madianitarum. Secunda pars incipit ibi, [Per scientes peccata.] [Assur.] .i. Sennacharib, [nondum enim consummata sunt peccata Amorrhæorum,] .i. nondum peruenerunt ad cumulum peccatorum suorum: quia nondum fecerant omnia peccata: quæ facturi erant ad hoc vt digni essent expulsione:

cet. Sed quæritur, si contingat aliquos malos puniri ab his qui non habent legitimam potestatem, an sint rei effusi sanguinis hi, per quos puniuntur.

De his ita scribit Ambrosius li. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Aliquando puniuntur peccata per populos iussu diuino excitatos. C. XLIX.

REmittuntur peccata per Dei verbum [a], cuius leuites interpres, & quidam executor est. Remittuntur etiã per officium sacerdotis, sacrumque ministerium: Puniuntur quoque per homines: sicut per iudices, qui potestate ad tempus vtuntur. *& infra.* ¶ Puniuntur peccata etiam per populos: sicut legimus, quia sæpè † ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter diuinæ maiestatis offensam subactus † est populus Iudæorum. † *sæpè a lienigenis.*] orig. † *subactus.*] orig.

Hinc notandũ est, quòd aliquando punit Deus peccata per nescientes, aliquãdo per scientes. Per nescientes peccata punit: sicut per Sennacharib [b], *& per Nabuchodonosor* [c], *& per Antiochum, & per principes* [d] *Romanorum, & per non nullos reges gentilium populũ Israeliticum delinquentẽ aliquãdo afflixit, aliquãdo captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per prophetam: [Virga furoris mei Assur: ipse autẽ nõ cognouit.] Assur* [e] *erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Ipse vero non cognouit: quia in superbiã elatus victoriam, quã assecutus fuerat, non diuinæ potẽtiæ, sed suis viribus attribuit. Vnde contra eius superbiam Dominus loquitur dicens: [Nũquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea? aut nunquid exaltabitur securis contra eũ, qui cædit in ea?] Quibus similitudinibus satis perspicuè ostẽditur; quod sicut serra & securis nec secare, nec cædere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideo cõtra regẽtes se superbire nõ debẽt; sic illi, per quos Deus punit, absque nutu diuinæ dispositionis nihil agere valent; ac ideo contra regẽtem se superbire eis nõ licet. Tales in eo quòd puniunt, Deo seruire dicuntur: in eo autem quòd ignorantes se esse ministros iræ Dei impia vanitate superbiunt, mercedẽ suæ seruitutis à Deo non nisi temporalem* [f] *inueniunt: pœnam vero*

4. Reg. 25. 2. Machab. 5. Esa. 10. Esa. ibid.

b ¶ Per Sennacharib.] Regem Assiriorum, qui maximam partem filiorum Israel captiuauit, qui cum venisset obsidendum Hierusalem, ab angelo exterminatore nocte est fugatus, occisis ab eodem Angelo clxxxv. millibus de exercitu suo. Sẽnacharib fuit Rex Assyriorum.

c ¶ Et per Nabuchodonosor.] Qui cœpit Hierusalem & tribum Iuda, & tribum Beniamin in Babylonicam captiuitatem duxit.

d ¶ Et per principes.] .s. per Vespasianũ, & Titum, qui xlij. anno post passionem Dñi Hierusalem destruxerũt.

e ¶ Assur.] Sennacharib.

f ¶ Non nisi temporalem.] Arg. quod sufficit aliquẽ bonũ

facere

Ezech. 29. paulo aliter, q̃ in Vulg. aut apud lxx.
Dan. 4.
1. Machab. 1.
Ps. 78.
Ps. 73.
Iosue 5. & 6.
Deut. 7.
Gen. 15.
Iud. 4.
Iud. 8.

suæ superbiæ non effugiunt. Unde cũ Dominus diceret ad prophetã de Nabuchodonosor: [Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrũ? statim subiũxit, (Da) [a] hoc est datam sibi pronuncia Aegyptũ, & Aethiopiã.] Cum autem in corde suo superbiens postea diceret: (Nonne hæc est Babylon, quã ego cõdidi in robore regni mei? &c.) statim immutauit Deus rationabilem mentẽ eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens cum bestijs viueret. Per Antiochum [b] quoq; cum idololatriã iudaicæ plebis Dominus puniret, & pacem, quã ex lege Dei abiecta, & ex sacris nationum assumptis quærebant, illis in perniciem verteret: quia Dei dispositionẽ ignorans, suę facultati deuastationẽ illius plebis attribuit: imprecatur in eũ propheta dicens: (Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ non inuocauerunt nomẽ tuũ: ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum?) Similiter, cũ per Romanos peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset; vrbis excidium, & iudaicæ plebis miseram captiuitatẽ suis viribus adscribere cœperunt: vnde contra eos propheta imprecatur dicens: (Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt.) & qui multa maligne operati, monumẽta suæ victoriæ posuerunt [c] in medio atrio tuo.) Per scientes peccata puniuntur: sicut Deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorũ, & Chananæorum, & aliarum gentium: quarũ terram Israelitis possidẽdã dedit: quibus ẽt præcepit, vt nemini eorum parcerent; sed oẽs morti traderent. Quod pp peccata eorũ illis contigisse ex verbis Domini apparet: qui cum diceret ad Abraham: (Semini tuo dabo terrã hanc.) veluti quæreret; quare non modo eã das mihi? audiuit: (Nondũ .n. sunt peccata Amorrhæorũ consumata.) Quæ tunc intelliguntur fuisse consumata, cum populus ille de Aegyptiaca seruitute liberatus terrã eorũ, sicut Abrahæ promissum fuerat, in hæreditatẽ accepit. ¶ Cũ ergo sic diuino iussu ad puniendũ peccata populi excitantur, sicut populus ille iudaicus est excitatus ad occupandam terrã promissionis, & ad delendas gentes peccatrices: sine culpa noxius sanguis effunditur, & quæ ab eis male possidẽtur, in ius, & dominiũ rite transeunt bonorũ [d]. Cum vero occulto instinctu aliqui mouentur ad persequendos malos, sicut Sẽnacharib, & cæteri, qui populum delinquentẽ persecuti sũt; licet occulto instinctu operante illorũ meritis incitentur ad persequendũ; tamẽ, quia praua intentione nõ peccata delinquentiũ punire, sed illorũ bona rapere, vel suæ ditioni subijcere quærunt, non sunt immunes à crimine. De quibus ẽt notandũ est, quòd aliquando excitãtur ad puniẽdũ peccata bonorũ; vt tandẽ p bonos correctos ipsi quoque puniantur: sicut in libro Iudicum legitur de Iabin rege Chananæorũ, & de Madianitis: quòd propter idololatriam populi suscitauit eos Deus, vt Israel affligerent, & terrã eorũ occuparent. Cũ aũt populus Dei sub manibus eorum diutius afflictus peccatum suum recognosceret, & per pęnitentiam sibi Deũ placaret; Dei præcepto, & Barach comitatus Delboram prophetissam vxorẽ Lapidoth, Iabin regẽ Chananæorũ, & Zizarã ducẽ exercitus sui contriuit: & Gedeon Zebee, & Salmana reges Maditanitarum, & Oreb, & Zeb, duces eorum morti tradidit. Apparet ergo, quòd aliquando per legitimã potestatẽ gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro peccatis suis non solum flagellantur, sed etiam rite perduntur. Nec est

facere ad hoc vt remunerandus sit, etsi illud mala intentione faciat. Nam & qui prædandi animo gerit negotia alicuius, habet actionem negotiorum gestorũ, vt ff de ne. gest. si pupilli. §. sed & si quis negotia. Item est hic ar. q̃ qui ignorãs adimpleuit volũtatem alicuius, dicitur obtemperasse suæ voluntati argu. contra. ff. de cond. & demon. l. 2. vbi dicitur: non enim videtur obtemperasse qui tali casu obtẽperat. Sed illud obtinet cum conditio apponitur, quę ẽ i potestate alicuius: secus si non est in potestate, vt ibi dicitur. Item est hic argu. q̃ ex eodem facto consequitur quis præmium, & pœnam, vt 22. q. 2. h qualibet.

a ¶ Da.] Id est, datã pronuncia. similis expositio ff. de testa. hæredes palam §. si quid.

b ¶ Per Antiochum.] Qui tempore Machabæorum Hierusalem cępit, & templũ polluit 1.


c ¶ Posuerunt.] Quia vexilla & scuta & arma posuerunt in templo in signum victoriæ.

d ¶ Bonorum.] Id est, in signum eorum, qui sunt futuri boni.

Obtẽperans casu fatali. non videtur obtemperasse.

1 Qui ẽt posuit arã idoli in medio Hierusalem quam Matathias destruxit, & aufugit ad montes cũ quinque filijs, p quos Deus fecit salutẽ in Israel. de hoc habes supra eod. § audieris. sub isto Antiocho ignis de templo extinctus fuit: q̃a vendidit sacerdotiũ Iasoni, vt habetur 1. q. 1. sicut eunuchus. Arch.

Quòd



Vòd autem.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, qua quæritur, vtrum mali sunt cogendi ad bonum? Et respondet, q ad illud bonũ, quod nunquam voluit, aliquis cogi non dẽt, vt sup e.q.5.ad fidẽ. & 20 q.3. præsens, sed ad illud bonum quod semel voluit, si postea deserat, est cogendus, vt sup. 45.d.de Iudæis & procedit hoc ordine Gr. Primo probat, q mali sunt ad bonũ cogẽdi, vsque ad §. [Ex his.] Deinde probat contrarium: tandẽ solutionem dat. Probat ergo Gra. in hoc cap. q mali sint cogendi ad bonum exemplo populi Israelitici, & auctoritate Christi, & Pauli.

Bonum facere vtrũ quis cogatur.

a ¶ Quòd autẽ.] Hæc q. nihil habet dubitationis, quia ad bonũ non susceptũ nemo cogẽdus est. su.q.pro xi.ad fidẽ. sed ad bonum quod suscepit, cogendus est, vt 45. dist. de Iudæis. magister tamen aliter soluit. inf. ea. §. vlt.

ADDITIO. Dicas q illi, qui fidem non receperunt, nõ sunt absolute compellendi, sed sunt quandoque excitãdi exhortationibus. 45. d. qui syncera. quandoq; præmijs. sup. ea. q. 4 cap. vlt. qualiter hoc intelligatur habes ext. de bapt. maiores. nostra enim fides nõ patitur q tales inuiti cõpellãtur, vt pdictis iuribus, & ext. de Iudæ. sicut. Ioan.

Schismatici dicũt. CASVS. Augu. ostẽdit Bonifacio in hoc ca. q hæretici & schismatici possunt violenter ad bonum compelli. Et hoc probat quinq; modis: q legẽdo littera clarius ostenduntur. Primus modus incipit ibi, [Ecce habent.] Secũdus ibi, [Cur ergo.] Tertius ibi.] An nõ hoc pertinet. Quart9 ibi, [Etiã hinc nõ absurde.] Quintus ibi,] [Vnde & ipse Dñs]

b ¶ Schismatici.] Su. ea. q 4 quis nos.

c ¶ seduxerunt.] Mitius hic agitur cũ circumuento, quàm cũ coacto, cum tamen aliàs subuenitur coacto in voto, vt extra quod metus causa, perlatum. sed non subuenitur in circumuento, vt 20 q 3. constituit.

Coacto subuenitur.

d ¶ Prophetica.] Quia nondum erat impleta prophetia. Et nunc Reges intelligite, &c. vt su. q. 4. non inuenitur.

a ¶ Com-

est contrarium illud Augustini quòd ad Marcellinum pro circumcellionibus supplicans rogabat, vt verberibus eos coerceret, non morte perderet. Quamuis enim supplicando spatium vitæ eis reseruari poposcit; non tamen legum seueritatem, qua tales morte plectuntur, non obseruandam docuit. sup. ead. c. 1.

QVAESTIO VI.



Vòd autem[a] quæritur, an mali sint cogendi ad bonum, facile apparet. Antiquus namque populus ille metu pœnarum ad obseruationem legis cogebatur. In Euangelio quoque Dominus ait discipulis suis: (Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete,) idest, ei in timore seruite, (qui potest animam & corpus perdere in gehennam.) Paulus quoque cum ecclesiam persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est. Vnde se abortiuo similem testatus est dicens: (Nouissime autem omnium tanquam abortiuo visus est & mihi.) Matt. 10. Act. 9. 1. Cor. 15.

Hinc Augustinus scribit epist. 50 ad Bonifacium.

¶ Ecclesia malos debet cogere ad bonum, sicut Christus Paulum coegit. C. I.

su. e. q. 4 quis nos. Iuo p. 10. c. 59.

Schismatici[b] dicunt, cui vim Christus intulit? quẽ coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem; prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit; plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit: & quem maior timor compulit ad charitatem; eius perfecta charitas foras misit timorem. ¶ Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi filij cogerunt alios, vt perirent? Quamuis & illos, quos non coegerunt, sed tantummodo seduxerunt[c], si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium reuocentur, blandius pia mater amplectitur, & de illis multo amplius, quàm de illis, quos nunquam perdiderat, gratulatur. ¶ An non pertinet ad diligentiam pastoralem, etiam illas oues, quæ non violenter ereptæ, sed blande, leniterque seductæ à grege aberrauerint, & ab alienis possideri cœperint, inuentas ad ouile Dominicum, si resistere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare? *Item infra.* ¶ A Christo coactum ostendimus Paulum. Imitatur itaque ecclesia in istis cogendis Dominum suum. Quia prius, vt neminem cogeret, expectauit, vt de fide regum atque gentium prædictio † prophetica[d] compleretur.) Etiam hinc enim non absurde

1. Cor. 15. 1. Io. 4.

† prædicatio] orig.

a ¶ Completa.] Primo n. salubriter admonendi sunt boni, vt sic cætera multitudo frāgatur, vt 44.d.commessationes 50.d.vt constitueretur.Io.

Q Vod errauerat.] CASVS. Donatistæ dicebāt ꝙ ipsi non erant cogendi ad bonum: sed Augu. reprehendit eos auctoritate Ezechielis prophetę reprehendentis pręlatos, qui negligebant malos corrigere & reuocare. Dominus enim per bonos prælatos reuocat malos rogando, minando, & corrigendo, damnis & laboribus, siue per suas occultas visitationes, siue per potētiam sęcularem.

b ¶ Quod errauerat.] Verba sunt prophetę 1. alloquentis magistros legis per quos intelliguntur prelati per quos probat Augu malos esse cogendos.

c ¶ Hoc vobis.] Verba Augustini.

V Ides.] CASVS. Hoc capit. duas habet partes. In prima parte dicitur, quod Vincentius nō debet considerare, quod ipse cogitur, sed ad quid cogitur, vtrum ad bonū, vel ad malum. Nec hic dicit August. propter hoc, quod quis inuitus fit bonus, sed quia propter metum vel relinquit malum quod faciebat, vel cōpellitur cognoscere veritatem. In secunda parte dicit, ꝙ Au. fuit in hac opinione ꝙ heretici verbis & nō vi essent compellendi ad bonum. Sed hæc sua opinio multis exemplis prudentium superabatur. Et primo exemplo suæ ciuitatis, & postea aliarum multarum. Secunda pars incipit ibi.] Item infra, Mea primitus sentētia.]

d ¶ Bonum.] Vt supra q.5.ad fidem.

e ¶ Et volēs.] Sic ex nolente fit volens, vt supra 74.d. cōsuluit. & su.q 4.displicet.

f ¶ Opinio.] Sic ergo iurisperitus dēt mutare opinionem suā, si expedit mutare. vt 12.q.1.certe & ff. de iure pat.diu. Item ex hoc loco dicunt quidam Augu. quādoq; fuisse hæreticum sed potius probatur hic contrarium.

g ¶ Credatur.] Nunquam creditur fuisse malum quod factum est bonum vt 50. di. quod aūt &c & ff de non erit &c. ædi.edict.quod ita a. apud. lam

2.Cor.10. intelligitur illa Apostolica sententia vbi Beatus Paulus dixit: [Paratus vlcisci omnem inobedientiam, cum completa [a] fuerit prior vestra obedientia.] Vnde ipse Dominus nos ad magnam cęnam suam prius adduci iubet cōuiuas postea cogi. Nam cum ei serui sui respondissent: [Domine factū est quod iussisti, & adhuc locus est: exite, inquit, in vias, & sepes, & quoscunque inueneritis, cogite intrare.] In illis ergo, qui primo leuiter aducti sunt, completa est prior obedientia: in istis autem, qui coguntur, inobedientia coercetur. *Item infra.* ¶ Si per potestatem †, quā per religionem, ac fidem Regum tempora, quo debuit, diuino munere accepit ecclesia, ij, qui inueniuntur in vijs, & sepibus, id est in hæresibus, & schismatibus coguntur intrare; non quia coguntur, reprehendant; sed quo cogantur, attendant.

Luc. 14.

su.e.q.4.ipsa pietas.§.si ꝙ potestatem.

† al. potestate.

¶ *Initium huius capituli apud B. Augustinū ibi de Donatistis agētem sic habet.* Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberū est credere, cum uim, &c. *vt supra ea.q.4.quis nos versi.cui vim.*

Item ad Donatistas epist. 166.

¶ Varijs modis errantes corripiuntur à Deo. C. II.

Sup p.10. c. 64. Ezech. 34.

Q Vod errauerat [b] (inquit Dominus) non reuocastis; & quod perierat, non requisistis.] Hoc vobis [c] per nos ipse Deus facit, siue obsecrando, siue minando, siue corripiendo, siue damnis, siue laboribus, siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes, siue per potestatum temporalium leges.

Item in epist. 48. ad Vincentium.

¶ Non considerandum, quòd quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur. C. III.

V Ides; vt opinor, non esse cōsiderandum, ꝙ quisq. cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur, vtrum bonū [d], an malum; non ꝙ quisque bonus possit esse inuitus; sed timendo quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratā cōpellitur cognoscere veritatē vt timens vel respuat falsum de quo contendebat, vel quęrat verū, quod nesciebat, & volens [e] iam teneat quod nolebat. *Item infra.* ¶ Mea primitus snīa erat, neminē ad vnitatem Christi esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos hērenus, quos apertos hæreticos noueramus. Sed hæc opinio [f] mea non contradicentium verbis, sed demōstrantium superabatur exemplis. Nam primo mihi opponebatur ciuitas mea, quæ cum tota esset in partem Donati, ad vnitatē catholicā timore legum Imperialiū conuersa est, quā nunc videmus ita huius vestræ animositatis perniciē detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur [g]. Ita aliæ multæ, quæ mihi nominatim commemorabantur, vt

1 Ezechiel. 34.

Opinio mutari potest.

a Vide quod not. 32. q. ...

ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Prou. 9.

Itē Gregorius Ianuario episcopo Saralitano, lib. 3. epi. 26.

¶ Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

IAm vero [a], si Rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus. vt ad Deum minimè venire consentiat; tanto pensionis onere grauandus est, vt ipsa exactionis suę pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur quòd mali sunt cogendi ad bonum. Sed obijcitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cū Deus aspernetur coacta seruitia [b]. Vnde Apostolus cū ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.] Vnde datur intelligi: quòd qui inuitus [c] dat propter præsentē pudorem [d], & rem & meritum perdit. Item, cū redderet causam, quare sūptibus abstineret; ait: [Si ex necessitate [e] euangelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item: [Si inuitus euangelizauero, dispensatio [f] mihi credita est. Si autem volens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] ¶ Item cum Galatis scriberet legalia nō esse tenenda, ait: [Si spiritu ducimini, non estis sub lege.] Ex quo apparet eum, qui sub lege est id est, qui timore pœnæ, non amore iustitiæ seruit; non duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto nō ducitur, Deo placere minimè valet. ¶ Item] Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, & si in veteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamēto sola libertate, & dilectione iustitiæ sunt inuitandi ad fidem. Vnde illi dicūtur serui, & filij ancillæ, pertinētes ad Ismael: isti dicuntur liberi, & filij liberæ, ptinentes ad Isaac. ¶ Item Ioannes in sua epistola: [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus comprimit, non animum mutat, quo pœna timetur, non bonū diligitur. Porro sine dilectione boni nullus Deo placere, vel in numero bonorum cōnumerari poterit. Vnde cum propheta diceret: [Animalia tua habitabūt in ea, scilicet hæreditate; ostendens, quomodo ad ipsā habitationem perueniat, subdit. [In dulcedine tua quam tu pręparasti pauperi Deus:] dulcedinem vocans, suauitatē boni operis, qua bonum sit non timore pœnæ sed delectatione iustitiæ. Cū ergo sine hac dulcedine animalia in hæreditate nō habitēt; patet ꝙ nemo, nisi inutiliter, ad bonū cogitur

2. Cor. 9.

1. Cor 9.

Gal. 5.

Rom. 8.

Gal. 5.

1. Io. 4.

Ps. 67.

IAm vero. CASVS. Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto persistens, admonitionibus non corrigebatur: quare quęrebat Maximianus episcopus à Greg. qualiter iste Rusticus sit coercēdus? Et respondet, ꝙ graui onere pensionis est grauandus, vt per hoc cogatur redire ad bonum.

a ¶ Iam vero.] Hoc c. intelligit de hæreticos cuntrarium est extra de hęreti. ca. sicut vbi ꝓhibetur ne aliquis eos teneat in terris suis, vel in domo vel aliquem contractum cum eis faciat. Sed dic, quòd loquitur de eo, qui aliàs est incorrigibilis, vel loquitur de Iudæis ꝓut dixi supra q. 4. c. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Hucusque ꝓbauit Gratia. ꝙ mali sunt cogendi ad bonum: nunc vero vult probare contrarium: quia Deus coacta seruitia aspernat: quod tex auctoritatibus probat, q̄ in littera facile apparebūt, & hoc in prima parte. In scđa parte rńdet obiectis dicens ꝙ homo, si sp esset inuitus, inutiliter cogeret ad bonū sed cogitur, vt timore pœnę malum ducatur in desuetudinem. bonum vero ex consuetudine dulcescat. Et ad hanc solutionem probandū inducit auctoritatē Aug. [Si ex necessitate.] 1. causa sumptus [Si inuitus, quia iniunctū est mihi hoc officium [dispensatio,] id est distributio verbi Dei est tantum mihi credita.

b ¶ Seruitia.] Supra 15 q. 1 non est.

c ¶ Inuitus.] Sed qualiter pōt quis inuitus dare cum nec ignorās nec inuitus quis donet, vt C. de dona. nec ingnorās? Sed facias vim & differentiam inter dare & donare, vt donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa scientia 1 vnde episcopus non dicitur donare prebendas, sed dare.

Donare & dare diffe sunt.

1 Vt ff. de do. l. dari.

d ¶ Pudorem.] Quādoque etiam si aliquis tace: propter verecundiam, non sibi præiudicat, vt ff de furtis. l. penul.

e ¶ Si ex necessitate,] Id est, præcepto, vel loquitur de necessitate vitę.

f ¶ Dispensatio.] alijs dispenso: sed mihi nō proficio.

a ¶ Con-



a ¶ Consuetudo.] Sicut enim seta inducit filium, sic iste timor iustitiam, ut inf. de pœn.dist.1 sicut seta. Ioan.

Nunc autē.] CASVS. Hic intitulatur 7.q.qua quæritur an hæretici sint rebus suis & reb. eccle. iure. & inf. ead. c.1. & su.ead. q.5. si vos. melius tamen est quòd auctoritate iudicis fiat, vt sup. ea. quæst.3.sex sunt. Si ergo condemnatus est laicus de hæresi, confiscantur bona eius, vt extra de hær.vergentis: si clericus, tunc res eius sunt ecclesiæ applicandæ, vt extra eod. ad abolendam. & hæc vera sunt, etiam si aliquis hęreticus habet filios, vel agnatos, vt extra eo. vergentis. in fi.1. Et sic corrigitur lex, quæ dicit bona hæreticorum ad filios, vel agnatos deuolui, vt C. de hær. authen. de Nestoriais. Licet aūt bona sint ablata hęreticis, si tamen fuerint reuersi ad fidem, priora bona eis ex misericordia restituuntur, & etiā episcopatus, vt sup. ea. q.4. ipsa pietas. & inf. ea. c.3. Sic est melioris conditionis ille, q reuertitur ab hæresi, q̄ qui reuertitur ab hostibus. Nā si desertor reuertitur sponte ad suos, licet indulgeatur ei vita, tamen in insulā deportatur, vt ff. de re milit. non omnes. §. qui desertorem.

Hæreticorū bona cui applicantur.

1 Dicit Ray. hoc videtur intelligēdū cum pater publice pdicat contra fidem catholicam, vel publice profitetur, vel defendit errorem: vel coram prælato suo est cōuictus, vel confessus; aut sententialiter cōdemnatus de hæresi. extra de verbo. sign. super quibusdam.

solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ His ita respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarii seruirent, inutiliter cogerentur ad illud: Sed quia humanæ naturæ est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum vero ex cōsuetudine dulcescat. Ad versi. vxor tua. *Vnde Augustinus in psalmum 127.* 1 *Cum* α *per timorem gehennæ continet se homo à peccato fit consuetudo* a *iustitiæ: & incipit, quod durum erat amari: & incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille vtilis est, sed non permanet in æternum vt iste.*

α ¶ Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eundem psalmum: sunt tamen hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVAESTIO VII.

Nunc autem b *quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi: & qui possident hęreticis ablata, an dicantur possidere aliena.*

De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

¶ Res terrenæ non nisi diuino, vel humano iure tenentur. C. I.

Iuo p.3 c.179. Poly l.7.tit.5.

QVicumque vos ex occasione legis huius Imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena recte à quoquam possideri non possit; nisi vel iure diuino c quo cuncta iustorū sunt; vel iure humano, quod in potestate est regum terræ, (ideoq; falso res vestras appellatis, quas nec iuste † possideretis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregandis laborauimus, cum scriptum legatis: 1 Labores α impiorum iusti edant †. (sed tñ, quisquis ex occasione huius β legis, quàm reges terræ Christo seruientes ad

† al. iusti

† al. edent

Q Vicumq; vos.] CASVS. Vincentius Donatista de quattuor conquerebatur. Primo, quòd Christiani persequebantur eum & alios hæreticos occasione legis Imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio vindicandi. Secundo, quòd occasione legis Imperialis res suas cupide auferebant. Tertio, quia res pauperum vel basilicas, quas ipsi quondam tenebant, nunc tenent Christiani per auaritiam. Quarto, quia recipiunt ita inhonestè viuentes hæreticos sicut honeste viuentes. Sed Au. istis quattuor quæstionibus respondet per ordinem: dicens, quòd displicet sibi si ista hant, licet ipsi nihil rectè possideant: cum scriptum sit, Labores impiorum iusti edent. & tamen de facili non credit ista sibi, quia ea non monstrat: quæ & si vera sint, ecclesia tamen multos tolerat, quos corrigere non potest: quod tribus rationibus probat. Secunda quæstio incipit ibi, [Et quamuis res.] Tertia ibi, [Quisquis denique.] Quarta ibi, [Quisquis pro aliquo.]

ecclesiæ spoliandi: & an illi, qui possident res illas, sine peccato valeant possidere? Et respondet q sic. vt inf. c. 2. & sup. 8. d. quo iure. dummodo fiat per iudicem, vt sup. ea q.3. sed sunt differentiæ. circa fi. Idem est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, vt sup. eo. q.5. dicat & dist.1. ius naturale.

b ¶ Nunc autem.] Non solum hæretici, sed omnes hostes licite possunt spoliari rebus suis, dummodo bellum sit iustum: & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei. sup. ead. quæst.5 dicat & sup distinct.1 ius naturale. & ff. de acq rer. do naturale. § vlt. hęreticis autem licitum est auferre ea, quæ habent, vt sup. d.8 quo iure.

c ¶ Diuino] Id est, iure canonico, quo eis sunt omnia auferenda, vt sup ead. quæst.5. si vos. non obstat sup. distin.8. quo iure.

a ¶ Dele-

a ¶ Deiectum.] Arg. quod si hæreticus tulit sententiam super matrimonio, quod valet, vt infra proxi cau. q. 5. quisquis: Arg. contra extra eod. fraternitatis.
b ¶ Toleramus.] Infra. 24. q. 1. puder. d. 8. q. 1. pudenda r.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulo diuiditur in duas partes. In prima conquerebatur Petilianus de Christianis quod bona possidebant hæreticorũ sed Aug. respondet quod iniuste cõqueritur: quod probat exemplo vno, & duabus auctoritatibus. In secũda parte obijciebat Christianis concupiscentiam rerum alienarum: quod reprobat Aug. vna ratione, & duobus exemplis, quæ omnia si bene inspexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, [Si qua iam præcisi]

c ¶ De reb.] Hoc nomẽ, res hic stricte sumitur. nam secũdum veram significationẽ omnia comprehẽdit & corporalia & incorporalia, Vt ff. de verb. signifi. rei appellatio. & l. rei appellatione. Ioan.

d ¶ Et impios.] Per hoc dicunt quidã, quod Iudæis & Saracenis licite possumus sua auferre: & intelligũt id quod dicitur inf. quæst. 8 ca. dispar. de personis Iudæorum, non de rebus. Sed ie cus credo. quia Iudæi soluunt tributũ, & de voluntate nostra tenent ea, quæ habent. 1.

e ¶ Imperio.] Simile 24. q. 5. dixit. 45. dist. qui sincera

Iudæis & Sarracenis sua auferre non debemus.

1 Dicas quod est differentia inter Iudæos & Paganos, siue Sarracenos: Iudæos enim non debemus occidere, vel spoliare sed Saracenos sic inf. e. q. 8. dispar. arg. 45. dist. qui sincera. extra de Iudæis. sicut. s'm Ioã. de Fan. Sed de hac materia vide latius qd no. Inn. & Hostien. extra de voto, c. quod super. Arch.

emendandam impietatem vestram promulgauerunt, res proprias vestras cupide appetit; displicet nobis. Quisquis denique res ipsas pauperum, vel basilicas congregationũ, quas sub nomine ecclesiæ tenebatis (quæ omnino non debentur, nisi ei ecclesiæ, quæ vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per auaritiam tenet; displicet nobis. 24. q. 1. quisquis. Quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectum † [a] à † al. proiectum. orig. vobis γ ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore quo à nobis separamini, sine crimine apud vos vixerunt; displicet nobis. Sed nec facile ista monstratis: & si monstratis, nonnullos toleramus [b], quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: : neque propter hædos in fine segregandos deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini.

α ¶ Labores impiorum.] *Huic sententiæ simile est, quod scribitur prouerb. 14* θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *i. vt infra eo. cap. quemadmodum.* Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum *Vbi vulgata habet,* Custoditur iusto substantia peccatoris *Itemque Esaiæ 61. scriptum est,* καὶ δώσω τὸν μόχθον αὐτῶν δικαίοις, *cum ante dixisset,* ἰσχὺν ἐθνῶν κατέδεσθε. *Sapientiæ 10. legitur.* Ideo iusti tulerunt spolia impiorum: *infra ea. c. quemadmodum.*

β ¶ Huius legis:] *In codice Theodosiano, libro 16. tit. 5. sunt leges Honorij, & Theodosij 43. 52. & 54. in quibus præcipitur ædificia, prædia & loca, quæ ad conuenticula Donatistarum, vel aliorum hæreticorum antea pertinuerant, ab ecclesijs catholicis vendicari, vel eisdem sociari debere. Et ad has leges videtur spectasse B. Augustinus & hic, & in tractatu. 6. in Ioannem (vt notatum est supra distin. 8. quo iure.) & contra litteras Petiliani, (vt in proxime sequenti capite) & alibi.*

γ ¶ Vobis.]. *Sic est emendatum ex vetustis codicibus & originali, cum in vulgatis & hic, & infra 24. q. 5. quisquis, legeretur,* nobis, *Vox autem,* deiectum, *non est mutata ob glossam Nam in vetustis hic, & infra cap. citato, & apud Iuonem, & in originali est,* proiectum.

Item contra litteras Petiliani lib. 2. c. 43.

¶ Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. II.

SI de rebus [c], vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenentis, queritnini; possunt & Iudæi se iustos dicere, & iniquitatem nobis obijcere: quia locum, in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignum; si ea, quæ tenebant hæretici, secundum parem Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim similes id est ad omnes impios [d], & iniquos illa vox Domini valet: [Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam.] An frustra scriptũ est: [Labores impiorum iusti edent?] Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis. *Item c. 59.*

Iuo p. 10 c. 75.

Matt 21.

su. c. proximo.

¶ Si qua iam præcisi † possidere cœpistis; quia vobis ablata nobis Dominus dedit; non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio [e], cuius sunt omnia facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: Vos enim his vtebamini ad præcisionem; nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo Dei possent illi obijcere alienæ rei concupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea

† concisi. orig.

Quod

QVod autem nobis.] CASVS. Hæretici obijciebant catholicis concupiſcentiam rerum alienarum: ſed Aug. eos reprehendit, dicens, hoc non eſſe verũ; quia ſi hoc eſſet verum, nunquam eos compellerent Inuitos ad fidem catholicam retinendam: ſed res eorum tan- hes & pauperes de eccleſijs eorum ſunt nobiſcũ, ex quorum eccleſiarum poſſeſſionibus alebantur, deſinant potius concupiſcere aliena: quia ſcriptum eſt per Paulum Omnia ſunt veſtra, &c.

a ¶ Concupiſcamus.] Sup. e1.q.4. ipſa pietas. in fi.

b ¶ Calumniandi.] Non eſt calumniandũ ius. inf. de cõſe. d. 2. liquido. ff. ad exhib. l. penul.

Ps. 134. terra male vtebantur, expulſi ſunt: & ipſi Iudæi, à quibus ablatum eſt regnum ſecundum verba Domini, & datum eſt genti facienti iuſtitiã, poſſunt obijcere alienæ rei concupiſcentiam: quia eccleſia Chriſti poſſidet †, ubi perſecutores Chriſti regnabant.

† al. ibi p̃ſides

Item epiſtola 50. ad Bonifacium.

¶ Res eccleſiaſticæ ab hæreticis iniuſte poſſidentur. C. III.

Poly l.7. tit.5. Ans. l.12. c.59.

QVòd autem nobis obijciunt, quòd res eorum concupiſcamus [a], & auferamus; utinam catholici fiant, & non ſolum quæ dicunt ſua, ſed etiam noſtra in pace nobiſcum & charitate poſſideant. Vſque adeo autem calumniandi [b] cupiditate cæcantur; ut non attendant, quam ſint inter ſe contraria [c], quæ loquuntur. Ipſi certe dicunt, & inuidioſiſſime ſibi conqueri uidentur; quòd eos in noſtram cõmunionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc utiq; nullo modo faceremus; ſi res eorum poſſidere uellemus. Quis auarus quærit compoſſeſſorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortẽ? Ipſos certe attendant quondam ſuos, iam noſtros ſocios, & fraterna nobis dilectione coniunctos; quemadmodum ea† teneant, non ſolum, quæ habebant [d], ſed etiam noſtra [e], quæ non habebant: Quæ tamen, ſi pauperum compauperes ſumus, & noſtra ſunt, & illorum. Si autem priuatim, quæ nobis ſufficiant, poſſidemus; non ſunt illa noſtra, ſed pauperũ quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, nõ proprietatem nobis uſurpatione damnabili uendicamus. Quidquid ergo nomine eccleſiarum parti Donati poſſidebatur; Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſijs ad catholicam tranſire iuſſerunt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earundem eccleſiarum, nobiſcum pauperes, qui de eiſdem poſſeſſiunculis alebantur; ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena; ſed intarent in vnitatis ſocietatem, ut pariter gubernemus nõ illa tantum, quæ dicunt ſua, verum etiam quæ dicuntur & noſtra. Scriptũ eſt enim. [Omnia veſtra: uos autem Chriſti. Chriſtus autem Dei [g].]

† al. ſuã

ſu. 12. q.1. ſi priuatim.

1. Cor. 3

c ¶ Contraria.] Arg. ꝙ cõtraria dicens nõ eſt audiendus, ut ex. de app. ſolicitudinẽ. & 74. diſt. geſta. C. de mun. patri. profeſſio tua. Ar. contra extra de iud. c. examinata, ut dixi 14. q.1. in fin.

d ¶ Habebant.] Nõ intelligas de iure dominij. q.d. habere eſt idem quod eſſe dñm rei, quandoq; idẽ eſt quod poſſidere, ut ff. de uerb. ſign. habere

Hr e dupliciter ſumitur

e ¶ Sed etiã noſtra.] Id eſt, ad conſeruandum nobis data.

f ¶ Procurationem.] Prælati ſunt procuratores non domini rerum eccleſiaſticarũ. vt hic, & 12. q.1. c. ult. quandoque dicuntur domini. 16 q.1. & tem poris. quandoque de ſeniores. 16. q.1. in canonibus. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberã adminiſtrationem; quàm ſimplex procurator. unde aliquãtũ dare poteſt, ſi hoc habet conſuetudo regionis, ut extra de don. c.2. Arg. contra. infra ea. q. 8. conuenior.

Eccleſiaſticarũ rerum prælati ſũt procuratores, & non dñi.

g ¶ Dei.] Scilicet patris 2.

2 Adimplendo eius voluntatem.

Item in eadem, epiſtola 50.

¶ *Antea citabatur ex epiſtola ad Vincentium, in qua non habetur.*

¶ Qui à corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non poteſt. C. IIII.

QVemadmodum membrum, ſi præcidatur ab homi-

tantummodo reciperent: nullus enim auarus quærit compoſſeſſorem. Attendant ergo quondam ſocios ſuos qualiter ab eccleſia tractentur: qui non ſolum ſua, ſed & res catholicorum, quas nõn habebant, poſſident, quæ pauperum ſunt, etſi catholici procurationem de ipſis gerant. vnde niſi reuertantur, ſua eis iuſta auferuntur auctoritate legum Imperialium. Cum ergo ple-

QVemadmodũ.] CASVS. hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicit Aug. q. hæreticus eſt ſicut membrum à corpore præciſum: quia ſicut tale membrum nõ habet ſpiritum uitæ, ſic homo à corpore Chriſti ſeparatus non habet ſpiritum iuſtitiæ. In ſecunda par. ponuntur quatuor quæſtio. Vincentij. Prima eſt, quare Chriſtiani quærunt hæreticos? Et reſpondet Auguſt. ne multi permaneant. Secunda eſt, quare non baptizant eos Chriſtiani cum quærunt ipſos? Et reſpõdet Aug. ꝙ iniuria non eſt facienda ſacramento. Tertia eſt, quare nõ agũt pœnitẽtiam apud Chriſtianos? Et rñdet Aug. immo, & ſi non egerint, vitã non habebunt. Quarta quæ eſt, & ſi nõ recipiunt baptiſma cũ reuertunt; quid ergo

recipiunt? Et respondet quòd accipiunt vnitatem spiritus sancti, scilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obijcit Vincentius Donatista concupiscentiã Christianis quod Augu. improbat duabus auctoritatibus: & hortatur hereticos ut reuertantur ad ecclesiam, & suos labores possideant. Secunda pars est ibi, [Sed hoc est.] Tertia ibi,] Si autem.] Sequens capit. patet.

a ¶ Nos autem.] In fin. c. idem repetit: & sic est argum quòd aduocatus idem ius sæpius potest allegare. Argum contra. C. de ap. ampliorem. §. 1. ex eo quòd dicit inimico, est arg. ad quæstionem sabbatinam quòd si aliqs submisit, se arbitrio inimici: licet tulerit durã sententiam. q illa tenet, dũmodo nó præcipiat aliquid iniustũ, ut extra de iure iur. Quintauallis sed si aliquid durũ præcipiat, illud est reducendum ab arbitriũ boni viri, vt ff. p so. societatem.

Aduocatus idem ius sæpius allegare potest.

Arbitrium inimici an sit tolerãdũ.

b ¶ Desertoris.] Hic comparantur desertori redeuntes ab heresi: & tamen cum desertore strictius agitur: quàm cum hæretico, vt dicitur in summa. dicitur autem desertor. qui diu vagatus reducitur. ff. de re. mil. l. tertia. §. 2.

Desertor qs sit.



E episcopis.] Hec q. diuidit in septẽ partes: in quarum prima ponit magister per multas auctoritates, q clerici pugnare non debẽt. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Sed obijcitur.] Quarta ibi, [Quamuis.] Quinta ibi, [Sæpe principes] Sexta ibi, [De incẽdiarijs.] Septima ibi, [De his.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 8. q. in qua quæritur an clericis liceat arma mouere? Et respõdetur q nõ, vt inf. e. obuentor. possunt tamen hortari homines ad pugnandum pro terra defendenda, vt infra, vt pridem. & pro feudo certum numerum militum dare principi, vt infra eod. §. ecce. quod autem iuris sit, de hoc plenius consueuit

nis uiui corpore, non potest tenere spiritum uitæ; sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. In huius ergo compagem corporis ueniant; & labores suos non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possident. Nos autem[a] uoluntatem nostram; ut iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicãte, purgamus; quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, vt nobiscũ & illis, & nostris in societate catholica utantur, quantum ualemus, inquirimus. ¶ Sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet; si iniusti sumus; quare nos quæritis? Quibus respondemus, quærimus uos iniustos, ne permaneatis iniusti: quærimus perditos, ut de inuentis gaudere possimus, dicentes; mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus est. Quare ergo me, inquit, non baptizas, ut me abluas à peccatis? Respondeo, quia non facio iniuriã charácteri Imperatoris; cum errorem corrigo desertoris[b]. Quare, inquit, apud te uel pœnitentiam non ago; Immo, nisi egeris, saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum? Quid ergo, inquiunt, apud uos, cum ad uos transimus, accipimus? Respondeo, non quidem accipitis baptismum, qui uobis extra compagem corporis Christi inesse potuit, prodesse non potuit: sed accipitis unitatem spiritus in uinculo pacis (sine qua nemo poterit uidere Deum) & charitatem, quę, sicut scriptum est, cooperit multitudinem peccatorum. *& infra.* ¶ Si autem consideremus, quod scriptum est in libro Sapientiæ; [Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.] Item, quod legitur in Prouerbijs: [Thesaurizantur autem iustis diuitiæ impiorum;] tunc videbimus uon esse quęrendum, qui habeant res hęreticorum, sed qui sint in societate iustorũ. *Item post aliqua.* ¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori Christi thesaurizantur diuitiæ impiorum; non debent impij foris remanere, vt calumnientur, sed intra potius, vt iustificẽtur. *Item post aliqua.* ¶ In Christi ergo compagem corporis veniant; & labores suos non domandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possideant. Nos autem voluntatem nostram, vt iam dictum est, ab huius cupiditatis sordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores dicuntur, vt nobiscum & illis, & nostris in societate catholica vtantur, quantum valemus, inquirimus.

Luc. 15.

Eph. 4.
Iac. 5.

Sap. 10.
Prouer. 13 secundũ lxx.

sup. hoc e c. nõ longe ab initio

His igitur auctoritatibus liquido monstratur, quòd ea, quæ ab hæreticis male possidentur, à catholicis iuste auferuntur; nec ideo aliena possidere dicuntur.



QVÆSTIO VIII.

E Episcopis uero, uel quibuslibet Cleri-

vult notari supra 50. distin. de his clericis. Ostendit ergo Gra. in hoc. §. quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Papæ arma debet accipere clerici, quod probat trib. auctoritatibus scilicet Euangelij, Ambrosij, & Pauli. & ad hoc inducit sequentia capit. quorum prima duo

varie. quidam dicunt 1. quod clerici possunt vti armis pro defensione tantum clypeo, loricaque sed non armis impugnationis. Alij 2 dicunt quòd arma possunt accipere ad defendendum se: dum tamen illud incontinenti fiat, & pro se tantum, non pro alijs, & in necessitate ineuitabili, vt ext. de homi. c. 2. ea. conuenior. vt dixi, sup. e. q. 1 in prin. sed si alias possunt euadere, non sumant arma, vt extra de homi. suscepimus. Alij dicunt, quod auctoritate Papæ possunt aliter non. G. dixit quod possunt non in propria persona, sed alios hortando ad pugnam 3, vt inf. ea. vt pridem. & etiam possunt milites aliquos dare principi pro feudo, vt inf. ea. §. ecce. quid autem iuris sit si clerici defendendo se occidant aliquem, habes notatum 50. dis. de his clericis.

1 Vt Bec.

2 Vt Bart.

3 Idem vt Gratia ienitur. inf. ead. §. in registro.

cis [a], quod nec sua auctoritate nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, vt magistrum à Iudæorum iniuria defensaret; audiuit (Conuerte gladium tuum in uaginam: Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit;) ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi, tuisque prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum id est, tibi hactenus [b] concessum in uaginam converte: & tantum spiritualem gladium, quod est verbum Dei, in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem eius qui legitima potestate utitur, qui ut ait Apostolus, non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet: omnis, inquam, qui præter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit; gladio peribit. Item Ambrosius: [Arma episcopi lacrimæ sunt, & orationes.] Item illud Apostoli. [Non uosmetipsos defendentes charissimi;] quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prælatis dictum intelligitur.

Matt. 26.

Rom. 13.

Rom. 12. infr. ea. nõ pila.

Vnde Joannes Papa VIII Angebergæ Imperatrici, excusans Ioannem episcopum remoueri de militia, dicit.

¶ *Huic capiti & sequenti non est in vulgatis præpositum nomen Paleæ: Vtrumque tamen cum deinceps sequenti palea abest à plerisque vetustis exemplaribus.*

¶ De eodem: C. I.

NImium † certe veretur, & iure formidat contra professionem sui ordinis sæcularem militiam exercere: terram defendere, de prælijs tractare, de armis, terenæ potestatis est.

† al. Nimirũ

Item Innocentius Papa.

¶ De eodem. C. II.

CVm à Iudæis, inquit Dominus caperetur, & Petrus cuiusdam inobedientis aurem abscinderet; ferire prohibuit [c], & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro seipso capi arma carnalia prohibuit.

[*Item Ambrosius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

Poly l. 4. tit. 15.

NOn pila quærunt ferrea, [Nõ arma Christi milites,] Coactus repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerũt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possumus resistere: fugere autem; & relinquere ecclesiã nõ soleo: seruum Christi non custodia corporolis, sed Domini prouidentia sepire consueuit.

¶ *Initium huius capitis, quod constat duobus dimetris iambicis, non est inuentum. Reliqua habentur in libro 5. epistolarum in ora*

b ¶ Hactenus.] Ex hoc vr, quod tunc cessauerit obseruantia legis quia prius licuit repellere iniurias nõ solum pro se, sed pro socio, vt su. ea. q. 3. nõ in inferenda. sed tũc primo fuit prohibitũ exercere: hodie autem tantum licitũ est defendere seipsum, vt extra de homi. ca. 2. & extra de cleri. percus. c. pen. Io. non credo peccare eum, qui aliquem patientem iniuriã defendit, etiã si homicidiũ faciat, vt sup. ea. q. 3. non inferenda. licet forte irregularis efficiatur: quia non fuit ibi ineuitabilis necessitas vt dist. 50 quia te obnoxium B.

c CVm à Iudæis.] ¶ Prohibuit.] Ex hoc vr quod nõ licet alicui defendere dominum suum vel socium sed tãtum seipsum, vt extra de ho. c. 2. & c. suscepimus. ext. de cler. percu. ca. pe. sed contra hoc est su e. q. 3. c. fortitudo. & c. pro membris. & c. vl. su 6 q. 1. in tamen nam seruus potius iuuabit dominum, quam seipsum, v. ff. ad Syl. l. 1. §. serui.

NOn pila.] CASVS. Quidam

duo plana sunt.

a ¶ Clericis.] De hac materia à varijs tractatum est

reprehendebant Ambro. eo. quod non impugnabat quosdam ecclesiam tutelantes. Et respõ. Ambr. quod milites

Christi non debent mouere arma. Vnde dicit Amb. q dolor, fletus, lacrimę, & orationes sunt sua arma: aliter repugnare non dẽo: ecclesiam tamen non derelinquo. & sunt tria præcedentia ca loco paleæ. Quę sequuntur plana sunt vsque ad §. [His ita.]

a ¶ Vicumq;] ¶ In bello.] Hoc intelligas si est ex parte illorum, qui violentiam inferunt: alioquin secus est i. extra de cleri. percuss. cap. pen.

b ¶ Gẽtilium ludis.] Secus si in alijs ludis vt extra d cle percuss. c. penult. ext. de homic. lator.

c ¶ Sepultura.] Si pœnituit. sed tamen ecclesia non debet orare pro ipso, nec sumere oblationes eius vt hic dicit: & idem est de raptore, q in fine pœnitet, vt extra de rapt. super eo. econtra est in torneamentarijs: quia illi non habent sepulturam, licet alia sacramenta recipiant, vt extra de tornea. c. 1. Intellige. quod hjs dicit, de canina sepultura, vt dixi sup. e. q. 5. placuit. Ioan.

d ¶ Clerici.] ¶ Arma.] Armorũ appellatione intelliguntur, etiam ligna, & lapides. ff. de verb. sig. armorum appellatione.

e ¶ Volentes.] Secus si causa timoris faciant. tunc enim nec velle videntur, vt extra de reg. iur. qui ex timore.

f ¶ Vicumque ex clero.] Licet sint in minoribus ordinibus constituti, vt 20. quæst. 3. eos q. Arg. cõtra. ext. de vo. & vo. redemp. capit. 2. a. in parte decisa.

g ¶ Militaria.] Sed quid si habeant inimicos? Tunc dicitur, q possunt arma defensionis accipere. Alij dñt: q nõ. faciant et go clerici sicut Moyses, vt 36. distinct. capitu. vltim.

HIS ITA. Hæc est, 2. pars q. in qua probatur. q clerici hortari possunt, q fideles defendant ecclesiam, & se etiam possunt defendere, ita q ipsi proprijs manibus nõ effundant sanguinẽ, nisi ad defensionẽ suã. & hoc pbat per 11. c. Ioã de Fant. & est hic incidens q. Archid. CASVS. Respondet Grat. c. supradictis, dicens q clerici sua manu non valent arma recipere, [sed] alios pñt hortari pro tuitione oppressorũ, & p oppugnatione inimicorum Dei, quod probat per seq. c.

h ¶ Hortari.] Hæc vera sunt vbi ecclesia sua impugnatur vel patria, vt supra. ea. q. 3. fortitudo. ff. de reli. minime Ioan.

I Gitur cum.] CASVS. Quidam nuncij significauerũt Leoni Papę, q Sarraceni veniebant in portũ Romanorũ: quare præcipit populum Romanum ad littus maritimum defendere: quod & factum est: hoc totum significauit Ludouico Imperatori. Sequens c. patet.

i ¶ Nostrum.] Ergo ciuitas Romana est Apostolici, & non Imperatoris. Nam Imperator concessit ei ciuitatẽ cum ducatu suo. 63. dist. ego. 96. dist. Constantinus sed Imperator aduocatus est ibi. vt ex. ra de elect. venerabilem.

a Nam tũc eja imputatur aggrediẽti C. ad leg. Iuliã. de vi publi. l. quoniam. Lau.

a Sepultura denegatur mortuis in torneamentis.

a De hoc ar. ibi sumebatur a contrario sensu sũpto. cum ibi sic diceret. cũ nõ sit licitũ clericũ in sacro ordine constitutum arma sumere, vel ad sanguinis effusionẽ vacare, &c. sed ibi subaudiebatur, maxime propter hoc quod hic dicit.

Romana ciuitas non est Imperatoris, sed Pape.

tione contra Auxentiam; quamuis hęc verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent vt infra ead. c. conuenior. §. quid ergo turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in concilio Triburiensi sic statutum est.

¶ Pro clerico, qui in bello, aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur. C. IIII.

j QVicunque clericus aut in bello [a], aut in rixa, aut in gentilium ludis [b] mortuus fuerit; neque in oblatione, neque in oratione pro eo postuletur, sed in manus incidat iudicis: sepultura [c] tamen non priuetur. Burc. l. 2. c. 217. Iuo p. 6. c. 308.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶ Gradu amisso tradantur in monasteria clerici voluntarie arma sumentes. C. V.

CLerici, qui in quacunque seditione † arma [d] volẽtes [e] sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasterium pœnitentiæ [a] tradantur. Ansl. 7. c. 187. † al. factione.

a ¶ Pœnitentiæ.] Sic legitur apud Anselmum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis, quamuis in posterioribus editionibus Coloniensibus in margine sit ascriptum, perenniter, quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.

Item ex concilio Meldensi, c. 37.

¶ Proprij gradus amissione mulctentur militaria arma clerici ferentes. C. VI.

ij QVicunque ex clero [f] esse videntur, arma militaria [g] non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu prębeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contẽptores, & ecclesiasticæ sanctitatis [a] profanatores proprij gradus amissione mulctentur, quia non possunt simul Deo, & sæculo militare. Burc. l. 2. c. 1. Iuo p. 6 c. 286. Pann. l. 3. c. 1.

2 *His ita respondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiendum ad oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari* [h].

Vnde Leo quartus scribit Ludouico † Augusto. † al. Lothario.

¶ Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. C. VII.

IGitur cum sæpe aduersa à Sarracenorum partibus per ueniant nũcia, quidam in Romanũ portum Sarracenos clã, furtiueq; vẽturos esse dicebãt. Pro quo nostrũ [i] con- Iuo p. 10 c. 83. Pann. l. 8 c. 27.

gregari præcepimus populum, maritumque ad littus descendere decreuimus,& egressi [a] sumus Roma.

¶ *Epistolæ Leonis quarti, ex quibus hoc, & duo sequentia capita sunt accepta, non extant: in vitis autem Pontificalibus, quod ad hæc capita videntur facere, legitur, cum magna Agarenorum classis ex Africa ad vastandam Romam solum Benuntiaretur; Neapolitanos, Amalphitanos, & Caietanos nauibus Hostiam venisse, vt contra Agarenos pro defensione sancti Petri, & Romana Vrbe dimicarent. Quorum principes Leo Papa ad se vocauerit, & cum ipsis multa tractarit. Atque ipsa prorsus verba, quæ ad hoc caput pertinent, sunt hæc.* Quos benigne in palatio Lateranensi suscipiens, causam, pro qua venerat, inquirit. Illi autem se ob aliud non venisse testati sunt, nisi, vt superius legitur exaratum. Quorū pius Apostolicus credulus uerbis, cum magno exercitu, & armorum procinctu mox ciuitatem Hostiam properauit, omnesque cum gaudio accepit. Illi autem videntes summum Pontificem, omnes osculari cœperunt pedes eius. Summus autem præsul Missam in ecclesia beatæ Aureę celebrauit, omnibusque corpus Dominicum tradidit; atque orationem post perceptū corpus super eos donauit: Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur, erexit & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit; exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos sanctæ tuæ ecclesiæ dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & conualescant, vt de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus appareat gloriosum. Die uero altera, postquam prædictus Pontifex reuersus est à iam prædicta ciuitate, ipsi sceleratorum socij, siue participes (scilicet Agareni) iuxta littus maris Hostiensis multis cum nauibus apparuerunt. Præfati autem homines super illos facientes impetum omnes superauere orationibus Apostolorum, & sancti Præsulis.

Idem Leo.

¶ Vltor sui gregis Papa debet esse & præcipuus adiutor. C. VIII.

Iuo p. 10 c. 84. Pann. l. 8. c. 28. † al. illis

SCire vos oportet, quòd nunquam ab aliquib. nostros homines sinimus opprimi: sed, si necessitas vlla † occurrerit; præsentialiter [b] vindicamus, quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & præcipui adiutores.

Item exercitui Francorum.

¶ Cœleste regnum à Deo consequitur, qui pro Christianorum defensione moritur, C. IX.

Pan. l. 8. c. 30.

OMni timore [c], ac terrore deposito cōtra inimicos sanctæ fidei, & aduersarios omnium religionum agere viriliter studete. Nouit enim omnipotens, si quilibet vestrum morietur; quod pro veritate fidei, & saluatione patriæ [d] ac defensione Christianorum mortuus est: & ideo ab eo præmium cęleste consequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos, precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. C. X.

Deusdedit l. 5. Iuo p. 10. c. 91. Pann. l. 8. c. 32.

HOrtatu, & precibus Hadriani [e] Romanæ vrbis episcopi exortatus Carolus Rex bellū contra Lōgobardos suscepit: qđ prius quidē & à patre eius Pipino, Stephano Papa supplicate, cum magna difficultate susceptū est.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino, habetur in vita, & gestis Caroli magni per Eginardum scripta. In quo libro, & apud Iuonem pro voce, hortatu, legitur, rogatu.*

Item Alexander Papa secundus omnibus episcopis Hispaniæ.

a ¶ Et egressi.] Epi ergo possunt interesse bellis: nam & Paulus interfuit, vt sup. ea. q. 3. Maximianus. & Moyses 36. d. c. vlt. Ioan.

Epi pñt interesse bellis.

b SCire.] ¶ Præsentialiter.] .i. sine mora: nec enim tantum debent episcopi esse custodes chartarum, sed etiā defensores ecclesiarum, vt 16. q. 1. in canonibus. ꝙ sic patet hic ꝙ episcopi etiā vasallos suos tenentur defendere, defendendo, non vlciscendo iniurias, vt 46 distinct. seditionarios Ioannes.

Epi non sūt tantū custodes chartarū

OMni timore.] CASVS. In hoc hortatur Leo exercitum Francorum, vt viriliter pugnet aduersus inimicos ecclesiæ & si quis propter hoc moriatur, non pœnam, sed cœlestia præmia consequetur. Seq. duo cap. patent.

c ¶ Omni timore.] Sup. eadem q. 5. omnium.

d ¶ Patriæ.] Sup. ea. q. 4. fortitudo.

e HOrtatu.] ¶ Hadriani.] sup. d. 63. Hadrianus.

a Dispar.] ¶ Persequuntur.] Videtur ergo quod si Sarraceni non persequuntur Christianos, non possumus impetere eos 1. nam etiam ad mensam eorum comedere possumus. 11. q. 3. ad mensam. & lex dicit, quod eis quiete degentibus nullam debemus facere molestiam, vt C. de sacri. pagan. Christianis. Ioannes.

1 Immo videtur quod tales qui sunt mansueti, quod praescribere possunt de hoc no. 17. q. 3. porro.

Comedere possumus ad mensam Sarracenorum.

re non solum debet opus, sed etiam tempus, causam, voluntatem, & differentiam personarum.

i ¶ Homicidium.] Pastum notat, non iustalis enim non dicitur homicida, vt sup. ea q. 5. si homicidium.

K ¶ Et causam.] Omnes enim circunstantiae sunt inqui-

¶ Iudaeos non debemus persequi, sed Sarracenos. C. XI.

Dispar nimirum est Iudaeorum & Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persequuntur[a], & ex vrbibus, & proprijs sedibus pellunt, iuste pugnatur: Hi vero vbique seruire parati sunt. Iuo p. 13. c. 114. Pann. l. 8. c. 29.

Item Ioannes octauus Demago † Duci glorioso. † al. Hermano

¶ Qui crimina, quae potest emendare, non corrigit, ipse committit. C. XII.

Praeterea deuotionis tuae studium exhortamur, vt contra marinos latrunculos, qui sub praetextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tanto vehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licet credi possit, quod te nolente illi nauigantibus insidientur; tamen, quia à te comprimi [b] posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: [Qui crimina, cum † potest emendare, non corrigit, ipse committit [c].] Iuo p. 10. c. 70. Pann. l. 8. c. 20. † al. quae

Item Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium.

¶ Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. C. XIII.

Legi Syromasten α [d] Phinees, austeritatem Heliae [e], zelum Simonis [f] Chananaei, Petri seueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique [g] constantiam, qui Elymam magum vijs Domini resistentem aeterna caecitate [h] damnauit. Non est crudelitas β crimina pro Deo punire: sed pietas. Vnde & in lege dicitur: [Si frater tuus & amicus, & vxor, quae est in sinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.] Iuo p. 10. c. 72. Pann. l. 8. c. 21. Num. 25. 4. Reg. 1 Matt. 10 Act. 5. Act. 13 Deut. 13.

α ¶ Syromasten.] *B. Hieronymus Num. 25. & in cap. 2. Malachiae* σειρομάστην, *pugionem interpretatur: in vetio autem libro Reg. ca. 18. & lib. 4 c. 11 hastam, velut etiam Hesychius, qui ait,* σειρομάστην *esse, εἶδος λόγχης.*

β ¶ Non est crudelitas.] *In editione Romana legitur,* non est crudelitas pro Deo pietas, *In Lugdunensi vero,* non est crudelitas pro Deo, sed pietas. *lectio tamen Gratiani non videtur reijcienda.*

Item Ioannes Chrysostomus super Matthaeum, hom. 17. ad c. 5.

¶ Quaedam in veteri testamento licebant, quae in nouo prohibentur. C. XIIII.

Occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiam. Abraham vero non solum homicida, sed etiam parricida (quod certe grauius est) effectus, magis Deo, magisque complacuit. Petrus geminum fecit homidicium [i]: fuit tamen opus spiritale, quod factum est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam [k], & volunta- Iuo p. 10. c. 65. Pann. l. 8. c. 18. Num. 25. Gen. 22. Act. 5.

Praeterea.] CASVS. Hermanus dux fuerat infamatus propter quosdam marinos latrunculos, qui sub nomine eius in Christianos saeuiebant. quare Io. hortatur ipsum, vt ipsos persequatur & repellat: quod si non fecerit, cum possit, particeps erit criminis: quod probat vna auctoritate.

b ¶ Comprimi.] Haec ratio non videtur sufficere, nisi esset iudex eorum: nam si iudex negligit facere iustitiam de suo subdito, ipsemet potest conueniri, vt dixi sup. ead. q. 2. Dominus. & sup. e. q. 3. vlt. & q. 5. non est.

c ¶ Committit.] si. sup. 83. d. error 2.

a C. de commer. & l. 2. in fine vbi sunt plures conc. ad idem sup. e. q. 3. qui potest.

Legi Syromasten.] CASVS. Ripario quaerenti à Hiero. an liceat peccatum punire criminosos. Et respondet quod non: quod probat quinque exemplis. s. Phinees, & Heliae, & Simonis Chananaei, Petri & Pauli: & vna auctoritate veteris testamenti.

d ¶ Syromasten.] i. vindictam siue zelum indignationis: quia Phinees coeunte cum Madianita interfecit.

d ¶ Syromasten.] i. zelum indignationis, siue vindictam.

e ¶ Heliae.] Cum petijt vt ignis descenderet de coelo, qui duos quinquagenarios exussit.

f ¶ Simonis.] Qui vltus in duos magos, retorquendo in eos serpentes, quos magicis artibus super eum miserant.

g ¶ Paulique.] 45. d. §. Salomon.

h ¶ Caecitate.] 1. q. 1. Ananias.

Occidit.] CASVS. Io. Chrys. probat exemplo Phinees, & Abrahae & Petri, quod quandoque alium interficere non est peccatum: & ideo sacerdos vt ad veritatem valeat peruenire, respice

quirendae; vt extra de testib. cum causam. sic 15. q. 6. c. 1. in fi. quia causa facti potius est inquirenda quam ipsum factum. Facti causa est inquirenda

tem, & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 46.

¶Necessitate instante, etiam in quadragesimalibus diebus bellum iniure licet. C. XV.

Iuo p.10.c.93. Pann.l.8.c.37.

SI nulla vrget necessitas; non solum in quadragesimali[a] tempore, sed omni, est à prælijs abstinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas†; nec quadragesimali tempore pro defensione tam sua, quàm patriæ,[b] seu legum paternarum, est bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum [c] videatur homo tentare; si habet quod faciat, & suæ, ac aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.

† *opportunitas*] orig. & Iuo.

Item Gregorius in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Sapphiram increpando morti tradidit. C. XVI.

Ansel.l.13.c.16. Iuo p.10.c.67. Pann.l.8.c.19.

Act. 9. & 5.

PEtrus, qui Tabitham mortuã orando suscitauit, Ananiam[d], & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur; sed solummodo culpam, quam perpetrauerant, increpasse. Constat ergo, ꝙ aliquando hæc ex potestate, aliquando vero exhibentur ex postulatione; dum & istis vitam increpando abstulit, & illi reddidit orando.

Item Veloci magistro militum, lib. 12. epist. 21.

¶Beatus Gregorius quosdam hortatur, vt milites congregent, & contra hostes arma viriliter pareant. C. XVII.

Poly.l.7.tit.13. Ansel.l.13.c.6. Iuo p.10.c.90.

†*Et*] orig.

VT † pridem expressimus gloriæ vestræ, quia milites illuc erant parati venire: sed quoniam inimicos congregatos, & huc discurrere epistola vestra significauerat; hæc eos hic causa retinuit. Nunc vero vtile est visum, vt aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati sint ad laborẽ, studeãt: & occasione inuenta cum gloriosis filijs nostris Mauricio, & Vitalino loquere, & quæcumque vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. statuerit, facite: & si huc, vel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum † cognoueritis excurrere; vos à dorso[e] eius ita sicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio vestra ex laboris vestri qualitate amplius in republica Deo auxiliãte proficiat. Illud tamẽ præ omnibus admonemus, vt familiam Maloin, & Adobin, Vigildi, atq; Grussingi, qui cum glorioso Mauricio magistro militum esse noscuntur, sine aliqua mora, vel excusatione relaxes[f]: quatenus venientes illuc homines, prædicti viri cũ eis sine aliquo impedimento debeãt ambulare.

† *al. Arnulphum.*

factum, vt ibi dicitur, & ff. de furt. verum. 29. dist. sciendum.

SI nulla.] CASVS. Bulgari quæsiuerunt à Nicolao, vtrum in Quadragesima à prælijs est abstinendum: Et respondet quòd in quadragesima, & omni tempore est à prælijs abstinendum, nisi necessitas vrgeat: quo casu omni tempore est indifferenter pugnandum: scilicet pro defensione sua, vel patriæ, vel legum paternarũ, ne homo videat Deũ tẽtare si habet aliud quod faciat.

a ¶Quadragesimali.] Vnde & Machabæi pugnauerunt in sabbato, non obstat, extra de treuga & pa. cap. 1. quia hic loquitur de defensore, ibi oppugnatore.

b ¶ Patriæ.] su. ea. oĩ.

c ¶ Deum.] Sup. 22. q. 2. quæritur.

PEtrus.] CASVS. Docet hic Greg. ꝙ Petrus Tabitham mulierem à morte suis precibus suscitauit: Anadiam vero & Sapphirã Christo mentientes increpando morti dicitur tradidisse: vnde patet, ꝙ talia quandoque fiũt ex potestate, qñque ex postulatione; quia vnum fecit increpando, aliud vero fecit orando.

d ¶Ananiam.] 12 q. 1. c. 2. & sup. ea. q. 4. c. vindicta. 17. q. 1. Ananias.

VT pridem.] CASVS. Ariulphus hæreticus ecclesiam impugnabat, & infestabat, contra quem Velox, magister militiæ pugnabat: ad quẽ cum Greg. quosdam milites mittere vellet in succursum, significabat sibi prædictus Velox, ꝙ Ariulphus versus Romam discurrebat, & ideo Papa tunc milites retinuit: sed nunc eos mittit, & hortatur ipsum Velocẽ, vt insimul cum Mauricio, & Vitaliano aduersus ipsum Ariulphũ non nominandum viriliter pugnet, siue Romam, siue Rauennã discurrere velit. & admonet eũ, vt quatuor familias Maloin, Adobin, Vigildi atque Grussingi, qui cum Mauricio erãt, à captiuitate relaxet, vt hoĩes dicti Mauricij sine impedimento eos reducere possint. Et dicit ibi, [Homines,] i. nuncij prædicti, scilicet Mauricij, [Cum eis,] scilicet captiuis, reducendo eos: [eiusdem] scilicet epistolæ.

e ¶ A dorso.] Argu. ꝙ dolus contra hostem licite potest fieri, vt sup. ea. q. 2. Dominus noster. & 22. q. 2. vtilem.

f ¶ Relaxes.] à captiuitate. Ioan.

SVppliciter.] CASVS. Ariulphus direxit epistolam quandam Grego. in qua innuebat, quod Suanenses, id est Beneuentani ei obsides pro sua fidelitate dederant: quam epistolam Greg. mittens Mauricio, & Vitaliano per quendam alium Vitalianum mandat eis, vt inquirant si permanserunt in fide, quam Reipublicæ promiserunt, & recipientes ab eis obsides, eos sacramentis obstringant. si autem inuenerint, quod cum Ariulpho, vel ipse dus fecerint, vel ei obsides dederint, sicut Ariulphi epistola innuere videbatur: tunc faciant, quod Reipublicæ, & saluti suæ, & Papæ viderint expedire: ne ipsi, & Papa de sacramentis eorum teneantur: & hortatur eos, si Romam discurrere voluerint, vt vel loca ipsius deprædentur, vel mittant exploratores, vt inquirant quid facere velint, ne nobis possint ex improuiso nocere. Ego tamen Bartholom. Brixien. totum hunc casum sub illo capit. vt prædem. semper audiui & legi, & tu lector si volueris sub vno casu, vel duobus formare poteris, secundum quod tibi melius videbitur.

a ¶ Suanentes.] Primo enim iurauerant Reipublicæ.

b ¶ Obsidesque.] Ergo liber homo pôt esse obses pro pace seruanda, non pro pecunia, vt extra de iureiu. ex rescripto. et ad idem ff. de reti4. obsides ff. de iure fi. di. uus. Quid ergo est quod dr, liber hô non potest obligari, vt extr. de pig. c. 2. C. quæ res p. g. obl. g. pos. qui filios. Ad hoc dico, quod liber homo nô potest obligari, nec habetur in eo ius pignoris: sed tantum ius retentionis 1. Nam video, quod quandoq; tenetur res aliqua pro ea pecunia, pro qua nô est obligata, vt C. de chyrograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decret. ex rescripto intelligo, quod pro necessitate ecclesiæ, & auctoritate Papæ factum fuit. Aliàs clericus non potest renunciare beneficio canonis illius, si quis suadente. vt extra de sent. exc contingit. ea namque, quæ in nos committuntur, dimittere possumus, sed quæ in Deum, vel ecclesiam, minimè, vt supra ead. q. 4. si is qui.

Hô liber an possit obligari.

1 De hoc est not. 10. q. 2. hoc ius. in gl. quæ ad pduos.

c ¶ Denuo.] Ergo aliquis potest bis iurare super eodem negocio, vt extra de testi. quoties. & ff de damn. infec. qui bona. §. pen. quod concedo, si subest causa suspicionis. Ioan. sed certè tantum semel iuratur, & quod dicit ibi decretalis, duplici, id est, duos habens articulos, scilicet de auditu, & de credulitate. B. Sed si quis semel est periurus, amodo non est recipiendum testimonium illius: sed alia cautio est ab eo recipienda, vt extr. de præsump. litteras. in fi. ex quo. n. semel est periurus præsumitur, quod semper velit peierare: vt 2. q. 7. non potest. de hoc notatur 22. q. 5. paruuli. Item habes hic, quod plus creditur iuratoriæ cautioni, quam pignoratitiæ, cum tamen regula iuris dicat, quod plus est cautionis in re, quàm in persona. ff. de regu. iu. plus cautionis. Ioan. de Fant.

Periuri testimoniú non est amplius recipiendú.

d ¶ Dubios.] Quia scriptum hostis inducit suspicionem quod est contra id 11. q. 3. in cunctis, adeo vt secundo cogantur illi iurare.

e ¶ De sacramentis.] Eorum, eo quòd timor est ne labantur in periurium, vt extra de coha cle. & mulie. clericos.

f ¶ Sculpas.] Aliàs scultas, id est, exploratores 2.

2 Et est vulgare Hi... norum seu Italici, scilpas. Io. de Fan.

α ¶ Maloin.] *Hæc nomina sunt reposita, quemadmodum habentur in codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & a vulgatis, & inter se valde hoc loco discrepant.*

Item eiusdem Mauricio, & Vitaliano, lib. 12. epist. 23.

C. XVIII.

SVppliciter gloriæ vestræ per filium nostrũ Vitalianũ, cum quo, & tractetis, & verbo, & scripto mãdauimus. Vndecimo autem die mensis Iunij Ariulphus † hanc epistolam, quam uobis direximus, transmisit; & ideo relegentes eam videte, si in fide sua Suanenses [a] quam Reip. promisere, perstiterunt: obsidesque [b] dignos, de quibus possitis confidere, ab eis percipite: & insuper eos denuo α [c], sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris sustulistis, & sermonibus vestris eos sanantes. Si autem manifestissimè cognoueritis, eos cum Ariulpho de sua subiectione † locutos fuisse, vel certè obsides ei dedisse; sicut nos Ariulphi epistola, quam vobis direximus, dubios [d] reddidit, salubri consilio pertractantes, ne in aliquo anima vestra, vel β nostra de sacramentis [e] grauetur; quidquid vtile Reip. iudicaueritis, peragite. Sed ita faciat gloria vestra, vt neque sit aliquid, vnde possimus ad aduersarijs reprehendi †, neque in quo vtilitas Reip. (quod Dominus auertat) negligatur. Præterea gloriosi filij estote solliciti; quia quantum comperi, hostis γ multitudinem habet collectã, & in Marchia δ dicitur residere: etsi huc cursum, Deo sibi irato, mittere voluerit; vos loca ipsius (quantum vos Dominus adiuuerit) deprædamini, aut certe sculpas [f] † ε, quos mittitis, sollicitè requirant, ne dolens factum ad nos discurrat.

Polyc. ibidem. Ans. l. 13. c. 8.

† al. Arnulph.

† al. sub ditione

† comprehẽdi I orig.

† al. sculcas

α ¶ Denuo.] *Abest hæc dictio à codicibus epistolarum excusis & manuscriptis: est tamen in vetustis etiam Gratiani, & apud Anselmum.*

β ¶ Vestra vel] *Hæ duæ voces non sunt in codicibus epistolarum; sed apud Anselmum.*

γ ¶ Hostis.] *In epistolis B. Gregorij partim legitur,* hostem collectum habet: *partim vero* hostis collectam habet. *Apud Anselmum vero est,* hostem collectam habet.

δ ¶ In Marchia.] *In epistolis impressis est,* Narinas. *in vno autem manuscripto codice,* Narnia.

ε ¶ Sculpas] *In plerisque vetustis, sicut etiam in codicib. B. Gre-*

gorij impressis, & manuscriptis, legitur, sculcas, quæ vox etiam apud Paulum Diaconum, & alios scriptores significat exploratores, quod vidit etiam auctor glossæ.

In Regesto etiam legitur, quòd B. Gregorius ciuib. Tusciæ, vt contra Longobardos arma pararent, mandauit, & militantibus stipendia decreuit. Hoc ergo exemplo, & præmissis auctoritatibus claret, quòd sacerdotes, etsi propria manu arma arripere non debeant; tamen vel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere, vel quibuslibet, vt ea arripiant, sua auctoritate valeant impetrare.

3 ¶ *Sed obijcitur illud Nicolai ad Ludouicum, & Carolum Reges.*

¶ Episcopi non debent militaribus occupari negocijs. C. XIX.

Iuo p. 3. c. 334. Reprehensibile valde cõstat esse, quod subintulisti dicendo, maiorem partem omnium episcoporum die noctuq; cum alijs fidelibus tuis contra piratas maritimos inuigilare, ob idq; episcopi impediantur venire; cum militum Christi sit Christo seruire: militum vero sæculi sæculo, secundum quod scriptum est. 2. Tim. 2. [Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.] Quòd si sæculi milites sæculari militiæ student; quid ad episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus [a] †? († al. orationi) Orig.

¶ *Epistola, ex qua sumptum est hoc caput, extat Romæ in monasterio Dominicanorum scripta Ludouico, & Carolo Regibus: cuius initium est,* Credimus ex Dei dono. *in qua de Carolo, sermonem propriè ad ipsum conuertens, queritur Pontifex, ob quasdam excusationes, & hanc præcipuè, quæ hoc capite continetur, nullos episcopos Romam ad synodum, quam ipse habere volebat, missos fuisse. Propterea mutatus est titulus, qui antea erat,* ad Carolum Imperatorem.

Item Gregorius Papa lib. 7. epist. 1. ad Sabinianum.

¶ In mortem cuiuslibet hominis episcopi se miscere formident. C. XX.

Si in morte Longobardorum me miscere voluissem; hodie Longobardorum gens nec Regem, nec Duces, nec comites haberet, atque in summa confusione esset diuisa. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me miscere formido.

Ecce quòd Nicolaus Papa prohibet episcopos sæculari militia occupari: nec etiam contra maritimos piratas permittit eos ad pugnam accedere. Quomodo ergo Leo Papa aduersus Saracenos vrbē egreditur; & vt eos procul à littore arceat, populum vndiq; conuocat, & suorum iniurias præsentialiter vindicat, atque cum Gregorio milites ad arma inuitat? Sed notandum est quosdam episcopos leuitica tantum portione esse contentos: qui, sicut in Dei sorte tantum numerantur, sic ipsum Deū solummodo in hæreditatem accipiunt, dicentes: (Dominus pars hæreditatis meæ.) Ps. 15. *His nihil est commune cum principibus sæculi; quia temporalia penitus abijciunt, ne eorū occasione legibus Imperatorum obnoxij teneantur. Talibus nulla occasio relinquitur occupationis sæcularis militiæ: quia cum de decimis, & primitiis viuant; tanquā filij summi regis in oī regno à terrenis exactionibus liberi sunt; ita, vt dicere valeant*

IN REGESTO. CASVS. Legitur in regesto, q̄ beatus Grego. Tuscos contra Longobardos inuitauit, & militantibus stipēdia decreuit. Quo exemplo, & præmissis auctoritatibus patet, quòd licet clerici propria manu pugnare non debeant, quoscunq; tamen hortari possunt ad pugnam. postea probat cōtrarium per seq. c.

SED OBIICITVR. Hæc est tertia pars quæstio. in qua probat per quatuor auctoritat. q̄ sacerdotes non debent pugnare, scilicet manu propria. Io. de Fan.

Reprehensibile] CASVS. Cū Nicolaus præcepit, quibusdam episcopis, vt Romam venirēt. Carolus Imperator scribitet, q̄ ire non poterant: quia contra maritimos piratas die noctuque cum alijs fidelib. inuigilabant, quod Nicolaus dixit esse reprehensibile: cum hoc tantum militibus sæcularib. cōueniat. ad quod probandum inducit auctoritatem Pauli: sequens cap. patet.

a ¶ Orationibus.] G. intellexit hoc cap. de episcopis, qui tātum leuitica portione sūt contenti, vt inf. proxi. §. sed hæc est veritas, q̄ ideo tantum redargūntur illi episcopi, quia citati à Papa noluerunt venire, & excusabant se propter mandatum regis: dicet enim mandato regis sit potius obediendum, quam metropolitano, vt supra 18. distin. b episcopus. tamen Papæ potius obediant, quàm regi. Alij intelligunt de episcopis non habentibus regalia. (Regi an metropolitano potius dēt obedire eps.)

Si in morte.] ECCE. CASVS. Iste §. diuidit in duas partes. In prima parte G. breuiter epilogat cōtrarietates ab illo § [His ita.] In sc̄da soluit dictā cōtrarietatē, dicens q̄ episco-

pi, qui feudum non habent à principibus, sed viuunt tantum de decimis, primitijs, & oblationibus sæculari militia occupari non debent. Alij vero, qui a principibus feuda retinent, principibus seruire tenentur. qđ probat duabus auctoritatibus, scilicet Christi, & Pauli: nisi ab illis à quibus feuda tenēt, super huiusmodi promeruerint immunitatem.

pauperum: Item nec de rebus ecclesiæ. quia illas non posset dare propter hoc quod sequitur circa finem. Sed dic, quod de proprijs Ambrosij intelligitur. quod autem dicit, pauperum sunt intellige per c. 12. q. 1. illi qui. Nam si propria habeo, & de rebus ecclesiæ sustentor, de-

[Venit princeps huius mūdi, & in nobis non habet quidquam.] Porro alii sunt, qui non contenti decimis, & primitiis prædia, villas, & castella, & ciuitates possident; ex quibus Cæsari debent tributa; nisi Imperiali benignitate immunitatem ab huiusmodi promeruerint. Quibus à Domino dicitur: [Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.] Quibus idem Apostolus: [Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal. Ioan. 14. Matt. 22. Rom. 13.

Unde Ambrosius ad Marcellinam sororem, epist. 33.

¶ Ecclesiæ Imperatoribus non sunt obnoxię.

C. XXI.

Conuenior ipse à comitibus, & tribunis, vt basilicæ fieret matura traditio, dicentibus Imperatorem iure suo vti, eo quod in potestate eius essent omnia [a]: Respondi, si à me peteret quod meum esset, id est, fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum; me non refragaturum [b], quamquam omnia, quæ mea sunt, essent pauperū: verum ea, quæ diuina [c] sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta. Si patrimoniū petitur, inuadite; si corpus, occurram: Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans; sed pro altaribus [d] gratius immolabor. Horrebā quippe animo, cum armatos ad basilicam ecclesiæ occupandam missos cognoscerem; ne, dum basilicam vendicant [e], aliqua strages fieret, quæ in perniciem totius vergeret ciuitatis: orabam, ne tantæ Vrbis, vel potius totius Italiæ busto [f] superuiuerem. *& infra.* ¶ Mandatur, trade basilicam, hoc est, [Dic aliquod verbum in Deum, & morere [g]:] nec solum dic aduersus Deum; sed etiam fac aduersus Deum. Mandatur, trade altaria Dei. Vrgemur igitur præceptis regalibus: sed confirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit, [Tanquam vna ex insipientibus locuta es.] *Et in oratione contra Auxentium.* ¶ Quid ergo turbamini? volens nunquam ius † deseram: coactus repugnare non noui, potero dolere, potero flere, potero gemere: aduer- Iob. 2. Iob ibidem. Poly. l. 4. tit. 15. † al. vos

Conuenior] CASVS. Imperator misit milites Gothos ad Ambrosiū, vt praciperēt sibi ex parte Imperatoris, vt quandam basilicā sibi traderet festinanter, quam hæreticis tradere volebat. Ambrosius vero respondet. Si quod meū est peteret Imperator, non denegarem, quā uis omnia mea pauperum sunt: sed quia quæ Dei sunt postulat, in quibus Imperator potestatem nō habet, potius est vt vitam mihi auferat, quam ecclesiam sibi concedam, ad instar Nabuthæ, qui potius se permisit interfici, quam patrimonium suum Achab Regi vendere vellet. sed cū viderem milites armatos, orabā ne ibi fieret aliqua strages, quæ verteretur in perniciem ciuitatis, nec me defendam: quia lachrymæ meæ, arma mea sunt; & si mihi liceret, libenter irem ad palatium principis, in quo episcopus conueniri nō potest: sed coram iudice ecclesiastico. Et si dicatur, quòd Imperatoris sūt omnia, respondetur non esse verum: quia in diuinis potestatem non habet, cum scriptum est, q̄ sunt Dei, Deo: quæ sunt Cæsaris, Cæsari quod autem dicitur ibi, quæ, scilicet scriptura. respondit per Iob, vxori Iob dicenti: Benedic Deo, & morere, turbamini, ò vos ciues. Non deseram vos, ciues. [Christus,] id est, episcopus vel persona ecclesiastica, sed iudex ecclesiasticus. [De meo,] id est, quod meum est.

a ¶ Omnia.] Ergo omnia sunt Imperatoris, vt supra distinct. 8. quo iure. C. de quadrien. præscri. bene à Zenone. Sed hoc intelligas quo ad iurisdictionem s. & defensionem.

b ¶ Non refragaturum.] Ex humilitate hoc dicit, alias bene posset refragari. Vel dic non refragaturum, sicut pro ipsa ecclesia. Sed qualiter intelligitur illud meum? videtur quòd non possit intelligi de rebus proprijs ipsius Ambrosij, propter illud quod sequitur: sunt

debeo mea pauperib. erogare. 16. q. 1. quoniam quidquid 47. dist. sicut hi. & 1. q. 2. c. pen.

c ¶ Diuina.] Diuina enim ab homine dari non possunt. 8. q. 1. plerique. 33. q. 5. vna sola in fi.

d ¶ Pro altaribus.] Videtur, quòd prælatus mortem debeat subire non solum vbi fides, vel salus ecclesiæ impugnatur, sed etiam vbi res, vel claues ecclesiæ auferuntur. arg. contra 7. q. 1. §. hoc etiam tunc obseruandum. & supra ea. q. 5. non nostrum.

e ¶ Vendicant.] Id est, defendunt. su. 11. q. 3. quicunque.

f ¶ Busto.] Bustum dicitur cum res est exusta, rogus cum comburitur, pyra est congeries lignorum ad comburendum.

g ¶ Morere.] Ar. ex eo, quòd princeps præcipit aliquem eli-

1 Vel dic q licet isti ita dicerent, nō tñ illud concedit eps, sicut Amb. inf. eo. c. q non est verum, q oia sint eius, licet videat dicere lex C. de quadr. præscr. bene à Zenone. q illud locum non hēt in ecclesiasticis, &c.

Prælatus qñ que dēt mortem subire

Bustum, rogus, & pyra differant.

eligi, ꝙ non valet electio: quia est iusta causa timoris. nam & timor verborũ excusat, sicut dixi su. d. 7. fuerũt. a ¶ La-

a ¶ Lachrymæ meæ.] sup. d. 36. c. vl. sup 16 q. 3. c. porro. b ¶ Nec debeo.] Consulẽdo ex nimia perfectione loquitur. & est ar. pro opinione H. sed non de facto hic posset resistere Imperatori: nec de iure debebat; quia timebat maius malum: & hoc est, quod supra tangit, ne bullo. &c.

sus arma, milites Gothos, quoque lachrymæ meæ[a] mea arma sunt. Talia enim sunt monumēta sacerdotis. Aliter nec déo[b], nec possum resistere, *& paulo inferius.* ¶ Vtinã elsé securus, ꝙ ecclesia hęreticis minime traderetur: ad palatiũ Imperatoris irẽ libenter, si hoc cõgrueret[c] sacerdotis officio, vt in palatio magis certarẽ; quàm in ecclesia[d]. Sed in consistorio non reus Christus[e] solet esse, sed iudex. Causã fidei agendam in ecclesia[f] quis abnuat? Si quis cõfidit, huc veniat. *Et in ea. epist. ad Marcellinam.* ¶ Allegatur, Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respondeo. Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, Imperiale[g] aliquod ius habere, noli te extollere[h]: sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptũ est: [Quę Dei, Deo, quæ Cæsaris, Cæsari.] Ad Imperatorẽ palatia pertinent, ad sacerdotẽ ecclesiæ. Publicorum tibi mœniũ ius commissum est, non sacrorũ. Iterum dicitur, mandasse Imperatorẽ[i], debeo & ego vnam basilicã habere. Respondi, non licet tibi illam habere. Quid tibi cum adultera[k]? Adultera est enim, quæ non est legitimo Christi coniugio copulata. *Et in ead. oratione cõtra Auxentiũ.* ¶ Nabuthe sanctum virum possessorẽ vineæ suæ scimus interpellatũ petitione regia, vt vineã suam daret, vbi rex succisis vitib. olus vile sereret, eumq; respondisse, [absit, vt ego patrum meorum tradam hæreditatem.] regem contristatum esse, quòd sibi esset alienum ius relatione iusta negatum: sed muliebri consilio deceptum, morte in agrum venisse. Sanctus enim Nabuthe vites suas vel proprio cruore defẽdit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus, absit à me, vt tradam Christi hæreditatem[l]. Si ille patrum hæreditatem non traddit, ego tradam Christi hæreditatem? sed & hoc addidi, absit, vt tradã hæreditatem Patrum, hoc est Dionysij, qui in exilio causa fidei defunctus est, hæreditatem Eustorgij confessoris, hæreditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium episcoporum. Respondi ego, quod sacerdotis est. Quod Imperatoris est, faciat Imperator. Prius est, vt animã mihi, quàm fidem auferat. *& infra.* ¶ Tributum Cæsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est: Cæsari vtique non debet adijci: quia ius Cæsaris esse non potest templũ Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentius, quàm vt Imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cum dicitur[m], sine peccato dicitur: cum gratia dicitur. Imperator enim bonus intra ecclesiam est, non supra ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium[n] ecclesiæ, non refutat. *Et supra in eadem oratione.* ¶ Si de meis & aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argentum; id quod mei iuris esset, respondi me libenter offerre: templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud, quod custodiendum[o], non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiam Imperatoris saluti;

sup. e. non pila.

Matt. 22.

3. Reg. 21.

c ¶ Congrueret.] Et hoc non licet. extra de appel. qua fronte. Et per hoc patet, ꝙ clericus citatus à laico iudice non tenetur venire ad allegãdum priuilegiũ, nisi dubium sit an sit clericus 1.

d ¶ In ecclesia.] 2. q. 2. c. vlt.

e ¶ Christus.] Hoc intelligas in casu, in quo loquitur littera sequens. vbi. s. agitur causa fidei vel spiritualis. nam aliàs clericus in reconuentione reconuenitur in foro ciuili.

f ¶ In ecclesia.] Sup. 2 q. 1. præceptum. & 24 q. 1 quoties.

g ¶ Imperiale.] Ecclesia. n. non adstringitur legibus mundanis, vt 34 q. 2. inter. nec potest Imperator condere aliquod statutum de reb. ecclesiasticis, vt 96. di. bene quidem. in fin. nisi ecclesia hoc petat, vt 17. distin. hinc etiam. vel nisi aliq. statuatur in priuilegium ecclesiæ, vt 16. q. 1. generaliter.

h ¶ Extollere.] Sup. ea. q. 5. regum est.

i ¶ Imperatorem.] p hæc verba, q̃ sequũt.

K ¶ Adultera.] Sup. 21. q. 2. sicut in vna.

l ¶ Hæreditatẽ.] Et ita dicitur hæreditas viuentis. arg. contra. ff. de hær. vel act. vẽ. l. 1. ff. de reg iur. l. hæreditas 2.

m ¶ Quod cum dr.] Scilicet ꝙ Imperator sit filius ecclesiæ, vt 96. d. si Imperator.

n ¶ Auxiliu.] Mutuũ enim sibi dẽnt auxilium Imperator & ecclesia, vt sup. ea. q. 5. principes. & 96. di. cum ad verum.

o ¶ Custodiendum.] & ita prælatus non potest,

Clericus à laico citatus venire non tenetur.

1 Conc. text. in l. si diligẽti. cum no. ff. de compet. Ecclesia nõ subijcitur legibus.

2 Et vide q. T not. 12. q. 1. c. fin.

potest dare, nisi cum quid vtile prospiciat, arg ff. de off. procu. Cæsaris l. 1 §. 1 & 17 q. 4. quicumque. a g. contra. ext. de do. c. ; & 12. q. 2 § item domus & c. terrulas. l. 2.

TRibutum.] CASVS. Vrbanus Papa ostendit in hoc c. quod ecclesia Imperatori subijci non debet, nec Pontificalis apex: tamen de exterioribus ecclesia constituta tributa persoluere debet. Et hoc probat exemplo Petri, qui piscem non dedit pro tributo, sed staterem quem habebat in ore piscis, qui ecclesiam vel apicem pontificalem significat. stater vero exteriora designat.] Pontificalis apex.] Idest, Apostolicus vel Romanus Pontifex.

ribus tributa soluantur, tamen non videntur esse soluenda. Et hoc probat exemplo Pharaonis, qui interpretatur fauus Aegyptiorum, qui cum prædia priuatorum emeret, sacerdotibus necessaria ministrauit: nec suis possessionibus spoliauit, docens sacerdotes debere liberos esse ab

quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse consultum: recedat a Christi iniuria. Hæc plena humilitatis sunt, &, vt arbitror plena affectus eius, quem Imperator debet sacerdos.

¶ *Caput hoc collectum est ex varijs locis epistolæ ad Marcellinum, & orationis contra Auxentium de basilicis non tradendis, vt suis locis notatum est, inductis prioribus citationibus, quæ erant, & intra, atque ex ijsdem locis multa sunt emendata.*

a ¶ Deceptum.] *In originali statim post hoc verbum sequitur,* Nabuthe vites suas.

b ¶ Si de meis.] *Aptatus est hic locus, quantum licuit, ex originali.*

Item Vrbanus Papa.

¶ De suis exterioribus ecclesiæ soluunt tributa.

C. XXII.

TRibutum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est: quia de exterioribus [a] suis, quæ palam cunctis apparent, ecclesia [b] tributum [c] reddit †. Non autem totum piscem iussus est dare; sed tantum staterem [d], qui in ore eius inuentus est: quia non ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis ecclesiæ præeminet, subijci potest regibus; sed sane, vt diximus, quod in ore piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur; quia de exterioribus [e], quod constitutũ antiquitus est, pro pace & quiete, qua nos tueri, & defensare [f] debent, Imperatoribus persoluendum est. Matt. 17.

† Adde ut ecclesia teneant ad solutionem tributorũ not. Bar. in l. in l. diuina C. de exac. tri. & not in l. fi. ff. de mu. & hono.

4 *Quamuis etiam huiusmodi non videantur imperialib. exactionibus subijciendi. Nam, cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terram sibi emeret [g] Pharao, atq; sub eadem fame suæ seruituti cuncta subiceret; sacerdotibus ita necessaria subministrauit, vt nec possessionib. nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronunciante; sacerdotes in omni gente liberos esse [h] oportere.* Gen. 47

Vnde Constantius, & Constans hanc immunitatem dederunt ecclesiæ, dicentes. Cod Theod li. 16. tit. 2 le. 16.

C. XXIII.

IN qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vico, castel- Ans. l. 4. c. 14.

a ¶ De exteriorib.] .i. non de rebus ecclesiæ. Nam ex quo semel datum est ecclesiæ, sanctum sanctorum erit Domino, vt 12. q. 2. nulli. & sup. ead. cap. conuentor. Nam apud quod dicitur de sarcina repẽtina. 11. q. 1. placuit. locum habet cum episcopus sponte voluerit cum consilio clericorum, aliàs nõ. ext. de immun. eccle. non minus. &c. aduer consules.

b ¶ Ecclesia.] Est ergo arg. quòd episcopi subsunt regi, quia tributum est signum subiectionis. ext. de cẽ omnis anima. sed illud in laicis. t.

Tributũ est signũ subiectionis.

c Sub quibus quo ad regalia præsunt, non clericis. extr. de maio. & obe. solitæ.

c ¶ Tributum.] Sup. 11 q. 1. magnum. & c. si tributum.

d ¶ Sed tantum staterem.] Vñ, Pisciculũ Petrus piscatur, cuius in ore inuenit staterem. gerulum adidrachmatis auri.

a Gerulũ dr id quod aptũ est ad portãdũ sine grauitate põderis. Arch.

e ¶ De exteriorib.] quia cũ onere ad eũ peruenit. C. de exact. tri. si diuina. li. 10 & ext. de deci. cum nõ sic in homine.

f ¶ Defensare.] Ergo nisi defendant, non est eisdem dandum tributum, arg 95. d. esto.

QVAMVIS. Hæc est quarta pars q. in qua probat, quod ecclesia non debet Imperatoribus nisi spirituale tributum & hoc patet exemplo Pharaonis; qui tempore famis omnes possessiones subiugauit sibi, exceptis possessionibus sacerdotum, quibus de publico salarium ministrauit. probat etiam per leges tres. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in cap. proxim. quòd de exterioribus ecclesiæ tributa sunt Imperatori persoluenda. Nunc vero ostendit Gratia. quòd licet de ipsis exterioribus ab huiusmodi tributis & hoc inducit sequentes leges. & c. quod sequitur quamuis etiam, &c.

g ¶ Emeret.] Et ita non sunt omnia Imperatoris: quia nemo potest rem suam emere, vt ff. de contrahen. emp. suæ rei. & quod meum est, amplius non potest esse meũ, vt ff. de excep. rei iud. & an eadem. §. actiones. ext. de fid. instru. inter dilectos.

Meũ amplius meum esse non potest.

h ¶ Liberos esse.] Non dixit vt redderent tributum.

IN qualibet.] CASVS Constantius & Constans Imperatores statuerunt, vt clerici, qui virtute alijs præeminent, in omni loco perpetua gaudeant securitate; quia respublica magis augmentatur oratio-

tionibus, & officijs clericorum, quàm labore corporis. Seq. lex patet.

a ¶ Securitate.] Nunc inhibet tributum, sed hoc quantum ad onera personalia.

b ¶ Attentationis.] Idest, exactionis.

SAN.

vbi senes & valetudinarij, & propter senectutem solam infirmi homines curantur. Orphanotrophium est locus venerabilis, in quo pueri parentibus orbati pascuntur. Brephotrophium est locus, in quo infantes pauperum aluntur.

Orphanotrophium. Brephotrophium.

† al. legis.

Io, municipio quicunq; voto Christianæ religionis † meritum eximiæ, singularisq; virtutis omnibus intimauerit; securitate [a] perpetua potiatur. Gaudere enim & gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus, quã officijs, & labore corporis, vel sudore nostram Remp. contineri. [Gratianus quoq;, Valentinianus, & Theodosius decreuerunt dicentes.] Vniuersos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse, vel sanctorũ locorum, ac religiosis obsequijs deseruire, nullius attentationis [b] molestiã sustinere decernimus. [Imperator Iustinianus.] ¶ Sancimus [c] res ad venerabiles ecclesias, vel xenones [d], vel monasteria, vel ptochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel denique aliud tale consortium descendentes ex qualicunque curialis liberaliate, siue inter uiuos, siue mortis causa, siue in vltimis voluntatibus habita à lucratiuorum [e] inscriptionibus liberas esse & immunes; lege scilicet, quę super huiusmodi inscriptionibus posita est, in alijs quidem personis suum robur obtinente: in parte autem ecclesiastica, vel aliarum domuũ, quæ huiusmodi pijs consortijs deputatæ sunt, suum uigorem pietatis intuitu mitigante.

Ibid. l. 26.

Cod. lib. 1. tit. de sacrosan. eccl. l. 18

Hinc etiam in Parisiensi concilio legitur.

¶ De agro ecclesiastico presbyter non cogatur censum persoluere. C. XXIIII.

SEcundum canonicam auctoritatem, & constitutionem domini Imperatoris Ludouici de ecclesiastico agro, & manso [f], & de mancipijs, quæ ipse suis capitulis [a] constituit, vel si quilibet pro loco sepulturæ aliquid largitus ecclesiæ fuerit de decimis [g] etiam, & oblationibus fidelium nullus quemquam presbyterorum aliquem censum persoluere cogat, nec quisquam cuiuslibet ordinis, vel dignitatis exinde quidquam subtrahat, aut redhibitionem quamcunque exigat temporalem. Quod si fecerit; communione vsq; ad satisfactionem priuetur, & Regia potestate dare cogatur.

Bur. l. 3. c. 53. Ivo p. 3. c. 56. & c. 75.

¶ Burchardus, & Ivo par. 3. c. 56. simile quiddam citant ex concilio Meldensi, c. 8. verum idem Ivo eadem parte, c. 175. hoc idem affert ex concilio Parisiensi, in quo videtur innouatum, quod nunc extat in concilio Meldensi, c. 63.

e ¶ Lucratiuorum.] Quibus quarta pars eorũ, quæ à curialibus relinquebantur, vendicabatur à fisco: exceptis relictis curialib. & coniunctis. hoc habes C. quando & quib. quarta pars l. 1. & 2. li. 10 C. de impo. lucr. descriptio. l. vna. eod. lib. quia fiebat impositio quatuor siliquarum C. si lib. Imperialis socius sine hrde decesserit l. una. li. x. Ioan.

i Vn. de versus: Pascit in Brephogerõ orphano. nosо. xenoq; e Infirmus vetulus puer infans, & peregrinus.

SEcundum.] CASVS. Statutũ fuit in concilio Parisiensi, ut ecclesia de suis agris, manso, & mancipijs, quæ sibi beneficio Imperiali conceduntur, de eo quod sibi datur pro sepultura, de decimis & oblationibus tributũ soluere non compellatur. quod si aliquis exegerit, excommunicetur, & p regiam potestatem reddere cogatur.

f ¶ Mãso.] Supra 19. q. 1. quia iuxta. Contra supra dis. 8. cap. 1. contra supra 12. q. 2. ecclesiarum. contra supra 11. qõ. 1 si tributum. contra. Sed illud de prædijs, quę solum pro animarum redemptione donantur, illud de his quę titulo emptionis uel alio modo acquiruntur ecclesiæ. Vel illud specialiter de prædijs collatis ecclesię a principe, illud generaliter de alijs Sol uera colligit ex proxi. ca. seq Ager 2. appellatur hic vbi est hortus ecclesiæ. ar. su pra ead. cõuenior. nã in agro Nabuthe rex seuit olus. Mansus vero appellatur vnde percipitur frumentum, & vinum ad Eucharistiam conficiendum, vt extra de cen. c. sancitum est. Vel mansum appellat dotem ipsius ecclesiæ. Nam dos talis debet esse, vt ecclesia possit inde sustentari de conse. di. 1. nemo. sed mansus dr ſm vulgare, vnde vnus rusticus cum sua familia sustentari possit: ecclesia tamen de tanto non potest sustentari de quanto vnus rusticus. Arg. 10 q. 3. vnio. Patet ergo, q de dote sua non potest ecclesia, vel non debet tributa dare, quia non debet dotem recipere nisi libera sit. & sic posset intelligi. 10 q. 3. hoc ius. quia non dẽt ei dari possessio onerosa. Itẽ nec de decimis, nec de pti-

Ager & mãsus differunt.

a Adde q̃d sit propriè ager, not in l. insula. in fi. & in lege si qua ff de acq. rer. do. & in l fundi. §. vlt. ff. de ver. sig.

SANCIMVS. CASVS. Olim cum aliquis curialis volebat donare res suas alicui ecclesiæ vel loco religioso, semper oportebat, quòd certam relinqueret portionem curialibus: postea vero Iustinianus priuilegium dedit ecclesijs, & alijs locis religiosis, vt siue inter viuos, siue inter mortuos curiales donarent ecclesijs ex ipsis donationibus occasione legis antiquæ nihil amittant. [Obtinente,] scilicet lege mitigante.

c ¶ Sancimus.] C. de sacros. eccl. sancimus 2.

d ¶ Xenones.] Xenodochium est locus venerabilis, vbi pauperes peregrini recipiuntur, Ptochotrophium est locus vbi pauperes pascuntur. Gerontocomium est

Xenodochium. Ptochotrophium. Gerontocomium.

primitijs dabit tributum, quia in illis nunquam potuit Imperator tributum habere, de alijs vero prædijs tributarijs cum onere suo ad ecclesiam deuolutis tantum ecclesia dare debet tributum, & exaudi in eo casu. 11. q. 1. si tributum. Hęc omnia vera sunt maximè cum Imperator hoc idem constituat. Sed pone q̄ fundata est ecclesia in prædio tributario, nunquid de illo dabit tributum? Respondeo. refert an sit bonæ fidei fundator, an malæ. Si bonę fidei, de illis locis, quæ sunt ext. atrium, habebit Imperator tributū, non autem de loco, vbi est ecclesia: sed per hoc non fit patronus, vt 17. q. vlti. questi. Si vero fundator esset malę fidei, tūc est ad æstimationem cōpellendus. 14. q. 6. comperimus. & vbi post denunciationem fundat eam, mala fide fundat, ex. de noui ope. nunc. cū ex iniuncto. Io. namque regularibus, & alijs professionibus suis senioribus seruire tenentur, vt extra de censi. sancitum est 3. Hæc n. est cousuetudo, quæ est optima legum interpres: Io. Vel hic loquitur cum Papa aliquem episcopum ad se vocat, sic diximus sup. ead. reprehensibile. cum enim

Ecclesia in prædio tributario fundata, an teneatur pro illo ad tributa.

a Hic habetur 54 & post propalam ve. ptos.

b Subau. vel eius dote, & hoc in fauorem ecclesię. arg. hic ad similitudinē, seruit, qui factus presbyter à seruitute liberatur. 54 d. ex antiquis & c. sequ. & malo. de sā.

α ¶ Capitulis.] *Videtur significari caput proximè sequens, quod est, lib. 1. capitularium, c. 91.*

β ¶ De decimis.] *In dicto capite 63. concilij Meldensis, & apud Iuonem, c. 175. legitur.* neque de decimis, & oblationibus fidelium cuiquam presbytero aliquem censum, &c. *Ivo tamen cap. 56. habet vt Gratianus.*

γ ¶ Dare cogatur.] *In concilio est,* hoc emendare legaliter cogatur. *Ivo tamen vt Gratianus, Burchardus vero habet tantum vsque ad ver.* priuetur.

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 50.

Ext. de censib. c. sancitum.

C. XXV.

SAncitum est, vt vnicuique ecclesię vnus mansus integer absque vllo seruitio attribuatur: & presbyteri in eis constituti non de decimis, neq; de oblationibus fideliū non de domibus, neq; de atrijs, vel de hortis iuxta ecclesiam positis, neque de præscripto manso aliqđ seruitium faciant præter ecclesiasticam. Et si aliquid amplius habuerint; inde maioribus † suis debitum seruitium impendant.

Capit. l. 1. c. 91. Burc. l. 3. c. 51. Ivo p. 3. c. 53. & p. 16. c. 282.

† al. senioribus vera lectio.

¶ *Abest caput hoc à plerisque vetustis exemplaribus, habetur tamen locis indicatis.*

SAncitum est, vt vni. HINC DATVR. CASVS. Concludit Gr. ex c. prox. q̄ ea, quę ecclesię ex Imperiali beneficio conceduntur, & ea q̄ ei pro sepultura donātur, nō iuri Imperatorum, sed epis tenentur adstricta, pro alijs vero prædijs cōsueta tributa persoluant principibus, & cum eis proficiscantur ad castra, non tamē inconsulto Papa, quod probat per duo seq. c.

a ¶ Hinc.] Idest, illis legibus, quas sub §. ecclesia comprehendit.

b ¶ Annua.] Nā trāseunt res cum onere suo. 16 q. 1. si quis laicus. ext. de decimis. cum non sit.

Hinc [a] datur intelligi, quòd de his, quæ Imperiali beneficio, vel à quibuslibet pro bēneficio sepulturæ ecclesia possidet, nullius iuri, nisi episcopi, teneatur adstricta. De his vero, quę à quibuslibet emerit, vel viuorum donationib. acceperit, principibus consueta debet obsequia, vt & annua [b] eis persoluat tributa, & conuocato exercitu cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet.

Vnde Gelasius Papa Elpidio episcopo.

¶ Absque auctoritate Romani Pontificis ad comitatum episcopi proficisci non audeant. C. XXVI.

QVo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci, cum canones euidenter præcipiant nullum omnino [c] pontificum, nisi nobis ante, visis, atque consultis ad comitatum debere contendere α? Quēadmodum tibi putas licere, quod non licet; nisi, quòd hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?

Ansl. 6. c. 118. Deusdedit li. 1. c. 39. Poly. l. 1. tit. 17.

QVo ausu.] CASVS. Elpidius episcopus cum Romam vocaretur, excusauit se, dicens se ad Rauennam oportere proficisci in expeditione Imperatoris, propter quod Gelasius Papa ipsum reprehendit, ostendēs nulli pontificum licere ad comitatum inconsulto eo ire, nisi velit festinanter officio, quod habet, carere.

¶ α Contendere.] *In Polycarpo hæc sequuntur.* Quòd cum longæui vel ætate, vel honore Pontifices Pistoriensis, Lucensis, Fesulanus nuper monstrentur fecisse; tu qui paucorum dierum fungi sacerdotio videris, quemadmodum, &c.

Item ex concilio Antiocheno, c. 11.

Et in Aquisgr. c. 93.

c ¶ Nullum omnino.] Hoc de illis tantum episcopis intelligitur, qui leuitica portione sunt contenti. de cæteris vocetur ad maius tribunal, obedire debet. ff. de re iud. contumacia. §. 1. arg. contra. ext. de app. si duob. Vel intellige hoc in eo casu, in quo, & sequens c. cum scilicet contempto iudice ecclesiastico pergit ad secularem. 11. q. 1. placuit. B.

SI quis episcopus.] CASVS. Statuit in hoc cap. concilium Antiochenum, quod si quis clericus ad Imperatorem porrexerit sine consilio episcoporum, & maxime metropolitani, deponi debet; quia Imperatorem molestat contra ecclesiastica statuta.

a ¶ Perre- perg't ad Imperialem, quod non est faciẽdum, vt su. 90. dem q. sup. 21 q. 5. si quis à proprio. & c. si episcoporum. 11. q. 1. continua & c. placuit Io. de Fant.

REPREHENDVNTVR. CASVS. Iste §. respicit c. sup. ea. reprehensibile. & dicit Gratianus, quod Gallicani episcopi ideo sunt reprehensi, quoniam potius arma sequi elegerunt, quam se Apostolico repræsentarent quamuis possit de illis intelligi, qui insequebantur Imperatorem, nõ vt armis pugnarent, sed vt orationib. suis ipsum cũ exercitu Deo commendent.

¶ Absque metropolitani consilio vel prouincialium episcoporum ad Imperatorem episcopi non pergant. C. XXVII.

Ans. l. 6. c. 124. Burc. l. 2. c. 177. Iuo p. 6. c. 268.

j SI quis episcopus, aut presbyter, vel omnis omnino, qui est sub ecclesiastica regula constitutus, præter cõsilium, vel litteras eorum episcoporum, qui sunt intra prouinciam, & maxime metropolitani ad Imperatorem perrexerit [a]; hunc abdicari, & eijci non solum de communione debere, sed etiam propria dignitate priuari [decernimus † tamquam molestum, & importunum Imperialibus auribus contra ecclesiastica constituta.

† Abest ab ori.

Su. ea. reprehensibile.

Reprehendũtur ergo Gallicani episcopi à Nicolao; quoniam Apostolica auctoritate contempta potius arma sequi elegerant quàm Apostolico cõspectui sese repræsentarẽt: Quamquam proficiscentes ad comitatum possũt intelligi, non secuti Imperatorem, vt armis sibi auxilientur, sed ipsum cum exercitu suo quotidianis orationibus Deo commendent. In quo casu auctoritas illa Sardicensis concilij loqui videtur: in cuius octauo capite Osius episcopus dixisse legitur.

¶ Qui à religiosis Imperatoribus vocati episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiscantur.

C. XXVIII.

Ans. l. 6. c. 120. Poly. l. 4. tit. 17. † sext. 8. vel 9.

SI vobis fratres charissimi placet; decernite, ne episcopi ad comitatum † [b] accedant; nisi forte hi, qui à religiosis [α] Imperatoribus vel inuitati, vel vocati [c] fuerint. Sed quoniam sæpe contingit, vt ad misericordiam ecclesiæ cõfugiant, qui iniuriam patiuntur, & qui peccantes, in exilium [d], vel in insulas [e] damnantur, aut certe quamcunque sententiam suscipiunt; ideo subueniendum est his, & sine dubitatione eis est petenda per ecclesiam indulgentia.

¶ Hoc capitulum fere ijsdem verbis habetur in collectione Isidori, & codice canonum, nec longe discrepat à sententia Græci canonis.

α ¶ A religiosis Imperatoribus.] *Horum loco in collectione Isidori, & codice canonum legitur*, religiosi Imperatoris litteris, *Itemq; Græce.* παρεκτὸς τούτων, οὓς ἂν ὁ εὐλαβέστατος βασιλεὺς ὑμῶν τοῖς ἑαυτοῦ γράμμασι μεταβάλλοιτο.

Su. ea. vt pridẽ. Sup. ea. igitur.

Licet ergo prælatis ecclesiæ exemplo beati Gregorij [f] ab Imperatoribus, vel quibuslibet ducibus defensionẽ fidelibus postulare. Licet etiam cum beato Leone quoslibet ad sui defensionem contra aduersarios sanctę fidei viriliter adhortari; atque ad vim infidelium procul arcendam quosque excitare. Effusionem vero sanguinis nulli episcoporũ sua, uel Imperatorum auctoritate imperare licet.

SI vobis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quòd episcopi ad comitatum ire non debent, nisi fuerint ab Imperatoribus inuitati. In secunda parte dicitur, quòd ecclesia indulgẽtiam postulare debet pro illis, qui iniuriam patiuntur, & pro illis, qui propter delictum suum in exiliũ vel in insulas, vel alia pœna damnantur. Secũda pars incipit ibi, [Sed quoniam.]

b ¶ Ad comitatum.] hoc verbo significatur curia principis cum oib. suis officijs instructa, vt C. quando Imperator inter pupillos. l. vna.

c ¶ Vocati.] Nã tũc excusat eos ipse Imperator. in Aut quomodo oportet. §. illud autem. coll. 1.

d ¶ In exilium.] Ad tempus.

e ¶ Vel in insulas.] in perpetuum. ff. de interdic. & relegat. l. relegatorum. §. hac differentia. quandoque tamen exilium indifferenter sumit pro temporali, vel perpetuo. de pœn. dist. 1. aut facta.

Exilium est tẽporale & perpetuum.

LICET. CASVS. Concludit nunc Gr. ex cap. sup. ea. igitur cum sæpe. & c. vt pridem. quòd exemplo G. e. & Leonis clericis licet hortari bellatores ad vim infidelium propulsandam: sed effusionẽ sanguinis nulli clerico imperare licet sua vel principis auctoritate, vt infra. cap. 1. & 2.

a ¶ Perrexerit.] Nisi cum litteris superioris. in Authen. quomodo opor. episcopos. §. non aliter collat. 1. vel perrexit, vt sit cum eo in expeditione vocatus à Papa. sic enim inducit magister hoc capit. sed potius in eo casu loquitur cum relicto & contempto ecclesiastico iudice

f ¶ Beati Gregorij.] Sup. ea. q. 5. c. 3. & 4. & capit. reos. Ioan.

Sæpe

SÆpe principes.] Hæc est 5 pars q. in qua probat per 5. c. quòd nullus clericus debet dictare vel dare sanguinis effusionem, vt truncationem facere per se vel per alium. lo. de Fant.

CASVS. Quidam sacerdotes delegationem principum causas sanguinis agitabant. quare statuit conc. Tol. vt de cætero talia nō suscipiāt, nisi principes sub iuramēto supplicij indulgentiam promittāt. Si quis vero contra fecit, reus apud Christum effusi sanguinis deponatur.

Vnde in Toletano concilio. 4. c. 30. legitur.

¶ Sacerdotes ibi consentiant fieri iudices, vbi iureiurando indulgentia promittitur. C. XXIX.

5 SÆpe [a] principes contra quoslibet maiestatis obnoxios [b] sacerdotibus negotia sua committunt. Quia† vero à Christo ad ministerium salutis electi sunt; ibi consentiant [c] regibus fieri iudices, vbi iureiurando [d] supplicij [e] indulgentia promittitur [f], non vbi discriminis sententia præparatur. Si quis ergo sacerdotium contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit: sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum.

Bur. l. 2. c. 149. Iuo p. 9. c. 224. † *Et quia sacerdotes.*] ori.

Item ex concilio Toletano xi. c. 6.

¶ Non debent agitare iudicium sanguinis, qui sacramenta Domini tractant. C. XXX.

HIs, quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet [g]. Et ideo magnopere talibus † [h] excessibus prohibendum est; ne indiscretæ præsumptionis motibus agitati, aut quod mortem plectendum est, sententia propria iudicare præsumant; aut truncationes [i] quibuslibet personis per se inferant, aut inferendas [k] præcipiant [l]. Quòd si quisquam immemor horum præceptorum, aut in ecclesiæ suæ familijs, aut in quibuslibet personis tale aliquid fecerint; concessi ordinis honore priuetur, & loco; sub perpetuo quoque damnationis teneatur ergastulo religatus. Cui tamen communio exeunti [m] ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam; qui non vult peccatoris mortem, sed vt conuertatur, & viuat.

Rab. in pœnit. c. 30. Bur. l. 1. c. 201. Iuo p. 5. c. 315. † *al. talis excessus prohibendus.* Ezech. 33.

Cæteri etiam absque iudiciali auctoritate membrorum truncationes & domorum incendia facere prohibentur.

Vnde in decretis Eutychiani Papæ.

¶ Membra detruncans, & domos incendens, absque iudiciali auctoritate excommunicetur.

C. XXXI.

SI quis membrorum truncationes, domorum incendia

Poly l. 6. tit. 15. Burr. l. 11. c. 30. Iuo p. 13. c. 4.

a ¶ Sæpe.] Ex hoc c. colligitur, quòd aliter debet iudicare delegās quàm delegatus. sic extra de accusa. cum oporteat. Argu. contra. 25. quæst. 2. c. ferruatis

b ¶ Obnoxios.] Ex hoc dicunt quidam, quòd episcopus in causa criminali potest ferre sententiam sub hac tamen conditione, quòd Imperator dicit obnoxios supplicijs: sed tu exaudi hoc cum de crimine ciuiliter agebat, & hoc est quod dicit.

c ¶ Consentiant.] Ergo non est iudex antequam consentiat. arg. extra de app. super eo in fi.

d ¶ Iureiurando.] i. præstando sacramentum de calumnia.

e ¶ Supplicij.] Indulgentia promittitur, scilicet à principe de impunitate quo ad pœnam sanguinis, ar. 15. q. 4. nullus episcopū. & appellabitur hic ad forum delegātis.

f ¶ Promittitur.] Etiam à iure: non enim timebit supplicium ex quo iuratur. Sed pone Imperator putet eum post corporaliter non imputatur epo. ar. su. e. q. 5. c. vnum, & ff. de bo. lib. qui cū maio. §. deinde. intelligere & hoc potes qū de mandat cognitioné, & sibi reseruat sniam, & tunc criminaliter, dum. sit iuret, & c. arg. ext. de off. delega. super quæstionum.

¶ Ar. ad hoc 27. q. 4. me. tuentes. 32. q. 1. de Eñdicto. & hoc Itelligo sm illud qđ notatur i vtroque c. ibi videas.

HIs à quibus.] CASVS. Quidam episcopi iudicium sanguinis agitantes per se truncationes membrorum inferebant, vel alijs inferendā præcipiebant quare statutum fuit in concilio Toletano ne de cætero præsumāt. & si quis hoc præsumpserit, horum præceptorum immemor deponatur, & in perpetuo ergastulo teneatur religatus. viaticum tamen sibi in fine non negetur.

g ¶ Non licet.] Olim licuit. sup. 2 q. 7. § item cum Balaā. sup d. 50. de his clericis, & 51. d. aliquantos. & sup. ea. q. 5. vnum solum.

h ¶ Talibus.] i. dest, taliter excedentibus.

i ¶ Truncationes.] Nam qui vulnerat, occidisse dicitur, vt ff. ad leg. Cor. de sica l. 1. §. diuus.

Vulnerans occidisse di.

k ¶ Aut inferendas.] Quod enim non possem per me, nec per alium. 46. d. c. vlt. ff. de admi. re. ad ciui. pert. l. 2. §. 1. fallit tamen in casib. specialibus.

l ¶ Præcipiant.] Virgis tamen possunt punire, vt sup. ea. q. 5. c. 1. in fi & flagellis sed nō ad sanguinis effusionem, vt extra de rapt. in archiepiscopatu. Sed quid si episcopus habet iurisdictionem de omnibus? tunc delegat causam criminalem, licet secundum leges non possit delegare nisi cum contingit ipsum abesse: ff. de off. eius cui mand. est iurisdict. l. 1. hic enim non potest adesse, vnde licite delegat secundum canones, vt dixi sup. eadem q. 4. illud.

Causa criminalis an committi delegato. De his hoc est et b. cordi secc. in glo. in fin & rapt. in archiepiscopatu. Arch.

m ¶ Exeunti.] sup. d. 50. pœnitentes.

CAETERI. CASVS. Dictum est sup. quòd clerici non possunt exercere truncationes membrorū. Nunc G. dicit, quòd & laici absq. iudice truncationes membrorū & domorū incendia facere prohibentur. & ad hoc inducit seq. c.

SI quis.] CASVS. Statuit Eutychianus quòd si quis fecerit, vel

vel facere iusserit, vel facienti consenserit truncationē mēbrorum, vel domorū incendia, excommunicetur donec coram episcopo ciuitatis, & ciuibus damnum emēdet legaliter & amicabiliter. Seq. §. patet.

a ¶ Iusserit.] Sic extra de senten. excom. mulieres.

b ¶ Le-

pultura, nec absoluatur, nisi prius damnum resarciat sicut potest, & iuret se ignem vlterius non appositurū: resipiscenti vero pœna iniungatur, vt scilicet per annū sit in seruitio Dei, vt Hierosolymis vel in Hispania & si quis episcopus hoc damnum relaxauerit, ipsum restituat, & ab episcopali officio per annum abstineat. Reges vero & sæculares principes cōsultis archiepiscopis de hoc iustitiam facere possunt.

fecerit, siue facere iusserit [a] aut facienti consenserit; quousque de his vnicuique legaliter [b], &† amicabiliter [c] coram episcopo ciuitatis, alijsque ciuibus nō emendauerit; ab ecclesia se priuatum agnoscat. Si vero post secundam, & tertiam conuentionem cuncta, in quibus arguitur, non emendauerit; tanquam ethnicus, & publicanus ab omni Christianorum collegio † separetur.

† vel] Burc.

Matth. 18.

† *al. consortio*

Et in cōc. Rhemensi sub Eugenio II. c. 8.

6 De incendiarijs quoque Innocentius secundus in vniuersali concilio cap. 18. generaliter constituit.

¶ Domos incendens gratia, vel odio alicuius, excommunicetur. C. XXXII.

Pann. l. 8. c. 154.

PEssimam si quidem, & depopulatricem, & horrendam incendiorum malitiam auctoritate Dei & beatorum apostolorum Petri & Pauli omnino detestamur, & interdicimus [d]: *& infra.* ¶ Si quis ergo post huius nostræ prohibitionis promulgationem malo studio, siue pro odio, siue pro vindicta ignem apposuerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium, vel auxilium scienter tribuerit; excommunicetur: & si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum careat sepultura, nec absoluatur, nisi prius damno [e], cui intulit, secundum facultatem suam resarcto, iuret se vlterius [f] ignem non appositurum. Penitentia autem ei detur, vt Hierosolymis, aut in Hispania in seruitio Dei per annum integrum permaneat. Si quis autem archiepiscopus [g], vel episcopus hoc relaxauerit; damnum restituat [h], & per annum ab officio episcopali abstineat. Sane regibus [i], & principibus faciendæ iustitiæ facultatem, consultis episcopis, & archiepiscopis non negamus.

Item Augustinus in libro de ciuitate Dei.

d ¶ Interdicimus.] Ex hoc vr̄, ꝙ iste casus non sit canon latæ sententiæ, vbi cōsuetudo hoc habet, & Papa scit, & tolerat, vt in Theutonia, & secundum hoc potest intelligi extra de senten. excō. tua sed non credo quod sit latæ sententiæ: nisi sicut aliàs quòd priuatur sacramentis sicut pro quolibet mortali. de consecra. dist. 2. si non sunt tanta. & quod dicit. interdicimus, id est, prohibemus, & qlibet decedens in mortali, si constet de hoc etiam si non sit excommunicatus, prohibetur. ext. de rap. super eo. & extra de dam. da. si quis domum.

e ¶ Damno.] Canonica pęna incendiariorum statuitur: extra de dam. da. si quis domum 12. q. 2. cum deuotissimam. sed alia est pœna legalis, vt ibi nota.

f ¶ Vlterius.] Si. 11. 3. cum aliquis.

g ¶ Archiepiscopus.] Licet clericis exponere legē vel canonē de interficiendo, sed non cōsulere præcise, vt su. q. 5. relegantes. & su. 5. q. 6. delatori vel episcopus dabit consilium de pœna canonica incendiariorum, quæ est extra de dam. da. c. vlti.

Clericus legem de interficiendo potest exponere.

Corpus liberum æstimationem nó recipit.

b ¶ Legaliter.] Sed quomodo hoc, cum secundum leges liberum corpus æstimationem non recipiat, vt ff. de de eie. & effu. l. vlt. si quad. pau. fecis. dic. ex hac lege; Sed dic ꝙ tenetur ad expensas medicorum, & ad operas quas amittit, quia inutilis est factus, non autem ratione cicatricum vel deformitatis quia liberum corpus est. ff. de eie. & effu. l. vlti. Vel dic, legaliter, id est, secundum cautionem hic signatam. inf. ea proxi. ibi, nec absoluatur. quia pænitet per annū, & damna restituit. Vel legaliter, id est, secundum l. Rhod. de vi publica, vel priuata agetur contra eum. Et est differentia quia priuata priuat a tertia parte bonorum, vt ff. de vi. publi. l. penult. publica deportationem inducit, vt instit. de publi. iudi. §. item lex. Iulia de vi. Vnde versus.

Vis priuata reum deponit ab ordine rerum.
Sed deportatur, si vis armata probatur.

c ¶ Et amicabiliter.] Sic sup. 5. q. 2. si primates. argu. su. ea q. 4. si illic.

DE INCENDIARIIS. Hæc est 6. pars q. I qua ostēdit magister duob. c. qualiter incendiarij dēnt puniri. Io. de Fā.

PEssimam.] CASVS. Statuit Innocen. in hoc cap. vt incendiarius siue ipse ignem apposuerit, vel apponi fecerit, vel consilium dederit, vel auxilium, excommunicetur: & si mortuus fuerit, ecclesiastica careat se-

h ¶ Restituat.] Sup. 54. dist. si seruus absente. & hoc de proprio, si habet: alias puniretur extraordinarie. nam de rebus ecclesiæ non debet, ne delictum vertatur in dānum ecclesiæ. 16. q. 6. si episcopum.

i ¶ Sane regibus.] Si regibus & principibus non negatur facultas iustitiæ faciendæ de incendiarijs consultis archiepiscopis; videtur ꝙ principes consilio eorum possint incendiarios vltimo supplitio afficere, cum incendiarij secundum leges sic debeant puniri, vt ff. de incē. l. vlti. ff. de pœnis, l. capitalium. Secundum canones est sciendum, quod iuxta legis tenorem incendiarij spontanei varie plectuntur. Vel n. nouissimo infortunio notantur, vel deportantur, vel alio modo forte puniuntur. Vel dic quod princeps non punit incendiarios secundū legis rigorē occidendo, sed deportādo, vel alia clemētiori pœna plectendo. ideo archiepi & episcopi cōsulūtur. sed l. Corn. de sica. punit capite, si nobilis est. ff. ad le. Cor. de sica. si qs dolo ignobilis supponit bestijs, bonis proscriptis. ff. de inc. l. vlt. & hoc qñ dolo fecit incēdiū: alias iudicis damna restituere, vt ff. eod. tit. qui ædes.

Incendiarij qualiter aūt puniendi.

¶ Homicida est, qui publicam functionem non habens, aliquem occidit, vel debilitat. C. XXXIII.

Burc.l.6.c.43. Iuo p.10.c.104. & 171. Pan.l.8.c.58.

QVicumque percutit malos in eo quòd mali sunt[a], & habet causam [b] interfectionis; minister Dei est. qui vero sine aliqua publica administratione maleficum, furem, sacrilegum[c], & adulterum, periurum, vel quemlibet criminosum interfecerit, aut truncauerit, vel membris debilitauerit; velut homicida[d] iudicabitur: & tanto acrius, quanto non sibi à Deo concessam potestatem abusiue vsurpare non timuit.

¶ *Prima pars huius capituli vsque ad vers.* Qui vero. *citatur supra ead.q.5.qui malos. ex commentarijs B.Hieronymi in Ezechielem, vbi etiam habetur.*

a ¶ Et habet causam.] *Supra ead.q.5.qui malos.& apud B. Hieronymum.& in glossa ordinaria, Pannormia, apud Iuonem par.10. cap.114.legitur*, habet uasa. *Exponuntur enim illa Ezechielis verba*, unusquisque uas interfectionis habet. *sed apud Burchardum, & Iuonem eadem par.c.171. legitur vt apud Gratianum.*

7 *De his autem, qui simul hominem vulnerant, quæritur, si ille mortuus fuerit, quis eorum homicidij reatum incurrat.*

De his ita statutum est in concilio apud Vermerias.

¶ Si plures contra vnum rixentur, qua pœna quisque eorum feriatur. C. XXXIIII.

Burch.l.6.c.42. Iuo p.10.c.170.

SI quattuor, aut quinque homines, seu etiam plures contra vnum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit; quicumque eorum[e] plagam ei imposuit, secundum statuta canonum, vt homicida iudicetur: reliqui autem, qui eum impugnabant[f], volentes[g] eum interficere, similiter[h] pœniteant. Qui vero nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperatores fuerunt, sed tantum adfuerunt; extra noxam[i] sint.

CAVSA XXIIII.

QVidam episcopus in hæresim lapsus[k] aliquot de sacerdotibus suis officio priuauit & sentẽtia excommunicationis notauit.

QVicumque percutit.] CASVS. Quæsitum fuit ab August. vtrum iudicetur homicida, qui criminosos interficit vel debilitat? Et respondet: si iudex est, potestatem de hoc habens, minister Dei est. si vero potestatem non habet de hoc, velut homicida reputatur.

a ¶ In eo quod mali sunt. sup.e.q. 5. qui malos. sup.e.q 4 duo ista.

b ¶ Causam.] Supra ea.q 4 ea. vindicta.

c ¶ Sacrilegum.] Ergo sacrilegi secundum canones & fures capite puniuntur vt supra ea. q.5. homicidas.

d ¶ Velut homicida.] vt extra de homic. si aliquis. C. quando licet vnicuique, l.1. Io. de Fant.

DE HIS. Hæc est 7 pars secundum Io. de Fant.

CASVS. Quia sup. facta fuit mẽtio de homicidio: ideo nunc quærit Grat. si plures simul vulnerãt aliquẽ & postea moriatur, quis eorum reatũ homicidij incurrat. Cui quæstioni sequens capitu respondet.

SI quatuor.] CASVS. Quatuor vel plures quendã vulnerauerũt, & mortuus est: quare quæsitum fuit in cõcilio, quis eorum reatum homicidij incurrat? Et respondet, & quicũque ei plagam imposuerit vt homicida iudicetur: reliqui vero qui eum interficere volebant, similiter pœniteãt: qui vero nec cõsiliũ, nec auxiliũ dedit, non est in culpa.

Homicida est etiã qui nõ occidit.

e ¶ Quicumque eorum.] Hoc est ꝓpter incertitudinẽ: quia nescitur cuius ictu perijt. ff. de ere. & effu. l. 2. §. vlti. & l. seq. & ff. ad le. Aquil. ita vulneratus. in h. Sed pone certum esse quod de vulnere meo non est mortuus, nunquid censebor homicida? secundum leges certum est ꝙ non arg ff. ad le. Aquil. hac scripturæ. nam vulnus vniuscuiusque contemplandum est. ff. ad le. Cor. de sica. l. vlt. idem videtur secundũ canones arg. extra de cle. percus. c. 1. cõtrarium tñ credo 1. argu. 50 dist. si quis post. sufficit enim ꝙ sumpsit arma, licet non occiderit ipse, sed alius, vt extra de cle. percus. c. præsentium. & c. continentia.

1 Idẽ credit Lauren. ar. huius cap. si quis post. Sed arg contra 15.q.1 c vlt. vbi dicit, ꝙ lex factũ requirit & quæ nu. extra de homi. si aliquis vbi de h. c.

f ¶ Impugnabant.] Nec tamen percusserunt.

g ¶ Volentes.] Nam homicidæ tales sunt de pœn. dis. 1. periculose. Item pone ꝙ me rixante cum aliquo, frater meus eum interfecit contra voluntatem meam: an imputabitur mihi? non. arg. 2. q. 4. quia præsulatus extra. de cleri. percus. præsentium.

h ¶ Similiter.] Arg. de pænit. dist 1. si cui.

i ¶ Extra noxam.] Si ei subuenire non poterant. supr. ead. quæst. 5. c. vlti. loco.

QVidã episcopus.] CASVS. Supra in 23. causa tractatum est de hæreticis. Sed quia hæreticorum quidam sunt manifesti: quidam vero occulti; quandoque excommunicat ecclesia hæreticos, quandoque catholicos: ideo Gratia. subnectit hanc causam 24. in qua tractat de omnibus illis, quæ vt competentius ostendat, thema proponit, de quo tres elicit quæstiones.

Hæretici sunt duplices.

K ¶ Quidam eps in hæresim lapsus.] su. 23. causa tracta

cum



tũ est de hæreticis:sed qm̃ hæreticorũ quidã sunt manifesti,quidã occulti: & ecclesia excõicat qñq; hæreticos,qñq; catholicos:ideo de huiusmodi subdit tractatum. Vod autem.] In hac quæstione magister intendit probare p 42.c.q hæreticus, vel schismaticus vel excommunicatus alium dãmnare non potest: si tamen sibi probare possit: Io.de Fant.

CASVS. Hic ꝓponit 1.q. qua q̃rit, an hæreticus possit aliũ deponere, suspẽdere vel excõicare? Sed ſm Grat. distinguit. si incidit in damnatã hæresim, nullũ dãnare vel excõicare põt, vt infra.ead.audiuimus. Si vero nouã confingit hæresim, antequã de ea damnet, suspẽdere vel excõmunicare põt, vt inf.ea.§.si autẽ, in princ. & ar. infr.ea Achatius quia adhuc toleratur ab ecclesia. Tu aũt dicas indistinctè, quia siue veterem, siue nouam sequitur, excommunicatus est, vt in concilio Lateranen. excõmunicamus, & ideo alium excõmunicare non põt. Et procedit hoc ordine Grat. Primo probat, q hæreticus nullum valeat condemnare, vsq; ad §. [His auctoritatibus] innuendo distinctionem suam. Deinde probat contra. tandẽ dat solutionẽ. Casus autem.§.facilis est.

a ¶ Quod autẽ.] In hac qõne dicunt quidam quod si hæreticus excommunicat alium hæreticum, valet. inf. ea.quisquis sed qualiter intelligatur illud c. dicit.§. qui sequitur illud c. Alij cum Gratiano distinguũt, an veterem hæresim iam damnatam sequatur, & tunc non valet an nouã confingat; & tunc potest. ar. inf. ea. Achatius & inf.ea.§.si.aũt.in prin.q a adhuc toleraẽ ab ecclesia. sed tu dic indistincte, quod siue veterẽ siue nouam sequaẽ, excõicatus est, licet sit occultus: & sic alium excõicare non põt. ext. de hære. ad abolendã. &c. excommunicamus. alia tamen, quæ ag 1 tenent dum toleratur 1. arg. supra 3. q. 7. §. tria. Sed & sententia excõmunicationis, quam tulit toleranda est, dũ ipse est occultus licet si nulla. argum. prędi. §. extra de iu. pat cõsulationibus.

b ¶ Qui vero.] Hæc distinctio hodie locum non habet, quia omnis hęresis est dãnata, & omnis hæreticus est excõmunicatus quantumcumque sit occultus: & ideo nõ potest alios excommunicare, vnde si scirem prælatũ meum esse hæreticũ; quia nouam fingit, nec tamen prædicaret, si me excommunicaret, celebrarem in occulto, sed nõ in aperto: quia cum nõ possem probare eum esse hęreticũ, sic me non excommunicatum deponeret: Sed quid de alia sententia? idem: quia nulla est sententia quã tulit. sed tamen tolerabitur postea. ar. 3.q. 7. §. tria. eadẽ dic & de schismaticos; maxime cum schisma nõ possit esse sine hæresi 2. nisi forte in summo Pontifice, vt si duo crearentur, & vterque crederet ecclesiam apud se esse. 7.q.1.factus 3.

1 Idem sentit Inno. extra de elec. i nihil.

Hereticus omnis est excommunicatus.

2 Istam gl. dicit esse singu. Abb. in cap. quia diligentia. de elec. c. ad hoc: quod incidens in schisma, si credit Papatũ esse apud illũ, cui adhære, non est hæreticus.

Post mortem de hæresi accusatus damnatur, & sequaces eius cum omni familia sua.

1 *Hic primum quæritur, an lapsus in hæresim possit aliquos officio priuare, vel sententia notare.*

2 *Secundo an post mortem aliquis possit excommunicari.*

3 *Tertio an pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.*

QVÆSTIO PRIMA.



Vod autem a ab hæretico aliquis deponi, aut excommunicari non possit, facile probatur. Omnis enim hæreticus aut iam damnatam heresim sequitur, aut nouã confingit. Qui vero b hæresim iam damnatam sequitur, eius damnationibus se participem facit.

Vnde cũ Achatius absque synodali auctoritate ab Apostolico se damnatum quereretur; contra Gelasius scribit dicens.

¶ Qui in iam damnatam hæresim labitur, eius damnationis se participem facit. C. I.

A'Chatius non est factus inuentor noui erroris: sed veteris imitator; atque ideo non erat necessariũ c vt aduersus eum noua sententia prodiret, sed antiqua tantummodo renouaretur. Factus sum itaque executor veteris constituti, non promulgator noui. Quicumque enim in hæresim d semel damnatam labitur; eius damnatione seipsum inuoluit.

¶ *Sententia huius capituli est eadem cum sententia capitis paulo post sequentis, id est,* Achatius. *quamuis verba discrepent*

Idem Gelasius in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Non est tractandum, quod semel synodus statuit contra vnamquamque hæresim. C. II.

Poly.l.7.tit.7.

M'Aiores nostri diuina ĩspiratiõe cernẽtes necessario

Achatius.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod Gelasius synodo non congregata Achatium propter hæresim condemnauit de quo cum Achatius conquereretur, scripsit Gelasius quòd non fuit opus ꝑ hoc synodũ congregare, vt noua contra eum sententia prodiret: sed vetus tantũ confirmaretur: quia in hæresim iam damnatã lapsus erat: dicit ergo,] factus sum itaque veteris constituti executor, non noui promulgator.]

c ¶ Necessariũ.] Posset tamen fieri. arg. extra de postul. ad hoc in parte decisa.

d ¶ In hęresim.] Hic est casus, in quo Papa Papã potest ligare, in quo Papa in canonem latæ sententiæ incidit. nec huic obuiat regula illa quia per parem soluere vel ligare non potest. extra de elec. innotuit. quia si Papa hęreticus est, in eo q hæreticus est minor 4. quolibet catholico. 12.q 1. scimus. quia ĩlex factum nota etiam fine sententia. ff de rit. nup. l. palam. §. vlt. Et est hic ar. ad quæstionem feudo. puta iurauit episcopus quod, non infeudaret de nouo. videtur quod possit dare vetus quod concedo in dubio, cum non cõstat quod intellexit cum iurauit extra de feu. cap. 2.

MAiores nostri.] CASVS. Ostendit Gelasius in hoc c. q lan-

3 Vide qđ. leg. & not. inf. ea. q. dicimus. in princ.

Papa Papã ligare põt.

4 Minor idẽ Thu. Aqui. in 4. sent. distin. 19. Gabriel Biel in canone. Miss. fol. 180. col. 2. Philip. Deci. ca. cũ venissent col. 3. de iudi. & in cõs. 151. nu. 4.

Excommunicare non potest hæreticus hereticum.

DE excommunicationis.] CASVS. Gregor. uel quidam alius quendam excõicauit interposita comminatione degradandi ipsum, de quo cum ipse conquereretur, scribit ei Grego. & reprehendẽdo eum dicit, φ iniustè conqueritur. Et hoc probat auctoritate Apostoli dicẽtis, φ nos omnem inobedientiã debemus vlcisci. Vel dic, φ simpliciter nõ fuit excõicatus, sed citatus fuit sub periculo sui gradus, vel gradatim facta fuit citatio, s. primo, scdo, & tertio: & ita excõicatus fuit, nisi tũc venerit, & ita secundum uarias expositiones uario modo formabis casum. vltima tamen expositio bene innuitur ex littera.

e ¶ Gradus.] Quia sub periculo gradus honoris sui excõicauerat eũ, vel sm gradum honoris sui uocauerat ipsum: nã aliter uocandi sunt maiores, aliter minores: vel quia gradatĩ uocauerat ipsum in ultimo peremptorio.

REsecandæ.] CASVS. Ostẽdit in hoc Hiero. φ inobediẽs a cõsortio bonorũ est repellendus. & hoc pbat quinque exẽplis, s. ouis scabiosæ, & putridæ carnis & fermẽti, & Arij hęretici, & scintillæ: [Ardeat domus,] s. corrũpatur, i. massa. [putrescat,] s. corpus. [intereant.] s. pecora.

f ¶ Ouis.] 45. dist. sed aliud.

g ¶ Totum orbem.] Totum dicit, & tamen tantum Alexãdrinam ecclesiã intellexit, vt 1. q. 1. manifestum. Vel dic, totũ quia eius sequaces erãt p totum orbem.

sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus & laboremus saluos esse: & ideo vbicumque aliquem incorrigibilem inuenimus, separare eum ab alijs debemus forsan ipsa separatione sanandum: ne eius coniunctione alij polluantur, ad instar morbidæ ouis, quæ est à sa-

c ¶ Desperandum est.] Inf. 32. q. 2. ancillam. & de pœ. dist. 7. nemo.

d ¶ Damnatumqque,] Ab ecclesia.

e ¶ Non damnet.] Id est, non disponit damnare æternaliter.

correptionibus de charitate venientibus pro culparum diuersitate diuersis, vel minoribus; vel amplioribus: quia & ipsa, quæ damnatio nominatur, quam facit episcopale [a] iudicium (qua pœna in ecclesia nulla maior [b] est) potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimam cedere, atque proficere. Neq. enim scimus, quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum [c] est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat †, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti, à reatu quamuis iustæ damnationis absoluat, damnatumque α [d] ipse non damnet [e]? pastoralis tamē necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare [f] ab ouibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandum. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri.

† al. recipiat

α ¶ Damnatumque.] *Sic emendatum est ex originali, nec glossa visa est impedire. Antea legebatur,* damnatum, quem ipse non damnat.

Item Prosper libro secundo de vita contemplatiua, c. 7.

¶ Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscindi. C. XVIII

† Ea.] orig.

Ecce † autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus [g], vndecumque [h] claruerint; quęcumque non fuerint patientię [i] leni medicamento sanata veluti igni quodam piæ increpationis vrrenda sunt, & curanda. Quòd si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac pie increpantis medela processerit. † in eis, qui diu portati, & salubriter obiurgati corrigi noluerint; tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis [k] suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant. β.

† al. profecerit

β ¶ Inficiant.] *Apud Prosperum continue sequitur, cap. porro. infra de pœnitentia dist. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

f ¶ Separare.] Quia talis damnatio medicinalis est, nō mortalis, vt 2. q. 1. multi.

Ecce autem.] CASVS. Docet Prosper in hoc c. quod si crimina aliquorum nolentium cōfiteri fuerint manifesta vel probata, prelati eorū debent eos prius admonere & increpare, ut emendentur: quod si nō fecerint, ferro excōmunicationis sunt ab alijs separandi, ne exemplo suæ perditionis alios interficiant. si in eorū societate perseuerēt. sicut contagione putridæ carnis cęteræ partes humani corporis corrumpuntur.

g ¶ Nolentibus.] Argu. est hic, quod in notorijs requiritur admonitio, vt sup. c. de illicita. Item est hic arg. quod licet qs neget crimē; tñ dr notorium. Item hic argu. quod etiam si in modum exceptionis est aliquod crimen probatum quod est facta fides & potest talis puniri nisi corrigatur: ex hoc quod dicit, vndecumque claruerint. Nam & iudicium hęreticorum clarificat ecclesiam, vt su. e. q. 1. subdiaconus Ad hoc pōt dici quod in causa denunciationis loquitur [1], vbi qualiscunque scientia sufficit, vt dixi 22. quæstio. 5. hoc videtur. & 2. quæstio. 1. multi. & licet in causa denūciationis agatur ad pœnitentiam, tamē si noluerit postea pœnitere, potest puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

1 Ista fuit sententia P. & Hug. & Lau.

à sanis separanda Et quod dicitur in littera, [Damnatio.] Id est, anathema. [Respiciat,] Dando gratiā suā. [pœnitentiam,] Id est, contritionem. [Damnationis.] Id est excommunicationis.

a ¶ Episcopale.] Arg quod excommunicatio spectat tantum ad officium episcopale. nam mucro episcopi dicitur. 16. q. 2. visis. De hac materia dixi 2. q 1. nemo episcopus.

Excōicatio dicitur mucro epi.

b ¶ Maior.] Si excōicatio est maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus, vt sup. ea. q. 1. non afferamus. in fi. & 11. q 3. nemo episcopum, &c. episcopi.

h ¶ Vndecumque.] Et eodem modo dicit lex, qualitercumque constet tutori, quòd sit tutor, si simpliciter dictum sit ei, periculum spectat ad eum, vt ff. de administr. tuto. l. pater §. vlt. sic 22. q. 5. hoc videtur.

Periculum ad tutorem spectat, vbi scit se tutorem, licet simpliciter sciat.

i ¶ Patientiæ.] Id est, quod propter denunciationem noluerit corrigi. si intelligas prout alij intelligūt de notorio crimine, tunc exponas si non fuit dispensatū cum eis: nam bene episcopus cum talibus potest dispensare, extra de iudicijs, at si clerici.

K ¶ Putredinis.] Hoc intellige cum fine scandalo id fieri potest vt sup. proxi. q. 4. cum quisque.

An

¶ Excommunicandus est, qui duas simul vxores habere præsumit. C. XIX.

AN non districta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium[a] Lamech, & flagitiũ imitatus esse dinosceris? Quod Dominus non nisi post lxxvij.[b] generationes suo salutifero aduentu deleuit: cum Cain fratricidiũ septima generatione aquis abolitũ sit cataclysmi. Iuo p.8. c. 117. Gen.4.

Item ex concilio Agathensi. c. 37.

¶ Falsi testes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

ITaque censuimus homicidas, & falsos[c] testes à communione ecclesiastica submouendos: nisi pœnitentiæ satisfactione crimina admissa diluerint. Burch.l.6.c.29. Iuo p.10.c.38. & 158.

Item ex concilio Toletano primo, c. 11.

¶ Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliare præsumit. C. XXI.

SI quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem[a] [d], aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eũ ad se venire episcopus, vt audiatur, & contempserit; inuicem mox scripta[e] percurrant per omnes episcopos prouinciæ, & quoscumque adire potuerint, vt excommunicatus habeatur ipse, donec obediat, & reddat aliena. Ansl.7.c.173.

a ¶ Pauperem.] *In plerisque vetustis, & apud Anselmum, & in codicibus concilij impressis, & manuscriptis est,* pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶ *Caput hoc abest à plerisque manuscriptis. Burchar. autem & Iuo citans ex concilio Gangrensi.*

¶ De eodem. C. XXII.

QVisquis per dolum manum suam mittit in Christũ Domini, id est, episcopum, vel presbyterum (quia sacrilegium graue committit, & si quis ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc grauissimum est sacrilegum.) placuit sanctæ synodo, vt[b] in primis omnia bona eius proscriptione publicentur; deinde in vno loco, id est, in monasterio inclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Burc.l 10.c.65. Iuo p.12.c.86. & p.13.c.65.

b ¶ Vt in primis.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur,* vt in vno loco, &c. *sine verbis illis quæ hic sunt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶ Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos vel mercatores molestare præsumit. C. XXIII.

SI quis Romipetas, & peregrinos[f], & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere seu rebus, quas fuerunt, spoliare, & mercatores nouis telonæorum, & pedagiorum † exactionibus molestare tentauerit: donec satisfecerit, commuione careat Christiana. † al. pedagiorum.

Item Vrbanus Papa.

¶ Excommunicentur qui oratores, & ecclesias, bonaq; earum, & personas ibi seruientes inlestare præsumunt. C. XXIIII.

PAternarum traditionum exemplis cõmoniti, pastoralis officij debitum persoluentes, ecclesias cum bonis

AN nõ.] CASVS. Lotharius rex duas habebat vxores de facto de quo reprehendit eum Nicolaus Papa, dicens quod vltione districta sit feriendus: cum adulterium Lamech post lxxvij generationes fuerit punitũ: qui primo habuit duas vxores de facto cum Cain fratricidium septima generatione in diluuio sit deletum. Scias tamen q̃ casus iste poni potest secundum varias expositiones, quæ fieri consueuerunt de generationibus Lamech. Sequentia tria capitula plana sunt.

a ¶ Adulterium.] Sed qualiter dicitur committere adulterium cũ vxore legitima? Respõ. quia per adulterium reddit eã sibi illicitam. 32. q. 1. in coniugio. in fi.

b ¶ Post lxxvij.] Cõtra infr. 31. q. 1. quomodo. hoc ibi solutũ est & expositum.

c ITaq;.] ¶ Et falsos.] su. 22. q. 5. si q̃s coniunctus. sup. 23. q. 5. Rex debet.

d SI quis.] ¶ Pauperẽ.] Videtur ergo q̃ causæ oppressionis pauperũ spectent ad ecclesiam, vt 77. d. defensionis.

e ¶ Scripta.] Sic 11. q. curæ. secunda q. 1. legum. Hic videtur q̃ statim post citatione primam aliquis possit excommunicari. argu. 5. q. 2. præsenti. Sed dic, q̃ non, nisi post tria edicta, vel vnũ peremptorium. su. e. c. de illicita.

f SI quis Romipetas, & peregrinos.] Sic ext. de treuga, & pa. innouam⁹ solus enim princeps potest indicare noua vectigalia, vt ibi dicitur. & ff de pu. & Vect. l. vectigalia, & talis, qui indicit noua vectigalia. & vel deportatur, vel capite punitur. nam incidit in leg. Iul. de vi pub. vt ff. ad legem Iul. de vi. pub. l. vlt. Vectigalia noua à solo principe indici possũt.

PAternarum.] CASVS. Statuit Vrbanus

nus Papa in hoc c. q si quis ecclesias clericos, & monachos, & eorum conuersos, vel oratores, id est, peregrinos suis bonis spoliauerit, & intra spatium triginta dierum, non emendauerit, anathematizetur. Sequens ca. planum est, & per te videbis.

a ¶ Tri-

qua ponit differentiam inter schisma, & hæresim Ioan. de Fant. & reuertitur hic ad materiam propositæ quæstionis. Arch.

CASVS Superius facta est mentio de hæreticis, & schismaticis: & ideo Gratianus nunc ostendit, quæ sit differentia inter schisma, & hæresim, & q sint hæretici, & quæ sint sectæ hæreticorum. Sequens c. patet.

suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conuersos α: oratores quoque cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere præsumpserit, & postquam facinus suum recognouerit, intra dierum triginta [a] spatium competentes [b] non emendauerit; à liminibus ecclesiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur [c].

α ¶ Conuersos.] *In codicibus impressis sequebatur,* vel commissos, *quæ sunt expuncta, quia absunt a plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & vetusto quodam codice: in quo quidã extremo & hic & alii tres canones descripti sunt tanquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Qui oratoribus, pauperibus non arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur. C. XXV.

Pano. l. 5. c. 114.

ILli, qui peregrinos, vel oratores cuiuscunque sancti siue clericos, siue monachos, vel fœminas, aut inermes pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obuiauerit, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendauerint. Pax vero illa, quam treugã dicimus, sic obseruetur, sicut ab archiepiscopis [d], & episcopis vniuscuiusque prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregerit, excommunicationi subdatur.

4 *Quia vero sermo de hæreticis habetur: videndum est, quid intersit inter schisma, & hæresim [e]: & qui sint hæretici: & quot sint hæreticorum sectæ. Differentiam autem inter schisma, & hæresim Hieronymus in epistolam ad Titum, c. [illegible] signat dicens.*

Ad locum [Hæreticum hominem.

¶ Schismatis, & hæresis differentia. C. XXVI

Poly. l. 7. tit. f. Ans. l. 12. c. 49.

† *al. post episcopalem decessionem.*

INter hæresim, & schisma [f] hoc interesse arbitrantur, quòd hęresis peruersum dogma habeat, schisma propter † episcopalem dissensionem ab ecclesia β pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest: cæterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, vt rectè ab ecclesia recessisse videatur.

β ¶ Ab ecclesia.] *In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferrariæ excusis, itemque duobus manuscriptis Vaticanis legitur,* ab ecclesia separetur.

e ¶ hæresim.] vario modo dicitur hæreticus. Vno modo quicunque est dubius in fide, infidelis est [1], vt extra de hære. dubius. Secundo dicitur hæreticus omnis simoniacus, vt 1. q. 1. quisquis. Tertio omnis præcisus ab ecclesia, secundum quòd excommunicatus dicitur hæreticus, vt 4. quæstio. 1. capit. 2. Quarto modo omnis qui male interpretatur sacram scripturã vt infra ead. hæresis. Quinto modo q nouam opinionẽ inuenit, vt infra ea. hæreticus. Sexto modo q vult auferre priuilegium Romanę ecclesię, vt 22. dist. omnes. Septimo qui transgreditur præcepta sedis Apostol. vt supra. 19. dist. nulli. Item quandoque largè dicitur hęreticus omnis, qui non tenet articulos fidei, & secundũ hoc Iudæi, & Gẽtiles sunt hæretici, & secundũ hoc non omnis hæreticus est excommunicatus. Strictè sumitur hæreticus omnis, qui remotus est ab ecclesia, quia errat in fide & secũdum hoc omnis hæreticus est excommunicatus, vt extra de hære. ad abolẽdam. & c. excommunicamus.

1 De hoc not. su. e. iu. missime. & hic adde aliũ casũ 20. dist. de libellis.

Itẽ qui non recipit quatuor concilia & sic intellige sm Host. C. de hære. quicũque cum simi.

INter hæresim, & schisma. CASVS. Docet hic Hier. q in hoc differt schisma ab hæresi: q hęresis prauam hẽt doctrinam: schisma vero non. Item hæresis nulla sit occasione, sed sponte: schisma vero fit propter dissentionem ep̃alem, & ideo in principio discordant. sed in fine cõcordant: quia sicut hæresis, ita schisma ecclesiã lædit. Sequentia duo c. plana sunt. & per te videbis.

Hæresis, & schisma. differunt.

a ¶ Triginta.] Arg. q sufficit si peremptorium sit edictum triginta dierum, vt 4. q. [illegible] c. 1.

b ¶ Competenter.] Non intelligas, id est moderate. sicut curiales exponunt: sed competenter, id est iuste sic exponitur extra de appellatio. reprehensibilis. §. de iudi. si debitori Ioan.

c ¶ Feriatur.] Ergo nondum erat promulgatum. 17. q. 4. si quis suadente. &c.

d ILli qui.] Archiepiscopis.] Ergo illi possunt indicere treugas. similiter canon indicit treugas, vt extra de treug. & pa. c. 1.

QVI VERO. Hæc est quarta pars quæstionis. in

f ¶ Et schisma.] Potest dici, q hæc sit differentia inter hęresim. & schisma. quæ est inter dispositionem, & habitum. primo enim dicitur schisma, sed cum post tempus pertinaciter adhæserit suę sectæ, dicitur hæresis. Vel aliter dicas, q omnis hæreticus sit schismaticus, sed non conuertitur & sic est illa differentia, quæ est, inter speciem, & genus.

a ¶ Ha-

a HÆresis.] ¶ Scripturam.] Supra 37. d relatum. extra de consti. ne ieiunitaris. QVI VERO. Hæc est 5. pars q. in qua ponit differentias hæreticorum, quas probat per diuersa iura. Io. de Fan.

ADDITIO. Vide q. 4 uo. de conse dist. 2. in Christo supra 37. d. relatum arg. 59. dist. c. 1. & 2. Archid.

a ¶ Qui

DIxit Apostolus.] CASVS. Docet in hoc c. Aug. quod illi hæretici, qui suã hæresim pertinaciter defendunt, post primã, & secundam admonitionem sunt euitandi: quod probat auctoritate Apostoli. illi vero qui suum errorem non defendunt animo pertinaci, & maximè quem à suis parentibus in hæresim lapsis receperunt sed veritate inuenta parati sunt se corrigere, nõ sunt inter hæreticos deputandi Sequen. duo capi. plana sunt in quibus dicitur, quod qui in errorẽ cadunt nec volunt corrigi, sunt inter hæreticos deputandi. In tertio c. dicitur, quod magis peccat qui defendit errorẽ, quàm ille qui errat, quia non solũ hæreticus sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Hæreticus quando est vitandus.

b ¶ Et secundum.] Hic dicit. hæreticos post secũdã admonitionem vitandus, vt sup. prox. q. 5. non vos, alibi semel. sup. ea. q. 1. quæ domus, in fi. Ad hoc potest dici, quòd hæreticum dãnatum post vnicã admonitionem vitabimus in secretis fidei nostræ, ne eũ pertiorem reddamus, vt 43. dist. in mandatis. 11. q. 3. nolite. Sed quantum ad admonitionẽ faciendã possumus ei cõtcare quotiescũnq; visum fuerit 1. sed hæretico nõ dum damnato possumus explicare secreta fidei, sæpius eum corrigendo.

1 Vt no. su. 1. q. 7. conuenientibus.
2 Nec põt. de hæresi puniri sm las. in rub. C de sũ. tri. & fide catho. & Bart. Veron. icaute. 205. & 237. ité ad. de Albe. de Ro. in 3. parte statutorũ. q. 32. vbi dicit se hoc practicasse i curia Ro.
3 De hoc etiam no. supra 21. dist. nũc autem. in glo. sed ...

c ¶ Pertinaci.] Licet ergo teneat aliquis ea quæ sunt contra fidem: dummodo paratus sit corrigi nõ est habendus hæreticus 2. vt su. e. q. 1. schisma in princ. c. hæc est. 3.

d QVid autem.] ¶ Doctoribusque] Supra 37. d. relatum.

e ¶ Ad semetipsos.] Quod esse nõ debet.

y ¶ Potest.] *Sequebatur.* diuersum, *quæ vox abest à memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.*

Vnde autem hæresis dicatur, in epistolam ad Galatas, c. 5. Hieronymus diffinit, ita dicens.

Ad locum] Hæreses, inuidiæ]

¶ Vnde hæresis dicatur. C. XXVII.

HAeresis Grecè ab electione dicitur: quòd scilicet eã sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Quicunque igitur aliter scripturam [a] intelligit quàm sensus spiritus sancti flagitat, quo scripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens quæ peiora sunt.

Poly. ibidem. Ans. l. 12. c. 50.

Gal. 5.

5 *Qui vero propriè dicantur hæretici, Augustinus in libro de vtilitate credendi, c. 1. ostendens ait.*

Beda. 1. Cor. 11.

¶ Qui propriè dicantur hæretici. C. XXVIII.

HAereticus est, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; sui gratia, falsas, ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit; homo est imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illusus.

Poly. ibidem. Deusdedit p. 2. Ans. l. 12. c. 53.

Idem Glorio, & Eleusio, & aliis. epist. 162.

¶ Non sunt hæretici, qui non sua audacia, sed aliena seducuntur in errorem. C. XXIX.

DIxit Apostolus: [Hæreticum hominem post primã, & secundam [b] correptionem deuita, sciens, quia subuersus est huiusmodi, & peccat, & est à semetipso damnatus.] Sed qui sententiam suam, quamuis falsam atq; peruersam nulla pertinaci [c] animositate defendunt; præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed a seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint; nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.

ad Titum, c. 3. Polyc. ibidem. Ans. l. 12. c. 61.

Item Leo Papa epist. 10. ad Flauianum.

¶ Magistri erroris existunt, qui veritatis disciplinam contemnunt. C. XXX.

QVid autem iniquius est, quam impia sapere, & sapiẽtioribus, doctoribusq; [d] non credere? Sed in hanc insipientiã cadunt, qui cũ ad cognoscendã veritatẽ aliquo impediuntur obscuro; non ad propheticas voces, non ad Apostolicas litteras, nec ad Euãgelicas auctoritates, sed ad semetipsos [e] recurrunt: & ideo, magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt.

Item Augustinus contra Manichæos.

¶ Hæretici sunt, qui quod praue sapiunt, contumaciter defendunt. C. XXXI.

l. 18. de ciu. Dei c. 51.

QVi in ecclesia Christi morbidum aliquid, prauumq; sapiunt; si correpti, vt sanũ, rectumque sapiãt resistũt contumaciter, suaque pestifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt; hæretici fiunt.

Polyc ibidem. Deusdedit. p. 2. Ans. l. 12. c. 51.

Item Vrbanus Papa.

¶ Errante damnabilior est, qui eius defendit errorem. C. XXXII.

QVi aliorum defendit [a] errorem; multo amplius damnabilior [b] est illis, qui errant: quia non solũ errat, sed etiam alijs offendicula erroris præparat [c], & cõfirmat. Vnde quia magister erroris est; non tãtum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicendus est.

Item Hieronymus lib. 2. Commen. ad c. 5. Oseæ.

¶ Qui mendacio veritatem immutant, patrum terminos transferre probantur. C. XXXIII.

TRansferunt principes Iuda terminos, quos posuerũt patres eorum; quando immutant mendacio veritatẽ: & aliud prędicant, quàm ab Apostolicis acceperunt. *Idem infra eodem capite.* ¶ De hæreticis manifestus est sensus: quòd sophismatibus suis, & arte dialectica sępe opprimãt ecclesiasticos. *Idem ad c. nonum.* ¶ Veteres scrutans historias inuenire non possum scidisse ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, pręter eos, qui sacerdotes [d] à Deo positi fuerant, & prophetæ, idest, speculatores. Isti ergo vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum.

Item Leo Papa epist. 74. ad Anatolium.

¶ Abijciantur qui aduersariorum conueniunt prauitati. C. XXXIIII.

Iuo p. 6. c. 319.

ILlud sane plurimum mihi displicere significo: quod inter α dilectionis † tuæ clericos quidam esse dicũtur: qui aduersariorum conueniant † prauitati, & vasa iræ β vasis misericordiæ misceãtur. Quibus inuestigãdis, & seueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita vt his, quibus prodesse non potuerit correptio, nõ parcat abscissio. Oportet enim nos euangelici meminisse mãdati: quo ab ipsa veritate præcipitur; vt si nos oculus [e], aut pes, aut dextera scandalezauerit manus; à compage corporis auferatur: quia melius sit his in ecclesia carere membris, quàm cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra ecclesiam positis resistimus; si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abijcienda [f] prorsus pestifera hæc à sacerdotali vigore patientia est: quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.

Rom. 9. — † al. ditionis. — † al. cõniueãt.] orig. — Matth. 5.

α ¶ Quod inter.] *Sic est emendatum ex ipsa epistola, cum & in vulgatis, & in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus esset,* quòd iurisdictionis tuæ clerici. *In duobus tamen quemadmodum & apud Iuonem est,* inter ditionis tuæ clericos.

β ¶ Vasa iræ.] *Sic est emendatum ex originali. Alludit enim ad locum* B. *Pauli Rom. 9. Apud Gratianum erat, itemque apud Iuonem,* vesaniæ vasis misericordiæ vasa misceantur.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 70. 71. 72.

¶ Et sodalitates, & conuiuia hæreticorum clerici vitare debent. C. XXXV.

CLericus hæreticorum, & schismaticorum tam conuiuia, quàm sodalitates euitet æqualiter. Eorum cõuenticula non ecclesia, sed cõciliabula appellanda sunt. Cum eis neque orandum est [g], neque psallendum.

a ¶ QVi aliorũ defendit.] Talis enim hęreticus dicitur, vt extra, ead. sicut.

b ¶ Damnabilior.] Not. ꝙ plus punitur consulens, quam faciens, vt sup. prox. q. 5 cum homo.

c ¶ Præparat.] Sic ꝙ scalam, vel ferrum, vel aliud auxilium præstant furi, tenentur furti, vt ff. de fur. si pignorum, §. pen.

TRansferunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dr̃, ꝙ illi, qui mendacium ꝓ veritate dicunt, & aliud prædicant quã ab Apostolis acceperunt, transferunt terminos patrum suorum. In secunda parte dr̃, ꝙ hæretici sophismatibus & arte dialectica sæpe eccle siã & ecclesiasticos lædunt. In tertia parte dr̃, ꝙ nulli alij inueniuntur populos seduxisse nisi sacerdotes, i omnib. locis ponẽtes scandalum.

d ¶ Qui sacerdotes.] Not. contra testimonium sacerdotis, & illud, q. vidit digne sacerdotem pœnitentem? vt de pœ. dist. 1. mensuram. &c. quis aliquando. aliàs præsumitur pro eis, vt 11. q. 4 absit.

ILlud sane plurimum.] CASVS. Quidam prælatus in parochia sua quosdã habebat, qui prauã doctrinam seminabant, quare Leo pręcepit sibi, vt commoneat eos, ne talia faciant: qui si se non correxerint; à cõione aliorum separentur. Et hoc probat auctoritate Euangelij. [Ditionis.] i. potestatis. Seq. c. planũ est, & per te formabis casum.

e ¶ Oculus.] i. familiaris alicuius.

f ¶ Abijcienda.] Hoc intelligas de pęnitus incorrigibilibus: ne sit contra sup. prox. q. 5. cum homo 1.

1 Arg. ex. de iudi. cũ non ab hoĩe alias cõtra sup. 5. c. 1. & q. 3. si si quis tortui co. quidam hoc intelligunt in spiritualipęna, illud in corporali. & sic non est contra. L.

g CLericus.] & Orandũ est.] De. conse. d. 1 episcopus nul-

nullũ contra. Dic, illic est derogatum per hoc c. & per consuetudinem generalem ecclesiæ, supra dist. 4. §. leges. Ioan.

CVm quibus.] CASVS. Achatius cõquerebatur, quod Gelasius illum cũ suis fautoribus condemnauerat absque episcoporũ synodo congregata. Gelasius uero respõdet dicens, quod synodus congregari non debuit: tum quia ibi non erant catholici episcopi: sed tantum hæretici, cum quibus non erat synodus ineunda, quod probat auctoritate psalmistæ. tum quia ipse Achatius inciderat in hæresim iã damnatã: & ideo propter hoc nõ erat opus nouum cõcilium congregari. De eadẽ materia loquitur c. sup. 22. dist. qua traditione.

a ¶ Cum quib.] CASVS. Achatius Constãtinop. patriarcha excõmunicauit. Anthiochenũ & Alexandrinũ, quia nõ recipiebant statuta, quæ ipse fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conquestus est Achatius, quod sine synodo excõicauit eũ: Papa vero dixit, quod synodus congregari nõ debuit: tũ quia nõ erant ibi catholici episcopi, cum quibus posset haberi synodus: tum quia incidit ipse in hæresim iam damnatam, vnde nõ fuit opus nouo concilio.

b ¶ Certamẽ.] Ergo cum hæreticis nõ est disputandum, nec cũ aliquo de fide est disputandum. extra de hære. c. 1. & C. de sũ. tri. l. nemo. sed ad hoc potest disputari cum eis, ut conuincantur non vt in dubium reuocẽt fidem nostram, ut extra de hære. capit. primo, Ioan.

Fidei disputatio cũ hæreticis est prohibita.

NOtandum.] CASVS. Quidam reprehendebant Vrbanum Papam, qui criminosos excommunicabat, & dicebant eum facere contra Euangelium, vbi Dominus præcipit zizania non esse eradicanda, & contra Augustinum dicentem, quod mali sunt ferendi, & non abijcendi. Sed Vrbanus eos super hoc conuincit exemplo Augustini, & duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli.

c ¶ Notandum.] Supra 23. q. 4. recedite. & c. ecce.

a ¶ Di-

Item Gelasius Papa in epistola ad episcopos Dardaniæ.

¶ Canonum obseruatores cum hæreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [a] erat synodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi: solique remanserant socij perfidorum: cum quibus iam nec licebat habere conuentum, dicente psal. [Non sedi in concilio uanitatis; & cum iniquia gerentibus non introibo.] Nec ecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem, permistamque cum perfidis, miscere concilium †. Recte igitur per Chalcedonensis synodi formam, huiusmodi præuaricatio respulsa est potius, quàm ad [a] concilium uocata: quod nec opus erat post primam synodum: nec cum talibus habere licebat. *Idem in commonitorio ad Faustum.* ¶ Canonum [β] magistris, atque custodibus nobus nullum fas est inire certamen [b] cum hominibus communionis alienæ.

Psal. 25.

† al. consilium

α ¶ Quàm ad.] *In originali legitur*, quàm per concilium, quod nec opus, &c.

β ¶ Canonum.] *Gelasius in commonitorio ad Faustum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen se obseruatores simulabant, in hæc prorumpit verba*, o canonum magistros, atque custodes. Nobis nullum, &c.

Item ex epistola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit, sed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat. C. XXXVII.

NOtandum [c] est, quòd quidam dicunt contra Euãgelicam parabolam nos facere, vbi de zizanijs nõ eradicandis Dominus præcepit: cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi subijcimus: & aiunt etiã sanctum Augustinum hoc contradicere in illo loco, vbi ait, [Quia non est præcidenda vnitas; ferendi sunt mali, non abijciendi.] Quibus hoc primum respondendum est. Si hæretici, & mali homines excommunicandi non sunt; quare ipse Augustinus cum legatis sanctæ Romanæ ecclesiæ, & cum sanctis Episcopis suis Pelagium, & Cœlestinum nouam hæresim in sanctam Dei ecclesiam introducentes excommunicauit, & ab ecclesia Dei separauit? Quare ipsos Donatistas, contra quos ista, & multa his similia loquitur, tam ipse, quàm omnis ecclesia Dei excommunicatos habuit? &, nisi prius pœnituissent, & per manus impositionem reconciliati essent eis nequaquam communicabat? Idem ipse Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens, [Frater, qui corripitur ab ecclesia, & non obedit; sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Vnde apparet liquido, aliud esse excommunicationem; aliud eradicationem. Qui enim excommunicatur (vt Apostolus ait) ad hoc excõmunicatur, vt spiritus eius saluus fiat in die Domini,

Matt. 13.

Snia habetur. 23. q. 3. per totã In cõcilijs Meleuitano, & Africano.

Matt. 18. paulo aliter.

1. Cor. 5

Disciplina [a] enim est excommunicatio, & non eradicatio.

Nisi forte ex contemptu, & superbia excommunicati proueniat.

† al. Item

Vnde † Origenes [a] *in libro Numerorum, homilia 19. ad c. 23.*

[a] ¶ Origenes.] *Sic est restitutum cum antea esset*, Augustinus. *Et magnam huius capitis partem glossa ordinaria ad eundem locum ex ipso Origene refert: indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti designat.
C. XXXVIII.

† al. sententiã veram promis

DEus, quando maledicit meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam † promit [b], vt pote quem nõ fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non potest scire [c] (neque enim propositum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoscere [d] potest;) idcirco etiam si iudicantis, vel sententiam promentis intuitu proferat maledictum; non potest esse iusta maledicendi [e] causa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tunc sciat maledicta proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod vitium volens resecare Apostolus, ne maledictis maledicta & cõuitijs conuitia prouocemus; mãdatum necessarium ponit; vt benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi vitium resecetur, non quo iudicandi veritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1. Pet. 3
Rom. 12

Sectæ vero hæreticorum quot sint, & vnde nomina acceperint; Isidorus octauo libro Etymologiarum, c. 5. determinat dicens.

¶ Quot sint sectæ hæreticorum. C. XLIX.

Rabanus l. 2. de inst. cle. c. 58.
Ans. l. 12. c. vlt.
Pann. l. 5. c. 345.

QVidam autem hæretici, qui de ecclesia recesserunt, ex nomine suorum auctorum nuncupantur: quidam vero ex causis, quas eligentes instituerunt.

Simoniani.
Act. 8.

¶ Simoniani dicti à Simone magicæ artis perito; cui Petrus in Actibus Apostolorum maledixit, pro eo quòd ab Apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere voluisset. Hi dicunt creaturam non à Deo, sed à virtute quadam superna creatam.

Menandrini
† al. Menandriani.

¶ Menandrini à Meuandro mago discipulo Simonis nuncupati: qui mundũ non à Deo, sed ab Angelis factum asseruit.

Basilidiani

¶ Basilidiani à Basilide appellati: qui inter reliquas blasphemias Iesum passum abnegauit.

Nicolaitæ
Act. 6

¶ Nicolaitæ dicti à Nicolao diacono ecclesiæ Hierosolymorum, qui cum Stephano & cæteris constitutus est à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens vxorem dixerat, vt qui vellet, ea vteretur: versa est in stuprum talis consuetudo, vt inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypsi improbat dicens, (Sed hoc habes, quòd odisti facta Nicolaitarum.)

Apoc. 2.

Gnostici

¶ Gnostici propter excellentiam scientiæ se ita appellare voluerunt. Ani-

[a] ¶ Disciplina.] Medicina animę est excommunicatio, vt secunda q. 1. multi.

DEus quãdo.] CASVS. Docet August. in hoc c. differẽtiã esse inter maledictum Dei, & maledictum prælati: quia maledictum Dei semper iustum est, cum ipsum nõ fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: sed maledictio prælati duob. modis est iniusta. Primo quia licet maledicat vt iudex: potest tamen nõ subesse causa maledicendi, cũ ipse ignoret affectum detrahentis. Secundo, cũ ex certa scientia maledicit hominem sibi conuitiãtem, propter quod vitium resecandum præcepit Apostolus ne maledicamus.] Quo,] scilicet mandato. Quæ autẽ postea sequuntur vsque in finem, patent, nec leguntur in scholis.

[b] ¶ Promit.] Sicut vtile est dæmones esse propter malos, vt 23. quæst. 5. quia malos. sic 1. q. 3. Saluator. in princip. & 26. q. 5. nec mirum.

[c] ¶ Scire.] 22. q. 5. humanæ.

[d] ¶ Cognoscere.] 85. distinct. archidiaconum.

[e] ¶ Maledicendi.] 27. q. 1. nec aliqua.

Car-

mam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani ¶ Carpocratiani a Corpocrate quodam uocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de utroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶ Cerinthiani & à Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in uoluptate carnis futuros prędicant. Vnde & græce χιλιάσται, latine

Millenarij Millenarij sunt appellati.

Nazarei ¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui à uico Nazaræus est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen ueteris legis custodiunt.

Ophitæ ¶ Ophitæ à colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse uirtutis cognitionem.

† al. paradiso.

Valētiniani ¶ Valentiniani a Valentino quodam Plotini co sectatore uocati: qui αἰῶνας, id est sæcula quædam in originem Dei ceratoris induxit: Christum quoq; de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ ¶ Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in ueritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

† al. prīceps

Archōtiaci ¶ Archontiaci à principibus appellantur: qui uniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani ¶ Adamiani uocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares feminæque conueniunt.

Cainani ¶ Cainani † a inde sunt appellati: quoniam Cain adorant.

† al. Cayani al. Caianiani.

Sethiani ¶ Sethiani nomen acceperunt à filio Adæ, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani ¶ Melchisedechiani uocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed uirtutem Dei esse arbitrantur.

Angelici ¶ Angelici uocati, quia Angelos colunt.

Apostolici ¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo utuntur.

† al. aliquid

Cerdoniani ¶ Cerdoniani a Cerdone quodā nominati: qui duo contraria principia asseruit.

Marcionistæ ¶ Marcionistæ à Marcione Stoico philsopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis †, & bonitatis.

† al. creaturis

Artotyritæ ¶ Artotyritæ ab oblatione uocati: panem enim & caseum offerunt, dicentes à primis hominibus oblationem à fructibus terræ, & à fructib. omniū fuisse celebratā.

Aquarij ¶ Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani ¶ Seueriani à Seuero exorti uinum non bibunt: uetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani Encratitæ ¶ Tatiani à Tatiano quodam uocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogii ¶ Alogij uocantur tanquam sine uerbo. λόγος enim græce, uerbum dicitur. Deū enim uerbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphryges ¶ Cataphrygis nomē, prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Mótanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentū spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari ¶ Cathari propter munditiam ita se nominauerunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus ueniam peccatorum: uiduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere uellēt: mundanos se potius, quàm mundos uocarent.

Pauliani ¶ Pauliani à Paulo Samosateno exorti sunt qui dixit non semper fuisse Christum, sed à Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam uocati: qui materiam non ꝑ natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi ¶ Manichæi à quodam Persa extiterunt; qui uocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, id est bonam, & malam; & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum uetus respuit, nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ ¶ Antropomorphitæ γ dicti pro eo, quod simplicitate rustica eum habere humana mēbra, quę in diuinis libris scripta sūt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes uocem Domini, qui ait: Spiritus est Deus. Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. Ioan. 4.

¶ His

Hierarchitæ ¶ Hierachitæ ab Hierarcha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani † al. Nouato ¶ Nouatiani à Nouatiano † Romæ vrbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizare baptizatos.

Montani ¶ Montani, hæretici dicti, quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt; qua occasione se à catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ al. prouectum ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, siue à paupertate: Christum enim per profectum † solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt. & ita tenent Euangelium, vt legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur. al. s.

Photiani ¶ Photiani à Photino Gallogræciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum à Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶ Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sũt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani ¶ Aetiani ab Aetio vocati: Ijdemque Eunomiani Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium. al. nulli

Origeniani ¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum è cœlis vsque ad terras † diuersa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum. al. terras [lapsas.] or.

Neotiani ¶ Neotiani à quodam Neoto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsam Trinitatem in officiorum nominib. non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocãtur, quia patrem passum dicunt. Patripassiani

Sabelliani ¶ Sabelliani ab eodem Neoto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, vnde & Sabelliani vocati sunt. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

¶ Arriani ab Arrio Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; & contra illud, quod ait Dominus: [Ego & pater vnum sumus.] Arriani Io. 10

¶ Macedoniani à Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deũ esse spiritum sanctum. Macedoniani

¶ Appollinaristæ ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Apollinaristæ

¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quod Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam. Antidicomaritæ

¶ Metangismonitæ ideo tale nomen acceperunt: quia ἄγγος Græce, vas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tamquam vas minus intra vas maius. Metangismonitæ

¶ Patritiani à quodam Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis à diabolo conditam dicunt. Patritiani

¶ Colluthiani à quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Dominus creans mala.] Colluthiani Esa 45.

¶ Floriani † à Floriano: quiècontrario dicunt Deum creasse mala contra hoc, quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona.] Floriani † al. Floriniani à Flore. Gen. 1

¶ Donatistæ a Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum, & rebaptizans catholicos. Donatistæ

¶ Bonosiani à Bonoso quodam Episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt. Bonosiani

¶ Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos vocant, supra dictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur. Circumcelliones Scototopoci

¶ Priscillianistæ à Priscilliano vocati: qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit. Priscillianistæ

¶ Luciferani à Lucifero Sardiniæ episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arrianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes Luciferiani † al. instãtiã Aug de Ago ne Christiano, c. 30.

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; hanc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistæ ¶ Iouinianistæ à Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptarũ, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani ¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani ¶ Paterniani à Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes à diabolo factas opinantur.

Arabici ¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.

Tertullianistæ ¶ Tertullianistæ dictæ à Tertulliano presbytero Africanæ prouinciæ ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes.

Tessarescædecatitæ ¶ Tessarescædecatitæ dicti quod decima quarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum contendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages ¶ Nyctages à somno nuncupati, quòd vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani ¶ Pelagiani à Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponũt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa diuina.

Nestoriani ¶ Nestoriani à Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati; qui beatam Mariam Virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis: nec vnum Christũ in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis prædicauit ɩ.

Eutychiani ¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Cõstantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solam in eo diuinam asseruit esse naturam.

¶ Acephali dicti, idest, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint. Hi trium Chalcedonensium ι capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona naturam prædicant. Acephali

¶ Theodosiani κ, & Gaianitæ appellati à Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria, populi peruersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequẽtes, Chalcedonense concilium respuunt: ex duabus vnam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianitæ incorruptam contendunt. Theodosiani, & Gaianitæ

¶ Agnoitæ λ, & Tritheitæ à Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, à qua exorti sunt, id adijciũt, ꝙ Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaia loquẽtis, [Dies iudicij in corde meo.] Agnoitæ. & Tritheitæ Esa. 1c.

¶ Tritheitæ vero vocati, ꝙ sicut tres personas in Trinitate; ita quoq; tres asserunt Deos esse contra illud, quod scriptum est, [Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.] Tritheitæ Deut.

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformẽ esse Deum: aliæ Christi diuinitatem passibilem dicunt: aliæ Christi de patre natiuitati initium temporis dant: aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensione non credunt: aliæ animam, imaginem Dei negant: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia existimant: aliæ de mundi statu dissentiũt: aliæ innumerabiles mundos opinantur, aliæ aquam Deo coæternam faciunt, aliæ nudis pedibus ambulant, aliæ cum hominibus non manducãt.

¶ Hæ sunt hæreses aduersus catholicam fidem exortæ, & ab Apostolis, & à sanctis patribus, vel concilijs prædamnatæ; quæ dum in se multis erroribus diuisæ, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quam sensus spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. sup. ea [illegible]

κ ¶ Cainani.] *Apud Beatum Augustinum in in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetustis*

His Gratiani exemplaribus legitur. Cayani. *In vno autem eiusdem Gratiani*, Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertullianus in libro de præscriptione aduersus hæreticos hæc scribit.* Sūt, & nunc alij Nicolaitæ: Caiana hæresis dicitur *& paulo inferius.* Nec non etiam arripit alia quoque hæresis: quæ dicitur Caiænorum. Et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata sit in ipso.

β ¶Non natam] *Locus hic emendatus est ex plerisque vetustis, & Isidoro. Antea enim legebatur,* Non naturam introducens, Deo, non naturæ eam comparauit.

γ ¶Anthropomorphitæ.] *In codicibus Isidori vulgatis, & aliquot manuscriptis antecedunt hæc:* Anominiani latine sine lege dicuntur: *quæ tamen absunt à codice Isidori peruetusto, & valde emendato monasterij B. Augustini in carbonaria Neapolis*

δ ¶ Hirarchitæ.] *Ita mutatum est ex libello B. Augustini, quamuis in aliquot ipsius editionibus sit,* Hierarchitæ *Hieracha vero hęretici meminit B. Hilarius libro quarto & sexto de Trinitate. Antea legebatur,* Hieracitæ ab Heraclio.

ε ¶Montani.] *Horum nulla mentio est apud B. Augustinum: sed Montensium; quo nomine Donatistas Romę vocari solitos tradit.*

ζ ¶Metangismonitæ.] *Sic emendatum est ex Isidoro, & B. Augustino, cum antea legeretur* Metangi nominati.

η ¶Scototopicos.] *Apud Isidorum, in Pannormia, & in aliquot manuscriptis Gratiani est,* Cotopitas. *Quod vero ait,* supradictæ hæresis habētes doctrinam *referendum est ad Donatistas, non ad Bonosianos.*

θ ¶Prædicauit.] *In eodem vetusto Isidori codice Neapolitano hic est finis capituli, & incipit nouū caput,* De philosophis gentium.

ι ¶ Chalcedonensium.] *Tria capitula tractata & definita sunt in quinta synodo sub Iustiniano, quę significantur supra distin. 15. sicut sancti. Qui vero occasione horum trium capitulorum ab ecclesię recesserant; non Chalcedonensem, sed quintam synodum impugnabant.*

κ ¶Theodosiani.] *Horum meminit Liberatus in Breuiario, Nicephorus lib. 18. c. 45 49 & 50. ac Gregorius Cedrenus anno xiij. Iustiniani Imperatoris. B. Augustinus memorat Theodotianos à Theodotione: sed idem videtur qui Theodorus, de quo Epiphanius lib 2. tomo 1. hæresi 54.* Theodotianos a Theodoro: *eis etiam Philastrius, & Damascenus.*

λ ¶ Agnoitæ. & Tritheitæ.] *Sic restitutum est quamuis in codicibus Isidori, & Gratiani legeretur,* Gnoitæ Trithoitæ. *De his meminit Nicephorus in locis proxime indicatis: eosque à Theodosianis profectos scribit. De Agnoitis vero multa dicit B. Gregorius lib. 8. epist. 35. & 42. ad Eulogium.*

Item Augustinus de Genesi contra Manichæos, lib. 1. c. 1.

¶Quare diuina prouidētia multos errare permittat. C. XL.

6 IDeo diuina prouidētia multos diuersi erroris hęreticos esse permittit; vt, cum insultant nobis, & interrogāt nos ea, quæ nescimus, vel sic excutiamus pigritiā, & diuinas scripturas nosse cupiamus. Propterea & Apostolus ait, [Oportet hæreses esse, vt probati manifesti fiāt inter vos.] Hi autem Deo probati sunt; q bene possunt docere: sed manifesti α hominibus esse nō possūt, nisi cum docent. 1. Cor. 11.

α ¶ Sed manifesti.] *Hęc addita sunt ex originali, itēque alia nonnulla, & emendata.*

IDeo.] Hæc est sexta pars qō. in qua dicitur, quòd ad experientiam bonorū hominum permittit Deus esse hæreses. 1. q. 1. saluator. Ioā. de Fan. & est huic simile de conse dist. 2. & sancta. Arch.

SAncta Romana ecclesia.] CASVS. Expedito tractatu hæreticorū, subijcit Grati. xxv. causam, in qua tractat de priuilegijs Romanæ ecclesiæ: de quibus ut nos competentius instruat, thema proponit, de quo duæ quęstiones eliciuntur.

ILlud, quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim superstitiosum nõ est. Superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens; vel ad colendam sicut Deum creaturam, partemue vllam creaturæ; vel ad consultationes, & pacta quçdam significationum cum dçmonibus placita, atq; fçderata, qualia sunt molimina magicarum artium: quç quidem commemorare potius quàm docere assolent poetæ. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiori [a] vanitate, Aruspicum, & Augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturç, atque remedia, quç medicorum quoque disciplina condemnat, siue in prçcantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas: quæ eminentiori † [b] nomine Physicam vocant, vt quasi non superstitionem † implicare, sed naturæ prodesse videantur; sicut sunt inaures in summo aurium singularum, aut de struthiorum ossibus ansulç in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti, vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. His adiunguntur millia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit; si iunctim ambulantibus amicis lapis aut canis, aut puer medius interuenerit. *& infra.* ¶ Hinc sunt etiam illa, limen calcare, cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis dum se calceat, sternutauerit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis à sorcibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, quàm prçsens damnum doleri. ¶ Neque illi ab hoc genere superstitionis perniciosæ segregandi sunt, qui olim Genethliaci propter natalium dierum considerationes, nunc autem vulgo Mathematici vocantur. Nam & ipsi, quamuis veram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectentur: & aliquando etiam peruestigent: tamen quod inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum euēta prçdicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem. *& infra c. 23.* ¶ Hoc autem genus fornicationis animç salubriter diuina scriptura non tacuit; neq; ab ea sic deterruit animam, vt propterea talia negaret esse secta ida, quia falsa dicuntur a professorib. eorum: sed [etiam si dixerint vobis, inquit, & ita euenerit: ne credatis eis.] Non enim quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænunciauit, propterea talia sacrilegia, quibus illa imago prçsentata est, minus execranda sunt: aut quia in Actib. Apostolor. fçmina

Margin: Re q. 5. nec mirum. §. ad hæc. — † al. mitiore nomine physica — † al. superstitiosè — C. 21. — Deut 13. — 1. Reg. 28. — Act. 16

ILlud quod.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Aug. q̃ facta hominũ partim sunt supstitiosa, & partim non: & de superstitiosis multa ponit exempla q̃ in ipsa littera facile deprehendes. In secũda parte dicitur, q̃ diuinatio est fornicatio, in qua diuinatione, et si vera dicũtur quandoque, ut exemplo imaginis Samuelis, & vētriloquæ mulieris, idest dçmoniacæ, non tamen propter hæc sortilegia vel talia sacrilegia sunt facienda, sed reprobanda penitus. [Ansulæ.] idest, annuli. Secunda pars incipit ibi, [Hoc autem.]

a ¶ Licētiori.] Idest, non videtur in tantũ peccare.

b ¶ Eminentiori.] Idest pulchriori, vel maiori.

a ¶ Ven-

ven-

Fœmina ventriloqua Paulum diu secuta est.

a ¶ Ventriloqua.] Quæ habebat spiritum pythonis in uentre: quæ multis diebus sequebatur Paulum, & alios prædicatores. & clamabant isti sunt serui Dei, qui annũciant verba salutis vnde offensus Paulus ad eam conuersus est, & dixit spiritui, præcipio tibi vt ab ista recedas. & statim recessit.

ADDITIO. Sub. & propter hoc apostolus persussus est a dominis ancillæ: quia amiserunt lucrum, qđ recipiebãt ex diuinationibus ancillæ prædictæ Ioan.

QVi sine.] CASVS. Quidã dementes erant, qui sine saluatore putabãt se habere salutem, & sine vera sapientia putabant se fieri sapientes. sed August. ostendit, ꝙ tales cæci sũt, & dementes, & quicũque diuinationibus intẽdunt, nisi se correxerint, æternaliter morientur: quia vanitas magicarum artiũ per dæmones est inuẽta, psalmista dicente: Omnes dij gentium dæmonia: & finitur ibi auctoritas prophetę. & quæ postea sequuntur sunt verba Augustini.

Scientia aliquã an fit a diabolo.

b ¶ Angelorum.] Ergo aliqua est scientia à diabolo, ut infra e q. 5. episcopi. in prin. arg. cõtra sup. 37. dist. §. hinc etiã. vbi dicitur, ꝙ a diuinis scripturis omnis scientia sumpsit initium.

Sed nunquid est licitũ uti arte notoria omnino est illicita, & Christiano fugiẽda hęc n ars est per quã quidam nituntur acquirere sciẽtias sed oino inefficax est & fiunt ibi ꝙ dam pacta illicita cũ dæmonib. Fm Thom.

ILlos planetarios] CASVS. Dicit. Au in hoc c. ꝙ quãdo ipse erat hęretic, sępè planetarios consulebat, quos hoies vocant mathematicos: quod ideo faciebat, qa ab eis nullum sacrificiũ & nullæ preces ad aliquem spiritum malignum dirigentur ad diuinationem. hoc tamen qđ faciebat, erat dãnabile. Sic mihi Bar. Brixiẽ. videtur casus iste ponendus, quem ab alio positum non inueni. & posses etiã dicere, quòd idest, quia, vel sicut posui in casu.

corpus maculatur cum per vnum membrum in omne corpus macula diffunditur, id est, cum per vnum hominem præstatur cæteris exemplum delinquendi. In secunda parte ostendit quod sit opprobrium Ægypti, & dicit, ꝙ obseruare auguria, & diuinationes, q in Ægypto

ventriloqua [a] verum testimoniũ perhibuit Apostolis Domini; ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminam illius dęmonij correptione, atque exclusione mundauit. Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxiæ superstitionis ex quadam pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.

In libro de Ciuitate Dei.

¶ Non est vita, sed mors, inquisitio, vel curatio, quæ à diuinis, vel magicis expetitur. C. VII.

Habetur in lib. Rabani de magorũ prestigijs. Bur l. 10 c 41. Iuo p. 11. c 66.

QVi sine saluatore salutem vult habere, & sine vera sapientia æstimat prudentem se fieri posse; non sanus, sed æger; non prudens, sed stultus in ægritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, ac demens permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinis, & magis, vel ab ipsis dæmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionẽ tendunt, psalmista dicente: [Omnes dij gentium sunt dæmonia,] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiunt, vt perditionis suæ faciant eos esse participes. Itaque hęc vanitas magicarum artium ex traditione Angelorum [b] malorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam sciẽtiam futurorum, & infernorum: & per inuentiones † eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quę dicuntur oracula, & necromantia.

Ps. 95.

Isid. l. 8. ety. c. 9.

† al. innocationes

Idem confeßionum lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & vera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII.

ILlos planetarios, quos mathematicos vocant, planè cõsulere non desistebam: quod quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamen Christiana, & vera pietas consequenter repellit, & damnat.

Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 73.

Item Hieronymus.

¶ Cultura est idololatrię, auguria seruare, & stellarum requirere cursus. C. IX.

Origenes hom. 5. ad c 5. Iosue.

SEd & illud [c] adde, quoniam qui fornicatur, in corpus suum peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in oẽm ecclesiã videtur delin-

1. Cor. 6 Eph. 1.

SEd & illud.] CASVS Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hieron. verba Apostoli. s. qui fornicatur, in corpus suum peccat. & dicit, ꝙ illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali, sed etiam de corpore spirituali, quòd est ecclesia, quod

pto sunt inuenta, ad quæ nullus homo debet recurrere post baptismu: quod si quis fecerit opprobrium secum portabit Ægypti. Secunda pars est ibi, Est & illud] c ¶ Illud] Tangit illud quod legitur in Iosue, ꝙ populus circumcisus fuit a tempore Abrahæ vsque illud tempus, quo populus exiuit de Ægypto, sed postea tamen tunc

Circumcisio non fuit facta in deserto.

runt circumcisi xl. ann. quibus fuerant in deserto, sed cum transierunt Iordanem, denuo præceptum fuit, ut vnusquisq. circũcideretur, qd factum est. & dixit dominus Iosue, Hodie abstuli a te opprobrium Aegipti.

HÆC AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur, si possumus manducare, vel bibere, & Io. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, ꝙ superstitiones sint abominandę. Nunc vero dicit Gra. ꝙ quamuis talia sint abominanda, uel detestanda, tamẽ si de area vel torculari aliquid dæmonibus immoletur, propter hoc reliquum non reputatur immũdum: neque si illud immolatum quis comedit ignoranter, propter hoc creditur deliquisse.

quare, qui corpus suum maculauerit: quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur. ¶ Est & illud opprobrium Aegypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi † secundum circumcisionem, vetustæ consuetudinis inuistione suggeritur, obseruare auguria requirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, seruare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ namq; mater pullulare: quæ, si trãsito iam Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria Aegypti trahis.

† al. baptismi circumcisionẽ.

3 *Hæc autem sortilegia † non vsque adeo sunt detestanda; vt, si aliquid de area, vel torculari dæmonibus fuerit immolatum; quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum, quod oblatum fuerat, à nobis ignorantibus sumi contigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

† al. sacrilegia

Vnde Augustinus ad publicolam, epist. 154.

¶ Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torculari aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur.

C. X.

Ivo p. it. c. 98 † al. si

SI de area, vel torculari tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorum sciente Christiano; ideo peccat, quia † fieri permittit, vbi prohibendi potestas est [a]. Quòd si factum non competit, aut prohibendi potestatem non habuit; vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, c. 10.

¶ Immunis est à reatu, qui emit, quod nescit idolis immolatum.

C. XI.


Ivo p. 11. c. 96.

LIcet aliquid pollutum sit per accidentiam, idest, oblationem idoli [b]; cum hoc tamen nescit, qui emit: nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

QVAESTIO III. & IIII.

Rabanus d̃ magorum p̃st. gi p̃s Isid. l. 8. ety. c. 9.

† al. diuinatione



P̃s 1 *Quibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura † dæmonum ita dicens.*

¶ De multiplici genere diuinationis. C. I.

Burc. l. 10 c. 43. Ivo p. 11. c. 68.

IGitur genus diuinationis a Persis [a] fertur allatum. Varro autem dicit diuinationis quattuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, aeromantiam, pyromantiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadam fraudulentia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis ars, & furor. Incantatores vero vocati sunt, qui artem ver-

SI de area.] CASVS. Publicola q̃siuit ab Augu. si de area, vel torculari alicuius aliquid fuerit dæmonibus immolatum, ille cuius est area uel torcular peccet si ꝑmittit inde aliquid tolli. Et respondet, si prohibere potest, & nõ prohibet, peccat. si uero nescit, uel ꝓhibere nõ potest, nõ peccat: & tunc reliq̃s fructibus sine peccato potest uti.

a ¶ Potestas est.] Videtur ergo, quod nõ quilibet tenetur prohibere, sed solũs iudex, ut diximus 23. quæstio. 3. non in inferenda. sup. ead. sup. 23. quæstio. 8. præterea.

b LIcet.] ¶ Idoli.] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30 distinctio. quis carnem.



Quib. autẽ.] Hęc quæstio diuiditur in tres partes. In prima ostẽdit quot sunt genera diuinationum, & unde habuerint originem & uocabula: & hoc probat per c. Augustini. Secunda ibi, Quæritur.] Tertia ibi, Quod autẽ.] Ioã. de Fant.

CASVS. Hic ĩtitulatẽ 3. & 4. q. qua quęritur à quibus diuinatio sumpsit exordiũ: & quot sint gñа diuinationis. Et respõdetur, à Persis diuinatio sumpsit exordiũ: & quod quattuor sunt genera diuinationum, ut inf. ea. c. j. & 2.

IGitur genus diuinatiõis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in 5. partes. In 1 parte ostendit Aug. quòd diui-

diuinatio initium sumpsit à Persis In secūda ostendit, q diuinatio fit in quattuor rebus, scilicet in terra, aqua igne, & aere. In tertia unde nuncupantur diuini. In quarta ostendit, q duobus modis fit diuinatio, scilicet per artē, vt in quatuor elemētis: & per furorē, sicut per aruspicios. In quinta ostendit species diuinationum, earum etymologias ponendo: partes autem omnes circa principium sunt. & ideo non pono ubi incipiāt: quia per te facile deprehēdes. [Coniectāt.] id est, nūciant. [Duo autem genera,] idest duo modi: cū dictum est superius quatuor esse genera.

QVAERITVR. Hac est 1. pars quęs. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Fant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit inciden per cuius naturæ sint dæmones: & an futura sciant: & quot modis futura pręnoscāt. Et de hoc scribit Augustin. in sequen. cap.

SCiēdū.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit August. quòd dæmones excedunt naturā hominū in subtilitate sensus & ingenij: in celeritate eundi: & in longitudine uitę. & propter hoc pronunciant multa ante cognita: homines uero propter sensus tarditatem hoc dicere uel facere non possunt. In secūda parte ostēdit, quòd dęmones quatuor modis futura pręsaid dicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea, quæ prædicūt, futura mala prædicendo propter pestes, quas immittūt. Secūdus est, q naturalibus signis futura pręnoscunt: nō tñ propter hoc dicēdi sunt diuini: sicut nec medicus dicendus est diuinus, qui per carnalia signa humani corporis sanitatem uel infirmitatem uel mortē sæpe prędicit futuram. Tertius modus est, quia dæmones nō solum per uoces hominum, sed etiam per cogitationes, quas per quædam signa dicūt futura denunciāt, alijs uidelicet mira: quia ista disposita nō nouerut, in quibus qñ falluni, culpā in suos coniectores refundūt. Quartus vero modus est, q a ipsi pdicūt hu ibus sue cau-

bis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dęmonum accipiunt responsa. Haruspices nūcupati, quasi horarum inspectores: Dies enim & horas in agendis negotijs operibusque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare debeat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prędicunt. Augures sunt, qui volatus auium, & voces intendunt: aliaq; signa rerum, vel obseruationes improuisas hominibus occurrentes ferunt. Idem sunt & auspices: Nam auspicia sunt, quę iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia †, & auguria quasi auium garria, idest, auium voces, & linguæ. Item augurium, quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterum ad aures pertinēs: ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auiū. Pythones à Pythio Apolline † dicti: quòd is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum, Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus, & euentus prędicere conantur: idest, quis quali signo fuerit natus, aut quem effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathemathici vocantur: cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, idest, notationes syderum, quomodo se habeant, cum quisq; nascitur. ¶ Primum autem ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia vsque ad Euāgelium fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *&c. vt supra.* ¶ Salitores † vocati sunt: quia dum eis membrorum quęcunque partes salierint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prędicunt.

† *al. aspicia.*

† Pythius dictus est Apollo à Pythone dracone, quem iaculis interfecit, propter, enim ea dione hanc scribūt Grę ci, non pro ph.

Matt. 2.

ead. q. 1. vnico.

† *al. Salisatores*

α ¶ Persis.] *B. Augustinus in libro sexto de ciuitate Dei, ca. 35. de hydromantia loquens sic scribit,* Quod genus diuinationis idem Varro à Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum præstigijs, quem ipse ex varijs Augustini, & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire valeant, vel quot modis futura prænoscant.*

De his ita scribit Augustinus in eodem libro de diuinatione dæmonum, c. 3.

¶ Quot modis dęmones futura pręnoscant. C. II.

SCien-

Rabanus q. Magorū pręstigijs Burc. l. 11. c. 45. & 46. Iuo p. 11. c. 70. & 71. Pann. l. 8. c. 68.

dum [a] est hanc esse naturam dæmonum, vt aerij corporis sensu terrenorum corporum sensum facile præcedant, celeritate etiam propter eiusdem aereij corporis superiorẽ mobilitatem non solũ cursus quorumlibet hominum, vel ferarum, verumetiam volatus auium incõparabiliter vincant. Quib. duab. reb. quãtum ad aerium corporis attinet, præditi, hoc est, acrimonia † sẽsus, & celeritate motus, multo ante cognita prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit ẽt, dæmonibus per tã longũ tp̃s, quo eorũ vita protenditur rerum longè maior experientia, quã põt hoĩbus pp breuitatẽ vitæ prouenire. Per has efficacias, quas aerij corpns natura sortita est, non solũ multa futura prædicunt dæmones, verũ etiam multa mira faciunt: quæ qm̃ homines dicere, ac facere non possunt, eos dignos quidam, quib. seruiant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur: instigante maxime vitio curiositatis pp amorẽ fęlicitatis falsæ, atq; terrenæ, & excellentiæ temporalis. *& infra c. 5.* ¶ Nunc igirur qm̃ de diuinatione dæmonum quæstio est, Primum sciendum est illos ea plerumque prænunciare, quæ ipsi facturi sunt. Accipiunt. n. sæpè potestatem, & morbos immittere, & ipsum aerem vitiando morbidũ reddere, & peruersis, & amatorib. terrenorũ cõmodorũ malefacta suadere; de quorum morib. certi sunt, ꝙ sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent autem miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatẽ suorũ corporum, corpora hoĩum non sentientium penetrando, seseq; cogitationib. [b] eorum per quædã imaginaria visa miscendo, siue vigilantium, siue dormientiũ. ¶ Aliquando autem non quæ ipsi faciunt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt (quæ signa in hominum sensus venire non possunt) ante prædicunt. Neque enim quia præuidet medicus, quod non præuidet eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus est. Quid autem mirum, si quẽ admodum ille in corporis humani perturbata, vel modificata temperie seu bonas, seu malas futuras præuidet valetudines: sic dæmõ in aeris affectione sibi nota † nobis ignota † futuras pręuidet tempestates? Aliquando & hominũ dispositiones non solum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt: atque hinc etiam multa futura prænunciant, alijs videlicet mira, qui ista disposita non nouerũt. *& infra c. 6.* ¶ Fallũt & studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominũ errore lætantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritas amittant; id agunt, vt interpretibus suis, signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur; quando vel decepti fuerint, vel mentiti. ¶ Nonnunquã vero ipsi maligni spiritus, & illusores hominum, atque salutis eorum inuasores † solent prædicere defectum culturæ suę, & idolorum ruinam, quatenus præscij videantur, quid in singulis regnis, aut locis venturum sit, & quid aduersi suæ factioni contingere possit: quod etiam illi, qui gentilium historias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, si iam imminente templorum, & simulachrorum euersione, quam prophetæ Dei summi tanto ante prędixerant, serapis dęmõ alicui cultorum suorum hoc de proximo prodidit, vt suã quasi diuinitatem recedens, vel fugiens commendaret?

3 *Quòd aũt hominũ dispositiones cogitatione conceptas, per exteriora signa*

† *al. acumine.*

† *al. notas*
† *al. ignotas.*

† *al. inuisores.*

Dæmones futura prædicere possunt.

culturæ defectum, & idolorũ ruinã, ut eorũ. q̃ fiunt pręscij videãtur: qđ qui libros gentiliũ legit, nõ poterit ignorare. Scđa pars incipit ibi.] Nõ igit.] Primus modus diuinãdi incipit ibi, [Primum sciẽdum.] Secundus ibi.] Aliqñ autem.] Tertius ibi. [Aliquãdo etiam hominũ.] Quartus ibi, [Nõnũquam vero.] a ¶ Sciẽdũ.] Hic Augu. ostẽdit quibus de causis dęmones sciũt futura prædicere: nõ ꝙ ipsi sciant futura: sed q̃a hñt probabiles coiecturas. primo illa ratione: quia de subtiliori materia sũt creati. unde subtilius considerant q̃ hoĩes. Itẽ quia per antiq̃tatẽ multa sciũt, quæ nos pp breuitatem tp̃is scire non possumus. Item quia ipsimet cõsueuerũt morbos immittere: & illud ipsi prædicunt ꝙ aliquis sit habiturus malũ. Itẽ sicut medicus videt aliq̃d per signa sibi nota, q̃ nos non videmus. sic dæmones. Itẽ ex signis quæ procedũt ex aĩo hominis, præuident quædam futura. Itẽ quia dicta prophetarum audierũt, ex q̃bus futura p̃dicunt. b ¶ Cogitationibus.] Ergo vr̃. ꝙ diabolus nouit cogitatiões hominum. Sed cõtra. solus Deus scit occulta cordium, vt 23. dist. erubescãt. sed ipse seipsum de hoc corrigit infra c. proxi.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est tertia pars, q. in qua dr, q dæmones nesciunt quæ futura sunt. Io. de Fant. ... tur. sed ille in cuius domino hæc sit, post publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de malef. nullus.

CASVS. Supra in ca. sciendū, dixerat Aug. q diabolus comprehendebat cogitationes hominum per signa exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere; ideo non vult illud retractare per c. seq.

QVodam loco dixi.] CASVS. Dicit Aug. se quodā loco dixisse, q dæmones dispositiones uel cogitationes hominum non solum per uoces, sed etiam per quædam signa humani corporis tota facilitate perdiscunt: sed quia rem dixit occultā, & sermone nimis audaci: ideo nunc dicit, quòd iueniri nō potest, utrum signa fiant in humano corpore, per quæ ista cognoscant, uel per uim aliam spiritualē hoc cōprehendant: licet quædam per experimenta quandoq; talia prænotare dicuntur.

QVòd autē.] Hæc qō diuiditur in tres partes. In prima quarū probat magister per 12. c. q sortilegi, & diuini sunt excommunicādi, si nō cessant, & euntes ad illos. Secūda ibi,] Nōnulli.] Tertia ibi, [Expræmissis.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 5. qō. qua quæritur, si sortilegi, & diuini cessare voluerit, an sint excōicandi; & dicit quòd sic: & ad hoc probandum inducit unā rōnem, & unam auctoritatem. Auctoritas incipit ibi,] Si qs frater.] Filiis,] ò uos dæmones. Sequentia c. plana sunt per iam dicta.] Expiandi,] id est, purgandi.

a SI quis.] ¶ Phylacterij.] Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quibus cōtinent incātationes.

b QVi diuinationes.] ¶ In domos suas.] Fm legem illi concremā

Non

diabolus deprehendebat, non firma ratione videtur approbatum.

Unde idem Augustinus, ait in lib. 2. retract. c. 30.

¶ Quòd ex corporeis moribus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultissima res est. C. III.

QVodam loco dixi, dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum voce prælatas, verumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere. Rē dixi occultissimam audaciori asseueratione, quàm debui. Nam peruenire ista ad notitiam dæmonum per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed vtrum quædam signa dentur ex corpore cogitantium, illis sensibilia, nos autem latentia, an alia vi, & ea spiritali, ista cognoscant; aut aut difficillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. sup. c. prox.

QVÆSTIO V.



Vòd autem sortilegi, & diuini, si cessare noluerint, excommunicandi sint; ratione, & auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culturæ idolorum ex dæmonum cōsultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, quia cultum Deo debitum, nummo impendit, idolorum cultor ab Apostolo nominatur: sic illi, qui futura, quæ ex Dei oraculo nonnunquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum consultatione, vel quibuslibet præstigijs inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præscire solius Dei est: qui, in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. Vnde Esaias ait: [Priora, & nouissima annunciate mihi; & dicam quòd dij estis.] Cultores vero idolorum à fidelium cōmunione separandi sunt. Vnde in epistola ad Corinthios Apostolus ait: [Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens; cum eiusmodi nec cibum sumere.] Hinc etiam in decretis Gregorii iunioris in concilio Romano præsidentis, c. 12. legitur.

Eph. 5. Col. 3

Esa. 45. sed paulo angustius.

1. Cor. 5

¶ Anathema sit, qui ariolos, vel incantatores obseruat. C. I.

SI quis ariolos, aruspices, vel incātatores obseruauerit, aut phylacterijs [a] vsus fuerit, anathema sit.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶ Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

QVi diuinationes expetunt, & morem gentiliū subsequuntur, vel in domos suas [b] huiusmodi homines

Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 24. Iuo p. 11. c. 1. Panu. l. 8. c. 61. Rabanus in pœnit. c. 23. Et in conc. Paris. l. 3. c. 1. Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 2. Panu. l. 8. c. 62.

NOn liceat.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4 partes: In prima parte dicitur, ꝙ propter domum faciendã vel segetes serendas, vel plantandas arbores, & similia non debet aliquis colere elementa, lunam vel stellas obseruare: sed omnia facere in nomine Domini. In secunda parte dicitur, ꝙ in collectionibus herbarum non est aliqua incantatio facienda, nisi credo in Deum, vel Pater noster. In 3. parte dicitur, ꝙ si quis in domum suam inducat sortilegos vel diuinos, vt maleficia inueniant, vel aliud faciant superstitiosum, v. annis pœniteant. In 4 parte dicitur, ꝙ mulieres i suis lanificijs vanitatem obseruare non debent, sed Deum inuocare adiutorem. Secunda pars incipit ibi, [Nec in collectionibus herbarũ] Tertia ibi,] Si quis autẽ.] Quarta ibi.) Mulieribus.] Sequen. ca. planum est.

introducunt, exquirendi β aliquid arte malefica, aut expiandi causa; sub regula quinquennij iaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos, &c.

α ¶ Gentilium] *In Græco impresso est, χρόνων sed in vetusto Vaticano, & apud Balsamonem ἐθνῶν.*

β ¶ Exquirendi] *Græce est, ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακῶν id est,* ad inuenienda medicamenta.

Item ex concilio Martini Papæ: [Id est ex cap. Martini Bracharensis, c. 72.].

¶ Elementa colere, lunæ, aut stellarum cursus in suis operibus Christianis seruare non licet. C. III.

Burc. l. 10. c. 3. Iuo p. 11. c. 40.

NOn liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & obseruare, vel colere elementa, aut lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes [a], vel arbores plantandas, vel coniugia socianda. Sriptum est enim. [Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere; omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo.] ¶ Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes licet attendere: nisi tantum cum symbolo diuino, aut † oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ Si quis autem paganorum consuetudinem sequens diuinos, & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, vel lustrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitentiam agant. ¶ Mulieribus quoque Christianis nõ liceat in suis lanificijs vanitatem obseruare: sed Deum inuocent adiutorem, qui eis sapientiam texendi donauit.

Coloss. 3.

Ibidem c. 74. Burc. l. 10. c. 20. Iuo p. 11. c. 47.

† al. et

Ibidem, c. c. 71. Burc. l. 10. c 6. Iuo p. 11. c. 34.

Ibidem, c. 75. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 8. c. 330. & p. 11. c 46. Et in Agathensi, c. 68.

a ¶ Propter segetes.] nunquid ergo hic reprehenditur astronomia? nunquid per uentos & dispositiones lunæ licitum est rusticis considerare tempus seminandi 1, & medicis tempora potionum & minutionum? Certe hæc non reprobantur. sed illi reprobantur, qui credunt inesse necessitatem superioribus vnde nõ est dicẽdum ꝙ superiora sint causa rerum, licet sint signa a. rerum.

Astronomia non est reprehendeda.

1 Vide ꝙ no. int. ca. q. 7. non obseruetis. & c. seq.

a Signa Late Ioan. Picus Mirand. cõtra Astrologos.

Item ex concilio Laodicensi, c. 36.

¶ Sacris officijs dediti, magi, vel incantatores non fiant. C. IIII.

Rabanus pœni. c. 24. Iuo p. 11. c. 3. Pann. l. 8. c. 63.

NOn oportet sacris officijs deditos, vel clericos, magos aut incantatores existere aut facere phylacteria quæ animarum suarum vincula cõprobantur. Eos autẽ, α qui talibus rebus vtuntur, proijci ab ecclesia iussimus.

α ¶ Eos autem.] *Quę antecedunt in hoc capite sunt ex versione Dionysij. Quæ autem sequuntur, sunt ex prisca versione, quę est in collectione Isidori.*

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶ Honore priuetur episcopus, vel presbyter, qui magos vel aruspices consulit. C. V.

Rabanus ibidẽ Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11. c. 5. & 73 Pann. l. 3. c. 169. & l. 8. c. 3.

SI qui episcopus, aut presbyter, siue diaconus, vel quilibet ex ordine clericorum, magos, aut aruspices, aut incãtatores, aut ariolos: aut certe augures, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam α, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse [b] fuerit deprehensus; ab honore dignitatis suæ suspensus [c], monasterij curam γ suscipiat, ibique pœnitentię perpetuæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat.

SI quis episcopus.] CASVS Statuit concilium Tolet. ꝙ si quis episcopus, vel cuiuscumque ordinis clericus diuinos vel sortilegos consulit, deponatur: & ad pœnitentiam peragendam perpetuo in monasterio trudatur. Quæ autem sequuntur, plana sunt: & per te videbis vsque ad ca. episcopi.

b ¶ Cõsuluisse] No. pro solo consilio debere quem puniri 3. siue faciet artem, siue nõ. sic pro sola vocatione punitur, qui vocat clericum ad iudicium Imperatoris vt 11. q. 1. placuit.

c ¶ Suspensus.] Id est de-

Consiliũ facit quẽ puniri.

3 Sic inf. e. p. xi. dic ꝙ in hoc peccat, quia prohibitũ est cõsiliũ talium. extra de sortileg. cap. 1. lo. de Fant.

Neſcire quę uoim melius eſt ꝙ ſcire.

1 Si. arg. inuenit 16. q. 1 i canonibus. vbi cõſimilis pœna irrogat danti & accipienti oblationem eccleſiæ prer epi conſcientiam. L. de hoc legi. & no. de conſ. diſt. 2. pro dilectione.

a Veldic, i. in diſcrimẽ adducitis. Io de Fan.

depoſitus, vt patet per ſequentia.

a ALiquanti.] Vel docere.] nam ſimilis eſt culpa, prohibita diſcere, & docere, vt C. de male. culpa 1. & multa ſunt, quæ melius eſt neſcire, quàm ſcire. 38. diſt. quamuis contrarium eſt C. de hære. quicũque. vltra medium. vbi dicitur quòd ille, qui illicita docet vel deportatur, vel punitur vltimo ſupplicio: diſcipuli vero puniuntur x. libris auri. ſed ibi loquitur de his qui diſcendi cauſa venerunt, non tamen didicerunt: hic de eo qui didicit vel conſuluit. Item contrarium eſt 37. diſt. qui de menſa ſed illi diſcebant non vt ſequerentur ea, ſed vt alijs per ea poſſent obuiare. 37. diſt. in. legimus.

b SOrtes.] ¶ Diſcriminatis.] Id eſt, iudicatis vel dijudicatis 1.

COntra idolorũ.] a ¶ Ver-

α ¶ Magicam.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, duob. codicibus Vaticanis, & Lucenſi regio, & Polycarpo legitur* artem aliquam.

β ¶ Suſpenſus.] *In omnibus conciliorum editionibus, & manuſcriptis exemplaribus, quæ collata ſunt, & Polycarpo eſt,* depoſitus. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Curam.] *Sic in vetuſtioribus conciliorũ editionibus, & duobus Vaticanis codicibus. ſed in recentioribus Coloníenſibus eſt,* cenſuram: *in codice autem regio,* pœnam. Et in Venet. 6. 16.

Item ex concilio Agathenſi, c. 42.

¶ De his, qui augurijs, & diuinationibus ſtudent. C. VI.

Rabanus ibidẽ Bur. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

ALiquanti clerici, ſiue laici ſtudent augurijs, & ſub nomine fictę religionis per eas, quas ſanctorum ſortes vocant, diuinationis ſcientiam profitentur: aut quarumcũque ſcripturarum inſpectione futura promittunt: Hæc † quicumq; clericus, aut laicus, detectus fuerit vel conſulere, vel docere; [a]; ab eccleſia habeatur extraneus. † al. Hos

Item Leo quartus epiſcopis Britanniæ, c. 4.

¶ Sors nihil aliud quam diuinatio, & maleficium eſſe decernitur. C. VII.

SOrtes, quibus cuncta vos in veſtris diſcriminatis [b] iudicijs (quod patres damnauerunt) nihil aliud, quam diuinationes, & maleficia eſſe decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & inter Chriſtianos vltra nolumus nominari; & ne exerceantur † ſub anathematis interdicto prohibemus. Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70. † al. vt abſcindantur.

¶ *In epiſtola Leonis quarti (cuius pars extat in vetuſto codice) c. 4. hæc leguntur.* De expetentia autem diuinationum, vel maleficiorũ ſcriptum quidem in ſacris habemus canonibus, vt ipſa ponamus, ita: Qui diuinationes. & c. ſupra *ead. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorum ſimilitudinem ſortes, quibus vos cuncta in veſtris diſcriminatis iudicijs, nil aliud, quàm quod illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium eſſe decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano *notario, libro 9. epiſt. 47.*

¶ Incantatores, ſortilegos velut Chriſti inimicos inſequi oportet. C. VIII.

PEruenit ad nos quòd quoſdam incantatores, atque ſortilegos fueris inſecutus: & omnino nobis ſolicitudinem, zelumque tuum gratum fuiſſe cognoſcas. *& infra.* ¶ Et ideo ſtudij tui ſit ſolicite quærere, & quoſcumque huiuſmodi Chriſti inimicos inueneris, diſtricta vltione corrigere. Poly. ibidem Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 33.

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 32.

¶ Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, vel auguria, vel ſortes ſecutus. C. IX.

SI quis clericus, monachus, vel ſęcularis, diuinationẽ, vel auguria crediderit obſeruãda, vel ſortes, quas mẽtiũtur eſſe ſanctorũ, ꝗbuſcũque putauerint intimandas; cũ his, qui eis crediderint, ab eccleſiæ cõmunione pellantur. Concor. cõcil. Antiſiod. c. 4.

Item Gregorius in libro 7. epiſt. 66. ad Ianuarium *epiſcopum.*

¶ Contra ſortilegos idolorum cultores cuſtodia paſtoralis inuigilet. C. X.

COntra idolorum cultores, vel aruſpices †, atque ſortilegos, fraternitatẽ veſtram vehementius paſtorali hortamur inuigilare cuſtodia, atque publice in populo contra huius rei viros ſermonem facere, eoſque à tanti labe ſacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præſentis vitæ periculo adhortatione ſuaſoria reuocare. Quos tamen, ſi emendare ſe à talibus, atque Bur. l. 10. c. 19. Iuo p. 11. c. 32. & 95. † al. ...

corrigere nolle repereris, feruenti comprehendere zelo te volumus: & si quidē serui sunt verberibus[a] cruciatibusq;, quibus ad emendationē peruenire valeant, castigare: si vero sunt liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitentiam redigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contēnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.

¶ *Caput hoc locupletatum est ex epistola Gregorij cum vetustis eāque pluribus collata.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 89.

¶ Ab ecclesia separetur augurijs, & incantationibus deseruiens. C. XI.

Burc. l. 10. c. 7. Ivo p. 11. c. 35. Pann. l. 8. c. 72.

AVgurijs, vel incantationibus seruientem, similiter & Iudaicis superstitionibus, vel ferijs inhærentem, à conuentu ecclesiæ separandum [præcipimus.]

Item ex concilio Anquirensi [a] *c. 1.*

[a] ¶ Anquirensi.] *Sic etiam in vetustis. Burchardus & Iuo habēt Anchyrensi. Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impresso, neque manuscripto est inuentum. licet, qui tomos conciliorum ediderunt, asserant haberi in quodam vetusto codice xvi. librorum partialium.*

¶ Sortilegam, & magicam artem episcopi omnibus modis † elimanire studeant. C. XII.

† al. viribus

Burc. l. 10. c. 1. & l. 19. credidisti. ꝙ mulię. Iuo p. 11. c. 30. Pann. l. 8. c. 75.

† al. maleficā.

EPiscopi, eorumq; ministri omnibus modis elaborare studeant, vt perniciosam, & à diabolo inuentam sortilegam, & magicam † artē ex parochijs suis penitus eradicent: & si aliquem virū, aut mulierē huiuscemodi sceleris sectatorē inuenerint; turpiter dehonestatum de parochijs suis eijciant. Ait enim Apostolus: [Hæreticum hominem post primā, & secundā correptionem deuita: sciens, quia subuersus est, qui huiusmodi est.] Subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur, qui relicto creatore suo, diaboli suffragia quærunt: & ideo a tali peste debet mundari sancta Ecclesia. ¶ Illud etiam non est omittendū, quòd quædam sceleratæ [a] mulieres retro post satanam conuersæ, dęmonū illusionibus, & phantasmatibus seductæ, & credūt & profitentur se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierū equitare super quasdā bestias, & multarū terrarū spatia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusq; iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctib. ad eius seruitium euocari. Sed vtinā [b] hæ solæ in perfidia sua perijssent, & non multos secū ad infidelitatis interitū pertraxissent. Nā innumera multitudo hac falsa opinione decepta, hæc vera esse credunt, & credendo à recta fide dēuiant, & errore paganorū inuoluuntur, cū aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnū Deum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi cōmissas populo Dei omni instantia prædicare debent, vt nouerint hęc omnino falsa esse, & non à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fideliū † irrogari. ¶ Si quidem ipse satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cum mentem cuiuscunque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatē subiugauerit, illico transformat se in diuersarū species personarū, atq; similitudines, & mētem, quā captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quęque deducit; &

ad Titum 3.

De spiritu & anima, c. 28.

† al. infideliū.

Aug. ibidem. 2. Cor. 11.

[a] ¶ Verberibus.] Cū hic scribatur episcopus, patet hoc crimen ecclesiasticū esse. Itē patet hic ꝙ episcopus potest aliquos uerberib. castigare, ut 23. q. 5. c. 1. Itē patet hic ꝙ episcopus potest in carcerē mittere eos. Itē habes hic, ꝙ alio modo punitur nobilis quā ignobilis, ut 24 q. 1. qui contra 12. quęst. 2. di aeternitatis. Ioan.

Eps pōt aliquos verberibus castigare.

EPiscopi] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima tractatur de sollicitudine sacerdotum circa diuinos expellēdos de parochijs suis & quòd expelli debeāt, Apostoli auctoritate probatur. In secunda parte reprehēduntur quædam mulieres, quæ cum Diana dea paganorū & cum Herodiade super quasdam bestias nocturnis temporibus equitare se putabāt: quod falsum est sed diabolo decipiēte hoc mentibus fidelium irrogatur. In tertia parte ostenditur quomodo fiat hæc illusio, scilicet in solo spū diabolo uarias formas ostēdēte per somnium mentibus hominum & ꝙ in solo spiritu fiat probat duobus exemplis, scilicet Ezechielis, & Pauli. Secūda pars incipit ibi,] Illud etia.] Tertia ibi,] Si quidē ipse satanas.]

[b] ¶ Sed utinam hæ solæ.] Idest, utinam nō plures. similis expositio est 1. quæst. 1. duces t.

[a] ¶ Sed

† Aliàs iudices. 23. q. 4. si ea. vbi de hoc.

a ¶ Sed in corpore.] Idest, corporeo sensu percipi, &c.

NONNVLLI. Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, quod in seq. c. continetur. Ioan. de Fan. Et ponit hic incidentem quæstionem.

CASVS. Superius prohibitæ sunt diuinationes & sortilegia. Nunc vero ostendit Gra. quod in perniciem inimicorum altaria vestib. exui non debent vel lugubri veste accingi, vel luminaria ecclesijs deputata extingui, vel Missa defunctorum celebrari pro viuis, & ad hoc probandum inducit seq. c.

QVicumq;] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. parte dr. quod si quis sacerdos vel minister ecclesiæ, altaria vestibus exuat, vel lugubri veste accingat, vel extinguat luminaria in perniciem alicuius, deponatur: nisi coram metropolitano pniam egerit, exceptis illis personis, quæ hoc faciunt vel pp hereticos, vel pp hostilitatem, vel alia iusta ex causa. In secunda parte dicitur, quod sacerdos, qui cantauerit Missã defunctorum vt inimicus mortem incurrat, deponatur: tam ipse sacerdos, quam ille qui sacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secunda pars incipit ibi, [Plerique etiam.]

b ¶ Doloris.] Nisi forte ideo faciat quia ecclesia sua spoliat, vt illud in signũ mœroris faciat, sicut quidam ponunt spinas super altare: sicut & denudatur altare in passione Dñi in signum tristitiæ. *(Tristitiæ cã permittuntur aliqua.)*

c ¶ Satisfactio.] Arquod

cum solus spiritus hoc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore [a] euenire opinatur. Quis enim non in somnijs, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis vero tam stultus, & hebes sit, qui hæc omnia, quæ in solo spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta visiones Domini in spiritu, non in corpore vidit? & Ioannes Apostolus Apocalypsis sacramentum in spiritu, non in corpore vidit, & audiuit, sicut ipse dicit? [Statim inquit, fui in spiritu.] Et Paulus non audet dicere se raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est, quòd qui talia, & his similia credit, fidem perdit: & qui fidem rectam in Domino non habet, hic non est eius, sed illius, in quem credit, idest, diaboli. Nam de Domino nostro scriptum est: [Omnia per ipsum facta sunt, &c.] Quisquis ergo aliquid credidit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciem, vel similitudinem, nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterior.

Ezech. 3 *Apoc. 1. & 4.* *2. Cor. 12* *Io. 1.*

α ¶ Scelerate.] *Fere eadem habentur apud beatum Augustinum in libro de spiritu & anima, c. 28. & in vita Damasi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetusto de vitis sanctorum codice sanctæ Mariæ Maioris: vbi postquam aliqua relata sunt ex synodo Romana in qua Damasus Macedonium & Apollinarem damnauit, adiungitur anathematizatos in ea synodo esse, maleficijs, superstitionibus, & incantationibus seruientes. In quibus etiam mentio est harum mulierum, quæ putabant nocturno silentio cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum super bestias equitare, & multa terrarum spatia pertransire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem suorum inimicorum altaria sacris vestibus exuunt, aut veste lugubri accingunt, vel consueta luminariorum obsequia ecclesiis Dei subtrahunt, vel Missam pro requie defunctorum promulgatam, pro viuis celebrãt hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequissima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c. 7.

¶ Abijciatur sacerdos, qui huiusce modi maleficijs operam dederit. C. XIII.

QVicumque sacerdotum, vel ministrorum deinceps causa cuiuslibet doloris [b], vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum vestibus sacris exuere præsumpserit, aut qualibet alia lugubri veste accinxerit †, seu etiam, si consueta luminariorum sacrorum obsequia de templo Dei subtraxerit, & extingui præceperit; si eum antea veræ pœnitudinis coram metropolitano satisfactio [c] non purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta superiorem sententiam Domini, loci sui dignitate se nouerit, & honore priuari: illis proculdubio personis ab hac vltionum sententia separatis, quæ aut contaminationem sacrorum ordinum, vel subuersionem sanctæ fidei metuentes, aut hostilitatem, vel obsidionem perferẽtes, seu etiam diuinorum iudicio

† al. accingi orig.

rum sententiam metuentes talia fecisse contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placatur, quam interni liuoris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo Missam ꝑ requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis student celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, vt is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculū. Proinde nostræ eligit vnanimitatis conuentus, vt si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus, à proprij deponatur ordinis gradu, & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilij perpetui ergastulo religentur †.

† al. relegētur

¶ Principium huius capituli vsque ad ver. Plerique, est ex 13. concilio Toletano c. 7. Rel. quæ vero sunt ex 17. Toletano, ca. 5. quorum concil. orum duo exemplaria sunt habita ex Hispania & inde non nulla hic emendata, & addita.

2 Ex præmissis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruspices, incantatores, & sortilegi, atque cęteri huiusmodi sectatores ab ecclesia sunt eliminandi, & nisi resipuerint, ꝑpetuo excommunicandi. Sed quod in vltimo Anquirensi† capitulo ea, quæ fiunt per incantatores, non in corpore, sed spiritu fieri dicuntur, Augustinus in libro de ciuitate Dei videtur asserere, ita dicens.

su. ead. episcopi
† al. Ancyrēsi

¶ Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præstigijs, quem ipse ex varijs locis Augustini & Isidori, vt antea dictum est, confecit. Burchardus citat ex dictis Augustini.

¶ Quæ magorum pręstigijs fiunt, non vera sed phantastica esse probantur. C. XIIII.

Isidorus l. 8. etymol. c. 9.
Burc l. 10. c. 42. ex dictis Augustini.
Iuo p. 11. c. 67.
Pann. l. 8. c. 65.
Exo. 7.
Aug. 18. de ciuit. Dei. c. 17.

NEc mirum [a] de magorum præstigijs, quorum in tantum prodiere maleficiorū artes, vt ēt Moysi simillimis signis resisterent, vertētes virgas in dracones, & aquas in sanguinem. Fertur ēt in gentilium libris, ꝙ quædā maga famosissima Circe, socios Vlyssis mutauerit in bestias. Legitur, & de sacrificio, quod Archades Deo suo Licæo immolabant, ex quo quicunq; sumerent, in bestiarum formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præstigijs potius fingebātur, q̄ rerum veritate complerentur. Vt ergo ipsi errores ignorātibus manifesti fiant; de errorum proprietate, atque inuentoribus iuxta traditionē maiorū primum dicere congruum arbitramur. ¶ Magi sunt, qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nūcupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbāt mentes hoīum minus cōfidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violētia tātum carminis interimunt. Vñ Lucanus: [Mēs hausti nulla sanie polluta veneni, Incantata perit.] Dæmonib. .n. accitis audent ventilare, vt quiq; suos perimāt malis artibus inimicos. Hi ēt sanguine vtuntur, & victimis & sępè contingunt mortuorum corpora. ¶ Necromātici sunt, quorum præcantationibus vñr resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata rñdere. νεκρὸς enim Græce, mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos suscitandos cada-

Libro 6.

quòd si aliquis satisfecerit à crimine, vel [r] inde egerit pœnitentiam: amplius nō possit accusari: licet sit publicum crimen: vt notatur 33. q. 3. ad monere Ioan. 2.

EX PRÆMISSIS. Hæc est 3. pars quæstio. in qua magister ponit casus, & originem his phantasmatibus. & quomodo accidant. Io. de Fan.

CASVS. Concludit G. ex supradictis, ꝙ sortilegi. & diuini nisi resipiscant, sunt excommunicandi. Postea ostendit, ꝙ ea quæ fiunt per incantatores: non in corpore, sed in spiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit seq. capit.

a NEc mirum.] CASVS. Hoc cap diuiditur in tres partes. In prima parte Augu. docet tria. Primo docet non esse mirum, si magi vertebant virgas in dracones; aquam in sanguinē, Moysi resistēdo quia similia fecit. Circe, & Mercurius ad sacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebāt, quàm in veritate consisterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum, & eorū etymologias. Tertio ponit quare tanta potestas diabolo datur, vt homines sic seducat, quod fit ideo vt veritatem spernentes illudat: hoc tamē non fit sine permissu Dei. & Dicit quare illi incātatores virgas suas in dracones conuertebant. In secūda parte continetur. quod quidam obijciebant Au. si phythonica diuinatio errori magicæ artis est deputanda qualiter pythonissa Samuelē suscitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectio resp ōdet Au. dicens illum nō fuisse Samuelem, sed diabolum. Quod probat bat mult' rationibus vel auctoritatibus, multa verba inferens S i ſ ſ a do

r Adde ad hoc qđ not. gl. & doct. in l. q ea men. te. ff de fur.

a De hoc not 49. dist. § 1. vbi videas.

HAec vero.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, q. si virgines post votum nubant, & si nondum velatæ sint: tamẽ debent pœnitere ad tempus. Nam si homini fides est seruanda: multo fortius Deo cui promiserunt, fides est seruanda. Et si vidua, quæ post votum continentiæ nubat damnatur: multo fortius virgo debet damnari, quæ fidem Deo frãgit. [Velatæ non sunt.] velo consecrationis.

[c] ¶ Tectæ.] quæ nõdũ sunt consecratæ.

[d] ¶ Aliquanto.] su. c. viduas. contra. Sol. vt ibi, Vel melius in dicto 1 Apostoli de viduis, quę non erant velatæ, sed tamen professæ continentiam, quę minus peccant quam virgines velatæ. ibi Gre. de vtrisque velatis. Quæ

1 Et vere melius sm Hu. cui⁹ fuit hæc sũia, quem sequitur etiam L.

QVæ Christo.] CASVS. Dicitur in hoc capit. quod si virgo post votum nubat, non admittitur ad pœnitentiam, nisi toto animo virum respuat, vt ei velut mortuus reputetur: nam si promissio est hominibus obseruanda, multo fortius Deo, & si hoc obseruandum est in illa, quæ viuo viro suo secundo adhæsit, multo fortius hoc debet obseruari in illa, quæ nupsit sponso immortali.

a ¶ Ad pœnitentiã.] contra 26. q. 6. agnouimus. quia peccator in quacumque hora, &c. Sed exponit Hu. ad pœnam. i. ad fructum pœnitentiæ, .i. ad Eucharistiam, licet enim hic pœniteat, nunquam tamē viuente adultero recipietur ad communionem, ad instar sæcularis adulteri. inf. 32. q. 7. fidelis.

b ¶ Nec ei agendæ pœnitentiæ.] .i. recipiendi fructus pœnitentiæ.

c ¶ Licentia.] aut illis viuentib. caste viuere cœperit inf. ea. deuotã. & c. de filia.

d ¶ Nisi vnus.] .i. legitimus .s. maritus quem reliquerat, nisi in necessitate mortis, per capitulũ quod est 32. q. 7. fidelis.

e ¶ Defunctus.] quo ad litteram, & iste intellectus euidēter ostenditur inf. ea. de filia. Magister aliter exponit. inf. ea. §. vlt. sic recessit quo ad eam defunctus: quia reciperetur ad pœnitentiã, nisi prius ab eo separaret. vel aliter, nisi vnus .i. adulter, sed secundum hanc expositionem nulli existenti in aliquo peccato dãda est pœnia de alio, & ita Grat. est sibi contrarius. i. de pœnit. dist. 3. § vlt. Item contra extra de pœ. & remi. quod quidam ext. de sent. excō. cum non ab homine. & in articulo. & ductus fuit ad hoc per cap. inf. ead deuotam. & 15. q. vlt. hi qui. Vel dic, ad pœnitentiam fructuosam quia non valet ad vitam æternam pœnitentia de vno peccato, cum quis remanet in alio. Magister intellexit hoc cap. de excommunicatis: tamen bene est iniungenda pœnitentia existentibus in mortali, & etiam adhuc peccare volentibus, vt extra de pœnit. & rem. quòd quidam. de pœn. dist. 3. si quis autem. & dis. 5. falsas.

Suba & iō melius intelligitur hoc ca. de morte corporali ad litteram secundum Hug. Pœnitentia vnius peccati non prodest ad salutem in altero existente.

eis publice in fornicatione morabantur. Et ideo statuit concilium Triburien. vt tales in ergastulis detrudātur, vt possit tantum facinus pœnitentia digna purgari: quibus in fine viaticum ex misericordia concedetur. Seq. c. patet. [Libere,] idest, publice.

Item ex decreto eiusdem, cap. 10. in codice canonum, in epist. autem ad Victricium, c. 12.

f ¶ Filio. In conc. Turonico ibid.

¶ Non sunt admittenda ad pœnitentiam virgines sacræ, si publice postea nusperint. C. X.

Sent. 4. dist. 38. Poly. ibid. & lib. 6. tit. 20. Burc. l. 8. c. 13. Ivo p. 7. c. 17.

QVæ Christo spiritaliter nubunt α, & à sacerdote velantur, si publice postea β nupserint, non eas admittendas esse ad pœnitentiam[a] agendam, nisi hi, quibus se iunxerāt, à mundo recesserint. Si enim de omnibus hæc ratio custoditur, vt quæcumque uiuente uiro alteri nupserit, adultera habeatur, nec ei agendæ pœnitentiæ[b] licentia[c] conceDatur, nisi unus[d] de eis fuerit defunctus[e]: quanto magis de illa tenenda est, quę ante immortali se sponso coniuxerat, & postea ad humanas nuptias transmigrauit?

α ¶ Nubunt.] *In antiqua editione conciliorum, & epistolarum, & codice canonum impresso legitur,* nupserint: *sed in duobus ipsius manuscriptis,* nubunt: *post quod verbum in omnibus sequitur,* & à sacerdote velantur, *ideoque sunt addita.*

β ¶ Si publice postea.] *In epistolis olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis legitur,* si postea nupserint, vel publice, vel occulte corruptæ fuerint. *In editione conciliorum Coloniensi duobus, & trib. tomis,* si postea nupserint publice, vel occulte corruptæ fuerint. *In postrema autem quattuor tomorum,* si postea vel publice nupserint, vel se clanculo corruperint.

Item ex concilio Triburiensi. c. 6.

¶ *Capus hoc habetur in epistola prima Syricij, & in codice canonum est, c. 15. inter decr. ta ipsius quem etiam citant Burchardus, & Anselmus. Pars tamen aliqua huius capitis est in c. si quis sacro, inf. eadem, quod quidem habetur in concilio Triburiensi, quod exstat.*

¶ Ab ecclesia eliminandæ, & ergastulis retrudendæ sunt monachorum, vel monacharum impudicæ personæ. C. XI.

Poly. l. 4. tit. 34. Ans. l. 7. c. 188. Burc. l. 8. c. 29.

IMpudicas, detestabilesque personas monachorum, atque monacharum, quę abiecto proposito sanctitatis illicita, atque sacrilega contagione se miscuerunt, & in abruptum α conscientiæ desperatione perductæ; de illicitis complexibus libere filios[f] procreauerunt: à monasteriorum cętug, eccelesiarumque conuentibus eliminandas esse mādamus. quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum

IMpudicas.] CASVS. Quidam monachi cum quibusdam monialibus publice contrahebant, vel cum

f ¶ Filios.] Qui erunt serui ecclesię. 15. q. vlt. cum multæ. Sed quid si monialis suscepit sobolem ex clerico vel monacho: cui ecclesiæ applicabitur, vtrique enim facta est iniuria; Videtur quod monasterio matris: quia sequitur partus matris conditionem. 32. q. 1 liberi. Dico quod vtrique si vtrique sit facta iniuria, maxime si hoc in duplici monasterio contingeret. 18. q. 2. in nullo.

g ¶ Cœtu.] Idest, cōtione fratrū vel monialiū: quod si retruderetur in carcerem .i. in suo monasterio tamen dicitur esse. sic non est contra. inf. ead. si quis rapuerit. vel illud cū propriũ monasterũ redarguit de nimia negligentia.

Filius monialis ex monacho genitus cui monasterio applicabitur.

a Idest in alio monasterio quam in proprio.

a ¶ Pę.

Purgatorij duo sunt ignes.

a ¶ Pænitudinis.] i. pœnę in purgatorio, & ignis iste excedit omnem pœnam huius vitæ. de pę. dist. vlt. ca. vlt. in fin. Et sunt duo ignes purgatorij, vnus in futuro, alter in hoc sęculo, vt pęnitentia.

b ¶ Solius] inf. ead virginibus, & c. si quis contra, sup. dist.

facinus lamentatione continua deflentes purificatorio possint igne pœnitudinis [a] decoqui; vt eis vel ad mortem solius [b] misericordiæ [c] intuitu per communionis gratiam posse subueniri.

a ¶ Abruptum.] *Sic est emendatum ex multis editionib. epistolarũ Syricij, & codice canonum. Antea enim legebatur*, in arbitrium conscientiæ propria desperatione.

Item ex codem.

¶ *Hoc est xvi. caput concilii Chalcedonensis ex versione Dionysii: cuius pars citatur infra c. sacro.*

¶ Monachus, & virgo Domino consecrata, si nupserint, excommunicentur. C. XII.

Poly ibid. Burc. l. 8. c. 30.

VIrginem, quæ se Deo consecrauerit, similiter & monachum decernimus non licere nuptialia iura contrahere. Quòd si hæc inuenti fuerint perpetrantes; excommunicentur. Confitentibus [d] autem decernimus, vt habeat auctoritatem [e] eiusdem loci episcopus misericordiam humanitatemque largiri.

Item ex eodem.

¶ *Caput hoc a Burchardo, & Iuone Paschali tribuitur.*

¶ Dum viuunt lamentis pœnitentiæ se afficient, qui sanctimonialibus scienter copulantur. C. XIII.

Burc. l. 8. c. 31. Iuo p. 7. c. 50.

HI ergo, qui sanctimonialibus scientes [f] matrimonio ad iniuriam Christi copulati sunt; iuxta censuram zeli Christiani separentur, & numquam [g] eis concedatur coniugali [h] vinculo relegari; sed in pœnitentiæ lamentis se vehementer, dum viuunt, afficiant [i].

Item ex eodem.

¶ *Caput hoc in epistola 1. Gelasii est num. 22. & in codice canonum inter ipsius Decreta, c. Refertur quoque in capitularib. l. 1. c. 106. & in Polycarpo Gelasii nomine.*

¶ A sacra communione priuentur, qui sacris virginibus se sociant. C. XIIII.

Poly l. 6 tit. 20. Burc. l. 8. c. 32. Iuo p. 7. c. 51.

VIrginib. sacris se quosdam temere sociare cognouimus, & post dicatum Deo propositum incesta [k] fę-

quennium, secundum nos planum est, qui dicimus ꝙ epũs dispensare pôt vbicumque non prohibetur. arg. ex quo conditor canonũ sibi dispensationem non reseruauit, intelligitur alij concessisse. extra de sent. excom. nuper. Vel quod dr̃ hic de misericordia, intellige circa pænitentiã imponendam: & planum est, vnde in bigamis non potest quo ad ordinem. de hoc hic nõ agitur, siue sint vere bigami, siue interpretatiue. extra de biga. nuper.

HI ergo qui sanctimonialib.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ qui scientes contrahunt cum monialibus separari debẽt ab eis: & nunquam debent contrahere, sed semper debent pęnitere. Sequentia duo c. plana sunt: & casum facile per te formare poteris.

f ¶ Scientes.] quia si ignorarent, filij essent legitimi quantum ad ignorantem, vt not. 34. quęstio. 2. cap. 2.

g ¶ Et numquam.] hoc enim vnum crimen est quod impedit & nõ dirimit matrimonium, s. incestus. Item raptus, vt 36. q. 2. si autem. Vxoricidium. 33. q. 2. admonere. Item si quis extraxerit vel leuauerit filium suum a sacro fonte, &c. 30. q. 1. de eo. & in c. dictũ est, vt sic possit separari ab vxore sua. Hi casus & alij similes patẽt in his versib.

Incestus, raptus, & natus fonte leuatur,
Morsq; sacerdotis: & mors propria mulieris.
Vel si solemnem

Cria quędã mr̃imonium impediunt sed non dirimunt.

dist. 50. pœnitentes. contra inf. 16. q. 7. de his contra. Sol. Omnes viæ Domini misericordia & veritas.

c ¶ Misericordiæ.] sed nonne hoc est de iure communi? vtique ar. dist. 50. pœnitentes, quod tamen de iure communi fit, & de misericordia fieri dicitur. arg. 33. q. 2. admonere.

Ar. huius §. dicebat Vic. ꝙ epũs cũ tali clerico q cõm fit adulterũ incestuosum dispensare nõ pôt: & hoc pp incidentem incestu, & hoc no. in pręd. decr. at si clerici.

d VIrginem.] ¶ Confitentibus.] sup. 50. dist. c. 9. sup. 81. presbyter. sup. 15. q. vlt. si quis presbyter. inf. 35 q. 8. c. vlt. & 33. q. 2. cap. vlt. & 34. q. vlt. & 36. quæst. 2. raptores.

e ¶ Auctoritatem.] & ita potest episcopus dispensare in incestu, qui maior est adulterio, sed contra extra de iud. at si clerici. nam tantum ibi permittitur dispensare in adulterio, & in minorib. Dicunt quidam ꝙ in tali incestu, qui incidit in adulterio, pôt: alias non, sed contra. ff. de adult. vim passam, § præscriptione 1. vbi dr̃, ꝙ si adulterium, & incestus surgunt ex eodem facto, præscriptio quinquennij potest opponi adulterio, vt post non possit de eo agi: sed de incestu agi potest etiam post quin-

pœnam gerit, aut monialem ducis.
Te prohibent hęc coniugium celebrare.
Si tamen illud agas; nequeunt te disfluciare.

ADDITIO. De hac materia not. 33. q. 1. §. de pœnitentibus ext. de pœ. c. 2. ibi videas.

h ¶ Coniugali.] argu. ꝙ de cætero non possunt nubere qui sanctimonialib. copulantur, vt hic dicitur, in odium criminis: si tamen contrahant, tenet.

Nubere de cętero non pñt sãctimonialib. copulati.

i ¶ Afficiant.] hoc ſm canones, nam ſm leges vltione gladij debent ferri, vt 36. q. 2. si quis non dicam.

k VIrginibus.] ¶ Incesta.] no. ꝙ dicit incesta sacrilega nam accedens ad moniale, incestũ committit: quia sponsa Dei, qui est pr̃ noster, 12. q. 2. q abstulerit, & incestus cõmittit cũ affine sicut cum consanguinea. 35. q. 3. de incestis. Et adulteriũ cõmittit, q spõsã alterius corrũpit. Itẽ sacrilegiũ: q est res sacra. Sed qrı solet an iste accedẽs ad monialẽ cõmittat tria peccata, an vnũ? Martinus dt ꝙ vnũ solũ: licet sortiet diuersa noĩa. Nos dicimus non esse dubium q tria peccata cõmittat quã ad accu-

Monialẽ corrumpens triplex pctũm committit.

accuſationem: nõ aũt in veritate plura ſunt quo ad act⁹ accuſationis. arg. 23. q. 5. relegentes, ſed quo ad pœnitẽtiam vnũ tm̃, ſed adulteriũ hoc maiori pœna purgandum eſt, quàm ſi non eſſet inceſtuoſum, vt 32. q. 7 §. ſunt. n. & ita dicit lex, q̃ ſi quis puniri debet propter adulteriũ. plus debet puniri ſi illud inceſtuoſum ſit: ſt de quæſtio. ſi quis viduam. Hoc ergo intellige ſicut illud extra de teſti. ſicut. quia pœnitentia ibi & pro adulterio & pro periurio imponitur.

uerſionis nihil aliud eſt quàm ipſa conuerſio.

d ¶ Permanere. tamen ſola ſuſceptio veli nõ ſolennizat votum, niſi ſequatur profeſſio, vt extra de conuer. coniug. ex parte.

e ¶ Iterum.] id eſt, ſicut fecit in lapſu primæ parentis, &c.

dera, ſacrilegaque miſcere. Quos protinus æquum eſt à ſacra communione detrudi, & niſi per publicum, probatãq; pœnitentiam omnino non recipi. Sed tamen his viaticum de ſæculo tranſeuntibus, ſi digne† pœnituerint, non negetur. † al. ſi tamen

Item Gregorius.

¶ *De hac eadem re videtur ſcripta epiſtola Mariniano epiſcopo, li. 8. regiſti, epiſt. 9. Caput tamen hoc vel ex alia epiſt. eſt acceptum, vel in eo multa ſunt immutata.*

¶ In monaſterio reuocetur, ac recludatur, quæ à fornicatione recedere noluerit. C. XV.

PEruenit ad nos, quòd quidam vir nequiſſimus diabolico inſtinctu de monaſterio [a] ſuaſerit exire quamdam Deo ſacratam, atque à quodam viro, vnde exierat, ſit reuocata: rurſuſque eam mulierem vir ille nequiſſimus iniqua ſuaſione de monaſterio eijciens, apud ſe retineat impudice. Volumus autem vt epiſcopatus tui auctoritate in monaſterio reuocetur, atque recludatur.

Item ex concilio Aurelianenſi, c. 3.

¶ Non eſt viduis fas poſt ſuſceptum velamen à ſacro propoſito diſcedere. C. XVI.

1 VIduas, quæ ſpontanea voluntate ab altari [b] cõuerſionis ſacræ velamen [c] ſuſcipiunt, decreuit ſancta ſynodus in eodem propoſito permanere [d]. Non enim fas eſſe decernimus, poſtquam ſe Domino ſemel ſub velo cõſecrauerint, iterum [e] eis concedi ſpiritui ſancto mentiri. Burc. l. 8. c. 39. Iuo p. 7. c. 54. Pann. l. 3. c. 191

Item ex eodem.

¶ *Burchardus etiam & Iuo citant ex concilio Aurelianenſi. Habetur autem in Triburienſi, c. 23.*

¶ Qui ſacro velamine tectam in coniugium ducit anathema ſit. C. XVII.

11 SI quis ſacro velamine conſecratam in coniugiũ duxerit, & poſt dicatum Deo propoſitum inceſta fœdera, ſacrilegaque miſcuerit; vt in conſtitutis Gelaſij Papæ capitulo vigeſimo † [f] legitur, protinus eſt æquum eos à ſacra communione detrudi, & niſi per publicam, probatãq; pœnitentiam omnino non recipi. Si tamen potuerint, tra- Conc. Trib. 23. Burc. l. 8. c. 38. Iuo p. 7. c. 57. † In codice canonum, ſed in conc. 10. 2. habetur c. 22.

PEruenit. [¶ De monaſterio.] probat ex hoc capitulo, quòd licet pluries monachus & monacha exierint de monaſterio: abbas compellendus eſt eum, vel eã pluries recipere, vt ſup. e. nec aliqua. & 16 q. 1 quidã monachi. & inf. e. & q. licet clericus ſtatim deponi poſſit, qui deliquit, vt 48. diſt. quoniam multa.

Monachum pluries exeũtem tenetur abbas pluries recipere

VIduas, quę.] CASVS. Dicit hic, quod ſi vidua ſponte ab altari velum cõuerſionis accipit, debet in eo propoſito perpetuo remanere: nec debet poſtea nubere ne ſpiritui ſancto mentiatur.

b ¶ Ab altari] virgo, & non vidua: ideo uelatur ab epiſcopo, vel ſacerdote: quia virgo typum gerit eccleſiæ in hac deſponſatione; quæ pura & virgo vni nupſit viro, id eſt Chriſto: & in ſignum huius rei velatur à vicario Chriſti, vel ſacerdote quia à Chriſto recipitur in coniugiũ, in cuius perſona dictum eſt: Annulo ſuo ſubarrhauit me Dominus, ſed vidua non gerit in tali caſu typũ eccleſiæ ſicut virgo: cum nõ ſit integra mente & corpore: vñ non ſic coniungitur Chriſto, vt repreſentet coniunctionẽ eius & eccleſiæ. Vel ideo nõ velatur à ſacerdote, quia ſacerdos prohibetur ſecundis nuptijs intereſſe, & ſuper ſecundo nubentes fundere benedictionem. Non. n. quæ ſecundo nubit, benedicitur. extra de ſecun. nup. cap. 1 Sed vidua quaſi ſecundo nubit: quia primo homini, poſtea Chriſto, & ideo quaſi celebrantibus ſecundas nuptias ei non porrigitur velum à ſacerdote: ſed ipſa accipit deſuper altare. Contrarium vi innui. 20 q. 1. vidua, ſed ibi de veſte tm̃ loquitur, vel de verbo profeſſionis, non conuerſionis, vel à presbytero poteſt velari, ſed non ab epiſcopo, vt 20. c. 1. de votis. in ſi. B.

Virgo velata repreſentat eccleſiam.

Nubens ſecundo non benedicitur

1 Illud, vel vſque ad ſequens vel, non ponunt Hu. & L. & credo q̃ nõ bene ponatur. Arch.

c ¶ Velamen.] id eſt, profeſſionem. Nam velum con-

& dicas hoc aduerbium, iterum, reſpicere primam præuaricationem infr. de conſecrat. diſt. 4. quæris, & eſt ſimile aduerbium. 56. di. cum ad verum, nam ibi dicit, rurſus in internum.

SI quis.] CASVS. Dicit in hoc c. q̃ ſi quis cum ſacra virgine in luxuriam fuerit præuaricatus, coniugium contrahendo cum ea: ſecundum Gelaſium debent tales à communione ſeparari: nec recipi debẽt, niſi poſt pœnitentiam, & concilium Chalcedonenſe idem dicit: & Syricius Papa ſtatuit tales in ergaſtulis ad agendam pœnitentiam detrudendos: & item ſtatuit concilium Aurelian. & verbo Domini, & auctoritate canonica, vt tales ſeparentur, & ſacramento adſtringatur, ne decetero ſub eodem tecto habitent.

f ¶ Capitulo vigeſimo.] quod non habemus.

a ¶ Chal-

a ¶ Chalcedonensi.] inf.ea.q.cap.si qua virgo. 35. q. 6. ab isto.supra eadem,quod si.
b ¶ Et iuramentum.] Nunquid erit idẽ de omnibus clericis cũ accipiunt de fornicatione vel de adulterio pænitentiam ? Non,ne labantur in periuriũ, vt extra de

cto nupsit de quo Grego. Vitalianũ episcopum grauiter reprehendit,quia hoc permisit:& ꝙ in futuro tempore eum sit puniturus,comminatur. In secunda parte præcipit ei,vt cum Sergio domini Papæ defensore capiat eam,& à viro suo separatam in monasterium ad agendã pænitentiam detrudat. In tertia parte mandat ei excommunicet omnes sibi resistere præsumentes. In quarta parte præcipit, ei vt in his tantam adhibeat solicitudinem ac diligẽtiam, vt culpam suã minuere, valeat. Secunda pars incipit ibi[præsẽtia igitur.] Tertia ibi, [Qua in re.] Quarta ibi, [In his autem..] Idem dicitur in sequenti capit.cuius casus patet: & aliquantulum tamen minus dicitur in hoc capitulo, quã in illo cap. si custos.
c ¶ Te illic.] vbi hęc acta sunt.
d ¶ Epistolam.] quia forte petebat à papa vt liceret sibi esse in sæculo.
e ¶ Nimia.] supra 2. q.7.sicut 2.& 18. q.1. abbates.
f ¶ Desidia.] quę in prælato casum inducit depositionis, vt 81.dist.dictum.
g ¶ Ad nos.] ita dicit lex,ꝙ ad principẽ deferenda est vindicta, non crimina,vt C.de officio prę'e. prat. l. 3 in fine.
h ¶ excusatione.] intellige friuola.
i ¶ Reuocare.] & est simile 2. q 1.sicut,& extra de offi.deje.ex parte.nam si velit dicere,quod vi intrusa fuerit, audietur, vt extra quod metus causa perlatum. restituetur tamẽ monasterio:pro quo ꝓsumit si ipsa sua auctoritate egressa est. Sed quid si contra eerit? idem dico.arg.extra de eo, q duxit in matrimo.cap. significauit.Vbi autem vir peteret vxorẽ, & ipsa consanguinitatem obijcit quis iuris sit habemus extra de re

3 Quod dicit gl. dicas verũ quando non inciderũt in fornicationem damnatam. per excommunicationis sententia: nam tunc secus, vt patet extra de adulte. intelleximus. Arch.

seũtibus de sæculo viaticum nõ negetur. In Chalcedonensi [a] concilio,c.xvi. Hoc perpetrantes excommunicentur: confitentibus autem auctoritate episcopi misericordia largiatur.] Item in epistola Syricij Papæ,c.6.

su.e.impudicas

¶ Velatæ,& Deo consecratæ,si abiecto proposito sanctitatis clanculo sacrilega se contagione miscuerint,& illicitis complexibus publice, & libere filios procreauerint, has impudicas detestabilesque personas à monasteriorum cœtu, ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse iudicatum est: quatenus retrusæ ergastulis tantum facinus continua lamentatione defleant. Vnde & verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sancta synodo præcipimus, vt omnino separentur,& iuramento [b] colligentur, vt vlterius non sub uno cohabitent tecto.

Item Gregorius Vitaliano Sipontino episcopo, li.7.ind. 1.epist.9.

¶ Ad habitum redire cogatur,& recludatur in monasterio quę religiosam vestem abiecit. C. XVIII.

Burc.l.8.c 49. Iuo p 7.c.67.
† *al. habitus fuisses*

SI custos religiosi habitus †,aut esse nosses episcopus; filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ,te illic [c] posito,nec proiectis religiosis vestibus ad sæcularem reuerti habitum,nec ad nos licuisset peruersam epistolã [d] destinare. Sed quia nimia [e] desidia [f], ac corpore deprimeris:in tuo dedecore res ad præsens illicita impune commissa est. Nã si,vt pręfati sumus, solicitus extitisses; prius ad nos [g] vltio mulieris prauissimæ, quàm culpa debuit peruenire. Quia ergo tantum habes, tantumque es negligens, vt nisi canonicam in te fueris coercitionem expertus, in alijs destrictionem †,& disciplinam nescias custodire, qualiter debeas esse solicitus, congruo tibi, si Domino placuerit, tempore demonstrabimus. ¶ Præsentia igitur scripta suscipiens, euigila, excitatus saltem exequere; quod præsus vsque nunc ignauia distulisti. Instantiæ ergo tuę sit prædictam mulierem vnà cum Sergio defensore nostro comprehendere:& statim non solum ad male contemptum habitum sine excusatione [h] aliqua reuocare [i] sed etiam in monasterio, vbi omnino districte valeat custodiri, detrudere: ita omnem circa illam solicitudinem exhibere, vt quam sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. ¶ Qua in re, si quis (quod non credimus) laicorum † aliquo tibi ingenio tentauerit obsistendum; sacratissimæ [k] eum communionis participatione suspendere † [l], nobisque renuntiare festina; vt quantum sit execrabile quod præsumpserit, post-

† *al.disciplina distinctionem*

† *al.clericorũ, vel*
† *al. suspende*

Desidia nimia in prælato casum inducit depositionis.

de cohabi.cleri.clericos autem Ioann. Vel hic loquitur cum publice contrahunt matrimonium : ibi de occultis.q3.dist de his vero, 5 c.sacerdotes B.

SI custos religiosi.] CASVS. Hoc capitulum diuidit in quatuor partes In prima parte dicitur, quod filia Tulliani exiuit de monasterio:& post votũ alij de fa

stit spolia.litteras Ioan.
K ¶ A sacratissimæ.] argum.extra de officio delegati, super eo.
l ¶ suspendere.] Nam qui aliorum defendit errorem dãnabilis est magis, quàm ille,qui facit argum. 33.q. 3.qui aliorum.

Erro. aliorum non est defendendus.

a ¶ Qua-

a ¶ Qualitate.] hinc elice expositionem illius quod dicitur 38. dist. qui ea.

b SI homo esses.] arg. quod homo non est homo, qui ratione caret: sicut legitur de Nabuchodonosor 23. q. 5. § hinc notandum.

e ¶ Decreuerunt.] Firmiter proponendo & vouendo: aliàs non, vt extra de voto & voti redemp. literaturâ.

f ¶ Fornicatio.] sup. 88. distin. fornicari argum. ff. de concubin. l. penulti. B.

g MEliore proposito.] Hoc cap. intelligunt quidam de

Homo rõne carens non est homo.

c ¶ Festina.] Arg. quod si prælatus per spiritualem gladium non potest obtinere, per principem sæcularẽ obtineat, & illud suppleat per materialẽ. 23. q. 5. principes.

Gladius materialis spiritualem adiuuare dẽt.

quam consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate [a] cognoscat. ¶ In his autem omnibus ita cautum studete, vigilantemque ostendere; vt culpam tuam non geminare neglectus, sed aliquant insper valeat solicitudo minuere.

Item Sergio defensori, lib. 7. indict. 1. epist. 10.

¶ Districtæ custodiæ tradatur, qui à religionis proposito ad sæcularem habitum redijt. C. XIX.

SI homo esses [b], aut aliquam discretionem habuisses, ita regularis disciplinæ debuisti custos existere, vt ea, quæ illicite committuntur, ante vindicta corrigeret, quàm ad nos eorum nuntius perueniet. Sed dum te facit nimia stultitia negligẽtem, non solum de illis offendimur, sed etiam ad vlscidẽdam desidiam tuam nihilominus prouocamur. Omni ergo dilatione, omnique excusatione postposita filiam gloriosæ memoriæ Tulliani magistri militiæ, quæ proiectis, quas sponte assumpserat, religiosis vestibus, indumentis se laicis deturpauit, vna cum fratre, & coepiscopo nostro Vitaliano festina [c] comprehendere, atque ad religiosum rursus habitum reuocare, ac in monasterium mittere, vbi districte omnino valeat custodiri: nec eius custodiam aliquatenus releuari permittas, quousque [d] denuo nostra scripta susceperis. Nam si quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris; ita in te districtissime noueris vindicandum, vt quod ex te nescis, pœna possit reserâte † cognoscere: quia si vt diximus, itellectum hominis habuisses hæc, quæ modo facere præciperis, à † te debueramus etiam cum ultione ante facta cognoscere.

† Adde hic dictionem, à, hic accipi gl. ff. de pœ d. l. sicut primi. no. in l. 3. C. de acc. emp.

† al. resecante.

d ¶ Quousque.] diligenter ergo attẽdendi sunt fines mandati, & custodiendi sũt. 7. q. 1. denique. ff. mãdati, diligenter. Quid ergo si excommunicauit ex delegatione iudex: numquid potest absoluere? Videtur quod non, quia functus est officio suo. ext. de offi. delega. in literis 1. Distingue, quod si Papa delegauit ei sentẽtiã, excõmunicationis, si excõicet, non absoluet. ad hoc extra de offi. deleg ca. fi. nisi hoc exprimatur in litteris. si autẽ delegatur ei aliqua causa, etiamsi propter contumaciã excommunicet aliquam partium, bene potest absoluere: nisi cum intra certũ tẽpus causa commissa est decidenda: & terminus ille est elapsus. Sed quid si in vltimo puncto termini sententiam tulit, potest ne eã postea exequi? Sic. argu. extra de appella. dilecti & cap. pastoris. extra de appella dilecti. & cap pastoralis. extra de offic. delega. quæ senti. vbi differt executio in id tempus, in quo non potest ferri sententia. nihil enim facit, nisi quod factum est declarat. ff. de test. hæredes pa lam. L. sed forte cõtrarium est verum. Ioan.

Iudex delegatus an possit absoluere quem excõmunicauit.

1 De hoc no. ext. de mai. & obe. cum inferior. ibi vide, & 21. d. inferior. 7. q. 1. peruenit. in fi. Arch.

Item Augustinus de conflictu vitiorum, & virtutũ, cap. 24.

¶ Non tribuitur eis licentia nubẽdi, qui cõtinentiam seruare decreuerunt. C. XX.

Iuo p. 8. c. 72. Pann. l. 6. c. 4.

NVbendi licentia quibusdam tribuitur: illis uidelicet, qui uirginalem uel uidualem castimoniã nequaquã professi sunt. Quibusdam autem non tribuitur illis uidelicet, qui uirgines, uel continentes esse decreuerunt [e]. Fornicatio [f] autem nulli impune conceditur.

Item in libro de bono coniugii.

¶ Peiores sunt adulteris, quæ continentiæ propositum violant. C. XX.

MEliore proposito [g] lapsas, si nupserint, fęminas à castitate sanctiori, quæ vouetur Deo, adulteris esse peiores [h] manifestum est.

NVbendi.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd ante votum continentiæ assumptũ licet nuptias cõtrahere. post aũt votum nequaquam: fornicari vero nunquam licet. Sequentia quattuor c. plana sunt & per te vedebis.] Humanitatem.] in pęnitentia. (Inter bigamos.) quia repelluntur a promotione & testimonio & accusatione clericorũ sicut bigami: nec fęminæ tales inter virgines consecrabunt: & ita est bigamus li primo Deo, & postea nubat homini.

de voto solenni 2, sed tu intelligas de simplici: prout patebit inf. ca. nuptiarũ. vbi ponitur hoc c. Sed quomodo ergo istæ sunt peiores adulteris, cum illius minor pænitentia imponitur, vt 27. dist. si vir? Respon. ideo quia cadunt a maiori gradu: vel quia in Dominum specialius peccant: arg. 7. q. 1. sicut. 2.

h ¶ Peiores,] non videtur uerũ qđ hic dicit, scilicet fran-

2 Pro istorũ sñia facit, qa Gr. inducit hoc iter alia vbi tractatur de uoto solẽni sed qđ sequitur, verum est, fm L.

frangentem simplex votum peiorem esse adultero: cum adultero septennij pœnitentia debeatur: sed frangens simplex votum, triennij pœnitentia puniatur, vt 27. distin. si vir. Quis iam dubitat sceleratius esse commissum quod grauius est vindicatum, vt su. 24. q. 1. non afferamus. Sol. verum est quo ad Deum, quàm actualis fornicatio: tamen quo ad ecclesiam minus punitur: quia minus scandalum suscitat quàm adulterium, quod proximum molestat. nam sæpius maius peccatum minus punitur propter minus scandalum, & sic fractores voti, quia minus scandalizant ecclesiam quàm adulteri, minus puniuntur & propter fauorem matrimonij punitur minus, & magis peccat. sic ergo peiores sunt adulteris quo ad culpam, non quo ad veniam vel pœnam, vel forte illud dicitur non quia magis delinquunt, sed quia a maiori bono cadunt. vel dicitur esse hoc maius peccatum, quia in Deum specialius committitur. ar. 17 q. 4 sicut 2.

¶ *Verba ipsa B. Augustini in lib. de bono viduitatis habentur infra ead. c. nuptiarum, vers. quapropter non possum. Apud Bedam vero ad c. 7. 1. ad Corinth. locus Augustini, paulo aliter refertur.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 16.

¶ Monachus, & virgo, qui se Deo dedicant, nuptijs iungi non possunt. C. XXII.

Iuo p. 7. ca. 49.

j SI qua virgo se dedicauerit Deo, similiter monachus, non licet eis, nuptijs iungi. Si vero inuenti fuerint hoc facientes, maneant excommunicati. Statuimus uero eis posse fieri humanitatem, si ita probauerit episcopus loci.

¶ *Hic est idem canon, qui sup. ea. c. virginem. allatus est. Sed illa est versio Dionysii, hæc vero prisca, ex qua etiam sunt duo sequentia capitula.*

Item ex eodem, c. 15.

¶ Diaconissa, quæ post ordinationem nubit, anathema sit. C. XXIII.

Poly. l. 4. tit. 36.

DIaconissam [a] non debere ante annos quadraginta [b] ordinari [c] statuimus; & hoc cum diligenti probatione. Si vero ordinationem susceperit, & quantocunque tempore obseruauerit ministerium, & postea se nuptijs tradiderit, iniuriam faciens gratiæ Dei; hæc anathema sit cum eo qui in nuptijs illius conuenerit.

Item ex synodo Ancyrana, c. 18.

¶ Inter bigamos reputantur, qui virginitatem pollicitam præuaricantur. C. XXIIII.

Iuo p. 6. c. 351.
† al. præuaricati

QVotquot virginitatem pollicitam præuaricatæ † sunt professione contempta; inter bigamos [d], idest, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt [e].

Item ex concilio Eliberitano, c. 13.

Et in Moguntino 3. c. 28. & in Colon. 1. c. 6.

¶ Virginibus Deo dedicatis nec in fine danda est communio, si libidini seruierint. C. XXV.

VIrgines, quę se Deo dedicauerunt, si pactum perdiderint [a] virginitatis, atque eidem libidini seruierint,

a DIaconissam.] i. abbatissam.

b ¶ Ante annos quadraginta.] su. 20. q. 1. iuuenculas. contra 77. dist. placuit 31. q. 1. quomodo. contra. Solutio. sic audi secundum diuersam consuetudinem diuersarum ecclesiarum. C. de episc. & cler. nulla.

c ¶ Ordinari.] Videtur obuiare huic. Amb. qui præcessit hoc concilium. Ait enim super illum locum Apostoli in prima epistola ad Timotheum. Mulieres similiter oportet esse pudicas. Occasione horum verborum Cataphrygæ dicunt diaconissam debere ordinari: quod est contra auctoritatem 15. q. 3. §. 1. in textu. Respondeo, quod mulieres non recipiunt characterem impediente sexu, & constitutione ecclesię: vnde nec officium ordinum exercere possunt. 23. distin. sacratas. nec ordinatur hæc: sed fundebatur super eam fortè aliqua benedictio, ex qua consequebatur aliquod officium speciale: fortè legendi homilias, uel Euangelium ad matutinas: quod non licebat alij [2]. Alij dicunt * quod si monialis ordinetur, bene recipit characterem: quia ordinari facta est; & post baptismum quilibet potest ordinari. extra de presbyte. non bapt. c. vltimo.

Mulieres ordinari non possunt, nec characterem recipiunt.

2 Vel dic fortè hic dicitur abbatissa, quæ administrat eis sicut diaconus dicitur minister. 23. di. clericos.

* Et male vide B. Th. 4. dist. 25. q. 2. art. 1. & 2.

rum est generaliter id esse maius peccatum quod grauius punitur quoad ecclesiam: & istæ magis peccant, quàm adulteræ: & maius est peccatum istarum, quàm illarum: quoniam istæ spirituale coniugium violant, illæ carnale: istæ offendunt Deum, illæ homines: & quanto maior est ille cui infertur iniuria, tanto maius peccatum committunt. 22. q. 1. mouet. sed istæ propter bona cohærentia minus puniuntur, & propter fauorem matrimonij. Nam cum quis ardet in uxorem propriam velut adulteram reatu adulter est. nam adulter est in propria uxore uehementior amator, & ardentior, vt 32. q. 4. origo. tamen propter bona coniugij minus punitur, vt 32. q. 2. quidquid. & q. 7. adulterij. Vel propter prauitatem vitij, quod grauius est, ut matricidium quàm vxoricidum minus punitur, & econt. 33. q. 2. admonere. &c. latorem vel propter scandalum minus: quia [illegible] ius scandalizat, quia nimia volutas occidendi uel adulter[illegible]ndi maius pecca

Adulterium cum propria vxore quandoque committitur.

d QVotquot.] ¶ Inter bigamos.] Ergo nec episcopus cum talibus potest dispensare. extra de bigamis. nuper. sed contra supra ead. si qua uirgo.

e ¶ Debebunt.] Id est, repellentur à promotione & accusatione sicut bigami: nec fœminæ inter uirgines consecrabuntur. Et est argumentum propter similitudinem & effectum dici de numero eorum: de quorum numero ipse non est, vt 27. dist. c. vltimo.

VIrgines.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quod si virgines votum continentiæ frangentes nupserint: si non poeni-

pœnitent, nec in fine communicabunt: si vero pœnitent, in fine communicabunt.

DE filia episcopi.] CASVS. Dicitur quod si filia episcopi vel alterius post votum nupserit, & pater vel mater hoc approbauerit, omnes excõicentur, pater enim in concilio pœnas subeat: mulier vero nõ admittatur ad communionem, nisi marito iã defuncto pœnitentiam egerit. Si autem eo viuente cœpit pœnitere: quia timetur ne ad uomitũ redeat, tñ in fine dabitur ei communio. [Defũcto.] prout littera sonat, vel defuncto quãtum ad eam secundum Gratianũ & ita itellexit Beneuen. Sequens littera contradicit.

a ¶ De filia.] Per hoc c. & sequens probat Hugo lecturã suã super illo cap sup ead. quæ Christo. quia dixit, quòd si monialis publicè nubit, nunquam potest accipere corpus Domini, nisi in fine uitæ suæ, vel nisi prius defunctus fuerit ille, cui nupserit. si vero fornicatur, tunc post pœnitentiam potest accipere corpus Domini: & hoc idem diuersum: quia magis contemnit solẽniter contrahendo quàm fornicando. Gratianus vero aliter itelligit illud c. quæ Christo, argum. capitu. sequens.

Monialis publicè nubens nunquã põt accipere corpus Christi.

b ¶ Receperint.] Ex hoc uolunt dicere quidam, quòd nec pater nec mater filio excõmunicato [1]. nec uir vxori excõicatæ tenẽtur cõicare. & ita de omnibus superioribus psonis respectu inferiorum dicẽdum videtur su. 11. q. 3. quoniam multos. contra Solutio. vxores viris & filij parẽtib. & serui dominis subditi sũt, vñ ab illis coerceri, & secundum ius debent corripi: ne in causam anathematis incidant: vnde illorum consensus pari pœna est plectendus. secus contra [2]. Vel dicatur receperit id est, adeo dilexerit, quòd in errore eam foueat; & secundum hoc non est contra cap. it. quoniam multos.

1 Circa hoc not. su. 22. q. 5. § forma.

Vxores viris subsunt.

2 De hoc not. if. 33. q. 2. placuit. in hac.

non intelligentes, quid amiserint [α]; placuit nec in fine eis dandam esse communionem. Quod si sibimet [β] persuaserint, quòd infirmitate corporis læsæ fuerint, & toto [γ] tempore vitę suæ pœnitentiam egerint, & à coitu se abstinuerint [δ]: placuit eas in fide communionem accipere debere.

α ¶ Perdiderint.] *Sic in omnibus huius concilij codicibus impressis, & manuscriptis, qui collati sunt: sed in concilio* Moguntino *3. sub Arnulpho, c. 26. (vbi hoc refertur) est*, prodiderint.

β ¶ Sibimet.] *In duobus Vaticanis conciliorum codicibus legitur*, Quod si semper persuaserint, *in concilio Moguntino*, Quòd si semel persuasæ, ad infirmi corporis vitia lapsæ, *in codice Lucensi regio*, Quòd si semel persuasę, aut infirmi corporis lapsu uitiatæ fuerint, *sicut est in Margine concilij Moguntini. In tribus autem conciliorum editionibus* Coloniensibus, *ac duabus Parisiensibus legitur*, Quod si semetipsas pœnituerit, quod infirmitate, &c.

γ ¶ Toto.] *Abest hæc dictio ab aliquot vetustis Gratiani, & vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus* Parisiensibus, *& duobus codicibus Vaticanis.*

δ ¶ Abstinuerint.] *In omnibus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, ac* Lucensi *regio sequuntur hæc verba*, eo quod lapsæ potius videantur. *quæ tamen absunt à concilio Moguntino.*

Item ex concilio Martini Bracharensi, c. 30.

Ex conc. Tolet. 1. c. 19

¶ Cogatur ad pœnitentiam filia clerici, si deuota maritum duxerit. C. XXVI.

DE filia [a] episcopi, vel presbyteri, siue diaconi, si deuota fuerit, & maritum duxerit; si eam pater, vel mater in affectum receperint [b], à communione habeantur alieni. Pater vero in concilio causas se nouerit prestaturum. Mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto egerit pęnitentiam. Si autem viuente eo secesserit, & pęnituerit, vel petierit communionem; in vltimo fine vitæ deficiens eam accipiat.

Item ex concilio Toletano 1. c. 16.

¶ Deuota, nisi desierit peccare, non est in ecclesia recipienda. C. XXVII.

Et in capitulis Martini, c. 31. Capit. l. 7. c. 394.

DEuotam peccantem non recipiendam in ecclesia censemus, nisi peccare desierit: & si desinens pœnitentiã egerit aptam annis decem, recipiat communionem. Prius autem, quam in ecclesia recipiatur ad orationẽ, ad nullius

DEuotam.] CASVS. Statuitur in hoc cap. quòd si Deo deuota fuerit fornicata, non recipiatur in ecclesia nisi peccare desistat; & peracta pœnitentia decem annorum cõionem recipiat, sed antequam ab ecclesia recipiantur ad orationem, ad consortium Christianæ mulieris non accedat: & si qua mulier eam receperit, excõicetur. Fornicator autem simili pœna cum fornicata puniatur: & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, quod si Deo deuota maritũ acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi iuuente marito castè viuere cœperit, vel nisi ipse iam mortuus fuerit. Secunda pars ibi, Qua autem.] Ego Bartholomæus hunc casum sic posui. Beneuen vero sic. Si mulier post votum fornicetur: tam illa quam suus corruptor donec pœniteant excludantur ab ecclesia: & si ante satis factionem quis cum eis communicauerit, ipse communione altaris priuetur. Eorum autem pœnitentia decennis fit. Si autem post votum maritum acceperit, ab illo peccato non absoluitur, nisi aut in vita viri, aut post mortem eius castè viuat. Vterque casus planus est, & satis, consonat litteræ, elige quem vis.

a ¶ Chri-

a ¶ Christianæ.] Videtur ergo per contrarium ꝙ possit accedere ad conuiuium nõ Christianę mulieris. Et est arg ꝙ excommunicatus potest excommunicato communicare 1 q. 7 si hereticus

SI qua monacharum.] CASVS. Statuit in hoc capitulo Gregorius, ut si monacha ex praua consuetudine adulteretur, in districtum monasterium detrudai, ut sit cæteris exemplũ. Corruptor suus si clericus est, in monasterium ad agendam pœnitentiã detrudatur, si uero laicus est, excommunicetur. Sequens cap. patet.

q ¶ Licentiam.] Id est, impunitatem. unde quod sequitur, est expositio. nec etiam licet peccare. argumentum ꝙ illicita licentia appellatur licẽtia. sup. dist. 4. denique. sup. 45. dist. qui syncera. su. 24. q. 1. paratus 21. quæst. 2 placuit.

1 Vel infideli & Iudæo quorũ nullũ credo esse verũ sub. lo igitur, maximè. Vel ideo dicit Christianę q. 1 de alijs nõ poterat iudicare secũdum H.

conuiuium Chistianæ [a] mulieris accedat. Quòd si admissa fuerit; etiam hæc, quæ eam receperit, habeatur abstenta α. Corruptorem etiam par pęna constringat. Quæ autẽ maritum non acceperit, non admittatur ad pęnitentiam; nisi aut adhuc ipso viuente marito caste viuere cęperit; aut postquam ipse decesserit.

α ¶ Abstenta.] *Sic mendatum est ex recentioribus conciliorum editionibus, codice Regio Lucensi, & Martino Bracharensi, c. 31. qui caput hoc repetit: quamuis in vetere editione Coloniensi vnius tomi, duabus Parisiensibus, & duobus codicibus Vaticanis sit,* in absentia, *quemadmodum etiam in manuscriptis Gratiani exemplarib.*

Item Gregorius Ianuario *episcopo Caralitano, lib. 3. epistola 9.*

¶ De monacha, quæ lapsum adulterij deducitur. C. XXVIII.

Ivo par. 7. c. 123

ij SIqua monachatũ vel per anteriorem licentiã [b], vel per impunitatis prauã cõsuetudinẽ, ad lapsum adulterij deducta fuerit, aut in strupi fuerit perducta voraginem; hanc post competẽtis seueritatẽ vindictæ in aliud [c] districtius monasterium virginum in pęnitẽtia volumus redigi; vt illic ortaionibus, atque ieiunijs β vacet; & sic pęnitendo proficiat, & metuendum cęteris arctioris disciplinæ præstet exemplum. Is autem, qui cum huiusmodi fęminis in aliqua fuerit iniquitate repertus: communione priuetur, si laicus est: si vero clericus à suo quoque remotus officio pro suis continuo lugendis excessibus in monasterium detrudatur.

β ¶ Ieiunijs.] *In plerisque editionib. epistolarum legitur,* atque ieiuniis, & sibi pœnitendo proficiat, &c. *Vetus tamen codex epistolarum Vaticanus, & Iuo habent quemadmodum Gratianus.*

Idem Ianuario episcopo, lib. 3. epist. 24.

¶ Post dignam pęnitẽtiam, communionem recipiant, qui in religiosas mulieres excedunt.

C. XXIX.

EOs autem, qui in prædictas mulieres, quę egressę sunt de monasterijs, excesserunt, & nunc dicuntur communione suspensi; γ si fraternitas tua de tali facinore digne pęnituisse præuiderit; ad sacram communionem te volumus reuocare.

γ ¶ Communione suspensi.] *Sic emendatum est ex plerisque vetustis Gratiani, & originali ipso; cum antea legeretur,* à communione suspendi.

Nouella 123 c. 64 apud Iulianum Antecess. Poly. l. 4 tit. 38. Iuo p. 7. c. 143.

Item ex nouellis Iustiniani Imperatoris.

¶ De legibus Imperatorum. C. XXX.

iij SI quis rapuerit, vel solicitauerit [d], vel corruperit assisteriam α [e], vel diaconissam, vel monachã † [f], vel

† al. monastriã

c ¶ In aliud.] Su. 81. dist. ualet. & inf ea. q. & quia cõtra. su. ead. impudicas, cõtra. Solu. sæpe contingit, ꝙ monasterium arguitẽ negligentiæ: & hoc innuit illud in principio, p anteriorẽ, &c. Cum autem monasterium negligentiæ non arguitur, in suum monasterium retrudi debet: in quo casu loquũtur illa capitula. Cum autem monasterium de negligentia arguitur; secus est, vt argum. 15. q. 6. alius.

Monasteriũ sæpe arg it negligẽtiæ.

SI quis rapuerit.] CASVS. Statuitur hic, ut si quis rapuerit mulierem Deo dedicatã, uel solicitauerit uel corruperit bona ipsi[9], & sociorũ facinoris loco vbi mulier habitabat uendicẽtur, & illi, qui hoc fecerint occidantur. Mulier aut quęrat, & inuenta cum rebus suis arctiori monasterio ad agendã pęnitentiam tradatur. Si uero corrupta fuerit diaconissa legitimos filios habeas, legitima eis assignẽt: cætera a monasterio uendicentur. [Cum suis rebus,] quo ad vsumfructum: uel cũ suis reb scilicet post acquisitis. s. post delictum.

d ¶ Solicitauerit,] Argu. ꝙ uoluntas peccãdi ꝓ operis perpetratione punitur, ut j. q. 1. qui studet. & 6. q. 1. § uerum.

Assisterium quid sit.

e ¶ Assisteriam,] Assisterium 1 apud Græcos est locus, in quo vnus sacerdos, quinque acolythi, quinq. mulieres, quæ assisteriæ dicuntur, manẽt. Io. Vel dic, assisteriã, idest, reclusam: ab assistendo: quia q̃ quotidie assistit orationi.

1 Alciat. lib. præter missorũ. i. indictione ascetria docet ascetriã: legendã ab esco uerbo Græco, q laborare significat & exerceri.

f ¶ Vel monacham.] Id est, in monasterio uiuentem.

a ¶ Reli-

a ¶ Religiosã.] Hoc apposuit Gratian. de suo, ut patet in originali: vnde hoc scriptum est in auth. de sanctissi. episcop in fi colla. 9 tamen in nouella est illud verbũ.

b ¶ In quo.] Arg. q illi, qui committunt enormia delicta in ecclesia, q bona eorum ecclesiæ propter delicta confiscantur, vt 17. q. 4 si quis deinceps &c. quisquis. contra 30 q. 1 si qs sacerdos & secundũ legem tamen bona dãnatorum tradentur hęredibus, vt C. de bon. dam aut. bona. nisi in criminibus hęresis & lęsę maiestatis 6 q. 1 § uerũ & extra de hære. vergentes.

c ¶ Cum suis.] Olim enim ipso ingressu oĩa sua facta sunt ecclesiæ. 19. q. ul. si qua mulier. Vel suis, i. à se monasterio collatis, uel post ingressũ quęsitis. Vel suis id est, monasterij. simile 18 q. 1. c. 1. 19 q. vlt. perlatum. aliàs falsum diceret: & q omnia bona eius ipso ingressu facta sũt monasterij. & quidquid postea acquisiuit, mõasterio acquisiuit, ut 19 q. vl. q2. & capit. perlatum. &c. si qua.

d ¶ Cautiori.] Si ergo delictũ personæ redundat in damnũ ecclesiæ. & sic est cõtra 16 q. 6. si episcopũ nã cũ hic res eius concedantur secũdo monasterio, & auferant primo, uidet delictũ eius redũdare i damnum ecclesiæ: sed nõ redundat. q a ꝓuidebit ei ut prius extra de cleric coniug quod te. Nec dicas res dandas secũdo monasterio, nisi quantũ ad vsumfructum. scilicet ut inde sustentetur ista dum vixerit, ut 16. q. 6. de lapsis. post mortẽ vsufructu redeunte ad primum monasterium. Volunt autem quidam dicere, q non redibit cum rebus suis postea acquisitis. & facit ꝓ eis authẽ. de sanctissimis episcopis. §. si monachus. in fine tit. coll. nona. ubi dicitur quòd res, quas ita acquisiuit, debent applicari secundo monasterio. sed illud non tenet: uel exauditur cum primum monasterium vidit monachum ita uagantem, & uoluit reuocare, nec est huic contra. C. de episcopis & clericis, l. vltima. §. hoc etiam, in fine, ubi dicitur q res tal. ñ debẽt dari primo monasterio. nam illud locum habet cum illæ moniales recedentes sæculariter uiuunt. cũ autẽ ille monachus transit ad aliud monasterium, vel ad aliam uitæ figuram, res vendicat prius monasterium. in authen de monac §. si uero relinquens.

e ¶ Legitima.] Quæ sit legitima, habes. C. de inoffi. test. Au h. nouissima. & probat arg. huius c q ẽt cõtra ꝓpta põt ordinari diacõissa, licet dicĩ cõsuetudo cõtrariũ. Item olim huiusmodi diaconissa proprium habebat, arg. h c. & C. de sacrosanct. eccle generali.

Mulieres.] CASVS. Statuitur hic, ut mulieres, q̃ uotum castitatis assumentes uelatæ fuerint, monasterium ingrediantur: aut si vitæ suspectę non sunt, in domo propria susceptum habitum caste obseruent.

f ¶ Obtentu.] Argu. q hi qui ludo, uel fraude habitum religionis gerunt, ad eius obseruationem coguntur, ut 27. distin. quod interrogasti. Argu. contra extra de priuileg tuarum.

g ¶ Aut in domibus.] Argum. q in propria domo potest quis uti uestibus monachalibus, & facere uotum, ut infr. 33. q. 5. quod Deo. 20. q. 1 uidua. sup. ea. q. cap. de uiduis tamen propter hoc solennizatur uotum 3, ut extra de conuer. coniu. ex parte 2.

Monacho.] CASVS. Dicitur hic, quòd monachus nihil debet habere. & si de facto vxorem duxerit, à clericali officio perpetuo remoueatur. Seq. capitu. patet.

h ¶ Orarium.] Orarium ponitur pro quolibet ornamento mulierum: & ponitur pars pro toto. Est enim proprie uelum, uel peplum, quo mulieres caput uelant. inuenitur tamen pro stola sacerdotis, ut sup. 25. dist. unum orarium. Ioan.

1 Hoc intelligitur qñ mulier est sæcularis, in quã peccatum committitur.

Monialis delinquens in vno monasterio, cũ sit ad aliud cũ suis bonis transferenda, an primo præiudicet.

2 Ad hoc su. 1. q 7. cap. 2. ver. nouim[3]. & hoc verũ est ßm Io. F. -c quacuti[9].

3 Vt ... contra ... in ꝓpo ... e. de vo... in ... &c. Or... quid ... ...

aliam mulierẽ, religiosam [a] vitam, vel habitum habentẽ, bona ipsius, & eorum, qui huiusmodi sceleris cómunione contaminati sunt, à religioso loco vendicentur, in quo [b] talis mulier habitabat, per religiosos episcopos, & œconomos, & præsides prouinciarum, & officiales eorum: ipsi autem capitali periculo subijciantur. Mulier autem vbique inuestigetur, & cum suis [c] reb. monasterio cautiori [d] tradatur. Sin autem diaconissa fuerit legitimos habens filios, pars legitima [e] liberis eius legitimis pręstetur.

α ¶ Assisteriam.] *Omnino legendum est, ascetriam, ex nouellis tam græcis, quàm latinis, Iuliano Antecessore, & Polycarpo, sed ob glossam non est mutatum.*

Item ex decreto Eugenij Papæ secundi, in concilio Romano, c. 29.

¶ Mulieres caste obseruent religiosum habitum, quæ religionis obtentu velantur. C. XXXI.

MVlieres obtentu [f] religionis velatæ, aut in monasterio regulariter viuant, aut in domibus [g] suis susceptum habitum caste obseruent.

Poly. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 54. Iuo p. 7. c. 72.

¶ *In concilio, quod extat in bibliotheca Vaticana, hæc sunt ipsa decreti verba:* Fœminæ vero, quæ habitum religiosum, aut uelamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent uiri potentes; deinceps uero sociari non permittantur: sed eligentes monasteria regulariter uiuant, aut in domibus susceptum habitum caste obseruent.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 22. & 23.

¶ Monachus vxorem ducens numquam sacri gradus sortiatur officium. C. XXXII.

MOnacho orarium [h] in monasterio, vel zonas habere non liceat. Et, si postea β vxori fuerit sociatus; tãtę præuaricationis reus numquam ecclesiastici gradus officium sortiatur.

β ¶ Postea.] *Sic in vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, & in duobus codicibus Vaticanis. Sed in recentiorib. Coloniensib. legitur.* Et, si postea pellici, vel uxori.

Vi-

VIdua.] CASVS. Dicitur hic, quod si fœmina fuerit velata, & inter velatas orauerit, & oblationes obtulerit cum illis: professionem receptam nunquam violare præsumat. Si professa est, supple maxime, cum supradicta sufficiant, vt 27. dist. quod interrogasti, & quod dicitur de oblationibus, intellige secundum consuetudinem alicuius loci, vbi monachæ panem consecrandum, vel alias oblationes sacerdoti offerebant, vel forte corpus Christi. Sequ. c. planum est.

Item Augustinus de bono viduitatis, c. 8.

¶ Ante professam continentiam nubant viduæ, quibus volunt. C. XXXIII.

Iuo p. 7. c. 146. Pann. l. 3. c. 200. VIduæ, quæ se non continent, nubant, antequam professæ [α] continentiam Deo voueant. Quod nisi reddant; iure damnantur.

α ¶ Professæ.] *Ita apud Iuonem quoque, & in Pannormia. Sed apud B. Augustinum legitur,* antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voueant.

Item Nicolaus Carolo archiepiscopo, & eius suffraganeis.

Habetur in concil. Vuormacien. c. 21.

¶ Non permittatur viduæ post professionem continentiæ votum deserere. C. XXXIIII.

Iuo p. 7. c. 145. Pann. l. 3. c. 169. VIdua quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit, inter cæteras velatas fœminas in ecclesia orauerit, & oblationes [β] cum illis obtulerit; si professa [b] est, se in eodem habitu permanere spondens nunquam religionis velamen deponere; à religionis obseruantia discedere non præsumat.

β ¶ Oblationes.] *In concilio Vuormaciensi, apud Iuonem, & in Pannormia legitur* oblationem: *sed glossa magis fere conuenit voci,* oblationes.

Item ex concilio Arausico, c. 27.

¶ Professionem viduitatis coram episcopo factam post habitum susceptum nulli violare permittitur. C. XXXV.

Burc. l. 8. c. 43. Iuo p. 7. c. 61. Pann. l. 3. c. 201. VIduitatis seruandæ professionem coram episcopo in secretario [c] habitam, imposita coram episcopo [γ] veste viduali non esse uiolandam: Ipsam [δ] talis professionis desertricem merito damnandam esse decernimus.

γ ¶ Coram episcopo.] *Sic etiam apud cæteros collectores. Sed in omnibus editionibus conciliorum, & codicibus manuscriptis est,* à presbytero.

δ ¶ Ipsam.] *In vetere editione conciliorum Coloniensi, duabus Parisiensibus, & duabus codicibus Vaticanis legitur,* eius vero repudiatorem vel ipsam. *& in Coloniensi duorum, ac trium tomorum in contextu est eadem lectio: in margine vero,* raptorem vero talium, vel ipsam. *quæ lectio in postrema quattuor tomorum editione in contextu posita est. Cæteri collectores habent quemadmodum Gratianus.*

Item ex concilio Toletano 10. c. 5.

¶ Modus, & solennitas faciendæ professionis hoc ordine seruetur. C. XXXVI.

Pan. l. 3. c. 203. OMnes fœminæ venientes ad sacrã religionem pallio capita sua contegant, conscriptam, roboratamq; professionem [d] faciant: post quam scripturam [e] non sinantur relabi ad præuaricationis audaciã. ¶ Quæ vero ex his omnibus fuerint repertæ animum, aut vestẽ in transgressionẽ dedisse; excommunicationis sententiam ferant: & rursus mutato [f] habitu in monasterijs, donec diem vltimum claudant, sub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ.

a ¶ Et oblationes.] Ar. præsumptionem haberi de aliquo facto per frequentationem, vel exercitium eorum, quæ adhærẽt & conueniunt illi facto. arg. 20. quæst. 1. quem progenitores. & ff. ad Maced. si quis patrem. Argum. contra. C. de probat. ad probationem seruitutis.

b ¶ Professa.] Maxime [1] nam & si sacramento velit cõfirmare se tali animo professam, vt liceat recedere, non auditur. extra de regul. vidua. Quid autem sit profiteri, bene colligitur. 20. q. 1. c. vlt.

1 Cũ supradicta sufficiãt, 27. d. quod interrogasti. B.

c VIduitatis.] ¶ In secretario.] Locus forte est vbi monachæ accipiunt habitum.

OMnes fœminæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod mulieres ad religionem veniẽtes capita sua pallio suo cõtegant: & suam faciant professionẽ in scriptis: quam de cætero violare non debent. In secunda parte dr̃, quod si aliquæ votũ violasse inueniantur, excõicentur, & rursus mutato habitu sub perpetua pœnitentia in monasterijs remaneant religatæ. Secunda pars ibi. [Quæ vero.]

d ¶ Professionem.] i. scripturam, in qua profiteantur se religiose viuere velle, & in ea ꝓpositũ religionis assumere velle, & in ea perenniter, & inuiolabiliter permanere, vt sup. 20 q. 1. vidua.

e ¶ Post quã scripturã.] Arg. quod scriptura facit votum solenne.

f ¶ Mutato.] i. deposito seculari, & assumpto religioso.

scien-

Sciendum] CASVS. Dicitur hic. q moniales per votum suæ sponsionis, & per verba sacerdotis efficiuntur templa Dei: & ideo violatores earum sacrilegi iudicantur. Seq. c. patet. [Parentum,] si sunt paruulæ, [vel suam] si sunt adultæ. ecclesiam regularem, tunc intelligitur vouisse, & renunciasse proprijs a: si ad sæcularem, non: cum nec alias clerici intelligantur vouisse, nisi sint in maioribus ordinibus, nec renunciasse proprijs in quocumque ordine sint, nisi sic dicant: Do me, & mea huic ecclesiæ. Nã renun-

a ¶ Per votum propriæ.] Arg. q quis p alium uouere nõ potest: sicut nec pœnitẽtiã accipere, ut de pœ. dist. 1. quẽ pœnitet i. iurare tamẽ p aliũ põt. 63 dist. tibi Domino. & matrimoniũ cõtrahere, ut 32. q. 2. honorantur. & c. hoc sanctum.

Pœnitere non potest quis per alium. †Vide qd legitur & no. de pæ dist. 3. c. 4 & su. 12. dist presbyter in gl. & ita potest.

b ¶ Et uerba.] Id est benedictionem.

Et qa aliquos monachorũ.] CASVS. Quidam erant monachi, qui cũ mulierib. publice cõtrahebãt. Et ideo Gregorius mãdat defẽsori suo, ut eos requirat, & inuentos ad sua monasteria remittat: quod intelligit si sua monasteria nõ poterũt de lasciuia reprehẽdi.

Vt lex continentiæ] CASVS. Statuit Innocent. Papa in hoc c. ut si epi, uel alij i sacris ordinib. constituti, canonici regulares, monachi, cõuersi uel professi, uxores de facto duxerint, separentur: q pro tãtis excessibus separati, condignam pœnitentiam agant. Idem est de sãctimonialbus fœminis obseruandum.

c ¶ Vt lex.] In hoc capitulo agitur de tribus impedimentis matrimonij, ordine, uoto & interdicto ecclesiæ quod notatur ibi, quã contra ecclesiasticam regulam.

d ¶ Ecclesiasticis.] Ergo omnes, qui infra ponuntur, sunt ecclesiasticæ personæ: ergo & conuersi: quod uerum est, ut 12. q. 1. duo.

e ¶ Regulares canonici.] Ad differentiam sæcularium, de quibus habes extra de decimis, fraternitatem.

¶ In quinto canone decimi concilij Toletani, primum statuitur, vt fœminæ, quæ antea religiosa veste erant indutæ, moneantur: & si parere noluerint, etiam vi cogantur in religiosa vita perseuerare: & postea subiungitur. Omnes tamen hæ, seu uenientes ad primam religionem, seu post transgressum resumientes iteratã conuersionem, sicut præmissum est, & pallio capita contegãt, & conscriptam, roboratamque professionis faciant scripturã, per quam ulterius non sinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Quę vero, &c. *Pannormia cætera habes vt Gratianus tantum post ver. faciant. addit,* scripturamque.

a Proprijs. Idẽ Lapus de Castel. allega. 103. sed falsum est, & oino requirit expressa, uel tacita pfessio, secudũ Card. Flor. cle. 1. de deci.

Ecclesiæ sæculari offerens se & sua, an possit postea cõtrahere.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶ Filij perditionis sunt, qui violant corpora fœminarum Deo sacrarum. C. XXXVII.

Sciendum est omnibus, quod Deo sacrarum fœminarum corpora per votum propriæ[a] sponsionis, & verba sacerdotis Deo consecrata esse templa, scripturarum testimonijs comprobantur; & ideo violatores earum sacrilegi, & iuxta Apostolum filij perditionis esse noscuntur.

Burc. l. 8 c. 51. Iuo p. 7. c. 69. Pann. l. 3. c. 207

2. Thess. 2.

[*Item.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XXXVIII.

Viduæ, si priusquam continentiam profiteantur, nubere elegerint; illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. similis conditio & de virginib. habeatur: nec extra voluntatem parentum, vel suam cogãtur accipere maritos.

inf. 32. q. 2 hoc sanctũ. ex cõci. Toleta. 3. c. 12. Iuo p. 8. c. 18 & 19.

Item Gregorius Anthemio subdiacono, in epistola quadragesima libri primi.

¶ In monasterio recludantur monachi vxoribus sociati. C. XXXIX.

Et quia aliquos monachorum vsque ad tantum nefas prosiluisse cognouimus, vt vxores publice sortiantur; sub omni vigilantia eos requiras, & inuentos digna coercitione in monasterijs, quorum monachi fuerant, retransmittas.

Iuo par. 7. c. 132

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, ca. 7. §. vt lex.

¶ Post professam continentiam quisquis vxorem duxerit, ab ea separetur. C. XL.

Vt lex [c] cõtinentiæ, & Deo placens mũditia in ecclesiasticis [d] personis, & sacris ordinibus dilatetur; statuimus quatenus episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares [e] canonici, monachi, atque conuersi [f] professi [g], qui sanctũ transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint; separentur. Huiusmodi namque

Pann. l. 8 c. 143

f ¶ Atque conuersi.] Ar. q conuersi, qui professi non fuerint, matrimonium contrahere non uetantur.

g ¶ Professi] Nunquid omnes cõuersi, eo ipso, q sũt conuersi, intelligantur vouisse, & renũciasse proprijs; Dicunt quidam q sic. Ioan. sed ego dico, q si trãsit ad renunciare uidetur tunc proprijs. B. Item quid si aliquis contulit se & sua alicui sæculari ecclesiæ, nunquid talis potest contrahere, uel habere proprium; Dico, quod potest contrahere, & filius postea natus potest petere legitimam portionem, ut 17. quæstio. 4. c. ult.

Conuersus: an intelligatur proprijs renunciasse.

c. vl. licet videatur seruus ecclesiæ factus. Sed nunquid talis potest ad strictiorem transire vitam 1. Dicunt quidam, quòd non, cum se fecerit seruum illius ecclesiæ: quia liberti non possunt recedere de ecclesia sua, vt 12. q. 2. liberti.

1 Quidam dicunt ꝙ sic, vt 19. que 2. duæ. sm La. & idem sentit hic L. vbi inuito prælato. ar. ext. de reg. licet.

probata ergo similitudine illorum dicit Augu. ꝙ matrimonium eorum, qui post votũ simplex cõtrahunt, separari nõ debet: quamuis tales sint peiores adulteris qa spiritualiter peccant. secunda pars ibi.] Filiorũ quippe.] Tertia ibi, [In coniugali.] Quarta ibi, [Proinde.] Quinta ibi, [Qui hoc dicunt.] Gãdulphus & quidam alij intelligunt hoc c. de voto solenni, siue de præsenti. vnde dicũt hoc esse abrogatũ: cum dicat Augus. ꝙ matrimonium post tale votum contractum dissolui nõ debeat. Alij intelligunt hoc c. de voto simplici vsque ibi, [Sed plane.] Exinde de solenni: Ego autem dictus B. cum G & Augus. intelligo totum hoc c. de voto simplici, idest, de futuro. Intendit enim Augus. in hoc c. ostendere, ꝙ post ipsum votũ de futuro non dẽat quis contrahere: si tñ contraxerit, matrimonium non est separandum. & inuehitur in illos, q dicebant tale matrimonium debere separari, & seruat istum ordinem. Primo commendat matrimonium. Secundo, virginitatem, siue cõtinentiam, & illud præfert. Tertio ostendit, ꝙ post propositum de continentia vouenti non debet quis nubere, si nupserit peccat mortaliter, non nubendo vel volendo nubere, sed frangendo, vel volendo frangere propositum, & hoc totum exequitur vsque ibi.] Proinde. Deinde inuehit contra eos, qui dicebant tale matrimonium esse separandum, & procedit in hunc modum. Primo, ponit errorem eorum, & erroris rationem, siue argumentationem eorum. Secundo respondet argumentationi eorum, eis instando, & ducendo eos ad triplex inconueniens: quod facile est colligere ex illa littera. Tertio, supponit opinionẽ suam s. quod post votum de futuro est matrimonium; nec debet separari: peccat tamen qui sic contrahit, magis quàm adulter. & ita casus H.

a ¶ Non

copulationem, quam contra ecclesiasticam regulam constat esse contractam, matrimonium non esse [a] censemus. Qui etiam ab inuicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Idipsum quoque de sanctimonialibus fœminis, si (quod absit nubere attentauerint, obseruari decernimus.

His omnibus auctoritatibus vouentes prohibentur contrahere matrimonia, & quidam eorum, si contraxerint separari iubentur.

2 *Augustinus contra talium separationes peccatum esse asserit, ita dicens in libro de bono viduitatis, c. 8.*

¶ Coniugia vouentium non sunt dissoluenda.

C. XLI.

Sent. 4 dist. 38.

NVptiarum bonum [b] semper [c] est quidem bonum: sed in populo Dei fuit aliquando legis [d] obsequiũ: nũc est infirmitatis [e] remedium: in quibusdam [f] vero humani-

a ¶ Non esse.] Hic habes, quòd matrimonium non valet, si fiat contra regulam ecclesiasticam: argumen. infra 35. quæst. 3. contradicimus. & argum. inf. 33. q. 4. non oportet.

HIS OMNIBVS AVCTORITATIBVS. CASVS. Infert Gratianus ex supradictis, ꝙ matrimonium post votum contractum non tenet. Amodo vult probare contrarium. Et ad hoc inducit seq cap.

AVGVSTINVS. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua loquitur de voto simplici, quod impedit contrahendum, sed non dirimit matrimonium iam contractũ. Io. de Fan.

NVptiarum.] CASVS Moderni Doctores totũ hoc cap. intelligunt de voto simplici, quod matrimonium non impedit: sicut intellexerunt Augus. & G. Hoc igitur cap. diuiditur in quinque partes. In prima Augu. tripliciter commendat matrimonium. Primo, quia fuit legis obsequium. Secundo, quia est infirmitatis remedium. Tertio, quia in quibusdam est solatium humanitatis. In secunda parte continentiam commendat, præferens eam bono coniugali: affectus tamen coniugalis non debet in omnibus reprobari: cum non possint omnes continentiam obseruare. si tamen aliqua egressa fuerit ad votum simplex, bonum est, vt illud obseruet: vt nulla detur diabolo occasio fornicandi. In tertiã parte ostendit, ꝙ quæ faciunt votum simplex, contrahere non debent: quia inde damnationem ab Apostolo recipiunt: non ꝙ talium nuptiæ sunt damnandæ, cum matrimonium cum eis teneat: sed quia promissionem voto simplici fregerunt, primæ continentiæ: fidem irritam faciendo: non enim peccauerunt contrahendo, sed promissionem suam frangendo. In quarta parte ponit obiectionem quorundam dicentium tale debere matrimonium separari: nam si viuo viro mulier alteri nubat: adultera est: ergo & illa, quæ Christi coniugium eligit, si postea homini nubat, debet adultera dici. In quinta ostendit Aug ꝙ talium matrimonium non separatur: quamuis vxoris matrimonium separetur, si viuo viro alteri nupserit. est enim dissimilitudo spiritualis matrimonij ad carnale: quod dupliciter probat Aug. Primo ꝙ viuo viro de eius consensu potest vxor Christo nubere. sed non potest alteri carnaliter copulari. Secundo, quia mortuo viro si Christo nupserit, non diceretur bigama: secus si alteri. Re-

b ¶ Bonum.] Scilicet in non vouentibus 2. melius est enim nubere, quàm vri.

c ¶ Semper.] Quia & ante peccatum, & post in paradiso, vt sup. 26. d. deinde.

d ¶ Legis.] Sed aliqñ fuit legis obsequium, qñ frater in veteri testamento debebat suscitare semen fratris, vt 8. q. 1. olim. & hoc specialiter erat præceptum. generaliter enim præceptum erat propagatio sobolis: vnde maledictus erat qui nõ reliquerat semen super terram. 32. q. 4. §. his ita. & q. 2 pudor.

e ¶ Infirmitatis.] Idest, contra infirmitatem, incontinentiæ concessum: ita tamen & olim erat, sed non erat legis obsequium.

f ¶ In quibusdam.] Vnde in senibus est humanitatis solatium, idest, contrahitur vt eis seruiatur in suis necessitatibus 31. di. omnino. & est arg hic ex quo senes, qui iam arrigere non possunt, contrahũt: ergo & spado & frigidus potest matrimoniũ contrahere, ar. 33. q. 6. qđ Deo. nam & posthumum instituit spado, vt ff. de liber. & posth. sed est quæsitum §. spadonem. sed non est verum: quia non potest contrahi matrimoniũ nisi ibi sint tria bona matrimonij, vel re, vel spe. inf. ea. q. 2. omne. de sene nõ est simile. nemo. n. est adeo senex qn aliqñ calere possit natura vel artificio: quod non est in frigido, vel in puero. vel spadone: & ideo senex habilis est ad contrahendum. sufficit. n. ꝙ prolem non euitet. 31. q. 2. solet.

2 Istam glo. sic ponunt H. & L. quæ cõter male habetur, & talle signatur. nam dẽt signari in verbo occasio. & dẽt incipere, in vouentib. Arch.

Matrimoniũ põt a senib. contrahi. sed non a spadonibus, aut frigidis.

Senex calescere potest.

1 Arg. cōt. ex. de fri. & male, c. 2. & dic, vt ibi no. de hoc.

solet. sic enim generale dicitur. ex quo non euitat prolem & aptus est ad coeundum 1. Vel dic humani solatij. &c. idest contrahitur causa prolis, quæ patris solatium est & hoc vult littera sequens, filiorum, &c. Vel dic, vt dixi 32. q. 7. hi qui. bonum. 11. q. 3. quid ergo. sicut in passione Christi opus operans fuit malum, idest, crucifixio Iudæorum. opus autem operatum, idest, passio fuit bona. actio enim fuit mala, passio bona, & sic malum potest habere bonum effectum. contra nos est illud. & si non nubendo. sed dic.

Opus duplex fuit in Christi passione.

tatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per vsum promiscuum [a] fœminarū, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus: [b] & ipsum [c] tamen laudabilius transcendit, & vincit cœlestia [d] cogitans [e] animus Christianus. Sed quoniam, sicut ait Dominus, non omnes capiunt verbum hoc; quæ potest capere, capiat; quæ se non continet, nubat; quæ non cœpit, deliberet [f]; quæ aggressa est perseueret: nulla aduersario detur occasio [g], nulla Christo subtrahatur [h] oblatio.

Matth. 19.

¶ In coniugali quippe vinculo, si pudicitia non conseruatur, damnatio non timetur. Sed in virginali, & viduali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur; qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam nō solum capessere nuptias, sed etiam [i] si nubant †, nubere velle damnabile est. Nam vt hoc demonstraret Apostolus; non ait, cū in delitijs egerint, in Christo nubunt: sed [nubere volunt, habentes (inquit) damnationem: quoniam primam fidem irritam fecerunt.] etsi non nubendo, tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ, vel talium damnandæ iudicentur: sed damnatur propositi [k] fraus [l]; damnatur fracta voti fides: damnatur non susceptio [m] à bono inferiore [n], sed ruina ex bono superiore [o]. Postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia cōtinentiæ primam fidem irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuaret Apostolus; noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositum nubunt, non quia non damnentur, sed ne in eis ipsæ nuptię damnari putarentur: sed cum dixisset, [nubere volunt,] continuo addidit, [damnationē habentes.] & dixit, quare: [quoniā primā fidē irritam fecerunt:] vt voluntas, quæ à proposito cecidit,

Beda 1. Ti. 5. & ibi glossa. 1. Tim. 5.

† al. nubantur sup di. 27. c. vouentib. & 27. q. 1. eod. c.

c ¶ Promiscuum.] Idest, indifferenter, & indistinctè cōmisceret, scilicet canino more. Canes enim indifferenter, & indistinctè commiscentur.

b ¶ Affectus.] Scilicet prolis procreandæ ad cultum Dei. 32. quæst. 1. non in sola.

c ¶ Et ipsum.] Scilicet affectum.

Virginitatis laudes.

d ¶ Cœlestia.] Nam cœleste est in carne viuere, & o[p]era carnis non facere: quia virginitas replet Paradisum. 32. quæst. 1. nuptiæ; & ibi neque nubent, neque nubentur. super qua auctoritate dicunt Theologi, quòd vita Angelica viuent.

e ¶ Cogitans.] Idest, præfert continentiā bono coniugali.

f ¶ Deliberet.] An sit vouendum.

g ¶ Detur occasio.] In non vouentib.

h ¶ Subtrahatur.] In vouentibus. immo filij accedite ad seruitutem Dei, & parate vos ad tentationem de pœniten. distinctione secunda, si enim. extra de renunc. nisi, in princip.

i ¶ Sed etiam.] Hinc enim emergunt duæ opiniones. Ang. dicit quòd contrahere, actus, scilicet contrahendi, non est malus: & hoc ea ratione, quia ex eo sequitur bonum, scilicet matrimonium. Non enim uult dicere, quòd ex malo sequatur bonum. pro eo facit infra ead. & si non nubendo. & illud, non solum susceptio, &cæt. & illud, non quia coniugalem. sed uoluntas frangendi uotum tantum (ut dicit) est peccatum, ut patet infra ea. non quia ipsæ nuptiæ, &cæt. 2. sed hæc littera ei contra dicit, nō solum capescere. sed ipse exponit, nō solum uoluntas frangendi uotum in actum producta est damnabilis: sed etiam nubere uelle. id est, uoluntas frangendi uotum contenta suis finibus est damnabilis, sed ex dicto eis sequentur, quòd aliquis facit simul bene, & malè, quia contrahendo bene facit, sed recedendo à uoto male facit, & intelligit hoc canon de uoto solenni præsenti uel nudo, (quia secundum eum utrumque dirimit matrimonium, sed de proposito, quod quis habet uotum emittendi, ut diximus supra in princip. quæst. Nos dicimus, quòd ipsum uelle contrahere, & contrahere est peccatum istis: & tamen inde sequitur matrimonium, quòd est bonum: & intelligitur cap. de uoto pręsenti simplici. Nec est mirum si sequatur ex bonis malum arg de consec. distin. 2. sicut Iudas & 81. distin. si qui sunt presbyteri, sicut ex malis sed dic, & si, id est, quamuis ipsum nubere non sit peccatum, &c.

2 Non ergo q̄d nupsit peccauit. sed dic eo, q̄d sic nupserit. s. cōt. uotū. & est si. de cons. dis. 2. sicut Iudas, &c.

Vouētes cōtrahendo, & contrahere volendo, peccant.

K ¶ Propositi.] Id est, voti.

l ¶ Fraus.] Id est, deceptio.

m ¶ Susceptio.] i. susceptum matrimonium. sed tamen primam fidem irritam fecerunt. Item no. q̄ Apostolus hic locutus est de his, qui vouerunt per uerba de præsenti. & Aug. hic de talibus locutus est. Et hoc probat illa litera, si uiro suo uiuo. & ubi dicit, cui uiuēte marito nubit. Nā si nubit, ergo Christo uouet: & ideo intelligimus hoc c. de uoto præsenti. H. contra: & secundum eum superficialiter inducitur auctoritas illa Apostoli, q̄ poterant contrahere. & dicit B. q̄ uotum in sui natura consideratum non impedito circum scripta omni solennitate: sed ecclesia potius uel post inuenit huiusmodi solennitates, & constituit ut impedirent. nunquid ergo monachi antequam ecclesia institueret, poterant contrahere? Dic quòd tunc monachi non erant, cum monachus esse non possit quin aliqua solennitas obseruetur, sed posito quòd fuerint: poterant contrahere. Iuo.

n ¶ Bono inferiore.] Id est, coniugio.

o ¶ Bono superiore.] Scilicet continentia. duo enim sunt bona, unum superius, ut continentia, & bonum inferius, ut matrimonium.

a ¶ Proin-

appareat esse damnata, siue subsequātur nuptiæ siue desint. ¶ Proinde[a], qui dicunt talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria; non mihi uidentur satis acute, ac diligenter considerare, quid dicant. Fallit eos quippe similitudo ueritatis. Quia enim Christi coniugium dicuntur eligere, quæ Christiana sanctitate nubunt [a] †; hinc argumentantur quidā dicentes: si viro suo viuo, quæ alteri nubit, adultera est, sicut ipse Dominus in Euāgelio diffinit; uiuo ergo Christo, cui mors ultra non dominabitur, quę coniugium eius elegerit, si homini nubit, adultera est. ¶ Qui hoc dicunt, acute quidem mouentur: sed parum attendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim [b] lauadabiliter etiam uiuente uiro, ex eius consensu continentiam fœmina Christo uoueat: iam secūdum istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum (quod sentire nefas est) adulterum faciat, cui uiuente uiro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint [c] meriti, quàm secundæ; absit, ut sanctarum uiduarum iste sit sensus, ut Christus eis uideatur quasi secundus maritus. Ipsum enim habebant & antea (quando uiris suis fideliter subditæ seruiebant) non carnaliter, sed spiritualiter virum, cui ecclesia ipsa, cuius mēbra sunt, coniunx est: quę fidei, spei, & charitatis integritate non in solis virginibus sacris, sed etiam viduis, & coniugatis fidelibus tota virgo [d] est. Vniuersę quippe ecclesię, cuius illę membra sunt, Apostolus dicit: [Aptaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo.] Nouit autem ille virginem coniugem sine corruptione fœtare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. ¶ Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsarum à sancto proposito fęminarum, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malum; vt à maritis separentur vxores [e], quasi adulteræ sint, non vxores: & cum volunt illas separatas reddere continentiæ, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis vxoribus viuis, alteras duxerint. ¶ Quapropter non possum quidem dicere à proposito meliore lapsas, si nupserint, fęminas, adulteria [f] esse, non coniugia: sed plane [g] non dubitauerim dicere lapsus, & ruinas à castitate sanctiore, quę vouetur Deo, adulterijs esse peiores. Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito; quanto grauius [h] offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatū, qui † non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddit quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit; tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouendi necessitatem.

a ¶ Nubunt] *In aliquot vetustis, & originali legitur*, non nubunt: *& vtraque lectio videtur ferri posse. Multa vero alia ex ipso B. Augustino sunt emendata.*

Marginalia: su.d.27. quidam — † al. non nubunt. — Matt. 10. — Rom. 6. — Bed. 1. Cor. 7. — 2. Cor. 11. — sup. ca. meliore. — † al. quod

a ¶ Proinde.] Hic ponit Aug. quid eos inducebat ad dicendum q̄ nubentes post votum simplex erant separādi, & durat vsque ad id, qui hoc dicunt, vbi ponit suam primam improbationem, secundam autem ibi, [Deinde.] Tertiam ibi, [Fit autem, &c.]

b ¶ Cum enim.] Salua sua pace Aug. nō bene opponit istis. hoc non est simile de carnali matrimonio & spirituali. Non enim de spirituali matrimonio d carnale est regressu, sed bene de carnali ad spirituale progreditur: & ita dormitauit hic Aug. Vel dicebāt forte illi omnimodā esse similitudinem inter hoc & illud.

c ¶ Melioris sint.] Id est, signum melioris meriti, quia secundę nuptiæ indiciū sunt incontinentiæ, ut 31. q. 1. de his. & ca. hac ratione.

d ¶ Virgo.] Quia sine macula & ruga peccati, ut 32. q. 4. recurrat. ar. dist. quis.

e ¶ Vxores.] Hic habes, q̄ uotū simplex non dirimit ex sui natura, eadem ratione nec solenne, cum idem sint: quia solennitates non sunt de substantia, & uerum est: sed cōstitutio ecclesię dirimit matrimoniū: religio tñ dirimit matrimoniū, vt extra de conuers. coniug. ex publico. Sed nunquid simpliciter vouens, qui contrahit tenetur continere mortua uxore? Videtur quòd non, quia obligatio extincta non reuiuiscit, ut de consecr. distinct. 4. quæris. ff. de solut. qui res. §. aream. Sed contrarium est uerū, quia non tollitur per matrimonium, nisi uoti executio extra de conuer. coniug. quidam. nam uouit ille quantum in se fuit, ideo postea cōpellitur continere: quod nō fieret si omnino esset absolutus à uoto. si tamen contraxerit, tenet matrimonium, ut no. in illa decre. quidam.

f ¶ Adulteria.] Id est, adulteros esse, non cōiuges. & est emphasis: sicut illud, Uautus est ipsum scelus.

g ¶ Sed plane.] Ab hinc tractat de uoto solēni secundū quosdam: sed uerius per totum ca. de voto priuato agitur.

h ¶ Grauius.] Sup. 17. q. 4. sunt qui.

Augustinus quāque dormitauit.

Solennitas non est de substantia mrīmonij.

Vouens simpliciter qui cōtraxit, an mortua vxore continere teneatur.

Improprietatem locutionis no. sic 24. q. 1. pudenda, in princ. vbi ue hoc

De viduis.] CASVS Hoc c. secundum H. posset melius legi de voto solenni, quàm de simplici. Sed vt faciat ad propositum G. leges de simplici. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes In prima parte dicitur, quòd viduæ velo consecrationis velari non debent. In secunda parte dicitur, quod si viduæ post votum simplex nubant peccãt, & pœnitentiam agere debent: tñ matrimoniũ separari non debet, ne talibus fornicationis laqueum inijciamus, sed hortari eas ad pœnitentiam debemus. In 3. parte dicitur, quod ita debemus eas hortari ad pænitentiam, ne nimis earum conscientiam terreamus. Secũda pars incipit ibi, [Quæ si ppria.] Tertia ibi, [Cauendum.]

Item Gelasius in epistola ad episcopos Lucaniæ, & Brutiorum, c. 23.

¶ De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt. C. XLII.

DE uiduis[a] sub nulla[b] denedictione uelãdis superius late, sufficienterque prædiximus. ¶ Quæ, si propria uoluntate professam pristini coniugij castitatem[c] mutabili mente calcauerint; periculi[d] earum intererit, quali Deum debeant satisfactione placare: quia iuxta Apostolum, primam fidem irritam fecerunt, Sicut enim si se forsitan continere non poterant, secundum Apostolum nubere nullatenus uetabantur[e]; sic habita secum deliberatione promissam Deo pudicitiæ fidẽ debent custodire. Nos autem nullum talibus laqueum[f] debemus inijcere, sed solũ adhortationes præmij sempiterni, pœnasque proponere diuini iudicij ut & nostra[g] sit absoluta conscientia, & illarum pro se rationẽ Deo reddat intentio. ¶ Cauẽdum est quippe, quod de earum moribus, actibusque beatus Paulus apostolus testatur. Quod plenius exponere præterimus[h], ne sexus instabilis non tam detineri, quàm admoneri uideatur.

Poly. l. 4. tit. 34. Burc. l. 8. c. 54. Iuo p. 7. c. 53.

1. Tim. 5

1. Cor. 7.

1 Tim. 5

Item Theodorus.

¶ De eodem. C. XLIII.

iiij SI quis votum virginitatis habens, &c.

su. d. 27. c. si vir

a ¶ De viduis.] Videtur hoc c. intelligendum de voto solenni. arg. sup. ead. si quis sacro. vbi fit mẽtio de constitutionibus Gelasij siue Pelagij, & hæc est Gelasij. secundum hoc non facit ad propositum G. intelligas ergo de voto simplici. & ibi facit mẽtionem de alijs constitutionib. Gelasij, non de ista.

Viduæ non benedicitur.

b ¶ Sub nulla.] Quia vidua non consecratur, ne benedicitur in sua velatione, sed tantum virgines, vt 20. quæst. 1. deuotis. sed accipiunt uelum de altari, ut sup. ead. uiduæ.

c ¶ Castitatem.] Vidualem, scilicet post pristinum coniugium assumptam. fides enim seruanda est priori coniugio. 34. dist. fraternitatis. & C. de secun. nup. l. 3.

d ¶ Periculi.] Id est, propter periculum earum uitandum poterit deliberare, quali, &c.

e ¶ Vetabantur.] Ar. quod peccatum timore maioris lapsus fieri non uetatur. 32. q. 2. solet. 13. dist. nerui.

f ¶ Laqueum.] Eos separãdo, uel eos præcise prohibẽdo ne contrahant: uouens enim simpliciter nedum tantum commonitorijs dissuadendus est à matrimonio non per excõicationem, ut extra qui cle. uel. veniẽs. & de spon. requisiuit. ac 22. q. 1. prædicandum. sed illud de peccato iam commisso. Item ar. ex hoc ca. quod nõ pro quolibet mortali excommunicandus est aliquis antequam committatur: quia pro fractione huius uoti antequam frangatur non est excommunicandus: quia non dum obligatus est. nec post propter bonum matrimonij: tamen quandoque indicitur pœnitentia uolenti peccare, ut extra de spon. de illis. lo.

v At subtel lige cõmina tionis, vt pa tet ibi. sed so lum. & c. 17. q. 2. nos noui mus. sm. H.

Excõicatio non est pro quolibet mortali peccato ferenda

f ¶ Laqueum.] Si simpliciter uouerunt, permittendi sunt contrahere, ut maius malum uitetur. extra qui cle. uel uouen. ueniens.

g ¶ Vt & nostra.] Ar. quòd ex quo prælatus functus est officio admonendo, increpando, & corripiendo, non deberet ei imputari, si ille non emendetur, arg. 47. dist. quod ad nos.

h ¶ Prætermimus.] Et ideo aliqua prætermittuntur exponi ne terror incutiatur. sicut dicit Beda de pœ. dist. 4. reuertar.

SI quis votum.] Sed nunquid simpliciter vouens potest contrahere cum alia, quæ simpliciter vouit? Non videtur quòd teneat matrimonium, cum neuter possit debitum exigere. pone eos vouisse quòd nunquam exigerent. dico quod bene tenet matrimonium: quia vterque potest reddere. Sed quomodo, cum reliquus non exigat? Respond. vterque enim si sciat alterum indigere, nec posse exigere, reliquo debet commiscere, & vterque reddere dicetur. Sed quid si quis vouit quod nunquam redderet debitum, si vxorem contigeret eum ducere? si post ducat, non tenetur votum talem seruare: quia præceptum est Apostoli de debito reddendo vxori, vt 33. quæst. 1. 5. Apostolus. Sed quid si aliquis iurauit quòd nunquam cognosceret aliquam mulierem, si postea duxerit vxorem, bene tenet matrimonium nunquid ergo peccat cognoscendo, cum iurauerit non cognoscere? Dicunt quidam quod prima vice peccat, sed postea non: & ipsem dicunt quod post votum simplex prima vice cognoscens vxorem, peccat quia si semper peccaret cognoscẽdo, tale matrimonium illicitum esset. sed hoc nihil est: sed dico quod non peccat cognoscendo, licet contra iuramentum faciat: sed tunc peccat quando fidem frangit Deo. Vel sic, quod talis permittat se cognosci, & non cognoscat, & sic saluabit iuramentum: cum potius videatur pati quam agere. Item quæro: cum iuramentum sit de iure naturali, sicut & votum: quia sicut Dominus præcepit, Vouete & reddite: ita præcepit, Reddas Dño iuramenta tua: quare votum dissoluit matrimonium, & non iuramentum? Ad hoc dico, quod iurum non est præstandũ nisi subsit necessitas, vt 22. q. 1 ita. vnde qui tale iuramẽtum facit, temerarie iurat: vnde fortius est vinculũ voti quàm iuramentum. secundum nos tamẽ nõ est quæstio, quia

Vouentes simpliciter, an possint ad inuicem contrahere.

Iurans nunquam mulierem cognoscere, an post fit postea matrimonium contrahere.

Matrimonium soluit voto, sed nõ iuramento.

* Imò obligat, licet uotū simplex non dirimat contractū. Vide S. Th. sen. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3.

quia uotum de sui * natura non obligat: sed constitutio circa uotum emissa.


QVOD AVTEM. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit Gratian. ut sciamus quorum uouentium matrimonia dissoluantur recurrendum est ad §. supra 27. distinctione, §. vltim. In secunda parte determinat capitu illud. quæ Christo, vbi dicitur, quòd non admittitur ad pœnitentiam Deo deuota, quæ alij nupserit, nisi vir cui se iunxerat, defunctus sit quod sic intelligit Gratian. dicens, quòd tunc vir dicitur ei defunctus. cum ab eius cōcupiscētia mētem suā, & corpus ex toto alienauerit, & quacunque hora hoc fecerit, ad pœnitentiam admittetur. Nec hoc est contrarium Domino dicenti per prophetam Ezechielem. In quacunque hora, &c. [In utroque casu.] capituli Innocentij, vel in vtroque casu contra ius Innocētij illius c. supra c. deuotam.

Quòd autem vouentes præmissis auctoritatibus iubentur ab inuicem discedere, quorum vero coniugia auctoritatibus Augustini, & Theodori soluenda nō sunt, in capitulo de ordinatione clericorum euidenter ostenditur[a]. *Illud*[b] *autem Innocētij, quo virgines sacræ publicè nubentes illo viuente, cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pęnitentiam; non ita intelligendum est; vt aliquo tempore excludantur à pænitentia, quæ dignè pænitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti ad pænitentiam, quæ ab incesti copula discedere noluerint. Post propositum namq; sacræ religionis non potest*[c] *Deo per pænitentiam reconciliari; quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit. Tunc enim ille, cui se iunxerat, ei defunctus erit, cū ab illius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit: vt iste sensus capituli. [Quæ Christo spiritaliter nubūt, si postea publicè nupserint, non eas admittēdas esse ad pęnitentiā censemus; nisi hi, quibus se iunxerant, de mundo recesserint.] eis subaudiendum est, nubentib. Tunc enim viri de mundo recedunt, tunc defunguntur; cum ab eorū concupiscentia ipsæ pænitus se alienauerint: sicut mundus ei dicitur, mortuus, quem suis illecebris non adstringit: & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mundo mūdi concupiscit.* Hoc autem sic intelligendum esse ex subsequenti exēplo idem Innocentius ostendit dicens. [*Quęcunque viro viuente alteri nupserit, adultera habeatur: nec ei agendæ pænitentiæ locus cōcedatur; nisi vnus ex his fuerit defunctus.*] *Hoc de derelicta*[d] *intelligēdum est, quę, si de viuēte viro suo alteri nubit, adultera est: nec ad pænitentiam admittitur, nisi vel primus reuertatur in puluerem, de quo sumptus est, vel secundus ab eius copula cessando ei moriatur, vt dictum est supra. Quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur, restat, vt ille, cui secundo nubūt, eis moriatur. In vtroque*[e] *autem, nisi sic intelligeretur, esset cōtrarius*[f] *Domino dicenti per prophetam: [In quacunque hora peccator conuersus fuerit. &c.] & cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur aduersus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo deuota*[g], *quæ maritum acceperit, prohibetur ad pænitentiam admitti: nisi vel vterque continentiam professus fuerit, vel ille, cui se iunxerat, de hoc mundo decesserit.*

Marginal references: dicto c. si vir. — su. ea. quę Chro — su. e. quæ Chro. — ex gl. ordin. Gal. 6. — Gen. 4. — Rom. 6. — Ezech. 33. — sup. ea. deuotā.

a ¶ Ostēditur.] sup. 27. dist. § ulti.
b ¶ Illud.] sup. ea. q. quæ Christo.
c ¶ Potest.] Dignè tunc quis reconciliatur Deo, cum pœnitet de omni peccato. de pœ. distinct. 5. Ita tres minus dignè cū pęnitet de quibusdā. de pœn. distin. 3 placuit.
d ¶ Derelicta.] Grat. soluit hic secundam partem illius ca. quę Christo & male nō n. innititur à contrario sensu, quòd illū posset habere uirū, cui adultero fidem dedit uiuente uiro i. ext. de eo, qui duxit in matri. cū haberet solue ergo secundā partē prout Gratia. soluit primam partem.
e ¶ In utroque.] Casu, scilicet Innocentij
f ¶ Esset cōtrarius.] Innocentius.
g ¶ Deuota.] sup. ea. q. c. deuotam.

† Hoc dictū hodie intellige vt leg. & no. ex. de eo qui dux. in matr. c. vlt.



QVAESTIO II.

Equi-

Sequitur.] Hæc quæ. diuidit in quinque partes. In prima intendit probare quod sponsa sit uxor, quæ tamen non est nisi spe futurorū, & non re præsentium. Secunda ibi,] His omnibus.] Tertia ibi,] Apparet.] Quarta. ibi,] Sed aliud.] Quinta ibi. [Quod autem.] Ioann. de Fan.

CASVS. Hic ponit secūda quæstio, qua quærit, an puellæ desponsatæ uni, liceat eo dimisso alteri nubere. huic quæstioni (vt facilius explicetur) aliam quæstionē incidentem subiungit, t. lē scilicet, utrū inter sponsum, & sponsam sit matrimonium. illam primo soluit, allegans pro vtraque parte, qua soluta facile soluitur illa, quę hic principaliter proponitur. & soluit eam. infra eadem. §. iuxta. Probat ergo Gr. quadrupliciter, quod inter sponsum, & sponsam est matrimonium. Primo, per descriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Isidori dicentis, quòd

conſenſus facit matrimonium. Tertio auctoritate Io. Chry. Quarto auctoritate Nicolai, qui dicit ſolum cō ſenſum ſufficere ad matrimonium.

a ¶Sequitur.] Hic depingitur ſecunda q. an ſcilicet de ſponſata uni eo dimiſſo poſſit alij nubere. Cui quæſtioni (ut facilius explicetur) ſubiūxit G. aliam q. incidentē, ſcilicet, utrum inter ſponſum & ſponſam ſit cō iugium, & allegat ad utramque partem huius incidentis q. eam ſoluit dupliciter infra. ead. iuxta. ſcilicet, quòd inter ſponſum & ſpōſam eſt matrimonium initiatum, i. non conſumatum. uel inter ſponſum & ſponſam dicitur eſſe matrimonium non re præſentium, ſed ſpe futurorum. Sed his relictis certum eſt, ꝙ inter ſponſum & ſponſam non eſt matrimonium propriè ſumptis uocabulis. Sponſus enim à ſponſalibus dicitur, & ſponſalia ſunt conuentio & repromiſſio futurarū nuptiarum. ff. de ſpon. l. 1. Et hanc quæſtionem tractat G. uſque ad §. Sed concedatur. ibi de ſecunda quæſtione dicitur.

Mrimoniū an ſit inter ſponſum & ſponſam.

Sponſalium diffinitio.

b ¶Viri.] Quia in pari ſexu non poteſt eſſe matrimonium.

Auth ut li. ma. & auiæ §. ſi uero ex conſenſu. coll 8.

K ¶Voluntate.] Hoc uult dicere, ꝙ non ſufficit corpore receſſiſſe, ſi mente non receſſerint, ut ff de ac. poſſ. l. 3. §. in amittēda. ff de capti. & poſtli. nihil intereſt. & ff. de ędi. edi. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonē. Hoc autem

tur [a] ſecunda quæſtio, qua quæritur, an puellæ alteri deſponſatæ poſſint renunciare priori conditioni, & transferre ſua vota ad alium.

1 *Hic primum videndum eſt, an coniugium ſit inter eos.*

2 *Secundo, an poſſint ab inuicem diſcedere.*

Eos autem coniuges eſſe, & ex definitione coniugij, & auctoritate multorum facile probatur. Sunt enim nuptiæ, ſiue matrimonium, viri [b] mulieriſq; coniunctio [c] indiuiduam [d] vitæ conſuetudinem retinens [e]. Inter hos autem fuit coniunctio, quę indiuiduam uitæ conſuetudinem exigebat. Fuit enim inter eos conſenſus, qui eſt efficiens cauſa matrimonij, iuxta illud Iſidori: [Conſenſus facit matrimonium.] Sent. 4. diſt. 27. Iuo p. 8. c. 1. Pann l. 6. c. 1. if. e. c. cōiuges. inf. e ad. omnes

Item Ioannes Chryſoſtomus, [ideſt auctor operis imperfecti, homilia 32. in Matthæum.]

C. I.

MAtrimonium quidem non facit coitus [g], ſed voluntas [h]: & ideo nō ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis [i]. Ideo qui dimittit coniugem ſuam, & aliam non accipit; adhuc maritus eſt. Nam etſi iam corpore ſeparatus eſt; tamen adhuc voluntate [k] coniunctus eſt. Cum ergo aliam acceperit; tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur; ſed qui alteram ducit. Sent. 4. diſt. 27. Iuo p. 8. c. 233.

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 3.

C. II.

SVfficiat ſecundum leges ſolus [l] eorum conſenſus, Sent. ibidem.

eſt enim matrimonium quidam habens ſuum modum exiſtendi per ſe, & ſunt duæ correlationes, & ita plura.

c ¶Coniunctio.] Animorum. infra. eo. cum initiatur. & infr. ea. multorum.

d ¶Indiuiduam.] Quo ad propoſitum. ꝑpetuo enim debet contrahi matrimonium. 32. q. 2. ſolet. dicit lex, ꝙ dotis cauſa perpetua eſt, quia eo uoto datur. ut ſēper apud maritum ſit. ff. de iure dot. l. 1.

e ¶Retinens.] Suppele diuini & humani iuris communicatio. ff de ri. nup. l. 1. eiuſdē enim religionis debent eſſe, C. de Iudæ. nequis. 28. q. 1. caue. Sed obijcitur de matrimonio, quòd eſt apud infideles, ſi alter non uult ſine contumelia creatoris habitare cum fideli, diſſoluitur matrimonium. non ergo eſt indiuidua coniūctio. Sed dic ꝙ tunc lex diſſoluit, nō homo. ut 33. q. 2. quos Deus. quia tunc contumelia creatoris ſoluit ius matrimonij, ut extra de diuor. gaudemus.

Mrimoniū infideliū bene diſſoluit.

f ¶Efficiens cauſa.] Infra 1. 29. q. 2 ſi quis ancillam.

g MAtrimonium.] ¶Coitus.] Niſi cū ſponſalia contracta ſunt ſub conditione, tunc enim per coitum receditur à conditione, ut extra de condi. appo. de illis.

Conſenſus matrimonij an ſit voluntarius.

h ¶Sed uoluntas.] Id eſt, uoluntarius conſenſus: uerbis tamen legitimis expreſſus: requiritur enim ꝙ cōſēſus ſit uoluntarius: & non coactus. extra de ſponſa. cū locum. verba enim requiruntur quātum ad eccleſiā 1, ut extra de ſponſa. tuę.

ſi De hoc le. & no. 43. di. ſit rector. & ibi plene dixi.

i ¶Voluntatis.] Vtriuſque interuenientis, quod ſit quando maritus & uxor ſe abſoluerunt ab exactione reddendi debiti cū continentiæ inf ea. Agathoſa: & in

autem ſcias, ꝙ licet dominus aliquis nolit eſſe dominus rei alicuius, non ideo perdit dominum. ſecus eſt in poſſeſsione. ut ff. de acq. poſſ. ſi quis ui. §. 1.

Dñium ... poſſeſſio.

CVM ERGO. CASVS. Infert G. ex ſupradictis, ꝙ inter ſponſum & ſponſam eſt matrimonium: quia conſenſus inter eos matrimonium facit. Poſtea quęrit ꝗs conſenſus matrimoniū faciat, an cōſenſus cohabitationis, an carnalis copulæ, an uterque. ſi conſenſus cohabitationis matrimonium facit, tunc frater cum ſorore matrimonium faceret, quod falſum eſt. Item nec carnalis copulæ conſenſus, quia ſ'm hoc inter Mariam & Ioſeph non fuiſſet matrimonium: quia illa propoſuerat continere. & hoc in prima parte. In ſecunda parte dicitur, ꝙ Maria non fuit rea voti virginalis, & excuſat eam quia propoſuerat votum uirginitatis ſub tacita conditione, niſi Deus aliter reuelaret. votum tamen illud ore non expreſſit, deinde diuina reuelatione in carnalem copulam conſenſit: & exinde ſalua virginitate votum corde conceptum cum viro penitus expreſſit & ſeruauit expreſſum. In tertia parte determinat dicens, ꝙ vterq; conſenſus ſimul cohabitandi, & indiuiduam vitæ, &c. faciunt matrimonium. ſed hoc vltimum eſt allegatio. Secunda pars incipit ibi, [Si ergo.] Tertia ibi, [Conſenſus ergo.] [Poſtea, ji. poſtquam.] [Ex corde.] ſcilicet votū inter iſtos in themate poſitos. & quod ipſi ſint coniuges, probat per ſequentia.

l SVfficiat.] ¶Solus.] Verba enim tantum neceſſaria ſunt ad probationem. ex. de ſponſ. tuæ. & exponūt quidam ſecundum leges, ideſt, ſecundum canones. Sed vbi ſunt illi canones? immo potius videtur contrarium per canones infra 32. quæ. 2. c vlt. & pe. Sed dic ꝙ illi canones

Consensus parentũ an sit in matrimonio requirendus.

nones sunt 29.q.2.si.quis extra de cõiug.ser.c.1.extra de rap. cum causam. Vel dic secundum, prout sonat littera. Sed hæc dictio, solus, non excludit consensum parentum, immo tantum alias solennitates, quæ sunt circa matrimoniũ.q.d.solus eorum cõsensus est causa effecti-

uit de uerbis angeli: sed dubitauit quomodo illud posset fieri, vt sint duæ partes, quo & modo: de modo .n. dubitauit: non de facto.

b ¶ Voti virginalis:] Sic ergo patet, ꝙ Maria non uouerat continentiam: sed proposuerat vouere & virginitatem cõseruare, nisi De^9 aliter reuelaret, vel lex ꝓhiberet, vel parentes cogerent: & inde est, ꝙ licitè potuit contrahere matrimonium Deo reuelante, si uouerat etiam solenniter: quia uotum fuit sub conditione, immo quantumcunque absolutum sit uotum, semp intelligitur excepta auctoritas maioris, ut extra de iure iur. venientes similiter hoc subintelligitur, si res in eodẽ statu permaneret, 22 q. 2. ne quis. & ff. de solu. l. cum quis. & hoc si tibi seruatur fides. extra de iureiur. peruenit. & hoc si numerauit pecuniã, ut C. de nõ num. pecu. in dubitati. & honestæ & possibiles, ut extra de iureiuran. quemadmodũ & alias ꝓ sui 32. quæst. ult. cap. vno.

Maria non uouerat absolutè.

de quorum coniunctionibus agitur. Qui consensus si in nuptijs solus fortè defuerit; cætera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustantur.

¶ *Emendatum est caput hoc ex ipsiis Nicolai responsis.*

Cum ergo inter istos cõsensus intercesserit, qui solus m [a] *trimonium facit; patet hos coniuges fuisse. Sed quæritur, quis consensus facit matrimonium, an cõsensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an vterque. Si cohabitationis consensus matrimonium facit; tunc frater cum sorore matrimonium potest contrahere; si carnalis copulæ, inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria se uirginem perseueraturam. Vnde ait Angelo:* (Luc. 1) *[Quomodo* [a] *fiet istud, quoniam virum non cognosco? Idest, me non cognituram proposui. Neque enim quia tunc virum non cognoscebat: necesse erat inquiri, quomodo posset filium habere: sed quia nunquam se cognituram proposuerat.¶ Si ergo contra suum propositum postea consensit in carnalem copulam: rea facta est voti virginalis* [b] *mente, & si non opere* † *violati. Quod de ea sentire nefas est: sed sicut Aug. ait.*

† al. corpore

Sent. 4. dist. 30.

C. III.

Beata Maria proposuit se seruaturã votũ virginitatis in corde; sed ipsum votum virginitatis non expressit ore [c]. Subiecit se diuinæ dispositioni, dum proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinæ dispositioni; consensit [d] in carnalem copulam non illo appetendo [e], sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo. Postea vero filiũ genuit, & quod corde conceperat, simul cum viro labijs expressit, & vterque in virginitate permansit. ¶ Consensus [f] ergo cohabitandi, & indiuiduam vitæ consuetudinẽ retinendi interueniens, eos coniuges fecit. Indiuidua vero vitæ consuetudo est talem se in omnibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est, & econuerso. Ad indiuiduam itaq; consuetudinem pertinet, absq; legitimi consensu viri, & orationi aliquando non posse vacare, nec continentiam profiteri. Quia ergo iste consensus fuit inter eos; patet eos coniuges fuisse.

Hactenus magister

¶ *Caput hoc in vetustis exemplaribus coniunctum est superiori: & videtur à collectore ex varijs locis B. Augustini potissimum ex libello de virginitate confectum.*

c ¶ Ore.] Expressio .n. oris in voto multum operatur, ut extra de uo. & uo. reda. litterarũ. arg. inf. ea. duobus, in fi. argu. de pœ. dist. 1. magna. in princ. uidetur tamen ꝙ quo ad Deum nõ sit neccessaria oris ꝓfessio. 22 q. 5. humanæ. & cap. cauete & 24 q. 3. si quid. sed tamen secus est in uoto tacito, q̃ expresso. nã, dicit lex ꝙ si legaui tibi decem, si uolueris, tale legatum nõ trasmittes ad heredes, nisi primo expresseris te uoluisse secus uero est si legauero, tibi x. pure: qa illud transmittes. ff. de leg. 1. si ita legatũ sit § illi si uolet. immo nec uotum dicitur conditionale ubi cõditio subintelligitur, ut ff. de condit. & demon. conditiones, quæ. lo.

Votũ quoddam est expressum, quoddam tacitum.

[Ioannes Chrysostomus,] *idest auctor operis imperfecti, hom. 32. in Matth.*

PALEA. C. IIII.

Iuo p. 8. c. 233

Omnis res per quascunque causas nascitur, per

ctiua matrimonij, ideo nõ sũt contrariæ leges illæ. C. de nupt. nec filiũ. ff. de ritu nup. nuptiæ. quæ dñt, ꝙ in matrimonio requirit cõsensus parẽtũ. Sed dic, ꝙ requiritẽ ex honestate, nõ ex necessitate. 30. q. 9. nrates. 1.

a ¶ Quomodo.] Licet hoc interrogaiset, nõ tñ dubita

a Ad hoc 32. q. 2. c. vl. ... uideas.

d ¶ Consensit.] Infra ea. prius quam.

e ¶ Appetendo.] Argu. ꝙ aliquis consentit in aliquid non tamen vult illud fieri. 8 q. 1. audacter. Vel dic sicut in gl. sic ergo patet.

f ¶ Consensus.] I. est, maritalis affectus.

Cum

CVm initiatur.] CASVS. Probat in hoc c. Amb. quod si matrimoniali consensu mulier cum uiro iúgatur, matrimonium est inter eos, etsi carnalis cómixtio nó interuenerit, vel defloratio uirginitatis. Sequens c. planum est.

a ¶ Cum initiatur.] i. icipit, & existit. Ex hoc sumpsit Gr. suá di. scilicet matrimonium aliud initiatú, aliud consumatum, vt inf. e. §. iuxta. Sed tu dic, quod hoc refertur ad actus, q cósiderant circa matrimonium, ná primo cósentit, postea cognoscit. Vel initiat quo ad significationé, ut dicemus ís. ea. quapter. non quo ad sui essentiá, cum matrimoniú sacratissima res sit, & quàm cito est perfectum, & cósummatú quo ad sui essentiá nec recipit sectionem nec interstitia temporum.

b ¶ Pactio.] id est, cósensus de præsenti.

c ¶ Non cum viri.] Argu. cótra extra de eo qui dux. in matr. significauit. nam ibi dicitur, quod copula carnalis facit matrimoniú: sed illud referas ad consumptionem, ff. de do. iter vi. & vxo. cum hic. §. si mulier. ff de rit. nup. l. 4.

d ¶ Coniuges veri.] Comparatiuus pro positiuo vel uerius, id est, sáctius, & honestius quá à coitu. sicut inter Mariá & Ioseph arg. 33. q. 5. quod Deo.

e ¶ Pria.] dicit H. quod vna fides, qua uir vxori, & econuerso dét mutuam seruitutem, & etiam castitatem. secundum hoc expone, prima fide, id est, primo à fide desponsatióis. alij dicút quod duæ sút fides. Prima est qua ei debet castitatem arg. 28. q. 1. c. ubi: Secunda qua mutuam seruitutem ei det: sed hoc non nisi post duos menses extra de conuersio. coniu. ex publico. & secundum priorē expositionem ex prima utrumq; debet, ut prædixi. vnde secundum eos primus coitus neque est gratuitus. nam statim post consensum mutuum de præsenti tenetur reddere debitum petenti ¹. habet, etsi alter exceptionem usque ad duos menses, per prædictam decre. nisi dicatur aliud speciale de duobus diebus, uel uno. 20. q. 5. sponsus. inf. ead. institutum. hoc tamé est certú, quòd post primú coitú statim iure tenetur tutis petitur coitus quandocunque placuerit. Ioann.

¹ Ad hoc facit quod no. inf. 36. q. 1. c. 2. in fi.

Mrimoniū est res sacratissima.

Fides inter cóiuges est duplex.

easdem † dissoluitur. Matrimonium. n. nó facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo, qui dimittit coniugem suam, & aliam non accipit? adhuc maritus est. Nam & si corpore iam separatus est; tamen adhuc uoluntate coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit; tunc planè dimittit. Non ergo quid dimittit, mœchatur: sed qui alteram ducit.

su. e. matrimonium. ext. de reg. iur. iur. c. 1.

† al. ipsas] orig.

¶ *Palea hæc est in multis vetustis codicibus. Initium vero vsq; ad ver.* Matrimonium. *est regula prima de regulis iuris quæ est in Decretalibus. Verba autem homiliæ 32. sunt hæc:* omnis res, per quas causas nascitur, per easdem absoluitur. Matrimonium, &c.

Item auctoritate probantur esse coniuges: ait enim Ambrosius in libro de institutione virginis, c. 6.

¶ Coniugalis pactio, non virginitatis defloratio coniugium facit. C. V.

CVm initiatur [a] coniugium; tunc coniugij nomē asciscitur. Non enim defloratio uirginitatis facit coniugium, sed pactio [b] coniugalis. Deniq; cum iungitur puella; coniugium est: non cum uiri † [c] admixtione cognoscitur.

Sent. 4. dist. 27. Ans. l. 10. c. 1. Iuo p. 8. c. 2. Pann. l. 6. c. 14. Poly. l. 6. tit. 4.
† al. virilis] or.

Item Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 7.

¶ A prima fide desponsationis coniuges uerius apellantur. C. VI.

COniuges uerius [d] appellantur à prima [e] desponsationis fide: quamuis adhuc ignoretur inter eos coniugalis concubitus.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 3. Pann. l. 6. c. 15.

PALEA. C. VII.

QVòd conditio interposita non valeat, ex concilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abest ab omnibus collatis exemplaribus, duobus exceptis: in quorum altero emendatiore ponitur tanquam summa seq. c. In neutro autem ad finem capitis præcedentis erant verba illa,* Itē ex concilio Africano, *& ideo sublata sunt.*

[Deo eodem.] PALEA. C. VIII.

QVicunq; sub conditionis nomine aliqua desponsauerit, & eam postea relinquere voluerit: dicimus, quòd conditio frangatur, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.

Extra de condi ti. appos. capi. quicunque.

¶ *Hæc palea etiam in Decretalibus tit. de cond. apposi. c. quicunque. & in collectione in quinquaginta partes diuisa (quæ in tomis conciliorum est post decreta Alexandri iij.) par. 6. c. 5. citatur ex concilio Africano. Sed in eo quod extat, non habetur.*

Item Augustinus de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. c. 11.

¶ *Sic est restitutum ex Iuone, cum antea citaretur, liber de bono coniugali.*

Con-

COniunx.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ Maria habuit uerum nomen coniugis, & non mendax: quē Ioseph non cognouerat, nec fuerat cogniturus: qui fuit pater Christi, & maritus matris eius: sed utrumque fuit mente, & non carne. [Vocatur,] beata uirgo. Non co-

ligatur, id est bonum quod est matrimonium: quia sacramentū matrimonij (vt dicit) nihil aliud est quam ipsum matrimoniū. Sed dic ꝙ sacramētum matrimonij dicitē hic inseparabilis coniunctio animorum: [uel etiā mutua seruitus: quorū vtrūq; est bonū matrimonij. sine his autē bonis matrimoniū cōtrahi nō pōt, postea vero sine his esse pōt

¶ De eodem. C. IX.

Sent. ibidem. Iuo p. 8 c. 14. Paun. l. 6. c. 16.

† al. ex

COniunx vocatur [a] à † prima fide desponsationis: quam concubitu non cognouerat Ioseph, nec fuerat cogniturus: nec perierat † nec mendax manserat coniugis appellatio: vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis commistio, *& infra.* ¶ Propter quod fidele [b] coniugium parentes Christi vocari ambo meruerunt, non solum illa mater, verum etiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius, vtrumque mente, non carne.

† al. peierauet.

Idem in eodem libro, & capite.

¶ Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Christi. C. X.

Sent. 4. dist. 30. Iuo p. 8. c. 15. Pann l. 6. c. 30. Ibidem c. 12.

OMne [c] itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentum [d]. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullū diuortiū [e], solus ibi nuptialis concubitus non fuit: quia in carne peccati fieri non poterat [f] sine vlla pudenda carnis concupiscentia, quæ accidit ex peccato: sine qua concipi voluit, qui futurus erat sine peccato.

Deut. 22.

Item in Deuteronomio præcepit Dominus Moysi dicēs, [Si quis sponsā alterius in agro oppresserit, morte moriatur [g]: quia vxorem alterius violauit.] ¶ Item in legibus principum sponsa iubetur lugere [h] mortem sponsi, tamquam viri sui.

Item in canonibus inuenitur.

¶ Frater sponsam fratris post eius mortem ducere non potest. C. XI.

inf. ead. si quis.

j SI quis desponsauerit sibi aliquam, & præueniente mortis articulo eam cognoscere non potuerit; frater eius non potest eam ducere in vxorem.

Item Gregorius Mauritio Imperatori ob quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatā duxit vxorem

[Non cognouerat.] Ioseph.

a ¶ Vocatur.] Sup. 33. dist. c. vlt.

b ¶ Fidele.] Id est, ex fide: non tamen usu carnis consistebat.

d ¶ Sacramentum] Id est īseparabilitas ad tempus enim nō potest cōtrahi matrimoniū, vt 32. q. 2. solet. sicut nec filium adoptare ad tempus possum. ff. de adop. l. si quis. Ioan.

Matrimonium ad tēps nō cōtrahitur.

e ¶ Nullum diuortium.] Immo inseparabilis cōiunctio animorū. inf. ea §. ecce. contra ibi dicitur, inter Mariā & Ioseph fuit diuortiū sed ibi improprie fuit diuortiū, scilicet corporalis separatio causa honestatis tantū facta: proprie autē diuortiū est separatio corporalis, quæ causa delicti fit.

Diuortium quid proprie significat.

f ¶ Non poterat.] Hic colligitur, ꝙ potius non pōt esse cum vxore sine peccato. argu. 33. q. 4. vir cū propria. Argumē. cōtra 12. distin. nerui. De hoc dicemus 33. q. 4. vir cum propria.

g ¶ Moriatur.] 34. q. 2. non satis.

h Lugere.] Id est, intra tēpus luctus non contrahere, & insignia luctus deferre. Et est multiplex causa quare prohibetur contrahere intra tēpus luctus, ne fiat perturbatio sanguinis, propter incertitudinē, quia nesciretur cui partus illo tempore editus ascriberetur. arg. ff. de his q. not. infa. liberorū & C. de repu. consensu. Altera est maritalis reuerētia. arg. C. de secun. nup. l. 2. Tertia est ne qua causa malignę suspicionis prætereatur secundo uiro. in auth. de restit. & ea. quæ parit. §. ult. coll. 4. tempus autem luctus est xij. mēsium. C. de secun. nup. l. 2. hodie diminutus est fœminis luctus iste. non enim compellentur tristem habitum deferre. C. de his qui not. infa. decreto.

Mulier intra tēps luct⁹ certis ex causis contrahere prohibetur.

OMne itaque.] CASVS. Dicitur hic ꝙ in nuptijs Mariæ & Ioseph fuit omne bonum nuptiarū, scilicet proles, fides, & sacramentum. Proles, scilicet Christus. Fides castitatis. Item sacramentū, quia inter eos fuit inseparabilis coniunctio animorum: & inter eos nullum diuortium interuenit: solum carnale commercium defuit inter eos: quod sine peccato fieri non poterat: sine quo ipsum decuit nasci, qui sine peccato erat futurus. Sequens cap. patet: quod potest intelligi non solū de sponsa de præsenti, sed etiam de sponsa de futuro: & tunc interuenit publicæ honestatis iustitia.

Matrimonij bona sūt tria q. l. c. quid dicat Gādulphus.

c ¶ Omne.] Gandulphus dixit duo esse tantum bona matrimonij, scilicet fidē & prolem. sed ipsum sacramē tum nō esse bonum matrimonij, nisi intrāsitiue intel-

SI quis.] Hoc cap. intelligitur de sponsa de præsenti: aliter non faceret ad propositum: quia sponsa de futuro non est uxor. quod tamen sequitur quod non possit duci à fratre, obtinet etiam in sponsa de futuro: dum tamen post vij. an. facta sit desponsatio: aliàs secus: extra de despon. impu. litteras &c. accessit. & hoc causa est impedimentum publicæ honestatis iustitia i, non affinitatis, quia illa non est nisi interueniat carnalis copula, infra ead. capit. lex diuinæ.

i Quæ quidē impedit matrimonium. & dirimit. et vt patet i ... qd leg & no. ext. qui fi. s. sint leg. rete ren. e. & ... desp. impu. duo pacti.

Qui de-

C. XII.

QVi desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium; anathema sit ipse, & oẽs cõsetientes ei: quia secundum legem Dei mori decernitur. ¶ Nã diuinæ legis est mos sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio, [Accipe Mariam coniugem tuam.] Et illud in Deuteronomio, [Si quis cuiuslibet hominis desponsatam puellam in agro, vel in quolibet loco oppresserit, vel abduxerit in domum suam; moriatur [a]: quia vxorem proximi sui violauit:] non quæ iam vxor erat [b], sed quæ à parentibus vxor fieri debebat. *& infra*. ¶ Sicut nulli Christiano licet de sua consanguinitate, vel quam cognatus suus habuit in matrimonium assumere; ita & de consanguinitate vxoris suæ.

Sent.4. dist.27. Ans.l.11.c.93. Poly.l.6.tit.4. Leuit.20 Matt.1. Deu.22. If.35.q.2.nullã

¶ *Apud Anselmum ante hoc caput est hic titulus rubris litteris dedescriptus*, Capitula beati Gregorij doctoris de linea consanguinitatis edita. *Postea vero est hic alius titulus nigris litteris descriptis*, Mauritio Imperatori ob delatum quendam comitem, qui nepotis sui mortui desponsatam uirginem duxit uxorem *Deinde sequitur*. Qui desponsatam, &c.

Item Hieronymus.

¶ Vxore mortua licet viro aliam ducere, sed non repudiatam, vel desponsatam. C. XIII.

ADditur [c] aliud quartum coniugium legitimum. Dũ mortua fuerit vxor cuiuslibet, licet illi accipere aliã, sed non repudiatam, nec desponsatam viro, sed liberã: similiter debet & mulier. Vnde & Paulus ait, [Mulier, quę sub viro est, ligata est sub lege viri, quamdiu viuit vir eius.] Viro igitur viuente vocatur adultera, si iuncta fuerit alij viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri: ita vt non sit adultera, si coniuncta fuerit cum altero viro [d].

Iuo p.8.c.41. Pann.l.6.c.34. Rom.7.

¶ *Ab Iuone ante hoc caput refertur caput, tria infra 36.q.2. Neutrum tamen apud B.Hieronymum est inuentum.*

Item Gregorius.

¶ Post mortem alicuius nullus de eius consanguinitate sponsam accipiat. C. XIIII.

ij SI quis vxorem desponsauerit [e], vel eam subarrhauerit [f]; quamquam postmodum pręueniente die mortis eius nequiuerit eam ducere [g] in vxorem; tamen nulli de cõsanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Quòd si inuentum fuerit factum; separetur omnino.

Sent. ibidem.

Item Iulius Papa.

¶ *Sic est emendatum ex manuscriptis, & Magistro. Nam in vulgatis erat*, Iulianus. *In Polycarpo autem citatur*, ex concilio Tributiensi à Iulio Papa confirmato. *In quo titulo subest aliquod mendum.*

QVi desponsatam.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod nullus ducat in vxorem sponsam alterius: nec consentiat ducenti: alioquin excõicetur. In secunda parte dicitur, ꝙ nomine sponsæ intelligitur vxor: quod probat Gregor. primo per Euangeliũ: secundo per Deuteron. In tertia parte ostendit, ꝙ nec consanguineam, nec affinem debet quis ducere in vxorem. Secunda pars incipit ibi, [Nam diuinæ.] Tertia ibi,] Et inf. [Non quæ,] Verba sũt Gregor. [Vxor erat,] Id est, carnaliter cognita. [A parentibus fieri,] id est, coniungi & tradi sponso. [Vxor,] id est, carnaliter cognoscenda.

a ¶ Moriantur.] 34.q.2. non satis.

b ¶ Iã vxor erat.] Id est, carnaliter cognita, & sunt uerba Gregorij.

ADdit.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ pter tres species matrimonij positas inf. 36.q.2. tria. cuiꝰ pars est hoc ca. addit hęc quarta species, scilicet, cum quis mortua uxore sua, uxorẽ recipit non repudiatam, uel desponsatã alteri, sed absolutã. Idem dicitur de muliere, quæ si uiuente viro contraheret, adultera esset, ut probat auctoritate Pauli.

c ¶ Additur.] Hoc c. continuatur illi 36. quæst.2. tria. & capi. nullus.

d ¶ Cum altero uiro] non cõsanguineo prioris.

SI quis uxorem.] CASVS. Hoc cap. & sequen. per se patent: & possũt intelligi de sponsa de pręsẽti, uel de spõsa de futuro. & secũdũ hoc erit ibi publicæ honestatis iustitia. Seq. § patet: & allegat à modo Gratia. ꝑ parte contraria

e ¶ Desponsauerit.] Videtur ergo ꝙ alterum istorũ per se sufficiat ad hoc ꝙ sit matrimoniũ: & ita p arrhas probantur sponsalia. Sed dicendum, uel, id est, etiam subarrhauerit pręcedente desponsatione. Vel dic ꝙ alterum sufficit: quia & si subarrhat, licet non consentiat, pręsumitur pro sponsalibus & matrimonio, donec probetur contrarium. argu. 27. dist. quod interrogasti. & 30. q.5. nostrates. & c. fœminæ. nec refert an verbo vel facto declararet quis volũtatem suam. 23. dist c. 1. fit autem hæc subarrhatio per immissionem annuli, licet non consentiat semper: quia est signum amoris. Dicitur de hoc 30. quęst.5. nostrates. & c. fœminę.

Volũtas verbo aut facto declarari potest.

f ¶ Subarrhauerit.] Extra de pręsum. illud. contra.

g ¶ Ducere.] Id est, carnaliter congnoscere.

Si quis

a SI quis.] ¶ Alijs.] Puta frigiditate vel ex maleficio. & ita idem iuris est siue desponsatio interueniat de solo facto, siue de iure. & ita si quis desponsauit cōsanguineam suam, vel aliquā aliā, cum qua ipse cōtrahere nō possit, & separat ab ea, nullus de cōsanguinitate

periculum, nec est contra extra de spon. iuuenis. nam ibi post septennium tentauit, &c.

HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars q. in qua probat, quod non sit uxor, si carnis commixtio non interueniat: nam si esset vxor, non posset intrare monasteriū illo incōsulto. spōsa potest uiro etiam cōtradicente, & inconsulto. & hoc probat per. 19 capita. Ioan.

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 4.

¶ De eodem. C. XV.

iij SI quis desponsauerit vxorem, vel subarrhauerit, & siue præueniente die mortis, siue irruentib. quibusdam alijs [a] causis, minimè eam cognouerit; neque eius superstes frater, neq; vllus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.

2 *His omnibus auctoritatibus probatur isti esse coniuges. Sed Augustinus testatur contra, dicens.*

Sent. 4. dist. 26. Pann. l. 6. c. 144

¶ Non est inter eos matrimonium, quos non copulat commixtio sexus. C. XVI.

NOn est dubium illam mulierem nō pertinere ad matrimonium [b], cum qua commixtio sexus non docetur fuisse.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum: & videtur summa seq. c.*

Leo epist. 90. ad Rusticum, c. 4.

Item Leo Papa seq.

Sent. ibidem. Burc. l. 9. c. 1. Iuo p. 8. c. 74. & Pann. l. 6. c. 21. Cap. l. 7. c. 105.

¶ Illa mulier non pertinet ad matrimonium, cum qua non celebratur nuptiale matrimonium. C. XVII.

CVm societas [c] nuptiarum ita à principio sit instituta, vt præter commixtionem sexuum non habeant in se nuptiæ coniunctionis Christi, & ecclesiæ sacramentum [d]; non dubiū est illam mulierem non pertinere ad matrimoniū, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministerium [e].

¶ *In codicibus epistolarum Leonis impressis, & manuscriptis in epistola 90. al. 92. ad Rusticum, c. 4. itemq; apud Burchardum, & Iuonem longè aliter habet hic locus.* Cum societas, inquit, nuptiarum ita ab initio constituta sit, vt præter sexuum coniunctionem haberet in se Christi, & ecclesiæ sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. *Verum, vt respondeat verbis Gratiani, qui manifestè vtitur hoc loco deprauato, item quo Magistri, & glossæ, & posteriorum doctorum, nihil est in textu mutatum.*

[*Benedictus seruus seruorum Dei, Gradensi patriarchæ salutem, &c.*]

PALEA. C. XVIII.

† al. sedem

LEx diuinæ constitutionis Apostolicam cathedram †

NOn est dubiū.] CASVS. Carnalis legebat hoc ca. de arctata: sed H. & Bene. intelligūt hoc ca. de quaubet matrimōnialiter ducta: & quod dicitur ibi nō pertinere ad matrimonium, .i. ad aliquod, vel quodlibet sacramentum matrimonij, quod significat cōiunctionem Christi, & ecclesiæ, quę cōiunctio facta fuit i utero uirginali. Sequens ca. per te uidebis, quia planū est: & exponit illud capitu. non dubium. Sequitur postea quædam palea, quæ sic incipit, [Lex diuinæ.] quæ in scholis non legitur. Et §. qui postea sequitur, scilicet [Itē Apostolus,] planus est.

b ¶ Ad mrimoniū.] Quia habet in se sacramentū coniunctionis Christi, & ecclesiæ, & animæ fidelis ad Deum per charitatē. inf. ea. ca. seq. ext. de biga. debitū. Quidam intelligunt hoc c. de arcta: & exponunt nō fuisse, id est, esse non potuisse propter arctationē. Ioan.

c CVm societas.] Sic matrimonium se habet ad instar societatis. ar. extra de spon. preterea pōt ergo matrimonium contrahi per absentes, sicut & societas, ff pro soc. l. quarta, argumen. 30. quæstio. 5. nec illud. & ad instar societatis se habet, extra de spon. preterea. Et est argu. quod matrimonium non fuit institutum per illa verba. Hoc nunc, &c. sed per illa, quæ societatem designant: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit, &c. & ita intelligitur illud c. extra de don. inter uirum, & uxo. significauit. ubi dr, quod ea quæ lucrantur vir, & vxor, cōiter obueniunt eis. Et est si ff. rerum amota. l. 1. ubi dr, quod vxor domina est, & socia rerum ipsius uiri. sed domina dr, quia non potest agi furti, licet furtum committat.

Mrimoniū inter absentes cōtrah. §.

d ¶ Sacramentū.] Duo sunt sacramenta: unum Dei & animæ: aliud Christi, & ecclesiæ. Dei & animæ, sponsis Christi, & ecclesiæ inter uirum, & uxorem, ut infra ea. in omni. & extra de biga. debitum.

e ¶ Nuptiale ministerium.] id est, carnis commerciū.

nitate sua eam ducere pōt: & ita monachus poterit impedire consanguineos suos, licet frigidus natus sit, quod concedit H. & hoc satis potest concedi, quod siue sit monachus, siue frigidus, siue deuotus, siue sectus, quod sponsalia illius impediunt matrimonium. arg. extra de spō. ad audientiam 1. nam pp desponsationem, quæ nulla est, notatur quis infamia. ff de his qui no. infa. quid ergo. §. cum autem extra de biga. nuper. unus tamen casus excipitur, quando intra septennium facta est desponsatio extra de despon. impu. accessit. Item in alio casu non impediunt sponsalia de facto sequens matrimonium, ut extra de eo qui dux. in matrimo. significauit. Sed quæ ratio est, quare sponsalia, quæ nulla sunt impediunt matrimonium? Et potest dici sufficere ita scriptū esse: vel ideo, quia quandoq; probaretur monachus qui non esset in rei ueritate, uel frigidus: & ita esset ibi

Sponsalia quę sunt nulla, impediunt matrimonia. 2 Vbi dr sententiam approbare: tū sub dubio forte: sed ibi Vinc. hoc reprobat indistinctè.

totius posuit orbis terrarũ magistram; ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea ratio eiusdem requiratur. Affatus est autem nos suis litteris eiusdem cathedræ sessorem, ac percunctatus est quidam uestras† nomine Ioannes pro connubio filiæ suæ superstitis: cuius soror defuncta cuidam iuueni, Stephano nomine, simplicibus verbis fuerat despõsata, et antequam ae nuptias perueniret, morte præuenta; utrum scilicet cum eodem iuuene possit matrimonium celebrari superstitis filiæ, necne. Namque testatus est huius rei rationem apud vos haberi ambiguã. Quam Deo docente reddimus his verbis certissimam. Protoplastus ille, radix, & origo nostra detractam sibi costam in mulierem uidens formatam, prophetico spiritu inter alia protulit: [Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne una.] Quibus uerbis innotuit non aliter uirum & mulierẽ posse fieri unam carnem, nisi carnali copula sibi cohæreant. Qui ergo nequaquam mixtus est extraneæ mulieri fœdere nuptiali; quo pacto per nuda sponsionis verba possunt una caro fieri, nullatenus valemus intueri. Propinquitas enim sanguinis uerbis dicitur, non uerbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem, quòd† nullam facit sanguinis commixtionem. Quoniam uero ita prorsus sese habet res Ioannis istius, ut uelit secundam filiam illi nuptijs copulare, cui primam iam decreuerat desponsare: censura Apostolici α magistratus mandamus hoc absq; ullius criminis utio posse fieri, si vtriusque partis sederit voluntati β. Nam cur prohibeatur, quod prohibendum† nunquam sancta scriptura declarat? Sed neque mundanæ leges connumeratis personis quæ inter se nuptias non contrahunt γ, de huiusmodi aliquid dicunt. Ne ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis†.

† al. vir

Gen. 2.

† al. quia

† al. prohibitũ.

† al. mõstratis.

¶ *Palea hæc habetur in plerisque manuscriptis. Est etiam in prima coll. ctione Decretalium Bernardi Papiensis. & in altera collectione in quinquaginta partes diuisa (quæ est inserta tomis conciliorũ post decreta Alexandri III.) par. 6. c. 27.*

α ¶ Apostolici.] *In tomis conciliorum est*, censura Apostolica *in collectione prima Decretalium*, censura Apostolici magisterij.

β ¶ Si utriusque partis sederit uoluntati.] *Hæc non sunt in collectione concilijs inserta.*

γ ¶ Non contrahunt.] *In aliquot vetustis, & in prima collectione Decretalium legitur*, nuptias contrahunt, *in altera autem collectione*, quibus inter se nuptias contrahere non licet.

Item Apostolus[a] *præcepit, vt vxor reddat debitum viro, & vir vxori, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt expeditius vacent orationi. Vnde datur intelligi, quòd sine consensu alterius non licet alteri vacare orationi.* ¶ *Item propositum melioris vitæ vir sumere non potest sine consensu vxoris, & econuerso.*

1. Cor. 7.

Vnde Gregorius scribit Theotistæ patriciæ, li. 9. ep. 39.

¶ Causa religionis coniugia solui non debent.

C. XIX.

Sent. 4. dist. 27. Ans. l. 10. c. 18. Iuo p. 8. c. 129. Pan. l. 6. c. 78.

SVnt, qui dicunt religionis causa coniugia dére dissol-

ITEM APOSTOLVS. Palea, q̃ hic solet esse, est contraria his, quæ diximus supra ead. si quis despõsauerit. sed loquitur cum pater promiserat filiam illi: sed ille non desponsauerat eã: & quod dicitur despõsata. id est, promissa simplicib. uerbis patris, illa nõ cõsentiẽte γ. Et hoc colligitur ex eo quod dicitur circa finem: decreuerat desponsare: vel intra septenniũ desponsauerat.

γ Nec tacitè nec expressè. sic vĩ intelligere in no. pur no. ex. de despon imp. c. 1. qd̃ dic ut ex l. 6. e. tit. si infantes. §. porro. cũ dunb. §§. sequen.

a ¶ Itẽ Apostolus.] ab hoc loco vsq; ad §. ecce. allegat, q̃ neuter coniugum sine consensu alterius potest transire ad religionem: exinde usq; ad §. cum ergo Maria. probat q̃ uterq; spõsorum potest. Et ex his cõcludit ibi, q̃ inter spõsum & spõsam nõ est coniugiũ.

ITEM PROPOSITVM. CASVS. Adhuc probat Grat. inter spõsum, & spõsã non esse matrimonium. Quòd sic probat. nam uir sine cõsensu vxoris non potest ingredi religionem. Et hæc est propositio, quã probat vsque ad §. [Ecce.] Sed spõsus hoc facere potest, vt in §. [Ecce:] Et hæc est assũptio, qua probat vsque ad §. [Cum ergo.] ibi concludit inter sponsum & sponsam non esse matrimonium.

SVnt qui dicunt.] CASVS. Hoc cap. diuiditur ĩ duas partes. In prima parte Gre. reprehẽdit quosdam, qui dicebãt matrimonia ꝓpter religionem; esse dissolui, quia lex humana hoc permittebat. sed dicit Greg. hoc nõ esse uerũ, quia etsi lex humana cõcedat lex tñ diuina hoc prohibet. Quod probat duabus auctoritatib. Dñi. Nam cum uir, & uxor sint una caro, non debet alter ad religionem transire, & alter in sæculo remanere. In secunda

cunda parte dicitur, quod si ex consensu ambo eligant cõtinere, & uitã ducere religiosam causa maioris meriti uel propter emendationẽ præteriti delicti, hoc facere possunt: sicut multi Sancti fecerunt. Sine consensu autem vtriusque hoc fieri non potest. Quod probat aucto rita-

e ¶ In pollutione.] Arg. quod uno intrante monasterium possit alter coniugum in sæculo remanere, dũmodo in castitate uiuat. non. n. uidet esse causa prohibitionis nisi pollutio. causa ergo cessante cessabit prohibitio, quod verũ est, si est senex, ut extra de conuer. coniuga. cum sis prædictus.

Monasteriũ intrãte uno coniugũ, an possit alter in sæculo remanere.

ui. Verum sciendum est, quia & si hoc lex humana [a] concessit; lex tamen diuina [b] prohibuit. Per se enim veritas dicit: [Quod Deus coniunxit homo non separet.] Qui etiam ait: [Non licet dimittere vxorem, excepta causa fornicationis.] Quis ergo huic cœlesti legislatori [c] contradicat? Scimus, quia scriptum est: [Erunt duo in carne vna [d].] Si ergo vir & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir vxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel etiam fortasse ad illicita (vota †) migrantem; quæ est ista conuersio [α], in qua vna eademque caro ex parte transit ad continentiam, & ex parte remanet in pollutione [e]? Si vero vtrisque conueniat continentem vitam ducere, hoc quis audeat accusare? quando certum est, quòd omnipotens Deus, qui minora [f] concessit, maiora [g] non prohibuit. Et quidem [β] multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem vitam duxisse, & postmodum ad sanctæ ecclesię regimina migrasse. Duobus enim modis sancti viri etiam à licitis solent abstinere: aliquando, vt merita sibi apud Deum omnipotentem augeant: aliquando, vt anteactæ [h] vitæ culpas detergant. *& infra*. ¶ Proinde cum boni coniuges aut meritum augere desiderant, aut anteactæ vitæ culpas delere, aut se ad continentiam adstringant, & meliorem vitam appetant, licet. Si vero continentiam, quam vir appetit, vxor nõ sequitur, aut quam vxor appetit, vir recusat; diuidi coniugium non potest †: quia scriptum est: [Mulier potestatem sui corporis non habet, sed vir: similiter & vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.]

Math. 19
Gene. 2
† abest a plerisque cod.
† al. licet
1. Cor. 7.

α ¶ Conuersio.] *In originali est*, ista migratio, vel conuersio.
β ¶ Et quidem.] *Hæc sunt restituta in suum locum, quæ antea transposita fuerant inter verb.* licet, *& versi.* si vero.

f ¶ Minora.] Hoc tenet in honoribus, ut supra 95. dist. illud supra 24 quæstio. 1. miramur.
g ¶ Maiora.] Nõ in honoribus, ut supra dis 50. qui sub gradu & est si. 16. quæst. 2. uisis. B.
h ¶ Anteactæ.] Et nõ ne hoc casu augẽt sibi merita; sic. faciũt enim utrumque: sed in ipso non delent culpans. Item nõne coniuges commiscẽdo augent merita sibi? sic 1, sed non tantũ: nec ita expedit e 2 licet quidam dicant quod cum commiscentur, & causa reddẽdi debiti uel prolis, nõ merẽtur prçmiũ, sed minus supplicium: sed hoc improbatur infra 33. quæstio. 5. si dicat Io.

Cõiuges an commiscẽdo mereanẽ.
1 Vt 33. q. 1. c. 1.
2 Vt inf. 33. qõ. 4 Christiano.

Idem Leoni episcopo Catanensi, lib. 3. epist. 34.

¶ Absque viri consensu monasterio mulier deputata ad eius consortium non prohibetur redire.

C. XX.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem [i] tenuisse, vt subdiaconi suis licite [k] miscerentur coniugibus. Quod ne denuo quisquam

31. d. c. multorũ
Ans. l. 7. c. 138.
Poly. 4. tit 31.

MVltorum.] CASVS. Hugo. hũc casum sic ponit, & latius & melius quàm Bene. sic dicens, Olĩ cõsuetudo erat in Sicilia, quod coniugati promouebantur in subdiaconatum nõ præmissa continentia, & simul utebantur matrimonio cõtracto & officio ecclesiastico: quod postea à Pelagio prædecessore Greg. fuit prohibitum sub alternatione, s. ut alterutro essent contẽti: scilicet consortio uxoris, & cessarẽt ab officio subdiaconatus: uel retinerent officium subdiaconatus, & cessarent a cõsortio uxoris propter quam constitutionem Speciosus subdiaconus, de quo hic habetur, retento usu coniugis dimisit officium subdiaconatus: postea eo mortuo, relicta eius nupsit alij, quam episcopus separauit à marito, & retrusit in monasterium, scribit ergo Greg. illi episcopo, & præcipit, vt si ita veritas se habet, eam extrahat de monasterio: & reddat marito. quia et legitime nubere potuit.

ctoritate Pauli ad Corinth. Secũda pars incipit ibi, [Si vero.]
a ¶ Humana.] In authen. de nupt. §. distrahuntur. col la 4.
b ¶ Diuina.] Sup. dist. 10. c. 1.
b ¶ Diuina.] Quæ tunc demum locum habet cum carnalis coniunctio vna caro est. extra de conuer. coniug. ex publico.
c ¶ Latori.] idest, Christo, cui nullus resistere potest. 12. q. 3. secundum. 19 q. 2. duæ. Io.
d ¶ Vna.] Fictione iuris vir & vxor una caro sunt. vel erunt duo in carne vna, idest, in vno carnali opere, idest, ad vnam carnem. vel, idest ad vnã prolem procreandam? Sic & fornicarij dicũtur vna caro. inf. 32. q 4. in e.

i ¶ Consuetudinem.] Contra 31. dist. ante triẽnium. in prin. sed ibi loquitur post prohibitionem & dicit B. quod Pelagius fecit tantum unam cõstitutionem sua difiua ... ne, & illam retractauit Greg. vt ibi notaui. H dicit quòd duas fecit, vnam pure, quæ ibi reprobatur: aliam quam hic tangit non reprobando.
k ¶ Licite.] Ante subdiaconatum ductis: quia nec tempore

præsumeret; à seruo Dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris isto est modo prohibitū [a]: vt eodem tempore hi, qui iam vxorib. fuerant copulati, vnū ex duobus eligerēt, idest, aut certe [b] nulla ratione ministrare præsumerent, aut à suis vxoribus abstinerent. Et, quantum dr̄, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit [c] officio: & vsque in obitus sui tempus notarij [d] quidem gessit officium, & a ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. Post cuius obitū, quia relicta eius Honorata est marito sociata; à tua eam fraternitate in monasterio cognouimus destinatam. Ideoque, si, vt fertur, eius se maritus ab administratione suspendit [e]: antedictæ mulieri non debet [f] officere, quòd ad secundam coniugij copulationem migrauit: præsertim [g], si non tali mente subdiacono iuncta est, vt à carnis voluptatibus abstineret. Si ergo ita se veritatem, quemadmodum edocti sumus, habere cognoscis; prædictam te mulierem de monasterio per omnia conuenit relaxare, vt ad suum maritū sine aliqua possit formidine remeare.

Item Hadriano Pannormitano notario, lib. 9. epist. 44.

¶ Ad vxorem redire cogatur, qui sine eius consensu religiosam vestem suscepit. C. XXI.

AGathosa latrix præsentium questa est, maritū suum contra voluntatem suam in monasterio Vrbici abbatis esse conuersum. Quod quia ad eiusdem abbatis culpam, & inuidiam non est dubium pertinere; experientiæ tuæ præcipimus, vt diligenti inquisitione discutiat, ne forte cum eius voluntate conuersus sit [h], vel ipsa [i] se muta-

Sent. ibid. Ansl. 10. c. 19. Burc. l. 9. c. 48. Iuo p. 8. c. 186. Pān. l. 7. c. 84. Poly. l. 6. tit. 4.

Beneficium coniugatis antequam dicitur

Vxor dans viro licentiam promouendi vouere videtur.

Subdiaconus olim poterat coniugari

Maritus an possit religionem intrare solo consensu vxoris interueniente.

pore Apostolorum in subdiaconatu licet contrahere. 24. dist. cum in præterito.

a ¶ Prohibitum.] & male: quia nec poterat præcipere ꝙ abstinerent ab uxoribus, quas erāt legitime adepti: nec etiam ꝙ abstinerent ab officio: quia sine culpa non potest quis priuari officio. & ita fuit retractatū a Greg. 31. dist. c. 1. Dicit tamē H. ꝙ bn̄: quia abstinere ab uxoribus fuit eis idictum, si possēt habere cōsensum uxorū. Item dicit, ꝙ aliàs interdictū fuit ex causa ministerium, sed sine culpa: sicut & beneficium iterdicitur cōiugatis sine culpa, sed nō sine causa extra de cle. coniug. capitul. diuersis.

b ¶ Aut certe.] Arg. ꝙ id quod per se simpliciter imperari nō potest, sed persuaderi, ut cōtinentia. 32. q. 1. integritas. subalternatiue & disiūctiue imperari potest. 32. dis. lectores. Arg. contra ff. de conditio. instit. quę sub conditione. §. si quis.

c ¶ Suspēdit.] Tēpore phibitionis. & ita nō fuit adstrictus uoto cōtinentię uel expresse uel iterpretatiue. Unde est ar. eū, & uxorem eius, cōtinentiam nō uouisse.

d ¶ Notarij.] Argu. contra. 20. q. 3. eos.

e ¶ Suspēdit.] Secus ergo si se non suspēdit. unde mulier pręsumit uouisse. (quod concedo) eo ipso ꝙ licentiā dat viro promouendi. Sed quare separatur à viro secūdo, licet nō uouisset? quia uxor clerici debet se conuertere alicui religioni, ut arg. sup. 28. dist. quia sunt. & sic præsumebatur, & dicebatur de isto argu. contra. 20. q. 3. eos.

f ¶ Non debet.] Sup. 32. dist. seriatim. in fi. contra: ubi dr̄, ꝙ non pōt alij nubere post mortem primi. Sed ibi incepta erat iam continentia, in subdiacono: hic non. Non n. uouit nec expresse nec tacite, cum eius maritus non fuit promotus ad ordinem diaconalem, & in subdiaconali ordine bene licebat tempore huius Gre. adhęrere vxori uel contrahere: non postquam edidit illam constitutionem. 31. dist. ante triennium.

g ¶ Præsertim.] Id est, sic iuncta est cū subdiacono, ꝙ ipsa tunc fecerit votum, ꝙ post mortem eius cōtinere perpetuo. tunc enim non fuit matrimonium cum secundo. hoc secundum H. cuius opinionē notaui 32. dist. seriatim. sed secundum opinionem nostrā quam nos, sup. ea. q. 1. c. 1. falsū esse patet. nā ſm hoc ēt si expresse uouisset, nisi deuouerer se religioni, nō solēnizat: vbi dixi; nec separatur à uiro secundo. Io. & quocumq; modo dedit licentiam siue intrandi religionem, siue ordinem suscipiendi: non separabitur secundum matrimonium. Dic ergo hic pṡertim, maxime. nā præsumptionē induceret cōt. eā, nō tn̄ q̄ sufficeret ad separationē. H. vtrū autē dando licentiā intelligat solenniter uouere, no. 32. dist. seriatim. & 28. dist. si se cuiquā.

AGathosa.] CASVS. Maritus Agathosæ monasteriū intrauerat: uxor eius eū repetebat, sed ei non reddebatur: quare conquesta est Greg. scribit ergo Greg. Hadriano notario, ut cognoscat de hac cā: & si inuenerit ꝙ uoluntate illius intrauerit monasterium, uel ꝙ ipsa monasteriū ingredi promiserit, vel ꝙ ipsa fornicata fuerit, permittat illum in monasterio remanere: & à petitione uxoris absoluat, Si autem nihil eorū inuenerit ipsum etiam tonsuratum ad uxorem redire compellat: quia & si lex humana permittat matrimonium propter religionē dissolui: lex tamen diuina hoc prohibet, nisi causa fornicationis: cum post carnalem copulam unum corpus sint effecti.

h ¶ Conuersus sit.] Licet recipi non debuerit, nisi & vxor conuerteretur. sup. ead: sunt qui dicunt.

i ¶ Vel ipsa] Hic habes ꝙ consensus uxoris sufficit, licet ipsa expresse non uoueat, nec iuret religionē, ad hoc ut maritus possit intrare religionem, ut 33. q. 5. ꝙ vxorem. & expressum uidetur extra de conuer. cōiug. veniēs. &c. constitutus. nā dando licentiam uouere intelligitur, 32. dist. seriatim. 28. dist. diaconus. &c. si qua viduas. sed expresse contradicit, extra de conuer. coniu. c. 1. Quidam dicunt licentiam vxoris non sufficere nisi & ipsa intret religionem. & illud c. 33. q. 5. qui vxorē. intelligunt loqui de consilio. & quod hic dicit, si uero nihil horum, dicunt quod hęc dictio, horum, hic demōstrat hæc duo membra, scilicet crimen fornicationis, & hoc quòd ipsa se mutare promisit. & exponunt hic, uel pro &. Alij dicunt, quòd sola licentia sufficit, & dando licentiam intelligitur uouere, & cogitur intrare religionem. nisi sit vetula, ut extra eodem cum sis præditus. & intelligunt decret. primam prædictam. de conuersat. coniuga. de licentia extorta. Probabi-

liter

liter potest dici, quòd si mulier ignara iuris dedit licentiam, non intelligitur vouisse, & tunc potest maritum repetere. secus si ius sciuit. Io.

a ¶ Promisit.] Compellanda enim est, si se promisit futuram monacham. ar. 12. q. 2. quicunque suffragio 1. nisi maius periculum timeatur. extra qui cler. vel vo. venięs. Vel dic, promiserit se deuouendo religioni.

dere. ut 33. q. 5. una. sed ab ea exigere non poterit. arg. extra de conuer. coniug. quidam intrauit. quia quantu in se fuit, se voto adstrinxit. Sed nunquid ea mortua poterit abbas illũ repetere: uel iste poterit aliam ducere? Dicendum q abbas illũ repetere nõ poterit: quia votũ nullũ fuit, & nõ fuit monachus: non tñ aliam ducere poterit: quia quantum in se fuit se uoto ligauit. si tñ duxerit de facto, tenet, & erit matrimoniũ iter eos, ut extra ea. placet H. tamen contrarium dixit: & dixit quòd nõ esse decr. quæ est extra eo. quidam. Si autem aliquis de licentia uxoris suæ intrauit religionem: satis potest dici quòd mortua uxore, quæ eum repetijt, cogit reuerti ad monasteriũ: & si contraheret, nõ teneret matrimonium vt extra eo. ti. ex parte. Ioan.

g ¶ Conuersionis.] Ante iudicium ecclesiæ neuter potest intrare monasterium altero inuito, nisi cũ publice fornicata ẽ. tunc vir ea inuita potest intrare monasterium, sed non illa: sed facta separatione iudicio ecclesiæ secundum Hug. neuter tenetur alteri, & vterq. cessit iuri suo. arg. 7. q. 1. quàm periculosum. & ideo tunc dicit Hu. quod vterque intrare potest reliquo inuito. Illud autem Apostoli, Aut maneat innupta, aut recõcilietur: quod de dimittendo loquitur, intelligitur ante sententiam ecclesiæ. Ioan. sed auth. contradicit H. ut C. de adult. authen. sed hodie. B.

si mulier reducit virum de monasterio, & statim pœnitet, & vult itrare? vl q hoc facere possit ante carnis copulã. arg. ext. de côm. seruo. proposuit. ẽm Io. de Anch. Monasteriũ intrare an possit alter coniugum post copulã altero consentiente.

Melius facit 12. q. 2. scimus. ver. quicunque.

re promiserit. Et, si hoc repererit; & illum in monasterio remanere prouideat, & hanc, sicut promisit [a] mutare cõpellat. Si vero nihil horum [b] est, nec quondam †[c] fornicationis [d] crimen (propter quod uiro licet dimittere † uxorem) prędictam mulierem commisisse cognoueris; ne illius conuersio uxori relictæ in sæculo fieri possit perditionis occasio; uolumus, ut maritum suum illi, etiam si iã tonsuratus [e] est, reddere debeas [f] omni excusatione cessante: quia etsi mundana [a] lex præcipit conuersionis [g] gratia utrolibet inuito posse solui coniugium; damna tamen lex fieri non permittit. Nam, excepta fornicationis causa, uir uxorem dimittere [h] nulla ratione cõceditur: quia postquam copulatione coniugij, uiri atque mulieris vnum corpus efficitur; non potest ex parte conuerti, & ex parte in sæculo remanere.

† al. quod iam
† al. relinquere.

a ¶ Mundana.] *Habetur nouella 123. c. 58 ut est diuisa apud Iulianum.*

Item ex octaua synodo.

¶ Sine consensu vxoris, religionis propositum uir sumere non potest. C. XXII.

Sent. ibidem.
Polyc. ibidem.
Ans. l. 10 c. 20.
Burc. l. 9. c. 45.
Iuo p 8. c 183. & 220.
Pann. l. 6. c. 85.

iiij SI quis coniugatus [β] vult conuerti ad monasterium; non est recipiendus, nisi prius à coniuge castimoniã profitente [i] fuerit absolutus. Nam si illo uiuente illa per incontinetiam alteri nupserit; proculdubio adultera erit. Nec recipitur apud Deum eius uiri [k] conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. Tales igitur tunc sine culpa sequuntur Christum relicto sæculo, si habeant ex pari uoluntate castitatis consensum.

β ¶ Si quis coniugatus.] *Hęc usque ad versicu.* Nam si illo *habentur apud B. Basilium in regulis fusius disputatis, cap. 12. Bur-*

b ¶ Horum.] Scilicet, quod nec illa mutare se promisit, nec consentit, &c.

Vxor inconsulte dimissa est restituenda.

c ¶ Nec quondam.] Hic petiturio agebatur: & ideo excipit de fornicatione. alias primo restitueretur. ext. de rest. spol. conquestione.

d ¶ Fornicationis.] Publicæ, ut ext. de diuor. significasti. alias sine iudicio ecclesiæ dimissa restitueretur: nisi ipsa se spoliasset uagando cum adultero. Vel uerius dicas, q hic referebatur quæstio quomodo ipsa non erat spoliata: quia dicebatur q eius uolũtate itrasset religionẽ.

e ¶ Tonsuratus.] Secundum Hug. post mortem vxoris tenetur redire ad monasterium, nec ob decr. illa extra de conuer. coniug quidam. licet enim ingressus vel uotum non teneat quantum ad se, tñ monachus est, sicut extinctores spiritus sancti. licet enim extinguere non possunt quo ad se, tamen extinctores iudicantur. 1. q. 1. iudices, de consec. dist. 4. quæris. videtur tamen illa glo. sed nunquid, contraria huic. Ioan male dixit Hug cum iterum approbata sit in noua compilatione illa decret. quidam. B.

Spiritus sanctus extingui nõ pot. Marius religiosus ab vxore repetitus an possit debitum exigere.

f ¶ Debeas.] Sed nunquid iste redditus uxori, poterit ab ea exigere debitum a, uel ei exigẽti reddere? Dic q exigenti tenetur reddere quod enim suum erat, scilicet exigere, vouere poterat: sed non alienum, scilicet nõ reddere.

a Sed quid

h ¶ Dimittere.] Arg. q alter coniugum põt intrare monasterium altero cõsentiente etiam postquam sunt una caro effecti. Et hic habes duas causas hic, quib. post carnalem copulam vir potest separari ab uxore quantum ad reddendum debitum, & cohabitationem. s. fornicationem: tamen post separationem factam ab ecclesia, antea non, vt inf. 35. q 6. multorum & 33. q. 2. seculares, & uotum conuersionis tunc exigitur vt illa consentiat, & similiter conuertatur, & profiteatur, si est iuuenis: si vetula, saltem profiteatur perpetuam continentiam. ext. de conuer. coniug cum sis præditus.

SI quis coniugatus.] CASVS. Dicitur hic, q si aliquis coniugatus voluerit ad monasterium transire, non potest hoc facere sine licentia uxoris: quia non recipitur apud Deum viri conuersio, cuius sequitur coniugalis fœderis prostitutio. vnde si vxor postea nubat, adultera erit: licite ergo fieri potest de vtriusque consensu.

i ¶ Castimonia profitente.] Idest, transeunte ad religionem si est iuuenis. aliàs ille non est recipiendus. extra de conuer. coniug. cum sis pręditus.

K ¶ Viri.] Extra de conuer. coniug sane. & cap. coniugatus.

SI, vir.] CASVS Dicitur in hoc ca. quòd si vir & uxor causa religionis diuertere voluerint: hoc non debet fieri sine licentia episcopi: alterutro tamen inuito hoc fieri non potest. [Singulariter,] i. diuisim: quia in codē monasterio esse non debent. ita seq. duo c. plana sunt.

Coniugum separatio nō fit fine ecclesiæ auctoritate.

a ¶ Cōscientia.] Hoc generaliter obtinet, vt semper auctoritate ecclesiæ fiat separatio, vt 35. q. 6. multorum. su. 19. q. 2. duæ. contra ibi secus in clerico. si tamen sine auctoritate episcopi istud fiat, tenet, vt generaliter interpretatur consuetudo, uel eo casu exaudi cum volūt construere monasterium, in quo se conuertant sine licētia episcopi. argu. de consec. dist. 1. nemo. Ioan.

Damni dans causam, damnum fecisse videtur.

b ¶ Non soluitur.] Nisi postea alter velit ratum habere ingressum alterius, ar. 33. q. 5. mulier.

c SI tu abstines.] ¶ Licentiam.] idest, occasionem.

d ¶ Imputabitur.] Adeo quod secundum Io. de Fān. non poterit dimittere eam propter talē fornicationem: quoniam qui occasionē damni. & cap. sup. di. 50. studeat. & c. sæpe. & 1. qō. 1. placuit. Et est arg. pro eo i. in auth. ut li. ma. & autæ. §. qa uero plurimas. in fi. coll. 8. quod nō credo. ext. de diuor. significasti. licet em̄ det occasionem ille, ipsa tamen debet fidē seruare castitatis. arg. su. ea. Agathosa. & 23. q. 5. quod Deo. nisi eam tradat alij adulterandam. extra de eo qui cog cōsan. discretionem. ff. sol. mat. cum mulier. Dic ergo hic, tua abstinētia, idest, abstinenti tibi imputabitur peccatum, quod committit ei debitum denegando. Io.

a Sed ar. contra eum est expressum su. e. si quis. ibi, adultera erit: ubi Hu. ponit, & tenet quod ifr. sequitur in glo. item est ar. expressū. 32. q. 5. puto. Arc.

e QVia Agatho.] ¶ Coniugij.] sup. dist. 40. sicut. C. de epis. & cle. Deo. nobis. C. de agr. & censi. cum scimus. lib. 11. Ioan.

SCripsit.] CASVS. Casum istum sic pono. Thietberga postulauit à Nicolao Papa, vt licet sibi religionem intrare. quare Papa rescripsi: ei dicens, quod hoc potest facere si vir eius Lotharius similiter conuertatur. nec tunc facerent contra auctoritatem Euang. quia tales non separat homo, sed Deus: cum religionis intuitu ex consensu utriusque coniugis matrimonia dissoluan-tur: aliter autem fieri prohibetur. B.

f ¶ Dignitate.] Argu. quod hoc solo quod quis efficitur monachus, desinit esse Rex, vel Imperator, vel Papa, vel Episcopus. argum. 7. q. 1. hoc nequaquam, &c. Et est argum. quod ius regni non transit ad monasterium: sed ad successores sanguinis tantum, ubi per successionem habetur. sic de comitatu & ducatu. argu. tamen sumitur hic sophistice. Nam ista non erat regina, nisi quia uxor 2, regis fuit: sicut & uxor consulis dicitur consularis. ff. de senat. fœminæ. ergo eo ipso quod uolebant exui copula maritali: ergo & dignitate regia.

Rex definit esse rex si monachus efficiatur.

g ¶ Posse.] Sed nonne vir eius erat publicus adulter cū Gualdrada, vt 2. q. 2. scelus? quare ergo non etiā potuit ab eo recedere, vt sup. c. Agathosa, & sine iudicio ecclesiæ vt

a Vxor. Aut. Cor. trac. de exce. & pot. regia, qō. 29.

chardus quidem, Polycarpus & Iuo par. 8. 183. citant totum hoc caput ex dictis Basilij. Idem uero Iuo c. 220. & auctor Pannormiæ citans epistolam Alexandri secundi Landulpho scriptam: in qua hoc idem ex B. Basilio refertur. Et pars prior illius epistolæ refertur infra 33. q. 5. notificasti.

Item ex synodo Eugenij Papæ secundi in synodo Romana, cap. 36.

¶ Sine conscientia episcopi, viro, & vxori causa religionis diuertere non licet. C. XXIIII.

SI vir & uxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint uita; nullatenus sine episcopi conscientia [a] fiat, ut ab eo singulariter prouiso cōstituantur loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non soluitur [b].

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 127. Pan. l. 6. c. 76.

Item Ioannes Chrysostomus homilia prima in ps. 50.

¶ *Antea citabatur Augustinus de adulterinis coniugijs: apud quē libro 8. c. 4. habetur sententia sed non uerba: quare restitutus est titulus ex Iuone.*

¶ Sine uxoris uoluntate uiro continere non licet. C. XXIII.

SI tu abstines sine uxoris uoluntate. tribuis ei fornicandi licentiam [c]; & peccatum illius tuæ imputabitur [d], abstinentiæ.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 127. Pan. l. 6. c. 76.

Item Gregorius Vrbico abbati, libro 5. epist. 49.

¶ Vir non est suscipiendus in monasterium, nisi uxor conuertatur. C. XXV.

QVia Agatho lator præsentium in monasterio dilectionis tuæ conuerti desiderat; hortamur, ut cum omni eum dulcedine, dilectioneq; † suscipias. *& infra.* ¶ Quem tamen ita suscipiendum esse cognosce, & si vxor illius similiter conuerti uoluerit. Nam dum unum utrorumque corpus coniugij [e] copulatione sit factum; incongruum est partem cōuerti, & partem in sæculo remanere.

† *al. deuotione*

Item Nicolaus Papa Carolo regi.

¶ Continentiæ vota non licet uxori suscipere, nisi eandem uitam uir eius elegerit. C. XXVI.

SCripsit a nobis Thietberga regina, se regia dignitate [f], vel maritali copula uelle exui, & sola uita priuata esse contentam desiderare. Cui nos scripsimus non aliter hoc fieri posse [g], nisi eandem uitam coniunx eius Lotharius elegerit. *& in altera epistola ad Lotharium regem.* ¶ Nam & licet sit scriptum: [Quod Deus coniunxit, homo non

Sent. ibidem. Ans. l. 10 c. 21. Burc. l. 9. c. 49. Iuo p. 8. c. 128. & 188. Pan. l. 9. c. 77.

Matth. 19.

separet.] Deus tamen, & non homo separat, quando diuini amoris intuitu ex consensu vtriusque coniugis matrimonia dissoluuntur. Aliter autem fieri mutuam separationem vestram prohibemus.

a ¶Scripsit.] *Vsque ad ver.* elegerit, *sunt ex epistola Nicolai primi Carolo regi scripta: cuius initium est*, Numquam dolorem, *& extat in codice monasterij Dominicanorum.*

b ¶Nam licet.] *Hæc vsque ad finem sunt ex epistola eiusdem Nicolai scripta Lothario, cuius initium est*, Audito reuertente misso nostro. *& extat in eodem codice.*

Sal consensu Sent. ibidem.

Ecce [a], quòd coniugati sine licentia † alterutrius continentiam profiteri non possunt. Sponsi vero etiam inconsultis, quas sibi desponsauerunt, exemplis, & auctoritatibus probantur continentiam posse seruare. Vt etiam refert beatus Hieronymus, Macharius præcipuus inter Christi heremitas celebrato nuptiarum conuiuio cum vespere thalamum esset ingressurus, ex vrbe egrediens transmarina petijt, & heremi solitudinem sibi elegit [b]. ¶ Item beatus Alexius Euphemiani clarissimi filiꝰ similiter ex nuptijs diuina gratia vocatus sponsam deseruit, & nudus Christo famulari cœpit. Horum exemplo patet, quòd spōsi sponsarum suarum non exquisito consensu continentiam valent profiteri.

lib.6.cap.91.

Probatur itidem auctoritate Eusebij Papæ dicentis.

¶ Desponsata puella non prohibetur monasterium eligere. C. XXVII.

Sent. ibidem. Aug.l.10.c.6. Burc.l.8.c.19. Iuo p.7.c.40.

DEsponsatam puellam non licet parentibus alij viro tradere: licet tamen illi monasterium [c] sibi eligere.

Item Greg. in regesto, lib. 6. epist. 20. ad Fortunatum.

¶ Desponsata impune monasterium potest eligere. C. XXVIII.

Sent. ibidem.

DEcreta [d] legalia desponsatam, si conuerti voluerit,

---

vt extr. de diuor. significasti? Potes dicere, ꝙ adhuc non superduxerat Gualdradā. vel 16 nō potuit ab eo recedere, quia de hoc ipso erat q. an esset vxor eius, vel nō. Io.

ECCE. CASVS. Infert Gratia. ex supradictis. ꝙ coniugati sine consensu alterutrius continentiam profiteri non possunt. Postea assumit dicens, ꝙ sponsi hoc facere possunt. & hoc probat exemplo Macharij & Alexij. Et ad hoc inducit sequentia duo ca. quorum vltimum, intelligit Beneuentia. de sponsa de præsenti; licet G. intellexit de sponsa de futuro.

a ¶ Ecce.] Probauit, ꝙ alter coniugum altero inuito non potest transire ad religionem, nunc ponit assumptionem, s. ꝙ sponsus hoc potest, & ex eo infert, non ergo est coniunx. infr. §. cum ergo. Ioan.

b ¶ Solitudinem sibi elegit.] Dñt tñ quidā, ꝙ vita heremitica nō soluit matrimoniū: qa heremita nō est religiosa persona, nisi specialiter se deuouerat alicui religioni, siue ordini: nam heremita hēt ꝓpriū, vt 19. q. 3. §. econtra. vnde si cōtrahit matrimoniu tenet.] Alij dicunt ꝙ est persona religiosa, & talis religio habet votum continentiæ annexum, si tamen quis in propria domo vellet religiosam vitam ducere: talis religio non dissoluit sponsalia, vt extra de conuer. coniu. ex parte 2. Io.

Heremita an sit p'sona religiosa.

Sed auctoritate hac Syricii illa prohibetur ad secunda vota transire, quæ in propriam domum est ducta[b], & cū spōso suo est uelata, & benedicta. Talium discessione uiolatur benedictio, quam nupturæ sacerdos imponit. Verum hanc necdum sponsus in suam duxerat, nec cum ea benedictionē acceperat. Non ergo hac auctoritate huiusmodi copula prohibetur. ¶ Item illud Eusebii Papæ, [Despōsatā puellam nō licet parentibus alii uiro tradere.] similiter & de huiusmodi desponsata intelligitur, quæ uidelicet cum sponso est uelata & benedicta. ¶ Itē obiicitur illud Gregorii[c], [Quæ propter frigiditatem à uiro suo separata est, & alii nupta; si uir eius aliam cognouerit; illa est detrahenda secundo, & reddenda primo.] Sed eodē modo soluitur, quia ista uidelicet cum illo benedictionem acceperat.

su. c. despōsatā.

sa. 33. q. 1. requisisti.

[Augustinus de fide pactionis, & consensus.]

¶ *Etiam in Decretalibus tit. de sponsa. duor. c. 1. citatur ex Augustino: apud quem non est inuentum.*

¶ Si quis alicui mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere.

PALEA. C. LI.

DVobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis; non debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita: maneat tamē cum illa, quam duxit. Non enim rescindi debet tantum sacramentum. Si autem fecerit fidem consensus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

Est autem fides pactionis, quādo aliquis promittit fidē alicui quòd eā ducet, si permiserit ei rem secū habere, uel etiam pro consensu. Fides autem consensus est, quando etiā si non stringit manum, corde tamen, & ore consentit ducere, & mutuo se concedunt unus alii, & mutuo se suscipiūt.

a ¶ Hæc autem.] De qua agitur in themate.

DE coniugali.] CASVS. Aliqua fuit desponsata alij p verba de præsenti. quærebat vtrū possit eā accipere in vxorē; & respondetur quòd non: & sic contrahentes debēt anathematizari. nā si quis violat benedictionem, quam nupturæ sacerdos imponit, sacrilegium facit nupturę, non quo ad matrimonium, sed quo ad copulam carnalem. Vel nupturæ, i. carnaliter cognoscendæ.

SED AVCTORITATE. CASVS. Soluit Gratian. & malè dicens, quòd si spōsa velata sit & benedicta cum sponso, & in domum ducta, debet reddi priori: alioquin nō. hoc autem facit G. respōdendo quibusdam c. contra hoc allegatis. Illud Greg. 33. q. 2. requisisti.

b ¶ Ducta.] Hoc malè soluit. nam huiusmodi solenitates nō faciunt ad essentiam matrimonij 30. q. 5. nostrates.

c ¶ Illud Gregorij.] 33. q. 1. c. 1 &c.

DVobus.] CASVS. Casū huius Paleæ sic pone. Dicitur enim hic, q si qs desponsauerit aliquā fide pactionis, nō debet aliam ducere. si tñ duxerit, maneat cum secūda: agat tamen pœnitentiam de fide mentita. Si autē contraxerit per fidē consensus, erit tantum matrimonium cū prima: & hoc in prima parte. In secunda dicitur, quod fides pactionis est quando aliquis promittit alicui mulieri quod accipiet eam in vxorem, si permiserit rem secum habere. Fides consensus est cum inter se consentiūt per verba de præsenti. Secunda pars incipit ibi, [Est autem.

Qui-




Vidam infidelis.] CASVS. In superiori causa tractatum est de quibusdam impedimentis matrimonij, & quòd matrimonium non est inter religiosas personas, si de nouo contrahant: sed ne idem putetur esse inter infideles, ideo magister supponit hanc 28. causam, in qua ostendit matrimonium esse inter eos. Ostendit etiam quid iuris sit, si alter infidelium conuertatur, & addit vtrū debeat dici bigamus qui ante baptisma habuit vnam, & postea alteram. vt autem hæc omnia competētius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæstiones. conuertitur: si remanens in infidelitate est Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, nisi velit ad fidem conuerti, & si non vult conuerti, potest aliam ducere. infra. eo. Iudæi. sed cōtrarium est hodie verum; & extra de diuor. quanto. & c. gaudemus, si autem est paganus, &

Coniugium infidelium si alter côuertatur ad fidem, an possit. um ii fideli habitare.

a ¶ Quidam infidelis.] Superiori causa quinq; notātur causæ, quæ prohibēt matrimonium cōtrahere, & cōtractum iubēt dirimere: v. g. votum, ordo, religionis habitus, ligatio, & publicæ honestatis iustitia. in hac vero causas ponūtur quæ impediunt matrimonium: verbi gratia dispar cultus; vel dissimilitudo fidei, vt inter fideles, & infideles, & primo tractat an matrimoniū sit inter infideles, & ostendit etiam quid iuris sit, si alter de duobus coniugibus infidelibus ad fidem conuertatur.

CAVSA. XXVIII.



Vidam infidelis [a] in cōiugio positus ad fidē cōuersus est: vxor vero odio fidei Christianæ ab eo discessit. Ille quādā fidelē in uxorē accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandē vitæ, & scientiæ merito in episcopū eligitur.

1 Hic primum quæritur, an coniugium si inter infideles.

2 Secundo an liceat huic aliam ducere, priore viuente.

3 Tertio, an sit reputandus bigamus, qui ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram.

QVÆSTIO PRIMA.



Vòd autem [b] inter infideles coniugium non sit; multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Paulus, [Omne, quod non est ex fide [c], peccatum est.] Coniunctio autem infidelium non est ex fide: & ideo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum [d] est. ¶ Item Augustinus a, [Non est uera [e] pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua.] Vbi autem uera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium est. ¶ Item Ambrosius b, [Iussit [f] Esdras dimitti [g] vxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non est enim putandum matrimonium, quod extra [h] Dei decretum est factū, sed cū cognoscitur, est emendandum [i].]


Rom. 14.

lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

Sent. 4. dist. 39. Ad c. 7. 1. ad Corinth. & ibi gl. ordin.

1 Subau. altero remanente in ifidelitate: vel si alter de duobus coniugibus fidelibus discedat à fide, altero remanēte in fide, ſm H. vel aliter tractauit magister de duobus impedimētis, s. de voto, & de cōiugijs, & sponsalibus: mō intendit tractare dispari coniugio, & bigamis, ut autē hæc &c. Io. de Fant.

Matrimoniū est inter infideles



Vòd autem.] Hęc quæstio diuiditur in quinque partes. In prima quarum probat multis auctoritatibus quod matrimonium non est inter fideles. Secunda ibi, [Si quis.] Tertia ibi. [Iam nunc.] Quarta ibi, [Contra.] Quinta ibi, [Ex his.] Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur, an sit matrimonium inter infideles. Et certum est, quòd sic, vt infra ead. §. 1. & cap. 1. Grat tamen pro vtraque parte allegat. & bene soluit infra ead. §. ex his. Ponit etiam quædam cap. in hac quæstione, quæ ad secundam pertinent quæstionem, quæ est, an altero remanente: infideli possit conuersus ad fidem se alij copulare. & de hoc quid iuris sit, in 2. q. tractatur. Est ergo casus huius §. talis. Probat hic Gra. superficialiter inter infideles non esse matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, s. vna Pauli, duabus Augustini, & vna Ambrosij.

b ¶ Quòd autem.] Hic intitulatur 1. q. an scilicet matrimonium sit inter infideles: & certum est quod sic, licet non sit ratum. infra ead §. 1. & ca. 1. Grat. tamen ad utrāque partem allegat, & bene soluit infra ea. §. ex his. sed quia in hac q. quædam c. ponuntur pertinentia ad secūdā qōnem, quæ est, an altero remanente in infidelitate possit conuersus ad fidem alij se copulare, de ea uideamus. Notandum ergo, quod cum unus coniugum ad fidem nus, & non vult cohabitare, uel uult, sed cum blasphemia Christi vel vt eam pertrahat ad mortale peccatum fidelis potest cum alio contrahere. inf. ea. si infidelis. & hos tres casus in quibus licet ei contrahere cum secunda, habes extra de diuor. quanto & c. seq. Si autem uult infidelis cohabitare fidelj, & in pace; in electione fidelis est an uelit ei cohabitare, uel non: sed tunc cum altero nō potest eo viuente contrahere. inf. ea. q. iam nunc. & c. sic enim.

c ¶ Omne quod non est ex fide.] Id est, quod fit ex certa scientia cōtra fidē, est peccatū, de pę. dist. 3. §. itē illud.

d ¶ Peccatum.] Vt 36. d. deinde.

e ¶ Non est uera.] Id est, ad veritatem ducens.

IVSSIT ESDRAS. Historia. Legit. in Esdra, quòd filij Israel tempore Babylonicæ captiuitatis, & post reuersionem de illa duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptum Domini: sed postea ad præceptum, & admonitionem Esdræ dimiserunt eas.

f ¶ Iussit.] Hoc ca. non facit ad propositum, quia non erat inter eos matrimonium, nisi de solo facto. sed quod Dominus permiserit esse fidelem cum vxore infideli intelligitur cum matrimonium præcesserat inter eos.

g ¶ Dimitti.] a Iudęis.

h ¶ Extra.] Id est, contra.

i ¶ Emendandum.] Arg quòd non currit præscriptio in matri-

matrimonio: quod verum est hodie, ut extra de consan. & affi. non debet.

a ¶ Ratum.] Idest, separabile.

EX HIS. CASVS. Infert Gra. ex supradictis auctoritatibus matrimonium non esse inter infideles. Postea pro-

g ¶ Centuplum.] Non dicit centum vxores. sed id quod excedit, centuplum. s. vitam æternam accipiat.

h ¶ Consenserit.] Si uero nollet habitare cum eo, posset eam dimittere, & aliam ducere viuente illa. inf. ead. q. 2. si infidelis.

¶ Item Augustinus γ: [*Non est ratum* [a] *coniugium, quod sine Deo est.*] *¶ Et his omnibus auctoritatibus probatur, cōiugium non esse inter infideles. Sed contra aliæ inueniūtur auctoritates, quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud Euangeliū, quod Christus ait:* Lucæ 12. [*Erunt quinque* [b] *in una domo: duo* [c] *in tres* [d], *& tres diuidētur in duos* [e].] *Deinde cum personas illas enumerasset, vxorem in virum esse diuidendam dixit, & econuerso.* Lucæ 14. *¶ Item,* [*Qui non odit* [f] *patrem, aut matrem, aut vxorē, aut sororem propter me; non est me dignus.*] *Uxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* Matth. 19. *¶ Item,* [*Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut sororem, vel vxorem propter me; centuplum* [g] *accipiet, &c.*] *vxorem in hoc loco infidelem significat, quę propter Christum dimittitur, dumpotius ipsa, quàm Christi fides deseritur.* 1. Cor. 7 *¶ Item Apostolus,* [*Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consenserit* [h] *habitare cum illo; non dimittat* [i] *illam, & si qua mulier habet uirum infidelem, & hic cōsentit habitare cum illa non dimittat uirum. Sanctificatus* [k] *est enim vir infidelis per fidelem.*] *¶ Item ad Titū,* ad Titum 2. [*Hortare adolescentulas, ut diligant uiros suos.* [*Hoc tam de fidelibus, quàm de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque uiris mulieres propēsius propter Deū debent obsequi, ut sic uiros suos Christo lucrari ualeant.*

ε Abdiæ historia, & vita s. Clemētis antiqua.

¶ Sicut in passione beati Clementis de Theodora [l], *& Sisinnia legitur mirabiliter contigisse.*

α ¶ Augustinus.] *Verba ipsa B. Augustini referuntur infra ead. sic enim. ver. nec uera.*

β ¶ Ambrosius.] *Hæc sunt potius accepta ex glossa ordinaria ad locum indicatum.*

γ ¶ Augustinus.] *Hoc non est inuentum apud B. Augustinum. Verum apud B. Ambrosium in idem c. 7. primę ad Corinthios hęc leguntur.* Non enim ratum est matrimonium, quod sine Dei deuotione est *& similia in glossa ord. ibidem ex B. Ambrosii.*

i ¶ Non dimittat.] inf. ea. Iudæi. contra. Sed hic de Gentili, ibi de Iudæo: circa quē specialiter illud obseruatur: habent enim Iudæi legem & prophetas, quib. muniti & parati sunt animas simpliciū fallere. 11. q. 3. ad mensam. sed gentiles hoc nō habent hodie tamen hod idem videtur de utrisque. extra de diuor. quanto.

* Iudæi facilius fallunt animas quā pagani.

K ¶ Sanctificatus.] Frequenter enim vnus sanctificatus per alterum. inf. ead. iam nunc. Et est arg. ad ea quę frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea. 3. qō. 5. accusatores, vel testes, & 25. de Syracusanæ.

SIC IN PASSIONE. Historia Legitur in passione beati Clementis, q Theodora vxor Sisinnij infidelis fuit ad fidem conuersa, cumque monasterium ingrederetur, zelo ductus, secutus est eam, sed post orationem Clementis, idem cæcus & surdus factus est: & cū dixisset seruis suis vt eum reducerent, ipsi non poterant ecclesiam egredi: precibus tandem Theodoræ egressi sunt. Deinde beato Clemente pro ipso in domo sua orante visum & auditum recepit: qui statim ut Clementem uidit, eū iussit ligari, sed cum serui eum ligare crederent, columnas, & saxa trahebant, & tandem orationibus & prædicatione beati Clementis est conuersus ad fidem. [Erunt quinque,] Scilicet pater, mater, filius, filia, uxor, filij, vel maritus filiæ. [In tres.] idest contra tres, separando se ab eis contra fidem.

e Item Innocentius Papa Ruso, & Eusebio episcopis Macedonibus, epist. 22. cap. 2.

¶ Bigami probantur, qui ante baptismum habuerunt vnam, & post baptismum alteram. C. I.

sup. di. 26. deinde. §. nunquid. Burc. l. 4. c. 98. Iuo p. 8. ca. 303. Pann. l. 6. c. 96.

NVn-

probat contrarium: & hoc facit 4. auctoritatibus Euangelij, & duabus Pauli: & una exemplo Sisinnij, ubi autem hęc incipiant, per te uidebis.

b ¶ Quinq;.] i. pater, filius: mater, filia: nurus, uel gener.

c ¶ Duo.] Idest, duo separabuntur a tribus, qui conuertuntur.

d ¶ In tres.] i. contra tres: contrarij enim sunt quando conuertuntur ad fidem.

e ¶ In duos.] .i. tres conuertuntur ad fidem, & separabuntur a duobus.

f ¶ Qui non odit.] Idest, qui non postponit amorem patris amori Dei.

l ¶ De Theodora.] Vxore Sisinnij: quia ambo erant infideles: sed postea illa conuersa est ad fidem, & per eam postea vir conuersus est.

NVnquid.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima Innocentius Papa reprehendit quosdam episcopus Macedoniæ dicentes matrimonium non esse inter infideles, & q matrimonium sit inter eos, probat ex respōsione Dñi: qui a Iudæis interrogatus rńdiceis.

eis dicens: Qđ Deus coniunxit, hõ non separet. In scđa parte probat contra opinionē Maced. q̃ mr̃monium in baptismate non deletur: quoniam nec fraternitas nec filiatio immutatē per baptismum. Scđa pars ibi, [Quero.] a ¶ Nunquid.] Hoc ca. est de verbo ad uerbum 19. dist. deinde & ibi exponitur. Ioan.

pari coniugio. est ergo casus. Duo erant infideles vir & vxor: uir conuersus est ad fidem: uxor remanens infidelis nolebat habitare cum uiro: uel nolebat aliter habitare nisi traheret ad mortale delictum, volens eum peccare mortaliter: quærebatur ab Aug. vtrum vir licitè

quid [a] non erunt admittendi in hereditatis consortium; qui ex ea suscepti sunt, quę ante baptismum fuit uxor? eruntq; c appellandi uel naturales, uel spurij, quia non est matrimonium legitimum (ut nobis uidetur;) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus cum interrogaretur à Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: (Quod Deus coniunxit, homo non separet.) Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum uxores sortiuntur; meminerint hoc & à Iudęis interrogatum, & Iudæis esse responsum. Quęro, & solicitus quæro, si una & eadem sit uxor eius, qui antea cathechumenus, & postea fit fidelis, filiosq; ex ea, cum esset catechumenus, susceperit, & postea alios filios, cũ fidelis; utrum sint fratres appellandi, an non habeant postea defuncto patre cum cæteris erciscundæ hereditatis cõsortium; quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire, atque iudicare absurdum est; quæ (malum) ratio est hoc defendi, & uacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit? — *Matt. 19.*

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

¶ In fidelis potestate sit, post baptismum vxorem recipere, quam ante dimiserat. C. II.

2 SI quis gentilis gentilium uxorem dimiserit [b] ante baptismum; post baptismum [c] in potestate eius erit eam habere, uel non habere. — Burc. l. 9. c. 59. Iuo p. 8. c. 195. Pann. l. 6. c. 97.

Idem.

¶ Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. C. III.

SImili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi non vult; sicut dicit Apostolus, infidelis si discedit, discedat. — Burc. l. 9. c. 60. Iuo p. 8. ca. 196. Pan. l. 6. c. 97. — 1. Cor. 7.

Item Augustinus de fide & operibus. c. 16.

¶ Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum fideli habitare noluerit. C. IIII. — Beda 1. Cor. 7. Iuo p. 8. c. 215. Pann. l. 3. c. 32.

VXor [d] legitima socie-

SI quis gentilis.] ¶ Hæc est scđa pars quæstio. in qua ponit magister tres casus, in quibus potest fidelis vir contrahere viuente vxore infideli: quod probat per 6. ca. Ioan. de Fant.

CASVS Dr̃ q̃ si gentilis ante baptismum vxorem gentilem dimiserit causa fornicationis, vel secundum consuetudinem gentilium, vel alia iusta causa: si postea factus est Christian⁹, in potestate sua erit eam habere, uel non habere de consilio Apostoli. Sequens c. patet.

b ¶ Dimiserit] Propter fornicationem quam fecit.

Coniuges infideles si efficiantur Christiani, verũ tenea̅tur se mutuo recipere.

c ¶ Post baptismũ.] si dicas alterius tantũ, planũ est, quia fidelis non compellitur in aliquo casu infidelem eam habere, sed non contrahere cũ alia, nisi in tribus casibus. extra de diuor. gaudemus. Sed si vterq; factus fuerit fidelis, dicit H. q̃ quocumq; modo eã dimiserit, siue quia dedit libellũ repudij, siue alio mõ, semper compellitũ eã recipere post vtriusque baptismũ. nã dicit omne peccatum deletum esse in baptismo, etiã exceptio, quæ viro competebat propter delictum mulieris. Sed tutius est distinguere cum Innocẽtio, vt si dicatur q̃ s̃m morẽ gentiliũ. & nõ pp fornicationem illius ante dedit ei libellum repudij, & mõ vterque conuersus est, compellitur eam recipere. nec põt mõ ei obijcere, si cũ alio contraxerit. quasi obiectu fornicationis eam repellat. nam licet in veritate fornicata sit: quia tñ illa fornicata licita est s̃m eos non potest eam repellere. Si vero alias fornicata fuisset, & pp illam fornicationem eam dimisisset, non compellitur eam recipere. Hoc totum habes extra de diuor. gaudemus. §. vlt. nec est contra, de conse. dist. 4. sine pœnitentia & de pœ. dist. vlt. nullus. Non enim dico per baptismum alterius exceptionem sibi competentem auferri posse i: & rationem istius plene notaui 26. d. deinde. in fi. quia fornicatio non tantum vxorem, sed etiam virum maculat. 32 q. 1. in coniugio.

a Tollitur tñ accusatio p baptimũ, vt probatur inf. ea q6. 2. qđ autem.

VXor legitima.] CASVS. H. intellexit hoc ca. de impari coniugio. est ergo casus. Duo erant infideles vir & vxor: uir conuersus est ad fidem: uxor remanens infidelis nolebat habitare cum uiro: uel nolebat aliter habitare nisi traheret ad mortale delictum, volens eum peccare mortaliter: quærebatur ab Aug. vtrum vir licitè posset vxorem infidelem dimittere? Et respondet q̃ sic. nam membrum quod eum tam fortiter scandalizabat, amputabit, & à se eijciet. Sic ego B. Brix. hunc casũ credo esse ponendum. & q̃ de dispari coniugio intelligatur: innuũt hæc verba: [si cum viro Christiano:] (& illa etiam, [quando ad baptismum.] Sed Ben. dicebat & quidam alij) q̃ vbi vterque infidelis est, & alter compellit alterum ad quodlibet mortale peccatum, licite dimitti potest ab instigato: sed neuter ad secundas nuptias transibit. secus in dispari coniugio, vt inf ead. q. 2. si infidelis. [Non attenditur:] sic expone hoc verbum qualitercumque casum ponas, [non] idest, nonne.

d ¶ Vxor.] Infidelis. hoc cap. & sequens intelligitur de dispari coniugio propter hoc quod dicit, si cum viro Christiano, &c & ibi, qñ ad baptismum. & continentur hic duo casus, in quibus licite dimittitur vxor infide-

Matrimonium fidelium ob duplicē fornicationem separatur.

fidelis cum non vult cohabitare: vel vult, sed ea conditione vt vir committat aliquid mortale peccatum. De pari autem coniugio H. non intellexit, quia si vterque coniugum est fidelis: fidelis fidelē nunquam potest dimittere, secundum H. nisi ob fornicationem carnalem: vel

b ¶ Coniuncta.] Olim in infidelitate.
c ¶ Relinquitur.] à viro facto Christiano, & tunc licite potest alij copulari vir.
d ¶ Non attenditur.] Alius casus est, & ponitur interrogatiue, quasi dicat. nō solum in præmisso casu licite dimittitur vxor: sed nō attenditur, idest, nōne, attenditur, &c.
e ¶ Illam.] scilicet infidelem.
f ¶ Transfigebas.] i. pascebas.
g ¶ Et membrum.] Idest, vxorem. 33. q. 2. admonere.
h ¶ Amputabit.] Remouendo à se corporaliter.

tate [a] coniuncta [b], sine vlla culpa relinquitur [c], si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attenditur [d] eomodo illam [e] rectissime dimittit, si viro suo dicat: non ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transfigebas [f], etiam Christianus excerceas, aut si quid aliud vel facinorosum, uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidinem explebat, uel facilem uictum habebat, uel etiā ornatior incedebat. Tunc enim ille, cui uxor hęc dicit, si ueraciter egit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando ad baptismum accessit, habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur; proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratię, quam carnis luxuriæ: & membrum [g], quod eum scandalizat, fortiter amputabit [h].

Heb. 9. *Gal.* 5.

a ¶ Vxor.] *Locus Augustini sic habet.* Quamobrem & illud quod dicunt, ueluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit quòd si infidelis discedit, discedat, non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, vt propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta sine vlla culpa relinquatur, si cum viro Christiano ꝓpter hoc quod Christianus est, Permanere noluerit; non attendunt eo modo, &c. *Verū ob glossas, potissimū in ver* non attenditur, *quoniam Ivo, & Pannormia habent vt Gratianus, nihil est mutatum.*

Item sermone Domini in monte, lib. 1. *c.* 27. *&* 28.

Gloss. ordin 1. Cor. 7. & Beda.

¶ Licite dimittitur uxor, quæ uirum suum cogere quærit ad malum. C. V.

Matt. 19. Iuo p. 8. c. 248. & 249. Inf. 32. q. 7. Apostolus, in fi.

IDololatria [i], quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, nō iussit; dedit locum Apostolo monendi, ut qui uoluerit, nō dimittat uxorem infidelem, quo sic fortassis possit fidelis fieri. *Item c.* 28. ¶ Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia [k] idololatria; non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest rectè à fornicationis genere separare; si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias non tantum, quæ in stupris cum alienis uiris, aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet, quæ animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & pernicio-

I Dololatria.] CASVS. Hoc c. secundū H. intelligitur de dispari coniugio, sicut & precedes: & intelligitur in eodē casu cū illo. Est ergo casus secundū eū sic ponendus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ vxor potest dimitti causa infidelitatis Domino permittēte: sed quia non iussit: Dominus, pōt quis vxorem suam infidelem retinere si voluerit, vt sic fortasse possit per eum fidelis fieri. In secunda parte extendit fornicationē ad quodlibet mortale peccatum siue delictum. vnde vxor infidelis dimittitur si velit virum fidelem trahere ad aliquod mortale peccatum. cum quodlibet mortale pctm̄ large fornicatio dicat. Quo,] i. vt. Secunda pars incipit ibi, [Item si.] Quod autem de dispari cōiugio intelligatur cōiugio intelligatur, vt dicit H. innuūt verba Aug ponūtur sup locū illum Apl'i, vbi tractat de impari cōiugio. Ben. vero & quidā alij ītelligūt hoc c de pari cōiugio. Vñ de Be. sic casum breuiter ponit dicēs. Primo ostendit Aug. ꝙ omne peccatum mortale pōt dici fornicatio. Secundo, ꝙ pro quolibet mortali peccato potest vxor dimitti: cum Dominus indeterminate permiserit vxorem causa fornicationis dimitti posse. & hoc rōne duplici, quia indetestationē eius, quæ fornicatur: & ad cautelam sui, ne fornicetur & corrumpatur ab ea.

1 Hæc fuit s̄nia L. sed B. indistincte dicit, ꝙ tenetur eā recipere nisi cū iudicio ecclesię facta ē separatio, & vult ingredi monasteriū. & ita not. in d. decr. de illa, & eo. tit. quāto, in fi.

vel spiritualem, scilicet idololatrando tantum, aliàs nō. vnde si vxor Christiana pertrahat virum ad mortale peccatum, verberet eam, & castiget si potest; & non consentiat. Sed alij intelligunt hoc de pari coniugio: quia fidelis fidelem bene potest dimittere si compellitur ab eo ad mortale peccatum, nec forte resistere potest, sed expresse contradicit, extra de diuor. qua fiunt. & c. quanto. Sed pone quod dimisit sed post pœnitet: nunquid iterum illa tenetur cum recipere? Dicitur que per decr. ext. de diuor de illa 1.

a ¶ Societate.] Idest, matrimonio.

i ¶ Idololatriam.] Hoc c. secundum H. de dispari coniugio intelligitur sicut præcedens.

k ¶ Auaritia.] Auaritia est idololatria: & idololatria infidelitas & infidelitas est fornicatio: ergo auaritia est fornicatio.

Auaritia est fornicatio.

a ¶ Vniuersalem.] Arg. quod indefinite dicitur generaliter debere intelligi, ff. de tute. qui habet. §. vlt. 31. q. 1. quod si dormierit.
b ¶ Vtique.] Quia ipsa cogit eum fornicari spiritualiter.
c ¶ Sacrificare.] Idem est si cogat ad quodcunque mortale peccatum, vt innuitur ex litera superiore, & not. quod propter fornicationem corporalē semel cōmissam potest eam dimittere 1. 32. q. 1. dixit. sed propter spiritualem non, nisi perseueret. inf. ca. proxi. non solum.

a De hoc no. 30. q. 1. nosse. ibi videas.

ADDITIO. Et in hoc casu loquitur ext. de conuer. coniug. c. vlt. nā ex eo quod dicit, quod fuit iudicio ecclesiæ ibi matrimonium separatur datur intelligi, quod ibi maritus in ipsa fornicatione spirituali perseuerauerit. & sic etiam ibi not. Goffre. & Arch.

NOn solum.] CASVS. Dicit hic quod vxor licite dimitti potest: non solum propter fornicationē carnalem, sed etiam propter spiritualem, scilicet idololatriā vel infidelitatē: & si vxor in his perseuerauerit, vir nisi eā dimittat, particeps est illius peccati. & potest hoc ca. intelligi secundum H. & Bene. de pari vel impari coniugio: quia propter fornicationem carnalē vxor fidelis vel infidelis dimittitur.
d ¶ Coinquinat.] Cū alio à coniuge suo.
e ¶ Simulachrum facit.] Idest, idolum.
f ¶ Recede.] Hoc c. intelligit H. de duobus fidelibus, quorū alter labitur in hæresim: inter quos cum ratum fuerit matrimonium: nec soluitur altero labēte, nec contrahere potest, licet secus sit in casu conuerso, scilicet cū alter infidelium conuertitur, tunc in tribus casib. dissoluitur, & cōtrahere potest. & hoc totum habes, ext. de diuor. quanto. Itē nunquid est præceptum quod dicit, recede ab illa? dicit H. quia ex quo perseuerat, præceptum est, si est notorium sed hoc quantum ad reddendum debitum; sed exigere potest: & sic intelligit 32. q. 1. cap. 1. videtur tamen Hu. quod in hoc casu ad minus consilium sit quod recedat ab illa. arg. inf. ead. iam nunc. sed ibi est consilium quando alter infidelium conuersus est: hic vero præceptum. & potest esse ea ratio, quia maior est hic contumelia creatoris, vt extra de diuor. quanto, & quod sit præceptum, habes extra de iureiur. quemadmodum.
g ¶ Sin autem.] Idest, si non reuocas eam à proposito.

SI infidelis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod licet dimittitur vxor infidelis, si cum viro fideli noluerit habitare, nam cum ista cōditio apponitur, vt fidē dimittat si cum tali vxore volueris habitare. Fides enim seruanda est, & vxor penitus relinquenda. Idem intelligendū est de parentibus, & filijs, & fratribus & sororibus, & de qualibet alia re.
h ¶ Libertatem.] Nam dico quod ipso iure soluitur vinculum matrimonij, non per sniam ecclesiæ, sed ipso iure, in tribus casib. in quibus contrahere potest: nam contumelia creatoris soluit ius matrimonij, si tamen infidelis vult redire ad fidem priusquā cō reliqua contraxerit, cogitur recipere eam, vt extra de diuor gaudemus. in fi.
i ¶ Christum.] Argu. quod modus facit conditionem nam dicit

se, turpiterque corrumpunt, possit sine crimine & vir uxorem dimittere, & vxor virum: quia exceptam facit Dominus causam fornicationis: quam fornicationem (sicut supra commemoratum est) generalem, & uniuersalem [a] intelligere cogimur. Cum autem ait: [excepta causa fornicationis:] non dixit, cuius ipsorum, uiri, an fœminę. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur: sed quisquis eam quoque uxorem dimittit, à qua ipse cogitur fornicari; causa vtique [b] fornicationis dimittit: uelut si aliquem cogat uxor sacrificare [c] idolis; qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tamen illius, sed & suę: illius, quia fornicatur; suæ ne fornicetur.

Idem de adulterinis coniugijs, lib. 2.

¶ *In eo libro non extat: sed apud Hermem in libro pastoris, mandato quarto ex quo citat Iuo hoc vnà cum palea, ego dixi. infra 34. q. 1. & 2. Et quoniam in eo mandato tam de uiro, quàm de muliere agitur, est aliqua uerborum varietas: sed eadem sententia.*

¶ Quæ simulachrum facit, nec resipiscit, dimittatur à viro suo. C. VI.

NOn solum mœchatio est illius, quę carnē suam coinquinat [d]: sed etiam, quæ simulachrum facit [e], mœchatur. Quòd si in his factis perseuerat, & pœnitentiam non agit; recede [f] ab illa, & noli uiuere cum illa. Sin autem [g]: & tu particeps peccati illius eris. Iuo p. 8. c. 243. Pann. l. 7. c. 34.

Maritus ab vxore, quæ simulachrū facit, debet recedere.

Item Ambrosius ad Hilarium.

¶ *Sic etiam Iuo; sed habetur apud B. Augustinum. epist. 89. Beda 1. Cor. 7 citat ex Augustino ad consulta Hilarij.*

¶ Amore cuiuslibet non est à fide recedendum. C. VII.

SI infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat: non est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis suam libertatem [h]: ne ita se subiectum deputet seruituti, ut ipsam dimittat fidē, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs, atq; parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum [i] omnes esse dimittendos. cū proponitur ista conditio, ut Christum dimittat, si illos secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo, atq; agris, hoc & de ijs rebus, quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. Iuo p. 8. c. 253. Pann. l. 7. c. 38. 1. Cor. 7

dicit, cum ponitur ista conditio, & post dicit, vt Christum, & c si. extra de condi. ap. c. 2. & extra vt eccle. benefi. vt nostrum.

IAm nunc.] Hæc est 3. pars qõ. in qua dissuadetur vt fidelis non dimittat vxorẽ infidelem propter Deum. Ioan.

uertatur. quod potest contingere: quia sæpe iam talia contigerunt. Postea ostendit ea, quæ sunt consilij & non præcepti, potius esse facienda, cum sint gratiora: exemplo Domini soluentis tributum. ad quod nulla lege arctabatur: & exemplo Apostoli à sumptibus, quos de iure poterat exigere & recipere, abstinẽtis. Item ostẽdit ea, quæ sunt consilij esse facienda. Litterã sic cõtinuat H. Hactenus tractauimus de pari coniugio, id est fidelium: sed amodo videam⁹ de impari.

a ¶ Christum.] *Antea legebatur*, vt propter Christum dimittat, si eum secum, &c. *Emendatum est ex epistola B. August. Reliqua vero partim ex ipsa, partim ex vetustis Gratiani codicibus.*

Item Augustinus ad Pollentium, lib. 1. de adulter. coniugijs. c. 13. & 14.

¶ Quòd etiam infideles sunt coniuges, & quòd fideli licet[t] dimittere infidelem. C. VIII.

Pann. l. 6. c. 100. 1. Cor. 7.

3 IAm nunc [a] illud videamus, quod ait Apostolus: [Cæteris [b] autem ergo dico [c], non Dominus,] ad imparia scilicet, hoc est vbi non ambo Christiani fuerant, coniugia locuturus. Quod mihi visum est eũ monendo [d] dixisse. Quia enim coniunx fidelis relinquere coniugem licite potuit infidelem; ideo fieri hoc non Dominus, sed Apostolus prohibet [e]. Quod enim Dominus prohibet, fieri omnino non licet. Monet ergo Apostolus [f], quo possit esse multorum occasio lucrandorum, vt fideles coniuges in relinquendis infidelibus permissa [g] licentia non vtantur. Tibi autem videtur infideles quoque dimitti à fidelibus non licere: quia hoc vetat [h] Apostolus, cum ego dicam licere, quia hoc non vetat [i] Dominus; non tamen expedire, quia hoc ne fiat, monet Apostolus, qui reddit etiam rationem, cur fieri non expediat, quamuis liceat. Quomodo † enim scis (inquit) mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si saluam facies vxorem? cum & superius dixisset: [Sanctificatus est enim vir infidelis in muliere fideli: & sanctificata [k] est mulier infidelis in fratre,] hoc est in Christiano. [Alioquin [l] filij vestri, inquit, immundi essent: nunc autem sancti sunt. [m]] Sic ad lucrandos coniuges, & filios Christo, etiam exemplis, quæ iam prouenerant [n], videtur hortatus. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa euidenter expressa est. Non enim propter vinculum [o] cum talibus coniugale seruandum, sed vt acquirantur Christo, recedi ab infidelibus coniugibus Apostolus vetat. Multa sunt enim facienda non iubente lege, sed libera charitate: & ea sunt in nostris officijs [p] gratiora, quæ, cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde prior Dominus ipse cum tributum se non debere monstrasset: soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem gerens [q] hominem † consulebat.

† al. Quid

Ibidem ca. 14.

† al. morem

a ¶ Iam nunc.] Sic cõtinua. hactenus tractauimus de paribus coniugijs fideliũ, scilicet de quibus dixit Apostolus in epistola ad Corinthios. His qui matrimonio iuncti sunt, dico nõ ego sed Dominus, vxorem à viro non recedere: & vir vxorem non dimittat. nam cæteris disparibus, &c.

b ¶ Cæteris.] Id est. disparib⁹ coniugijs: quia, prius de parib⁹ ait Apostolus.

c ¶ Dico.] Id est, consulo & suadeo; ex Dei tamen auctoritate, non mea t.

d ¶ Monendo.] Id est: non præcipiendo.

e ¶ Prohibet.] Ponitur impropriè, id est, sub forma prohibitionis dissuadet, & monet ne fiat.

f ¶ Apostolus.] Ideo scilicet.

g ¶ Permissa.] à Domino, id est, non prohibita.

h ¶ Vetat.] Id est, dissuadet.

i ¶ Vetat.] Argu aliquid esse hoc ipso licitũ, quòd non est à Domino vetitũ arg. 32. quę. 1 quod si dormierit. ff. de procura. mutus. 2.

K ¶ Sanctificata.] .i. ad fidem conuersa.

l ¶ Alioquin.] Id est, si alijs adhæserint viuentibus relictis, & cohabitare volentibus, filij, quos ex aliis genuerint, non erunt legitimi. Vel loquitur de filijs prius natis, qui remanent immundi, id est, infideles: quia non conuertuntur.

m ¶ Sancti sunt.] Id est, esse possunt.

n ¶ Prouenerant.] Id est, frequenter acciderant. argu. ad ea quæ frequentius accidunt, iura adaptari. ff. de legi. nam ad ea si. 38. dist. de Syracusanæ.

o ¶ Vinculum.] Tantum sed vt eos lucrentur.

p ¶ Officijs.] Id est, operibus.

q ¶ Gerens.] Id est, dirigens.

t Scilicet quod fidelis non dimittat infidelem cohabitare volentem vide Hug.

a Arg. cõ. extra de transla tio. inter corporalia vbi de hoc.

Ioan. de Fan.

CASVS. Super his verbis Apostoli. Ego dico, non Dñs, vt fidelis non dimittat infidelẽ volẽtẽ habitare cũ illo, dissenserunt Pollentius & Augustinus. Nã Pollẽtius exposuit hoc verbum, dico, i. pcipio. August. vero exposuit hoc verbum, dico, de consilio, & non de præcepto. vnde dixit, dico. id est consulo, & suadeo. Est ergo casus secundum H. talis in hoc c. Ostendit Aug. illud verbum Apostoli esse intelligendum de consilio: & quare Apostolus hoc consulat, vt s. fidelis non dimittat infidelem: subdit rationem, s. ex cohabitatione tali infidelis con-

a ¶ Testatur] Argu. q per sequentia determinari possunt præcedentia, hoc generale habes 43 dist. sit rector. in fi.
b ¶ Cū .n. sim liber.] Id est, nullius beneficijs obnoxius.
c ¶ Omnium.] Id est, talem me exhibui, vt commodum facerem: & hoc fecit, vt plures, &c.

quare Dominus non prohibuerit nec iussit. In secunda parte vsque ad §. Tu vero. ponuntur tres solutiones Aug. ad totidem obiectiones Pollentij. In tertia parte vsque ad §. Intelligis. ponitur expositio & intellectus Pollentij super auctoritate prædicta, quam Aug. reprobat.

Iam vero Apostolus, quemadmodum ista cōmendet, eius verba testantur [a], vbi dicit: [Cum enim sim liber [b] ex omnibus, omnium [c] me seruum feci, vt plures lucrifacerem.] *1. Cor. 9.* cum paulo superius dixisset: [Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? nunquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas? An ego solus, & Barnaba non habemus potestatem [d] hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non comedit?] *Ibidem.* *Et paulo post.* [¶ Si alij [e], inquit, potestatis [f] vestræ participant; quare non magis nos [g]? sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia [h] toleramus, ne quod impedimentum demus [i] Euangelio Christi.

Paulus predicens nihil accipiebat.

d ¶ Potestatem.] Sed ne diceretur, cur iō hoc faceret. quia nō egeret: subdit, q.d. egemus quidem, sed non vsi sumus, ne q impedimentum, &c.
e ¶ Si alij.] Hypocritæ.
f ¶ Potestatis.] i. potestatiuè participēt rebus vestris.
g ¶ Nō magis nos.] qui amplius diligimus vos quàm res vestras.
h ¶ Sed oīa.] i. Famē, sitim, & similia.
i ¶ Demus.] Nā Corinthij erāt auari. & se retrahebant à prædicatione. Vel ideo, quia si ipse acciperet, multi essent pseudo Apostoli, qui statim prædicarent, vt acciperent, & ita impedirent Euangeliū. sed cum iste non acciperēt, nec illi auderent accipere, & ita non prædicarent.

Idem ibidem, c. 18. & sequentibus.

¶ Ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit. C. IX.

SIc enim [k] recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis fideles viri, vel fœminæ non prohibentur [l] à Domino, vt neque iubeantur. Nam [m] si dimittere tales coniuges iuberentur; nullus locus esset consilio monentis Apostoli, ne hoc fieret. Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus [n] bonus fieri prohiberet. *Item paulo post.* ¶ Cum ergo [o] cœpisset gentibus Euangelium prædicare, iam coniunctos gentiles gentilibus comperit coniuges. Ex quibus si non ambo crederent, sed vnus, aut vna infidelis cum fideli cōsentiret habitare; nec prohiberi à Domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi: ideo scilicet non *Beda 1. Cor. 7. Pann. l. 6. c. 102.*

SIc.n.] CASVS. In hoc c. disputat adhuc Aug. super eisdē verbis Apostoli: Ego dico, nō Dñs & suum c. distinguit in tres partes. In prima ponit̄ expositio Augu. & probatio, vel ratio expositionis. & hoc facit vsq; ad locum illum, [Quoniam ergo.] In secunda parte ponuntur tres responsiones Aug. ad tres tacitas qōnes Pollentij: & hoc facit vsq; ad locum illum. [Tu vero cur.] In tertia continetur superficialis expositio Pollentij, & expositionis probatio: & tandem sequitur Augustini victoriosa sub epilogo conclusio. & hæc particula extenditur vsq; ad fi. §. Licet autem iste casus ita breuiter consueuit poni, H tñ & Ben. in qualibet particula singularem casum ponunt. In prima ergo parte sic procedit August. dicens. Si Dñs iussisset, hic non esset locus consilij monentis Apostoli. Si enim Dominus hoc præciperet. Apostolus contrarium non consuluisset. Dominus autem non iussit fidelem dimittere infidelem: quia iustitia. i. Deus iustus permittit retinere, nec vetuit: vnde Apostolus retinere commonuit. In secunda parte respondet tribus obiectionibus Pollentij, quæ non sunt in littera, sed ex responsionibus eliciuntur. quarum obiectionum prima est: Si Dominus non iubet, nec vetat vxorem infidelem à fideli dimitti, ergo vacuum, & superuacuum est Apostoli consilium, quo monet non dimitti. Respondet Augu. immo sibi vtile est quando animæ expedit: & quia per inspirationem spiritus sancti hoc dixit.

k ¶ Sic enim] In prima parte ponitur vsque ad §. Quoniā ergo; intellectus Aug. super illa auctoritate Apostoli: Ego dico, non Dominus, q si vir fidelis habet vxorem infidelem, non dimittat eam. & ostendit rationem bat. Vltimo ponitur epilogatio, quam Augu. facit inferens victoriosissimam conclusionem. Et construe sic. Fideles viri sic non prohibentur recedere ab infidelibus vxoribus: vel fideles fœminæ sic non prohibentur recedere ab infidelibus maritis, id est, sicut neque iubentur recedere, secundum hoc primum, neque, abundat, vel si vis, q nō superabundet, dic neque recedere. i. retinere, &c. id est sicut fideles viri, & fœminæ non prohibentur non recedere, sic nec iubentur non recedere. q.d. q nec illud nec illud fiat. hoc continuatur ad præmissam partem c.

l ¶ Non prohibentur.] Non repetitur hic, neque, suprapositum ut faciat vnam affirmationem: sed propter interpretationem suprapositam. potest tamen legi vtrumque, & idem erit sensus.

m ¶ Nam.] Prima ratio quare Dominus non præcipit dimitti tales, s. vt Apostolo esset locus monendi, vt non fieret hoc. sed non dico esse verum: immo ideo dixit Apostolus, dico ego, non Dominus: nam si, &c. vt ostenderet, quòd Dominus non iubet recedere: nam si, &c.

n ¶ Seruus.] Nam Apostolus nullo modo faceret contra Dñm: sicut dixit prætor, q contra legem, non tuebitur aliquem. ff. de pub. ac. cū sponsus § si res & non reuocantur à filio q̄ à patre gerūtur. C. de rest. mi q̄ à pre. *Prætor contra legē minime tuetur.*

o ¶ Cum ergo.] Ratio quare non prohibuit tales dimitti, s. vt nihil prohiberet quod iustitia exigit fieri, tutum enim est vxorem dimitti ob fornicationem præsertim spiritualem.

a ¶ Eius.] i. virtutis: vel ducens ad virtutẽ. 32. q. 1. dixit.
b ¶ Pudicitiam.] sup. prox. q. 1. nuptiarũ. contra. sed ibi pudicitiam continentiam vel virginitatem nominat: hic vero virtutem & castitatem, quæ etiam inter nuptiarum opera non amittitur.

nus cõsilium Apostoli tanquã à spiritu sancto infusum acceptãdum est: & quod habebat à Spiritu sancto, ꝓbat per duo similia. Et nota ꝙ obiectiones Pollentij nõ ponuntur hic, sed colliguntur ex responsionibus Augu. sicut dixit lex: ꝙ in instrumento cautum est mihi pecuniam dari, præsumitur stipulationẽ esse interpositam, vt C. de con. stip. l. 1.

c ¶ Ideo.]

su. ea. in princ. prohiberi, quia iustitia permittit à fornicãte discedere, & infidelis hominis fornicatio est maior in corde: nũc uera eius [a] pudicitia cum coniuge dici potest; quia omne, quod

Rom. 14. non est ex fide, peccatum est: quamuis ueram habeat fidelis pudicitiam [b], etiam cum infideli coniuge, quę non habet ueram. Ideo [c] autem nec iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari. quia non cõtra iussionem [d] Domini gẽ-

1. Cor. 7 tiles fuerant ambo coniuncti. ¶ Quoniam ergo [e] ab infideli fidelẽ discedere nec prohibet, nec iubet Dominus; ideo, ut non discedat, Apostolus dicit [f], non Dominus; habens utique spiritum sanctum, in quo dare possit utile, & fidele consilium. Vnde cũ dixisset [g] de muliere, cuius uir mortuus fuerit: [Beatior autem erit si sic permanserit, secundũ consilium meum, (ne quis hoc consilium tanquam humanum, non diuinum contemnendum putaret, adiecit: [Puto autem, quòd & ego spiritum Dei habeam.] Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quæ non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo utiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi. Absit enim ut quisquam catholicus

† al. quando dixerit, quod † suadet spiritus sanctus, non Dominum suadere, & cum ipse Dominus sit, & inseparabilia [h] sint opera

Ibidem Trinitatis. Dicit tamen: [De virginibus autem præceptũ Domini non habeo: consilium autem do:] non vt hoc cõsilium alienum existimemus à Domino; cum continuo sequatur, & dicat, [tamquam misericordiam cõsecutus à Domino, ut fidelis essem.] Secundum Deum ergo dat fidele consilium in eo spiritu, de quo ait: puto autem, quòd et ego spiritum Dei habeam.] Verumtamẽ aliud est Domini iubentis imperium: aliud cõserui secundum misericordiã charitatis, quæ illi a Domino est inspirata, atq; donata fidele cõsiliũ. Aliud ibi facere non licet; hic autem licet: ita sane [i], ut ipsum licitum partim quidẽ expediat, partim uero nõ expediat. Expedit tunc, quando non solum per iustitiam [k], quæ coram Domino est, permittitur; sed etiã hominibus nullum ex hoc impedimẽtum salutis infertur: uelut cum dat cõsilium nõ nubẽdi Apostolus virginibus, vnde ꝓceptum Domini se non habere testatur) dicet aliud facere, id est, nubere, & minus, quàm cõtinentiæ, bonum tamẽ tenere nuptiarum: ipsumque licitum etiam expedit [l]; quoniam in uetita , & illicita ruituram carnis infirmita-

f ¶ Dicit.] Idest, monet: non Dominus dicit, idest, pręcipit. ita reperitur verbum in alia significatione. nam si in eadem falsum esset: quia quidquid monet Apostolus, monet Dominus, prout sequitur: & expositio varia huius verbi, dico, bene probatur per intellectũ illius auctoritatis: De virginib. autem præceptum Domini nõ habeo, &c.
g ¶ Dixisset.] Ad ostendendum ꝙ habebat spiritum sanctũ. & eius consilio standum esset.
h ¶ Inseparabilia.] Pro maiori parte. na quædam attribuuntur patri, quæ non filio, & econtra. H. Sed tu dic opera operantia. operata enim opera nõ sunt inseparabilia, de consecra. d. 3. c. vlt.

Opera trinitatis an sint separabilia.

i ¶ Ita sane.] Hic respondet. Aug. secundæ obiectioni Pollentij dicẽtis: quare Apostolus non plus dicit consulendo, bonum est dimittere vxorem infidelem: melius est autem cum ea manere: sicut alibi consulendo dixit: Qui dat nuptui, bene facit: qui non dat, melius facit. Et respondeo ꝙ quædam licita sunt, quorum vtrumque expedit, vt dare nuptui: & non dare nuptui. Alia quorum vnum expedit, aliud non, vt dimittere, & nõ dimittere. cum primis rectè ponuntur hæc adiectiua, bonum, melius: cum secundis non; quia vtrumque non est bonum, quia non meritorium: & ideo non dicit Apostolus: qui dimittit, bene facit, &c.

c ¶ Ideo.] Secunda ratio quare non pręcipitur: sed male dicit: quia prima non pręcessit quo ad illũ articulũ.
d ¶ Iussionem.] Argu. ꝙ si gentilis cum gentili contrahat, non facit contra præceptum Domini, cum matrimonium fit inter eos, vnde si veniunt ad fidem, non debent separari.
ADDITIO. Vt inf. q. 2. c. 1. extra de diuor. c. gaudemus.
e ¶ Quoniam ergo.] Responsio Augustini ad Pollentium dicentem ꝙ ex quo Apostolus consuluit, & non Dominus eius consilium tanquam humanũ, non diuinũ contemnendum est. Rñdit ergo Aug. quis id quod consuluit Apostolus, nõ præcipiat Dominus: nihilominus

1 Ar. ad hoc de cõs. dis. 3. in Christo petri. i prin.

K ¶ Per iustitiam.] Idest, propter ipsum nubere, quod est iustum, 27 q. 1. nuptiarum.
l ¶ Expedit.] Infra 33. quęstione 5. qui sitit. contra. Expedit quidem, & non expedit. Expedit causa fornicationis uitandæ, non expedit, quoniam vxorati cum sint diuisi, & cogitare eos oporteat quomodo placere possint & seruire vxoribus. diuinis obsequijs & orationibus intendere adeo expeditè

Nubere expedit & non expedit.

tē sic excipit honestate nubendi, ut neminem impediat ad salutem: quamuis magis expediret, magisque honestum esset, si uirgo consilium, quo præceptum [a] eam non compellit, arriperet. Tunc autem nō expedit id, quod licitum est; quādo permittitur quidem, sed vsus ipsius potestatis alijs affert impedimentum salutis: sicut est (unde iamdiu loquimur) discessio fidelis coniugis ab infideli: quam non prohibet Dominus precepto legis: quia coram illo iniusta non est: sed prohibet [b] Apostolus consilio charitatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis: non solum, quia perniciosissime scandalizantur offensi; uerum etiam, quia cum in alia coniugia ceciderint uiuentibus eis, à quibus dimittuntur; adulterinis [c] nexibus colligati difficillime resoluuntur. Ideo hic, ubi id, quod licet, non expedit; nō potest [d] dici, si dimiserit infidelē, bene faciet si non dimiserit, melius facit, sicut dictū est: [Qui dat nuptū, bene facit: & q non dat nuptū, melius facit:] qm̄ illud nō solum utrumq; pariter [e] licet (unde ad nihil horum precepto Dñi quasdā cōpellitur) sed ēt utrumq; expedit, aliud minus, aliud amplius. Vnde ad id, qđ amplius expedit, consilio Apostoli, quicumque potest capere, prouocatur. Hic aūt, ubi de dimittendo, uel non dimittendo infidelis cōiugio queritur; utrumque quidem pariter licitum est per iustitiam, quę coram Domino est; & ideo nihil horum Dominus prohibet: sed non utrumque expedit propter infirmitates hominum: & ideo id, quod non expedit, Apostolus prohibet, dante sibi Domino liberum prohibendi locum: quia neque id, quod monet Apostolus, prohibet Dominus; neque id, ꝙ prohibet Apostolus, iubet Dominus. Quod nisi ita [f] esset; neque contra prohibitionem Domini Apostolus aliquid moneret, neque contra iussionem [g] eius aliquid prohiberet. Proinde [h] in his duabus causis, una de nubendo, uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo, uel non dimittendo, aliquid simile inuenitur in uerbis Apostoli, & aliquid dissimile. Simile quidem, quod ibi dicit: [præceptum Domini habeo, consilium autem do.] & hic dicit: [ego dico, non Dominus.] Quale est enim, [præceptum Domini non habeo,] tale est, non dicit Dominus, & quale est, [consilium [i] do,] tale est, [ego dico.] Illud autem dissimile est; quia de nubendo, & non nubendo dici potest, hoc bene fieri, illud melius; quoniam vtrumque expedit, minus unum †, magis aliud: at uero de coniuge infideli dimittendo, uel non dimittendo, quoniam unum horum non expedit; aliud expedit, dici non oportet, qui dimittit, bene facit: & qui non dimittit [k], melius facit: sed dici oportet, non dimittat: quia etsi licet, non expedit. Sic ergo possumus dicere, melius esse infidelem coniugē non dimittere, quamuis liceat & dimittere: quemadmodum recte dicimus melius esse quod & licet, & expedit, quàm id, quod licet, & non expedit. ¶ His de causis factum est, ut exponens [l] Domini sermonem, quem prolixū in monte habuit, vbi ventū est ad qōnem de cōiugibus dimittendis, uel non dimittendis, adhibitis etiam Aposto-

Ibid. 19.

1. Cor. 7

1. Cor. 7

† al. aliud

Ibid. c. 3 o. Lib. 1. de serm. Domini, c. 14.

a Scilicet dimittere.

a Vt sup. ea. idololat. ia.

non valent. vt extra de cler. coniug. quod à te, expedit ergo nubere quo ad fornicationem vitandā: sed non expedit volenti tendere ad regnum cęlorum. & sic soluūtur contraria 32 quęstio. 5. tunc saluabitur.

a ¶ Præceptum.] Infra 32. quęst. 1. integritas.

b ¶ Sed prohibet.] i. sub forma prohibitionis dissuadet.

c ¶ Adulterinis] Argu quòd fidelis, qui dimittit vxorem infidelē cohabitare volentem, non potest aliam ducere in matrimonium, nec illa alium: quia remanet matrimonium, vt infra q. 2. §. quod vero c. si quis.

d ¶ Non potest.] Hic elice secundum obiectionem Pollentij.

e ¶ Pariter.] Alterā quidem propter idololatriæ fornicationem 2, alterum propter lucrandi occasionem.

ADDITIO. Idē Hu. cuius fuit hæc expositio, dicens non: ergo peccat fidelis si dimittat infidelē, licet non velit vti cōsilio Apostoli. Arch.

f ¶ Nisi ita.] i. nisi Dominus daret Apostolo liberum locum prohibendi, idest, dissuadendi: Apostolus dissuadere nō deberet, si contrarium Dominus prohibuisset, vel præcepisset: quod non fecit.

g ¶ Iussionem.] Si Dominus prohibuisset.

h ¶ Proinde.] Hic incipit assignare similitudines & dissimilitudines.

i ¶ Consilium.] Supra 27. quæst. 1. nuptiarum.

k ¶ Dimittit.] Sicut qui dat nuptui, bene facit: sed qui non dat, melius facit: quia vtrumq; licitum est, sed non expediens.

l ¶ Ego exponens.] scilicet super Euangelium Matthęi.

a ¶ Pro-

a ¶ Prohibendi.] Id est, dissuadendi.
b ¶ Non expediant.] Supra 14. quæst. 1. quod præcipitur.

SI AVTEM. CASVS. Hic est responsio ad tertiam obiectionem Pollentij, quæ talis erat; Cum dixit Apostolus, Ecce ego dico quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: ibi ponitur hoc verbum, dico, præceptiuè. quare ergo non similiter & hic? Sed Aug. respondet dupliciter. Primo sic, dicit enim, non est absurdum si etiam ibi commonitoriè & de consilio loquatur apostolus: licet de præcepto quilibet ad illud cogatur. Sæpe enim monemus humiliter charos nostros vt faciant ea, quæ sunt præcepti: & hoc facit Apostolus parcens eorum infirmitati. Secundo dicit quod non est mirandum si ibi ponitur præceptiuè. hic vero commonitoriè: quia ibi dicit, Ego dico, simpliciter. hic vero: Ego dico, non Dominus.

TV VERO. Hic incipit tertia pars, in qua ponitur expositio Pollentij, & ratio suæ expositionis. Dicebat enim, dico, id est præcipio: & non Dominus dicit, i. præcipit. Nam si Dominus præciperet vt fidelis non dimitteret infidelem, esset sibi contrarius, quia in veteri testamento coniugia fidelium, & infidelium prohibuit dicens: Non accipies, &c. Sed opponit Aug. Ergo secundum hoc Apostolus est contrarius veteri testam. & Domino magistro suo. Sed huic oppositioni respondit Pollentius dicens quod in alio casu loquitur prohibitio Domini in veteri testamento, & in alio Apostoli præceptum. Illa. n. loquitur in matrimonijs contrahendis. illa de iam contractis. Prohibet etiam Dominus ne diuersæ religionis coniugia contrahantur. prohibet autem Apostolus, ne talia coniugia iam contracta dissoluantur: & sic Apostolus non est contrarius Domino. Sed replicat Aug. dicens sibi placet, quod dicit Apostolum non esse contrariũ Domino, nec veteri testamẽto. & ita concludit quod illa non est bona ratio quare Dominus non præcipit: quia esset contrarius ei quod dixerat in veteri testamento: quod falsum est: cum ibi intelligitur de coniungẽdis, hic vero de iã coniunctis, & ita si aliud præcepisset ibi, & aliud hic, non esset sibi contrarius. & quia nõ est bona ratio, nec aliam vales inuenire: patet quod tua expositio nullius est momẽti. & sic in Pollentium victoriose concludit. [Ibi agitur] idest, in Apostolo.

licitis testimonijs dicerem, consiliũ esse Apostoli, non præceptum Dñi, vbi ait: [Cæteris aũt ego dico, non Dñs; monens eos, qui hærent coniuges infideles, vt cõsentientes habitare secũ non dimitterent. Qđ vtiq; ideo monendũ, non iubendũ fuit: quia nõ tãto pondere prohibendi[a] sũt hoies facere licita, quãuis non expediant[b], quanto pondere prohibenda illicita. Si aũt [c]alicubi Apostolus etiam illa, quæ iubenda sunt, monere dignitatis est; hoc fecit parcendo infirmitati, non præiudicando [d] iussioni. Vnde ipse † dixit:

1. Cor. 7.
† al. sic

1. Cor. 4.
Gal. 5.

Non vt confundam vos, hæc scribo; sed vt filios meos charissimos moneo:] quid habet quæstionis, vbi ait[e]: [Ego dico, non Dominus.] item, vbi ait: [Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumdamini, Christus vobis nihil proderit?] Nunquid [f] etiam hic dixit [g], Ego dico, non Dominus? Non sunt itaq; ista similia: quia etiam illa, quæ iubet Dominus, non est indignum, neque contrarium: si eadem monet Apostolus. Monemus enim quos charos habemus, vt faciãt Domini præcepta, vel iussa. Cum vero † ait, [Ego dico, non Dominus.] satis ostendit Dominum non prohibere quod ipse prohibebat. Prohibuisset aũt Dominus, si esset illicitum [h]. ergo secundum ea, quæ supra diu diximus [i], multumque versauimus, licitum erat per iustitiam sed etiam licitum non erat faciendũ propter liberam beneuolentiam. ¶ Tu vero [k], cui placet ita non licere, quod non vetat Dominus, sed Apostolus, quemadmodum non licet, quod vetat Dominus; cum exponere voluisses, quid sibi vellet, quod ait: Ego dico, non Dominus.] cum alloqueretur fideles, quibus essent coniuges infideles; dixisti, quia Dominus iussit, ne coniugia sibimet diuersæ religionis copularentur: & ipsum adhibuisti testimonium Domini di-

† al. ergo
Ibid. c. 21.
Deuter. 7.

c ¶ Si autem.] Hic respondet tertiæ obiectioni Pollentij dicẽtis: cum hoc verbum dico, præceptiuè ponatur in epistola ad Galatas: ecce ego Paul. dico vobis, quia si circũdamini, &c. quare nõ sit præceptiuè cum dicit: Ego dico, non Dñus. vel concessio etiam quod admonitiuè ponatur ibi verbum, dico vobis, quia si circũcidamini, &c. nullum incõueniens inde sequitur. nõ enim indignum est si quæ iubet Dominus, monet Apostolus.

Dico, præceptiue & admonitiue ponitur.

d ¶ Non præiudicando.] Sicut dicit lex, quod voluntariæ tutelæ munera priuilegijs non præiudicant. C. de excu. tut. voluntaria.
e ¶ Vbi ait.] Ratio ad tertiam.
f ¶ Nunquid.] Arg. quòd nullum verbum in oratione vacat mysterio: & arg. ff. de vlur. si stipulatus. nam ibi dicitur, quod si stipulatus sum à te rem mihi dari, vacuamque possessionem tradi, fructus veniunt in stipulatione. si autem rem tantum mihi dari: non veniunt in stipulatione. argum. contra. ff. pro soc. sed & si adijciatur. Idem est hic argu. quòd non est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attẽditur. ff. de rei ven. si nauis. & ff. de cond. inde plane. & ita intellige. ff. eo. ti. si reus. & hinc bene dicitur. ff. de iniusto & rup. test. l. 4.

Fructus in stipulatione rei quãq; veniunt, quãq; non.

g ¶ Dixit] si. ff. de iu. om. iudicium, si familia.
h ¶ Illicitum.] Argu. omne illicitum esse prohibitum saltem ibi, declina à malo, & fac bonum. dicit ibi expositor; a malo omni, & exaudi hoc de mortali: venialia enim non sunt prohibita. argu. 13. dist. nerui. 14. q. 1. quod præcipitur.

Peccatum mortale & non veniale est prohibitum.

i ¶ Supra diu diximus.] Supple quòd Dominus non prohibuit id quod Apostolus, &c.
K ¶ Tu vero.] Augustinus, qui dictum Apostoli intelligit de consilio, ego dico, non Dominus, intellectũ suum & rationem suam posuit in prin. quare Dominus non debuit

debuit præcipere, vt non discederet vir [fidelis ab infi-deli. Pollentius autem, qui de præcepto intelligit, aliam rationem ponit, dicens quòd ideo præcipit Apostolus & non Dominus infidelem non dimitti, quia Dominus videretur contrarius sibi, cũ pceperit in vet. test. ne quis alienigenã duceret: cõcludit ergo: August. ex hoc quod dicit Pollẽtius, Apostolum in præcipiendo fuisse etiam contrarium Domino: ad quod respõdet Poll. ꝙ in diuersis casib⁹ loquuntur Apostolus, & Dominus: & ideo non est contrarius ei: infert ex hac responsione August. ergo nec Dominus erat sibi ipsi contrarius, si idem præciperet quod Apostolus]: cum Dominus de coniungendo, Apostolus de iam coniuncto loquatur matrimonio. quid ergo respondes, Pollenti, quare pręcipit Apostolus, & non Dominus, assigna causam.

in 4. lib. Topicorum, quod disputatio dialecticorum est ad alterutrum, causidicorum siue rhetorum ad tertiũ [2] Vnde in dialectica disputatione est necesse, quòd qui obijcit, exponat obiectiones ipsi respondenti. in rhetorica verò sufficit quòd faciat ipsi iudici fidem, si obijciatur

2 Scilicet alium, id. iudicem.

centis: (Non accipies vxorem filio tuo de filiabus alienigenarũ, ne traducat eũ post Deos suos, & pereat aĩa eius.) Addidisti [a] ẽt verba Apostoli, vbi ait: (Mulier alligata est, quamdiu vir eius viuit: quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est: cui vult, nubat: tantum in Dño.) Quod ita exposuisti, vt adiungeres, id est, Christiano. Deinde secutus es, & addidisti†, Hoc est ergo Dñi præceptũ tã in veteri, q̃ in nouo testamẽto, vt non nisi vnius religionis & fidei coniugia sibi maneant copulata. Si hoc ergo est Domini præceptum tam in veteri testamento, quàm in nouo, & hoc iubet Dñs, hoc docet [b] Apostolus, vt non nisi vnius religionis, & fidei maneant copulata coniugia; quare contra hoc Dñi iussum, contra doctrinam suam, contra præceptũ veteris, & noui testamenti iubet [1] Apostolus, vt diuersæ fidei cõiugia maneant copulata? Quia Paulus, inquis, gentiũ prędicator, & Apostolus iam in coniugio positos nõ solum monet, sed ẽt iubet, vt si vnus, aut vna è coniugibus credidisset, alterũ, vel alteram non credentem, secum tñ habitare consentientem non dimitteret. His verbis tuis aliud hoc esse [c], aliud illud, satis euidenter ostendis. Illud.n. de his coniugijs agit, quæ sibi primitus copulantur, ne nubat fœmina non† suæ religionis viro, vel ne vir talem [d] ducat vxorem: id.n. (vt dicis) iubet Dominus, docet Apostolus, vtrũque præcipit testamentum. Hoc autem diuersum esse quis abnuat, vbi agitur [e] non de coniungendis, sed de coniunctis? Ambo [f] quippe vnius eiusdem infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt: sed Euangelium cum venisset; alter sine altera, vel altera sine altero credidit. Si ergo aliud est hoc (quod sine scrupulo vllius dubitationis apparet) cur fidelem [g] cum infideli in coniugio permanere non & Dominus, sicut Apostolus iubet? Nisi fortè loco [h] isto vacat, quod tam fidenter ipse Apostolus ait: ([An vultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus?]) Et vtique Dominus est Christus. Intelligis ne [i], quid dicam? An in hoc explanando aliquanto diligentius [k] immorabor? Attende, vt rem ipsam tanquam in conspectu considerandam planiore sermone ponamus. Ecce [l] coniuges duo vnius infidelitatis fuerunt, quando coniuncti sunt. Nulla de his quęstio est, quæ pertineat ad illam Domini iussionem, doctrinamque Apostolicam, & præceptum veteris & noui testamenti, quo prohibetur fidelis cum infideli coniugium copulare. Iam sunt coniuges, & ambo adhuc sunt infideles: adhuc tales sunt, quales fuerunt, antequam iungerentur, qualesque coniuncti sunt. Venit Euangelij prædicator, credidit eorum

1 Cor. 7.

† al. aisti

1. Cor. 7.

Sent. 4. dist. 39.

† al. nisi

2. Cor. 13.

a ¶ Addidisti.] Ad hoc idem probandum. & addidisti cõcludendo.

b ¶ Hoc docet.] Respondet 1. & ostendit conclusionem illam non prouenire: quia in alio & in alio casu loquitur Apostolus, & Dominus.

1 Scilicet Pollẽtius H.

c ¶ Esse.] De coniunctis.

d ¶ Talem.] i. nõ suę religionis.

e ¶ Vbi agitur.] In Apostolo.

f ¶ Ambo.] Pone exemplum, vt melius appareat quod dicit. C. de transact. vt responsum.

g ¶ Cur fidelem.] Intrat quæstionem, vt Pollentius aliter respondeat, cum prima eius responsio nulla fuerit.

h ¶ Loco.] Id est, locum non habet: non est verũ. q. d. nisi velis dicere, quòd Apostolus hoc non dixit auctoritate spiritus sancti.

i ¶ Intelligis ne.] Vnde philosophus. Sentis ne inquit hæc atque animo illabuntur tuõ?

K ¶ Diligentius.] Arg. quòd aduersarius tenetur aperire quæ dicit suo aduersario, vt 5. quæst. 2. relatum. 11. q. 3 eorum: sed hoc cap. nihil facit; quia dicit Boetius

Aduersarius an dẽat aduersario aperire quæ dicit.

obijciatur 30. q. 5. iudicantem. dicimus quòd de mandato iudicis debet ei respondere, vel exponere si potest, aliter non tenetur. C. de non num. pec. generaliter. ff. de prob. quinquaginta.

l ¶ Ecce.] Ponit thema, vt apertius dicat.

a ¶ Di-

a ¶ Dimittat.] Hæc littera S, non exorta est: potest tamen ita intelligi: iubet fideli Dominus vt infidelem dimittat, an non iubet vt dimittat, i. an iubet vt non dimittat? & assumit Aug. tm alternam partem disiūctiue, hanc. s. iubet vt non dimittat: & ex ista procedit, si dixeris

qua loquitur de Iudæis, à quibus vxores & filij baptizati sunt separandi: & alias eorum consortium vitandum. & hoc probat per quinque auctoritates. Io. de Fan.

CASVS Dictum est supra, quòd fidelis potest retinere infidelem volentem habitare cum illo. In Toletan. cōcilium dicit contra. Sed hic specialiter est de Iudęis statutū. & quę sit causa, in sequenti capitu. subnectit.

vnus, aut vna, sed ita vt infidelis cum fideli habitare consentiat; iubet fideli Dominus, ne infidelem dimittat [a], an non iubet? si dixeris, iubet; reclamat [b] Apostolus; [Ego dico, non Dominus.] Si dixeris, non iubet, causam requiro [c]. Neque illam mihi responsurus es, quam tuis litteris indidisti, quia Dominus prohibet fideles infidelibus iūgi. Hic enim nullo modo est ista causa, de iam iunctis loquimur, non de iungendis. Si ergo tu causam non inuenisti, cur nō vetet Dominus, quod vetat Apostolus (cernis enim iam, vt existimo, non esse ipsam, quam esse putaueras) vide, ne forte illa sit, quæ mihi visa est & tunc proferenda, & nunc defendēda, vt scilicet illud intelligamus dicere Dominum quod habet coram illo nullo modo transgredienda iustitia, id est, quod ita iubet, aut vetat, vt aliud facere omnino non liceat.

a ¶ Iubet Apostolus.] *Quæ sequuntur vsque ad ver.* iam in coniugio, *addita sunt ex B. Augustino: quemadmodum & in extremo à ver.* vide ne forte *vsque ad finem, vt sit perfecta sententia. Multa autem sunt emendata ex eodem originali cum manuscriptis etiam exemplaribus, & Beda collato.*

2 *Contra inuenitur in concilio Toletano quarto, c. 62.*

¶Nisi ad fidem Iudæus accesserit, separetur ab vxore fideli. C. X.

IVdæi [d], qui Christianas mulieres in coniugio habēt, admoneantur ab episcopo ciuitatis ipsius, vt si cum eis pmanere cupiunt, Christiani efficiantur. Quòd si admoniti noluerint; separentur; quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem. Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem, atque conditionem matris sequantur [e]. Similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem.

Verum hoc ideo statutum est, ne dum fidelis salutem quęrit infidelis; potius ipse cum ea infidelitatis [f] perditionem inueniat.

Vnde in eodem concilio, c. 59. tam de filijs Iudęorū, *quā de cæteris ad fidem venientibus statutum est, vt infidelium consortia euitent.*

IVdęi q.] CASVS. Dicitur in hoc ca. si Iudæi vxor cōuertatur ad fidē, admoneri debet vir vt ipse similiter conuertatur: quod si noluerit, ipsa debet ab eo separari: filij vero cōmunes apud eum parentem qui fidelis est, debent nutriri. Sequēs § patet, in quo redditur ratio quare aliud sit in Iudæo, quàm in Gentili.

d ¶ Iudęi.] Quod hic dicitur corrigitur extra de diuor. quāto i. Vel quod dicitur hic separādos esse, intelligas in illis casibus quando in contumeliam creatoris vult habitare cum eo, vel vt trahat eum ad aliquod mortale peccatum, & secundum hoc idem iuris est in Iudæo, & Gentili. Vel loquitur in eo casu quando primo fuerunt Christiani, & postea alter factus est Iudęus, vt tunc teneatur recedere ab ipso si voluerit conuerti, vt su. ead. non solū. Vel dic, q aliud est s. si vir conuertitur ad fidē, & aliud si mulier. Nam si mulier conuertitur, ipsa debet recedere a viro, ne vir eam reuocet ad priorem errorem. Secus est si vir cōuertitur: quia facilius possūt viri reuocare mulieres, quàm econuerso nā vir caput eius est. 3 3. q. 5. cum caput. Sed qualiter potest ecclesia filios illorum quorum alter est conuersus, cogere ad baptismum? Respon. ex quo alter parens eorum conuersus est, iam est factus de foro ecclesiæ: ergo & filij eius per consequens, vt 15 q. vult. cum multæ. Ioan. sed melius credo, q intelligitur quando Iudæus existens Iudæus contraxit cum Christiana. B.

i Tu dic, q hæc decre nō corrigit hoc cap. sed declarat in pdi. decre. patet verti. h. n. aliter, &c. & qd' sequitur, verius est.

2 Hoc est tenendu [illegible] Io. de. Fant.

Mulier ad fidē conuersa dēt virū infidelē relinqre sed non econuerso.

xeris iubet, &c. Secundum aūt, q in littera est, non vt fidelem non dimittat, &c. plana est littera: & bene congruunt quæ sequuntur. nam si dicat. iubet vt dimittat: Apostolus est contrarius Domino, vbi dicit, dico ego, non Dominus. si autem dicat. non iubet vt dimittat, assignet aliam causam.

b ¶ Reclamat.] Nec reclamat Apostolus contrarium suadendo: nec reclamat per hanc litteram, non [Dominus. & hoc cum non est ibi, non: sed credo litteram falsam esse siue non. M.

c ¶ Causam requiro.] Quare non iubet Dominus, vt non dimittat. Ioan.

CONTRA INVENITVR. Hæc est 4. pars quæst. in

e ¶ Conditionem matris sequantur.] inf. 32. q. 4. liberi. contra. hic de conditione religionis: ibi de conditione seruitutis.

f ¶ Infidelitatis.] Iudæi vero difficiliores sunt ad conuertendum, & peritiores ad subuertendum, q gentiles: quia legem habent, & prophetas. & ideo hęc iō potius ha-

Pagani citius trahuntur ad fidem q Iudęi.

habet locum in eis, quàm in gentilibus. arg. 11. q. 3. ad mentam.

IVdæorum.] CASVS. Dicitur hic, quod filij Iudæorum ad fidē cōuersi, ne a parentibus corrumpantur, debent separari ab eis & nutriri vel in monasterijs, vel apud mulieres Christianas, vt in moribus, & fide proficiant.

f NVllus eorum.] Nisi sit missus ad prædicandum eis, extra de Iudæis. c. quam sit laudabile.

g Percipiat.] Emere tamen pōt ab eis aliquis, & post præparet. argu. C. de Iudæ. nemo.

OMnes deinceps.] CASVS. statuitur hic, ut omnes, Chri-

¶ A parentum infidelium separarentur consortio fideles filij, ne eorum inuoluantur erroribus. C. XI.

IVdæorum [a] filios, vel filias, ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorū cōsortio separari decernimus, deputatos † aut monasterijs, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum couersatione cultum fidei discant; atque in melius instituti tam in moribus, quàm in fide proficiant, [b]. Burc. l. 4. c. 83. Iuo p. 1. c. 277. Pann. l. 1. c. 73. † al. deputandos.

Item c. 61.

¶ Iudæis ad fidem venientibus cum infideli nulla sit communio. C. XII.

SEepè malorum consortia etiam bonos corrumpunt: quanto magis eos [c], qui ad vitia proni sunt? Nulla igitur vltra communio sit Hebræis [d] ad fidem Christianam translatis, cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt: ne fortè eorum participatione † subuertantur. Quicunque ergo ex his, qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitauerint; & hi Christianis donentur, & illi publicis [e] cædibus deputentur. Burc. l. 4. c. 84. Iuo p. 1. c. 278. Pann. l. 1. c. 74. † al. participio

Item ex sexta synodo, c. 11. Apostolorum, can. 69.

¶ Cum Iudæis nec manducandum, nec habitandum, nec ab eis medicamentum accipiendum est. C. XIII.

NVllus eorum, [f] qui in sacro sunt ordine, aut laicus azima Iudæorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquē eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat [g], aut cum eis in balneo lauet. Si vero quisquam hoc fecerit; si clericus est deponatur: si laicus, excommunicetur. Iuo p. 13. c. 116.

Item ex concilio Agathensi, c. 40.

¶ Clerici, siue laici vitent Iudæorum conuiuia, nec eos ad sua consortia recipiant. C. XIIII. Cōcord. Venetic, c. 12.

OMnes deinceps clerici, siue laici, Iudæorum [h] conuiuia euitent: nec eos ad conuiuiū quisquam accipiat; quia cum apud Christianos communibus cibis non vtantur; indignum, atque sacrilegum est eorum cibos à Christianis sumi cum ea, quæ Apostolo permittente nos sumimus, ab illis iudicentur immunda; ac si inferiores [i] Iuo p. 13. c. 117. 1. Tim. 4.

Christiani vitent consortia, & conuiuia Iudæorum. Nam cum ipsi Christianorum cibis non vtantur, indignum est, vt Christianorum cibis non vtantur, ne inferiores eis efficiantur.

Iudæorum filij non sūt per vim baptizandi.

a ¶ Iudæorum.] Quidam intelligunt hoc c. quod Iudæis auferendi sunt paruuli eorū & baptizandi, sed adulti nequaquam. sed certe sicut nec adulti, ita nec paruuli ad fidē vi trahēdi sunt: immo secūdū hoc in breui nullus esset Iudæus. quō ergo reliquiæ Israel saluæ fierent postea ideo intelligo hoc de filijs iā Christianis quos forte parentes circūcidere volebāt de conse. d. 4. plerisque, & hæc littera hoc idē innuit vbi dicit, separari: & ita per baptismū soluitur ius patriæ potestatis: nec tū priuabuntur isti paterna successione. extra de Iudæ. Iudæi.

a Dic vt hīs 45. dist. q. syncera.

b ¶ Proficiāt.] Iuxta illud: Auge nobis fidem de pœ. dist. 2. dū sanctam. ergo iā isti baptizati erāt, cum proficere debeāt in gradibus dignitatis, id est virtutis, vt de pœ. dist. 2. dum sanctam.

SÆpè malorum.] CASVS. Statuit hic vt Iudæi ad fidē translati non cōicēt cū Hebræis, nec corrūpantur ab eis, quia sæpè malorum consortia bonos corrūpūt. quod si fecerint, castigētur: & Hebræi cædibus deputentur. [Donentur.] Non vt serui eorū fiant: sed vt disciplina regantur ab eis. Sequen. c. planum est per se.

c ¶ Eos.] Id est, neophitos.

d ¶ Hebræis.] Isti ergo nomen antiquum retinent post bapti mum. arg. contra 27. q. 2. scripsit.

Ecclesia iudicat aliquā de his qui sunt foris.

e ¶ Publicis.] Arg. quod ecclesia iudicat de ijs quæ foris sunt: quod verum est quantum ad corporales pœnas. cū enim peccant, possunt uerberari, vel alio modo corporaliter mulctari de præcepto episcopi, vel principis. argu. 17. quæst. 4. constituit. & extra de rapt. in archiepiscopatu. & alia etiam pœna possunt puniri, ut extra de vsu post miserabilem. sed quantum ad spiritualem pœnam ecclesia non iudicat de illis: quia non potest eos excommunicare: quia qui in ecclesia non est, ab ecclesia separari non potest, vt 11. q. 3. omnis Christianus.

h ¶ Iudæorum.] Similiter & gentilium, cum & ipsi hodie etiam cibos discernant. licet enim nō contineantur verbis edicti, vt 11. q. 3. ad mēsam cōtineantur tamē sententia, vt ff. de pet. hære. item veniunt. §. ait senatus: & 2. q. 1 multi. & ff. si qua. pau. fe. di. l. pe. sed quare loquimur cum eis: cum nec comedamus cū eis? sed hoc redditur ratio, quia maior familiaritas est in cibo sumendo, quàm in colloquio: facilius quis decipitur inter epulas, vt 22 q. 4. vnusquisque.

Familiaritas maior est in cibo quàm in loquio.

i ¶ Inferiores.] Vt 2. q. 7. in sancta.

EX HIS Hæc est 5. pars quæstionis, in qua ponit magister diuersas solutiones, quomodo intelligatur quod dicitur omne quod non est ex fide, &c. probat etiam quod nullus Christianus debet ducere mulierem infidelē: & distinguit iter matrimoniū fideliū & infideliū. Io. de Fā. CA.

deles. In secunda parte exponit illud Apostoli: Omne quod non est ex fide, &c. i. omne quod fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Vel sic, idest, omne quod non fit ea mente vt valeat ad salutē, apud Deum inutile reputatur. In tertia parte exponit illud Aug. Nō est vera pudicitia īfidelis hominis cum coniuge sua, idest, non est inter illos illa pudicitia, quæ ducat ad vitam æternam: quod probat per similitudinem sacramētorū quæ tractantur ab hæreticis. In quarta parte exponit illud Ambro. dicentis: Nō est putandum matrimonium, quod extra Dei decretum factū est: dicens quòd hoc intelligitur de matrimonio cōtracto cum consanguineis vel affinibus. Secūda pars incipit ibi, [Illud vero.] Tertia ibi, [Itē cum dicitur.] Quarta ibi, [Item illud.]

incipiant esse Christiani, quàm Iudæi, si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi vero à nobis oblata contemnant.

Rom. 14. § *Ex his itaque euidenter colligitur, coniugium esse inter infideles. Illud uero Apostoli: [Omne, quod nō est ex fide, peccatum est,] non ita intelligēdum est, vt quidquid fit ab infidelibus, credatur esse peccatum: sed omne, quod contra conscientiam* [a] *fit, ædificat ad gehēnā. Unde Ambrosius* [α] *[Peccatum est, quod aliter fit, quàm probatum est.] ¶ Item Augustinus* [β] *super eūdem locum: [Omne, quod aliter fit, quàm probatum est, peccatum est: non tamen omne, quod fit cum fide* [b] *bonum est. Ignorantia enim, quæ est ex culpa, nocet.]*

Ibid. *Hinc etiam Apostolus ait: [Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat,] id est, qui nō facit damnabilem* [α] *semetipsum aliter faciendo, quàm probet esse faciendum. Vel omne, quod nō est ex fide* [c], *dicitur esse peccatum: quia quidquid ea fide nō fit, vt ad æternam ualeat salutem, inutile reputatur* [d] *apud Dominum.*

In lib. sent. ipsius, & Prosperi, c. 106. paulo aliter. sup. ea. in princ. & c. sic enim. *Vnde Augustinus ait: Omnis infidelium uita peccatum est: nec ualet esse bonum, quod fit absque* [d] *Deo* [e]. *Ubi enim deest agnitio æternæ, & incommutabilis veritatis; falsa virtus* [f] *est etiam in optimis moribus.] ¶ Item cum dicitur: [non est uera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua,] negatur pudicitia esse uera, quantum ad effectum, ad præmium uidelicet æternæ salutis. Sicut enim apud hæreticos sacramēta negantur esse uera, non quantum ad formam, sed quantum* [g] *ad uirtutem: sic & uirtutes negantur esse ueræ* [h] *apud infideles; non quia in eis sint iuxta illud Hieronymi: [uirtutibus Romani promeruerūt Imperium;] sed quia effectu carent æternæ salutis. ¶ Illud Ambrosii: [Non est putandum matrimonium, quod extra Dei decretum factū est: sed cum cognoscitur, est emendandum.]*

ſu. ea. in princ. *non ostendit coniugium non esse inter infideles. Nullo enim Domini præcepto gentiles prohibentur coniungi gentilibus. Nec ergo eorum coniugium extra Dei decretum fit. Illa itaque auctoritate iubentur separari ab inuicem qui contra Dei, uel ecclesiæ decretum copulati sunt: ut pote infideles cum fidelibus, uel consanguinei cum consanguineis, uel affinibus. Hi omnes, si sibi inuicē copulati fuerint, separādi sūt.*

Hinc etiam idem Ambrosius in libro de Patriachis, libro primo de Abraham, c. 9.

α ¶ Vnde Amprosius.] *Referuntur verba glossæ ordinariæ in eum Pauli locum. Verba autem Ambrosii in eundem locum sunt hæc* Recte peccatum appellat, quod aliter fit, quàm probatum est.

β ¶ Item Augustinus.] *Hæc non sunt inuenta apud B. Augustinum: sed à uer.* non omne *vsque ad ver.* nocet *sunt ex eadem glossa ordinaria ibidem.*

a ¶ Conscientiam.] Præcepti uel prohibitionis. Nā si plus comedam quàm debeā, quamuis contra conscientiam, non pecco mortaliter. 25. dist. §. criminis. Et dicunt quidam contra consciētiam non erroneam. arg 13. dist. nerui. arg. op ff. de lib. cau. igitur. §. 1. sed dico, quod nec contra conscientiam erroneam est faciēdum, prout est expressum extra de si. per tuas. Comedens plus quā debeat mortaliter nō peccat.

b ¶ Cum fide.] Idest cum conscientia.

c ¶ Ex fide.] i. sicut fides exigit.

d ¶ Reputatur.] Quo ad vitam æternam. de pœ. d. 3. si quis autem non habens.

e ¶ Absque Deo.] i. absque fide. quæ est a Deo.

f ¶ Virtus.] Sup. dist. 26. deinde. contra. supra 1. q. 1. sicut vrgeri, supra d. 45. vera iustitia, su. 24. q. 1. sana.

g ¶ Quantum.] sup. 1. q. 1. quod quidam. de conse. dist. 4. quāuis. sup. d. 32. §. uerū. infra. 32. q. 1. cum renunciatur, ar. 24. q. 1. vbi sana. inf. de pœ. d. 5. cōsideret. inf. de pœnit. d. 2. §. quod autē. & dist. 3. ille rex.

CASVS. Iste §. diuiditur in quattuor partes. In prima concludit Gr. ex supradictis, matrimoniū esse inter infi-

h ¶ Veræ:] Non videtur dicere verum. Nam vbi deest fides vel charitas, nullatenus est virtus, quas theologus accipit. Virtus non est sine fide et charitate.

accipit virtutem quod ergo dicitur hic, virtutibus, intellige scilicet pollicitis, quæ sine charitate habentur à multis. strenui enim actus hominum in eis erant. argu. 23.q.4. si non ex fidel. Nam & virtus pro fortitudine ponitur. ff de aleato. quibus 1. Aliæ vero virtutes (vt prædictum est) nō erant in eis: quia si haberent vnam, haberent omnes. arg. 23.q.1. vbi Sana. de pœ. dist. 5. cap. 1.

z Et 23. q. 1. noli.

infidelem in domum suam assumat: si se catholicum futurum promittat. seq. c. planum est, & per te videbis.

f ¶ Hæreticis.] Hæreticus non potest contrahere cum Christiana 3: Dicit tamen H. q̃ si contrahit, tenet matrimonium: sicut si contraheret cum excommunicato. De con-

3 Vt no. contra. su. c proxi. i fi. in gl. hæc clausula in prin.

CAue.] CASVS. Hoc ca. satis planum est. Præcipitur enim hic, ne Christiana nubat gentili, Iudæo, vel hęretico, cū ambo, scilicet vir & vxor debeant esse cōsecrati baptismatis sacramento, idest, vnctione.

a ¶ Tradere.] Infra proxi. c. cōtra. Sol. ibi de pactione de futuro. hic dicit quòd nō licet accipere 2. & illi se miscere.

2 Scilicet matrimoniū, q̃d īter tales impeditur pp disparem cultum. H.

b ¶ Alienam.] Hæc clausula, omnem alienam, non supponit ꝑ hæretica vel gentili. ff. de verborum obliga dol. clausula. nam ibi dicit, quòd clausula generalis sequēs non refertur ad ea, de quibus specialiter est præmissum. Non est obijciendum de Moyse, qui duxit Æthiopissam, vt 2. q. 7. §. itē obijcitur: quia illud factum fuit in figura quòd Dominus sibi copularet ecclesiam ex gētibus. 2. q. 7. §. his itaque. Sed pone q̃ aliquis hæreticus nunquam fuit baptizatus, voluit baptizari, sed non habuit aquā, constat ei oīa peccata dimissa esse et originale. nunquid potest contrahere matrimonium cū cū Christiana? Dicit H. q̃ non: quia ianua oium sacramentorū est baptismus. 32 dist. in §. verum. Similiter nec ordinem posset recipere forte si superuixit, & se non baptizauit, videt cōtēnere & sic habetur quasi non fuerit Christianus Ioā.

Baptizatus sola volūtate, an possit cum Chr̄ia-na contrahere.

y ¶ Damnabilem.] *In glossa interlineari ibidem hęc leguntur*, qui non facit se damnabilem nocendo alijs de suo bono.

d ¶ Absque Deo] *Apud B. Augustinum, & in glossa ordinaria legitur*, & nihil est bonum sine summo bono. *Reliqua vero vt apud Gratian.*

t ¶ Virtutibus. *Hęc non sunt reperta apud B. Hieronymum. Sententia elici potest ex B. Augustino in quinto de ciuitate Dei ca. 12. vsque ad 15.*

¶ Fideles infidelibus non sunt coniugio copulandi. C. XV.

CAue Christiane gentili, aut Iudæo filiam tuam tradere [a]. Caue, inquam, gētilem, aut Iudæam, atque alienigenam, hoc est hæreticam, & omnem alienam [b] à fide tua uxorem accersas tibi. Prima [c] coniugij fides, castitatis gratia est [d]. *& infra.* ¶ Si Christiana [e] sit, non est satis: nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationem nocte uobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus. Sent. 4. dist. 39.

Item ex concilio Agathensi, c. 67. Et in Laodiceno, c. 31.

¶ Cum hęreticis catholici non misceant coniugia. C. XVI.

NOn oportet cum hominibus † hæreticis [f] miscere cōnubia, & uel filios, uel filias dare, sed potius accipere; si tamen se profiteantur Christianos esse futuros, & catholicos. Burc. l. 9. c. 78. Iuo p. 8. c. 204. † al. cibus

Item ex concilio Vrbanensi †. † al. Verbonēsi

¶ *Eadem sententia quibusdam verbis mutatis habetur in concilio Aruernensi, c. 6. Et similia sunt in Aurelianensi 2. c. 19.*

¶ Christiana communione careat, qui Iudaicæ prauitati coniugali se uinculo sociat. C. XVII.

ij SI quis Iudaicæ prauitati coniugali societate iungitur: siue Christiana Iudæo, siue iudæa Christiano mulier carnali consortio misceatur; quicumque eorum tātum nefas admisisse cognoscitur; à Christiano cœtu, atque conuiuio, & à communione ecclesiæ protinus segregetur. Sent. ibidem

Item illud Augustini, [*Non est ratum cōiugium, quod sine Deo est,*] *non negat coniugium esse inter infideles.* [*Cōiugium enim aliud est legitimum, & non ratum; aliud ratum, & non legitimum: aliud legitimum & ratum. Legitimū coniugium est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum nō est; quia non est firmum, & inuiolabile* [a] *coniugium eorum.* su. ead. in principio.

c ¶ Prima.] Quæ est inter sponsos & sponsas. Io.

d ¶ Gratia est.] Infra 30. q. 5. fœminæ.

e ¶ Si Christiana.] Idest catechizata. Et ita est argu. q̃ catechumenus non est fidelis. De hoc dicam inf. 30. q. 1. in princip.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, q̃ nullus per desponsationem debet filium suum vel filiam tradere homini alienæ fidei ad cohabitandum; sed potius conditionibus, quæ opponuntur in matrimonio, no. 32. q. 2. solet.

SI quis.] ITEM ILLVD. CASVS. Grat. ostendit in hoc § vel exponit verbum, quod positum fuit su. ea. q. §. 1. in fine. non est ratum coniugium, quod sine Deo est? faciens trimembrem diuisionem, vel distinctionem matrimonij: dicens aliud esse legitimū & nō ratū: & aliud ratū & nō legitimū, & aliud legitimū & ratū: & de quolibet mēbro exēpla supponit, quæ facile per te videbis.

a ¶ Ius

a ¶ Dato.] Hic non ponit exemplum bonum. Nã in veritate per dationẽ libelli nõ dissoluebat matrimonium immo vera erat fornicatio. extra de diuor. gaudemus.
b ¶ Traditur.] Infra 36 q. 5 aliter.
c ¶ Non legitimum.] Si.n. probatum fuerit aliquod impedimentum

tur in qõne prima, & ex illo c. si infidelis. quia si infidelis noluerit habitare cũ cõuerso ad fidẽ, vel voluerit habitare cum contumelia nominis Christiani, vel vt traheret eũ ad mortale peccatũ; licitẽ cõtrahit tũc cõuers⁹.
d ¶ Quòd vero.] Hic intitulatur secunda quæstio, de qua supra diximus in prima quæstione.

Dato [a] *enim libello repudii, licet eis recedere ab inuicẽ, & aliis copulari lege fori, non lege populi, quam nõ sequũtur. Inter fideles vero ratum coniugium est, quia coniugia semel inita inter eos, vlterius solui non possunt. Horum quædam sunt legitima, velut cũ vxor à parẽtibus traditur* [b]: *à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur. Hęc talia cõiugia, legitima, & rata appellantur. Illorum uero coniugia qui contemptis omnibus illis solẽnitatibus solo affectu aliquam sibi in coniugem copulant, huiusmodi coniugium nõ legitimum* [c], *sed ratum tantummodo esse creditur.*

a ¶ Inuiolabile.] *Sic in omnibus vetustis exemplaribus, quæ collata sunt. In vulgatis legebatur*, & ideo violabile.

QVÆSTIO II.



Vòd uero [d] *uxore uiuente alteram ducere nõ possit* [β], *testatur scriptura* [γ] *dicens: [Alioquin si disceditis ab inuicem, & uolentes cohabitare dimittitis, & aliis uos copulaueritis, adulteri eritis, & filii uestri, qui postea nascentur, erunt immundi, id est, spurii.]*

β ¶ Non possit.] *In vulgatis sequebantur hæc*, qui infidelem dimisit. *quæ in manuscriptisse exemplaribus non habentur.*
γ ¶ Scriptura.] *Hæc non sunt veba ipsa scripituræ, sed in gl. ordin. ex Ambrosio ad ea verba 1. Cor. 7.* alioquin filij vestri, &c. *hęc leguntur*, Si dimitticis, inuicem nolentes cohabitare, & alijs uos copulatis; adulteri estis: & filij uestri spurij, & ideo immundi.

Item ex concilio Meldensi, c. 1.

¶ Non potest quis post baptismum alteram ducere, viuente ea, quæ ante baptismum sibi fuerit virgo copulata. C. I.

su. e. q. 1. si quis. Cõcor. Tribur. conc. c. 39. Sent. 4. dist. 39. Burc. l. 9. c. 61. Iuo p. 8. c. 197. Pann. l. 6. c. 98.

SI quis habuerit vxorem virginem [e] ante baptismũ; viuente [f] illa, post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia [g].

Gregorius autem contra testatur dicens.

¶ Licet fideli aliam ducere vxorem quam [δ] Chistianæ fidei odio infidelis dimittit. C. II.

δ ¶ Quam.] *Sic etiam in vetustis: sed si legeretur*, quem *magis videretur respondere verbis ipsius capitis.*

Sent. 4 dist. 39. Glos. 1. Cor. 7. ad illud [nõ est enim frater.]

SI infidelis discedit odio Christianæ fidei; discedat. Non [est enim frater, aut soror subiect⁹ seruituti in huiusmodi.] Non est enim dimissum peccatũ propter Deum [h], si alij se copulauerit. Contumelia quippe creatoris soluit [i]

S I quis.] CASVS. Dr̃ in hoc ca. q̃ si gentilis cõuersus ad fidem vxorẽ habuit infidelem uolentẽ secum habitare; ea viuẽte, cũ alia cõtrahere nõ potest. Crimina enim in baptismo dissoluuntur, & non matrimonia. Sequẽs § patet.
e ¶ Virginem.] Idẽ esset, & si corruptã. sed de facto quæsitũ est de virgine: fortè ideo quia videbatur quòd matrimonium solueretur inter virginem & eũ, qui accedebat ad baptismum: sicut cũ alter spõsorum transit ad religionem monasterij, sed non est ita quia cum trãsitur ad religionem fidei, bene potest quis vti matrimonio. 26. di. deinde. secus cũ transitur ad monasterium, vt 26 q. 1. vt lex.

Religio fidei nõ impedit matrimonio vti.

f ¶ viuente.] Et conuersa cũ viro vel nõ cõuersa. secum tñ cohabitare volente, sequens autem capitulum intelligitur de nolente cohabitare.
g ¶ Coniugia.] Põt tñ ad religionem trãsire etiam inuita ea, cũ matrimoniũ non sit ratum extra de diuor. quanto.
S I infidelis.] CASVS Dicitur hic, q̃ si conuersus ad fidẽ vxorẽ habuit infidelem. q̃ odio Christianæ fidei noluerit morari cum ipso, licitè potest se alij copulare, cõtumelia enim creatoris soluit ius matrimonij cum nõ sit seruanda fides ei, quæ hristum audire contemnit.
h ¶ Propter Deum.] id est, propter fidem Dei.

pedimentum in tali matrimonio, filij non erunt legitimi, vt extra de cland. despon. cum inhibitio.



Vod vero.] CASVS. Hic intitulat̃ 2. q. in qua qd iuris sit, satis patet ex ijs q̃ dicta sunt in prima qõne, & ex distinctione, q̃ colligi-

i ¶ Soluit.] Ecclesia tamen debet sententiare sed quid si illa vxor non vult venire ad causam. cum non sit de foro ecclesiæ? Si potest constare ecclesiæ, quod nõ uult cohabitare, sententiet. Hanc gl non approbo: quia sine iudicio ecclesiæ dissoluitur matrimonium, vt supra q. 1. si infidelis.

a ¶ ius.]

ius [a] Matrimonij circa eum, qui relinquitur [b]. Infidelis autem discendens, & in Deum peccat, & in matrimoniũ [c]: nec est ei fides seruanda coniugij: quia † propterea discedit, ne audiret Christum Deum [d] esse Christianorum coniugiorum.

† al. qua

¶ Hæc non sunt inuenta apud B. Gregorium: sed apud B. Ambrosium ad c. 7. 1. Corinth. ead. fere coguntur plenius atque aptius exposita.

a ¶ Christum Deum.] *In loco indicato est*, ne audiret auctorem esse Christianorum Deum coniugij.

Hic distinguendum est, aliud esse, dimittere volẽtẽ cohabitare, atq; [c] aliud, discedentem non sequi. Volentem n. cohabitare licet quidem dimittere. sed non ea viuente aliã super ducere †: discedentem vero sequi non oportet, & ea uiuente aliam ducere licet. Verum hoc non nisi de his intelligendũ est, qui in infidelitate copulati sunt. Cæterum, si ad fidem vterque conuersus est, vel si vterque fidelis matrimonio iunctus est, & procedente tempore alter eorum à fide discesserit, & odio fidei coniugem dereliquerit, derelictus discedentem non comitabitur: non tamen illa uiuente alterã ducere poterit: quia ratũ cõiugium fuerat inter eos: quod nullo modo solui potest.

Sent. 4. dist. 39.

† al. superinducere

QVÆSTIO III.



Trum [e] vero bigamus sit reputãdus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram; auctoritate Hieronymi *patet.*

Ait n. super epist. Pauli ad Timotheum.

¶ Sententia huius capitis habetur supra dist. 26. ca. vnius. ex gl. ord. 1. ad Tim. c. 3. Beatus autem Hieronymus hanc rem & in epis. ad Titum c. 1. attigit, & in epistola ad Oceanum copiosè tractauit.

¶ Non est bigamus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. I.

Oportet episcopum vnius vxoris esse virum. Verum hoc post baptismum. Cæterum, si ante baptismum habuit vnam, & post baptismum habuerit aliam; non est reputandus bigamus: cui prorsus innouaro per baptismum omnia vetera sunt dimissa.

su. dis. 27. unius

Augustinus vero contra testatur, & Innocentius.

Ait enim Augustinus super epistolam Pauli ad Titũ.

¶ Sententia huius capitis habetur in collectaneis Bedę, & glossę ordinariæ ad cap. 1. epistolę ad Titum, vt supra 26. dist. cap. acutius

a ¶ Ius.] Id est, uinculum i. Sed tunc demum solum cõtrahere relictus. ar. extra de diuor. gaudemus. in fin. immo etiam prius credo solutũ. sed si alter reuertitur ad fidẽ antequã alter duxerit vxorẽ, restituitẽ uinculũ matrimonij quasi iure postliminij, ut ibidem perpenditur.

b ¶ Relinquitur.] Nihilo minus & circa relinquentem. unde & relinquens cõtrahet sine peccato, si cõuersus contrahat; nõ enim põt matrimoniũ claudicare cũ sint duę relationes; unde si una est uxor, & reliquus est vir. iõ autem non tractauit hic de relinquente, quia extra ecclesiam est, & nihil ad nos de eo iudicare 2. q. 1. multi. Est tamẽ arg. ꝙ claudicet, ut hic, & ex. de eo q. cog. c. 1. argu ff. man. potest sed ut dixi, quod essentiã non põt claudicare, sed quo ad effectũ bene: quia quãdoque tenetur unus alij: sed non econuerso. Vel dic quantum ad fidelem soluitur, ut hic dicitur: quia adhuc potest, debitũ petere ab altero; sed infidelis non potest, quia fidelis non est subiectus seruituti illius: & cum alia sit seruitus, qua tenetur uir uxori, quam illa qua tenetur uxor uiro 2. bene potest una seruitus esse sublata, & nõ alia. sic ff. de ser ui. urb. prę. si domus & extra de conuer. coniu. quidam.

c ¶ Et in matrimonium.] id est, in fractione primi matrimonij. non dicas in secundum matrimonium, si illud contrahat postquam cõuersus cum alia contraxit, ut præmisit arg. tamen quod peccet contrahẽdo secũdũ extra de te sili. sicut.

HIC DISTINGVENDVM. CASVS. G. bene distinguit in hoc §. dicens, ꝙ si alter coniugũ fuerit conuersus ad fidẽ: si infidelis uoluerit ei cohabitare: fidelis altero uiuente contrahere non poterit. Si autẽ infidelis noluerit cohabitare fideli tunc fidelis fideli uiuẽte potest contrahere. si autem uterque est conuersus ad fidem, uel si ab initio uterque fuisset fidelis: licet alter eorum à fide discedat, alter tamen nullo modo contrahere põt: quia ratum fuit matrimonium inter eos.



d ¶ Atq;.] Hæc distinctio est canonica, & bona: & probatur extra de diuor. quanto.

Trum uero.] CASVS Hic intitulatur 3. q. in qua quid iuris sit, dictum est supra 26 dist. & mirum fuit quare magister hic eam refricauit. Et scias, ꝙ Hier. contradicit Augus. & Inno. & multis alijs sanctis patribus; sed ex toto præiudicatur Hier. nec ualet quod hic dicitur ab eo. Se. c. per te uidebis, quia similia habuisti supra 25. dist.

e ¶ Vtrum. Hic intitulatur qõ. 3. in qua quid iuris sit, diximus 26. d. uni⁹. nec ualet quod hic dicitur à Hierony.

a ¶ Et obligatiunẽ & seruitutem matrimonij: unũ fac uinculum quia nõ uicit littera, soluit matrimoniũ, sed icit: soluit ius matrimonij. sm Ray. Matrimõiũ claudicare potest.

Vir, & uxor tenetur duplici seruitute.

2 Arg. cõtra, 32. q. 6. apud nos. ubi de hoc.

a ¶ Acu-

a A Cutius vero.] ¶ Censuerunt.] Supra dist. 55. cap. nullus.

Vidam] CASVS. Tria sunt imparia coniugia. Vnum est de fide dispari: de quo tractatum est in precedenti causa. Aliud de diuersitate condi-



Vòd autem. [CASVS. Hic depingitur 1. q. qua queritur an matrimoniũ sit inter eos, inter quos interuenit error personæ, & certum est ꝙ error personæ, & error conditionis impediunt matrimonium: error vero fortunæ & qualitatis non impediunt, Gra. tamen in hoc §. allegat pro vtraque parte, distinguendo quatuor errores, scilicet personæ, fortunæ conditionis, & qualitatis. Casus huius §. est talis. Diuiditur. n. in tres partes: in prima parte allegat Gr. pro viro, ꝙ sit inter eos matrimonium, & hoc facit ꝑ descriptionem matrimonij: & quia ex tali cõiunctione consensus interuenit, matrimonium fuit inter eos. Sed statim pro muliere respondet, dicens, ꝙ ibi non affuit consensus, cum error interuenit, & ita non fuit coniunx: qđ probat exemplo illius, q ordinatur ab eo, quẽ putat esse episcopum cum non sit: sed statim allegat pro uiro dicens, ꝙ non omnis error impedit cõsensum matrimonij: qa error virginitatis nõ impedit matrimonium. In secunda parte soluit pro muliere distinguendo quatuor errores, scilicet personæ, cõditionis, fortunæ, & qualitatis: & dicit ꝙ error personæ & conditionis impediunt matrimonium; error vero fortunæ & qualitatis non. Et ꝙ error personæ impediat, probat duob. exemplis. Nam si aliquis vellet rem suam vendere Marcello, & postea Paulus simulauit se Marcellũ, non tenet vẽditio cũ Paulo. Sic

¶Non debet fieri episcopus, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. II.

Su. d. 26. acutius

A Cutius uero intelligunt, qui nec eum ordinandum censuerunt [a], qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. In baptismate enim crimina abolentur, non fœderatio coniugij dissoluitur. Sicut illa, quæ catechumena uitiata est, inter Dei uirgines consecrari non potest; sic qui ante baptismum habuit unã, & post baptismum alteram, non nisi bigamus est reputandus. Amisit enim quiddam non ad uitæ meritum, sed ad signaculi sacramentum.

Su. d. 26. deinde & su. e. q. 1. nunquid.

Item Innocentius Ruso, & Eusebio episcopis Macedoniæ multis argumentis probat talem bigamum reputari. Quia ergo iste, cuius causa in præsenti agitur, ante baptismum habuit vnam, & post baptismum alteram; bigamus iudicatur: & licet vitæ merito, & industria scientiæ polleat; tamen in episcopum ordinari non potest.

CAVSA XXIX.



Vidam mulieri nobili [b] nũciatum est; quòd à filio cuiusdam nobilis petebatur in cõiugem: præbuit illa assensum. Alius vero quidam ignobilis, atque seruilis conditionis, nomine illius seipsum obtulit, atq; eam in coniugem accepit. Ille, qui prius sibi placuerat, tãdem venit, eãque sibi in coniugem petit. Illa se delusam cõqueritur, & ad prioris copulam aspirat.

1 *Hic primum quæritur, an sit coniugium inter eos.*

2 *Secundò, si prius putabat hũc esse liberum, & postea apprehendit illum esse seruum, an liceat ei statim ab illo discedere.*



QVAESTIO I.

27. q. 2. in prin. ps

Vòd autem [c] coniugium sit inter eos, pro-

tionis, scilicet cum liber contrahit cum ancilla: vel libera cum seruo, de quo in hac causa tractatur. Tertium est cum vnus est maior, & alter minor, de quo tractatur in causa frequenti. Tractat igitur magister in hac causa de errore conditionis: & quis error impediat matrimonium. Et ut hæc & alia competentius faciat, præmittit thema, de quo duas elicit quæstiones.

b ¶ Cuidam mulieri nobili.] Imparia coniugia tribus modis dicuntur. vno modo quando contrahit fidelis cũ infideli: de quibus in superiori causa audiuimus. Alio modo quando vnus liber, & alius seruus: de quibus in hac causa videbimus. Tertio modo quando vnus maior, alter minor: de quibus in sequenti tractatur. hic de errore ꝑsonæ, cõditionis, qualitatis & fortunæ tractat.

[C]oniugia [imp]aria trib. modis.

cum aliquis putat se emere aurum, & emit orichalcũ nõ consentit in orichalcum. In tertia parte ꝓbat pro viro, ꝙ error ꝑsonę non impedit matrimonium: quia Iacob non cõsensit in Lyã: & tñ matrimonium fuit inter eos. Sed statim rñdit pro muliere dicens, ꝙ matrimonium fuit inter Iacob & Lyam ex subsequenti consensu, & nõ precedenti. Et ꝙ error personæ excuset, probat trib. exẽplis. s. exemplo eius qui per ignorantiam cognouit sororem vxoris: & exemplo diaboli, qui transformat se in angelum lucis; & exẽplo hæretici, qui simulat se catholicum. vnde cum hic interuenerit error personæ, patet ꝙ ista non est coniunx ipsius. Error vero fortunæ & qualitatis non excludit consensum.

c ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an scilicet matrimonium

Mrimoniũ vitũ errore impediatur.

monium contrahatur inter eos, inter quos interuenit error personæ: hoc est dicere, an error personæ impediat matrimonium contrahendum, & dirimat iam contractum. G. allegat pro & contra: distinguendo quatuor errores: fortunæ, qualitatis, personæ, & conditionis, duo vltimi dirimunt matrimonium, non ex sua natura, sed ex cõstitutione ecclesiæ. Nã similiter & Papa posset constituere, q̃ error qualitatis impediret, & q̃ nullus error impediret, q̃ esset matrimonium vbi esset error personæ: sicut & tenet pignus, licet ibi sit error. ff. de pign. ac. l. 1. vnde ex natura non habet error personæ q̃ impediat. argu tñ est contra inf. de Iacob & Lya: quia nõdum ecclesia constituerat; & tamen tũc impediebat. Et est etiam arg contra, q̃a error ipedit emptionem, vt ff. de contrahen. emp quid tamẽ. Et no. q̃ sm H. & L. nunquam erratur in persona, nisi prius habita notitia aliqua de eo, cuius nomine alius se representet: vnde si aliquis offert se sub nomine regis Frãciæ alicui puellæ: si ipsa nihil vnquam audiuit de rege Frãciæ; nec aliquam notitiam habet de eo per famam, vel alio modo, & putat hunc esse regem Franciæ, nõ errat in persona, sed in fortuna, vel qualitate, vel noĩe.

1 Ar. ext. de consan. non debet.

Error personæ nõ facile committitur.

tur autem consentire nisi expresse dissentiat, vt ff. sol. matr. l. 2 §. voluntatem. & extra de spon. sicut ex literis, & extra de ijs, quæ fiũt a prælat. cap. 2. ff. de spon. l. sed ea, quæ patris.

b ¶ Errauit.] Quia alium pro alio putauit: hoc est errare 22.

batur hoc modo. Coniugium siue matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. ¶ *Item cõsensus*[a] *vtriusque matrimonium facit. Quia ergo isti coniuncti sunt, ut indiuiduam uitæ consuetudinem conseruarent, quia uterque consensit in alterum; coniuges sunt appellandi.* ¶ *His ita respondetur. Cõsẽsus est duorum, vel plurium sensus in idem. Qui autem errat; non sentit: non ergo consentit, id est, simul cum alijs sentit: Hæc autem errauit*[b]*: non ergo consensit*[c]*; non itaq; coniũx est appellanda: quia non fuit ibi consensus vtriusque: sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur, ab eo, quem putat esse episcopum, & adhuc est laicus, errat, nec uocatur ordinatus, immo ab episcopo adhuc est ordinandus*[d]*, sic ista errans nulli est copulata coniugio: immo adhuc est copulanda.* ¶ *Ad hæc, non omnis error consensum euacuat. Qui enim accipit in uxorem corruptam, quam putat uirginem, uel qui accipit meretricem, quam putat esse castam; uterque errat: quia ille corruptam existimat uirginem; & iste meretricem reputat castam. Nunquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? aut dabitur utrique facultas dimittendi utrãque; & ducendi aliam*[e]*? Verum est quòd non omnis error cõsensum excludit; sed error alius est personæ*[f]*, alius fortunæ, alius conditionis, alius qualitatis. Error personæ est, quando hic putatur esse Virgilius, & ipse est Plato. Error fortunæ, quãdo hic putatur*[g] *esse diues, qui est pauper, uel econuerso. Error conditionis, quando putatur esse liber, qui seruus est. Error qualitatis, quando putatur esse bonus, qui malus est. Error fortunæ & qualitatis coniugij consensum non excludit. Error uero personæ, & conditionis, coniugij consensum non admittit. Si quis enim paciscere-* 4. Sent. dist. 36.

Sed aliqua consentit in aliquem visum vel nõ visum: tamen aliquo modo sibi cognitum. s. fama, vel alio modo: si postea per errorem accipiat alium, etiam si ab eo fuerit cognita, reddetur primo: si tamen ille in eam consenserit per nuncium, vel alio modo. si vero nullo modo fuerit sibi cognitus, quamuis per errorem accipiat alium, nunquam reddetur primo: quia inter eam & primum non fuit matrimonium. nam in penitus incognitum nec amorem nec consensum dirigere possumus 2. Vnde August. Non visos diligere possumus, qui nobis per famam vel alio modo cogniti sunt: in cognitos autem diligere nequiuimus. sed certe hoc possit concedi, quòd non sit restituenda priori; non tamen dico quod debeat stare cum secundo, cum ibi sit error. Nam errare est aliud pro alio putare, vt 22 quæstio. 2. in quibus & 38. distin. quamuis. Item eadem ratione qui emit orichalcum pro auro, consensit in aurum, quod falsum est, vt ff. de contrahen. emptio. alioquin & l. quid respõ. nam licet non erret circa illum cuius nullam notitiam habuit, errat tamen circa præsentem 3. H. tamen & L. dicunt, quòd sit matrimonium cum illa. sed hoc non credo; cum ibi sit error, ergo nõ est ibi consensus: quia nihil est tam contrarium consensui, quàm error, vt ff. de iud l 2.

2 Ar. contra ff. de contrahen. emp. cũ ab eo. § mal sam.

3 Subau. circa quẽ error attendit: qđ dic vt no. is. ea. in gl. dicit tamen, &c. in fine.

a ¶ Item consensus.] Vt 37. quæst. 2. sufficiat. Intelligi-

re. 22. q. 2. in quibus. Vel pro vero falsum putare. 38. dist. quamuis.

c ¶ Consensit.] Nihil est tam contrarium consensui q̃ error, vt ff. de contrahen. emp. alioquin. ff. de iurisd. om. iud. si per errorem.

d ¶ Ordinandus. Vt 68. dist. presbyteri.

e ¶ Aliam.] Quasi dicat, non. Nam ille error venditionem impedit, licet error sexus impediat, ff. de contrahen. emptio. alioquin. § 1. tamen dicit lex, quod soluitur emptio per actionem ex empto, ff. de act. ex empto. § si quis virginem.

f ¶ Personæ.] Persona est secundum B. rationabilis creatura indiuidua essentia.

g ¶ Putatur.] Dicit R. q̃ in hac litera non debet esse ipse, sed hic: & hæc vxor, hic, non est pronomen, sed aduerbium, vt sit sensus: Error personæ est quando putatur esse Virgilius hic. i. in hoc loco. & ibi est Plato. Nã impossibile est vt putes Virgiliũ esse Platonẽ de dicto: pater de re similiter patet: quia impossibile est q̃ quis putet de Virgilio q̃ sit Plato. nec econuerso. quod verum est secundum opin. aliorum, qui concedunt q̃ illum esse Virgilium, est Platonẽ esse Virgilium. Alij vero concedunt, q̃ iste putet illum esse Platonem: non tamẽ putat Virgiliũ esse Platonẽ: & hoc per accidens, qđ inter proprium nom ẽ, inter quos est H. hãc opinionem tenuit est hic

[illegible]

[illegible]

est hic G. secundum hoc planum est quod dicit, aliquando hic putatur, & c. & quòd pingui intellectu errantis putetur de aliquo quòd sit alius, habes 26. quæst. 5. nec mirum. vbi dicit August. quòd hunc puto esse hominem demonstrato dæmone, ff. de exceptio. rei iudic. & an

tetur minor; non tenet matrimonium cum eo.

a ¶ Venditurum.] Idest, venditum se traditurum.

b ¶ Emeret.] Idest, quasi a se emptum per traditionẽ acciperet. ideo autem sic exponũt doctores, quia si duobus venderet, & secundo traderet, secundus esset potior, vt C. de rei ven. quoties, ff. de rei vend si à Titio. sed G. intellexit litterã istam sic. quando. s. secundo non esset vẽditurus, si eum cognosceret. vnde cum erraret in persona, quę secundo offerebat pretiũ, non contrahebat cũ ea ff. de fur. si quis vxori. §. cum Titio. ff. de contrah. empt. cũ seruo. nec errans dominium transfert. ff. de acq. re. do §. procurator. & sic plana est littera. & l. si à Titio, & illa l. quoties. intelliguntur cũ scienter cum duobus contraxit: doctores tñ exponunt (vt dixi:) emeret i. emptum acciperet. & hoc propter illud quod sequitur: nunquid cũ Paulo, &c.

Vendẽs duobus successiue, & tradẽs posteriori, ipsum efficit potiorem.

tur se uenditurum [a] agrum Marcello, & postea ueniret Paulus dicens se esse Marcellum, & emeret [b] agrum ab illo; nunquid cum Paulo conuenit iste de pretio, aut dicendus est agrum sibi uendidisse? Item si quis promitteret se uenditurum mihi aurum; & pro auro offerret mihi orichalcum [c], & ita me deciperet; nunquid diceret consensisse in orichalcum? Nũquam volui emere orichalcum: nec ergo aliquando in illud consensi; quia cõsensus nõ est nisi voluntatis. Sicut ergo hic error materię excludit cõsẽsum; sic & in coniugio error personę. Non enim consensit in hunc, sed in eum, quem putabat [d] esse. Sed obijcitur. Iacob non cõsẽserat in Liam, sed in Rachel: septem siquidẽ annis pro Rachel seruierat. Cum ergo eo ignorante Lia esset sibi supposita; non fuit coniugium inter eos, si error personę cõsensum excludit: quia ut dictum est, non in eam consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur: Consensus alius est pręcedẽs, alius subsequens. Pręcedit consensus, quando ante carnalẽ copulam in indiuiduam vitæ consuetudinem vterque consentit: subsequitur, quãdo post concubinalẽ, siue fornicariũ coitum consentiunt in idem. Iacob ergo & Liam non fecit coniuges precedẽs consensus, sed subsequens [e]: nec tamẽ ex primo cõcubitu fornicarij iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit; & illa vxorio affectu sibi debitum persoluerit, putans lege primogenitarum [f], & paternis imperijs se sibi iure copulatum. Quòd autem error personę nõ nullos excuset, auctoritate illa probatur, qua soror vxoris, vtroque inscio [g], sorore videlicet & marito, in lectum eius iuisse, & à viro suæ sororis cognita perhibetur: quę cum sine spe coniugij perpetuo manere censeatur; ille tamen, qui cognouit eam per ignorantiam, excusatur. Aliter etiã hoc probatur. Diabolus nonnunquam se in angelum lucis trãsformat [h]: nec est periculosus error, si tunc creditur esse bonus, cum se bonum simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici quæreret, an suæ beatitudinis vellet esse particeps; & ille responderet, se in eius consortium [i] velle transire: nunquid dicendus est consensisse in consortium diabolicæ dãnationis, an nõ potius in participationem æternæ claritatis? Item si quis hęreticorum nomine Augustini, vel Ambrosij, uel Hieronymi alicui catholicorum seipsum offer-

Gen. 29

Inf. 34. q. 1. & 2. c. in lectum.

2. Cor. 11.

c ¶ Orichalcũ.] Voluit dicere Marcell⁹ ꝙ esset emptio & vẽditio, quia in corpus consensum fuit, licet fuerit erratũ in materia, i. in substantialium qualitate. Sed Vlpianus eum correxit, dicens non esse venditionem vbi erratum est in materia ff. de contrahẽ. emp. in venditionibus. pignus tamen tenet, si quis obliget æs ꝓ auro: vt ff. de pign. act. l. 1.

Vẽditio non est vbi in materia erratur

d ¶ Putabat.] Si quis autem errat in proprio nomine, dum tamen certum sit de quo consentiat: hoc non officit, ff. de test. si in nomine. secus aut in appellatiuo, ff. de hære. insti. non ideo minus, ff. de leg. 1. l. 4.

e ¶ Subsequens.] Infra 30. quæstio. 5. §. sed obijcitur.

f ¶ Primogenitarum.] Consuetudo erat maiorem primo nuptui tradere. 7. q. 1. quàm periculosum.

g ¶ Inscio.] Inf. 34. q. 1. & 2. in lectum.

h ¶ Transformat.] Sup. 26 q. 5. episcopi.

i ¶ Consortium.] Hoc verum est, ꝙ ille non peccat cũ ita simpliciter in genere dicit se velle esse participem suæ beatitudinis: secus si ad specialia descenderet: non tñ ob hoc excusatur Saul, qui adorabat dæmonẽ, quem credebat esset Samuelem. 26. q. 1. nec mirum. hoc ideo quia intercessit culpa sua, vel ibi idololatriam adorauit.

Saul adorauit dęmonẽ.

an eadem. argum. ff. de furt. si is qui. §. si tu mihi. & de iu. eum qui §. si iniuriam. vbi dicit iurisperitus quòd hunc puto Lucium, demonstrato Seio. Sed quæro circa quam personam dicit hũc errorem fore? Dico quòd circa præsentem, quando, scilicet contrahit cum vno, & credit se contrahere cum alio, vnde dico quod circa absentem personam non errat. nam dico quòd si primo iam ille consentit in istam, & ista modo consentit in illum, quod est matrimonium. Sed quæritur, si ille est mortuus in quem consensit: & alius præsentatur sibi, an talis error impediat matrimonium? sic, quia licet ille non sit in rerum natura; non minus tamen est ibi error personæ. Item si aliquis habeat tres filios: & aliqua consentiat in maiorem filium: postea præsen-

ret, atque ad suę fidei cum imitationem prouocaret; si ille pręberet assensum, in cuius fidei sententiam diceretur consensisse † ? non in hereticorum sectam, sed in integritatem catholicę fidei, quam ille hæreticus se mentiebatur habere. Quia ergo hæc persona decepta errore non in hunc, sed in eum, quem iste se mentiebatur esse, consensit; patet, quòd eius coniunx non fuerit. ¶ Error fortunę & qualitatis non excludit consensum: ueluti, si quis consentiret in prælaturam alicuius ecclesiæ, quam putaret esse diuitem, & illa esset minus copiosa; quamuis hic deciperetur errore fortunæ, non tamen posset renunciare prelaturæ acceptæ. Similiter, quę nubit pauperi, putans illum esse diuitem, non potest renunciare priori conditioni, quamuis errauerit. Error qualitatis non excludit similiter consensum: vtpote si quis emerit agrum, uel uineam, quam putabat esse vberrimam; quamuis iste erraret in qualitate rerum, rem minus fertilem emendo: non potest tamē venditionem rescindere [a]. Similiter, qui ducit in vxorem meretricem, uel corruptam, quam putat esse castam, uel uirginem; non potest eam dimittere, & aliam ducere.

† al. cessisse.

QVAESTIO II.



Secunda [b] quæstio proposita est de cōditione, an liceat mulieri dimittere eum, quem putabat liberum, si postea illum inuenerit seruū. Quòd vero mulieri nō liceat à seruo discedere, multis rationib⁹ videtur posse pbari. in Christo enim Iesu nec est Iudęus, nec Græcus, nec seruus [c], neque liber: ergo nec in coniugio Christianorum. Eadem enim lege in fide Christi uterque regitur. Indifferenter enim ab Apostolo dicitur omnibus: [Qui uult nubere, nubat in Domino.] Et iterum: [Mulier nubat cui uult: tantum in Domino.] Non præcipitur, ut ingenua nubat ingenuo, ancilla seruo: sed quælibet earum, cui uult nubat, dummodo in Domino.

Gal. 3.

1. Cor. 7.

Item Iulius Papa, c. 4.

Vēditio tripliciter rescinditur.

a ¶ Rescindere.] Vt C. de rescind. vend. quisquis. nisi esset deceptus vltra dimidiam iusti pretij, vt ext. de emp. & vend. cum dilecti. Vel nisi haberet pestiferas herbas, vt C. de edi. act. si prædium. Vel nisi dedisset dolus causam contractus 1, vt ff. de dolo, l. & eleganter.

1 De hoc plene no. in pd. decr. cum dilecti.



Secunda quæstio.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In prima probat per tres auctoritates, quod si quis scienter consentit in ancillam, tenet matrimonium. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Si vero.] Quarta ibi, [Quæritur etiam.] Io. de Fan.

CASVS. Hic proponitur secunda quæstio, qua quæritur an mulier possit dimittere illum, quem putabat liberum esse cum sit seruus. Et certum est quod sic: secus si sciebat esse seruum, vt inf. ea. si qs ingenuus. Allegat tamen Gra. pro vtraq; parte. vnde probat in isto §. tribus auctoritatibus Pauli, quod eum dimittere non potest: [nec Iudæus,] supple repellēdus est a sacris ecclesiasticis.

Libera quæ ignoranter cū seruo cōtraxit, an ab eo recedere possit.

b ¶ Secūda.] Hic quæritur an seruili cōditione reperta libera possit recedere? & quidem sic, si ignorauit eum esse seruū quando cōtraxit cum eo, vt inf. ea. si quis ingenuus. Et no. H. quod nō omnis error cōditionis impedit matrimonium: sed tātum error seruilis conditionis: nec etiā semper talis error impedit. Vnde si libera vult contrahere cū seruo, & cōtrahit cū libero, non dirimit matrimonium: licet ibi sit error cōditionis: quia non intelligitur talis decepta, quæ cum meliori contrahit quàm credebat. Similiter dic, quod si seruus credat contrahere cum libera, & contrahit cum ancilla, non dirimitur matrimonium: quia consentit in hominem suæ conditionis: & quia neuter potest aliquid alij obijcere: & ita propter errorem serui nunquam dirimitur matrimonium: sed certe pari ratione videtur, quod si aliqua credit contrahere cum uno, & contrahit cum alio, qui est ditior, & melior, quod matrimonium teneat: quia non videtur decepta. Alij autem dicunt, quod siue erret in meliori, siue in deteriori conditione, semper dirimitur matrimonium. Tertij dicunt, quod si interueniat error in dispari conditione, dirimitur matrimonium a. sed si in pari nō dirimitur. vñ si libera vult cōtrahere cū libero & cōtrahit cū seruo: vel seruus vult contrahere cum serua, & contrahit cum libera, non tenet matrimonium, sed si liber vult cōtrahere cū serua, & cōtrahit cū libera, vel si ancilla vult cōtrahere cū libero, & cōtrahit cum seruo tenet matrimonium, quia vtrobiq; est paritas. Io. & hæc opinio bona mihi vř. B. Dubitari autem consueuit si libera contrahit per errorem cum hoie ascriptitiæ conditionis, an teneat matrimonium? H. dicit quod tenet: lex tamen contradicit. in auth. de nup. §. ascriptitio. coll. 4. & C. de senatusc. Clau. l. una.

Errās in meliori conditione an possit matrimoniū dirimere

Erant in meliori conditione an possit matrimonium dirimere

a Ar. ad hoc inst. de act. §.

Errās in meliori conditione an possit matrimoniū dirimere

c ¶ Nec seruus.] a sacramentis enim ecclesiasticis non est ampuendus, vt ext. de coniug. seruo. dignū Vel ab illis quæ sunt iuris naturalis, vt a uoto, vt in aut. de mo... nac. §. hinc aūt. coll. 1. vbi Iustinianus inducit hæc eadem verba Apli ad probandum quod seruus possit esse monachus: sed quantū ad ius ciuile seruus non hř pro homine, vt ff. de regulis iuris, quod attinet ad ius ciuile, &

OMnibus nobis.] CASVS. Cum apud Deum non sit acceptio personarum, sed vnus si pater omnibus, & vna lex: sicut ingenuus dimitti non potest. ita seruus scienter semel coniugio copulatus dimitti non potest. Seq. §. patet.

a ¶ Red.

c ¶ Legem.] Non quo ad promotionem. Irregularis. n. efficitur qui cũ serua contrahit. arg. 34. d. si quis viduã. sed sequuntur vnam legẽ habito respectu ad ius naturale. nam de iure naturali quilibet cum qualibet possit contrahere. & ita seruus cum libera, nisi obstaret constitutio ecclesię.

¶ Licet seruo matrimonia contrahere. C. I.

Burc. l. 9. c. 18. Iuo p. 8. c. 156. Pann. l. 6. c. 38.

OMnibus nobis vnus est pater in cœlis, & vnusquisq; diues & pauper, liber & seruus, æqualiter pro se, & pro aĩabus earũ rõnem redituri† sunt[a]. Quapropter omnes cuiuscunq; conditionis sint, vnam legẽ [b](quantum ad Deum) habere non dubitamus. Si autẽ omnes « vnam legẽ habent; ergo sicut ingenuus [c] dimitti nõ potest, sic nec seruus semel coniugio copulatus vlterius dimitti poterit.

† al. daturi

¶ Caput hoc apud Burchardum & Iuonem sequitur post vltima verba capitis si quis ancillam. infra eadem.

« ¶ Si autem omnes.] Hæc vsque ad finem habentur quidem in Pannormia, sed non apud Burchardum & Iuonem, videnturq; ipsius collectoris.

Item Zacharias Papa.

Capit. l. 6. c. 94.

¶ Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet. C. II.

Sent. 4. dist. 36. Iuo p. 8. c. 53.

j SI quis liber ancillam in matrimonium [d]acceperit, non habet licentiam dimittere eam (si consensu amborum coniuncti sunt, excepta & causa fornicationis: sed vna [e] lex deinceps erit per omnia, & viro & fęminæ.

& ¶ Excepta.] Hinc vsque ad finem non sunt in capitularibus, neque apud Iuonem, qui illa citat. Magister vero sententiarum habet, nisi ob fornicationem.

Item Iulius Papa.

¶ Inter patronum & liberam constat esse matrimonium legitimum. C. III.

Poly. l. 8. tit. 4. Burc. l. 9. ca. 18. Iuo p. 8. c. 156. Pann. l. 6. c. 37.

iij SI quis ancillam suam libertate donauerit, & in matrimonium sibi sociauerit; dubitatur [f] † apud quosdam, vtrum huiusmodi nuptiæ legitimæ esse videantur, an non. Nos itaque vetustam ambiguitatem decidentes, talia connubia legitima esse censemus †. Si enim ex affectu fiunt omnes nuptiæ, & nihil impium, & legibus [g] contrarium in tali copulatione fieri potest; quare prædictas nuptias inhibendas existimemus †?

† al. dubita-

† al. cẽsuimus

† al. existimauerimus?

2 *His ita respondetur. Non negatur ingenuam posse nubere seruo: sed dicitur, quòd si nescitur esse seruilis conditionis; libere potest dimitti, cum seruitus eius fuerit deprehensa. Illud autem Apostoli, & Iulij Papæ intelligẽdum est de his, quorum conditio utrique nota est. Huius autem conditio mulieri incognita erat: non ergo præmissis auctoritatibus cogitur manere cum illo: sed liberum illi esse ostenditur uel manere, uel discedere.*

Vnde in concilio apud Vermeriam, cui interfuit rex Pipinus, statutum est, c. 6.

c ¶ Ingenuus.] Argumentũ à toto in quãtitate ab vniuersali ad singularem. simile 19. dist. si Romanorum.

d SI quis] In matrimonij.] Potest ergo matrimonium esse inter seruum & liberã: quod est contra legem C. de inces. nup. l. 3. sed abrogata est quo ad hoc vbi scienter cõtrahitur.

Matrimonium potest esse iter seruum & libertam.

e ¶ Sed vna.] Quãtũ ad hoc.

SI quis ancillam.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si quis manumittit ancillam suã, & eam ducat in vxorem, ratum erit matrimonium iter eos, cum ex consensu matrimonium perficiatur. Sequens §. patet per se.

f ¶ Dubitatur.] Per legem illam forte. C. de incestis nup: humilẽ. vbi dicitur, q̃ non potest esse matrimonium inter clarũ virum & abiectã mulierem, nec inter senatorem & libertã.

g ¶ Et legib.] Et ita leges si contradicerent, dum tamẽ illis legibus canon non obuiet, non tenet matrimonium. nam q̃ leges habeãt locum in matrimonio, vide tur, licet H. contradicat 1. Arg. 35. q. 5. ad sedem. supra 27. q. 2. quod autem & c. lex diuina. in fi. vnde dicunt quidam, q̃ cum hic lex dicat nõ esse matrimonium cum ancilla, vt C. de inces. nup l. 3. & canon nõ excipiat nisi cũ sciẽter ducit, q̃ vbi etiã cum libera cõtrahit seruus, credens se cõtrahere cum serua, non teneat matrimonium.

Leges an habeant locũ in matrimonio.

† Argu. ad hoc 10. dist. quoniam vbi de hoc. & 86. d. cum ad verum. vbi de hoc in gl. vlt.

HIS ITA. Hæc est secũda pars q. in qua dicitur q̃ si credebat vir aliquam liberã, & erat ancilla, poterit ab ea separari: & hoc probat per tria cap. Io. de Fant.

a ¶ Redditurí sunt.] Argum. quòd seruus non tenetur obedire Domino in atrocibus. 11. q. 3. non semper.

SI quis ingenuus.] CASVS. Dř hic, ꝙ si ingenuus ancillam alterius ignorans ducat in vxorē: si voluerit eam redimere, facere potest, alioquin dimittat eam. si vero sciens cum ea contraxit, eam dimittere non potest. Sequens capitu. patet.

conquesta est se esse etiam expulsam à viro propter seruitutis: cui eps loci promisit, ꝙ viro eam restitueret, si se liberā esse probaret. Vñ Gregorius illi epo scribit mandando ei vt illam viro suo restituat: quia ipsa suam libertatē bene probauit: quod si non fecerit, non dimit.

¶De eo, qui ancillam duxit in vxorem, quam putabat esse liberam. C. IIII.

SI quis ingenuus homo vxorem ancillam vlterius acceperit, & existimat, quòd ingenua sit; si ipsa fœmina fuerit postea in seruitute detecta α; si eam à seruitute redimere potest, faciat a: si non potest b, si voluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam scierat c, & collaudauerat: prout ß legitimam eam habeat d. Similiter, & mulier ingenua de seruo alterius facere debet.

4. Sent. dist. 36. Burc. l. 9. c. 26. Iuo p. 8. c. 164. Pann. l. 6. ca. 41. & 111.

¶*Scriptum est nomine totius vniuersitatis Louaniensis ad S. D. N. Gregorium xiij. extare in bibliotheca S. Trudonis librum manuscriptum sub hoc titulo,* Excepta decretorum. *in quo inter alia capitula illius concilij apud Vermeriam, habentur hoc & seq. c.*

α ¶Detecta.] *Apud Magistrum legitur,* in seruitutem deiecta. *apud Burchardum vero,* inseruita *quod verbum hac eadem notione habetur lib. 3 capitularium, c. 28.*

ß ¶Prout.] *In aliquot vetustis codicibus est,* post vt itemque postea vt *quemadmodum, & apud Burchardum, & Iuonem.*

Item ex eodem, c. 8.

¶Non licet mulieri dimittere, quem sciens seruum accepit in virum. C. V.

Ex cap. l. 5. c. 12.

SI fœmina ingenua acceperit seruum, sciens quòd seruus esset; habeat eum; quia omnes vnum patrem habemus in cœlis γ. Vna lex erit viro, & fœminæ.

4. Sent. ibidem. Burc. l. 9. c. 27. Iuo p. 8. c. 52. & 165. Pann. l. 6. c. 42.

γ ¶Quia omnes vnum patrem h. in cœ] *Verba hæc non sunt in capitularibus, neque apud Iuonem p. 8. c. 52. vbi ipsa citat capitularia. Sunt tamen apud eundem ca. 165. vbi refert ex concilio apud Vermeriam, quemadmodum nunc Gratianus.*

Item Gregorius lib. 6. epist. 1. seu c. 165. ad Fortunatum episcopum.

¶Seruitutis occasione dimitti non valet, quæ post controuersiam status se in libertatem asseruerit. C. VI.

CVius rei causa cum matre sua huc cōpulsa anno præterito præsentium venerit latrix; fraternitas tua cautius †nouit: quia † scilicet maritus suus vester clericus ob hoc, quòd de seruili fuerat conditione pulsata, à suo noscitur eam remouisse e consortio, vosque hic positos asse-

† al. cautius † quam quia] or. & alio verborū ductu

Ancillam ignoranter ductā etiam post manumissionem potest liber dimittere.

a ¶Faciat.] Sed pone ꝙ liber ignorāter cōtraxit cū serua, postea dñs manumittit eā, & ipse cognoscit eam post eius manumissionem; post comperit eā fuisse ancillam tempore contractu matrimonij: quęritur an possit eam dimittere? Et dicimus ꝙ sic: quia cōsensus ille ab initio nullus fuit. sed si dominus eius tunc temporis sciebat contrahi matrimoniū, & tacuit, tunc tenet matrimoniū: quia eo ipso intelligitur ei dedisse libertatem. in auth. de nupt. §. si vero. ab initio, coll. 4. & in auth. vt liberti. de cætero. §. si q̄s coll 6. Sed pone, ꝙ libera cōtraxit cum eo quem credebat liberum: sed postea comperta conditione seruitutis, nihilominus vult stare secum: sed ille recusat. Dicunt quidam hoc matrimoniū esse ex vna parte: & non ex altera, vt extra de eo qui dux i ma. ca. 1 Sed dico 1. ꝙ quantū ad neutiū est matrimoniū. vñ neuter cogit̄ stare cum altero quātū ad vinculū matrimonij: sed rōne fidei ꝓmissæ bñ tenet ei. Idē pt dici cū maior cōtrahit cum minori, ꝙ quantū ad neutrū est matrimoniū: & quantum ad vinculū matrimonij æque pōt maior recedere à minore, sicut minor à maiore: sed non est ita quantum ad fidē promissam.

Matrimōniū inter liberā, & seruū contractum pōt à seruo dissolui.

g Hæc fuit sñia. L. q ita not. inf. cap. proxi.

a ¶Faciat.] Consilium est, non præceptum.

b ¶Si non potest.] id est, si non voluerit, vt sit quasi expositio littera sequens: Sed nec dominus cogitur eam vendere, arg 1. q. 1. eos.

c ¶Scierat.] Non videtur celata quæ sciuit: nec debuit certiorari quæ non ignorauit, vt ff. de acti. empt. & vendi. l 1.

d ¶Habeat.] Dicit tamen lex, ꝙ si filia senatori contrahat cum liberto, non tenet matrimoniū, vt ff. de senato. filiam. sed illud ſm leges non tenet: sed secundum canones tenet: quia matrimonia iure poli regūtur. 2. q. 3 § hinc colligitur.

CVius rei causa.] CASVS. Vxor cuiusdam clerici cū matre sua accedens ad Apostolicam sedem con-

dimittet incorrectum.

e ¶Remouisse.] Nunquid ergo sine iudicio ecclesię potest liber dimittere ancillam, quam credebat liberam? Vř hic, ꝙ sic, & 32. q. 2 ancillā. Nam retinendo eam, sibi fecit præiudicium, vt extra, de coniug ser proposuit contrarius tamen videtur, vt 33. q. 2. sæculares. 35 q 6 multorū nam si causa separationis sit manifesta: tamen sine iudicio ecclesiæ non debet dimitti, vt extra de diuor. porro. Nam pendente accusatione alter alteri tenetur reddere debitum, vt extra vt lite pend. la idoneitem & hoc potest admitti vnde si petita sit restitutio, audiri debuisset, & pendente causa non negabit ei alimenta, vt ff. de li. agnos. si neget. sponte tamen non debet ei commiscere, ne fiat ei præiudicium extra de coniugio ser.

fer.propofuit. sed ad mandatum ecclesiæ potest. ff. de ap.cum ex causa.

a ¶ Probare.] Sed quare probat ista se liberam, cum actori semper incumbat probatio, ut 6.q.vlt.actor. maxime cum ipsa fuerit in possessione libertatis? Sed dic q̄ spon-

batio in / it actor.

PErlatum.] CASVS. Quidam ingenuus ingenuam habens vxorem, se fecit seruum cuiusdam, ut hac occasione diuerteret ab uxore, quare quæsitum fuit in cōcilio Triburiensi, vtrum illam tenere debeat: & si tenuerit, vtrum illa redigatur in seruitutem, & respondetur in concilio, quòd propter hoc non potest ab ea diuertere, nec illa ancilla efficitur. Sequens. §. patet.

d ¶ Diuortij.] Sed vnde haberet iste occasionem diuortij propter hoc? Certe per legem, quæ dicit, quòd seruitus superueniēs dirimit matrimoniū. ff. de diuor l. 1. & in auth de nup. §. si vero, coll. 4. Sed qualiter potuit iste se vendere, cum ex hoc sequatur, quòd idem sit qui vendit, & qd venditur: quod est contra illud, ff de rerum permutatione, l. 1. maxime cū quīn que exigantur vt vēditio liberi hominis teneat, scilicet vt patiatur se venundari ad pretium participādum, & vt in veritate participet, & vt non sit ignarus suæ conditionis, & vt emptor ignoret eius conditionem, & vt sit maior xxv. annis, ff. qui. ad liber procla. non li l. 1. & 2. Item quæritur vtrum iste, qui se vendit, possit repeti ab vxore, quæ ius habet in eo, & in cuius opprobrium redundat huiusmodi seruitus. ar. quod sic. ff. de libe. cau l. 1. 2. & 3. quod concedit H. maxime cum ipsa fuerit absens: nec poterat proclamasse. ar gu. ff. man. si præcedēte § Lucius. & hoc cōcedo cum vir nō habeat copiam sui corporis: sed mulier. & est arg. ad hoc 33. quæstio. 5. quod Deo.

Vēditio hcis liberi tenet quinque interueniētib.

rūt promisisse, vt si probare [a] se liberā, adiuuāte Domino, ualuisset, suo eam uos coniugio reformaretis. Fraternitas igitur uestra cognoscat, quòd reuelante Deo libertatis auctore, approbata [b] sit libera: nullaque in ea macula seruilis inuenta est. His ergo cognitis, sine mora aliqua suo per uos eam uolumus marito [c] restitui; nec ulterius idem vir eius argumenta sibi occasionis † exquirat, quibus eam possit abijcere. Nam si à uobis (quod non credimus) minime fuerit adimpletum, eamque recipere forte distulerit; nos illud cognoscatis cum districta uindicta correcturos.

† al. aliqua occasione.

Cum dicitur, [sciēs illum seruum;] datur intelligi, quòd si nesciret illum seruum esse, non cogitur cum eo manere. Quia ergo hæc et personę, et cōditionis dolum passa est, nō cogitur adhęrere ei, cuius fraude decepta est. si uero liberū acceperit, & ille, vt causam præstet dissidij, se alicuius seruum fecerit: nec ille uxorem dimittere, nec illa ob uinculum coniugij in seruitutem redigi potuerit.

Su ea. si fęmina Sent. ibidem

Unde in Triburensi concilio.

¶ Occasione conditionis dolosè mutatæ, uir non discedat ab ea, quàm libertatis tempore acceperit.

C. VII.

Sent 4. dis. 36. Burc. l 9. c. 75. Iuo p. 8. c. 212. Pann. l 6. c. 99.

PErlatum est ad sanctam synodum, quòd quidam ingenuus ingenuam accepit uxorem, & post filiorum procreationem occasione diuortij [d] cuiusdam seruum se fecit, utrum necessario mulierem tenere debeat: & si tenuerit, utrum illa quoq; secundum sęcularem [e] legem seruituti subijci debeat, quæsitum est α. Iudicatum est uxorem minime debere dimitti [f], non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigi: dum ille non ex consensu cōiugis se seruum fecerit, quem liberum ipsa maritum acceperat.

α Quęsitum est.] *Hæ duæ voces absunt à cæteris collectoribus præter Magistrum: Lex vero sæcularis, cuius hic mentio fit, est inter leges Longobardorum, ut in glossa dicitur.*

Quæritur etiam, si seruus vnius, alterius ancillam acceperit, an sit coniugium inter eos.

Et ī capitular. adiectis, c. 55.

De his ita statutum est in concilio Cabilonensi 2. c. 30.

sponte assumpsit hoc onus, unde mos ei gerendus erat, vt ff de prob. circa.

b ¶ Approbata.] Idest, à iudice pronunciata. Et nota q̄ si iudex pronunciaret eam liberam & ingenuam, talis sententia omnib. præiudicat ff. de statu ho. ingenuum. Si autem pronunciaret non esse seruam petenti, illi soli nocet sententia. ff. de liber. cau. l diuis.

c ¶ Marito.] Arg. q̄ qui initio litis restitutionem non petijt. postea petere non possit, sup. 3. q 6. § exceptio. sed hoc verum est, cum in modum exceptionis obijcitur restitutio: sed si directe in modum actionis petitur, vsq; ad sententiam, vt extra de cau. poss. & prop. [illegible]

CVM DICITVR CASVS. Iste § respicit illud ca. si fęmina, & ex eo infert, quod si nescierit eum seruum esse, non cogitur cum eo remanere. Postea ponit Grat. quandam incidentem q̄, quæ incipit ibi, [Si vero] & ad eam soluendam inducit c. sequens.

e ¶ Secundum sæcularem] Non Romanam. nam s̄m eā ob seruilem conditionem viri non mutatur conditio vxoris. sed secundum legem Lombardam, secundum quā non illa vxor vel filij rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filijs. vt in Lombarda de ijs qui se in ser. alteri. sub. l. pe. & vlt. In his enim legibus dicitur q̄ vxor, quam tunc habebat, vel filij non rediguntur in seruitutem, sed secunda cum filijs, sed si illa defuncta aliā ei nubat libera, & ipsa & filij eius rediguntur in seruitutem. Vel facit hic mentionem de senatusconsulto Claudiano s̄m quod si libera ibat in amplexus serui, serua efficiebatur, sed sublatum est hoc C. de senatuscon. Claud. l. 1.

f ¶ Dimitti.] Arg. licet aliquid deueniat ad id à quo incipere non potuit, non tamē propter hoc dissoluitur. 2 su. d 55. præcepta. inf. prox. q. 1. ad limina.

a De hoc habetur pro & contra. ff. de ver. obl. l. ex istimo. & l. pluribus.

vi. hī 54. d. ...quens. ...] dn̄t, q̄ ipso se liberam pbat ei probatio cōtrariū ...n est, sed ...or deficit ...probatio ...ad hoc fa ...litera ca. ...dicit, nul ...; ī ea ma ...a, & c. isti ...n Faciunt ... qd̄ dicit ...ra, inuen ...est. Arc.

Dictum est nobis.] CASVS Quidam propter potestatem, quam habebant, præsumebant dirimere matrimonia inter seruos contracta: & ideo statuit Cabilonense concil. vt matrimonia seruorum non dirimant, etiam si diuersos habeant dominos, sed in coniugio permanentes dominis suis seruiant. idem erit obseruandum & si de voluntate dominorum serui fuerint coniuncti.

Vxores à viris per dños nō separent.

a ¶ Habeāt.] Sed qd si dñi sint in diuersis prouinciis? Credo alterū compellendum vt vēdat reliquo: vel si neuter emere vult, redimat ecclesia. Non .n. dēt vxores à viris separari, vt 33. qō. 2. quos Deus cō iunxit, & C. com. vtriusque iud. possessionum. & arg. ff. de adi. edi. plerique. Nam peccarēt domini eos separando: & ita saltē indirecte sunt compellendi relaxare eos, vt ext. de iud. nouit. si non est qui emat: & poti⁹ sequitur vxor virum quàm econuerso. 33. q. 2. vnaqueque. Vel distingue, ancilla nubat volente dño, vel non, vt dixi 33. q. 2. vnaqueque.

b ¶ Legalis coniunctio.] idest, legitima, idest, cōis consensus.

c ¶ Volūtatem.] Maxime, quia etiam eis inuitis potest cōtrahi matrimonium, vt extra e c. 1. Io.

¶ Legitima seruorum coniugia sua auctoritate domini non dirimant. C. VIII.

Dictum est nobis, quòd quidam legitima seruorum cōiugia† potestatiua quadam præsumptione dirimant, non attendens illud Euangelicum: [Quod Deus cōiunxit, homo non separet.] Vnde nobis uisum est, ut cōiugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant [a]; sed in uno coniugio permanentes dominis seruiant suis. Et hoc in illis obseruandum est, ubi legalis coniunctio [b] fuit, & per uoluntatem [c] dominorum.

Sent ibid. Burc. l. 9. c. 29. Iuo p. 16. c. 335. & p 8. c 167. Pann. l. 6. c. 40.

† al. Matrimonia.

CAVSA XXX.



Vidam populorū frequentia impeditus, filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: vxor autem eius, dum callide uellet suscipere proprium, suscepit alienum: quē uir adoptauit sibi in filium, & ex vxore sibi filia nascitur, quā filio suo adoptiuo, spirituali vxoris, dum vterque esset in cunabulis tradidit. Post triennium uxor moritur, & compater eius, relictam compatris uxoris suę vir clam sibi desponsauit: aliquantulum temporis effluxit, & alius eam publice duxit in uxorem.

1 *Quæritur primum, an vxori suæ debitum reddere valeat, qui proprium filim de sacro baptismate suscepit.*

2 *Secundo, an sponsalia contrahantur inter infantes.*

3 *Tertio, an spirituales, vel adoptiui filiij naturalibus copulari valeant.*

4 *Quarto an vxorem compatris vxoris suæ alicui ducere liceat.*

5 *Quinto, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet.*

QVAESTIO PRIMA.



Vòd autem [d] proprium filium in spiritualem sibi transferens, uxori suæ debitum reddere non ualeat; ratione, & auctoritate probatur. Nulla enim auctoritate

Vidam.] CASVS. Expeditis ipedimentis matrimonij in præcedentibus causis, annectit Gratia. hanc 30 causam, in qua tractat de aliis impedimentis, scilicet de cognatione spirituali, & legali & impotentia coeundi. Apponit etiam incidenter de clā destinis nuptiis & solennib. vt aût hæc & alia faciant competentius. præmittit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

Vod autē.] Hæc q. diuiditur in tres partes in prima quarum probat per duo cap. q̄ si vir accipit filium suum de sacro fonte, q̄ separabitur ab vxore: sed hoc non tenet inf. e. c. dictum est de cog. spi. c. 2. Secunda ibi: [Econtra.] Tertia ibi: [Filia.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur vtrum vir, qui suscipit proprium filium de sacro fonte, possit reddere debitum vxori suæ: & certum est q̄ sic, vt inf. e. dictū & c seq. Ide dixit Alex. extra de cog. spi. si vir. & allegat pro vtraque parte, & primo ponit duo capita quæ vel sunt abrogata, vel intelligūtur de separatione quæ fit ad tempus propter pœnitentiam peragendam. Casus autem. § patet.

d ¶ Quod autem.] Hic depingitur 1. q. an. qui suscipit proprium filium de sacro fonte, possit postea commiscere carnaliter suæ vxori, cui per tale factū compater factus est? Et dicunt quidam q̄ sic: licet canones varie loquantur de eo. In primo & in secundo c. dr̄, q̄ debeat ab ea separari. In quinque aût capitulis seqq. dr̄ contrariū q̄ non debeat ab ea separari. Sed contrarietas hæc soluitur extra de cog. spi. si vir vel mulier, vbi dicit Alexāder, q̄ siue vir siue mulier ex malitia siue ex ignorantia susceperit filium suum de sacro fonte, non ideo a viro separanda est, nisi ad seruādam continentiā possit induci. Ide dicit inf. e. de eo. Capitula ergo quæ dīt, q̄ tales sēt sepa-

Marito, qui proprium filium de fonte suscipiens ob hoc, uxore separandus.

separandi, non tenent: quia sunt contra Euangelium, quod dicit ob solam causam fornicationis debere fieri separationem 33. q. 2. quod Deus. vel quod dicitur in eis, quod debeant separari, intelligas tamdiu quousque pœnituerint. Vel dic quod debent separari sub ea conditione, si pos-

permittitur [a], *ut quis commatri suæ carnaliter copuletur. Hic autem uxorem suam sibi communem effecit: non ergo illi ulterius carnaliter copulari poterit. Hinc Deusdedit sanctæ Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Gordiano* [α] *Hispalensis* [α] *ecclesiæ episcopo, & fratri charissimo.*

α ¶ Hispalensis] *In fragmento huius epistolæ, quod est in tomis conciliorum, legitur,* Hispaniarum. *apud Anselmum vero, ac Burchardum,* Hispaniensis.

¶ Separentur uiri ab vxoribus, qui aliquo casu natas proprios coram episcopo tenent. C. I.

Sent. 4. dist. 42. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 29. Burc. l. 17. c. 44. Iuo p. 1. c. 301. Pann. l. 6. c. 127.

PEruenit ad nos Diaconus vester sanctitatis vestræ epistolam deferens; quòd quidam viri, & mulieres præterito sabbato pascali die præ magno populorum incursu nescientes proprios filios suscepissent ex lauacro [b] sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidenti ratione debeant viri, ac mulieres ad proprium usum [c] redire, an non. Nos uero mœsti ex hac re inquisiuimus proprium patrum nostrum dicta †. Inuenimus autem in archiuijs [d] huius Apostolicæ sedis iam talia contingisse in ecclesijs Isauriæ, Ephesiorum, simulque Hierosolymæ, aliarumque ciuitatum α. Episcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apostolica sede volentibus scire, vtrum uiri, ac mulieres redirent ad proprium thorum, beatæ memoriæ [e] sanctissimi patres, Iulius, Innocentius, & Cælestinus cum episcoporum plurimorum, & sacerdotum consensu † in ecclesia Apostolorum principis prohibentes talia perscripserunt; & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugio reciperent mulieres, ac viri, quicumque † aliqua ratione susciperint natos proprios; sed separarent se: ne suadente diabolo tale uitium inolescat. Scitis, quia quomodo sunt septem dona spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi [f] à primo [g] pabulo [g] sacrati salis, & ingressu ecclesiæ vsque ad confirmationem sancti spiritus per chrisma. Ab hoc ergo primo spiritus sancti dono usque ad septimū nullus Christianus suam commatrem in coniugium susci-

Concord. x. in fi. in in. § sed ua. C. de re delibe. in l. 1. C. cadu. tol. 2.

† al. conuentu

† al. quiquacumque rōne.

ne si possunt induci ad cōtinentiam 1, ut extra de cogna. spirit. cap. 2.

a ¶ Permittitur.] Hoc male dicit. innuit. n. quod nō possit contrahere nisi inueniatur concessum. sed contrarium verum est. infr. ead 4. qui spiritualem: extra de spon. cum apud.

1 tunc al- fornica. &c. inf. nosse. in fi. ille cā, in fin.

PEruenit.] CASVS. Hoc cap. intelligo cum H. de matrimonio iam contracto est ergo talis casus. Quidam viri & vxores ex incursu populorum nescientes proprios filios de sacro fonte susceperunt. vnde quæsitum fuit ab Apostolico, vtrum tales debuerāt postea se in coniugio, id est in carnali commixtione recipere? Qui respondet dicēs quod ipse inuenit in archiuijs sedis Apostolicæ, quod in quibusdam locis talia contigerunt. vnde quibusdam episcopis volentibus scire super hoc veritatem, responsum fuit à sanctis patribus, vt tales de cetero ad carnale commercium se non recipiāt. Nā à primo pabulo salis vsque ad confirmationem nullus

debet cōmatri suæ carnaliter commisceri. Ego Barth. Brix. hunc casum sic pono, qualitercumque fuerit positus à Beneuent. & littera ad hoc adaptatur.

b ¶ Ex lauacro.] Dicunt quidam, quod si suscipio filium Iudæi de sacro fonte, inter me & ipsum non contrahitur compaternitas: quia nihil ad constitutionem ecclesiæ de ijs qui foris sūt. 2 q. 1. multi. vnde si Iudæa postea cōuertatur ad fidem, possum cum ea contrahere: quia non reuiuisceret, quod nihil fuit. Dicunt tamen, quod si ita esset secundum legē Mosaicam, quod contraheretur inter eos cōpaternitas per circūcisionē sicut nūc per baptisma contrahit. Inter susceptum autem & suscipientem in ijs quæ præcedūt baptismum, contrahitur vinculum compaternitatis: & licet adhuc non sit in fide vel in veritate ante baptismum, vt 28. q. 1. caue. destinatione tamen quadam fidelis reputat. extra de bap maiores vers. quamuis. H. tñ & R. dicunt, quod īter me & Iudæam cuius filiū de sacro fonte suscipio, contrahitur cōpaternitas 2. vnde nō possum postea cū illa ad fidem cōuersa cōtrahere. Itē dīc H. quod bñ cōtrahit cōpaternitas inter me & patrē suscepti de sacro fonte, licet sit hæreticus, si aliquando fuerit baptizatus.

c ¶ Vsum.] Loquitur de cōiunctis ante cōpaternitatem, & nō de coniunctis post, prout quidam mentiuntur.

d ¶ In archiuijs.] Ab archa dictum est archiuium: vbi scilicet reponuntur libri: & per tales libros fit fides, vt extra de præscr. ad audientiam.

e ¶ Memoriæ.] Hic incipit respondere.

f ¶ Septē dona baptismi.] Primū salis collatio, vt ut inf. de cons. di. 4. ex hinc. Secundū auriū & nariū linitio cū sputo. Tertiū est in pectore & in fronte crucis facta signatio, ut ead. dist. postea signatur. Quartū est olei sancti vnctio ut ea dis. deinde à sacerdote. Quintum baptismi ablutio, ut ea. di. uenit. Sextū in uertice chrismatis perunctio, ut ea. di. postquam. Septimum eiusdem in fronte facta signatio, ut ea. presbyteri.

g ¶ Pabulo.] Hic uidetur quod ex omnibus, quæ præcedunt baptismū cōtrah. cōpaternitas, ut inf e q. 4. si qs unus ex. & inf de conse. di. 4 in catechismo. nā & Christiana dī postquam catechizata est, 28. q. 1. caue. Sed cōtra: Clemens dixit quod ea quæ præcedunt baptismum uix impediunt matrimonium cōtrahendum, & non diri-

Cōpaternitas an cōtrahat si Christianus filiū Iudæi de fonte sacro suscipiat.

2 Sed licet sic contrahatur, non tamen matrimoniū post talem cognationem contractū separat. extra lib. 6 de cognat. spi. per catechismum. in fi.

Archiuium

Baptismi septem sunt dona.

§ Vertex proprie est illa pars capitis in qua capilli colliguntur, & in qua cesaries vertitur secūdum Papi.

Compaternitas vtrum contrahatur ex his, quæ baptismum præcedunt.

pere debet. Et qui præſumpſerit: tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam digne egerit.

a ¶ Ciuitatum.] *Variè hic locus legitur in vetuſtis codicibus & apud collectores aptatus autem præcipuè ex Anſelmo eſt.*

b ¶ A primo.] *Idem factum eſt in hoc loco ex eodem Anſelmo, Burchardo, & fragmento epiſtolæ. Similia etiam leguntur apud Petrum Damianum in inuectione in epiſcopum monachos ad ſæculum reuocantem.*

Item ex concilio apud Vermerias, c. 3.

¶ Ab vxore ſeparetur, qui filiaſtrum ſuum coram epiſcopo tenuit. C. II.

SI quis filiaſtrum, vel filiaſtram ſuam ante epiſcopum tenuerit ad confirmationem; ſeparetur ab vxore ſua, & nunquam aliam accipiat.

¶ *Burchardus & Iuo par. 9. cap. 80. citant ex concilio apud Vermerias, & ab vniuerſitate Louanienſi ſcriptum fuit in exceptis decretorum bibliothecæ B. Trudonis citari ex eodem concilio. Idem autem Iuo p. 1. c. 302. & magiſter ſententiarum citans ex capitularibus, vbi extat l. 5. c. 5.*

2 *Econtra vero ſcribit Nicolaus Salonitano † epiſcopo dicens.*

¶ Non ſeparetur à viro, quæ filiaſtrum ſuum de ſacro fonte leuauit. C. III.

NOſſe deſideras, vtrũ mulier, quæ viri filium ex alia [a] fœmina genitum de ſacro fonte leuauerit; poſtmodũ poſſit cũ eodẽ viro copulari [b]. Quos ideo iungi poſſe decernimus, quia ſecundum ſacros canones, niſi amborũ conſenſu, nullius religionis obtentu debet coniux dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem eius non conſiderans, quaſi cauſa pietatis operatur impietatem: maximè cum Apoſtolus præcipiat, [Nolite, inquiens, fraudare [c] inuicem, niſi ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram.] Ergo ſi non ex conſenſu vtriuſque coniugis hoc factum eſſe probatur:

Et cap. 1. 5. c. 9. Et in Moguntino. 2. c. 55.

Sent. ibidem. Burc. l. 17. c. 22. Iuo p. 1. c. 302. & p. 9. c. 80. Pann. l. 6. c. 125.

† *al. Salamonio.*

Sent. 4. diſt. 42. Iuo p. 1. c. 1. 6. Pann. l. 6. c. 124. Diſt. 28. ſi quis docuerit. & d. 31. quicunque.

1. Cor. 7.

munt contractum, vt extra de cogna ſpi contracto. Item baptiſmus eſt ianua omnium ſacramentorum, vt 32. diſt. §. verum. cum ergo ianua non ſit aperta, nullum ſacramentum poteſt ingredi. Item propter catechiſmum non ſit aliquis aptus contrahere matrimonium, 28. q. 1. caue. Item ſi decederet ſine baptiſmo, nõ ꝓdeſſet ei catechiſmus quin perpetuo eſſet dãnatus. inf. de conſec. d. 4. firmiſſimè. & ca. nulla. ergo patet, ꝙ adhuc membrũ eſt diaboli: non ergo poteſt eſſe filius ſpũalis. H. dicit, quòd in quolibet illorum contrahitur compaternitas: & dicit, ꝙ ante baptiſmũ nondum eſt hõ ſpiritualis: eſt tñ filius ſpũalis & dr̃ ſpiritualis ad differentiam carnalis, vel adoptiui filij. Si hoc vis dicere, tũc dicas, ꝙ in illa decre. contracto, filius ille non erat filius viri, ſed tantum mulieris, & ſic plana eſt. Vel dic, quod licet contrahatur cõpaternitas, nõ tamen talis cõpaternitas ſufficiẽs eſt ad dirimẽdum. Alij dicunt, ꝙ tãtum in baptiſmo & confirmatione contrahitur cõpaternitas. Sed q̃ro quod donum contrahatur ꝑ iſta, quę pręcedunt baptiſmum vt ſine ſpe damnatus ſit etiam infans, qui moritur ante baptiſmũ, vt inf. de conſec. d. 4. firmiſſimè. & c. nulla? Dicũt quidam ꝙ proſit ad minorẽ pœnam. ſed hoc non videtur, quia leuiſſima eſt pœna paruulorum, vt inf. de conſec. d. 4. c. regenerante. ergo videt. ꝙ non poſſit eſſe leuior. Alij dicũt, ꝙ hęc dona ꝓ ſunt viuentibus, ſed non morientibus. Fortiores enim ſunt ad reſiſtendum diabolo, vt infra de conſec. diſt. 4. poſtea. & c. ex hinc. Sed ex hoc ſequitur, quòd omnes paruuli æqualem pœnam patientur: quod vix eſt credibile. Si quæras an hæc dona ſint ſacramentum, vel non. Dico quòd non: quia omne ſacramentum confert ſalutem, vt ſu. 1. q. 1. multi. ſed ſi appelles ſacramentum, id eſt, ſignum futuræ gratiæ tunc concedo eſſe ſacrm.

Dona, q̃ cõtrahũtur ꝑ catechiſmũ ad quid proſint.

Sacrm omne ſalutem confert.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi quis tenuerit ad confirmationem filiam vxoris ſuæ, quam de alio viro habuit, debent ſeparari, & de cætero non contrahant. Quidam tamen intelligunt hæc duo c. de matrimonio contrahendo, & dicunt quòd in hoc cap. tenuit filium concubinæ ad confirmationem: & in filio concubinæ poſuit Beneuen. hunc caſum, qui mihi non placuit, ſiue places. H.

ECONTRA. Hæc eſt 2 pars q. in qua probat per 5. c. quòd matrimonium contractum legitimè non ſoluitur per compaternitatem ſuperuenientem. Ioann. de Fant.

NOſſe.] CASVS. Quędam mulieres leuabant filios virorum ſuorum de ſacro fonte, quod ex alijs mulieribus habuerũt. hoc aũt faciebãt in fraudem, vt ſepararent à viris: vel ꝑꝑ odiũ virorũ, vel ꝑꝑ fragilitatẽ incõtinentiæ volentes alijs cõm ſceri quare quæſitum fuit à Nicolao quid de hoc eſſet faciendum: qui reſ̄det dicens, ꝙ tales ſeparari non debent immo vxor dẽt reddere debitum viro: ne prætextu pietatis videatur impietatem operari. Et ꝙ viro debeat reddere debitum probatur tribus auctoritatibus Apoſtoli. [Infirmitatem id eſt, fragilitatem incontinentiæ.

a ¶ Ex alia.] Id m & ſi eſſet ex illa inf. ea. de eo.

b ¶ Copulari.] i. carnaliter commiſceri. ſu. diſt. 31. aliter. arg. ꝙ nunquam malũ eſt faciendum ꝑꝑ bonum, quod inde ſequitur, ſup. 1. q. 1. non eſt putãda. ſup. 14. q. 5. ſoluit. int. 32. q. 4. ſic non ſunt. infra 33. q. 5. ſi dicat.

c ¶ Fraudare.] i. ſubtrahere debitum, quod inuicem debe-

debetis nobis: nisi ex consensu: quod forte facitis vt expeditus uacetis orationi. 33. q. 4. Christi ino.
a ¶ Non fraudentur.] Ille tamen qui leuat filium suum de sacro fonte, perdit ius exigendi r. sicut ille qui fornicatur cum altera. Sed nunquid si talis perdit debitum debet

debet vxor ei reddere? Dicit H. ꝙ sic, licet ille peccet petendo. & est arg. pro ipso. 13 q. 5. manifestũ. ext. de iureiu. debitores. Idem dicit de illis, qui vouerunt ad tempus sed si perpetuo vouissent, secus esset, vt 33. q. 5. quod Deo. Tu dicas, ꝙ statim ipso facto perditum est ius exigendi, licet per sententiam ecclesiæ non sit ablatum ius: & cum non habeat alter ius petendi, nec reliquus dare tenetur vel soluere: quia vbi nulla est petitio, ibi nulla est mora, vt ff de verb. ob. si pupillus. Sed nonne videtur contrarium 32 q. 1. dixit vbi dicitur. ꝙ Dñs solam causam fornicationis excepit, quare vxor possit negare debitum viro, vel econuerso? Sed illud sane intelligas, quòd ob solam fornicationis causam pôt eam expellere de domo sua, & ab omni cura dimittere. dum tamen illud intelligas prout no. 28. q. 1. idololatria. sed plures sunt causæ, propter quas non cogitur reddere debitum viro: sed in illis casibus non potest eam a se abijcere, licet possit ei debitum denegare. Item si vterque leuauit filiũ suũ de sacro fonte neuter habet ius petẽdi: & licet neutri subueniat petitionis iure: vtrique tamẽ subuenitur iure replicationis sic extr. de diuer. significasti. & bonũ simile est extra de except. cum ecclesiastica. Sed quid si promiserunt perpetuam cõtinentiam, & alter postmodum fornicatur: nunquid poterit tunc reliquus petere debitum? Videtur, ꝙ possit, etiam si ambo fornicati essent, etiã si iurauit non repetere eam, vt extra de iure iu. tua. Ar. cõtra 32. q. quod Deo. Respon. quòd non potest petere: sed ecclesia coget reliquum reddere debitum, vt extra de diuor. ex litteris.

non fraudentur [a] inuicem, sed reuertãtur in idipsum: præsertim cum dicat Apostolus: [Vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir: & vir potestatem sui corporis non habet sed mulier.]

Item ex concilio Cabilonensi 2. c. 31.

¶ Non separetur a viro, sed pœnitentiam agat, quæ filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit. C. IIII.

Sent. ibidem. Burc l 17. c. 23. Iuo p 9. c. 81. Pann. l 7 c. 65.

DIctum est nobis, quasdam fęminas desidiose, quasdam vero fraudulenter, vt à viris suis separentur, pro prios filios coram episcopis ad confirmandum tenuisse. Vnde nos dignum duximus, vt si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam [b] suam aut propter fraudem; quamdiu viuet agat pœnitentiam [c]: à viro tamen suo non separetur.

Item ex concilio Moguntinensi, c. 10. in claustro sancti Albani habito.

¶ Separentur, & graui pœnitentia plectantur, qui filiolam suam, vel spiritualem matrem ducunt in vxorem. C. V.

Sent. ibidem. Burc l. 17. c. 24. Iuo p. 9. c. 82. Pann p. 7. c. 66. † al cuius vxor. † al. discidium

DE eo, quod interrogastis, si aliquis filiolam suam in vxorem duxit, & de eo, qui filium suum babtizauit, & vxor, † eius eũ de fonte suscepit, hac causa, vt dissidiũ † coniugij fieret, si postea in tali copulatione possint permanere de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut commatrem suam aliquis in coniugium duxerit; separandos esse iudicamus, & graui pœnitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi, vnus, aut ambo ex industria fecerint, vt filium suum de fonte susceperint, si inupti permanere voluerint, bonum est: sin autem grauis pœnitẽtia insidiatori iniungatur, & simul maneant: & si præuaricator coniugij superuixerit, acerrima pœnitentia mulctetur, & sine spe [d] coniugij maneat.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi episcopo.

¶ Non separentur ab vxoribus, qui filiastros suos coram episcopo tenent. C. VI.

Iuo p 1. c. 304. Pann. l. 6. c. 126.

DE his, qui filiastros suos ad confirmationem coram

Cõtinentia p coniuges pmissa si alter fornicetur, an possit reliquus ab eo debitũ petere.

DIctum est.] CASVS. Dicit hic, quòd si qua vxor vel ex desidia, vel ex fraude vt à viro separetur, communẽ filium ad confirmationem tenuerit, quamdiu viuit, pœnitẽtiam agat; & propter hoc nõ separetur a viro.
b ¶ Fallaciam.] Ar. ꝙ dolus nemini debet patrocinari, vt 15. q. 6. c. 1. & 20. q. 3. constituit. ff de dolo. nec ex dolo.
c ¶ Pęnitentiam] s. interiorem, i. semper doleat se fecisse hoc. sic 50. d. clerico
DE eo] CASVS. Aliqui ducebãt filias suas spirituales vel commatres in vxores, alij suscipiebãt proprios filios de sacro fonte causa diuortij. & ideo statutum fuit in concilio Mogun. vt qui contrahunt cum filia spirituali, vel commatre, separentur, & graui pœnitentiæ subdantur. Si autem vnus aut ambo filium suum ex industria de sacro fonte susceperint. si voluerint continere, bonum est; alioquin simul permaneant: grauis pœnitentia insidiatori imponatur: si superuixerit, de cætero non contrahat.
d ¶ Sine spe.] 27 q. 1. hi qui.
DE his.] CASVS. Dicitur in hoc ꝙ aliquis ignoranter filiastram suam ad chrisma tenuerit; propter hoc non debet ab vxore separari: sed debet lugere dicendo: Delicta ignorantiæ meæ ne memineris.

Adi

episcopis tenent, id est qui filios vxoris suæ de viro priori, dum chrismantur ab episcopis, super se sustinent; si in scientia†, sicut asseris, fiat; licet sit peccatum, non tamen vsque ad separationem coniugij puniendum est: lugeant tamen, & digna pœnitentia hoc diluentes Domino dicant, [Delicta ignorantiæ nostræ ne memineris.] † al. si in scientia vt asseritur fit Ps. 24.

Item Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemouicinæ ecclesiæ episcopo.

¶ Non separetur ab uxore, qui necessitatis causa filium suum baptizauit. C. VII.

AD limina beatorum Petri, & Pauli apostolorũ principium hic præsens homo nomine Stephanus rationis causa veniens, nostro presulatui suggerẽdo innotuit [a], quòd filium suum in extremo vitæ positum necdum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotũ, necessitate cogente [b] baptizasset, eumque ipse proprijs manibus retinendo suscepisset: atque pro huius rei negotio notitiæ tuæ patefacto, reuerentia tua, quasi rectitudinis zelo flagrans, præfatum hominem à sua coniuge iudicauerit separandum. Quod fieri nullatenus debet, dicẽte [c] scriptura a Domino iunctam esse viro vxorem, & [Quod Deus coniunxit, homo non separet.] Vnde & Dominus in Euangelio nõ dimittere posse vxorem suam, nisi causa fornicationis, apertissime iubet. Quapropter & nos tantæ auctoritatis iussione præcipuè freti, dicimus omittendum [α] esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas [d] intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicã auctoritatem †, si necesse fuerit facere, libere conceditur. Vnde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte pereuntem dimitteret sacri vnda baptismatis lauit, vt eũ de potestate auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum† sine dubitatione transmitteret: bene fecisse laudatur; & idcirco suę vxori sibi iam legitime sociatæ impune, quamdiu vixerit [e], iudicamus manere coniunctum. nec ob hoc contra præfatas auctoritates [f] diuinas aliquatenus separari debere †.

Sent. ibidem. Ply. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10 c. 30. Iuo p. 1. c. 306. Prouerb 16. iuxta LXX. Matth. 19. † al. sanctionẽ † al regeneraturum † al. debuisse

¶ *Epistola Ioannis octaui, ex qua sumptum est hoc caput, extat in bibliotheca Vaticana scripta Anselmo Lemouicinæ ecclesiæ episcopo, & in concilio Ticinensi tempore eiusdem Ioannis cum legatis ipsius & magna parte episcoporum Italiæ, & Gallię habito in subscriptionibus est*, Anselmus Lemouicensis ecclesiæ episcopus. *Itaque emendatum est*, Lemouicinæ: *cum antea legeretur*, Lemosinæ.

α ¶ Omittendum.] *Sic emendatum est ex aliquot vetustis, epistola ipsa, & Iuone infra etiam 34 q. 1. & 2. ca. 1. Leo eisdem verbis vtitur*, omittendum est, & inculpabile iudicandum *quem imitari videtur Ioannes voluisse. In vulgatis erat*, dimittendum nõ esse.

3 *Filia dicitur spirtualis non solum eius, qui accipit, sed etiam eius, qui trinæ mersionis vocabulo eã sacro baptismate tingit. Dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis, quæ ei peccata sua confitetur. Harum omnium flagitiosa coniunctio est, & eadem pœna plectenda.* Sent. ibidem.

Vnde Symachus Papa ait.

AD limina.] CASVS. Quidã nomine Stephanus proprium filium, in mortis articulo constitutũ in absentia presbyteri baptizauit: propter quod episcopus loci eum a sua vxore separandũ iudicauit, & cum hoc per dictum Stephanum Papæ significaretur, Papa scribit illi episcopo commendando eundem Stephanum de hoc quod fecit, & dicit, quòd propter hoc separari ab vxore nõ debet: quia nisi causa fornicationis separari non debet, dicente scriptura: quod Deus coniũxit, homo non separet. Sequens §. pater, in quo ostenditur quot modis filia spiritualis dicatur, & ad hoc inducit sequens cap.

a ¶ Innotuit.] Id est, notificauit.

b ¶ Cogente.] sed idẽ esset absq; necessitate: sed tunc ei pœnitẽtia imponenda esset, & vrgẽtissima necessitas excusat. de consecra. distinctio. 1. sicut. non tamen pater filium in necessitate confirmabit. quia illud episcopale est. de consecra. distin. 5. manus.

c ¶ Dicente.] Supra d. 26. deinde.

d ¶ Necessitas.] Sic infra. de consec. dist. 1. sicut, infra 34. q. 1. cap. 1.

e ¶ Vixerit.] Non ergo quod prius legitime factum est, propter superuenientem causam infringi debet, etiã quamuis res deueniret ad eũ statũ, à quo incipere nõ potuit, vt supra 55. distin. præcepta.

2 Et su. 29 q. 2 per la um. vbi de hoc. f ¶ Auctoritate.] s. quod Deus coniunxit. homo nõ separet. & ibi dicitur vxorẽ nõ esse dimittendam nisi causa fornicationis. 33. q. 2. ca. quos Deus.

FILIA. Hęc est tertia pars q. in qua dicitur quod in sequentibus capitulis continetur. Io. de Fant.

Om-

OMnes.] CASVS. Docet Symmachus in hoc c. ꝙ qui recipit pœnitentiam à sacerdote, ita est filius eius spiritualis sicut ille quem immergit, vel sicut ille quem suscipit de sacro fonte vnde sicut Syluester docet, nullus fornicationis causa accedat ad suam filiam pœnitentialem: quod qui fecerit, deponetur, & perpetuæ pœnitentiæ subiacebit.

a ¶ Omnes.] Hæc tria c. non inducit Gr. nisi vt ostendat quot modis dicatur filia spiritualis.

b ¶ Vt & ipsi.] Nec notat omnimodam similitudinem, nisi quo ad ipsum sacerdotē, qui suscipit in pœnitentiā. filius enim eius, bene potest ducere, quam pater recepit ad pœnitentiam, non tamen quam immersit in baptismo multa enim attenduntur in baptismo, quæ non attenduntur in pœnitentia. Si enim te suscipio ad pœnitētiā, non ideo parentes tui mihi compatres sunt: & per baptismum plena fit remissio peccatorum, non autem per pœnitentiā. Si ergo laicus audiat in necessitate peccata alicuius mulieris, non potest postea cum ea contrahere. argum. hic. si tamen contrahit, forte tenet matrimonium. videtur enim tantum hoc sacerdoti prohiberi [1]: cum eius tantum sit officium audire peccata confitentium. Sed nunquid sacerdos orientalis audiet peccata vxoris suę? Non: quia nec ipsa ei libere confitetur, si commisit adulteriū. Sed obijcio: tu dicis hic ꝙ in baptizando contrahitur compaternitas. sed monachi ex officio quandoque debent baptizare: & tamen non possunt fieri compatres, vt 18 q. 2. peruenit? Respon. possunt esse compatres baptizando, & non leuando. 16 q. 1. placuit.

[1] Ar. ad hoc su. e. non: debet, vb tantū fit mētio de spō, & sacerdote: & hoc teneas. prout no. ex. de cog. spi. c. vlt.

¶ Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violare monstratur.

C. VIII.

Stat. ibidem.

OMnes [a], quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sūt spirituales filij, ut & ipsi [b], quos uel nobis suscipientibus, uel trinæ mersionis uocabulo mergentibus, unde sacri baptismatis regenerauit. Siluester quoque docens admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam pœnitentialem accedat: quia scriptum est: [Omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij nostri sunt, ut in baptismate suscepti.] Quapropter hoc scelus si quis perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, uerumetiam usque ad exitum vitæ suæ iugi pœnitentiæ, [c] se subdat.

c ¶ Iugi pœnitentiæ.] scilicet interiori: quia continua delictorū memoria multum operatur. de pœn. dist. 3. Iudas.

Item Cœlestinus.

¶ De eodem. C. IX.

Poly. l. 4 tit. 39.

SI quis sacerdos cū filia spirituali fornicatus fuerit; sciat se graue adulteriū commisisse. Idcirco fœmina, si laica est, omnia derelinquat [d], & res suas pauperibus tradat, & conuersa [e] in monasterio Deo vsque ad mortem seruiat. Sacerdos autem, qui malum exemplum dedit hominibus, ab omni officio deponatur, & peregrinando [f] duodecim † annis pœniteat: postea uero ad monasterium uadat, ibiq; cunctis diebus uitæ suæ Deo seruiat.

† al. quindecim

SI quis sacerdos.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si sacerdos cū filia spirituali fuerit fornicatus, mulier si laica est, pauperibus omnia bona sua distribuat, & in monasterio conuersa toto tempore vitæ suæ seruiat. sacerdos vero depositus. xv. annis peregrinando pœniteat. postea in monasterio toto tempore suo deseruiat. Sequēs §. patet. [Si in conscientiam:] quia nō tantum punīretur si ad notitiam populi non deuenisset. Sequens §. etiam patet.

d ¶ Derelinquat.] Nā proscribitur quis rebus suis ratione delicti. 27. quæstio. 1. si quis rapuerit. 6. quæstio. prima § verum. & ita est præceptum.

e ¶ Conuersa.] Hoc similiter præceptū est: non tamē erit monacha: quia illud voluntatis est: sed tenebitur ibi ratione delicti. 20. q. 1. sicut. licet quidam ista velint intelligere de consilio.

f ¶ Peregrinando.] Et ita sacerdos potest agere publicam pœnitentiam. de pœn. d. 6. sacerdos, quod concedo de deposito sine spe restitutionis, scilicet quòd publicam & solennem agere possit, vt dixi 50 dist. confirmandum, licet alij dicant contra.

Pœnitentia publica verò per sacerdotem agi potest.

Item †.

† al. Idem

¶ De eodem. C. X.

Polyc. ibidem.

NOn debet episcopus, aut presbyter commisceri cum mulieribus, quæ ei sua fuerint cōfessæ peccata. Si forte (quod absit) hoc contigerit; sic pœniteat, quomodo de filia spirituali, episcopus quindecim annos, presbyter duodecim [g], & deponatur: si tamen in conscientiam [h] populi deuenerit.

g NOn debet.] ¶ Duodecim.] Magis enim peccat sacerdos cognoscendo filiam spiritualem, quā vxorem alterius: quia pro hac imponitur pœnitētia xij. ann. pro illa x. 2. vt 82. dist. presbyter.

h ¶ In conscientiam.] Non est ergo quis deponēdus nisi pro publico crimine, quod in notitiam populi deuenerit. 32. dis. sacerdotes, &c. seq.

Pœnitentia sacerdotis filiam spiritualem cognoscentis. 2 Et gradus. tat sceleratum esse commissum, & 24. q. 1. non alteram...

His itaque auctoritatibus apparet, quòd siue proprium, siue tantummodo uiri filium mulier de sacro fonte susceperit; non ideo à viro suo est separanda. Quod & de uiro similiter oportet intelligi.

Spon-

soluere, vt extra de sponf. præterea. sed Hu dicit Alexandrum ibi magistraliter potius quam Papaliter respondisse.

d ¶ Consentiat.] Arg. q sequens ratihabitio confirmat prius factum inualidu. extra de su. patr. cura pastoralis. 16. q.



Ponsalia.] CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quaritur, vtrum sponsalia contrahantur inter infantes, idest, ante septennium. & certum est quòd non: quia consensus inter eos interuenire non potest, vt infra cap. vno. & quia cōsensus inter infantes interuenire non potest, patet quòd inter eos non contrahantur sponsalia.

Sponsalia an inter infātes contrahi possint.

a ¶ Sponsalia.] Hæc est 2. q. vtrum scilicet inter infantes contrahi possint sponsalia. Et quidam dicunt q nō inf. ea. c. 1. cum enim infantia duret vsque ad septēnium. C. de iure deli. l. si infanti. & ætas illa nesciat quid uideat, ut C. de fal. mo. l. 1. & cū infantes adhuc consentire non possint, sponsalia non contrahunt: quæ sine consēsu cōtrahi nō possūt. ext. de despon. imp. accessit ff. de spon. in sponsalibus, nisi proximi sint septennio: ita q sint capaces intelligētiæ. Ad matrimoniū aūt cōtrahēdū tria exigūt, cōsensus, & q sit pubes, & ad coeundum potēs. arg. 33. q. 1. ca. 1. nam non potest uideri nupta quę uirum pati non potest. ff. quando dies legati ced. l. vlt. si tamen & ante ætatem illam coire possunt, teneret matrimoniū. arg. prędictæ l. & ex. de despō. impu. puberes, &c. de illis.

Matrimonio tria sunt necessaria.

QVAESTIO II.



Ponsalia [a] ante septennium contrahi nō possunt. Solo enim consensu contrahuntur: qui interuenire nō potest, nisi ab vtraque [α] parte id intelligatur, quod īter eos agitur. Probatur ergo sponsalia non posse cōtrahi inter pueros, quorum ætatis infirmitas consensum non admittit.

α ¶ Vtraque.] *Sic est emendatum ex plerisque uetustis, cum ante legeretur,* alterutra *utriusque enim consensus necessarius est.*

Testatur hoc idem Nicolaus Papa dicens.

¶ Ante tempus consentienti coniugium contrahi non potest. C. I.

Extra de desp. impub c. 2. Pann. l. 6. c. 122.

VBi non est [b] consensus utriusque, nō est coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & econuerso; nihil [c] faciunt, nisi uterque puerorum, postquam venerit ad annos discretionis, consentiat β [d], etiam si pater, & mater hoc uoluerint, & fecerint.

¶ *In Decretalibus tit. de dispensatione impub ca. 2. habetur initium huius capitis: & adijciuntur alia ex eo Nicolai rescripto.*

β ¶ Consentiat.] *In uulgatis codicibus sequitur,* nec est coniugium, nisi sit consensus utriusque: *quæ verba absunt à plerisque manuscriptis.*

QVÆSTIO III.



Vòd autem [e] spirituales, vel adoptiui filij naturalibus copulari non possint, Nicolaus Papa respondens ad consulta Bulgarorum, ca. 2. testatur ita dicens.

Sent. 4. dist. 42.

VBi non est.] CASVS. Dicitur, q vbi cōsensus non est, nec matrimonium potest esse, nec sponsalia. vnde qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil agunt, etiam si parentes hoc velint: nisi ratihabitione puerorū hoc confirmetur cū ad annos discretionis peruenerint.

b ¶ Vbi nō est.] Hoc c. de matrimonio, & de sponsalib. intelligi potest, & in quod de sponsalib. dic coniugium, idest, promissio futuri coniugij. inf. ea. q. 5. nostrates.

c ¶ Nihil.] Sed pone q parentes iurauerunt q filios & filias dent nuptui ad inuicē: nunquid potuerunt se obligare ad alienum factum 1, cum alienū factū possit nemo promittere; Item nunquid sunt periurij, si filij non contrahunt? Resp. in matrimonio speciale est q alienū factum potest promitti: nec sunt rei periurij, licet filij nō contrahunt, dummodo parentes dent operam quam possunt, vt inf. 31. q. 3. si qui parentes. Vel potest dici, q intelligunt promisisse q darent operā vt fieret, vt ff. de ver. obl. quoties, & in d. illa, inter stipulantē 2. Item hic est speciale, q alteri possumus pacisci, ut ext. qui cle. uel vo. veniens. Item si parentes apponunt pœnam contra Aui sponsalium: peti non pōt pœna: quia matrimonia non possunt adstringi vinculo pœnæ, vt ff. de ver. oblig. l. Titia. Dubitari consueuit, ecce aliqui contraxerūt spōsalia de futuro, volunt se mutuo consensu absoluere, quę ritur an possint H. dicit q non, & est argu. 31. q. vlt. cap. vnico. Alij dicunt q etiam si iurauerint, possunt se ab. 16. q. 1. quoniam quidquid 3. Sed esto quòd aliqui ante vij. annum contrahant sponsalia, post septennium non contradicunt, nec etiam expresse consentiunt: nunquid sunt sponsalia confirmata? Vel pone q aliqui ante puberes annos contraxerunt sponsalia: post pubertatem nō contradicunt, nec etiam expresse consentiunt, nunquid sunt sponsalia confirmata per talē taciturnitatē? videtur quòd adhuc inquirendum sit ab eis an perseuerēt in priori consensu. 20. q. 1 illud. & 28. d. de his. Econtra videtur sufficere, quod non contradicant, vt extra de de sponf. impub. de illis. & c. litteras. & c. accessit. Dico q si simul habitabant, & non contradicunt post ætatem legitimam, matrimonium est confirmatum, vt ff. de ritu nup. minorem. secus si seorsum habitant. extra de de spon. impub. attestationes.

1 Adde ad hanc qōnem Cy. in l. multum C. si q̄s alteri, vł sibi

2 De hoc no. ext. de spon. ex litteris 2. & c. sicut. in prin. Arch.

Vod autem.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima quarum probat per tria ca. q filij naturales non possunt contrahere cum filijs spiritualibus. secunda ibi, [Filij vero.] Tertia ibi, [Si quis vero] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. q. qua quæritur vtrum spirituales filij vel adoptiui possunt naturalibus copulari: & certum est quòd non, cum sint fratres, vt inf. ca. 1. Quid autem intersit, de hoc plenius in summa huius quæstionis notatur.

¶ Quod autem.] Ad intelligentiam huius quæstionis sci-

not. ꝙ triplex est cognatio: scilicet carnalis, de qua agitur inf. 35. cau. per totam, legalis, & spiritualis: de quibus hic agitur. Cognatio spiritualis contrahitur ꝑ septē dona baptismi, secundum quod dixi su. ea. q. 1. c. 1. & talis cognatio diuiditur in paternitatem, & filiationem, & frater li. Alij dicūt, ꝙ nec arrogatus nec adoptatus pōt copulari naturalibus: quia licet adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ dissoluuntur per emancipationem, vt C. de adop. l. pen. §. pen.

¶ Qui de sacro fonte suscipitur, filius est eius, à quo suscipitur. C. I.

Sent. ibid. Iuo p. 2. c. 135. & p. 9. c. 34. Pan. l. 6. c. 123. Iuo serm. 1. de rebus ecclesiasticis.

ITa diligere debet homo eum, qui suscipit de sacro fonte, sicut patrem. *Item.* ¶ Est inter fratres, & filios spirituales gratuita, & sancta communio, quæ non est dicenda consanguinitas, sed potius habenda spiritualis proximitas. Vnde inter eos [a] non arbitramur posse fieri quodlibet legale coniugium: quandoquidem [b] nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij sunt, uenerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. Item. ¶ Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio iungit; quanto potius à carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cœleste sacramentum regeneratio sancti spūs uincit? Longe igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quē gratia diuina potius, quàm quē humana voluntas, vt filius patris mei, vel frater meus esset, elegit, prudentiusque ab alterna corporis commixtio ne secernimus.

Item Zacharias episcopus seruus seruorum Dei reuerē dissimo Theodoro episcopo ecclesiæ Ticinensis.

¶ Filia spiritualis carnali filio nullo modo nubere potest. C. II.

Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 27. Iuo p. 1. c. 307. Pann. l. 6. c. 128. † al. fonte

PItacium [c] nobis tua ueneranda fraternitas obtulit: per quod sciscitari curasti, si liceat filio, cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate † susceperit: susceptam, id est, spiritualem eius patris filiam (quod dici crudele est) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter asseruisti contigisse. ¶ Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quòd Dominus præceperit per Moysem dicens: [Turpitudinem patris tui, vel matris, vel sororis [d]

Leuit. 18.

ITa diligere.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima, dicitur, quòd ita debemus diligere patrem spiritualem sicut carnalem. In secunda parte dicitur, ꝙ filij carnales non possunt cōtrahere cū filijs spiritualibus, cum sint fratres adinuicem. Nam cum filius adoptiuus non possit contrahere cū filia naturali, quos adoptio fecit fratres, multo minus contrahere poterunt quos diuina gratia fratres coniunxit. In tertia parte dicitur, quòd magis teneor diligere fratrem vel sororē spiritualem, quam carnalem: & potius debet spiritualis frater appellari frater quam carnalis. Secūda pars incipit ibi, [Itē est.] Tertia ibi, [Longe inquit.] verbum est Gratiani. [Inter fratres,] i. filios naturales, q sunt fratres spirituales.

a ¶ Vnde inter eos.] Hoc vltra filium nō protēditur. nepos. n. meus, & frater cum filia mea spirituali bene cōtrahunt, ar. l. instit. de nupt. §. eius vero mulieris. & qa

fraternitatē, & sororitatem: sed non procedit vlterius, s. ad nepotes. quia aliquis fit pater, & filius, vel frater, vel soror spiritualis: sed nullus fit nepos spiritualis. Spiritualis itaque filia non potest copulari filio carnali: cum illi sint inter se spirituales fratres, vt hic in ca. 5. Legales cognatio est quæ fit per arrogationem vel per adoptionem. Dicimur autem arrogare illum, qui sui iuris est, & per arrogationem transit in nostram ptātem. Adoptare dicimur illum, qui est in alterius potestate, & non transit in nostram potestatem. Et fit arrogatio auctoritate principis: adoptio autem per quemlibet magistratum, vt instit. de adoptio. §. 1. & 3. Filij autem naturales nō possunt copulari filijs adoptionis, vt inf. cap. 1. Sed de filijs spiritualibus non est prohibitum, quin possint copulari filijs adoptiuis. Sed hoc scias ꝙ inter collaterales, vt inter fratrē naturalem & sororē adoptiuā non impeditur matrimonium, nisi quādiu durat adoptio, vt extra de cogna. le. c. si qua i. sed inter ascendentes, & descendentes perpetuo impeditur matrimonium: licet soluatur adoptio, vt ff. de ritu nup. quin et. Item potest dici, ꝙ filius qui adoptatur, non dico arrogatur, possit copulari filiæ naturali, cū adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, vt instit. de adoptio. §. 1. Item potest dici, ꝙ filius illegitimus pōt copulari filiæ adoptiuæ: q. illegitimus non est in ptāte patris, vt instit. de nu. §. vlt. licet illegitimus non possit copulari filię spiritua-

nusquam prohibentur.

b ¶ Quandoquidem.] Hæc non est bona ratio: quia leges permittunt, & c. quāq; enim leges prohibent matrimonium, nec tamen canones, vt inter tutorem & pupillam, & inter senatorem, & libertam. ff. de sponsa. l. tutor. & leges prohibent acolythos vxores ducere; non tamē canones. 15. q. 3. §. cum autem.

PItacium.] CASVS. Quidam episcopus quæsiuit à summo Pōtifice, vtrū filius carnalis alicuius possit copulari filiæ spirituali eiusdem. Et respondet, ꝙ non. & hoc probat auctoritate Domini præcipientis Moysi, Turpitudinem patris, &c. Et quicūq; auctor fuerit tātæ præsumptionis, separetur ab vxore, & pnīæ subijciat, vt anima eius acquiratur Christo. [Pitacium.] id est, charta vel scriptura continens petitionem alicuius: à pingēdo vel a petendo dictum, & supple ibi, [Accepimus, Hug. tamen dicit, quòd non debet ibi esse [qđ.] & secūdum hoc sine supplemento plana est littera. [Cauendi.] id est, prohibendi.

Pitacium quid[illegible]

c ¶ Pitacium.] A petendo. & dicitur charta vel scriptura continens petitionem alicuius.

d ¶ Sororis.] Arg. ꝙ in primo uel in secūdo gradu dominus Papa etiam si velit non possit dispensare: quia à naturali iure habuit initium. & in veteri testamento fuit prohibitū, ne quis sororē in vxorē acciperet: q. licet de sola sorore dixit: tñ sub appellatione sororis cōtinetur

Papa vtrum possit in primo vel secūdo gradu dispensare.

Vbi plene de hac materia huius los.

netur neptis.arg.22.q.2.quæritur cur patriarcha. In tertio gradu non fuit prohibitum: quia in eo dispensauit Greg. vt 35.q.3.quædam. Alij intelligunt, quod fuerit prohibitio facta tantum de primo gradu: quia in secundo gradu (vt dicũt) coniugũtur: sed in Leuitico expresse inuenit prohibitus secundus gradus in cõsanguinitate, & affinitate primi gñis, vbi dicit: Turpitudinẽ sororis tuę, & filię eius non reuelabis. filiam filiæ eius nõ sumas quia vna caro sunt. Turpitudinẽ filiæ tuæ vel neptis ex filia non reuelabis. Sed obuiat extra de diuortijs, gaudemus. vbi dicitur, quòd, si pagani contraxerũt in secũdo gradu, post conuersionem non sunt separandi. Sed dic quòd in Leuitico prohibetur secundus gradus in descendentibus, nõ in collateralibus. vnde in secũdo collaterali bñ põt Papa dispensare. videtur tamẽ quòd sit ei prohibitum 22.q.2. quæritur. sed ibi est ar. contra: quia ipse duxerat eã, sed adhuc obstat ext. de rest. spo. litteras. vbi dicitur, quod Papa nõ potest dispensare in secundo gradu. Sed dic quòd non potest ita de facili.

hoc inducit sequens cap.

b ¶ In diuina.] i. ecclesiastica constõne. ar. 3.q. 5. quia.

FILII. Hæc est. 2. pars quæ secundum Io. de Fant.

c ¶ Filij.] Præter illum per quem compaternitas est contracta, vel fraternitas spiritualis.

non reuelabis; turpitudo enim tua est.] Cum ergo β à propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis [a] à spirituali nostri patris filia, omni excusatione, aut argumẽto seposito, sub nimia districtione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, si quis tali facinore mixtus, minimè restrinxerit fręna luxuriæ. Vnde, & omnes γ omnino cauẽdi sunt à tali sceleris commixtione, ne in perpetuum pereãt; sed hunc, qui huius perniciosæ temeritatis auctor, animæ suæ salutem despiciens, impijssimo se miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & pænitentię dignè submittere; quatenus ab ęterna eru tam † damnatione animam eius lucreris. † al. eruta a dãnatione animas eorum

α Turpitudinem.] *In decretis Zachariæ (quæ sunt in vetusto codice) & apud Anselmum, & Iuonem habentur omnia vt in capite 18. Leuitici.*

β ¶ Cum ergo.] *In eiusdem decretis sic legitur.* Turpitudinem. n. non reuelare dicitur, dum à propria consanguinitate præcipimur abstinere. Multo magis, &c.

γ ¶ Vnde, & omnes.] *Apud Anselmum est*, Vnde, & omnes omnino cauendæ sunt talis sceleris commixtiones.

Item Zacharias, & Deusdedit.

¶ Filio suo filiam, quam de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. C. III.

NOn oportet filiam, quam de sacro fonte suscepẽrit, aliquãdo filio suo in matrimonium tradere. quia in diuina [b] sententia germani esse inueniuntur. Si quis tali facinore cõmixtus minimè restrinxerit fræna luxuriæ; ab ecclesia catholica abominabitur. Sed si cõuersus fuerit, post separationem septem annis pœnitentiam gerat. Concijs simul cum auctore † sit ista conditio: id est simul cum cooperatoribus, & consentientibus pœniteat. Poly. ibidem. Aul. l. 10. c. 28. † al. actore

2 *Filij [c] uero siue ante compaternitatem, siue post nati fuerint, licitè coniungi possunt.*

Vnde Vrbanus [d] scribit Vitali presbytero Brixiensi, dicens.

¶ Filij, vel filiæ ante, vel post compaternitatem genitæ, legitimè coniungi possunt. C. IIII.

SVper quibus cõsuluit nos tua dilectio, hoc videtur nobis ex sententia respondendum: vt & baptismus sit, Sent. 4. dist. 42.

a ¶ Multo magis.] id est, multo sanctius quia religiosiores sũt copulæ mẽtiũ quàm corporum. ar. 27.q.2. coniuges. 33.q. 6. quod Deo. Et est arg. quod pater spiritualis est magis diligendus quàm carnalis. 2.q. 7. qualis sententia. sed in superiori capitulo dicit, quod æque: sed istud nõ remouet quin plus. cui ergo potius teneor subuenire in necessitate, carnali, in beneficiorũ temporalium exhibitione? nam de carnali est dictum, Honora patrem. 86. dist. non satis. in exhibitione i. autem reuerentiæ plus deferendum est spirituali. 30. dist. c. 2. Ioan. non credo, nec c. contradicit. B.

Pater carnalis an plus sit diligendus quàm spiritualis.

a Ar. ad hoc 86 dist. non satis. in fi. & hic videas quod no. 30. d. c. 1 & 62. dis. goscamus. Archid.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, quod nullus pater debet tradere filiam suam spiritualem nuptui filio suo carnali: germani enim sunt: id est, fratres. & si coniuncti noluerint separari, excommunicentur. Separati vero septem annis pœniteant. Consentientes vero simili pœnitentiæ subiacebunt. [Aliquando,] id est, aliquo tempore. [Diuina sententia.] Id est, ecclesiastica cõstitutione. Sequens §. patet: quia certum est, quod omnes contrahere possunt, excepta illa persona: per quam cõpaternitas vel fraternitas spiritualis contrahitur. & ad

d ¶ Vnde Vrbanus.] Istum præcessit Pascalis. argu. 1. q. 1. saluato. & extra de sponsa. duorum, licet præter solitum quod est verum de primo; sed seq. cap. attribuitur Pascali secundo, qui secundum chronicam successit Vrbano.

SVper quibus.] CASVS. Vitalis presbyter quæsiuit ab Vrbano, vtrum pater vel mater possit dare baptisma in necessitate filio suo: & vtrum filij duorum patrinorum simul valeant copulari. Ad primam quęstionem rñdet dicẽs, quod baptizatus est quem pater vel mater tempore necessitatis nomine Trinitatis baptizat. Ad secundam respondet, quòd filij duorum patrinorum possunt copulari, excepta illa persona, qua mediante compaternitas est contracta. Sequens §. patet.

a ¶ Tœmi-

a ¶ Fęmina.] Inf. de consec. d. 4. mulier. contra. sed hoc in necessitate intelligitur.

POst susceptum.] CASVS. Secundum Gra. & Alexandrum casus huius c. sic poni debet. Dicitur in hoc c. quòd filij nati ex duobus compatribus, simul copulari non

xander innuit extra de cogna. spir. cap. 1. scilicet derogetur ei per præcedens ca. legas litteram, prout iacet. vel si vis potes addere in littera, nō possunt cōiungi: supple filijs spiritualibus. & sic non est correctū. Et male intellexit Alex. hoc cap. nam dicit cap. Vrbani esse posterius & ita derogaret alij c. Paschalis: cum tñ Vrbanus Paschalem præcesserit. Sed dici potest ꝙ hæc littera est mendosa, vbi dicit, Paschalis secundus. nam debet dici ibi, Paschalis primꝰ. nam primus Paschalis pręcessit Vrbanū secundum. vnde nihil est in littera supplendum, & est hoc abrogatum, & intelligitur prout sonat: & huic iuri antiquo innuitur illa consuetudo ext. de cog. spir. super eo.

si instante necessitate fæmina [a] puerum in nomine Trinitatis baptizauerit; & quòd spiritualium parentum filij, vel filiæ, ante, uel post compaternitatem geniti possunt legitime coniungi, præter illam personam, per quam compatres sunt effecti.

Paschalis uero secundus post compaternitatem genitos copulari probibens scribit Rhegino episcopo.

¶ Qui ex compatre, uel commatre post susceptos filios de fonte nati fuerint, coniungi non possunt. C. V.

Sent. 4. dist. 42. Poly. l. 6. tit. 6. Ans. l. 10. c. 34.

POst susceptum [b] uero de fonte filium, uel filiam spiritualem, qui ex compatre, uel cōmatre nati fuerint, matrimonio coniungi non possunt; quia leges sæculi non emancipatos [c] adoptiuis prohibent copulari.

¶ *Anselmus libro 10. c. 34. refert fere integram hanc epistolam, itē quę Polycarpus, cuius initium est in c. post vxoris infra ead. q. 4. & continenter post illud sequitur hoc caput, & deinceps c. porro duorū. infra 32. q. 2. & 3. Ipsius uero epistolæ auctorem & ipsi citant Paschalem secundum.*

Tit. 2. l. 17.

[*Idem ex lib. 24. digestorum, tit. de ritu nuptiarum per penditur, in quo ita legitur.*]

PALEA. C. VI.

PEr adoptionem quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, donec manet adoptio: ideoque eam, quam pater meus adoptauit, & emancipauit, potero uxorem ducere. Atque & si me emancipato, illam in potestate retinuerit, poterimus iungi matrimonio. Itaque uolenti generum adoptare, suadetur, vt filiam emancipet. Similiter suadetur ei, qui uelit nurum adoptare, ut emancipet filium.

¶ *Hæc Palea habetur in aliquot vetustis, à quibus cęteræ abesse solent, & non distinguitur à superiore capite.*

3 *si quis uero aliquo fortuito casu filiam suæ commatris uxorem acceperit, non cogitur eam dimittere.*

Vnde in Triburiensi concilio legitur, c. 48.

¶ Non cogitur quis dimittere filiam suæ commatris, quam duxit in coniugem. C. VII.

Sent. ibid. Burc. l. 17. c. 46. Iuo p. 9. c. 97.

ILlud etiam nec canonica institutione definimus [d], nec interdictione aliqua refutamus: sed propter eos, qui diuerse de eo sentiunt, hoc loco aliquid commemoramus. Si quis suæ spiritualis commatris filiam [e] fortuito [f], & ita contingente rerum casu in coniugium duxerit; consi-

c ¶ Nō emācipatos.] Nam filius emācipatus bene potest copulari filię adoptiuę. ff. de ritu nup. per adoptionem, vel emācipatæ. s. adoptiuus copulari potest.

PEr adoptionē.] CASVS. Dicitur in hac lege, quod durāte adoptione, adoptiuus filius & naturalis in eiusdē potestate existētes cōtrahere non pñt. sed si alteruter emancipet, contrahere possunt.

SI QVIS VERO. Hæc est 3. pars q. ſm Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ non solum filius potest ducere in vxorem sororē susceptæ a patre: sed etiā ipse pater. & si acceperit separari non debēt. & ad hoc inducit sequens cap.

ILlud ēt.] CASVS. Dr̄ in hoc c. quòd si aliquis fortuito casu duxerit in vxorē filiam cōmatris suę, quæ nō est sua filia spiritualis, nō debet ab ea separari: sed sub honesto cōiugio eam retinebit.

non possunt: quia etiam adoptiuis existentibus in potestate copulari non possunt. Vnde dixit Alexander hunc c. derogatum per præcedens c. Vrbani. H. autē intelligit hoc c. ſm præcedens. s. quod filij duorum compatrū possint copulari adinuicem, præterquam illæ personæ per quas cōpaternitas est contracta: & ſm H. hoc c. non est abrogatum. Idem intelligit de tenente & mergente: tamen bene possunt contrahere cum sororibus vel fratribus suscepti vel susceptæ. Sequens § patet.

b ¶ Post susceptum.] Si intelligimus cap. hoc prout Ale-

d ¶ Definimus.] Immo postea definit. & ita in re dubia certa fertur sententia, vbi de iure dubitatur 1.

e ¶ Filiam.] Scilicet commatris posse ducere in vxorē.

e ¶ Filiam.] Hic vides ꝙ pater spiritualis potest copulari sorori filiæ spiritualis. similiter & filiæ potest: quia talis cognatio non extenditur 2 similiter dico ꝙ pater potest sumere filiam spiritualem filij carnalis. licet enim cognatio spiritualis descendat de patre ad filios, non tamen de filio ad patrem.

f ¶ Fortuito.] Idem si ex proposito, arg. sup. 1. q. dictum:

1 De hoc no. 11. d. habuisse. in fi: Pr̄ spiritualis licite copulatꝰ sorori filiꝰ spūalis

2 Sed quare non extenditur: dic. ꝙ hoc ideo ē, qa filia spiritualis filij mei carnalis, nec est filia mea carnalis, nec spūalis, nec neptis: quia cognatio spūalis vltra paternitatē vel filiationem non extenditur, vt dr̄ su. e. in sum: filia āt spūalis pr̄is mei soror mea est, vt su. e. ca. 1. & cū ea cōtrahere non possum: vt ibi dr̄. Arc.

Reo

lio maturiori ſeruato, eam habeat, atque honeſte legitimo coniugio operam det.

QVÆSTIO IIII.



Elictam[a] vero compatris vxoris ſuæ nullus in coniugem ducere poteſt.

Vnde Nicolaus Papa[1] ſcribit Conſtantienſi epiſcopo Salomoni.

¶ Duas commatres alicui habere non licet. C. I.

SCiſcitatur à nobis ſãctitas ueſtra, ſi aliquis homo duas commatres habere ualeat, unam poſt alteram. In quo meminiſſe debet ſcriptum eſſe, [Erũt duo in carne una.] Itaque cum conſtet, quia uir & mulier una caro per connubium [b] efficiuntur: reſtat nimirum uirum compatrem cõſtitui illi mulieri, cuius matrimonio aſſumpta uxor cõmater eſſe uidebatur: & idcirco liquet, uirum illi fęminę non poſſe iungi in copula, quæ commater eius erat; cum qua idem fuerat una caro effectus. Sent. ibidem. Iuo p.1.c.137. & p.9.c.35. Pann.l.7.c.63. Gen.2.

Item ex concilio Chalcedonenſi.

¶ Octo annis pœniteat, qui duabus commatribus commiſcetur. C. II.

SI pater & filius, aut duo fratres cum una muliere, aut ſi cũ matre & filia, aut cum duabus ſororibus, aut cũ duabus commatribus aliquis concubuerit; ſecundum antiquã & humaniorem definitionem octo annis [c] pœniteat.

¶ *In concilio Chalcedonenſi nihil huiuſmodi extat tractatum, aut definitum. Ex eodem refertur etiam in fragmento pœnitentialis incerti auctoris: eodemque modo citatur infra c. poſt uxoris.*

Item Innocentius Exuperio Toloſano epiſcopo.



Elictam vero.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in prima quarum dicitur, q̃ ſucceſſiue poteſt quis habere duas commatres vxores: in duobus tantum caſibus ſ. ſi fuerint commatres ante matrimonium. vel ſi filiũ meæ vxoris, accepit ab alio viro aliàs non. Secunda ibi, [Econtrario.] Tertia ibi, [Notandum.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. quæſtio, qua quæritur, an quis poſſit accipere in vxorem relictam compatris vxoris ſuæ, ideſt, an aliquis poſſit habere duas commatres diuerſis temporibus in vxores. In tribus primis c. & in vlt. dicitur quòd non: in medijs q̃ ſic ſed Gr. diſtinguit. inf. ead. §. notandum, ita dicẽs. ſi vxor mea ſuſceperit filium Bertæ de ſacro fonte: ſi poſtea meã vxorem cognouero, Berta tunc efficitur cõmater mea: & tunc cum ea contrahere non potero: quod non placet Hugo. & ideo ſic diſtinguit, ſcilicet an compaternitas vel commaternitas pręcedat carnalem copulam, an ſequatur. Si præcedit, tunc licite poteſt quis habere duas commatres. Si autẽ ſequatur: aut vterq; coniugum, vel alter ſuſcipit filium alterius: aut filius eorum cõmunis ſuſcipitur ab illo: aut filius alterius eorum tantũ ſuſcipitur: in primo & ſecundo caſu non poteſt quis habere duas commatres: in tertio ſic. De hoc plenius dicitur in ſumma huius queſtionis. & in ſumma H.

Mſimonis vtrum poſſit ſucceſſiue contrahi cũ duab. commatribus.

a ¶ Relictam.] Hæc eſt 4. quæſtio, an quis poſſit accipere in vxorem relictã compatris ſuæ vxoris: & licet ſub hac forma verborum hæc quæſtio proponatur hic dũtaxat: tamen vr̃ hic poni quæſtio, an ſcilicet aliquis diuerſis temporibus poſſit contrahere cum duabus commatribus. In tribus primis capitulis, & in vltimo dicitũ q̃ non: in medijs quod ſic. G hoc modo ſoluit quæſtionẽ hanc inf. ea. §. notandũ q̃ ſi vxor mea ſuſcipit Bertæ filium de ſacro fonte: ſi poſt vxorem meam carnaliter cognoſco, tunc Berta efficitur mihi commater: & nunquã eam ducere potero, vt inf. c. vlt. ſi vero vxorem non cognouero, tunc Berta non efficitur mihi commater: q̃ mortua vxore mea potero eam ducere: & ita habeo duas commatres diuerſis temporib. vt c. medijs. Sed hęc ſolutio indigna eſt relatu, & ideo non legamus c ſm eã. Cancellata ergo ea opinione, & R. Io. qui diſtinxerunt inter directam & indirectam compaternitatem cũ non ſit authentica: dico referre an compaternitas vel commaternitas pręcedat carnalem copulam, an ſequat. ſi precedat, licite poſt quis habere duas commatres: quia per vnionem carnis ſequentẽ non pertranſitur ad vnionem ſpiritus præcedentem, vt inf. ea. poſt vxoris. Si aũt ſequatur: aut alter coniugũ vel vterque ſuſcepit filium alterius, aut filius eorum cõis ſuſcipitur ab alio: aut filius alterius eorum tãtum ſuſcipitur, in primo & ſecundo caſu non poteſt quis habere duas commatres: in tertio poteſt: quia licet efficitur aliquis compater vxoris meæ, non tñ eſt mihi cõpater, niſi filius eius ſit & meus, qui leuatur de ſacro fonte. Vnde breuiter teneas. q̃ ſi compaternitas ſequatur carnalem copulam in nullo caſu poteſt aliquis habere duas cõmatres, vel aliqua duos compatres: niſi hoc ſolo caſu quando filius tantum alterius ſuſcipitur de ſacro fonte.

SCiſcitatur.] CASVS. Caſum hunc ſic pone. Martini vxor ſuſcẽpit filium Bertæ de ſacro fonte poſtquam vna caro fuerit effecta cum Martino: quæſitum fuit, vtrum Martinus poſt mortem vxoris poſſit ducere Bertã in vxorem? & reſpondetur q̃ non: quia Berta eſt eius commater, cum vxoris eius fuerat commater, cum qua iam vna caro fuerat effectus. Sequentia duo c. patent econtra: ſed non ſunt contraria: quia in alio caſu intelliguntur, vt dicit H.

b ¶ Per connubium] Ideſt, per carnalem copulam, vt 27. q. 2 Agathoſa.

c SI pater.] ¶ Octo annis.] Septennis pęnitentia iniũgitur pro quolibet peccato mortali, vt 33. q. 2. hoc ipſum: niſi aliud ſuadeat criminis enormitas, vel dignitas perſonæ, vt 33 q. 2. hoc ipſum, §. hoc autem.

a SI quis.] ¶ Ex uno coniugio.].i. ex coniugibus.
b ¶ Christianitatis ministerium dederit:] immergẽdo. sup. 1. q. 1. quod quidam. Alij exponunt, dederit Christianitatis ministerium i. tenuerit ad cathecismum, vt de consecr. d. 4. in catechismo.
c ¶ Cum

lio viro: Et dicit H. ꝙ possunt intelligi tam de paternitate, quæ præcessit matrimonium siue carnalem copulam, quàm de illa quæ sequitur: & filius tantũ vnius cõiugum suscipitur. Est ergo casus primi ca. talis. Martinus & Berta sunt coniuges: & Martinus ex alia vxore vel cõcubina habet filium, quẽ Ioannes de sacro fonte suscepit, & sic efficitur cõpater Martini. dicit hic ꝙ mortuo Martino Ioannes licite ducit Bertam in vxorẽ: nisi aliud impediat: & sic illa habebit duos compatres.
f ¶ Qui spiritualem.] Sic incipe constructionem liceat ei, ꝙ spiritualẽ habet, &c. Sed obijcitur: si vxor mea leuauit filium alicuius de sacro fonte, mihi acquiritur cõpaternitas per eã, ut sup. prox. cap. quæritur si aliquis leuat filium eiusdem de sacro fonte, quem habet ex alio uiro: an mihi per eam acquiratur compaternitas. Ad hoc respõdet Cardinalis, quod coniuges sibi communicãt actiones, sed non passiones: quæ enim vnus coniugum agit, reliquus intelligitur agere, cum sint una caro. Sed per hoc nõ assignat ratio diuersitatis, qua quæritur, quare actiones communicant, & nõ passiones. dicas ergo ꝙ cum ego nullo modo sim pater huius pueri, nec carnalis, nec adoptiuus, nec spiritualis, non possum dici compater suus: ꝙ non sim pater spiritualis, patet: quia filia mea licite copulatur ei. Item filius meus & ille puer non sunt fratres spirituales: ergo ego non sum pater spiritualis ipsius. Ioan. de Fant.

Actiones sed non passiones cõicantur inter cõiuges.

¶ Nullus duabus commatribus commisceatur. C. III.

Poly. l. 6. tit. 6.

SI quis ex vno ᵅ coniugio [a] filium, aut filiam alterius de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tẽuerit, vel Christianitatis ministerium † dederit [b], ambo, & uir & uxor compatres [c] existunt parentibus infantis: quia uir & mulier caro [d] una effecti sunt.

† al. mysteriũ

ᵅ ¶ Ex uno.] *In plerisque uetustis exemplaribus, & eadem collectione decretorum incerti auctoris, legitur,* si quis uno ex cnoiugio. *In epistola uero Innocentij Exuperio Tolosano episcopo scripta, hoc non habetur.*

2 ¶ *Econtrario* [e] *inuenitur in concilio Triburiensi, c. 47.*

¶ Vxorem compatris ducere potest, cuius ipsa commater non fuerat. C. IIII.

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 6. Burc. l. 17. c. 45. Iuo p. 9. c. 96. Pann. l. 7. c. 67.

QVi spiritualem [f] habet compatrem, cuius filium de lauacro sacri fontis accepit †, & eius uxor commater non est, liceat ei defuncto compatre suo, eius uiduam ducere in uxorem: si nullam habet consanguinitatis propinquitatem. Quid enim? Nunquid non possunt coniungi, quos nulla proximitas carnalis, uel nulla generatio secernit spiritualis?

Item in epistola Paschalis Papę secundi ad Rheginum episcopum.

¶ De eodem. C. V.

Sent. ibidem. Polyc. ibidem. Ans. l. 10. c. 34.

POst uxoris obitum cum commatre uxoris uiri superstitis coniugio copulari, nulla uidetur auctoritas, uel ratio prohibere. Neque [g] enim cognationi carnis

Cõpaternitas viri porrigitur ad vxorem.

c ¶ Compatres.] Expresse hic colligitur, cum alter coniugum suscipit filium alicuius: statim ambo coniuges efficiuntur compatres illius. ergo nihil refert an post carnaliter commiscerentur, vel non, prout voluit dicere G. & Ioan. inf. ea. §. notandum.
d ¶ Caro.] Ergo per sponsam de præsenti non acquiritur compaternitas, cum canon hoc ponat pro ratione, quia sunt vna caro effecti. Itẽ si hęc est causa quare cõtrahatur cõpaternitas, quia una caro est effectus cũ ea. ergo per coitum fornicarium contrahitur compaternitas: quia qui adhęret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea, vt 32. q. 4. in eo. nam & affinitas acquiritur per coitum fornicarium, vt 35. q. 3. de incestis. & c. nec eam. extra de eo, qui cogno. consangu. discretionem. Quidam tamen refugiunt dicere, quod per fornicarium coitum contrahatur compaternitas: cum compaternitas sit vinculum spirituale.

Cõpaternitas an p fornicariũ coitum contrahatur.

ECONTRARIO. Hęc est secunda pars q. in qua ponuntur duo casus in quibus quis potest habere duas cõmatres. Io. de Fan.
e ¶ Econtrario.] Sed non sunt contraria, quia in alio casu intelliguntur, vt dicit H.
QVi spiritualem habet.] CASVS. Hæc duo capitula vt dicit H. in eodem casu loquuntur. Sed in primo casu dicitur, quod aliqua potest habere duos compatres, quorum secundus suscepit filium primi de alia vxore. In secundo dicitur, ꝙ quis potest habere duas commatres: quarum secũda suscepit filium primæ ex a-

f ¶ Qui spiritualem.] Duo hæc cap. in eodem casu loquuntur: sed in primo casu dicitur, ꝙ aliqua potest habere duos compatres, quorum secundus suscipit filium primi de alia uxore. In secundo dicitur, ꝙ quis potest habere duas commatres, quando secunda suscipit primæ filium de alio uiro.
POst vxoris obitum.] CASVS. Sicut in præcedẽti ca. dicitur, ꝙ aliqua potest habere duos compatres, sic & in hoc c. dr, quod aliquis potest habere duas commatres. Et est casus talis. Martinus habet Bertam in uxorẽ: ille habet ex alio filium, quem Maria suscepit, de sacro fonte, & sic efficitur commater Bertæ, & non Martini: quam Mariam Martinus licite potest ducere in vxorem mortua Berta, & sic habebit duas commatres. Sic enim intellexit Hugo, & posuit hos duos casus apertius quàm Ben.
g ¶ Neque] Crederet aliquis quod cognatio spiritualis acquireretur marito per uxorem suam, sicut & cognatio carnalis: quod sicut omnes consanguinei vxoris ea mediante efficerentur viro affines; ita compatres & commatres vxoris efficerentur marito per eam compatres & commatres: hoc negat hic.

a ¶ Cognatio.]Scilicet spiritualis.
b ¶ Comparatur.]Id est, assimilatur in hoc quod per uxorem acquiritur. & hoc melius exprimit statim, neque enim, &c.
c ¶ Per vnionem.]Secundũ hoc reprobatur intellectus G. verũ quis post cognoscat, vel nõ, ut in §. sequenti.

ILLVD VERO CASVS. Finis præmissi cap. uidetur contradicere illi capi. qui spiritualem. sicut & duo prima cap. & ideo G. alio modo vult soluere prædictam contrarietatem, dicens quòd illud quod dictũ fuit in illo c. qui spiritualem. dictum fuit ante prohibitionem. in præ-

cognatio [a] spiritus comparatur [b]: neque per unionem † [c] carnis ad unionem [d] spiritus pertransitur. († al. vnitionẽ.)

3 *Notandum vero est, quòd aliud est, commatrem [e] alicuius cognoscere, atque aliud, derelictum ab aliquo cõmatrẽ alicuius fieri. Auctoritas illa Nicolai Papæ, & Chalcedonensis synodi illũ probibet cõmatris suę uxoris matrimonio copulari, qui vxori suæ debitum reddidit, postquam illius commater extitit. Illa uero auctoritas Triburiensis cõcilij [f] illos pmittit matrimonio copulari, cuius uxor, post quàm à uiro suo derelinquitur, illius commater efficitur: nec post compaternitatẽ à uiro suo cognoscitur. Quęritur autem, an uxor cum marito in baptismate simul debeat suscipere puerum.*

De his ita scribit Vrban⁹ II. Vitali presbytero [a] Brixię.


a ¶ Presbytero.] *Antea legebatur*, episcopo. *Emendatum est ex omnibus vetustis, quæ collata sunt. Et eadem citatio est supra hac eadem causa q. 3. super quibus*

¶ Vxor simul cum viro filium alicuius in baptismate non suscipiat. C. VI. (Sent. ibidem.)

QVod autem uxor cum marito in batismate simul non debeat suscipere puerum; nulla auctoritate reperitur [g] prohibitum. Sed ut puritas spiritualis paternitatis ab omni labe, & infamia [h] conseruetur immunis; dignum esse decernimus, ut utrique insimul ad hoc aspirare minime præsumant. Quia uero piaculare flagitium commisit, qui duabus commatribus, uelut duabus sororibus nupsit; magna iuxta modum culpæ pœnitentia sibi debet iniungi.

Illud vero Triburiensis concilij: [Qui spiritualẽ habet compatrem, &c.] ante hanc [i] probibitionem dictum intelligitur: uel uxor [k] commater accipiatur non ex eodem filio cum viro, sed ex alio.

QVÆSTIO V.



Vod au-

d ¶ Ad vnionẽ.]Præcedentem matrimonium siue carnalem copulam. aliter bene pertrãsiretur, nisi cum filius alterius tãtum suscipitur.

NOTANDVM VERO. Hæc est 3. pars q. secundum Io. de Fant.

CASVS. Nunc Grat. soluit prædictam contrarietatem, & male secundum Hu. dicit enim quod si uxor mea efficitur commater alterius: si vxorẽ meam postea cognouero, ea mortua non potero contrahere cum commatre ipsius: secus autem si non cognouero. Sequẽs §. patet; in quo facit quandam incidẽtem quæstionem, quã determinat per c. sequens.

e ¶ Commatrem.] Vxorẽ suam iam factam commatrem alicuius, idest, postquam est effecta cõmater alicuius fœminæ, quo casu non potest ducere aliam fœminam vxore mortua, secundum Grat.

f ¶ Triburiensis concilij.]Melius diceret Paschalis, tamen idẽ est casus.

QVòd autem.] Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, an vxor simul cum marito debeat suscipere puerum de sacro fonte. Et respondet quod non. In secunda parte prohibetur ne quis contrahat cum duabus commatrib. vel sororibus, quia piaculare flagitium est, & damnosum.

g ¶ Reperitur.]Inf. de consec. dist. 4. non plures. Contra tñ Leo Papa, quem constat ipsius Vrbani prædecessorẽ fuisse, statuit non debere ad suscipiendum puerum de baptismo plures accedere quomodo dicit hic, nulla auctoritate inuenitur prohibitum? Sed licet hoc sancitũ fuerat, nondum tamen in manus legentium venerat. Vel forte vir & vxor non reputant plures: cum vna caro esse probantur su. ea. c. si quis 1.

h ¶ Et infamia.]De facto. Crederent enim stulti aliquã proximitatem inter eos contrahi, si simul susciperent. Sed etiam superfluum esset vt vterque susciperet, cum ex susceptione alterius vterque compater efficiatur. de consuetudine est tamen in quibusdam locis, quòd vterque si nul suscipit.

1 Vel dic vt no. extra de c. g. spi. c. vl.

præmisso. cap. factam: vel ibi vxor accipitur pro commatre: nec ex eodem filio cum viro, sed ex alio. Et hoc vltimum tenet Hu. & alij Doctores.

i ¶ Ante hanc.] Præcedentem Vrbanum: quæ contraria est ei quo ad fi sup. ea prox.

K ¶ Vel vxor.]Melius dixisset, vel vir compater efficitur nõ ex eodem filio cum vxore; sed ex alio: sed variat sexum: quia ponit in fęminino genere eundem casum, quem posuit in masculino in c. qui spiritualem. vbi eadem permittitur habere duos compatres.



Vod autem.]Hæc q diuiditur in 4. partes: in prima quarum probatur, quod matrimonia clandestina non debent fieri: sed legitima, & per sacerdotem: alias nisi consensus concurrat legitimus, non valet quod actum est. Secunda ibi, [Sed quæritur.] Tertia ibi, [Nec illud.] Quarta ibi, [Sed obijcitur.] Io. de Fan.

Ca-

CASVS. In themate fuit proposita qō, an clandestina desponsatio præiudicet manifestæ. Et est dicendum ꝙ præiudicat si de eo constat nō enim deficit ius, sed probatio. Clandestina tamen matrimonia fieri non debent, quia probari non possunt. unde quoad ecclesiam. domum viri, cum eo biduo vel triduo, castitatem seruat. Vbi vero hoc non fit, sed clā ducitur vxor: potius præsumitur stuprum, vel cōtubernium, vel adulterium, quam legitimum coniugium. Sequen. c. planum est.

b ¶ Petatur.] Ne appetentiæ procaciorꝭ æstimetur auctor, si ipsa, &c. 32. q. 2. c honorantur.

c ¶ Precibus,] Extra de clan. despon. cū inhibitio.

d ¶ Contubernia.] hic canon præsumit in deteriorem partem: nam vbi periculum vertitur, in tutiorem partem interpretandum est, ut extra de homic. ad audientiam. & in dist. 5. ad eius. ꝗñque tamen præsumit canon ꝓ matrimonio, vt 33. q. 1. si quis acceperit. Sed nonne in matrimonio sufficit ꝓbare ꝙ aliquis eā receperit eo prætextu, ut eam perpetuo haberet, licet aliud non sit dictū? vt 32. q. 2. solet. & in liberæ mulieris coniunctione potius præsumitur matrimoniū ꝙ concubinatus, vt ff. de ri. nup. in liberæ. nam cū quis non protestatur se velle habere aliquam vt concubinam, dummodo honesta sit mulier, habebit eā, vt legitimam, vt ff. de concu. in cōcubinam 2. Sol. canon cō siderat periculū animæ; extra de iureiu. cum contingat. extra de sponsa. iuuenis. & iō potius iudicat esse fornicationem ꝙ matrimonium.

Tutiorem in partem interpretandū est, vbi periculum vertitur.

Matrimonium verū ī er aliquos præsumi possit.

a Dic vt no. extra de præsump. illud.

In cap. Caroli lib. 7. c. 463.

Item [a] *clandestina coniugia fieri non debeant, Euaristus Papa testatur, scribens episcopis Africæ epistola prima.*

¶ Clandestina coniugia fieri non debent. C. I.

Sent. 4. dist. 28. Polyc. l. 6. tit 4. Ans. l. 10. c. 2. Iuo p. 8. c. 4. Pann. l. 6. c. 31.

ALiter legitimum [α] non fit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam fęminam dominationem habere videntur, & à quibus custoditur, vxor petatur [b], & a parētibus, & propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotaliter, vt mos est, cū precibus [c]; & oblationibus à sacerdote benedicitur, & à paranymphis, vt consuetudo docet, custodita, & sociata, à proximis congruo tempore petita legibus detur [β], ac solenniter accipiatur: & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodiant. *Item.* ¶ Ita peracta legitima scitote esse connubia; aliter vero pręsumpta, non coniugia, sed adulteria, vel cōtubernia [d], vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima [e] coniugia esse non dubitate; nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima.

α ¶ Legitimum.] *In epistola ipsa interijciuntur hæc,* sicut à patribus accepimus, & à sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditum inuenimus.

β ¶ Detur.] *Antea legebatur,* à legibus dotetur, *quod iam superius dictum erat. Emendatum est ex vetustis editionibus conciliorum, capitularibus, Anselmo & Iuone.*

Item ex decretis Hormisdæ Papæ c. 6.

¶ Nuptias occultas celebrare non licet. C. II.

Polyc ibidem. Burc. l. 9 c. 3. Iuo p. 8. c. 141. Pann. l. 6. c. 5.

NVllus [f] fidelis cuiuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat: sed benedictione accepta à sacerdote, publice nubat in Domino.

¶ *Apud Burchardum, Iuonem, Polycarpum, & in collectione,*

etiam manifesta præiudicant clandestinis.

a ¶ Quod autem.] Hic depingitur quinta qō. & erat in themate in quinto loco quæsitum, an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet. & quidem præiudicaret, si constaret de ea. extra de cland. desp. ꝙ nobis. sed quia ecclesię non constat de ea, ei præiudicat manifesta probatio. ergo deficit hoc casu non ius, sed probatio 1. si de testa. tut. duo sunt Titij. quia ecclesia de occultis non iudicat. 32. dist. erubescant. sed hęc quæstio facilis erat: & ideo noluit eam ponere sed ponit aliam, s. vtrum clandestina matrimonia debeant fieri. dicunt quidam ꝙ non, si tamen fiant, tenent. Et sunt clandestina quæ sine præsentia testium, & traductione & alijs solemnitatibus contrahuntur: sed cum huiusmodi solennitates non sint de substantia matrimonij, sed sufficiat solus consensus: quare prohibentur hic contrahi? Respon. duplici ratione: ne sub specie matrimonij fiant fornicatio: vel ne matrimonialiter coniuncti separentur. Sæpe enim matrimonio occulte contracto, alter mutaret propositum, & dimitteret reliquum probationibus destitutum, ut inf. ea. §. his.

ALiter legitimum.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod tunc est solenne coniugium cum puella à curatore vel à parentibus desponsatur & dotatur, à presbytero benedicitur, & custoditur à paranymphis. & ducta ad

Lex tamen strictius considerat matrimonium, quàm canon. nam si aliquis iurauit ꝙ vellet aliquam perpetuo retinere secum: nisi dicat, ꝙ vellet retinere in vxorem legitimam, non erit matrimonium, in authe qui. mo. na. effi. le. §. pen. collo. 6 infr. ea. si quis diuinis. secus secundum canones. ut 32 q 2. solet. In hoc autem concordo leges canonibus, quod inter impares personas non præsumo esse matrimonium nisi dotalia instrumenta interueniant. C. de nup. Imperialis. §. immo. Item illud considero circa pares & impares, an maritalis affectio precesserit, comparatis personis, & vitæ coniunctione considerata, vt ff. de dona. donationes. Item & famā loci considero, vt extra de præsump. illud. Idem quod simul receperint sacramenta vt 28. q 1. caue. Itē ꝙ dos requiratur in omni matrimonio, vt hic dicitur: potes intelligere in sublimioribus personis: nam ibi & dos & aliæ solēnitates matrimonij requirūtur: in mediocribus autem personis ꝺm leges non sufficiunt testes. nisi scriptura adsit, infirmis sufficiut testes, ut in auth. quo mo. effi legi. § hoc ergo colla. 6.

e ¶ Legitima.] Non præiudicaretur alij matrimonio per eorū confessionē ext. de eo qui cog. cōsāg. super eo.

NVllus.] Causā huius prohibitionis habes inf. eadem. §. his ita.

1 Vt 32. q. 5. Christiana. ff de test. tuto. l. duo sunt.

Matrimonia clandestina ꝗ sint, & verum, teneat.

aliter f. de occult: è contrahentibus; vnde cum præsu. mantur adulteri, repelluntur, H. tamen dicit peccatum esse, si hmői omittantur solennitates, si adhiberi pñt. Idē no. ext. qui fil. sint leg. iator. & idem no. huc H.

quæ est tomo 3. conciliorum post decreta Alexandri tertij, par. 49. c. 10. citatur similiter ex decretis Hormisdæ. Verum in secunda collectione Decretalium, tit. de clandest. despons. citatur ex Alexandro III. qui primus auctor huius capitis esse non potest. quippe qui posterior fuit Gratiano.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 3.

¶ Nuptiæ publicè celebrari debent. C. III.

NOstrates tam mares, quàm fœminæ non ligaturam auream, vel argenteam, aut ex quolibet metallo compositam; quando nuptialia fœdera contrahunt, in capitibus deferunt: sed post sponsalia, quæ futurarum sunt nuptiarum promissa*; fœdera quoque † consensu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum potestate sunt, celebrantur; & postquam arrhis sponsam sibi sponsus per digitum fidei annulo [a] insignitum desponderit, dotemque vtrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram inuitatis [b] ab vtraq; parte tradiderit (aut mox, aut apto tempore [c]; ne videlicet ante tempus lege definitum tale quid fieri præsumatur) ambo ad nuptialia fœdera perducuntur: & primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre [d] debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur: sicque demum benedictionem, & velamen cæleste [e] suscipiunt. *Item.* ¶ Hæc sunt præter alia, quæ ad memoriam non occurrunt, pacta coniugiorum solennia. Peccatum autem esse, si hæc cuncta [f] in nuptiali fœdere non interueniant [g]; non dicimus, quemadmodum Græcos vos astruere dicitis.

Iuo p. 8. c. 60. Pann. l. 6. c. 9.

† al. quoque

* Concor. tex. in l. oratio & l. omnino. ff. de spō. & l. non sane. & ibi Cy. C. de bō. quæ lib.

Item Leo Papa.

¶ In contrahendo coniugio ista sunt obseruanda. C. IIII.

QValis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem [h], virgo casta, & desponsata [i] in virginitate, & dotata legitimè, & à parentibus tradita †, & à sponso, & à paranymphis accipienda: & ita secundum legem, & Euangelium publicis nuptijs in coniugium liquidè sumenda, & omnibus diebus vitæ (nisi ex consensu, & causa vacandi Deo) numquam propter hominem separanda; & si fornicata fuerit [k], dimittenda; sed illa viuente altera non ducenda: quia adulteri regnum Dei non possidebunt, 1. Cor. 6.

Polyc. l. 6. tit. 4. Act. l. 10. c. 3. Burc. l. 9. c. 2. Iuo p. 8. c. 140. Pano. l. 6. c. 36.

† al. tradita sponso

NOstrates.] CASVS. Bulgari ad fidem cōuersi quærebant qualiter matrimonia contrahere deberent. Respōdet Nicolaus, quod nostrates, id est, Romani nullam ligaturam ex aliquo metallo deferunt in capitibus cū nuptialia fœdera contrahunt. sed post sponsalia de futuro, per verba cōsentiunt de præsenti de licentia eorū, in quorum sunt potestate. & postquam spōsus sponsam anulo subarrhauit, & donationem ei propter nuptias cōstituit, ambo ad carnalia commercia perducuntur. primo tamen debet in ecclesia benedici. & suscipere cœleste velamen: alia etiam sunt, quæ in sponsalibus fiunt: sed nunc ad memoriam non occurrunt. sed & si hæc in nuptijs non interuenerint, non erit peccatū. Verba sic exponas [Post quam sponsalia fœdera,] idest, promissio de futuro [fœdera quoque.] id est, consensus de præsenti. [Dotē,] id est, donationem propter nuptias. [Ad nuptialia fœdera,] idest, ad carnale cōmercium vel conuiuia nuptialia [Cœleste,] id est, mysticum. vel cœleste id est, ecclesiasticum, vel ecclesiastica institutione inuentum.

QValis debeat.] CASVS. Hic ostenditur qualis debet esse vxor illius, qui sperat de cætero promoueri: & qualiter debeat duci. & dicitur, quod dēt esse virgo casta, &c. quæ non est separanda nisi ex consensu vacaret orationi, vel nisi fuerit fornicata. nec tñ illa viuente altera duci pōt: quia adulteriū cōmitteretur. quod si fecerit, debet recipi ad pœnitentiam per scripturā: Quæ autē iuxtà vsq; ad c. fœminæ, plana sūt, & per te videbis.

Annulus nuptæ quid notet.

a ¶ Annulo.] Annulus significat mutuū amorem, & fidem coniugalem esse seruanda 1. vt infra ea. fœminæ.

a Vide quod no. 27. q. 2. si quis vxorē. in prin.

Contrahere licet in Quadragesima.

b ¶ Inuitatis.] Ar. quod testes in matrimonio erunt rogati: sicut in diuortio, vt ff. de diuo. nullum, quod nō credo.

c ¶ Apto tpe.] s. cum erat in adulta ætate, & non in Quadragesima ducet eā. licet in Quadrag. cōtrahere possint. extr. de ma. cō. contra interdict. eccle. ex litteris in parte decis. Io.

d ¶ Offerre.] Secundum consuetudinem regionis.

e ¶ Velamen cœleste.] Quia quoddam cœleste vel spirituale significat. inf. ea. fœminæ.

Matrimonium pōt esse sine dote.

f ¶ Hæc cuncta.] id est singula 80. dist. singula.

g ¶ Non interueniat.] Huiusmodi enim solennitates non exiguntur necessario. nam si omittantur leuia vel modica. non nocent, ut ff. de ventre inspici. l. 1. in fine. dos ergo potest omitti: quia licet dos sine matrimonio esse non possit, matrimonium tamen sine dote esse potest 2. ut inf. ea. si quis diuinis. sed cont. 3. q. 4. consanguineorū. sed illud intellig. in eodē casu cū illo c.

a Concor. tex. in l. si. C. de dona. inter virum & vxorem.

h ¶ Legem.] Promotionis.

i ¶ Desponsata.] Hoc est contra illos, qui dicunt, quod si aliquam fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in vxorem, non repellor à promotione quasi corruptam duxerim ar. 28. d. quia sunt. 34. d. curandum. 77. d. quicunq; 34. d. praecipimus. Ar. cō. 34. d. Valentino,

sed

Sed certe & hoc casu in virginitate videtur ista despon sata, omnia enim quæ præcesserunt, legitimantur per sequens matrimonium: ext. qui fil. sint leg. tantia.

a ¶ Per scripturam.] Inf. de pœ. dist. 1. quem pœnitet. cō ma. sed ibi prohibetur absens per scripturam confiteri: vel quod pœnitentiam accipere debeat. hic autem permittitur mulieri simplici, dum tamen præsens sit, in scripto offerre, vt 2. q. 8. §. sed Calixtus.

b SPonsus.] ¶ Pro reuerentia.] Ergo non erit peccatum, si aliter fiat.

& pęnitentia illius *b* per scripturam [a] recipienda.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, Iuo, & Pannormia citant ex Leone. Sed fere idem in concilio Rhemensi Trosleiano, c. 8. & lib. 7. capitular. c. 179. refertur ex B. Augustino. & infra 36. q. 2. c. tria. (quod citatur ex B. Hieronymo) in illis uerbis* & reliqua quę sequuntur in prædictis *uidentur indicari quæ in hoc capite continentur.*

a Fuerit.] *In concilio Trosleiano, & capitularibus sequitur,* & vir eius voluerit.

b ¶ Illius.] *In ijsdem legitur,* & pœnitentia illi recipienda.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 13.

¶ Quomodo sponsus, & sponsa ad benedictionem accedant. C. V.

Sup. d. 23. c. fin. Poly. ibidem. Burc. l. 9. c. 5. Iuo p. 8. c. 143. Pann. l. 6. c. 20.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote; a parentibus suis, uel a paranymphis offerantur [f]; qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reuerentia [b] ipsius benedictionis in virginitate permaneant.

f ¶ Offerantur.] *Sequebatur*, in ecclesia sacerdoti. *quæ absunt à conciliorum editionibus, & codicibus manuscriptis, Burchardo, & Iuone, nec habentur supra dist. 23. c. fin. ubi hoc idem affertur.*

Item ex concilio Arelatensi, c. 6.

habetur in ca. lib. 6. c. 131.

¶ Sine publicis nuptijs nullus ducat uxorem. C. VI.

Burc. l. 9. c. 6. Iuo p. 8. c. 144. Pann. l. 6. c. 6.

NVllum sine dote fiat coniugium; iuxta possibilitatē [c] fiat dos [d]: nec sine publicis nuptijs quisquam nubere, uel uxorem ducere præsumat.

His omnibus auctoritatib⁹ occultę nuptię prohibentur: atque ideo cum contra auctoritatem fiunt nuptiæ, pro infectis, haberi debent.

Sed quęritur, quid sibi velint illæ solennitates uelaminis, & annuli, quæ in coniugijs obseruantur.

De his ita scribit Isidorus 2. lib. de officijs, c. 19.

¶ Quare fæminæ uelantur, dum maritantur. C. VII.

Iuo p. 8. c. 7. & 8. Pann. l. 6. c. 8. † al. subiectas

FOeminæ dum maritantur, ideo uelātur, ut nouerint se semper maritis suis subditas † [e] esse, & humiles. ¶ Itē, quòd nubētes post benedictionem uitta *a* inuicem, quasi uno uinculo copulantur; uidelicet ideo fit, ne compagem coniugalis unitatis dirumpant. ¶ At uero, quod eadem uitta candido, purpureoque colore permiscetur; cādor quippe ad munditiam vitæ, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur: ut hoc signo & continentiæ *b* lex tenenda ab utrisque ad tempus admoneatur; & post hæc reddendum debitum non negetur. ¶ Item, quòd in primis nuptijs annulus [f] a sponso sponsæ datur; fit hoc nimirum uel propter mutuæ fidei signum, uel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Vnde & quarto digito annulus idem inseritur: quòd in eo uena quædam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perueniat.

a Vitta.] *In editione Isidori Coloniensi legitur*, uitæ uno in-

c NVllum.] ¶ Iuxta possibilitatem.] Idest, secundum facultatem, & viri nobilitatem, vt ff. de iure do. quæro. ff. de relig. si quis sepulchrum, §. vltimo.

d ¶ Dos.] Ex hoc dicunt quidam, quod semper aliquid dandum est in dotem. & si nimia paupertas cogat, saltem dabis vnū denarium ¶ quod non concedo. & hoc est consilium.

SED QVÆRITVR. Hæc est 2. pars quæstionis, in qua quæritur, vt inf. ca. sequitur secundum Io. de Fant.

FOeminæ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima dicitur, quod fœminæ ideo velantur cum maritantur, vt ostendatur quod semper debent esse subditæ viris suis. In secūda parte dicitur, quod ideo in vitta insimul colligantur, ad ostendendum, quòd fidem coniugalem debent semper adinuicē obseruare. In tertia parte ostēditur quid candor & rubor in uitta significent. In quarta quid annulus significet: & quare in quarto digito inferatur. Secunda pars ibi,] Item quod nubētes.] Tertia ibi, [At vero. [Quarta ibi,] Item quod in primis.] Eodem pignore,] id est, signo, Sequens ca. patet.

e ¶ Subditas.] inf. 33. q. 5. cum caput. & ca. mulierem.

f ¶ Annulus.] Dicit H. quòd per traditionē annuli à sponso uel donationem arrharum pręsumitur pro matrimonio: argu. extra de præsum. illud. & hoc etiam uidetur per orationes Greg. quę dicuntur in benedictionibus, ubi dicit, Benedic Domine has arrhas. & arg. 27. quæst. 2. si quis uxo-

Annuli datio facit pręsumi pro matrimonio.

rem. Alij a dicunt ſponſalia tantum præſumi, niſi detur annulus a ſacerdote, arg. ſu. c. noſtrates, vel niſi ſit de cõſuetudine loci, quod annulus detur in matrimonio. & eſt ſi. quod dicit lex in arrha, quod non facit emptionē, ſed eſt eius ſignum. inſt. de emp. & ven. in prin.

b ¶ In nouellis.] In auth. qui mod. nat. effi. legit. §. pen. colla 6.

SI quis diuinis.] CASVS. Dicitur in hac l. quod ſi quis iuramento interpoſito promiſerit ſe habiturum de cætero aliquam in vxorem, matrimonialiter conſentiens

uicem uinculo copulantur; uidelicet; nec compagem, &c. In *Vaticano autem codice*, poſt benedictionem a Leuita uno inuicem, &c.

β ¶ Continentiæ lex.] *Sic emendatum eſt ex originali impreſſo & manuſcripto. Antea cum legebatur*, vt hoc ſigno & continentia, & lex continendi ab vtriſq; ad tēpus admoneantur.

Item Ambroſius in liro de Patriarchis. — lib. 1. de Abraham, c. 9.

¶ Nuptiæ dicuntur ab obnubendo, eo quòd caput ſuum obnubere ſoleant. C. VIII. — Iſidorus lib. de off. 2. c. 19.

3 NEc illud otioſum, quòd cum ueniret Rebecca, uidit Iſaac ambulantem: & cum interrogaſſet, quis eſſet, cognito, quòd ipſe eſſet, cui duceretur vxor [a], deſcendit; & caput ſuum obnubere cœpit: docens uerecundiam nuptijs præire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia ſe puellę obnuberent. — Gen. 24.

4 *Sed obijcitur præmiſſis. Multa ſūt, quæ probibētur, quæ ſi fiant, ex poſtfacto conualeſcunt. Probibentur vouentes matrimonia contrahere: quę tamen ſi contraxerint, inuiolata permanere oportet. Sic & clandeſtina cõiugia contra leges quidem fiunt tamen contracta diſſolui non poſſunt: quia ex legitimo uoto ſubſequente corroborantur. Vnde Euariſtus cõiugia, ſed adulteria.* addidit, [*niſi voluntas ꝓpria ſuffragauerit; & vota ſuccurrerint legitima.*] — ſup. ea. aliter.

Hinc etiam in nouellis [b].

C. IX.

SI quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit mulieri legitimam ſe eam uxorem habiturū [c], uel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit; ſit illa legitima uxor α, quamuis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit. — Iul. anteceſſ. c. &. ſit. 74. c. 4. Sent. 4. diſt. 28. Iuo p. 8. c. 144. & p. 16. c. 141. Pann. l. 6. c. 7.

α Vxor.] *Apud Iulianum anteceſſorem, ex quo videtur ſumptum hoc capitulum, ſequitur*, ſi tamen ei coniuncta fuerit

His ita reſpondetur. Coniugia, quæ clam contrahuntur, non negantur eſſe coniugia: nec iubentur diſſolui, ſi

NEc illud.] Hęc eſt tertia pars q. in qua probat magiſter, quod verecundiam debent prætendere mulieres cum nubūt. Io. de Fan.

a ¶ Vxor.] Iam ergo erat vxor, & deſponſata, ar. 32. q. 2. §. cum ergo. Et eſt ar. quod matrimonium poteſt cõtrahi inter abſentes, qui nunquam ſe viderunt: quod verum eſt, ſi fama vel aliquo alio modo ſe nouerūt: & in ignotos ex toto conſentire non poſſumus: ſed in eos, qui non ſunt penitus ignoti, poſſumus cõſentire, vt 64. diſ. c. 1. & 2. & d. 65. c. 2. & 3. Quod inter abſentes matrimoniū contrahitur a, eſt arg. ext. qui cler. vel vo. uenientes. ff. de ritu nup. mulierem, ff. de ſpon. ſufficit: & dicit lex, quod omnes cõtractus, qui cõſenſu contrahunt. inter abſentes celebrātur. ff. de contrahen. emp. l. 1. § eſt autem. dum tñ hoc agatur. non. n. dicit quod ſolus conſenſus facit matrimoniū, niſi hoc ſit actū inter conſentiētes, arg. 27. q. 2. ſufficiat. & dicit lex, quod inſpiciendū ſit quid agatur. ff. de ac. & obl. obligationū. Arg. cōtra ext. de ſpon. l. duo dunb. ibi, corde, & ore, & ſi non ſtringit, &c. Sed dic quod ore dñr conſentire, cum procuratores eorum nomine conſentiunt. Sed quid dices ſi aliquis conſenſum ſuum exprimat alicui fœminæ per litteras, & ante receptas ab illa iſte pœniteat? Hu. dicit non eſſe matrimonium, licet illā conſentiat: quia requiritur quod duret voluntas prioris. Nam requiritur ibi mutuus conſenſus. ſecus tamen eſt in alijs mandatis: nam licet reuocetur mandatum altero ignorante, tamen contractus tenet, vt ff. man. ſi mandaſſem. Arg. tamen eſt contra. ff. de diuor. ſi pęnituit. Itē ſecus eſt in electione, vt ext. de elect. cum inter.

Matrimonium inter abſentes cõtrahi poteſt.

a Hoc habetur extra de conuer. coniug. ex parte.

SED OBIICITVR. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat, quod clandeſtinum matrimonium tenet, ſi probari poteſt. nā ſine vera probatione nullus debet condemnari. & hoc probat per unam legem, & per 4. c. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum eſt in §. his omnib. quod clandeſtina coniugia pro infectis haberi debent. nunc allegat G. pro contraria parte, dicens quod multa fieri non debent facta tñ non rumpuntur, vt matrimonia ſimpliciter vouētium: ſic etiam clandeſtina coniugia fieri non debent facta tamen tenent, & ad hoc inducit legem ſeq.

tiēdo in ipſam: legitima erit vxor, etſi nulla dos vel ſcriptura interuenìat.

c ¶ Habiturum.] Sed nunquid per hæc verba futuri tēporis, iuro quod habebo te pro legitima vxore: contrahitur matrimonium? non uidetur; cum hęc verba hic poſita futuri temporis ſint, vt ext. de com. appel. c. ult. & extra de ſponſ. de illis, lex tamen illa dicit quod ſic: & eſt verum: quia hoc uerbum, habebo, reſpectum habet ad pręſēs tempus 3, aliud eſſet ſi diceretur, iuro, quòd ducam te in uxorem, &c. & quòd illa uerba ad præſens tempus referantur, probatur, extra de matri. contra. contra inter dic. ecc ex litteris. Vel habiturum, ideſt, habitam me retenturum B.

Matrimoniū an contrahā, ſi dicā iuro quòd te pro uxore habebo.

3 Et ſic licet ſit futuri tēporis, tamen trahitur ad præſens: & ideo valet. ex de ſpon. ex parte. quę bene cū hac lege concordat. arg. ff. de uer. ſig. ſi qui ſtipulatus, ff. ad Tertul. filij. Io. de Fan.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Reſpondet modo G. dicens quòd clandeſtina matrimonia non negantur eſſe matrimonia, nec iubētur diſſolui, ſi probari poſſunt: ſed ideo fieri prohibētur quia mutata volūtate vnius eorum matrimonium probare non poterit; cum iudex incertam ſnīam ferre nō dēat; quod ꝓbat auctoritate Sixti. & ad hoc inducit ſequētia c. quorum ꝓx. patet.

[Quo-

[Quousque.] id est æternaliter: quia nunquam iudicamus: & ponitur improprie.

a ¶ Confessione.] Ecce aperte dicit G. ꝙ confessioni & sacramento coniunctorum occulte debeat credere ecclesia: cum aliter probat non potest eos contraxisse: quod

Testimonia coniunctorũ an faciãt fidẽ in causa matrimonia li.

vtriusque confessione[a] probari poterunt: verumtamen prohibentur, quia mutata voluntate alterius eorum, alterius confessione[b] fides iudici fieri non potest. Vnde pulice, cum alterius nota in alteram partem se transtulerunt, pro priori coniugio, quod iudici incertum est, sententia ferri non poterit. Incerta enim (vt Sixtus Papa scribit episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: & quamuis vera sint; tamen credenda[c] non sunt; nisi, quæ certis indiciis comprobantur, nisi, quæ manifesto iudicio cõuincuntur; nisi quæ iudiciario ordine publicãtur. Hinc etiã Victor Papa scribit Theophilo episcopo: Incerta charissime, nullatenus iudicemus, quousque[d] veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Quamuis vera sint, non tamen credenda sunt; nisi quæ manifestis indicijs comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quę iudiciario ordine publicantur.

Epist. 2.

Epist. 1. c. 2.

1. Cor. 4.

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. Ans. l. 3. c. 67. Rom. 14.

¶ Ante iustam probationem nullus est iudicandus, aut damnandus. C. X.

NVllum[e] ante veram, iustamq; probationem iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait: [Tu qui es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit.] Mala itaque audita nullum moueant; nec passim dicta absque certa probatione quisquam vmquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat.

Et in decre. Iulij c. 31. & in c. Hadriani. c. 26. & i c. l. 5. c. 246. Polyc. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. ca. 316, & 317. Pann. l. 4. c. 119. & 164.

Item Eleutherius Papa, epistola ad Galliç prouincias.

¶ Non sunt aliqua iudicanda prius, quàm certis demonstrentur indicijs. C. XI.

IVdicantem oportet cuncta[f] rimari, & ordinem[g] re-

quod intelligo cum confitentur pro matrimonio: tunc eorum confessioni statur: nisi præiudicetur primo vel secundo matrimonio. ut extra de eo qui cog. consan. super eo. tunc enim non separatur ſm matrimoniũ ob hoc: licet videat cont. ext. de rap. cũ causã nã ibi dicitur credendum esse confessioni mulieris, quæ erat in monasterio: Sed dicas ꝙ illud vel, ibi ponitur pro &. & secundum hoc idem est in matrimonio carnali & spirituali. Ar. contra, extra de reg & tran. ad reli. vidua. cur .n. Interior erit lex diuina, ut 12 q. 2. cũ deuotissimam. Vel dic aliquid esse in matrimonio spirituali Cum autẽ agitur ad matrimonium dissoluendum, non: quia dicunt nullum esse propter consanguinitatem, uel aliquid impedimẽtũ: nõ credit eorũ cõfessioni ẽt cũ sacro. nisi aliquid adminiculũ interuenerit. 35. q. 6. si duo inf 33. q. 2. re q̃siti. Si aũt agitur ad separationẽ mutuæ seruitutis, crederet tunc cõfessioni alterius extra de diuor. ex litteris. unde in matrimonio non sp creditur aliquib. conf. se Itẽ pone ꝙ stabã cõt. matrimoniũ dicebã me habere aliã vxorẽ: nõ probaui me habere: nũquid illa defuncta possum statim contrahere, videtur ꝙ non: quia fui cõfessus cõt. me. Vel pone ꝙ dicebã aliquã esse vxorem meam: non probaui, nũquid possum cũ alia cõtrahere? videtur ꝙ non, eadem rõne: quia cuilibet creditur cõtra se. 14 q. 2. §. 1. Sed dic ꝙ possum. ar. ff. de ac. pos naturaliter. §. vulti. extra de cau. pos. & ꝑprie. pastoralis. nam ibi habes ꝙ si egi rei uen. possum agere interdictio uti pos. licet sint contraria. nã p primũ cõcẽdo nõ possidere: per secundum dico me possidere, bene enim potest quis agendo proponere cõtraria, uel excipiendo: & talis casus est expressus extra de despon. impu. attestationes. sed non asserendo, ut not. 15. q. 1 in si ta. liber tamen. qui sic iurant, non debet dari licentia cõtrahendi, cum per sententiam separentur: sed suę sunt conscientiæ reliquendi, ut extra de iure iur. mulieri.

Quæstio duplex circa matrimonium.

Contrariis possunt proponi agendo, vel excipiendo.

b ¶ Cõfessione.] 31. q. 1 si quis cõtra, sed ibi de carnali commistione hic de spõsalibus igitur.

c ¶ Credenda.] Arg. ex his auctoritatib. & sequẽtibus cap. ꝙ iudex non secundũ conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare 1. infra de cons. dist. 5. cap. vlt. sup. 15 q 5. presbyter. su. 2. q. 5. Deus omnipotens. su. 3 q. 7 iudicet. 11. q. 3. eorũ. & c. quamuis & c. graue. & c. summo pere. arg. 11. q. 3. tunc vera & c. plerumque contra argu. 24 q. 3. Deus quando, cõtra

Iudex ſm allegata iudicet.

1 Adde ad hanc quest. not. in l. illicitas. § veritas ff. de off. præto. Spec. in tit. de sẽ. prola § q̃ aliter. ver. itẽ debet.

d ¶ Quousque.] Id est ęternaliter. quasi dicat nũquã iudicamus, & ponitur improprie, sicut ibi, Donec ponã inimicos &c. ibi, Sede a dextris meis donec ponam. i. sede æternaliter.

Nullum ante.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nõ debemus ferre sententiam ante veram & iustam probationem quod probatur auctoritate Apostoli, dicens, Tu qui es. &c. mala enim audita non debent aliquem mouere ut pręcipitet sententiam suam [Alienam,] id est, ab alio iudicandum.

e ¶ Nullum.] Sup. 2. q. 1. Deus omnipotens. sup. distin. 86. si quid sup. 11. q. 3. eorum. &c. in cunctis.

IVdicantem.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ iudex debet omnia diligenter inquirere, & ordinẽ negotij plena inquisitione ab vtraque parte inquirere, & tunc debet ad sñiam venire cũ nihil fuerit ꝑtermissũ: [Actio.] id est, negotiorum. Sequentem autem § per te videbis.

f ¶ Cuncta.] Videtur ergo, ꝙ à teste possit inquirere an talis sit ut possit testari: ut 2. q. 7. quęrendum 2. non tñ in omnibus erit ita curiosus, quia quædã licet sciamus, dissimulare debemus, ut ff. de noua. doli, in si. & 22. q 2 c. utilem.

g ¶ Et ordinem.] Et circumstãtias omnes, extra de testi. cum causam. & est si. C de iu. iudices. & in auth. iubemus. 2 q. 1. in primis, & 23. q. 8. occidit Phinees.

2 Adde si testis sit criminosus, antenea tur respõdere interrogatus glo in l. q iurasse. §. si pater ff. de iureiur. Bar. in l. si duo parroni. ff. eod.

a ¶ Plena] In petitorio, sed in possessorio sufficit summarium tangere negotium ff. ad exhi. l. 3. §. sciendum. de re iudi. à diuo. & extra vt lit. non contesta. quoniam frequenter. in fi.

b ¶ Interrogandi.] Hic vides ꝙ pars à parte, & iudex à partibus potest facere interrogationes, vt hic, & extr. de do. & contu prout. & ff. de interro. act. si sine. & extra de concess. præb. & eccl. nō vac. post electionem. Similiter aduocati possunt interrogare, vt ff. de adul. si postulauerit §. quæstioni. Causarum enim merita partiū assertione penduntur, vt extra de in integrum rest. cum ex litteris. C. si p vim. vel alio modo l. 2. sed in hoc differt interrogatio iudicis ab interrogatione partis: quia si partes adinuicē interrogant, oportet ꝙ pars interrogans prius ponat aliquid, ne calūniose videatur interrogare. sed aliud est cum iudex interrogat.

c ¶ Illuminata sit pleniter.] Nam fructus diuinus est sæpius iustitiam recensers 35. quæst. 9 graue.

d ¶ Remaneat.] Ergo etiam post apertas attestationes potest fieri interrogatio: quia ubicumq; æquitas mouet iudicem, potest interrogare, ut ff. de interro. act. ubicumque Sed an omnia prætermissa possit iudex supplere: dubitari consueuit. Certum est ꝙ defectum aduocatorū potest iudex supplere circa ius, ut C. Vt quæ desunt aduo. l. Vnica. & ext. de postu. præl. bonæ memoriæ ubi dicit, nos pro ipso curauimus allegare. sed uidetur ꝙ etiam de facto possit supplere, ut extra de consue. cum dilectus & de appel. constitutis in fi. ff. de pec he. l. ult. nam si aduersarius non est præsens, potest iudex supplere eius absentiam, ut C. de ap. l. ult. C. de temp. ap. l. 2 §. ult. & iudex contra naturam actionis potest ferre sententiam. vt ff. de redhibi. actio. bouem. §. aliquando. & extra de consec. præb. & ecc. nā ua. ex parte 1. Adhuc dico 2 ꝙ iudex non potest supplere de facto, nisi aliquid in pñtia sui actum sit, ut ꝙ aliquem citauerit, uel ꝙ instrm quoddā corā ipso lectū fit, vel ꝙ tpa appelationis lapsi sunt. vt C de tēp. ap. l. 2 §. vl. similiter dico ꝙ in his q̃ spectēt ad substātiā electiōis, pōt iudex supplere, vt 47. d. ¶ Petrus licet altera ps negare uoluerit verba iudicis, nisi quatenus probauerit lcimis documētis, vt ex. de pb. qm cō. B.

e ¶ A certis.] Tene certum, & dimitte incertum, vt de pœ 1 dist. 7 c. 3. in fi. nam in incertis locus est coniecturis, vt extra de hom. ad audientiam. & ff. de ver. obl. l. continuus §. 1. ff. de ritu nup. l. adoptiuus, §. serui les. lo.

Interrogationes à quibus possunt fieri.

rum plena [a] inquisitione discutere, interrogandi [b], respondendi, obijciendique præbita patientia ab eo; ut ibi actio ambarum partium illuminata * sit pleniter: [c] nec ligantibus iudex prius uelit sua sententia obuiare; nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quæstione, quod proponat: & tamdiu actio uentiletur, quousq; ad rei ueritatem perueniatur. Frequentur interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat [d], quod annecti conueniat.

Iudex de quo potest supplere.

* ¶ Illuminata) *In locis indicatis legitur*, limitata. *in plerisq; autem vetustis Gratiani exemplaribus*, luminata.

Ex præmissis manifeste colligitur, quod pro incertis à certis [e] *recedendum non est: nec in re dubia, certa danda est sententia. Cum autem fides dubiæ rei nisi testiū approbatione, vel legitima cōfessione iudici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papæ de aliis causis, vel negotiis testimoniū dicere nō ualeāt nisi de his, quæ sub eorū præsentia facta noscuntur: apparet clādestina coniugia ideo esse prohibita, quia cū alter eorū cōiugalē affectum se ad alterum habuisse negare uoluerit, legitimis probationibus conuinci non poterit: quibus deficientibus, iudicis sententia rite absolutus, reatum adulterii uterq; incurrit, dū utroque eorum uiuente aliis se copulauerint.* 3 q. 9 testes.

* *V. de consti. nouam synods Trid. sess. 34. in decr. de reformas. c. 1.*

1 Per istam decret. ex parte. non probatur id ad quod probandum inducitur p Io. nā ibi q. quo ad partes determinata erat. vbi dicit carere dēt robore firmitatis, &c sed ibi Papa voluit gratiam facere illis sic receptis extra iudicium ex officio & ibi inducit rationes, quæ ipsum mouent, quia talia facienda non sunt sine causa. ar. ff. de transac. cum de §. vlt. extra de concess. præben. cū nostris. extra de acc. cum dilecti. sm Hug.

a Istam glo. tenet Bart. in l. 3. C. de dila. quem sequit Alex. de Imo. per istam glo. in 1. dubitandum. colu. 4. C. vt quæ desunt aduoc. Idem tenet Inn. in c. veniens. de accusa.

CAVSA XXXI.



Xorē [f] cuiusdam alius cōstuprauit: eo mortuo, adulter adulterā sibi in vxorē accepit: filiā ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturū iurauit: illa assensum nō prębuit: deinde pater alii eā tradidit: à primo reposcitur.

1 *Quęritur an possit duci in cōiugium, quæ prius est polluta per adulterium.*

2 *Secundo, an filia inuita sit tradenda alicui.*

3 *Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii.*



Xorem cuiusdam.] CASVS. In præcedenti causa tractatū est de quibusdam impedimentis matrimonij. Ideo nunc G annectit hāc causam 31. in qua tractat de alijs impedimētis matrimonij: scilicet, vtrum aliquis possit ducere in uxorem quam polluit per adulterium. Addit in hac causa alia impedimenta, s. uiolētiam, & enormitatem delicti: adiungit & de fide sponsalium non frangenda. Vt autem hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo tres elicit quæstiones.

f ¶ Vxorem cuiusdam.] In hac causa addit G. duo alia impedimenta matrimonij, s. enormitatem criminis, de qua tractat in 1. & coactionem, de qua tractat in scda. Adiungit etiam in tertia quæstione de fide sponsalium

Matrimonium verū impeditur ob delicti enormitatē.

fallum non frangenda. Vt autem hæc, &c. Et not. quod licet enormitas delicti impediat matrimonium contrahendum, nõ impediat tamen nisi in his casibus: scilicet cum quis commisit incestum. 32. q. 7. si quis viduam. & cum quis interfecit vxorẽ. 33. q. 2. admonere, & in alijs ca-

traxit cum ea de facto: vel eo uiuente dedit ei fidem de contrahendo cum ea, vt infra ea. relatum & c. seq. ext. e. cum haberet. G tamen pro vtraque parte allegat: postea soluit, a & malè. infra ead. § hæc vltima. sed veram solutionem ponit in §. hic subaudiendum. omnia autem plana sunt vsque ad ca. illud vero. Et quod dicitur supra in vl. c. illicite. intellige siue p fornicationem, siue per adulterium.

QVÆSTIO I.



Dulterio[a] polluta prohibetur duci in coniugiũ auctoritate Leonis Papæ, qua dicitur.

¶ Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium. C. I.

Sent. 4. d. 35.

NVllus [b] ducat in matrimonium, quam prius polluit adulterio.

Sed Augustinus contra testatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib. 1. c. 10.

¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius polluit adulterio. C. II.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 10. Pann. l. 6. c. 45.

DEniq; mortuo viro, cum quo verum cõnubium fuit, fieri [c] potest coniugium, α cum quo præcessit adulterium. *Item in libro de bono coniugali, c. 14.* ¶ Posse sane fieri nuptias ex personis male coniunctis, honesto placito [d] postea consequente, manifestum est.

α ¶ Fieri potest coniugium.] *In editionibus operum B. Augustini & vno Vaticano codice, vnoque item Gratiani exemplari legitur,* fieri verum connubium non potest. *In duobus vero Vaticanis recentioribus eiusdem libri abest negatio.*

Hęc vltima auctoritas Augustini de concubinis loquitur, perhibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata: quam, dum viuente viro suo quicumque ducit in cõiugium, cõmittit adulteriũ, cuius adulterii aliquã habet veniam, dum eius copula creditur [e] esse licita [f].

¶ Illud vero Leonis Papæ de ea intelligendum est, quæ à viro suo non erat repudiata: cuius viuebat vir reddens ei coniugale debitum.

Vnde in concilio apud Altbæum habito præsente Conrado rege statutum est, c. 6:

In Tribur. c. 51. Burc. l. 9. c. 74. Iuo p. 8. c. 211. Pann. l. 7. c. 10.

¶ Nullus ducat in cõiugium, quam polluit prius per adulterium. C. III.


ILlud vero communi decreto secundum canonum

a ¶ Adulterio.] Hic depingitur 1. qõ. s. an possit aliquis in vxorem ducere quã polluit per adulterium. & videt q sic, vt inf. ea. deniq;. Nisi in tribus casibus, puta si viuente marito dederit ei fidẽ, q si maritus præmoreretur, eã duceret. Vel si alter in mortẽ mariti cum effectu machinatus, est, vt inf. ea. relatum 1. & ext. de eo q dux. in ma. quam pol. per adul. significauit. Et in tertio quando publice eam duxit. ext. eo. cum habitare. In no. tamen tãtũ duos casus excipit, ext. ea. titu. veniẽs. & potest dici, q tertius continetur sub primis. q2 qui publice cõtrahit cũ aliqua fidẽ dat ei, q eam uellet perpetuo habere. Magister tamẽ allegat ad vtrãq; partem, & post distinguit, & male, inf. ea.] hæc vltima auctoritas. vltimo ponit verã solutionẽ in §. hic subaudiendum. Car. vult. distinguere inter publicum adulterum, vt tunc non possit ducere eam, & priuatũ vel occultũ, ut tũc possit sed hoc non probauit. ar. pro hoc 30. q. 1. c. 6. Io. hodie aũt si quis vxore uiuente alij fidẽ dederit, vel cum ea con

Adulterio polluta, an possit à suo corruptore duci.

1 Et ea. si qs uiuente.

casibus notatis. 27. q. 1. bi qui de alijs non reperitur expressum, q impediant. nisi quis velit dicere de solenniter pœnitente de quocunque crimine quod impediat, vt 33. q. 2. de his. quod non admitto. illud tamen non est verum q nullum crimen dirimit iam contractum: nisi in duobus casibus sequentibus, vbi non tantum crimen quantum constitutio ecclesiæ dirimit.



Dulterio.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per sex canones, q nullus ducat in matrimonium quam polluit per adulterium. Secunda ibi,] Sed obijcitur.] Tertia ibi, [Verum Ioan.

CASVS. Hic intitulatur prima q. qua quæritur an aliquis possit ducere in vxorem quam polluit per adulterium. Et certum est, q sic: nisi in tribus casibus: s. si machinatus est in mortem viri: vel nisi viuente viro con-

traxit de facto: si nec ante, nec post cognouerit eã, post mortem vxoris contrahere potest cum ea, vt extra de eo qui dux. in matri. c. vlt. H.

b NVllus] verba latius patent quàm eorum sñia. deberet. n. potius dici econuerso, s. quilibet dicas nisi in tribus casibus tantum exceptis. restringuntur. n. hæc verba ad duos casus vel tres tm̃, arg. ff. qui potu. credendum. ff. qđ vi, aut clam. l. si alter. ff. notauimus. Ioan.

c DEnique.] ¶ Fieri.] Nisi aliquis illorum casuum interueniat, quos dixi in summa.

d ¶ Honesto placito.] Id est, maritali affectu.

e ¶ Creditur.] Ignorantia iuris vel facti c. asla. ff. de iutis, & fac. igno. nec supina 1. q. 4. §. fin.

f ¶ Licita.] Et tũc potest eã retinere primo viro mortuo & hoc falsum est.

ILlud vero.] CASVS. Statutum fuit in hoc c. ut si qs

cum

cum uxore alterius fuerit fornicatus, marito mortuo, aditus ei claudatur illicitus; quoniam non poterit matrimonialiter copulari cum ea, quam prius polluit per adulterium.] Prædicamus.] id est, præ alijs iudicamus, quasi firmiter statuimus. Seq. § patet.

a ¶ Et præiudicamus.] id est, præ alijs iudicamus.

b ¶ Claudatur.] Ar. quod si iuraui de cætero non cognoscere concubinam meam: si postea cum ea cōtraham, & cognoscam, non sum periurus: quia iuramētum illicitus aditus tantum mihi clauditur: quia nō intellexi nisi de illicito ar. 22. q. 5. humanæ. & notaui etiam plura. argu. 11. q. 3. quod prædecessor.

Iurans de cætero non cogniturū concubinā si cū illa contrahit, periuriū nō incurrit.

c Cōuenit.] In duobus casibus tantum, vel nec conuenit, id est, non est honestum.

d ¶ Hic.] Id est, in hoc loco, in c. 1. huius quæstio.

e ¶ Peracta.] Quantum ad primum cap. & ad fin. proxi. superioris cap. quod dicit peracta, supple uel incæpta. argum. extra de eo qui cog. non veniens.

f ¶ Pœnitentia.] Hoc quantum ad illud c. denique.

g ¶ Viuente.] In his duobus casibus etiā si mortuo viro eam accepit, est ab ea auctoritate Apostolica separandus: quia hæc prohibitio perpetua est. ext. de eo qui dux. in ma. significauit nobis. & c. cum haberet.

instituta definimus, & præiudicamus [a], ut si quis cum uxore alterius eo viuente fornicatus fuerit; moriente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur [b] illicitus; ne ulterius ei coniungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio †. Nolumus enim, nec Christianæ religioni conuenit [c], vt nullus ducat in coniugium, quam prius polluit per adulterium.

† Conc. tex. in Claudib. & ibi Bart. & de his qui aut indig.

Hic [d] subaudiendum est, nisi prius peracta [e] penitētia [f], & si nihil in mortem viri machinatus fuerit: vel si uiuente [g] viro fidem adulteræ non dedit se sumpturum eam sibi in coniugem, si viro eius superuiueret.

Unde in concilio Triburiensi legitur.

¶ Post mortem uiri non potest adulteram in cōiugium ducere, qui uiro uiuente iuramentum sibi futurarum nuptiarum præbuit. C. IIII.

RElatū est auribus sanctorum sacerdotum, quendam alterius vxorem stupro violasse [h], & insuper mœchæ viuente [i] viro suo, iuramentum dedisse [k], vt post legitimi mariti mortem, si superuixisset, duceret vxorem: quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus [l].

Sent. 4 d. 35. Burc. l. 9. c. 66. Iuo p. 8. c. 202. Pann. l. 7. c. 9.

¶ Huius capituli sententia quidem est in canone 40. concilij Triburiensis quod extat. Sed cum Burchardus hoc citet ex c. 3. videtur alterius esse quod desideratur.

Item in eodem.

In Meld. c. 69.

¶ Post peractam pœnitentiam poterit viduam in coniugē ducere, quam viro viuente per adulterium polluit. C. V.

SI quis viuente marito coniugem illius adulterasse accusatur, & eo in proximo [m] defuncto eandem sumpsisse dignoscitur; omnimodis publicæ pœnitentię subijciatur †. De quo etiam post pœnitentiam præfatam, si expedierit, seruabitur regula [n], nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse [o] notetur; aut pro-

Burc. l. 9. c. 65. Iuo p. 8. c. 201. Pann. l. 7. c. 12.

† al. subigatur

REl atum.] CASVS. Quidā vxorem alterius eo uiuēte corrupit. & ei fidē dedit, quod post mortem legitimi viri si superuiueret, eam duceret in vxorem, qui post mortem mariti eam duxit in vxorem. quod cum relatum fuisset in Triburiensi concilio, statuit concilium non esse matrimonium inter eos.

h ¶ Violasse.] Quid si non violauit, sed dedit fidem, quod remanebit cum ea? dicit Hug. quòd de ea te non vacāte non debuit promissionem recipere vel dare: vnde non potest cum ea remanere. arg. 2. q. 1. in primis. ibi, [ad Malachitanam.] Alij dicunt contra. quod canones non videntur loqui nisi de adulterijs. Opin. Hug. corrigitur extra ead. c. vlt.

i Viuente.] Et ita ei uiuente viro fidem dedit. vnde non debet cum ea remanere. argu. 2. q. 1. in primis. ibi, [ad Malachitanam.]

k ¶ Dedisse.] Multo fortius si eam duxit viro uiuēte, separādi sunt. extra de eo qui dux. c. ex litterarum. & c. cum haberet.

l ¶ Et anathematizamus.] Id est, separamus, sic exponitur. 2. q. 1. in primis. ibi, [si ad Malachitanam. 37. q. 8. de coniugali.

SI quis uiuente.] CASVS. Quidam vxorem alterius eo uiuente cognouit. viro postea defuncto duxit eā in vxorem. Dicit hic vt pœnitentiam agat, & retineat: nisi illa vel ille illum occidisse notetur, vel nisi cōsanguinitas, vel alia iusta causa interuenerit. [Regula.] Vtendi contracto matrimonio. [Actio criminalis.] id est, affinitas contracta per crimen.

m ¶ In proximo.] Factum recitat, maior tamen est contra eum præsumptio ob hoc.

n ¶ Regula.] Contrahendi scilicet matrimonium, ut contrahatur cū illa: & quod dicit si expedierit, hoc ideo dicit, si timeatur lapsus iuuenilis incontinentiæ, ut 33. q. 2. in adolescentia. su. proxi. causa. q. 6. qui contra. sed illud ex rigore, illud ex misericordię dispensatione, uel hic de contracto, ibi de contrahendo matrimonio. uel hic de simplicibus, ibi uero de incestuoso adulterio, quod est grauius. 32. q. 7. §. sed illud.

o Occidisse.] Hoc ipso ut coniugerentur. aliud si casu: quia forte inimici sunt: uel ex alia causa: tunc ducere poterit uxorem eius. extra de conuer. infid. laudabilem

Peccata q̃dã in baptismo non ita delẽtur vt nõ relinquat aliquod impedimenti.

1 Hæc sñia approbatur, ext. de eo q. dux. in mat. c. 1. in gl. 2.

lem. §. ad hoc. ubi etiam arguitur, quòd si ante baptismum machinatus sit, post baptismum cum uxore defuncti non contrahat: & ita huiusmodi peccata non delentur in baptismo. Et no. ꝙ dicit occidisse, unde nisi machinatus fuerit cum effectu, non impeditur 1: puta si uolue-

SI qua fuerit.] CASVS. Quędam viuente marito adulterata est cum quodam, quem mortuo marito in virum accepit. Dicitur in hoc c. ꝙ debet agere pęnitentiam per quinquennium, & postea debet ad communionem admitti.

pinquitas, vel alia quælibet actio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit; sine vlla spe coniugij maneant perpetuo a cum pœnitentia.

¶ *Burchardus & Iuo citant ex concilio Meldensi, 69. vbi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo qui dux. in vxo. quam pol. per adul. c. cum haberet; Clemens iij. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, vt Gratianus & Pannormia.*

α ¶ Præfatam.] *In Meldensi legitur, præfata vt indicetur regula iam ibi tradita, c. 65. & citatur infra 36. q. 2. si autem.*

[*Item ex concilio apud Vermerias.*]

PALEA C. VI.

extra de diuor. c. 1. Burc. l. 6 c. 41. Iuo p. 10. c. 169

j SI quam mulier in mortem mariti sui cum alijs cõsilia ta sit, & ipse vir aliquem illorum se defendendo occiderit; si probare potest ille vir eam ream esse concilij, potest (ut nobis uidetur) ipsam uxorem dimittere, & si voluerit aliam ducere β. Ipsa autem insidiatrix pęnitentiæ subiecta absque spe coniugij maneat.

¶ *Hęc palea est in multis vestustis exemplaribus, in quibus palea esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias etiam in exceptis decretorum monasterij S. Trudonis, & apud Burchardum & Iuonem: quamuis in Decret. tit. de diuor. primo corrupte in vulgatis codicibus sit,* Ex concilio apud Vuormaciam. *Antea quidem in titulo huius paleę legebatur,* ex concilio Elibertano apud Vermerias. *Inducta vero est dictio,* Elibertano, *quę spectat ad sequens capitulum Palearum enim interpositio sæpe numero in titulis occasionem huiusmodi erroribus dedit.*

β ¶ Et si voluerit aliam ducere.] *Absunt hęc ab Iuone. in Decretalibus autem legitur,* potest ipse post mortem vxoris, si voluerit, aliam ducere.

Item ex concilio Eliberitano, c. 72.

¶ Post pęnitentiam reconcilietur ad communionem vidua, quæ mœchum suum in virum accepit. C. VII.

ij SI qua fuerit b vidua mæchata, & postea eundem habuerit maritum; post quinquennij c tempus acta legitima pęnitentia placuit eam ad communionem γ reconciliari.

γ Ad communionem.] *In varijs exemplaribus huius concilij tam impressis, quàm manuscriptis legitur,* communione reconciliari.

2. Reg. 2.

2 *Sed obijcitur David d cum Bethsabee adulterium commisit, & mortem Vriæ machinatus est: & tamen eandem Bethsabee postea duxit in uxorem. Sed in ueteri e testamento multa permittebantur propter infirmitatem, quæ in Euangelij perfectione eliminata sunt: sicut permit-*

b ¶ Si qua.] Alias est. § Respicit hic, §. præcedentem hic, est subaudiendum, vbi tria dixit. & ad ea tria introducit capitula.

c ¶ Post quinquennij.] sed nonne pro adulterio vij. annis dẽt pęnitere? Sic 2. sed sunt arbitrariæ pęnitentiæ.

2 Vt 33. q. 2 hoc ipsum.

SED OBIICITVR. Hęc est 2. pars q. in qua quæritur, vtrum sit peccatum contrahere secundas nuptias; & est dicendũ ꝙ non: licet littera videatur aliter sonare, sed est exhortatio castitatis: nõ autem reprobatio nuptiarum. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. in c. si quis, ꝙ aliquis potest ducere in vxorem quam prius polluit per adulterium, nisi vir, vel mulier virum, qui mortuus est occidisse notetur. Sed obijcit G. dicens, ꝙ Dauid machinatus est in mortem Vriæ, & Bethsabee vxorem eius, cũ qua prius adulteratus fuerat, in vxorẽ accepit Sed statim respõdet dicens, quod multa permittebantur in veteri testamẽto causa infirmitatis, quæ hodie non permittuntur; sicut libellus repudij olim permittebatur, q̃ hodie prohibetur, quædam enim permisit Dominus causa infirmitatis, & sacramẽti futurorum: sicut permisit filijs Israel offerre animalia; sic & Bethsabee causa infirmitatis, & significatione futurorum permissa est taliter duci. Est & alia ratio, quare sic corrupta duci nõ posset: quia viri & mulieres frequenter contrahere prohibentur. Vnde etiam sacerdotes secundis nuptijs interesse non debent. Ad q&. inducit sequens cap.

si voluerit dare venenum, & non dederit, sed nec impeditur qui mortem viri ratam habet: dumtamen non pręcepit: licet alias in maleficijs retrotrahatur ratihabitio. ff. de vi, & vi arm. idem §. procurator. 27. quæstio 1. cap. 5.

a ¶ Perpetuo.] Nisi sit iuuenis, vt 33 q. 2. in adolescentia. & c. antiqui. & cap. interfectores. 33. q. 6. si duo,

d ¶ Dauid] Hanc historiam habes 50. dist. §. contra.

e ¶ In veteri.] Planius dixisset ꝙ ideo fuit matrimonium inter Dauid & Betsebee, quia ecclesia nondum prohibuerat, arg. 33. q. 4. obijciuntur. & c. dixit.

a ¶ Bem

a ¶ Permittebatur.] No. hanc permissionem comparatiuam esse. erat enim vtrumque malum: sed vnum minus, quod permisit, ne maius committeretur, scilicet homicidium. si. inf. 33. q. 2. si quod verius.
e ¶ Nolint.] Id est, uelint non nasci. Habes ergo hic quod vitatio prolis, vel propositum necãdi filios, impedit matrimonium. & in c. proxi. Si autem alia conditio inhonesta poneretur in matrimonio, vt contraho tecum si tu interfeceris patrem, vel aliquid iniquum feceris. an talis impediat matrimoniũ, dubitari consueuit. De hoc notabis quod conditio quædam est honesta. quædã inhonesta siue impossibilis 1. Est autem honesta duplex: & est duplex inhonesta: quædam. n. conditio est de natura matrimonij: quędam non. Si ergo conditio honesta, quæ non est de natura matrimonij, apponatur matrimonio, tenet matrimoniũ: vt si dicat cõtraho tecũ si dederis mihi centũ: hæc conditio honesta est, & non est de substantia matrimonij. & tenet matrimonium cum illa conditione, & sine ea, vt extra de condi. app. de illis. Est alia honesta conditio. q adhæret naturæ matrimonij: vt cum Christianus dicit Iudææ: contraho tecum si volueris Christiana fieri. talis conditio est de natura matrimonij: & si illa non apponeretur, non teneret matrimonium, vt 27 q. 1. non oportet. Similiter in honesta duplex est, si. n. apponitur inhonesta conditio, quæ est contra naturam matrimonij, matrimonium non tenet vt si hoc modo dicatur, contraho tecum vsque ad tres annos: vel sic, contraho tecum si procuraueris venena sterilitatis. matrimonia. n. vel sponsalia sic contracta non tenent: vt hic, & c. sequenti. Est & alia inhonesta conditio. quæ non est contra naturam matrimonij, vt si dicatur hoc modo, tecum contraho si furtum vel homicidium feceris; hęc conditio non repugnat naturæ matrimonij: & conditio talis si apponatur, frangenda est, & tenet matrimonium, vt extra, de condit. ap. cap. 1. Sed contra hanc distinctionem est quod legitur 28. quæst. 1. idol. latria ibi enim vr quod omnes turpes conditiones etiam soluant matrimonium. sed qualiter hoc sit intelligendum, ibi notauimus. Item contra est 10. quæst. 1. cap. 1. & 2. vbi tenet contractus, licet apponatur conditio, quæ est contra naturam contractus. Similiter obstat 28. distinct. diaconi. vbi tenet ordinatio, licet dicat se velle habere vxorem. Similiter tenet conuersio, si sub hac forma fiat ut possit tetigeri proprium, vt extra, qui cle. vel vo. insinuante In contractibus autem impossibiles conditiones appositæ vitiant contractum, vt insti. de inuti. stipulatio § impossibilis ff de act. & oblig non solum In vltimis voluntatibus pro non adiectis habetur, vt C. de inst. & sub. reprehendenda. De cond. ap in matrimonio plene habes extra de cond. ap. c. vlt.

f ¶ Vtrumque.] Scilicet qui volunt vsque ad mortem commanere, & qui volunt euitare prolem.

g ¶ Sed cum ista.] Supple. est adulter.

Aliquando.] CASVS. Coniugati quidam operantur

ctu sibi copulantur: quòd etiam si non causa procreandorũ filiorum, sed explendæ libidinis conueniunt; non ideo fornicarij, sed coniuges appellantur:

Probatur hoc idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali. c. 5.

¶ Coniuges sunt qui causa solius incontinentiæ sibimet in uicem copulantur. C. VI.

Solet quæri, cum masculus & fœmina, nec ille maritus nec illa vxor alterius, sibimet non filiorum procreandorum, sed pro † incontinentia [a], solius concubitus causa copulantur, ea fide [b] media, vt nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat: vtrum nuptiæ sint vocandæ. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari connubium, si vsque ad mortem [c] alicuius eorum id inter eos placuit: & prolis generationem, quamuis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitauerint [d], vel nolint [e] sibi nasci filios vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Cæterũ, si vel vtrumque, [f] vel vnum horum desit; non. Etenim si aliquam sibi vir ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam honoribus, vel facultatibus suis inueniat, quam comparem ducat; animo ipso adulter est: nec cum illa, quam cupit inuenire, sed cum ista [g], cum qua sic cubat, vt cum ea non habeat maritale consortium.

Polyc. ibidem. Iuo p 8. c. 65. Pann. l 6. c. 27
† *al. propter incõtinentiã:*] orig.

Pann. l 6. c. 44.

Idem de nuptijs, & concupiscentia, lib. 1. c. 15.

¶ Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilitatis venena procurant. C. VII.

Aliquando eousq; peruenit hæc libidinosa crudelitas vel libido crudelis, vt etiã sterilitatis uenena procu

Sent. 4. d. 31. Iuo p. 10, c. 55.

tur ne fœtus concipiatur, aut vt fœtus conceptus fundatur, aut formatus extinguatur. dicitur hic q ſi ab initio in contrahendo matrimonio talem intentionem habuerunt, non eſt matrimonium inter eos. ſi autem ex poſtfacto tales facti ſunt: licet ſint coniuges, tamen ſunt adulteri

ſit homicida, qui percutit mulierem, & facit abortum. & dic quòd non, niſi eſſet viuificatus. & hoc probat per tres canones. Io. de Fan.

QVód vero.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug an cõmittat homicidium, qui puerperium nondum formatum effundit. & reſpondet Auguſt. dicens, quòd homicidium non committit: quia non poteſt exanimatũ dici, vel exanimari quod nunquam animam habuit. nec eſt in hoc præcipitanda ſententia, vt hęretici faciũt. Sed ideo lex noluit eſſe homicidium: q anima non poteſt eſſe viua in eo corpore quod ſenſu caret.

† al. quando] orig.

† Adde ad iſtud c. & ſequens qualiter tales puniant, not. Bar. i l. diu*. ff. de var. & extraor. cri. in gl. in l. ne care. in gl. 1. ff. de li. agn.

ret: &, ſi nihil ualuerit [a]; conceptos fœtus aliquo † modo intra uiſcera extinguat, ac fundat †, uolendo ſuam prolem prius interire [b], quàm uiuere: aut, ſi in utero iam uiuebat, occidi antequam naſcatur. Prorſus, ſi ambo [c] tales ſunt; coniuges [d] non ſunt: & ſi ab initio [e] tales fuerunt: non ſibi per connubium, ſed per ſtuprum potius conuenerant. Si autem non ambo ſunt tales; audeo dicere, aut illa eſt quodammodo meretrix [f] mariti, aut ille adulter [g] uxoris.

De his, qui abortum procurant, quęritur, an iudicentur homicidæ, uel non.

Auguſtinus in libro quæſtionum Exodi, quæſt. 80. ait.

¶Non eſt homicida, qui abortum procurat, antequam anima corpori ſit infuſa. C. VIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 10. c. 56. Panu. l. 8. c. 12.

QVód vero non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere; profectò nec hominem deputauit, quod tale in utero geritur. Hic de anima quæſtio ſolet agitari [h], utrum, quod formatum non eſt; nec animatum [i] quidem poſſit intelligi: & ideo non ſit homicidium: quia nec exanimatum dici poteſt, ſi adhuc animã [k] non habebat. I*tem.* ¶Si ergo illud informe puerperium iã quidem fuerit, ſed adhuc quodammodo informiter animatum (quoniam magna de anima quæſtio non eſt præcipitanda indiſcuſſa temeritate ſententiæ;) ideo lex noluit ad homicidium [l] pertinere †; quia nondum dici poteſt anima uiua in eo corpore, quod ſenſu caret.

Ibidem

† Adde not. in l. Cicero. ff de pœ. & in l. ſacrilegij. ff. de var. & extraor. cri.

a ¶Puerperium.] *In vulgatis ſequebatur,* Moyſes vel lex, *quæ abſunt à pleriſque vetuſtis, & originali. Alia etiam nonnulla ex ijſdem ſunt emendata.*

Itẽ in libro quęſtionũ ueteris & noui teſtamenti, c. 33.

h ¶ Agitari.] Ab hæreticis præſertim ſcilicet verũ quidquid, &c.

i ¶ Nec animatum.] Et hoc quidem verũ eſt: quia antequam lineamẽta corporis t. habeat non infunditur anima, vt inf. ca. prox. Quidam tñ hæretici dicũt animam creari extra duce, id eſt, ex præiacenti materia, id eſt, ex anima generantis, & naſci cum corpore; ſicut & creatur corpus ex corpore. Alij mentiuntur animas creatas eſſe in principio mũdi in comparib. ſtellis, & infundi corporibus: poſt reſolutionem vero redire ad proprias ſtellas, ſi bene vixerint. Fides noſtra eſt, quòd quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit.

t Hic vide qđ legitur & no. ſu. 5. di. §. 1. Anima noſtra vnde procedit.

teri reputandi: quia more adulterorum ſe habent. vbi alter ex poſtfacto eſt in hac culpa, aut ipſe ſe habet ad modum adulteri: aut ipſa ad modum meretricis. & tamẽ matrimonium eſt inter eos. Seq. § pater.

a ¶ Si nihil valuerit] Procuratio ſterilitatis.

b ¶ Interire.] Interit ergo quod nondum eſt, arg. ff. vſufru. quemadmodum ca. l. omnes, § 1.

c ¶ Si ambo.] Id eſt ab initio legitime contraxerunt: ſed ad hoc poſt deuenerunt.

Mrimoniũ qñq. ex una parte tantũ tenet.

d ¶ Coniuges non ſunt.] i. iura coniugij nõ obſeruat.

e ¶ Et ſi ab initio.] Nota, q non ſunt coniuges, qui eo animo coniuncti ſunt vt prolis generationẽ impediant: & q in vno opere vnus peccat, alter non: & quod matrimonium aliquando ex vna parte tantum tenet. arg inf. ea. q. 5. propoſito. & extra de eo, qui dux. in matri. cap. 1. ſed hoc falſum eſt.

f ¶ Meretrix.] Id eſt, digna pœna, qua aliqua meretrix eſt digna.

g ¶ Adulter.] Id eſt, dignus pœna, qua aliquis adulter eſt dignus.

DE HIS, Hæc eſt quinta pars qõ. in qua quæritur an

ADDITIO. Aliter videtur notari ſup. 1. q. 3. ſi quis obiecerit. in gl. exercendo, &c.

K ¶ Si adhuc animam.] Similiter non dicitur deſeri charitas: quæ nunquam fuit, vt inf. de pœ. d. 2. in ſi & rei quæ non eſt, priuilegium dari non põt, vt extra de eccl. ædifi. ad audientiam & matrimonium quod eſt, accuſari non poteſt. vt ext. de deſpon impu. ad diſſoluendum. & id quod non eſt, rumpi non põt. ff. de iniur. rupt. & ir. teſt. & nam & ſi. Sed contra; id quod non eſt. poteſt deſinere eſſe, vt ff vſufru. quemadmodum ca l 2. §. 1. res, quę non eſt, poteſt habere priuilegium. ext. de conſue. cum olim. & mittitur in poſſeſſionem quæ non eſt, is qui non eſt natus, vt ff. de uſ teſta. poſthumus. & ædificio quod nondum eſt, poteſt imponi ſeruitus, vt ff. de ſeru. vrba. præ. ſi ſeruitus. §. vlt. ſo. Tu dicas quod rei, quæ non eſt, poteſt imponi ſeruitus: non quod ſtatim ſit ſeruitus, ſed erit re exiſtente in rerum natura. 27. q 2. § ex his omnibus. Idem poteſt dici de priuilegio: quia tunc vere competit, cum extabit. H.

Priuilegiũ dari non poteſt rei quæ non eſt.

l ¶ Ad homicidium.] Dic vt ſup. 2. q. 5. conſuluiſti.

Moy-

Moyses.] CASVS. Hoc c. vt dicunt Beneuen. & H. debet præmitti c. præcedenti: quia sic est in legibus humanis: & Hugo hunc casum sic ponit dicens. Hic similiter loquitur Aug. contra eosdem hereticos dicentes quod anima nascitur ex semine, & infunditur corpori statim cũ corpus terminatur. Probat ergo Aug. authoritate Moysi, & exemplo Domini in factura Adæ, quod corpus ante recipit formam & distinctionem membrorum, quã anima infundatur.

CASVS. H. breuis est, & bonus, Bene. vero hunc casum sic ponit dicens. Erant quidã hæretici dicentes, oẽs animas ab initio creatas simul, & compositas in comparibus stellis: & quotidie infũdi nouis corporibus, deinde ad compares stellas reuersuras. Alij autem dixerũt animas creari ex traduce, & simul infundi corpori cum semine. Contra quos inuehitur hic Aug. quia primo formatur corpus ex traduce carnis, & deinde anima infũditur. Sed hoc primo probat per Moysem: secundo per facturam Adæ: tertio per similitudinem ædificij. [Ex traduce,] idest, ex semine. [Simul cum corpore,] idest, simul cum ipso semine corporis anima creatur, & infunditur antequam corpus humanum sit formatũ. Hæc dicebant ibi hæretici. Sequens cap. patet.

Aiatum & non aiatum interficiens qualiter punitur.

a ¶ Det animam.] similiter dicit lex, quod si aliquis interficit animatum, capite puniri debet. si vero non animatum, distinguitur: quia si est nobilis, parte bonorum amissa relegatur. si est ignobilis, damnatur in metallum. ff. de pœn. si quis aliquid. §. qui abortionis.

b ¶ Sicuti.] Per hoc ca. dicit Bar. peccata sola voluntate commissa sola voluntate debere deleri. nam omnis res, &c. extra de reg. iur. omnis. Alij dicunt esse necessariam exteriorem pœnitentiam: ex quo voluntas egressa est suos fines.

Peccata solius voluntatis volũtate deleri non possunt. a ¶ Sen.

¶ De eodem. C. IX.

Moyses tradidit: [Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam [a] pro anima; si autem informatum fuerit; mulctetur pecunia,] ut probaret non esse animam ante formam. Itaque si iam formato corpori datur; non in conceptu corporis nascitur [b] cum semine deriuata. Nam si cum semine & anima existit ex † anima; multæ animæ quotidie pereunt [c], cum semen fluxu quodam non proficit natiuitati [d]: sed si proprius † respiciamus, quid videbimus quid se qui debeamus. Contemplemur facturam Adæ. In Adam enim exemplum datum est; ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accipit animam. Nam potuerat animã limo terræ admiscere, & sic formare corpus. Sed ratione infirmabatur † [e]: quia primum oportebat domum compaginari, & sic abitatorem induci. Anima certe, quia spiritus est, in sicco [f] habitare non potest; ideo in sanguine fertur [habitare † [g]. Cum ergo corporis lineamenta compacta non fuerint, ubi erit anima?

Exo. 21. Iuo p. 10. c. 57. Pann. l. 8. c. 13. Sent. ibidem. † al. de. † al. priora † al. informabatur] vera lectio † Abest ab originali

Item Hieronymus ad Algasiam, quæst. 4.

¶ De eodem. C. X.

Sicuti [h] semina paulatim formantur in vteris, & tamdiu non reputatur homo †, donec elementa confecta † suas imagines, memebraq; suscipiant; ita sensus [i] ratione conceptus [x], nisi in opera proruperit, adhuc in uentre retinetur, & cito perit ab hoste [ϰ] [l].

ϰ ¶ Ab hoste,] *Originale & Iuo, & cito abortio perit: quo abortij uocabulo & alibi, & in eadem quæ Fitone usus est B. Hieronymus,* aduersarij inquit, ea quæ concepta sunt, facit perire abortio *sed ad glossam non est mutatum.*

Sent. ibidem Iuo p. 10. c. 58. Pan. l. 8. c. 14. † al. cõfusa] orig. † al. homicidiũ

9 *Cum ergo [m], qui aliquam sibi ad tempus adhibet, cũ ea adulter esse dicitur; nec ab ea discedens, nec filiam suam illi [n] tradens peccat.*

a Idest, ex semine simul cum corpore. .i. simul cum ipso semine corporis aĩa creatur & infundit antequam corp' humanũ sit formatũ. B.

Normanni bibunt fortiter ne eorum anima in sicco habitet.

b ¶ Nascitur.] vt illi dicunt, qui dicunt animam nasci ex traduce r.

c ¶ Pereunt.] Quod est inconueniens.

d ¶ Natiuitati. Forte vitio matricis.

e ¶ Ratione infirmabatur.] i. destituebatur, vnde non videtur rationabile quo ad opinionem hominum.

f ¶ In sicco.] i. in corpore rudi & informi. Et est argu. pro Normannis, & Anglicis, & Germanis, Polonis, vt possint fortiter bibere, ne anima habitet in sicco.

g ¶ Habitare.] Scilicet quod ex eis vnum efficiatur vel per vegetationem: alias tam boni quàm mali Angeli habitant in siccis corporibus, & in cadaueribus, & in lapidibus. & in auibus, in quibus ipsi dæmones dant responsum, vt 26. q. 5. nec mirum vt dicitur de Saule, qui adorauit diabolum.

i ¶ Sensus.] Idest, voluntas, vel cogitatio.

k ¶ Ratione conceptus.] Idest, cogitatio bona mente cõcepta cito perit, &c. Vel intelligitur de mala cogitatione concepta in ratione vel intentione, idest, in anima, quæ perit.

l ¶ Ab hoste.] i. a suggestione diaboli: quia suggestio eius non habet effectum circa hominem, cum uetiat mentem hominis, vt 26 q. 3. sciendum.

CVM ERGO. Hæc est 9. pars q. in qua quæritur, vtrũ peccat concubinarius dimittendo concubinam, & adhærendo vxori, siue in habendo uxorem, vel qui ei dat filiã suam dicitur quòd non. Io. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit finem illius c. solet quæri. & ex eo it tert. quod si quis separat se a tali, cum qua contraxit ad tempus, non peccat, nec alius tradens filiam suam illi adultero peccat. & ad hoc inducit seq cap.

m ¶ Cum ergo.] Respicit finem c. solet quæri, &c.

n ¶ Illi.] Cum ei non est carnaliter commissus, nec ibi summatur, Argu. contra extra de spon. ad audientiam.

A nul-

ANcillam.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quis vult dimittere concubinam, & aliam ducere in vxorem, propter hoc non est bigamus, nec peccat: immo admonendus est vt hoc faciat, quia eius negligentia: non est desperanda, cum de nemine desperandum sit, donec est in hoc mortali corpore. [Ancillam,] non matrimonialiter copulatam.

a ¶ Abijcere.] Cum ergo canon iubeat abijci illã, quæ non est vxor, nunquid sua auctoritate statim potest ab ea recedere? Respon. non, 1. 35. q. 6. multorum. 33. q. 2. sæculares.

b ¶ Vxorem.] Scilicet qui dimittit concubinam.

c ¶ Crebris cohortationib.] Vt dimittatur concubina.

d ¶ Quod necessario.] Scilicet propter necessitatem carnalis infirmitatis, idest, causa incontinentiæ: vel quia continere forte non poterat: vel ne plures alias cognosceret.

e ¶ Fideliter.] Scilicet cum honestate coniugij.

f ¶ Nemo.] De pœn. d. 7. nemo, C. de fideicõ. l. deberi infra e. q. 4. recurrat. in fi. su. 24. q. 3. illud. & cust ipiantur.

g ¶ Ætatis. inf. prox. q. 2. antiqui. & c. in adolescentia. sup. 50. dist. ponderet, & c. de eo. sup. 30. q. 3. illud.

h ¶ Differtur.] Sicut pœnitentia quãque differtur ad tempus, donec deferuescat culpa luxuriæ, de pœ. di. 1. sunt qui arbitrantur, & dum est in peccato, nõ debet agere pœnitentiam. de pœ. di. 3. in falsis. sed illud intelligitur tantum de solenni pœnitẽtia: alias aperte cõtradicere, de pœn. dist. 5. falsas. quia peccator bene agit pro crimine pœnitentiam, vt notaui 24. q. 6. in summa. & ext. de pœ. & re. quod quidam. inf. de pœ. d. 3. nihil prodest.

Pœn. an possit agi in peccato.

Unde Leo Papa ad Rusticum Narbonensem episcopum, epist. 90. al. 92. cap. 5. & 6.

¶ Profectus est honestatis fornicariam abijcere, & uxorem legitimam accipere. C. XI.

ANcillam a thoro abijcere[a], & vxorem[b] certæ ingenuitatis accipere, non duplicatio coniugij, sed profectus est honestatis. Culpanda est sane talium negligentia, sed non penitus desperanda, ut crebris cohortationibus[c] incitati, quod necessario[d] expetierunt, fideliter[e] exequantur. Nemo[f] enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis[g] differtur[h], consilio maturiore perficitur.

de pœn. di. 7. ca. nemo.

Item ibidem, c. 4.

In Triburiensi conc. c. 38. & 39

¶ Legitimo matrimonio copulatur, quæ concubinam habenti traditur. C. XII.

Polyc. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. c. 1. Ivo p. 8. c. 139. Pann. l. 6. c. 35.

NOn omnis mulier iuncta viro, vxor est uiri: quia nec omnis filius[i] est hæres patris[k]. Nuptiarum autẽ fœdera inter ingenuos[l] sunt legitima, & inter coæquales[m] †, multo prius hoc ipsum Domino constituente[n], quam initium Romani iuris existeret. Itaq; aliud est uxor, aliud concubina; sicut aliud ancilla, aliud libera.

† al. æquales] orig.

¶ Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex Genesi, ubi dicitur Abrahæ: [Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.] *& infra.* ¶ Igitur cuiuslibet loci clericus, [a] si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit; non ita accipiendum est, quasi coniugato eam dederit, nisi forte illa mulier & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptijs honestata uideatur. ¶ Paterno arbitrio uiris iũctæ carent culpa, si mulieres, quæ à uiris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud est uxor †, aliud cõcubina.

Gal. 4. Gen. 21.

† al. nupta.

a ¶ Cuiuslibet loci clericus.] *Sic quidem in epistolarum editionibus: sed in codice canonum, c. 18. & apud indicatos collectores legitur,* cuiuslibet loci laicus. *In concilio vero Triburiensi, vbi hoc refertur,* si quis filiam suam, &c.

NOn omnis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod nõ omnis mulier viro cõiuncta, est vxor: sicut nec omnis filius est hæres, sed illa est vxor, quæ est viro legitime copulata: nã aliud est concubina, & aliud vxor. In secunda parte dicitur, quod bene põt exemplo Abrahæ concubina dimitti, & legitima superduci. In tertia dicitur quod mulieres iunctæ matrimonialiter viris de consensu parentum, carent culpa si mulieres, quas illi viri prius habebant, non erant vxores. Secũda pars ibi, [Propter quod.] Tertia ibi, [Paterno arbitrio.]

i ¶ Filius.] Inf. ea. q. 4. dicat. cõtra. sed hic filius secundum generalem, ibi secundũ specialem significationem accipitur.

k ¶ Patris.] Pater é quem nuptiæ demonstrant, ff. de in ius vocan. quia semper.

l ¶ Ingenuos.] Arg. quòd non sit legitimum matrimoniũ inter puberẽ & impuberẽ. nec inter seruos plenarie.

1 Arg. contra 29 q. 2. c. cuius re. vbi de hoc.

m ¶ Et inter coæquales.] i. inter adultos. extra de despon. impub. de illis.

n ¶ Constituente.] In paradiso, cum fecit Adã & Euam in adulta ætate, & eos matrimonialiter coniunxit. de pœn. dist. 2. §. Romanos, ver. Adam. Vel constituit quod non omnis filius sit hæres, ibi: [Eijce ancillam.] &c. Sed contra inf. ea. q. 4. recurrat. vbi dicitur quod nõ obfuit, &c. & ita filij Iacob ol tinuerunt hęreditatem cum alijs genitis ex ancilla. Dicunt quidam quod postea Iacob cõtraxit cũ ancilla, & ita legitimauit filios. Sed contra. extra qui fil. sint leg. tanta. quia eo tempore suscepti sunt quo mater esse

Filij Iacob ex ancilla geniti cũ alijs ei successerunt.

esse vxor non potuit. sed dic q sufficit q credebatur, quod tunc posset esse vxor, ut inf. ea. q. 4. obijciuntur.

CVM ERGO. Hæc est 7 pars q. in qua intendit probare magister, q verecundæ debet esse mulieres: & magis debent rogari à viris, quàm rogare. Io de Faut.

viam meam, & dixerunt, vocemus puellam, & quæramus voluntatem eius. & cum fuisset uocata, quæsiuerunt ab ea Vis ire cum homine illo? quæ ait, Vadam & sic dimiserunt eam, & nutricem eius, & seruum Abrahæ. Cum autem Isaac egrederetur ad meditandũ in agro, quæ

CASVS. Infert Grat. ex fine præcedentis ca. a contrario sensu, q paternus consensus est in nuptiis requirendus. Quod probat auctoritate Euaristi. Et ad hoc inducit sequentia c.

a ¶ Legitimæ.] i. cõmunem solennitatẽ legalem habentes extra de despon. impu. tuæ.

b ¶ Illud.] Sup. 30. q. 5. aliter.

7 *Cum ergo dicitur: [paterno arbitrio iunctæ uiris] datur intelligi, quòd patern[a] cõsensus desideratur in nuptijs, nec sine eo legitimæ [a] nuptiæ habeantur, iuxta illud [b] Euaristi Papæ. [Aliter non fit legitimum coniugium, nisi à parẽtibus tradatur α.]* sup. 3. q. 5. c. n.

α ¶ Tradatur.] *Post hoc verbum in duobus vetustis codicibus citatur ex codice Iustiniani lib. 5. tit. de nuptijs l. 12. nec filium. & le. 20 in coniunctione ex digestis, tit. de ritu nupt. le. 2. nuptiæ consistere. & ex Instit. tit. de nuptijs, circa principium, vsque ad ver. præcedere debeas.*

Item Ambrosius lib. de Patriarchis, [id est lib. 1. de Abraham, c. vlt.]

C. XIII.

HOnorant.] CASVS. Probat Amb in hoc c q mulieres nubere debent arbitrio parentum. Quod probatur exẽplo Rebeccæ, quæ in nuptijs parentib. acquieuit: & exemplo Hermionis apud Euripidem, quod non solum seruandum est in virginib. sed etiam in alijs appetentibus viros.

c ¶ Honorantur.] Ergo pro matrimonio contrahendo potest exigi pecunia, nec erit simonia, licet matrimonium sit maximum sacramentum. nam talis datio. potius dicitur honor, quàm pretium, vt hic dicitur, sic. 16 quæst. 1. decimæ. & est si. ff. man. si remunerandi. Si quæras. quare in hoc sacramento potius interueniat pecunia, quàm in alijs: dicũt quidam, q propter onera matrimonij. Sed certe eadem ratione pro ingressu monasterij potest recipi pecunia propter onera, quæ sustinet monasterium, 16. q. 6 de lapsis. Sed hæc est ratio, quia in hoc sacramento nõ confertur gratia * Spiritus sancti sicut in alijs, vt 1. q. 1. multi. circa medium, &c. sunt & cap. quidquid inuisibilis. tamen multa fuerunt prohibita in veteri lege, in quibus non conferebatur nec adhuc hodie confertur gratia: sicut emptio sepulturæ, vt 13. quæst. 2. postquam Gra. tamen dicit quod pro matrimonio non posset dari pecunia.

Pecuniæ interuentus, nõ vitiat matrimonium.

* *Immo confertur v. de sup. d. 23. c. his igitur, in ver. pro beneficijs.*

HOnorantur [c] parentes Rebeccæ muneribus [d], consulitur puella [e] non de sponsalibus [f] (illa enim iudiciũ expectat † parentum: non est enim uirginalis pudoris [g] eligere maritum) sed iam desponsata [h] uiro de profectionis consulitur die: nec immerito dilationem non attulit, Iure etenim properare debuit ad maritum. Vnde illud Euripideum, quod mirãtur plerique, vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quę tamen maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει κ' οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε, hoc est: [Sponsaliorum meorum pater [i] meus curam subibit. Hoc enim non est meum.] Ergo, quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate uirgines. [k] Mulier etiam, qua amisso cito marito adolescentula laque eum infirmitatis suę timet incidere, si vult, nubat: tantũ in Domino. ut electionem mariti parentibus deferat: ne appetẽtiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptijs suis electionem sibi uendicet. Expetita enim magis debet uideri à uiro, quàm uirum ipsa expetisse. Verecundiam

† al. spectat.

Hermione ĩ Andromacha Euripidis.

Poly. l. 6. tit. 4.

d ¶ Muneribus.] Datis a seruo Abrahæ Eliezer patri Rebeccæ, qui dicebatur Batuel. r.

e ¶ Consulitur puella.] De die profectionis, Historia. Legitur in Genesi, q Eliezer seruus Abrahę de mandato domini sui iuit in Mesopotamiam pro accipienda vxore filio suo Isaac de domo Batuelis, qui cum venisset ad domum Batuelis patris Rebeccæ, dedit munera Rebeccæ & parentibus & fratribus suis, q exposita voluntate domini sui, cum postea vellet redire, & illi rogarẽt eum vt aliquot diebus adhuc maneret puella cum eis ipse dixit, Nolite me detinere: quia direxit dominus

1 Ar. adhoc ext. qui ma. accu. pos. si. gnificante. vbi de hoc, & no 23. di. his igitũ i gl. 1.

quæsiuit Rebecca quis esset: & tunc respondit Eliezer: Dominus meus est, cui ducta es in vxorem: & ipsa statim descẽdit: & tollens theristrum cooperuit caput suũ: deinde accepit eam in domum suam.

f ¶ Non de sponsalibus] Innuit hæc littera q consensus puellæ non est requirendus in sponsalibus, quod tamen secus est, vt 30 q. 2. c vnico, ff de sponsa sponsalia. immo & de sponsalibus fuit consulta, vbi dicitur, Vis ire cum isto homine? Dic ergo non de sponsalibus tantum: sed etiam de profectione hoc tene, q si non contradicit, consentire intelligitur, vt hic patet 2 Nec põt contradicere, nisi cum pater indignum eligit, ff de spon. sed quæ patris.

2 Ap idẽ 45. dist. c. 1.

g ¶ Pudoris.] Arg. Matrimonium posse contrahi inter absentes per procuratorem, arg 10. q. 5. nec illud.

Matrimonium per procuratorem contrahi potest.

h ¶ Desponsata.] Arg. q parentibus puellæ dari potest pecunia vt consentiant matrimonio interueniente pecunia: quia ibi non confertur * gratia.

* *Vide sup. hoc eo. ca. in ver. honorantur.*

i ¶ Pater.] Cultus enim verecundiæ, &c. C. de nup. in copulatione.

K ¶ Virgines.] Consilium est arg. extra de spons. impu. tuæ,

Mu-

MVlier.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si mulier doli capax votum, iuramento firmatum emiserit intra spatium xij. an. si patre tacente votum adimplet, non erit rea, si ipsa compleuerit quod iurauit. si autem pater contradixerit, non erit obnoxia, si non adimpleuerit iuramentum eius, vt hic. & su. 20. q. 2. puella Alij tenent mediam viam. nam doli capax ante legitimam ætatem obligatur in oĩ voto, nisi in voto monachationis, 20. q. 1. illud. & tñ licet obligetur, pater potest reuocare ex concessione huius canonis: & ita hoc intelligitur de doli capace, & vere obligato De hac materia no 20. quæst. 2. in summa.

præmittat, antequam nubat, quo ipsum coniugium plus commendet verecundia.

Item in libro Numerorum, c. 30.

C. XIIII.

MVlier[a] si quidpiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo[b] patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater votum, quod pollicita est, & iuramentum, quo obligauit[c] animam suam, & tacuerit non rea erit, *sed quidquid pollicita est, & iurauit, opere[d] complebit. Sin autem statim[e] vt audierit, contradixerit pater, & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo q̃ contradixerit pater[f].

Glossa ordi. ad c. 30. Num.

* ¶Non rea erit] *In originali legitur.* uoti rea erit, quidquid pollicita, & c. *sed ob glossam non est emendatum.*

Augustinus quæst. 57. super Numeros.

¶ *Antea legebatur.* Item Augustinus. *Sublata est dictio,* Item, *quæ abest a plerisque vetustis. Nam verba B. Augustini seu glossæ ordinariæ, quæ hic referuntur, sunt explanatio loci Numerorum antea citati. In ijsdem autem vetustis omnia hæc capita, quibus non est apposita rubrica, vno capite comprehenduntur.*

C. XV.

1. *Cor.* 7.

† *al. nuptum*

MErito hic quæritur etiam de voto virginitatis. Mulieres enim etiam Virgines in scriptura solent appellari: & videtur etiam Apostolus de patre loqui, cum dicit, [seruiet virginem suam,] & [det nuptui † virginem suam.

Econtra in concilio Toletano 3. c. 10.

¶Viduæ, & virgines propria voluntate sibi maritos eligant. C. XVI.

Burc. l. 8. c. 44. Iuo p. 7. c 62 & p. 8. c. 18. & 19.

HOc sanctum affirmat concilium, vt viduæ, quib. placuerit, teneãt castitatem *. Quòd si prius, quam profiteantur continentiam, nubere elegerint; illis nubant, quos propria voluntate voluerint habere maritos. Similis conditio & de virginibus habeatur: ne extra voluntatem parentum[g], uel suam cogantur maritum accipere.

d¶ Opere cõplebit.] ergo rea erit, si non cõpleuerit. & ita cõtrahere potest impubes; quod concedo. arg. huius c. contra. 20 q. 1. c. 1.

e ¶ Statim.] Sup. 20. q. 2. c. 2. cõtra. H. soluit; quia ideo datur ibi maius spatiũ, q̃ tale iuramentũ emittitur a patris potestate hic aũt loquitur de alio iuramento siue voto; quod licet adimpleat, adhuc tamẽ manet in patris potestate: & ibi maius spatiũ datur, q̃ hic: hic enim loquitur de voto abstinentiæ. lex autem dicit, quòd cũ filius est in potestate, non obligatur aliquo voto. ff. de polli. l. 2. sed derogatum est ei.

f¶ Pater] Soluit aũt patria potestas adueniente adulta ætate quo ad matrimoniũ carnale & spiritua. le, & quo ad iuramẽtum. 20 q 2 puella. 21. q. 4. tribus.

MErito.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. quòd in voto & in matrimonio voluntas patris est attendenda: & q̃ virgines mulieres appellant. [Hic,] id est, p̃missa auctoritate. [Mulier seruet,] f patri Sed in sequenti cap. probat contrarium.

¶ Vide quod legi. & not. 30. q̃ô. 2. in prin. & c. 1.

Patria ptãs soluit adueniente adulta ætate quo ad matrimonium & iuramentum *

*erit quod promisit. Dicit H. q̃ post adultam ætatem tenebitur adimplere: licet alij cõtradicant. Idẽ dicit de eo, qui fecit simplex votũ, & postea cõtraxit, q̃ mortua vxore tenet adimplere Et in similibus casib. idẽ dicit.

Mulier sumitur diuersimode.

a¶ Mulier.] Id est, impubes alibi sumitur pro virgine in Euangelio, Mulier ecce filius tuus ff. de ver. sig. mulieris. ff. de leg. 3. seruus. alibi pro corrupta ff de contrahen. emp. alioquin. § 1. Et no. q̃ H. dicit, q̃ si impubes emittit votum vel sacramentum, & est doli capax, pater nunquam põt reuocare; quia cũ possit se obligare diabolo, põt & Deo extra de deli. puer. pueris & legit sic H. hoc c. mulier, scilicet impubes, non doli capax.

Iuramentũ filij an possit a patre reuocari.

b¶ In domo.] Idem est si extra domum, quia est emancipata, dum tamen minor sit. arg. C de rapt viduæ.

c¶ Obligauit.] Id est, fecit ad modum obligantium. Alij dicunt, q̃ siue doli sit capax siue nõ: dũ tñ sit intra annum 14 in viro, vel 12. in puella, semper pater reuocat


HOc sanctum.] CASVS. Dicitur in hoc capi. q̃ vidua eligere debet arbitrio suo, virum uelit continere, vel nubere. Idem etiam statuitur de virginibus. Si quis autem propositum castitatis viduæ vel virginis uoluerit impedire, excommunicetur. Sequens §. patet.

g¶ Parentũ.] Secundũ canones licet filiæ præter voluntatẽ parentũ nubere. Vnde nec est necessaria patris voluntas quantum ad hoc, quin teneat matrimonium. licet non adsit voluntas eius: aliàs bene dico requirendum eius consensum: maxime si est minor: vnde corrigitur illud instit. de nup. in princip. Nunquid ergo pater eam dotare tenetur? Sic, arg 2. ff. de ritu nup qui liberos. & punitur hic vel, pro &.

g ¶ Parentum.] Bene dicit quandoque enim inueniuntur mulieres contra sua commoda laborare. C. de spon. si pater. hoc tamen ad honestatem referas. extra de desponsa. impu. tum.

Filia nubere potest sine parentũ voluntate.

2 Sic arguit idem Arch. hic, Pann. consi. 12. l. 1



a ¶ Viduæ.] 20.q.2 c.1 & 3 contra. sed ibi de minorib.xiiij. an.agitur:& hic de nubilibus. De hoc habes 31.q 3.in summa.
E tertia vero quæstione.] CASVS. Hic ponitur 3 q. qua quæritur an puella in matrimonio cõtrahendo debeat sequi arbitriũ patris serui, an aui liberi. Et quidem aui: quia seruus non habet liberũ arbitriũ ad ea, quæ liber homo facere potest: sed nec etiam aui, nisi de honestate.

b ¶ De tertia.] Hic de pingitur 3 q an sciliect puella in matrimonio contrahendo debeat sequi arbitriũ patris serui, an liberi aui. & quidẽ aui: quia seruus non habet liberum arbitrium de ea, quæ liber homo facere potest: sed nec aui, nisi de honestate.

bole? Sed hic non habet liberum arbitrium: quia filia non erat in potestate eius, sed liberi aui. Vel dic quod nec seruus habet liberum arbitrium contrahendi sine volũtate domini: si tamen contraxerit, tenet, vt 29. q. 2. c. si. & 30. q. 5 §. sed obijcitur.

libet ita liberũ hẽt in filia maritãda: qualiter enim. &c. secundum H.

Quòd

Si quis uero propositum castitatis viduæ [a], vel virginis impedierit; à sancta communione, & a liminibus ecclesiæ habeatur extraneus.

a ¶ Castitatem.] *In antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent vt apud Gratianum: sed post verbum istud, adduntur hæc,* & nulla vidua ad nuptias iterandas ei venire cogatur. Quod si, &c. *In recentioribus vero editionibus, & apud cæteros collectores varias aliquantulum structura verborum sed eadem sententia.*

Premissis auctoritatibus euidenter asseritur: quod quamuis aliqui non filiorum procreandorum, sed incontinentiæ causa conueniant; tamen coniuges appellantur.

QVAESTIO. III.



E tertia [b] vero quæstione Pelagius definit scribens Potentio defensori.

¶ Arbitrium liberi aui, non originarij patris puellam in nuptijs sequi oportet. C. I.

Patrem puellæ, ecclesię nostræ famulum, auum uero eius liberis ortum cõstat esse natalibus: & ideo aui magis [c] electionem de coniunctione neptis [d], quàm patris eius, cuius nullo modo liberum potest esse arbitrium [e], decernimus attendi, Iuo p.8. c.27.

Quia ergo electione aui, huic ista nupsisse probatur; hãc constat legitimè sibi copulatam.

Patrem puellæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod vbi puella hẽt patrẽ seruum. & auum ingenuum: non patris, sed aui arbitrium sequatur in nuptijs: cũ pater nõ habeat liberum arbitrium. Sequens § patet.

Puella nata patre seruo & auo libero, cuius cõsensum requirere debeat.

c ¶ Aui magis.] Spõsa enim ab illis petẽda, qui potestatẽ habent super illam 30. q. 5. c. 1. sed pater nõ habet, cũ ipse sit in potestate alterius, vt ff. de adul. sic eueniet.

d ¶ Neptis.] Si hæc cõcepta est patre in seruitute manẽte, nõ est i potestate aui ar. insti. quib. mod. ius pa. po. sol. §. vl. nã per patrem acquirẽ auo potestas i neptibus. Sed si ille liber erat quando eas suscepit: sed postmodum factus est seruus: tunc filij remanent in potestate aui sui. insti. quibus mod. ius pa. po. sol. §. admonendi, & in hoc casu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic, quod vbi auus est liber, siue nepos sit in eius potestate, siue non, requiri debet eius consensus vbi pater seruus est: & hoc de honestate. in potestate autem aui materni nullus est. inf. de pa. po. in si. hic ergo de auo paterno dicitur. Sed nunquid originarius filium habet in potestate? Non cum ipse sit in potestate alterius. C. de agri. & cen. ne diutius. li. xi. & qui in potestate alterius est, alium in potestate habere non potest ff. de adul. sic eueniet. & sic potes de originario hoc intelligere sicut G. posuit in themate. Vel intellige de seruo.

Originarius filiũ nõ hẽt i potestate.

e ¶ Arbitrium.] Arg. quod nec seruus suo arbitrio possit ducere vxorem: Qualiter enim in se liberũ arbitrium habebit, & nõ in sua sobole? ergo sicut per illud extra de con. u. ser. c. 1 hodie liberũ habet arbitriũ cõtrahẽdi matrimoniũ: ita liberũ hẽbit filiã tradendi. Qualiter enim in se habebit liberũ arbitrium, & non in sua so-

a Dic cũ seruus habet liberum arbitriũ cõtrahẽdi matrimonium, vt 29 q. 2. si quis

QVAESTIO IIII.



Vòd autem [f] ex ancilla propter vxoris sterilitatẽ filios quærere alicui liceat; exemplo probatur Abrahæ, qui propter sterilitatẽ vxo- Gen.16.



Vòd autem.] Hæc q diuiditur in 6 partes. In prima quæritur, vtrum teneatur quis propter sterilitatẽ vxoris quærere filios ex ancilla, sicut fecit Abrahã, & Iacob, & dicendum est, quod non. quia omnia in figura contingebant illis. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Origo.] Quarta ibi: [Sicut satius.] Quinta ibi, [Ecce quòd nullus.] Sexta ibi, [Quære autem.] Io de Fa.

CASVS. Hic ponit 4 q qua quęritur an liceat alicui viuẽte vxore quęrere filios ex ancilla. & indistinctè dicit, quod non, vel propter sterilitatem vxoris, vel ex quacunque alia causa. Et quod de Abraham & de alijs dicitur, non obuiat; quia excusati sunt auctoritate spiritus sancti. Probat ergo G in hoc c. superficialiter quod licet coniugato ex ancilla prolem quærere exemplo Abrahæ, & Iacob, & superficialiter soluit in si.

f ¶ Quod autem.] Hæc quarta quæstio nihil habet quæstionis, quia non licet ex quacunque causa viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abrahã, & de alijs dicit, non obuiat: quia auctoritate spiritus san-

cti

ibi excusatis sunt extra de diuor. gaudemus. 14. q. 5. dixit.
a ¶ Ingressus est] Historia. Legit in Gen. q dixit Sara ad Abraham. Ecce conclusit me Dominus ne pariam: ingredere ergo ad ancillam meam Agar, si forte ex illa suscipiam filios: qđ & factum est: & suscepit ex ea Ismaelē.

pore quo ille fuit conceptus, non potuit esse legitimus. ergo ex postfacto nō potuit legitimari, vt extra qui filij sint legi. tanta. & ſi de ſtat ho. Paulus.

ISte.] CASVS. Tertullianus hæreticus secūdas nuptias accusans damnabat Abraham, quia post mortem Saræ Cethuram duxit vxorem, vbi & si nullum sacramentum intelligeretur, tamē vir iustus ideo hoc facere debuit, ne censeretur hoc esse peccatum [Iste,] s. Tertullianus. [Adstipulator] i. adiutor, sequ. §. pater.

Ad

ris suæ Saræ ingressus est [a] *ad Agar Aegyptiā, ut ex ea filios acciperet. Item Iacob, cū ex Rachele filios habere nō posset; ex ancilla eius filios sibi suscitauit: nec solū propter sterilitatem, uerumetiam propter fecunditatem cessantem legitur intrasse ad ancillā Liæ* [b], *& ex ea genuisse filios* [c]. *Ex quibus omnibus colligitur, propter sterilitatem uxoris siue ex ancilla* [d], *siue ex qualibet alia licite filios quæri: alioqnin adulterij macula Abraham & Iacob notabūtur. Sed sicut post mortem Saræ Abraham Cethuram* [e] *duxit uxorem, ne secundum Augustinum Christiani* [a] *putarēt esse peccatum post mortem uxoris aliā ducere; sic videtur viuente uxore sua filios ex ancilla suscepisse, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimen.*

Gen. 5. — Gen. 25 inf. seq.

a ¶ Christiani. *In capite sequenti Augustinus ait*, ne putarent hęretici.

¶ Quomodo Abraham excusetur à crimine fornicationis. C. I.

Sup p. 8. c. 269. Pann. l. 6. c. 60.

ISte Abrahæ etiam vsque ad decrepitam senectutem fornicationis obijcit crimen; profecto quia & post mortem Saræ alteram duxit. Vbi etsi nullum intelligeretur rei abditę sacramentum [f]; propter † hoc solum id facere debuit Abraham: ne putarent hæretici [g] aduersus Apostolū (quibus etiam Tertullianus adstipulator [h] existit) post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem.

† al. vel ppter — 1 Cor. 7 — Lib. de Monogamia.

Illud autem Augustini dicitur contra aduersarium legum & prophetarum. lib. 2. c. 9.

Sacramentum huius rei est, quòd per bonos mali & boni erant in fide generandi; & per malos boni & mali erāt ad fidem accessuri.

Unde Augustinus ait super Ioannem, tractatu xi.

¶ *Sicut* bonorum ministerio boni & mali; ita ministerio malorum boni & mali in fide generantur. C. II.

REcurrat nunc animus uester ad Abraham, Isaac, & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partus liberarum, inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni significat [i]: [Eijce ancillam, inquit, & filium eius.] *& infra.*

¶ Inuenimus rem miram in istis generationibus liberarū, & ancillarum, quattuor [k] scilicet genera hominum, in qui

Gen. 21 — Copiosius in orig.

f ¶ Sacramentum.] Quia est a viro sancto factum, sanctum præsumitur, vt 9 q. 2. Lugdun. & 7. q. 1. omnis.

g ¶ Hæretici.] Scilicet Tertullianus, qui condemnabat secundas nuptias: qui nec legem nec prophetas recipiebat; & quæ fuerit eius hęresis, habes, 24 q. 3. quidam. ver. Tertullianistę.

h ¶ Adstipulator.] i. adiutor. 11. q. 3. antecessor.

REcurrat.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. In hoc c. distinguit Aug. tres generationes carnales, quæ fiunt in trib. patriarchis, scilicet quia boni generant bonos, & mali malos. & boni malos, & mali bonos: q̄ habent significare quattuor generationes spirituales, quæ similiter fiunt in ecclesia, & ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ, quæ diuersis temporibus generat bonos & malos. Sed mali siue aperte foris sint, siue intus esse videantur, nunquam tamen ad illam ecclesiam pertinebūt, quæ est sine macula & ruga. Hug. uero post distinctionē illorum modorum dicit. Distincturus ergo Aug. has & illas generationes seruat hunc ordinem. Primo inuitat ad considerandum generationes carnales trium patriarcharum, & supponit quid significent & hoc facit vsque ibi [Inuenimus,] &c. Ex inde ostendit qualiter ancillæ & vxores pepererūt bonos & malos ante legem, & sub lege, & in tempore gratiæ. vsq; ibi. [Sed cum tales.] Exinde distinguit quatuor modos generandi spiritualiter & sic poßes ponere casum secundum Hug.

b ¶ Ad ancillam Liæ] s. Zelpham Historia. Legitur similiter in Gen. quod in Lia sentiens quod parere desijsset, Zelpham ancillam suā supposuit viro suo Iacob: qui genuit ex ea duos scilicet Gad, & Aser.

c ¶ Filios] Ismaelē, & alios filios s. Dan, & Nepthalim.

d ¶ Ex ancilla.] s. Balam Historia. Legitur in Ge. q Rachel inuidens sorori fecūdæ, ait ad Iacob. Da mihi liberos, alioquin moriar. qui ait: Nunquid ego sum Deus? & illa, si non de me, saltem de ancilla & supposuit balam, ex qua genuit duos filios s. Dan, & Nepthalim.

e ¶ Cethuram] Quæ fuit binomia quæ alio nomine uocabatur Agar, matrem Ismaelis. Arg. contra: quia eo tem-

i ¶ Ancilla nihil boni significat] Hic: alibi enim bonum significat, ut ibi, [Ecce ancilla Domini,] &c.

k ¶ Quattuor.] Idest, quattuor modi generandi homi-

l Idest, in hac litera. H

Decr. Grat. ps II. — Cccc 3 — nes

Hominum duo sunt genera.

nes in fide, aliàs enim duo tantum sunt genera hominū. 12.q.1.duo. & quo ad condemnationem. nam aut sunt serui, aut liberi, ff. de sta hom. in summa.

a ¶ Quatuor.] Idest, istis quatuor modis generandi in fide.

cem facit relationem. Alij dicunt eam eandem esse. arg. de consec. d. 4. sicut 7.q.1. denique. ff de iud. proponebatur, & 16 dist habet.

i ¶ Ciuitatis.] Hierusalem cœlestis.

k ¶ Animali.] Idest, bestiali z.

bus completur figura totius populi futuri Christiani, ut nō sit mirum, quod in illis tribus dictum est: [Ego sum Deus Abraham, & De⁹ Isaac, & Deus Iacob.] In omnibus enim Christianis (fratres intendite) aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali, aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius istis quatuor [a] generibus non potestis inuenire. *& infra.* ¶ Inuenis † ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de uteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum: & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt [b]. Quomodo ergo in filijs Iacob non obfuit illis, qui nati sunt de ancillis quo minus tenerent regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent, non illis obfuerunt natales ancillarum, sed præualuit semen paternum: sic quicumque per malos [c] baptizantur, tanquam de ancillis uidentur nati: sed tamē, quia ex semine verbi Dei, quod figuratur in Iacob, non contristentur, simul hæreditatem cū fratribus possidebūt. Securus ergo sit, qui de semine bono nascitur: tantum nō imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbientem non imitetur. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati possederunt terram promissionis cum fratribus, Ismael autem de ancilla natus ex pulsus [d] est de hæreditate? nisi quia ille superbus erat, illi humiles? Erexit ille ceruicem, & voluit seducere [e] fratrem suum ludens cum illo. Magnum ibi sacramentum [f]. Ludebant simul Ismael & Isaac: uidit illos Sara ludentes, & ait Abrahæ: [Eijce ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.] Et cum contristatus esset Abraham, confirmauit ei à Domino Angelus dictum vxoris eius. Quæ z autē peperit [g] Abel, & Enoch, & Noe, & Abrahā; ipsa peperit Moysem, & prophetas tempore posteriores ante aduentum Domini: & quæ istos, ipsa Apostolos, & martyres nostros, & omnes bonos Christianos. Omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerunt: sed societate [h] vnius populi continentur, & eiusdem ciuitatis [i] ciues, labores huius peregrinationis experti sunt, & quidā eorum nunc experiuntur, & vsque in finem cæteri experiētur. Item quæ peperit Cain, & Cham, & Ismaelem, & Esau; eadem ipsa peperit & Datham, & alios in eodem populo similes: & quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudoapostolum, & Simonem magum, & cęteros vsq; ad hęc tempora pseudochristianos in affectione animali [k] pertinaciter ob duratos, siue in unitate permisti sint, siue aperta præcisione dissentiant. ¶ Sed cum tales [l] à spiritualibus euangelizantur, & sacramentis imbuuntur; tanquam per seipsam Rebecca eos parit, sicut Esau: cum autem per illos, qui non caste annunciant Euangelium, tales in Dei populo generantur: Sara quidem, sed per Agar. Item boni spi-

Exo.3.

† al. inuenimus] orig.

Gen.21.

Aug. l.1. de baptismo contra Donat. c.16.

Osee 2.

Act.13

Gen.25.

l ¶ Sed a Id est, carnalia sapientes. unde animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus sancti. Hug.

b ¶ Tenuerunt.] Infra ead. dicat contra. sed hic illegitimi in figura successerunt. significatur enim, quod etiā si illegitimi parentum vitia non sequantur, perpetuā hęreditatem habebunt. 56. dist. nasci. vel legitimi isti erant quia fas erat illis tūc filios ex ancillis suscipere. inf. e. q. 7. tantū valet. immo potius dicebātur filij vxoris legitimi, quam ancillæ, vt 56. dist. Ismael

c ¶ Per malos.] Arg. quod acquiritur ecclesię vel alij religioso loco per hæreticos ar. 16.q.6. si episcopum.

d ¶ Expulsus.] Non quia secundum carnem natus est. sed quia fratrem persequebatur, vt 56. dist. Ismael. nam qui secundum carnem erat, persequebatur eum, qui secundum spiritum, vt sup. 23.q.4. qui secundum.

e ¶ Seducere.] Ismael enim faciebat luteas imagines, & cogebat eum eas adorare, cōtra illud, Adorabis Deum, & c. 22. cap. 1. considera.

f ¶ Sacramentum.] Sacramentum erat illud secundum quod semper carnalis spiritualem persequitur. 23.q.4. qui secundū.

g ¶ Peperit.] Patres veteris testamenti, perperit ecclesia per dilectionem, noui per sacramenta. su. 12.q. 2. qui abstulerit.

h ¶ Societate.] Mater nostra ē ecclesia, quæ nos in baptismate regenerauit. nā in vna fide ad unū præmium tendunt. Sed nunquid eadem est ecclesia, quæ fuit in ueteri testamēto? Potest dici quod non iuxta illud. Vocabo plebē meam non plebem meam. Et alibi: Ecce conuertimur ad gentes & secundum hoc dicatur, quod illud relatiuum, quæ, quod præcedit, quæ peperit, &c. simpli

z De hoc require quod non omnis. in gl. in paradiso.

Hæretici possunt acquirere ecclesiæ.

Ecclesia est mater nr̄a.

l Sed cum tales.] i. mali. hic generātur per bonos mali.

a ¶ Spi-

a ¶Spiritales.] Et sic per bonos boni.
b ¶Vadunt.] Scilicet cum regenerantur.
c ¶Desistunt.] Scilicet cum catechizantur.
d ¶Quia non possunt.] Sicut pueri.
e ¶In nouam.] Infr. de conse. dist. 4. sicut.
f ¶Na-

permisti sunt bonis : sicut in area palea granis. H.
i ¶Palea est.] Ergo siue intus siue extra quod palea est, palea est, &c. sicut vsura non desinit esse vsura, licet in sortem conuertatur. C. de vsu. l. vlti.
K ¶Sine macula.] Supra dist. 21. quamuis su. 27. q. 1. nuptiarum. §. 1. & dic sine macula, id est sine mortali peccato. 24. q. 1. omnibus.
l ¶Desperandū est.] Sup. ea. q. 2. ancillam sup. 24 q. 3. corripiātur.

a Ad h c 23. q. 7. ca. 1. in fin.

ritales [a], quando euangelizantibus, vel baptizantibus carnalibus generantur: Lia quidem, vel Rachel iure coniugali eos, sed per ancillarem vterum parit. Cum vero per spirituales in Euangelio generantur boni fideles, qui vel vadunt, [b] in spiritualem effectum pietatis, vel eò tendere non desistunt [c], vel ideo non faciunt, quia non possunt [d]; sicut ex vtero Saræ Isaac, vel Rebeccæ Iacob in nouam [e] vitam, & nouum testamentum nascuntur [f]. Itaque siue intus [g] versari videantur, siue aperte foris sint; quod caro est, caro est; siue in arca [h] in sua sterilitate perseueret, siue occasione tentationis, tanquam vento extra tollatur; quod palea est [i], palea est: & semper ab illius ecclesiæ, quæ est sine macula [k] & ruga, vnitate diuisus est; etiam qui congregationi sanctorum in carnali obduratione miscetur. De nullo tamen desperandum est [l], siue qui intus talis apparet, siue qui foris manifestius aduersatur.

Gen. 16.

Ibidem c. 17.

Eph. 5.

¶Caput hoc confectum est partim ex tractatu 11. in Ioannem, partim ex libro primo de baptismo contra Donatistas, c. 16. & 17. atque inde nonnulla sunt addita & multa emendata.

α ¶Quæ autem.] *Hæc apud B. Augustinum sequuntur post vers. omnes scribentur, in cap. sicut in sacramentis. de consecra. distinctio 4.*

β ¶Aliquando Euangelizantibus.] *Sic emendatum est ex plerisque vetustis, & originali, & Eugyppo, tomo 2. p. 216. Antea legebatur*, quando Euangelizantur, & sacramentis, vel baptismatibus carnalibus generantur.

γ ¶Vel vadunt.] *Apud B. Augustinum, & Eugyppum legitur*, vel euadant in spiritualis ætatis affectum.

HIS ITA RESPONDETVR. Hęc est 2. pars quęst. in qua excusatur Abraham, quia præuenit legē, & quia erat præceptum ut relinqueret semen super terram, sicut olim faciebāt sacerdotes. Io. d Deo. & dic q sane loquebat magister: & bene soluit secundum Hu.

c ¶ Nunquam.] Hic habes φ verum sacramentũ baptismi nũquam in aliquo aboletur: vnde videtur, φ anima semel baptizata nũquam debeat iterum baptizari, & si millies quis resuscitaretur ad vitam. Sed quid de ordinibus? quid de possessionibus? quid denique de vxore Lazari? nunqd sunt ei omnia restituẽda? Item nunquid anima contrahit originale peccatum cum denuo applicatur carni? de originali dicit Hug non esse illud in suscitato: quia morte extinguitur. sed dignitates, & vxorem petere non potest de iure, de æquitate tamen si vacat ei est subueniendum. Gã. dicit no esse mortem vbi resuscitio sit se. uta, sed potius diuinam quandam vocationem: ideoq; nec matrimoniũ dissoluitur, nec cętera amittuntur [1] qđ aũt dicit Augu. non de naturali morte, sed de miraculosa intelligitur. Tu dic matrimonium morte dissolui, vt hic dicitur, cũ sit, quædã societas, quæ dissoluitur morte. ff pro so. cum duobus. §. idem respondit. mors aũt oĩa delet. in auth de nu §. deinceps. col. 4. idẽ dicẽdum de prælatura. Sed baptisma non deletur morte, vel aliquid aliud, in quo confertur gratia, vt ordo vnde resuscitatus non est denuo ordinandus: & est ratio, quia per baptismum copulatur immortale immortali, s. anima Deo: per matrimonium mortale mortali, scilicet corpus corpori: & ita dissoluitur morte sola. vnde dicit Baz. φ matrimonium non soluitur ingressu monasterij [2]: quia dicitur hic, φ sola morte soluitur

1 Sub. sed ad oia restituũtur quasi iure postliminij, ar. 16. q. 3. prima. Ar.

2 Alij cõtra vt no. 27. q. 2. de sponsa am. & c. seq.

¶Siue vir ab vxore, siue vxor à viro causa fornicationis discesserit, alteram habere prohibetur. C. III.

Apostolus [d] dicit: [His, qui sunt in coniugio, pręcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere [e]: quòd si discesserit, manere innuptam, aut reconciliari viro [f] suo.] Potest. n. fieri, vt discedat ea causa, qua Dominus permisit. Aut, si fęminæ licet virum dimittere, etiã præter causam fornicationis, & non licet viro: quid respondebimus de hoc, quod dixit posterius, [Et vir vxorem ne dimittat?] quare non addit, [excepta causa fornicationis,] quod Dominus permittit? nisi quia simi-

Sent. 4. dist. 35. Poly. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 208. Pann. l. 7. c. 2.

1. *Cor.* 7.

sa aut eam sibi reconciliet, aut contineat. In secunda parte quærit, quare hæc adiectio non est apposita. s. causa fornicationis, cum dicit apostolus: Et vir non dimittat vxorem suam: sicut dictum est ibi: Vxor non dimittat virum suum, nisi causa fornicationis. Et rñdet, ideo quia intelligitur repetita. In tertia parte ostendit φ fornicatrix non iubetur dimitti: sed permittitur. In quarta parte ostendit, φ si non põt aliam ducere, multo minus fornicari. Secunda pars incipit ibi, [Potest enim.] Tertia ibi, [Dominus autem.] Quarta ibi. [Idem de sermone.] Sequentia duo cap. plana sunt.

d ¶ Apostolus dicit.] In epistola 1. ad Corinth. cap. 7.

e ¶ Non discedere.] Nisi propter fornicationem.

f ¶ Viro.] Etiam inuito: maxime si non sunt separati iudicio ecclesiæ: immo & post sniam vsq; ad biennium põt eam sibi reconciliare inuitam, vt C. de adult. auth. sed hodie. Sed quid si postea maritus adulteret postquã sententia esset lata contra vxorem de adulterio? Dicũt omnes φ maritus tenetur eam recipere, vt extra de diuor. ex litteris, & extra de iureiur. tua, & extra de adul. tua,

Maritus per sniam ab vxore separatus: si postea adulteretur, an sit ei restituendas.

tua. quod vix credo, eo ꝙ nulla facta sit iniuria mulieri, vt inf. ea. quemadmodum, est. n. liberatus a mutua seruitute. nam cum illa mulier non possit induc testis super aliquo, cum sit damnata de adulterio, ergo nec ad accusandum admittitur 3. non enim potest dici, ꝙ suam iniuriam prosequatur, cum omnes ius sine & seruitutem quam habuit in viro, perdiderit, & præmissas decretales intelligo cum non fuit snia lata super adulterio, sed tantum de diuortio. multum enim refert an iudex ita sententiauerit, pnuncio te adulteratā: an sic pronuncio virū esse separandū a te. sic 2. q. 3. § notādum. Vel ibi iudex ex offi. so suo restituit virū mulieri 2. alias incōueniens esset, ꝙ snia a qua nō esset appellatū, & quę trāsiuit in rē iudicatam, pp delictum superueniens retractaretur. hoc aūt bñ concedo, ꝙ pp delictum superueniēs restituit seruitus prior, dummodo snia non præcesserit super adulterio si tñ factum fuerit publicū, vt ex. de diuor. significasti. Io. contrarium dixi in quæstionibus 1 p decr. illā ex litteris. & decre. significasti. nam illa decr. ex litteris expresse ponit hunc casum. B.

3 Ad hoc 15. q. 3. § 1.

2 Hanc sniā tenet Ioan. tā quā veriorē, ext. de diuo. c. de illa. Ar.

1 Incipit q. Coniugata quadā, &c. & est qō d[illegible] calis. Arch.

lem [a] formam vult intelligi; vt si dimiserit, (quod causa fornicationis permittitur) maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori? *& post pauca.* ¶ Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit.

α ¶ Apostolus dicit.] *Apud B. Augustinum in 1. lib. de sermone Domini in mōte, c. 26. legitur* sed consulamus Apostolum: nequid temere dicamus: (his, qui sunt in coniugio, inquit, pręcipio, &c.) *Apud Bedam vero. 1. Cor. 7.* His, qui sunt in coniugio, pręcipit per Apostolum Dominus vxorem, &c. *Multa vero & in hoc, & in sequentibus capitibus*, Fieri & Dominus *emendata sunt ex iisdem B. August. & Bedæ in locis indicatis.*

Beda 1. Cor 7.

Idem de sermone Domini in monte, lib. 1. c. 25.

C. IIII.

Iuo p. 8. c. 237.

Fieri potest, vt vir dimittat vxorem causa fornicationis: quam Dominus exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere conceditur, viuo viro, à quo recessit; neq; huic alteram ducere viua vxore, quam dimisit; multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra committere.

Cōcilio Africanum cap. 69. & Græcum c. 105.

Item ex concilio Mileuitano, c. 17.

¶ Ab vxore dimissus, vel dimissa à viro ad pęnitentiam redigantur; nisi aut continenter viuere, aut sibi reconciliari voluerint. C. V.

Matt. 19. 1. Cor. 7. — Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 15. Burc. l. 9. c. 64. Iuo p. 8. 200.

Placuit, vt secundum Euangelicam [b], & Apostolicā [c] disciplinam neque dimissus ab vxore, neque dimissa à marito, alteri coniungantur: sed ita maneant, aut sibimet reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam redigantur.

Beda 1. Cor. 7.

Item Augustinus libro 1. de sermone Domini in monte, cap. 25.

¶ Mæchatur, qui à viro dimissam ducere præsumit. C. VI.

Sent. 4. dist. 35. Iuo p. 8. c. 237. Pano. l. 7. c. 4.

Dominus ad illud confirmandum, vt non facile dimittatur vxor, solam causam fornicationis [d] excepit: cæteras vero vniuersas molestias, si quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri [e]. Et męchum dixit etiam virum, qui eam duxerit, quę soluta est à viro.

Item Hieronymus ad Amandum β *presbyterum.*

β ¶ Amandum.) *Sic in plerisque vetustis, nam in vulgatis erat,* Damasum. *Sunt autem aliqua in hoc capite emendata ex ipso originali, vbi glossa non obstitit.*

¶ Adultera probatur, quæ viuente viro alteri nubit. C. VII.

Poly. l. 6. tit. 4. Iuo p. 8. c. 239.

Omnes causa-

a ¶ Similem.] Ar. ꝙ ea, quæ præmittūtur in contractib. intelliguntur repetita in sequentibus, & quòd præcedentia determinant sequētia, vt hic, & ff. de ver. ob. Titia. & ff. de condit. & demon. auia. & ff. de ui. & tit. le. l. vlt. perfe. quentia similiter pręcedētia, vt 27. q. 2. egressus. & per mediū tam præcedens, quā sequens. ext. de app. secundo requiris. Itē huic uidetur contrarium ext. de app. inquisitioni. & ibi quęre solutionem illius brochardi.

Pręcedentia determināt sequentia.

b Placuit.] ¶ Euāgelicā.] Mat. 19.

c ¶ Apostolicam.] 1. ad Corinth. 7. & sup. c. prox.

d Domin⁹.] Causam fornicationis.] Sed quare Dñs constituit tantū propter hoc crimen eam dimitti, cū alia quædam sunt maiora, ideo quia cum ipsa in hoc non seruet fidem, non est ei seruanda: & ita punitur in quo deliquit 1. q. 4. § item peccato. Item quia fornicatio etiā vxoris maculat corpus 4 viri, vt sup. ea. q. 1. in coniugio. Itē est hic ar. ꝙ q unam causam excipit, intelligitur oēs alias inclusisse. ff. de euic. qui libertatis.

Fornicatio vxoris maculat corpus viri.

4 De hoc not. al. d. deinde. in gl. videt.

e ¶ Sustineri.] Arg. pro leprosis, & supra ea. q. 5. si vxorem.

Omnes.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. Apostolus vsus auctoritate Dñi in Euangelio expresse probat, ꝙ mulier nullam hēt excusationem, quæ viro.

dimisso & viua alij nubat, neque propter crimen primi viri, nec per violentiam secundi, nec per metū parentū vnde Dñs graue matrimonij sarcinā prohibet. Deinde tria genera eunuchorū subiungit. [Cautiones.] i. excusationes. a Omnes causationes.] i. actiones vel allegationes.

m ¶ Tenetur.] Lex carnis est reddere petenti debitum hac lege non tenetur virginitas. Vel non tenetur lege carnis, sed tantum de dono spiritus sancti.

Fidelis.] CASVS. Dicitur hic, quod si vxor virum relinquat propter fornicationem, & alium ducat, non debet

& no. de pœn. dist. 2. si enim. vers. necessitas. Arch.

b ¶ Nolo.] Idest, nolo quod excusationem mulieris alleges.
c ¶ Matris.] i. eam traditam a matre inuitam.
d ¶ Patris. Quia paterna scilicet voluntate sit factum.
e ¶ Propinquorum] idest, quod propinquorum caterua ad eam venisset.
f ¶ Sodomita.] Videtur ergo quod maritus posset dimitti propter opus sodomiticum, vt infra e. adulterij. vbi dicitur, quod illud crimē sit maius adulterio. Item quid dices si propriam vxorem polluit extra claustra pudoris, vel seipsum polluit proprijs manibus, nunquid ob hoc potest dimitti? Videtur quod sic: quia nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus & illicitus membrorum vsus cōtinetur, vt sup. e. q. 4. meretrices, & c. seq. quod Lau. concedit. Vix credo quod propter aliquid istorum vir possit dimitti, vt 35. q. 3. extraordinaria. Sed quid dices de voluntate fornicandi, cū & ipsa sit fornicatio, vt sup. q. 5. qui viderit? Nā corpore aliqua est corrupta antequam ueniat ad suum corruptorem, vt sup. ea. q. 5. proposito 1? Nō dico, quòd ob hanc causam possit dimitti, quia de occultis non iudicat ecclesia, vt 32. dist. erubescant & 6. q. 1. si omnia.

Maritus an possit dimitti pro opus sodomiticū.

1 Ibi est fictio canōis. Hug.

tiones [a] Apostolus amputans apertissime definiuit, viuente uiro esse adulteram mulierem, si alteri nupserit. Nolo [b] mihi proferas raptoris violentiam, matris [c] pręstationē †, patris [d] auctoritatem, propinquorum [e] cateruam, seruorum insidias, atque contemptum †, damna rei familiaris. Quamdiu viuit uir; licet adulter sit, licet sodomita [f], licet flagitijs omnibus coopertus, & ab uxore propter hæc scelera derelictus [g]; maritus eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hæc propria auctoritate decernit; sed Christo in se loquente Christi verba secutus est, qui ait in Euangelio; [Qui dimiserit vxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari: & qui dimissam acceperit, adulter est.] Vnde & Apostoli grauem coniugij sarcinam [h] intelligentes: [Si ita est, inquiunt, non expedit homini uxorem accipere.] Ad quos Dominus, [qui potest, inquit, capere [i], capiat.] statimque sub exemplo trium eunuchorum [k] uirginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis [l] lege tenetur [m].

† al. persuasionem] orig.
† al. & parentum contumelias.
Matt. 19

¶ *Post verba apud B. Hieronym. sequitur c. nō satis. 34. q. 1. & 2.*

Item ex concilio Eliberitano, c. 9.

¶ Mulieri fideli, quæ virum adulterum dimittit, alij nubere non licet. C. VIII.

Fidelis fœmina, quę adulterum maritum reliquerit fidelem [n], & alterum duxit †, prohibeatur ne ducat. Si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quàm is, quem reliquit, de sæculo exierit [o], nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

Burc. l. 9. c. 63. Iuo p. 8. c. 199
† duxerit] ot.

Item ex concilio Martini Papæ, [id est, ex cap. Martini Bracharensis, c. 80.]

¶ Ad pœnitentiam est cogendus, qui multis nuptijs copulatur. C. IX.

SI quis fuerit multis nuptijs copulatus [p], pœnitentiam agat. Conuersatio autem & fides pœnitentis tempus comprehendat [q].

Burc. l. 9. c. 26. Iuo p. 8. c. 158. & 332.

g ¶ Propter hæc scelera derelictus.] Ad hoc quod dixit adulter & sodomita retulit 2 se, non. n. propter aliam causam pōt dimitti. Vel derelictus de facto, vel dic. i. propter duplex genus fornicationis. 28. q. 1. idolulatria.
h ¶ Sarcinam.] Nam dicit lex quod matrimonium multis calamitatibus opprimitur, C. de impo. lucra. descrip. l. vlt. lib. 10.
i ¶ Capere.] Virginitatem scilicet. nam licet matrimonium graue, hoc grauius est.
k ¶ Trium eunuchorum.] i. trium generum eunuchorum. nam quidam sunt eunuchi propter naturalē frigiditatem, alij propter sectionem 3. alij voluntate, & isti pręferuntur. horum enim virginitas vitam redolet angelicam, vt in Exodo legitur.
l ¶ Carnis.] Pręter carnem viuere angelicū est. de his dictum est. l. eati qui castrauerunt se, &c. 33. q. 5. quis siti. & virginitas replet paradisum, sup. ea. q. 1. nuptiæ.

2 Hæc est vera sńia Im. Jo. de Fant.
Eunuchi sūt triplices.
3 Isti & præcedentes nō videtur mereri continēdo, & hoc per id qđ legit,

bet admitti ad communionem donec primus viuit, nisi forsitan in articulo mortis fuerit constituta. Vel aliter donec secundus viuit, quē reliquit. & qđ dicit ibi, [exierit,] Hoc est in eius actione, & vtrumq probabiliter dici pōt. seq capitulum patet. & quod ibi dicitur, [multis,] intellige eodem tpe. [Comprehendat] attento quanto tempore pœnitentiam agat vel fecerit.]
n ¶ Fidelem.] nam secus si infidelem propter fornicationem spiritualem dimitteret uolentem, &c. 28. q. 2. si infidelis.
o ¶ Exierit.] Hęc pœna statuitur in detestationē illius criminis: vt etiam post pœnitentiam non possit adulter cum adultera communicari. s. corpore Christi quamdiu primus vir viuat 4, nisi sit articulus mortis, vt de hoc notant sup. 37. q. 1. deuotam, & c. quæ Christo.
p SI quis. ¶ Copulatus.] Et dē tempore 5 de talibus enim loquitur hoc c. & 31. q. 1. de his.
q ¶ Comprehendat.] Idest, abbreuiet. 15. q. ul. hi qui. 82. dist. presbyter.

4 Hæc est fuit sńa Hug.
5 Sic etiam intelligit H. & I.

Qemad-

Qvemadmodum.] CASVS. Dicitur ꝙ sicut recte dici potest ignoranter quis peccat, licet minus quã scienter: ita recte quis dicitur peccare, qui pro fornicatione sua dimissa, aliam superduxit, licet minus peccet, quàm ille qui sine culpa sua dimissa aliam superduxit.

b ¶ Ignorantium.] Nam ꝙ per ignorantiam peccet quis expressum est. 24. q. 1. si quis dedit. Argu. contra. 15. q. 1. illa cauenda. sed ideo dicit illa cauenda, quæ ex voluntate, &c. quia grauiora sunt. Vel dic ignorantium ius vel quantitatem, vel qualitatem delicti, scientium tamen factum: aliàs si nullo modo scirent, vt infans vel furiosus, nõ peccant. sic soluitur contrarium 15. q. 1. aliquos. & c. illa.

c ¶ Minor.] Quia facto diuortio nõ tenetur ei ad mutuam seruitutem & ideo non videtur venire cõtra fidem coniugalem: & ideo facit alteri iniuriam. si enim post adulterium statim restituta esset prior seruitus, ergo tantum deliquit vt prius.

Diuortio facto non debet mutua seruitus.

SVNT ENIM. Hæc est secũda pars quæst. in qua dicitur, quòd maius peccatum in fornicatione est sodomiticum. Io. de Fant.

a ¶ Comprehendat.] *In originali, & apud Iuonem est*, compendiat tempus *Apud Burchardum corrupte*, compendit. *Et in concilio Neocæsariensi, c. 3. supra 31. q. 1. de his, vnde hoc sumptum est, legitur*, abbreuiat. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Item Augustinus de adulterinis coniugiis, lib. 1. c. 9.

¶ Qui ob fornicationem vxorem dimittit, & aliam ducit, mœchari probatur. C. X.

Iuo p. 8. c. 255.

QVemadmodum non recte [a] dici potest, si ergo nescit homo, non peccat (sunt enim etiam peccata ignorantium [b], quamuis minora, quàm scientium) ita non recte dici potest, ergo si causa fornicationis dimiserit vir vxorem, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam corũ, qui alias ducũt relictis propter fornicationem prioribus; sed vtique minor [c], quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt.

2 *Sunt enim in fornicatione gradus: ut sicut grauius peccat adulter; quàm fornicator: sic grauius delinquit, qui nec sua dimißa aliam ducit, eo, qui suam dimittens, aliam cognoscit: grauius quoque qui uxorem habens ad coniugem proximi sui accedit, quàm qui nõ habẽs vxorem, thorum alterius uiolat, uel uxoratus ad solutam accedens. Sed hos omnes incestuosi transcendunt, quos uincunt contra naturam delinquentes.*

Vnde Augustinus de adulterinis coniugiis.

C. XI.

Grat. 4. d. 38.
Iuo p. 9. c. 110.

ADulterij malum vincit fornicationem: vincitur autẽ ab incestu [d]. Peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concumbere. Sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam [e] fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale [f] est, est, in meretrice, damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius [g] in vxore [h]. Tantum valet ordinatio creatoris, & ordo creaturę vt in rebus ad vtendum concessis, etiam cum modus exceditur, longe sit tolerabilius, quàm in eis, quæ concessa non sunt, vel vnus, vel rarus excessus.

¶ *In multis vetustis caput hoc coniunctum est superiori: atque in eo referuntur verba B. Augustini hinc inde collecta, potissimum ex libro de bono coniugali, c. 8. 9. & 11. quem etiam librum, citat Iuo, & Magister.*

Item Ambrosius in libro de Patriarchis, lib. 1. de Abraham, c. 6.

ADulterij.] CASVS. In hoc c. distinguit Augu. diuersos gradus in fornicatione. vnde dicit ꝙ adulteriũ vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu, quia magis peccat incestuosus, quàm adulter. sed fornicatio cõtra naturam excellit omne genus adulterij: quæ execrabilis est in meretrice, execrabilior autẽ in vxore, tolerabilior autẽ fit vsus in rebus concessis ad vtendum (etsi modus excedatur) quã in nõ cõcessis, et si rarus sit vsus.

d ¶ Ab incestu.] Et sic uidetur ꝙ quilibet incestus sit maior adulterio, ut ff. de adult. si adulterium, §. primo.

e ¶ Cõtra naturam.] Quo casu malo uinci quàm vincere, supra 22. q. 2. in ipsa. um.

f ¶ Veniale.] Arg. cõtra H. qui dixit mortaliter peccari cum propria vxore cum exceditur modus, vt supra e. q. 4. origo.

g ¶ Execrabilius.] Argum. hic, quòd plus peccat qui iurat per Deum mendacium, quam qui iurat per creaturam mendacium, vt 22. q. 1. mouet.

h ¶ In vxore.] Sup. ea. q. 2. quidquid contra. ibi. de naturali, hic de extraordinaria commistione agitur, de qua dicitur 35. q. 3. extraordinaria.

† Sub. ꝗ non excusat, 18. d. qui e ff. de iu. & fa. igno. l. nec supina. ex tra de cler. excõ mini. ope. Arch.

duxit. Seq. §. pater, in quo nihil aliud dicit Gratia. nisi quia distinguit gradus peccandi in fornicatione, & ad hoc inducit seq. cap.

a ¶ Non recte.] Id est, non vere: & hoc de eo qui negligit scire. Et ita de ignorantia iuris vel facti supina †.

Oſt etc-

OFferebat.] CASVS. Sanctus Loth volēs præferre hospitalē gratiā pudori filiarū, proprias filias voluit prostituere: quia minus malum erat secundum naturā coire, quàm contra naturam delinquere.

a ¶ Offerebat.] sup. d. 14 quod ait. contra 15 q. 1. si quis in clero. Sed dic sanctus aliàs, vel quo ad zelū, qa volebat hospites illæsos seruari.

b ¶ Apud Barbaras] Fides hosti seruāda est. nā & hosti fides est seruanda, vt 23. q. 1. noli & hospes tenetur hospitem defendere. vnde & lex dat actionem contra eū. ff. nau cau l. 1. i prin. & dicetur in die iudicij. Hospes fui, & nō recepistis me, &c.

FLagitia.] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. quod flagitia i. quæ sunt contra naturam. sunt ab omnibus refutanda, & punienda. Nam si omnes homines morbo sodomitico laborarent, omnes pro peccato rei tenerent. nec enim homines si se abuti possunt quin societas contracta cum Deo violetur, peruersitate, id est, puerso ordine libidinis, scilicet in membris non concessis, nec licitis.

Notādum est, quod facinus dr a facio: & differt à flagitio. quidqd .n. agit indomita cupiditas ad corrumpendum animū & corpus suum. flagitium est: sed quidquid agit, vt noceat alteri, facinus est. Archid.

c ¶ Quę si omnes.] ar. quod ratione multitudinis uel consuetudinis non excusatur quis à culpa. arg. supra ead. quæst. 4. obijciuntur cōtra. Sed intellige in his, quæ sunt contra naturam. Quando quis propter multitudinē excusetur, habes de pœ. dist. 6. c. 1. in fin. & 44 distinct. comessationes.

d ¶ Quę cū Deo] De qua habes inf. de cō sec. d. 2. in Christo.

e ¶ Peruersitate.] Id est, ordine peruerso. grauius tamen puniunt leges hoc crimen quàm canones, vt extra de excess. prælat. clerici. C. de adul. cum vir. Et dicit Imperator, quod tale crimen pestilentias & tempestates inducit: in authen. ut non luxurientur contra naturam, in fin. sed qui puerum corrupit ad stuprum, morte punitur. inf de pę d. 1. qui puero.

Peccatū cōtra naturam pestilentias inducit.

VSus naturalis. CASVS. Dicitur hic quod est vsus naturalis, & non naturalis. quandoque naturalis est licitus vt in coniugio: quandoque illicitus, vt in adulterio: innaturalis semper est illicitus, & damnabilior adulterio & fornicatione vsu naturali facta.

f ¶ Arguebat.] In epistola ad Romanos.

g ¶ Dānabiliores.] Quod verū ē, vt su. e. adulterij.

NOn solū.] Hac est 3. pars q. in qua Isidorus detestatur crimen adulterij. Ioan de Faut.

CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima ostendit Isidorus quæ sit fornicatio carnalis. In secunda assignat triplicem spiritualem fornicationem, quarum vna consistit in idolelatria, alia in visu mulieris per concupiscentiam, alia omnis immunda pollutio. In tertia parte omnem fornicationē præ cęteris vitijs detestatur. nam qui quotidie & indiscrete fornicantur, sunt pecudibus comparandi. [Quædam.] Scilicet fęminæ.

¶ Minus est secundum naturam coire, quàm contra naturam delinquere. C. XII.

OFferebat [a] sanctus Loth filiarum pudorem. Nam etsi illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturam delinquere. Præferebat domus suæ verecundiæ, hospitalem gratiam, etiam apud barbaras [b] gentes inuiolabilem. Ivo p. 9. c. 115. Gen. 19.

Item Augustinus confessionum lib. 3. c. 8.

¶ Grauiora sunt flagitia, quæ contra naturam probantur. C. XIII.

FLagitia, quę sunt contra naturam, vbique & semper detestanda, atque punienda sunt: qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes [c] gentes facerent: eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo [d] nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate [e] polluitur. Ivo p. 9. c. 105.

Item contra Iouinianum, lib. 1.

Caput hoc neque in libro de bono coniugali, (quem contra Iouinianū se scripsisse B. Augustinus lib. 2. retract. c. 22. profitetur;) neque in libris contra Iulianum, quorum quintum citat Ivo, est inuentum. De his tamen flagitijs agitur lib. 2. de nuptijs & concupiscentia, ca. 19. & c. 20.

¶ Turpior, & flagitiosior est vsus contra naturam, quam fornicationis, vel adulterij. C. XIIII.

VSus naturalis & licitus est in coniugio, sicut illicitus in adulterio. Contra naturā vero semper illicitus, & procul dubio flagitiosior, atq; turpior: quē sanctus Apostolus & in fęminis, & in masculis arguebat [f]: damnabiliores [g] volens intelligi, quàm si in vsu naturali vel adulterando, vel fornicando peccarent. Ivo p. 9. c. 106. Rom. 1.

Item Isidorus lib. 2. de summo bono, c. 39.

¶ Omnis immunda pollutio fornicatio est, licet varia sint peccata fornicationis. C. XV.

3 NOn solum de commissa fornicatione peccatum [h] regnat in homine: sed, si adhuc [i] delectetur [k], atq; animum teneat [l], proculdubio regnat. Fornicatio carnis adulterium: fornicatio animæ idolorum est seruitus [m].

h ¶ Peccatum] Id est, peccati reatus: quia actuale peccatū transit actu sed remanet reatus originale econuerso de conse. d. 4. non ex quo.

i ¶ Adhuc.] inf. de cons. d. 2. quotidie.

k Delectetur.] su. d. 49. hinc etenim. versi ponderosius.

l ¶ Teneat.] Scilicet vt delectetur. nam tūc peccat mortaliter ar. dist. 81. valet, nam si ad hoc teneat vt doleat, nullum tale remedium sicut continuata memoria. de pœni. d. 3. Iudas.

m ¶ Seruitus.] Scilicet, ideo omnis, &c.

a ¶ A Deo.]

Peccata cardinalia sunt septem.

a ¶ A Deo.] Vt patet de Salomone sup. e. c. 4. Salomon. b ¶ Septem vitia.] Scilicet superbia, inuidia, ira, auaritia, accidia, siue tristitia, gula, pro qua ponitur hic fornicatio. Hæc sunt cardinalia. Alia sunt quasi ramusculi, de quibus habes 25. d. §. criminis. c ¶ Fornicationis.] Incestuose. Laur.

est similis modus loquendi sup. ead q. 6 nihil iniquius Multa. n. crimina sunt grauiora adulterio, s. vt homicidium, vt inf. prox. q. 2 si quod & incestus, sup. ea. adulterium, & sacrilegium, vt 17. q. 4. sicut & fractio voti continentiæ, vt 27. q. 1. nuptiarum. & generaliter vbicumque grauior pœna imponitur, vt 24 q. 1. non afferamus Vel dic maximum: quia maxima pœna punitur. i. morte, ext. de fur. c. 1. & 2.

Adulteria multa sunt grauiora 1 Ita gl. sing tur Alex. de Imo. in l. tiā figere, circa princi. C de transf. vbi ponit rōnem quare i adulterio trāsigi non pōt, quæ talis est sm Bart. in d. l. trāsigere. ex parte rei fre quentia criminis. arg. l. aut facta. in h. ff. de pœn.

† secundum q8 Matt 5

Est autem, & spiritalis fornicatio: de qua † Dominus ait: [Qui viderit mulierem ad cōcupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.] omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus & regnum Dei clauditur. & homo à Deo [a] separatur. ¶ Inter cætera septem vitia [b], vitium † fornicationis [c] maximum [d] scelus est: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollēs membrū Christi facit membrum meretricis. Sunt autem α quædā, quæ sicut animalia absque vlla discretione, indesinenter libidini seruiunt: quas ego nec mutis pecoribus compararem. Pecora enim cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam sui.

† al. fornicatio maximi est sceleris.

α Sunt autem.] *Hæc non sunt inuenta apud Isidorum: sed apud Origenem hom. 5. ad c. 19. Gen. & similia apud B. Hieronymum in c. 5. epistolæ ad Ephesios.*

Item ex epistola prima Clementis ad Iacobum.

¶ Adulterium secundum in pœnis obtinet locum.

C. XVI.

Sent. 4. d. 38. Iuo p. 8 c. 99. Pann. l 7. c. 21.

† Tex. est sim. in l propone bat. ff. de iud. & in l. hæreditatum. ff. ad legem Falcid.

QVid in omnibus peccatis adulterio grauius [e]? Secundum namque in pœnis [f] obtinet locum: quoniā quidem primum [g] illi habent, qui aberrant † à Deo, etiam si sobrie vixerint.

¶ *Locum hunc ex epistola Clementis citat Nicolaus primus in epistola omnibus archiepiscopis, & episcopis in regno Lotharij, quæ incipit.* Optaremus: *& extat Romæ in bibliotheca monasterij Dominicanorum.*

His auctoritatibus euidentissime monstratur, quòd quicumq; causa fornicationis vxorem suā dimiserit, aliā illa viuente ducere nō poterit: & si duxerit, reus adulterij erit.

4 ¶ *His ita respōdetur. Hæ auctoritates de ijs loquūtur, quorum continentiam carnalis infirmitas nō impedit, vel de his, qui præstantes causam dissidij, aliorum coniunctione se reddiderint indignos.*

Vnde Ambrosius super primam epistolam Pauli ad Corinthios, ad c. 7.

C. XVII.

Sent. 4 dist. 35. 1. Cor. 7

VXor à uiro nō discedat, nisi causa fornicationis: quod si discesserit; aut maneat innupta, aut reconcilietur

c ¶ Fornicationis.] Incestuose. Laur.
d ¶ Maximum.] Scilicet commune: vel maximum, quia habet sub se multas species. 28. q. 1. idololatria.

QVid in omnibus.] CASVS. Ostendit Clemens in hoc cap. esse graue crimen, cum secundum locum in pœnis obtineat. Et quòd sit graue crimen, probat per comparationem idololatriæ, quæ obtinet primum locum in prima tabula Quem, scilicet locum primum, & simplex est relatio. [Et grauius.] Hyperbolica locutio est.

e ¶ Grauius.] Hoc dicit ad detestationem criminis, & alias. Hic intelligit de infirmitate vxorum, quæ bene sanæ erant, & poterant reddere debitum: quia si non essent sanæ, possent contrahere cum alijs illis viuentibus. Et ad hoc inducit sequentia cap.

f ¶ In pœnis.] i. in prohibitionib. secūda tabulæ Mosi. In prima tabula conceptū. Non habebis deos alienos coram me. vel Non facies tibi sculptile. Nō assumes nomē Dei tui in vanū. Memento sanctificare diem sabbati. In secunda continentur septem. Honora patrem & matrem, quod matrem, nō occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuū falsum testimonium, non concupisces rē proximi tui, siue domū vel agrū, nec seruum, nec ancillam, nec vniuersa, quę illius sunt. Ergo error fidei prohibetur in prohibitione primæ tabulæ. Adulterium in tertio mandato secundę tabulæ, hoc est in secū da prohibitione.

g ¶ Primum.] Id est, in prima tabula.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Infert Gratia. ex supradictis, quod qui vxorem causa fornicationis dimittit. aliā ducere non pōt ea viuente. Postea rñdet magister allegando dicens, quod hæ auctoritates intelligun tur de his, quorum continentia non impeditur propter infirmitatē vxoris, vel qui dederunt causā dissidij, vt haberent

HIS ITA. Hæc est 4. pars q. in qua ponit duo cap. quæ de arctis loquuntur, & ideo non sunt contraria iuri. Io de Fan.

VXor a viro non discedat.] CASVS. Hoc c. abrogatum est, vel fuit a falsatorib. insertum. Alij dicunt quod iste non fuit magnus Ambro. Vel potest intelligi, quod viuo licet aliam vxorem ducere adultera præmortua.

Ca-

Casus autem c. facilis est. Casus similiter sequentis c. planus est, & per te videbis: & quod in eo continetur, concessit Greg. minor Anglicis præter ius commune. Alij intelligunt cap. hoc de permissione comparatiua, alij de arcta.

lier, fit nomen peccantis: sed tamen peccante superstite alter contrahere non potest, sed mortuo sic. delinquens autem si superstes extiterit, perpetuo continet. Et ad hoc inducit sequentia cap.

e ¶ Aduersum.] Nonne Leo quartus dicta Greg. minoris sine

uiro suo: & vir similiter non dimittat uxorem.] Ideo non subdit de viro, quod de uxore præmisit: quia uiro licet ducere aliam.

Gloss. ord. ad eū locum.

¶ In eo Ambrosii loco pluribus verbis hæc res exponitur: sed contrariam sententiam asserit B. Ambrosius lib. 1. de Abraham. cap. 4. & 7. quod refertur supra ead. q. 4. nemo. & in comment. ad ca. 16. Lucę, toto c. 1. libri octaui, cuius pars refertur infra 33. q. 2. c. am. quod.

Item Gregorius tertius Bonifacio episcopo, epist. 4.

¶ Licet ducere aliam viro, cui sua ob infirmitatem corporis debitum reddere non valet. C. XVIII.

QVod proposuisti, si mulier infirmitate [a] correpta non valuerit debitum uiro reddere, quid eius faciat iugalis: bonum esset, si sic permaneret, ut abstinentiæ uacaret: sed quia hoc magnorum est, ille, qui se non poterit continere, nubat [b] magis: non tamen subsidij opem [c] subtrahat ab illa, quam infirmitas præpedit, non detestabilis culpa [d] excludit.

Ivo p. 8. c. 54. Pann. l. 6. c. 118

¶ Epistola, ex qua capitulum hoc acceptum est, impressa extat tomo 3. conciliorum, & manuscripta in bibliotheca monasterij Dominicanorum: & quæ citantur infra 33 q. 1. c. quod autem. & c. sequenti, videntur esse huius Gregorij tertij.

¶ *Sed illud Ambrosii à falsatoribus dicitur insertum. Illud Gregorii sacris canonibus, immo Euangelicę, & Apostolicę doctrinæ penitus inuenitur aduersum [e]. Quidam uero sententiam Ambrosii seruare cupientes, non de qualibet fornicatione illud arbitrantur intelligi, ut ob quālibet fornicationem uir licite dimittat uxorem, & iuuente dimissa aliam ducat: sed de incestuosa tantum fornicatione intelligi: cum uxor uidelicet alicuius, patri & filio, fratri & auunculo uiri sui, uel alicui similium se constuprandam publice [f] tradiderit. Hæc autem, quia uiro suo se illicitam reddidit in perpetuum, dum per copulam consanguinitatis in primum, uel secundum, uel tertium gradum transit affinitas †; licite dimittitur, & ea uiuente super ducitur alia. Hic si quis contendat non magis uiro quàm mulieri licitum esse, si uir alicuius eodē modo fornicetur; sciat uirum ab Ambrosio appellatum non sexu, sed animi uirtute. mulierem quoq; nominatam sentiat non sexu corporis, sed mollitia mentis. Sed quia nulla auctoritate permittitur, ut uxore uiuente alia superducatur, intelligitur illud Ambrosii in supradicto genere fornicationis: non tamen, quòd uiuente dimissa, aliam ducere possit: sed post*

Sent. 4. dist. 35. Gloss. ordin. 1. Cor. 7

† al. affinitatis

a QVòd proposui sti.] Infirmitate.] i. arcta sup. q. 5. puto.
b ¶ Nubat.] Hoc Anglicis concessum est, vt dicit Greg. quia noui erant in fide, vt infra ead. §. quamuis. sed male, quia iste nō fuit Gregor. magnus, nec scribit Augustin. Anglorum episcopo, cui illa concessio facta est. 35. quæst. 3. quędam lex. Vel intellige, quòd loquitur de sponsa 1. & secundum hoc illud est cōsilium: non enim opē subtrahit. Vel intellige de dote ei restituēda, extra de donat. inter virum & vxorem. cap. 1. & 2 Vel loquitur de arcta, & illud erit consilium, non enim opem, &c. Sed contra hoc obijcitur extra de frigidis & malefi. consultationi. nam ibi dicit, quòd non inuenitur aliquis canon de arcta. sed certe bene inuenitur, sed non expresse. Vel intellige de iuuene, qui continere non potest, cui permittitur contrahere cum vna permissiua comparatione, ne ad plures accedat. simile infra prox. quæst. 2. si qd. Vel dic hoc abrogatū esse, vt dixit H. 2
c ¶ Opem.] Idest, dotem reddat.
d ¶ Culpa.] Argum. quod probat adulterio statim vir potest dimittere vxorem suam: & dotem lucratur. extra de don. inter virum & vxorem, plerumque.
SED ILLVD. Hæc est 5 pars quæst. in qua laborat magister pro solutione ca. & dicit, quòd incestuosi tantum post mortem vxoris possunt contrahere: & hoc probat per 6. c. quæ sunt restringenda ad ius commune. Io. Fant.

1 Scilicet de præsenti: sed hoc stare nō pōt, quia nisi sponsa transeat ad religionē, non pōt sponsus ea viua contrahere secūdum H.

2 Hic vide q̄ no. sup. e. q. 5. c. puto, in gl. 1. Arc.

CASVS. Soluit modo Gra. & dicit q̄ c. Gre. est abrogatum: c. vero Ambro. aut est a falsatoribus insertum, aut intelligitur de incestuosa fornicatione: ita quod hoc nomen, vir, sit nomine innocentis, hoc nomen, mu-

sine exceptione mandauit tenenda? vt 20. dist. c. 1. sed illud in alijs in quibus bene dixit. arg. 3. q. 1. filium.
f ¶ Publice.] Hic alludit Gr. distinctioni Alex. extra de diuor. si qua. & cap. porro, quæ est abolita 3 est, extra de eo qui cog. consang. vxo. suæ, discretionem. nec ponitur in noua compilatione.

3 Ista sunt verba Lau. q̄ ita loquitur: quia precedens decret. non fuit posita et in antiqua compilatione. Arc.

Quo-

Q Vædam.] CASVS. Dicitur hic, quod si frater cognouerit vxorē fratris sui scienter, ipsi adulteri perpetuo continebunt, sed frater innocens sua mortua aliam accipere poterit.
a ¶ Dormiuit.] Infra. 35. q. 2 si quis cum sup 27. quæst. 2. qui
c ¶ Sororibus.] Quarum vna erat vxor sua, & sic non est contra infra proxi. causa q. 1. si quis cum duabus.
d ¶ Duobus.] Quorum vnus erat maritus, & sic nō est contra infra proxi. causa q. 2 si quis cum.
e ¶ Consobrinam.] Id est, filiam materteræ, Vel dic aut, pro id est, filiam auunculi. supr. ead. q. 1 de Benedicto.
f ¶ Priuignam.] Propriam sed de hac præmiserat Vel intellige priuignam auunculi de alio progenitam vel de secundis nuptijs, vt 35. q. vlt fraternitatis
g ¶ Eos.] Scilicet adulteros, vt inf. eo. §. quamuis vel viros, vel vxores.

mortem fornicarij, vel fornicariæ quorum vterque, vt supradictum est, à corruptione luxuriæ mulier appellatur ille, qui à fornicatione mundus est, uir uel mulier aliis copulari possunt: adulteri autem, si superuixerint, nullo modo aliis copulari poterunt.

Sic & illud intelligitur, quod in capitulo cuiusdam concilii legitur.

¶ Licitum coniugium non negetur illi, cuius vxor cum suo fratre dormierit. C. XIX.

QVædam cum fratre viri sui dormiuit [a] decretum est, vt adulteri nunquam coniugio copulentur: illi vero [b], cuius vxor stuprata est, licita coniugia nō negentur.

5 cap. c. 101. ¶ *Simile legitur lib. 5. capitularium, c. 19.*

Sic & illud Moguntinensis concilii intelligitur.

¶ Disiunguantur, & nunquam coniugio copulentur, qui quodlibet infra subiectorum admiserint. C. XX.

Burc. l 17. c 9. Iuo p. 9. c. 71. & 77. Pan. l. 6. c. 121.

SI quis viduam vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus [c], aut si qua cum duobus [d] fratribus, seu cum patre & filio, si quis relictam fratris, si quis neptam, aut nouercam, aut nurum, aut consobrinam [e], aut filiam auunculi, aut eius relictam, aut priuignam [f] pollueri; eos [g] disiungi, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.

¶ *Sensus huius capitis est in concilio primo Moguntino, c. 56. & 2. sub Rabano, c. 29. & lib. 5. capitu. c. 101. vbi etiam pleraque eadem verba habentur.*

In cōc. Vormaciensi, c. 63.

Item.

¶ Sororem vxoris polluens neutram habere valet. C. XXI.

Sent. 4. dist. 34. Burc. l. 17. c. 3. Iuo p. 9. c. 69.

QVi dormierit [h] cum duabus sororibus, & vna ex illis antea vxor fuerit; neutrā [i] ex ipsis habeat: nec ipsi adulteri vnquam in coniugio [k] copulentur [l].

Item illum Gregorii.

¶ Causa adulterij vxorem relinquens continentiam seruet. C XXII.

† al. His — Sent. 4. dist. 34. Poly. l. 6. tit. 4.

HI † vero, qui vxores suas in adulterio [m] deprehendunt [n], non licebit nec eum, nec eam, aliam vxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo viuunt [o]. Si autem adultera mortua fuerit; vir eius, si vult, nubat, tantum in Domino: adultera [p] vero nunquam, etiam si mortuus fuerit vir eius: omnibus tamen diebus vitæ suæ acer-

h QVi dormierit su. 27. q. 2. qui dormierit.
i ¶ Neutrā.] Quia in se debitum non exiget ab ea, & ita non habet eam, habetur tamen ab ea: quia ipsa petente tenetur ei reddere debitum. & ita non habet, sed habet; nec distinguo an fuerit occultus incestus, an manifestus vt extra de eo q cog. consan. vxo suæ discretionē. De hoc notaui 27. q. 2. qui dormierit.
Vir q̄nque habetur ab vxore: & nō habet eam.
† Tali incestuoso, & adultero vxor nō debet debitū reddere, imo pōt ie auctoritate Dñi denegare. 32. q. 1. dixit. nisi & ipsa à tali primo debitum exigat quia postea videt facta reconciliatio tacite: vnde de cętero nō habet q̄d obijcere possit, vt extra de adulte. si vir. extra de cōiu. le. proposuit. & c. vlt. extra de eo. qui du. in ma. uemens Arch.
k In cōiugio.] 27. q. 2. si quis cum duabus. contra. sed ibi soluitur.
l ¶ Copulentur.] Etiā alijs: quia aliter non esset quæstio.
HI vero.] CASVS. Dicitur hic, quòd si quis vxorem suam in adulterio inuenerit, & eam propter hoc dimiserit; donec ambo viuunt, contrahere nō poterunt: sed vir post mortem vxoris aliam ducere pōt. illa si superstites fuerit, sub perpetua pęnitentia cōtinebit. Vel dic nec eum nec eā, id est adulterum & adulteram sed prior expositio verior videtur, id est, maritū & adulteram.

a qui dormierit.
b ¶ Illi vero.] Omnia ista cap vsque ad §. quamuis. legendi per c. hi vero. quod est glossa omnium, quæ omnia inducuntur ad probandum, quod incestuosi non possunt matrimonium contrahere.
SI quis viduam CASVS. Dicitur hic quod si quis adulterat cum aliquo uel consanguinea, perpetua cōtinentia ei debet indici. seq cap planum est, & habuisti sup. 27. q. 2. qui dormierit, & ibi inuenies expositionem.
m ¶ In adulterio.] Scilicet incestuoso. nam quod alij adulteri contrahere possunt, habes 31 q 1. c 2.
n ¶ Deprehendunt.] Et nolunt eas de cętero habere in coniugio.
o ¶ Vi[illegible] hoc determinantur omnia hæc cap. post [illegible] cum adulterantis licet alij contrahere ante [illegible]
p ¶ Adultera.] Supra prox q. 1 si quis contra. supra. ea. q. Apostolus. contra Ex illo colligitur quod mortuo viro

fornicatore, adultera possit alteri nubere, sed qualiter hoc soluetur, supra determinatum est 31.q.1.si quis.

a ¶ Pœnitentiæ] Interioris, quę dicitur continua memoria de pœni.d.4 Iudas.

Concubuisti.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis concubuit cum sorore uxoris suæ, neutri debet de cætero commisceri. vxor vero si conscia sceleris non fuerit, & post mortem eius nubat cui vult. adulter vero, & adultera sine spe cōiugij permanebunt in pœnitentia.

b ¶ Neutrā habes.] Habebis tamē ab ea, vt notaui supra ead. qui dormierit.

c ¶ Conscia.] Tanquam lena: quia procurat vt adulteretur supra e.q.1 c.1.

d ¶ Si se continere.] Vel si manifestū est viri adulterium, & eum non corrigit. Et est argumen. ad quæstionem de medico, qui cognouit vxorē patientis ex dissolutione viri, vel dissimulatione viri, vel persuasione 1.

ADDITIO. Scilicet quòd post mortem mariti possit contra here medicus. Io. de Fant. Et dic quod si vir persuasit, non potest ei obijcere: quia obstat ei exceptio, mulier tamen male fecit secundum Bar. Prix. Quod dic vt plene disputauit in sua quæstione dominicali, quę incipit Cum quidam grauiter ægrotaret, & c. vbi soluit.

1 Adde ad hāc gl. no. in l.2.§ si pu blico. ff. de adul gl. in l. cui. mulier. ff. solu.matr.

e ¶ Nubat] Post mortem mariti, vel eo viuente, si erat tantum sponsa de futuro. ex tra de iureiur. quemadmodum.

Vagatur Grat. pro solutione illius cap. supr. ead. quod proposuisti. & cum non inueniat, somniando attribuit S.Grego. minori, quod egregius doctor S. Grego. maior scribit Aug. 35.q.3. quadam lex. sed hic casus reprobatus est supra.

K ¶ Ina-

rimæ pœnitentiæ [a] lamenta persoluat.

Item ex decreto Zachariæ Papæ.

¶ Neutram habeat, qui sororem vxoris polluit.

C. XXIII.

Concubuisti cum sorore vxoris tuę? si fecisti, neutrā habeas [b]: & si illa, quæ vxor tua fuerit, conscia [c] sceleris non fuit, si se continere [d] non vult, nubat [e] in Domino cui velit. Tu autem, & adultera sine spe coniugij permaneatis: & quamdiu vixeritis, iuxta præceptum sacerdotis pœnitentiam agite. Sent. ibidem. Burc. l.19.c.5. fol.273.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ Cum nouerca, vel filiastra, vel sorore suæ vxoris dormiens ad coniugium peruenire non poterit: viris tamen earum legitima non negantur coniugia.

C. XXIIII.

SI quis cum nouerca sua dormierit; neuter ad coniugiū potest peruenire: sed vir [f] eius potest, si vult, aliam accipere, si se continere non potest. Similiter [g] si quis cum filiastra sua, vel cum sorore vxoris suę dormierit, obseruandum est. Ex conc. apud Vermerias. Burc. l.17.c.11.

Quamuis illud, quod in fine Moguntinensis [h] concilij ponitur, à nonnullis non de legitime coniunctis, sed de fornicariis dictum intelligatur: videlicet, vt fornicarii discedant ab inuicem, & sine spe coniugii permaneāt, Illud vero [i] Gregorii ad Bonifacium, Anglicis [a] pro tempore permissum est: quibus B. Gregorius in quarta, & quinta generatione coniugia contrahi permisit: aliàs autem inane [k] esset, cum Augustinus dicat in libro de sermone Domini in monte: [Si vxorem [l] quis habeat, sterilem, &c.]

Item Nicolaus ad Carolum Moguntinēsem episcopum. sup. ea. q.5 si vxorem.

a ¶ Anglicis.] *Vere hic auctor glossæ animaduertit Gratianum quod Gregorius tertius scripsit ad Bonifacium legatum Germaniæ pro causis Germanorum, retulisse ad ea, quæ multo ante S. Gregorius primus scripserat ad Augustinum Anglorum episcopum, dispensando cum Anglis ad fidem nuper conuersis super gradibus consanguinitatis, & affinitatis. & habetur infra 35.q.2. & 3. c. quædam lex. & q.5. c. ad sedem.*

¶ Ob infirmitatem, vel damna corporis, coniugia solui non licet. C. XXV. L.2.sent. Pauli tit.19. in interpretatione legis 4. io Cod. Theo.

6 HI, qui matrimonium sani contraxerint. & vni ex- Sent.4.d.34.

Si quis cum nouerca.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis cū nouerca sua adulteratur, tam ille quàm illa perpetuo contineant: vir vero vxore sua mortua aliam accipiat. Idem in similibus.

f ¶ Sed vir.] Post mortem vxoris, supr. ea. hi vero qui.

g ¶ Similiter.] Sed contra inf prox. q.2. si quis cum duabus. sed hic rigor, ibi mia, vel hic vna erat vxor, ibi nō.

QVAMVIS. CASVS. In hoc §. G. primo determinat finem illius c. si quis vidua. Secundo de[illegible] illud c. quod proposuisti. & vtrumque male, [illegible] Ben. & H. Casus autem. §. satis patet & per te [illegible] quia in uenit G. aliam solutionē ad illud ca. quod proposuisti.

2 Conc. gl. in l. recusari & no. in l. Clodius. ff. de acq. pos.

h ¶ Moguntinensis.] Supra ea. q. si quis virum.

i ¶ Illud vero.] Quādoq; bonus dormitat Homerus 2.

K ¶ Inane.] Non est inane, sed tolerabilius vt quis infirmitate carnis ad vnam, quàm ad plures diuertat: quæ ibi permittuntur. argum. infr. proxi. causa. q. 2. si quod verius est.

l ¶ Si vxorem.] Sup. ea. q.5. si vxorem.

HI qui.] Hæc est 6. pars q. in qua dicitur, quod furiosi non possunt contrahere. sed si ante furiam contraxerunt, tenet matrimonium. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, quod si duo sani matrimonium cōtrahant, & consentiant, pro nulla infirmitate superueniēte debet separari. Sequens cap. patet cum sequēti §. & ad probandum quod dicitur in §. inducit sequens cap.

Aus. l.10. c. 17. Burc. l.9.c. 28. Pet. l.6. tit.4. Iuo par. 8.c. 166. Pann. l.6. c. 93.

a ¶ Non

a ¶ Non possunt.] Argum. si res peruenit ad eum statũ, &c. arg. ff. de iti. actuq; priu. l. 1. quod enim recte actum est, corripi non potest, &c. 1.
b ¶ Aut membris.] Hic idem repetitur.
c ¶ Exsecti.] De istis castratis quidam sunt castrati, quidam caste nati, i. frigidi, & isti non possunt contrahere, infra prox. quæst. ... si vero. Alij castrati s. spadones bene possunt. arg. 27. q. 1. nuptiarum inf. prox. q. 5. quod Deo, ff. de iure do. si serua § si spadoni. Alij dicunt melius, q nec isti possunt contrahere, cum cognoscere vxorem nõ isti possunt, & exiguntur in matrimonio tria bona re, vel spe. 27. q. 1. omnis Vel dicas, q si habet virgam arrectam, siue resoluat sperma siue non, q fit ibi matrimonium, nam talis satisfacit mulieri, sicut mulier satisfacit viro siue resoluat siue non: nec requiritur, q semper in matrimonio sit filiorum procreatio: quia sufficit, quòd non euitet prolem vt supr. ea q. 2. solet.
d ¶ Neque furiosus neque furiosa.] Quia non possunt consentire, arg. 15. quæst. 1. aliquos possunt tamen si habeant dilucida interualla, vt extra de spon. dilectus, argu. 7. quæst. 2. quamuis. alias nõ valet. 27. quæst. 2. sufficiat. 17. q. 2. Gonsaldus.

a Quod le. & no. su. 2. q. 7. si quis omnẽ. in prin.

Castrati an possint matrimonium contrahere.

duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit; ob hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt [a]. Similiter sentiendum de his, qui ab aduersarijs excœcantur, aut membris [b] truncantur, aut à Barbaris exsecti [c] fuerint.

Item Fabianus Papa.

¶ Furiosus, & furiosa matrimonium contrahere non possunt. C. XXVI.

Bur. l. 9. c. 30. Iuo p. 8. c. 4. 168. Pan. l. 6. c. 93. Paulus ibidem Sent. ibidem. Poly. ibid. Ans. l. 10. c. 28.

Furiosus cõsensus caret.

NEque furiosus, neq; furiosa [d] matrimoniũ contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur.

7 *Vt ergo ex præmissis colligitur, nõ licet huic, dimissa vxore, aliam ducere. Manet enim inter eos quoddam vinculum coniugale, quod nec ipsa separatione dissoluitur.*

Vnde Augustinus ait in libro de bono coniugali, c. 7.

¶ Sterilem vxorem dimittere, & causa fœcunditatis aliam ducere alicui non licet. C. XXVII.

Iuo p. 8. c. 254. Pan. l. 6. c. 28. & 105.

TAntum ualet illud sociale [e] uinculum coniugum, vt cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset [f] enim homo dimittere sterilem uxorem, & aliam [g] ducere, de qua filios habeat: & tamen non licet. *Item c. 15.* ¶ Manet vinculum nuptiarum, etsi proles, cuius causa initium est, manifesta sterilitate nõ subsequatur: ita, ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen vel ipsa causa filiorum, atque alijs copulare non liceat. Quod si fecerint; cum eis, quib⁹ se copulauerint, adulterium committunt: ipsi autem coniuges manent. Plane vxoris uoluntate adhibere aliam, unde communes filij nascantur vnius commistione, ac semine, alterius [h] autem iure, ac potestate, apud antiquos [i] patres fas erat. Vtrũ & nunc fas sit, temere † [k] non dixerim.

† al. non temere dixerim.

Idem libro primo de nuptijs, & concupiscentia, c. 10.

¶ De eodem. C. XXVIII.

Sent. 4. dist. 31. Iuo p. 8. c. 12. Pan. l. 6. c. 74.

VSque adeo manent inter uiuẽtes semel inita iura nuptiarum, ut potius sint inter se coniuges, qui ab alterutro separati sunt, quàm cum his, quibus alijs adhæserũt. *Et paulo post.* a ¶ Manet inter uiuentes quoddam uinculum coniugale: quod nec separatio, nec cũ altero copulatio possit auferre: manet autẽ ad noxam criminis, non ad uinculũ fœderis: sicut apostata anima uelut de coniugio Christi recedens, etiam fide perdita sacramẽtum [l] fidei nõ amittit, quod lauacro regenerationis accepit. Redderetur .n. proculdubio redeunti, si amisisset abscedens. Habet [m]

a Simile 3. q. 6. hęc qppe. ver. nam cũ, &c.

VT ERGO. Hæc est 7. pars quæstionis, in qua redit ad propositum principale. s. ad ostendendum, q altero viuente, non potest alter contrahere. Ioan. de Fant.

TAntum valent.] CASVS. Dĩ hic q tam forte est vinculum matrimonij, vt quamuis causa prolis contrahatur, tñ pro sterilitate nõ separatur: immo si aliam causa prolis superduxerit, adulterium erit, etsi vera vxor consentiat: quãuis apud antiquos patres obtinuerit aliter. Bene.

e ¶ Sociale.] i. matrimonium, quod duos sociat. Et est argum. q causa cessante non cessat constitutio, vt sup ead. q. 1. dicit, sup. 61. distinct. § his omnibus. contra. Sol. hoc & illud non tangunt se. nam ibi causa appellatur, pro qua excludenda aliquid constituitur, vt ibi, ff. de postu l. 1. § sexum. hic vero appellatur pro qua habenda matrimoniũ contrahitur.
f ¶ Posset.] De facto s.
g ¶ Aliam.] Sup. dis. 56. Vnmacl.
h ¶ Alterius.] Scilicet vxoris.
i ¶ Apud antiquos.] Sup. ea. q. 4. dixit.
k ¶ Temere non dixerim.] Melius est pie dubitare, quàm temere diffinire Dic temere nõ dixerim, idest, nullo modo dicam: quia temerarium esset dicere, & sic sentire.

VSque adeo.] CASVS. Dicitur hic, q manet character matrimonij, & vinculum coniugale, etiam si diuortium interueniat, sicut manet character baptismatis, etsi apostatando a christiate recedat.
l ¶ Sacramentum.] Idest, characterem.
m ¶ Habet autem hoc.] Sup. 2. q. 1. quod quidam, supra 32. q. 1. scimus.

3 De hoc. 33. q. 4. quid faciet. Arch.

Cum

autem hoc, qui recessit, ad cumulum supplicij, nō ad meritum prçmij.

a ¶ Et paulo post.] *Apud B. Augustinum hic interijcitur, c. denique. supra 31.q.1. Addita vero nonnulla sunt, & emendata in hoc capite ex ipso originali, quemadmodum & in præcedenti.*

QVÆSTIO VIII.



Cum itaque [a] probatum sit, quòd hic vxorem suam dimittere, & aliam ducere non potest; quæritur, si liceat ei hac conditione peccare, vt infidelem ad fidem adducat. Quod non posse fieri Augustinus affirmat in libro primo de adulterinis coniugijs, c. 24. ita dicens.

¶ Non debet aliquis à continentiæ voto recedere, etiam si infidelis Christianam se fieri polliceatur. C. I.

Non solum mœchandum non est (quod facit nō quidam [b] sed, omnis, qui dimittit uxorem suam, & ducit alteram [c], etsi propterea duxerit, ut faciat Christianam:) sed etiam quisquis non alligatus uxori continentiam Deo uouerit; nullo modo debet ista compensatione [d] peccare, ut ideo credat uxorem sibi esse ducendam, quia promisit [e], quæ nuptias eius appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam, antequam uouisset, licebat, cum id se nunquam facturum uouerit; non licebit: si tamen id uouerit, quod uouendum fuit, sicuti est perpetua uirginitas, uel post a experta connubia solutis à uinculo coniugali, uidualis castitas, seu ex consensu uouentibus †, & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus fidelibus, castisque coniugibus (quod alterum sine altera, vel alteram sine altero uouere fas non est) iugis continentia. Hæc ergo, & si qua alia sunt, quæ rectissime uouentur, cū homines uouerint; nulla conditione [f] rumpenda sunt, quę sine ulla conditione [g] uouerunt.

a ¶ Vel post.] *Hic locus in vulgatis B. Augustini codicibus, & etiam apud Iuonem vsq. ad ver.* Hæc ergo *paulo aliter habes.*



Cum itaq.] CASVS. Hic proponit 8. q. quia quæritur, an liceat ducere infidelē sub ea conditione, vt conuertatur: & certum est quòd non, propter imparē cultum, vt sup. 28. q. 1. decimæ. sed sponsalia, vt dicit H. ea conditione contrahi possunt, vt 28. q. 1. non oportet. idem etiam posset dici in matrimonio, licet H. contradicat. Sed q̄a hæc quæstio determinata erit, ideo ponit aliam quæstionem, s. an liceat alicui peccare vt infidelem ad fidem conuertat: & dicendum est q̄ nō, vt in c. seq.

a ¶ Cum itaq.] Hęc fuit 8 quęstio, an liceat ducere vxorem infidelem sub ea conditione, vt conuertatur? Et certum est q̄ pure non potest contrahere cū ea, vt 28. quæstio. 1. c. caue, &c. nō oportet. sed omisit magister quæstionem illam, quam posuit superius in themate: quia determinata erat sup. 28. q. 1. non oportet & ponit aliam, quæ similiter determinata est 14. dist. quod ait.

Non solum.] CASVS. Dicit hic, q̄ si fidelis vxorem suam fidelem dimittit, & paganam superducit hac cōditione vt baptizetur, manifestum est eum mœchari. Nam & si solutus esset ab vxore, & votum emisisset, sub ea conditione: sibi contrahere non liceret, cum votum debeat adimplere: sed si absolutus fuisset, hoc ei ante votum facere licebat: sed votū factum nulla conditione rumpetur, cum sine conditione fuerit emissum.

b ¶ Quidam.] Cognoscendo aliam non dimissa sua.

c ¶ Ducit alteram.] Mœchatur.

d ¶ Compensatione.] Arg. q̄ in illicitis compensatio nō debet admitti, vt 33. q. 5. si dicat. 1 q. 1. non est putanda. 22. q. 1 primum. & c. ne quis. & c. faciat. sup. distin. 40 si euangelica. 14. dist. quod ait.

e ¶ Quia promisit.] Hic, collige, quòd licet interdum sub conditione contrahere, vt supra 28. quæst. 1. non oportet.

f ¶ Conditione.] Ex hoc vr, quòd nunquam sub intelliguntur conditiones in iuramento: quod falsum est, vt notaui sup. 27. q. 2 [illegible] 3. quia generales intelliguntur, & si non speciales, vt si Deus voluerit, si vixero si potero 1. sed speciales non intelliguntur nisi exprimantur, vt si hoc fecerit, vt C. de cond. ob turpem cau. l. repetendi. ff. de verbor. oblig. l. quidquid. nisi vbi lex permisit aliquid tacite agi inter contrahentes, tunc enim illud pro expresso habetur, vt ff. si certum pet. cum quid, ff. de verbor. oblig. triticum. quandoque lex ipsa speciales conditiones subintelligit, vt in stipulatione dotis subintelligitur hæc, si nuptiæ fuerint secutæ, vt ff. de iure do. stipulationem. & hoc si non immoderatum quid præcipitur, vt ff. de oper. lib. si libertus. extra de iureiur. Quintauallis.

g ¶ Conditione.] No. arg. a contrario sensu, subaudiuntur, & aliæ conditiones, vt dixi 27. q. 2. §. 1.

Mulier infidelis an possit duci sub ea conditione, vt conuertatur.

Cōditiones aliquæ sunt in iur[illegible] intelligendæ.

1 No. h. c. H. q̄ si quis fecit votū carnib. non edēdis, & infirmetur: ita q̄ est in periculo nisi vescatur carnibus q̄ aliter euadere nō pōt: de præcepto maioris pōt comedere carnes: quia casus est necessitatis & in h[uius]mōi voto tacita inest conditio. s. nisi necessitas cogeret vel pręceptū maioris accederet. Arch.

Iuo p. 8. c. 93.

† al. vincentibus.

Qui


Vidam vir.] CASVS. Post matrimonij impedimenta expedita superius, supponit Gratianus causam trigesimam tertiam, in qua tractat de impotentia coeundi & de enormitate delicti, & de tempore feriatum; & alia quæ- cedit ex animo, vt in furioso, vt sup proxi. q 7 neque furiosus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in maleficiato & frigido, vt inf ead. c. 1. 2. & 3. Tertia prouenit ex vtroque, vt in puero: quæcunque autem impossibilitas sic non impedit matrimonium contractum & consummatum, sed bene contrahendum, vt inf eo §. & c. sequentibus. In puero autem nō impedit contrahēdum, vt 31. q. 2. si verò. Probat ergo in hoc §. auctoritate Euangelica & Apostolica, quòd impossibilitas nō dirimit matrimoniū, cum sola fornicatio dirimat. postea soluit dicens, quòd impossibilitas, dirimit matrimonium non consummatum, sed consummandum: & ad hoc inducit sequentia cap.

CAVSA XXXIII.


Vidam vir [a] maleficiis impeditus, vxori suę debitū reddere nō poterat. Alius interim clanculo eam corrupit: à viro suo separata, corruptori suo publice nubit: crimē, quod admiserat, corde tantum Deo confitetur: redditur huic facultas cognoscendi eam: repetit vxorem suam: qua recepta, vt expediti orationi vacaret, & ad carnes agni [b] purius † accederet, continentiam se seruaturum promisit: vxor vero consensum nō adhibuit.

† al. purius

1 *Hic primum quæritur, an propter impossibilitatem coeundi, a viro suo aliqua sit separanda.*

2 *Secundo, an post separationem ei nubere valeat; cum quo prius fornicata est.*

3 *Tertio, si sola confessione [c] cordis crimen possit deleri.*

4 *Quarto, si tempore orationis quis valeat reddere coniugij debitum.*

5 *Quinto, an vir sine consensu vxoris continentiam vouere possit, vel si minis, vel terroribus licentiam vouendi ab ea extorquere valeat.*

QVAESTIO I.


Vòd autem [d] propter impossibilitatem reddendi debitum mulier a viro suo separari nō possit, auctoritate Euangelica, & Apostolica [e] probatur. Sic n. Christus ait in Euangelio: [Nulli licet dimittere vxorem suam, nisi causa [a] fornica-

Matt 19 su. 28. q. 1. c. Idololatria, §. Item & infidelitas

d ¶ Quod autem] Hic depingitur 1. q. an scilicet impossibilitas coeundi separet matrimoniū. Et nota quod est triplex impossibilitas, impossibilitas ex aio, vt in furioso, sup. proxi. q. 7. neque furiosus. Alia quæ procedit ex corpore, vt in frigido & maleficiato, inf. e c. 1. 2 & 3. Tertia prouenit ex vtroque ut in puero, vt 30 q. 2. Vel sic distinguas alia est natura lis impotentia, vt frigiditas: alias accidētalis, vt maleficium & quæcunque sit impotentia, si matrimonium præcessit illā, ita quod effecti sunt vna caro: pp nullam causam superuenientem potuit separari, vt sup. prox. q. 7 hi quod

Impossibilitas coeund. est triplex. 1 No extra de frig. & malefi. cap. vlti. in fi. a Dic quod hoc trienniū extra de frig. & malefic. litteræ. in fi. Sed quid si vir. vadit ad sanctum Petrum, & stat per tempus, nunquid illud tempus computabitur in illo triennio? Dicit Gul. Naso, quod non. arg extra de concess. præ. quia diuer si tatem, sed adhuc simul cohabitabūt per tātum tēpus. si. 2 q. 7. anteriorum. §. ad hoc. extra de eo, qui mit in pos. cum sicuti. & in præd. dec. litteræ cū ex iusta causa fuerit absens extra de of. delega consultationib. Arch.

la quædam annectit. Vt autem hęc & alia faciat, præmittit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

a ¶ Quidam vir.] Tractauit Gratianus supra de impedimento matrimonij, quod procedit ex animo, & etiam de eo quod procedit tam ex animo, quam ex corpore coniunctim: nunc tractat in causa ista de eo quod procedit tantum ex corpore. tractat etiam de quibusdam alijs impedimentis, vt de frig. & malefi. c. 1. & 2. & de enormitate delicti, vt inf. q. 2. de his, & sequentib. & de tempore feriatum, vt inf. q 4 per totum.

b ¶ Agni.] Idest, Christi, de quo dicitur ecce agnus Dei. de consec. dist 4 nemo.

c ¶ Confessione.] Idest; contritione.


Vod autem] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima quarum probatur quòd frigiditas separat matrimonium. Secunda ibi. [Hoc autem.] Tertia ibi: Ecce quod impossibilitas.] Ioan de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 1. qō in qua quæritur, an impossibilitas coeundi separet matrimonium. Et distingue quòd est triplex impossibilitas. Vna q procedit ex animo, vt in furioso ... matrimonium. nisi pp fornicationem, vt sup. prox. q. 1. dixit. vbi vero impedimentum præcessit matrimonium, refert vtrum sit perpetuum quia tunc separari possunt, arg. inf. ea. si per sortiarias, si temporale, nequaquam. Et non quod licet iura em inuenerint diuersa super hoc t. vsque ad quod tempus deberent manere simul ad hoc vt maleficium videatur perpetuum, vt ex t. de frigidis & maleficc. 1. & C. de repud. in causis, tamen per Cœlestinum tempus determinatum est triennium 2, vt in eo. tit. laudabilem Et idem dicit auth de nup. §. per occasionem in coll. 4 tamen exaudi cum ante triennium non potest constare de impedimento naturali, vt colligitur in prædicta decr. laudabilem, & hoc dico tam in frig do, quam in maleficiato, & hoc triennium currit a tempore quo tentauerunt coire, vt colligitur in auth prædic. vbi autē dubitatur, an præcesserit maleficium, an secutum sit, præsumendum est quod secutum sit post matrimonium, arg t. de ead. l. ed. c. l. 3. & hoc tamen re matrimonij. 35. q. 6. videtur. palea est.

e ¶ Et Apostolica] Sup hi § ice inducit Gratianus omnia illa: quia de consummato matrimonio intelliguntur.

tionis: uel qua [a] alter eorum, sicut Augustinus exponit, fornicatus fuerit, uel ad quam alter alterum pertrahere uoluerit. ¶ *Item Apostolus: [Mulier, quanto tempore uiuit uir eius, alligata est legi ipsius.] non legi [b] sibi reddēdi debitum: sed non transferendi se ad alium.* ¶ *Item: [His, qui matrimonio iuncti sunt præcipio nō ego, sed Dominus, uxorem à uiro non discedere, nisi causa fornicationis.] Euangelica itaq; & Apostolica auctoritate prohibetur mulier à uiro suo discedere, nisi ob causam illam cunctis notissimam: qua interueniente si discesserit, oportet eā manere innuptam, aut reconciliari uiro suo. Unde datur intelligi, quòd impossibilitas reddendi debitum non facit coniugii dissidium. His ita respondetur. Coniugium confirmatur officio [c], ut supra [a] probatum est: postquam vero officio [d] cō firmatum fuerit; nisi causa fornicationis, non licet viro vxorem dimittere, vel vxori à viro discedere. Verum antequam confirmetur, impossibilitas officiҫ soluit vinculum coniugii.* Rom. 7. 1. Cor. 7.

a ¶ Vt supra.] *Videtur indicari c. non dubium, &c. cum societas. supra 27. q. 1. de qua re ibi notatum est.*

Unde scribit Gregorius Ioanni [b] *Rauennati episcopo.*

b ¶ Ioanni.] *Repetenda sunt, quæ sunt notata in hoc idem caput supra 27. q. 2.*

¶ Licet mulieri alteri nubere, quam ob frigiditatem vir cognoscere non poterit. C. I.

QVod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt, & nubere non possunt [e], si ille aliam, vel illa alium ducere possit? De quibus scriptum est [f]: [Vir & mulier, si se coniunxerint, & postea dixerit mulier de viro, quòd non possit coire cum ea, si potest pobare [g] per iustum [h] iudicium [i], verum sit; accipiat alium. Si autem ille aliam acceperit; separentur.

su. 27. q. 2 quod autem. Sent. 4. dist 34. Burc. l. 9. c. 42. Iuo p. 8. c. 178. Pann l. 6. c. 115. Ans. l. 10. ca. 26. Capitul. 6. c. 55. Iuo p. 8. c. 80.

Item ex epistola eiusdem. C. II.

REquisisti de his, qui ob causam frigidę naturę dicunt se non posse inuicem operam carni dantes commisceri. Iste vero si non potest ea vti pro vxore [k], habeat eam quasi sororem. Quòd si retinaculum coniugale voluerint rescindere; maneant vtrique innupti [l]. Nam si huic non potuit cócordare naturaliter [m]; quomodo alteri

Sent. ibidem. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 25. Burc. l. 9. c. 44. Iuo p. 8. c. 182. Pan. l. 6. c. 116. ex Greg. 2.

a ¶ Qua.] Scilicet corporali.
b ¶ Non legi.] Tantum.
c ¶ Officio.] Carnis, 27. q. 2. §. ecce.
d ¶ Officio.] Id est, carnali commistione.

QVòd autem.] CASVS. Dicitur hic, quòd si mulier conqueratur de frigiditate viri, & hoc probat per aspectum corporis, vel legitimos testes, potest accipere alium: ille vero contrahere nō pōt. & si contraxerit separari iubetur. [Nubere,] i. cōmisceri.

e ¶ Nubere non possunt.] Idest, sibi reddere debitum, propter naturalem frigiditatem.

f ¶ Scriptum est.] Primo libro cap. Caroli scilicet ix. in Lombarda.

g ¶ Probare.] Arg. quòd mulieri quandoque defertur probatio, cū de commistione carnis controuersia est. ar. su. 27. q. 1. nec aliqua. Sed cōt. inf. ea. si quis acceperit, sed illud solutum est. 27. q. 2. quod autem.

h ¶ Per iustum.] su. 2. quæst. 5. consuluisti contra sed hic appellat verum iudicium non candentis ferri, vel feruentis aquæ, vel huiusmodi: sed legitimorum testiū.

i ¶ Iudicium.] Per aspectum corporis si virgo est, quia aliud est incorrupta, vt inf. cap proxim. & quid iuris sit notaui sup. 27. quæst. 2. quod autem melius enim perpenditur oculis aliquid instit. de gra. cog. §. hactenus. quæ tamen inspiciunt, debent esse peritæ, ff. de ven. insp. l. 1. quia visus sæpe fallitur, & 27. q. 1. nec aliqua.

REquisisti.] CASVS. Beneuent. sic ponit casum hūc dicens: Si vir & mulier in matrimonio copulantur, & vir frigidus petat diuortium, dicatur ei, si hanc non potest habere vt vxorem, habeat eam vt sororem. si enim hanc per frigiditatem cognoscere nō potest, eadem ratione nec aliam. Si uero mulier diuortium petat, & vir consentit, vterque septima manu frigiditatem probet naturalem, & deinde vxor alium accipiat. si autem aliam vir acceperit, & appareat eos eam periurio decepisse: vnde peracta pœnitentia de periurio eorum matrimonium redintegretur. Licet littera videatur obscura, tamen iste casus satis ex littera elicitur. [Innupti,] prę̨ceptum est quantum ad virū, & consilium quantum ad mulierem. simile est 28. dist. presbyterum. Sequens §. patet. Et ad hoc probandum quòd dicitur in §. inducit c. sequens.

K ¶ Pro vxore.] Consilium est, vt extra ead. accepisti.

l ¶ Innupti.] Præceptum est quantum ad virum, quantum ad illam consilium & ita verbum semel positum tenetur æquiuoce. 28. dist. presbyterum. & ibi Ouidius. Demophon ventis & verba & vela dedisti.

m ¶ Naturaliter.] Idest, naturali frigiditate impediente. Et est argu. quòd frigiditas est perpetuum impedimentum. arg. inf. e. q. 5. qui fisit. su. prox. q. 5. sicut. licet quidā dicant quòd nullum impedimētum est perpetuum, nullus enim est ita frigidus (vt dicunt) quin ope medicorum ei possit subueniri: quod non credo, cum frigiditas, quę est naturalis proprietas, per accidentia non immutetur. extra de celebr. miss. cum Marthæ. §. quæsiuisti. Similiter quidam dicunt, quòd nullum maleficium est perpetuum, quin saltem per ipsum auctorem possit sanari.

Frigiditas quę; mutari non potest.

a ¶ Patet] no ꝙ sequentia probantur per præcedentia inf. 34. q. 1. c. 1. in fin. 54. dist. fraternitatē. & C. de adol. si q. Itē hic ex post facto patet retro fuisse matrimoniū. vt extra de frigidis & male. fraternitatis. & hoc est notabile, ꝙ eo ipso ꝙ alius vel alia superinducitur, præsumitur hoc ex odio fieri. Et est præsumptio iuris, contra quā non admittitur ꝓbatio, immo statim ius ꝓnunciat esse puniendū, argu. ad hoc inf. ead. q. 2. sæculares.

Probatio nō auditur contra iuris præsumptionē.

b ¶ Idcirco.] Quasi dicat si vir petat diuortium vt pater fiat: non audiretur, si autem petat vt exoneretur oneribus matrimonij, audiretur, si mulier petat vt fiat mater audiretur. non dico virum quod ad hoc audiendum si se frigidum sciretti cum contraxit extra de eo, qui duxit. cap. 1.

c ¶ Septima manu.] Hoc intellige cum hæc non erat virgo: quia si esset virgo, tunc sufficeret verū iudiciū per obstetrices, ut c. præcedenti, cum sacramento tamen vtriusque. inf. 35. q. 3. extraordinaria. Et not. ꝙ sufficerēt in casibus huius c. duo, si septem haberi nō possunt. Itē eis solis crederetur, si de hoc fama esset. arg. 37. q. 6. si duo.

Ad hoc C. de spō l. vlt. in fi. & adde qđ not. infr. c. prox. Arc.

d ¶ Fuissent.] & ꝙ operam dederūt. aliàs non sufficeret, vt hic in principio cap. notatur.

e ¶ Humanum.] Ea humanitate qua Apostolus permisit secundas nuptias. 31. q. 1. hac ratione.

f ¶ Acceperit.] Pone ꝙ mulier dixit eum impotētem ad reddendum debitum, non proponendo causam impotentiæ coeundi, & hoc probauit. & lata est sententia, nunquid si contraxit, restituantur postea priora connubia? Non quia totum ius suum videtur in iudicium deduxisse vnde idem esset ac si per frigiditatem & maleficium separentur. arg. extra de cau. pos. & propri. cū super electione. C. de an. excep. l. vlt. secus tamen est in personali actione, ff. de except. rei iudi. & an eadem §. actiones.

g ¶ Hi q iurauerit.] id est, vir & vxor, nō cōsanguinei testes, qui secum iurauerunt illi enim non iurauerunt sic esse verum, sed credere sic esse verum, sicut illi, scilicet vir & vxor dicebāt. arg. 35. quæstio. 6. de parentela. & extr. de testi. quoties.

h ¶ Periurij.] Et ita vterq; fuit in culpa, aliàs quod in fi. dicitur iniquum esset.

i ¶ Priora.] Et hoc vterq; contraxit, aliàs exciperetur cōtra adulterantem de adulterio. ext. de diuor. significasti. Vel hoc innocēs excipere non vult argu. 28. q. 1 idololatria.

a Quā ... ponere ... cogit ar. contra de iu. dilectu. & no. 8 d. quo iure. Et quæ cumque sit de sua impotentia sufficit, dum sit ppetua sit. extra de fri. ꝙ sedē secūdū Hu quinta no. eo. tit. litteræ. quæ decr. facit ꝓ primo dicto huius gl. vt patet in fi. primi respō si ibi, patet, ꝙ talis petitio. sit admissa. Arch.

conueniet? Si igitur vir aliam uult uxorem accipere, manifesta patet [a] ratio †, quia suggerente diabolo odii fomitem, exosam eam habuit, & idcirco [b] eam dimittere mendacij falsitate molitur. Quòd si mulier causatur, & dicit, Volo esse mater, & filios procreare, & vterq; eorum septima manu [c] propinquorū tactis sacrosanctis reliquijs iureiurando dicat; ꝙ nunquam per commistionem carnis coniuncti, una caro effecti fuissent [d]; tunc uidetur mulierem secundas nuptias cōtrahere posse. Humanum [e] dico propter infirmitatem carnis eorum. Vir autem; qui frigidæ naturæ est, maneat sine coniuge. Quod si & ille aliam copulam acceperit [f]: tunc hi, qui iurauerint [g], periurij [h] crimine rei teneantur, & pœnitentia peracta priora [i] cogantur recipere connubia.

† al. ratione

Rom. 6.

Hoc autem seruari præcipitur, cum vterque idem fatetur. Cæterum si uir asseruerit se reddidisse debitum vxori, & illa diffitetur, cui potius fides habenda sit, merito quæritur.

Sent. 4 dist. 34.

De his in concilio apud Compendium habito ita statutum est.

¶ In ueritate uiri consistat, si mulier negat se cognitam ab eo. C. III.

Sent. ibidem. Burch. l. 9. c. 42. Iuo p. 8. c. 180. Pan. l. 6. c. 119.

SI quis accepit uxorem, & habuit eam aliquo tempore, ipsa fæmina dicit, quòd nunquam coisset cum ea, & ille uir dicit, quòd sic fecit: in ueritate uiri consistat: quia uir caput est mulieris.

Ecce, quòd impossibilitas reddendi debitum, vinculum soluit coniugij. Sed hoc de naturali impossibilitate statutum est. Hæc autem maleficii impedimento, non frigiditate naturali debitum coniugale probibente, à viro suo separata est. Unde quæritur, si liceat etiam in hoc casu à uiro suo discedere, & alii se copulare.

De his ita scribit Hincmarus Rhemē. archiepiscopus.

SI quis acceperit.] CASVS Dī hic, ꝙ si vxor dicat, ꝙ vir cognoscere eam non potest, & vir cōtrarium asserit, assertioni viri standum est, cū vir caput sit mulieris. nisi ab aduersa parte cōtrarium ꝓbaretur. Sequens §. patet, [Hæc,] Id est, de qua fit mentio in themate

k ¶ Tempore] Plus quàm per duos menses, quia enim statim non proclamauit virū esse impotentem postea non creditur ei, sed viro qui cōtrariū dicit, vt extra, de frigi. & malefici. cap. 1. nā etiā ex tēpore præsumitur aliquam non esse coactam, vt extra de desp. on. ad id. 1 q. 1 constat. Item vel ideo potius creditur viro quàm vxori: quia vix aliquis inuenitur impotens ad coeundū, vt so dist. quia tua. hanc credo esse causam quare viro creditur in hoc casu. Sed Petrus Hispanus alias assignauit rōnes, quia vir stat ꝓ matrimonio, qđ fauorabile est. Item quia fuit sola cum solo, creditē cognita ab ipso, vt 32. q. 1. dixit. 27. q. 1. nec aliqua. iuxta illud Ouidij A iuuene & cupido credatē reddita virgo? & hoc potest intelligi de illa, quæ prius fuit corrupta, sed si fuit virgo quando iuncta fuit ei, potius crederetur probationi suæ, quam facit per aspectum corporis, vt su. ea. ca. 1. extra de prob. proposuisti nisi mulieres essent peritissimæ, potius esset credendum viri sacramento, quia res illa occulta est, & non parua visus & oculus plerúque fallitur, ut 27. q. 1. nec aliqua. & in talibus sæpe sacramento vnius statur, ut dum quæstio est de sumptibus factis, vt C. de iudi. sanc. mus. 2. q. 1. in primis. Vel dū est quæstio de dāno dato. sacramento vnius

Vxori virū impotētem alleganti verum sit credendum.

creditur. C. vnde vi, si quando hæc autem quæ dixi, vera sunt quando vnus fatet, & alter negat? sed si vterque fateretur quod non intercessit commistio: tunc expectabitur per triennium. si antea non potest constare, vt extra. de frigi. & male. laudabilem. Sed quid si mulier sciebat virum esse frigidum ab initio, satis videtur quòd tunc non possit petere separationem, arg. extra de frig. & male c. 1. & C. de spon. l. vlt. vbi dicitur quod imputet sibi si scienter coniuncta sit turpi personæ, vel imoo … et conte: & quia sero accusat mores, quos ducendo eam in matrimonio comprobauit, vt ff. de adul. si vxor, in fine. de viro autem potius videtur, quod ille non possit recedere à muliere, si ipsa vult cohabitare ei, cum ipse sciuerit se frigidum arg. extra de eo, qui dux. in ma. cap. 1.

Mulier, quæ scienter cum frigido contraxit, an separationem petere possit.

Sexta ibi, [De pœnitentibus.] Septima, [Latronem,] Octaua ibi, [Si quis.] Nona, ibi, [Quos.] Decima ibi. [Antiqui.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intulatur 2. quæst. s. an aliquis contrahere possit cum illa, quam polluit per adulterium. Sed quia hæc

¶ Quid de his, qui maleficijs impediti, coire non possunt. C. IIII.

SI per sortiarias [a], atque maleficas ☙ [b], occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, concubitus non sequitur; hortandi sunt, quibus ista eueniunt, vt corde contrito, & spiritu humiliato, Deo, & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & pro suis lachrymis, & largioribus eleemosynis, & orationibus, atq. ieiunijs Domino satisfaciant; & per exorcismos, ac cætera ecclesiasticæ medicinæ munia †, ministri ecclesiæ, tales, quantum Dominus annuerit, qui Abimelech [c], ac domum eius Abrahæ orationibus sanauit, sanare procurent. Quòd si forte sanari non potuerint; separari [d] valebunt: sed, postquam alias nuptias experierint illis in carne viuentibus, quibus iuncti fuerant; prioribus, quos reliquerant, etiam si possibilitas concumbendi [e] eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt [f].

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 194. Pann. l. 6. c. 119.

† al. munimina

☙ ¶ Maleficas] *In vulgatis sequebatur*, artes *quæ vox abest à plerisque vetustis codicibus, ac cæteris collectoribus*.

Sed in hoc videtur contrarius præmisso capitulo Gregorij. Ibi enim post possibilitatem redditam iubetur separari ab eo, cui secundo nupserat, & redire ad primum. Hic autem uiuente eo, cui secundo copulata fuerat, primo reconciliari non poterit.

QVAESTIO II.



Qvod autem ei, cum quo prius fornicata fuerat, post separationem nubere possit; superius [g] probatum est. Mortuus est enim sibi uir eius. Ex quo iudicio ecclesiæ ab eo separata, ab eius lege soluta est. Vnde iuxta Apostolum nubat, cui vult; tantum in Domino. ¶ Sed quæritur [h], si sine ecclesiastico iudicio, nulla causa dissidij rationabiliter probata ab ea discessisset; an esset cogendus redire ad eam. De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus, cap. 30.†

1. Co.

† al. 25.

a SI per sortiarias.] CASVS. Dicitur hic, quod si maleficiatus ducit aliquam in vxorem, & ei commisceri non potest, studere debet vt pœnitentia & exorcismus sanet. exemplo domus Abimelech. & si sanari non poterit, separari valebunt, & si alijs postea fuerit copulari, non separabuntur restituta vtriq; potentia coeundi. Sequens §. patet. Nec dicit hic contrarium ca. Gregorij: quia ibi loquitur in frigido: hic in maleficiato.

b ¶ Atq; maleficas,] su. 23 q. 4. de Tyrijs.

c ¶ Abimelech.] Regem Geraris, vt 32. q. 4. nemo.

d ¶ Separari.] Nisi ipsa vxor dicat procurasse maleficium, cum sua culpa ad hoc deuenerit. 55. dist. si Euangelica. ff. quod metus causa si mulier 15. q. 1. si quis insaniens.

e ¶ Concumbendi.] Cum alijs, non cum prioribus. tunc enim non esset perpetuum maleficium.

f ¶ Nequibunt.] Hic potius ignarus dicendus est: quàm gnarus. nam dixit Cardi. quod ille finis non tenet: quia vt dixit, nullum maleficium est perpetuum, quin saltem per ipsum auctorem tolli potest. Alij dicunt contra, vt su. e. requisisti. Vel intellige post triennium.

Maleficium nullum secundum aliquos est perpetuum.



Vod autem.] Hæc q. diuiditur, in 10 partes. In quarum prima probat per. 3. ca. quod si quis dimittat vxorem sine iudicio ecclesiæ, cogendus est ad illam redire. Secunda ibi, [Siue de coniugij.] Tertia ibi, [In hoc capitulo.] Quarta ibi, [In præmissa.] Quinta ibi, [Nunc autem.]

hæc quæstio fuit determinata su. 31 q. Ideo magister annectit aliam incidentem, scilicet an vir sit restituendus vxori, à qua propria auctoritate recessit, vel econuerso? Et certum est quod sic, nisi in casibus notatis in summa huius quæstionis, & extra de restitu. spo. litteras. iste §. patet.

g ¶ Superius.] Supra 32. q. 1. in prin.

h ¶ Sed quæritur.] Quia 2. q. non habebat dubitationem ideo ponit aliam incidentem, quæ similiter quæstionem non habet quia semper est restituendus nisi in trib. casib. Si publice sit adulterata. Vel nisi timeatur de viri sæuitia. ij. ea siue & extra de diuor. significasti. vel nisi dicantur consanguinei in gradu inseparabili, & incontinenti probetur exceptio. extra de restit. spol. litteras. & tunc in eodem casu fit restitutio quo ad omnia: nisi quo ad carnale commercium, vt ibi dicitur in fi. Quartus casus potest esse quando vxor propria voluntate recedit à viro suo, vt 27. q. 2. Agathosa. Vel

Vxor, quæ à viro discessit, in tribus casibus sibi non restituitur.

i Sub. nec petit se restitui, quod dic vt no. extra de adul. intelleximus. Archid.

Vel cum vir de licentia vxoris recedit ab ipsa. vt ibidem.

SAeculares.] CASVS. Quidam erãt cõiugati, qui nullam causam rationabilem prætendentes, vxores suas sine iudicio ecclesiastico dimittebant, & ideo in concilio

uinciæ 33.q.6. multorum. Hodie etiam archipresbyter causam huiusmodi tractare potest. argum. extra de consan. & affini. ca.1. Sed certe & hodie ad episcopalem iurisdictionem cognitio matrimonialis causæ spectat. Vnde nec abbates nec alij possunt de matrimonio cognoscere: nisi ex concessione vel alia causa legitima id habent, vt extra de exces. prælat. accidentibus. Præscribi enim potest talis iurisdictio, vt extra de præscript. auditis. in fi.

Matrimonialis causa ad epm pertinet.

¶*Etiam in codicibus manuscriptis, & apud Iuonem par. 8. c. 328. citatur ex concilio Carthaginensi, in quo nullo inuentum est; sed in Agathensi, c. 29. (ex quo citat Iuo eadem parte octaua, c. 231.) & capitular. 7. c. 305.*

¶Non licet alicui vxorem dimittere, nisi causa dissidij primum ecclesiæ probetur. C. I.

Iuo. p. 8. c. 231. & 328. Pann. l. 6. c. 106

SAeculares, qui coniugale consortium nulla [a] grauiori culpa dimittunt, vel etiam dimiserunt, & nullas causas dissidij probabiliter [a] proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, vt aut illicita, aut aliena præsumant; si antequam apud episcopos comprouinciales [b] dissidij causas dixerint, & prius quam in iudicio damnentur, vxores suas abiecerint; à communione sanctæ ecclesiæ, & populi cœtu, pro eo quòd fidem, & coniugia maculant, excludantur.

a Nulla.] *In recentioribus conciliorum editionibus in concilio Agathensi legitur*, sine grauiori. *in capitularibus*, absque grauiori. *sed in antiquis editionibus Parisiensibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis*, consortium grauiori.

Item Ambrosius super Lucam, ad c. 16.

¶Lex diuina prohibet virum vxorem dimittere, nisi causa fornicationis. C. II.

AN, quod in subditos [c] nefas est, in comparem [d] fas est? dimittis ergo vxorem quasi iure [ß] sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed diuina prohibet [e]. Qui ominibus obsequeris, Deum verere: audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: [Quod Deus coniunxit homo non separet.]

Matt. 19.

ß ¶Quasi iure.] *Sic etiam in vulgatis B. Ambrosii codicibus. In tribus Gratiani manuscriptis est*, quam scis viuere sine crimine.

Item Nicolaus Papa Carolo Regi.

¶Absque causæ cognitione à viro suo dimissa, ad omnia restituatur. C. III.

In præfatione Isidori in volumen cõciliorũ.

HIstoria ecclesiastica ab Eusebio Cæsariensi episcopo confecta, de muliere quadam, quæ pro [1] castitate à marito accusabatur, ait: [Præceptum est ab Imperatore lege lata, vt primo [f] permitteretur ei rem familiarem [g] libere diutius ordinare; tunc demum responderet obiectis. Hoc [h] omnes leges [i] tam ecclesiasticæ, quàm vulga-

Ibidẽ inferius.

AN quod.] CASVS. Dicitur hic quòd si non licet alicui dimittere subditos suos sine causa probabili: multo minus licet uiro vxorẽ suã dimittere sine causa. Nam etsi lex humana hoc permittat: lex tamen diuina hoc prohibet, cui obsequitur lex humana.

c ¶ In subditos.] Scilicet renunciare episcopatui. extra de renunc. nisi. & ext. de regu. licet. Vel sicut subditi non possunt deserere prælatum. 11. q. 1. inolita. Vel sicut prælatus nõ potest sine cã punire subditos. 86 d. si qs. 18 q 4. non nec. Arch.

d ¶ In comparem] Scilicet, vt vir dimittat vxorem sine causa, vel condemnet præter ordinem iudiciarium Ioan. 2. 2. q. 1. nemo. sup. 30. q 5. nullum.

e ¶Sed diuina prohibet.] Sup. 27. q 2 sũt. in aut. vt liceat mfr, & auiæ. §. cãs. Lex. n. humana admittit diuortium in alijs casibus præter fornicationem, vt C. de rep. consensu.

HIstoria.] CASVS. Dr hic, quod si vxor a viro spoliata ab eodem de adulterio accusatur; præceptum est ab imperatore, vt primo restituatur, quam respondeat obiectis. quod si hoc obtinet in secularibus, magis debet hoc in ecclesiasticis obtinere.

lio Chartaginen. fuit statutum, vt nullus coniugatus dimittat vxorem suam, nisi causa dissidij probata fuerit apud episcopum: quod si quis contrafecerit, communione priuetur. [Aliena coniugia,] Idest, aliàs vxores. si autem [vxores suas,] Vsque ibi pendet constructio.

a ¶ Probabiliter.] Nota quare dicit probabiliter. hoc enim forte dicit, quia propter fornicationis suspicionẽ probatam ecclesiæ, licebit ei vxorem dimittere, vt sup. 32. q. 1. c. dixit.

b ¶ Comprouinciales.] Distributiue s. iste apud suum, & ille apud suum. non. n. propter tales causas ipsi prouinciales conuocantur. Vel melius, hoc olim obtinuit: quia causa matrimonij tractabatur apud episcopos pro-

f ¶ Vt primo.] Ex quo ergo mulieri primo restituũtur res suæ, multo potius vir est ei restituendus, & sic facit ad propositum G. Alij ponunt casum sic. Quærebatur an mulieri accusatæ de adulterio dandæ sint induciæ [3]? Rñ. quod sic. sed hoc nõ vr posse stare, quia in crimine adulterij nulla datur dilatio, vt ff de adult. in crimine: sed potest dici, quod hoc uerum est cum agitur criminaliter.

3 Scilicet præparatoriæ. Ioã. de Fat. qui hic approbat istã casus positionẽ: & quidam alij: vt vi. in. gl. seq.

g ¶ Rem familiarem.] Et hoc intelligunt quidam de præparatorijs inducijs, alij de restitutorijs.

h ¶Hoc.] Si licet restitutionem fieri.

i ¶Omnes leges.] De hac materia loquentes.

Siue de coniugij]Hæc est 2. pars q. in qua probat, ꝙ si fœmina in iudicio contendat cum marito, reddenda est suę libertati. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ siue causa Tietbergę super fœdere matrimonij agitetur, siue a Lothario accusaretur de adulterio primo, Thietberga suæ potestati & suis consanguineis est restituenda, & locus securus est assignãdus, vbi testes possint sine difficultate produci |, & causa sine formidine ventilari.]In hoc capite quamuis uideatur causa exposita.] Sup. ea sęculares, vbi &c. [aut illicita,]&c. Casum, §. per te videre poteris.

a ¶ Siue.] Hug. videtur ꝙ hoc c. faciat contra propositum Gratiani; qui intendit ꝓbare, ꝙ vxor debeat restitui: at hęc non restituitur viro, sed eius potestati subtrahitur, & consanguineis sociatur. Respõ. in hoc facit, quia ista spoliata erat quadã libertate, quia compulsa fuerat contra se cõfiteri. 31. q. 2. Lotharius. Vel in hoc facit ad propositum: quia ponit quandam exceptionem, quando non debet fieri restitutio, scilicet cum timetur de sęuitia viri.

b ¶ Reddita]Hic habes, ꝙ quam cito accusatur matrimoniũ potest vxor petere vt detur libertati suę: ne cogatur aliquid confiteri contra se. Sed hoc potest intelligi cum tanta est sæuitia viri, quòd nulla potest ei sufficere cautio, vt extra de resti. spolia. litteris. in fin. de hoc notatur 32. q. 1. de Benedicto.

Matrimonio accusato potest vxor petere vt detur libertati suæ.

e ¶ Etiam locus.]Argum. ꝙ iudex etiam tenetur de loco iudicij ꝓuidere partibus, vt in eo loco debeat de causa cognoscere, vbi partes liberè & secure valent conuenire, supr. 3. q. 9. hortamur, sup. 24. q. 1. pudenda. ff. de reb. dub. vbi sup. 2. q. 6. c. vlti. quod si non fecerit, licet appellatur. extra de appel. ex parte 1.

† In ista dec. no. Io. ꝙ iusta est appellatio, eo ipso ꝙ locus non tutus assignatur, & si non petat locum securum debet tñ iudex eũ sibi offerre. Arch.

d ¶ Sit difficile.] Simile ff. qui satisda. cog. si fideiussor. §. 1. quia cum difficile est alicui satisdare in vna ciuitate, mittitur in aliam, vt ibi.

e ¶ Personas.]Id est, aduocatos.

IN HOC CAP. Hæc est tertia pars quęstionis, in qua quæritur qualiter puniũtur vxoricidæ. Io. de Fant.

f ¶ In hoc capite. [Supra ea. sæculares.

g ¶ Exposita.]Ibi, Nulla grauiore culpa.

h ¶ Vel qualibet.]Nam leuem vir imponit, vt notaui. 27. q. 1. sicut alterius.

INterfectores.]CASVS. Dr hic, ꝙ si vir vxorem sine iudicis auctoritate occiderit, & maxime innocentem, pro homicidio pęniteat, nunquam matrimonium contrahat, nisi iuxta indulgentiam B. Leonis fuerit adolescens. Et nota, ꝙ vacat hic arg. à contrario sensu. vnde suppl. ibi, vbi dicit | cũ non addis.]Maxime. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad cap. admonere.

i ¶ Adulterarum.]Maxime, quia nec tunc licet, vt inf. c. proxi.

K ¶ Huiusmodi.] Hoc dicit ideo quia secundum leges ex

res, publicæq; pręcipiunt.]¶Si autem de mulieribus, & sęcularibus viris hæc constituta sunt; multo magis ecclesiasticis hominibus, & sacerdotibus sunt concessa.

¶Huius mulieris meminit Iustinus in primo Apologetico pro Christianis. & Eusebius ecclesiastica historiæ lib. 4. c. 16. Verba quidem huius capitis in epistolis Nicolai impressis, aut manuscriptis non sunt inuenta: sed habentur fere eadem in prefatione Isidori in suam canonum collectionem: Prestat tamen Iustinum, & Eusebiũ adire. Fortaße autem in hoc caput translatus est titulus ex sequenti.

Item Nicolaus Papa in epistola Carolo Regi.

¶Nisi post restitutionem, neque de coniugij fœdere, neque de adulterij crimine inter virum & vxorem iudicium est agitandum. C. IIII.

2 SIue[a] de cõiugij fędere, siue de adulterij crimine iudicium agitandum sit; nulla ratio † patitur Thietbergam cum Lothario posse inire conflictum, vel leuissimum controuersiæ subire certamen: nisi prius ad tempus fuerit reddita[b] suæ potestati, & consanguineis proprijs libere sociata. Itaque † etiam locus[c] prouidendus est; in quo nulla sit vis multitudinis formidanda; & non sit difficile[d] testes producere, vel cęteras personas[e], quæ tam à sanctis canonibus, quàm à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersijs requiruntur.

Poly. l. 6. tit. 4. Burc. l. 9. c. 50. Iuo p. 8. c. 116. Regiono. l. 1. Chronographiæ

† al. iter quo] orig.

¶ Epistola ex qua acceptum est hoc caput, habetur Romę in codice monasterij Dominicanorum, & ex ea aliqua sunt addita, & emendata.

3 *In hoc capite[f] quamuis uideatur causa exposita[g], quare sua auctoritate non licet alicui uxorem dimittere; qua cessante, ipsa quoque prohibitio cessare uidetur; tamẽ quia ipsa separatio pœna est, & pœna nulli est inferenda, nisi ꝑ iudicem; generaliter hoc intelligendum est; ut siue ob causam præmissam, siue nulla causa existente, nõ liceat alicui sua auctoritate uxorem dimittere: Quod etiam de pœna homicidij, uel qualibet[h] alia intelligendum est.*

Unde Nicolaus Papa scribit Rodulpho Bituricensi archiepiscopo.

¶Coniugia pęnitus interdicantur his, qui suas coniuges occidunt. C. V.

INterfectores suarum coniugium sine iudicio cum non addis, adulterarum[i], vel aliquid huiusmodi[k]; quid a.

cent. 4. dist. 38. Iuo p. 8. c. 125. Pano. l. 7. c. 15.

ex causis pluribus separatur matrimonium.
a ¶Adolescentibus.] Infra ea.in adolescentia.
ADDITIO. vbi est ista indulgentia Leonis, de qua hic dicitur.

Indulgẽtia an sit ius.

b ¶Indulgentia.] Videtur, ergo ꝙ indulgentia non est regu-

dulterio deprěhensam occiderit, quo ad pœnæ mitigationem. C. ad leg. Iul. de adul. Gracchus. Et no. ꝙ licet lex antiqua permittat viro occidere adulterum deprehensum cum adultera in domo sua, non tamen in domo soceri, vt ff. de adul. marito. Nouo iure tñ vbicumque ferre potest occidere eũ post tres denũciationes factas, vt in authen. vt lic. mat. & auiæ. §. pœ. & vlt. coll. 8. Nec illud etiã corrigit p auth. quę est coll. 9. vt nul. iudic. §. si qũ. quia in alio casu loquit. Itẽ licet patri similiter detur secundũ legẽ licentia occidẽdi, vt ff. de adulter. nec in ea. si tñ iterficiat, nõ excusat à culpa vel à peccato, licet à pœna ciuili excuset. In criminibus enim dico specialem concessionẽ canonis necessariam quo ad culpę immunitatem. vnde cum dicatur. Nõ occides 23. q. 5. si nõ licet. nec specialiter illi excipiuntur a canone. ergo occidẽdo peccant: immo viro hoc iterdicitur, vt infra, eo. c. admonere. vñ non excusatur auctoritate iuris ciuilis, sed & dotẽ amittit vir q̃ lucrifaceret aliàs. Solus enim iudex excipitur à canone, vt occidat 23. q. 5. cum homo. & c. si homicidium.
f ¶Gladiũ.] Quo ad executionẽ. Hoc iõ dico, quia Imperator habet illud à Papa. extra de elect. venerabilem.
g ¶Vicũq.] ¶Armis.] ff. de pę. d. 5. falsas.
h ¶Agat.] Arg. quem ppria cõpelli ad pęnitentiã, sed hoc in publicis & enormibus. arg. 22. q. 1. cap. vlt.

Pęnitentiã facere compellit quis.

liud habendi sunt, quàm homicidæ, ac per hoc ad pœnitentiam redigendi? Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentibus [a], de quibus est beati Leonis Papæ xxv. α regula Decretalium, immo indulgentia [b] obseruanda.

inf. ea. in adolescentia.
Sent. ibidem.

α ¶XXV.] *Hoc eodem numero habetur in codice canonum inter decreta seu regulas Leonis.*

Act. 10.
Matt. 10.

In hoc capite videtur Nicolaus permittere maritis, causa adulterij, vel alterius huiusmodi criminis vxores suas interficere. Sed ecclesiastica disciplina spirituali gladio, nõ materiali criminosos feriri iubet: illo videlicet gladio, quo Petrus iubetur mactare, & mãducare. De quo etiam Christus ait in Euangelio: [Non veni pacem mittere [c] in terram, sed gladium [d].]

Hinc idem Nicolaus scribit Albino archiepiscopo.

¶ Non licet alicui vxorem suam adulteram occidere. C. VI.

Sent. ibidem.
Poly. l. 6. tit. 10.
Iuo p. 8. c. 124. & 333.
Pann. l. 7. c. 14.

INter hæc sanctitas vestra addere studuit, si cuius vxor adulterium perpetrauerit; vtrum marito illius liceat [e] secundum mundanam legem eam interficere. Sed sancta Dei ecclesia mundanis nunquam constringitur legibus: gladium [f] non habet, nisi spiritualem: non occidit, sed viuificat.

Item Pius Papa.

¶ Pœnitentia eius, qui propriam absque causa peremit vxorem. C. VII.

tal. &

Sent. ibidem.
Burc. l. 6. c. 17.
Iuo p. 10. c. 166.
Ans. l. 10. c. 56.
Simile 5. cap. c. 149.

QVicumque propriam vxorem absque lege, vel † sine causa, & certa probatione interfecerit, aliamq; duxerit vxorem; armis [g] depositis publicam agat [h] pęnitentiam: &, si contumax fuerit, & episcopo suo inobediens extiterit; anathematizetur, quousq; consentiat. Eadem lex erit illi, qui seniorem [i] suum interfecerit.

Item Stephanus Papa V. Hastulpho.

¶ Pænitentia Hastulphi, qui vxorem suam interfecit. C. VIII.

Burc. l. 6. c. 40.
Iuo p. 8. c. 126.
Pann. l. 7. c. 16.

ADmonere te cum lachrymis, & multo gemitu cordis

regula, & ꝙ nulla dispensatio sit ius: quod M. & H. cõcedunt. ar. 1. q. 7. exigunt, & c. si quis omnem. Et nota ut 50. dist. de his. Alij vero dicunt, ꝙ omnis indulgentia est ius. sed tale, quo superior vti potest, & inferior non potest petere, ergo hoc dicendo retulit se ad causam cõstitutionis & originem: nam per indulgentiam fuit hoc statutum, licet modo sit ius.
c ¶Pacem mittere.] Id est, confœderare cum vitijs homines. Vel mittere pacem inter homines & vitia.
d ¶Sed gladium.] Id est, discordiam & separationem à malis, id est, charitatem. quæ separat vitia

Pater filiã: sed nõ maritus vxorem turpiter coeuntẽ potest occidere.

INter hæc.] ¶Liceat.] Hoc licet secundũ legem Lombardam: sed non secundũ Romanam. Pater tamẽ eã potest occidere in ipso actu, sed nõ maritus, & si pater vtrumq; interficiat vno ictu. ff. ad leg. Iul. de adul. l. nec in ea, & l. sequẽti. ignoscit tñ marito si vxorẽ in a-

i ¶Seniorem.] Id est, episcopũ vel alium prælatum, vel dominum suum arg. 3. q. 4. 25. q. 2. ita nos.

ADmonere.] CASVS. Hu. sic ponit hunc casum. Iste Hastulphus vxorem suam interfecit, & post mortem eius eam de adulterio accusabat: volens filios, quos ex illa habuerat ostendere esse adulterinos, & ita indignos successione paterna: & ad hanc excusationem inducebat vnum solum testem homicidam & adulterum. Primo ergo Papa redarguit eum de morte vxoris. Postea notat eum de tribus: scilicet, quia post mortem eius illam accusabat, quia per vnicum testem, & eum reprobum, & criminosum. Postea ostendit ei quam pęnitentiam debeat agere, & ponit in eius opinione an in monasterio vel extra velit agere pęnitentiam. [Prædo,] id est, spoliator: quia spoliasti eos matre.

a ¶ Dici.] Arg. quê priuari nomine, ratione criminis: iuxta illud: Si te priueris, nec nomen habere mereris. arg. 13.q.2 postquam. 2.q.7.§ quibus ergo. 2.q.1.scelus. & C. de ter.a nullo. Argu. contra de pę. dist. 4. si ex bo no nam filij Dei dicuntur qui non erant in ecclesia. obtinet quo ad pœnam legalem. non quo ad petendum diuortium extra de procu. tuæ. Nunquid ergo in infinitum potest eam accusare? Dicunt quidã, q non vltra viginti annos. vt C. de fal. querela. Hugo dicit, q vsq; ad millesimum, & quandocumque; claruerint crimina ve

curamus, fili Hastulphe: sed non filius dẽt dici[a], qui tam crudeliter infęlix homicidium perpetrasti. Nam occidisti uxorem tuã, partem[b] corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam, sine causa mortis, non tibi resistentem[c], non insidiantem[d] quoquo modo uitæ tuæ. Non inuenisti eam cum alio uiro nefariam rem facientem: sed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, latronum more atrocius eam gladio tuo, crudelior omni bestia, interemisti: & nunc post mortem eius addis iniquitatem super iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo[e]. Qui matri non pepercisti, & filios tuos orphanos fecisti, inducere super eã uis mortis causam post mortem[f]: per unum homicidam, & reprobum testem incusare uis mortuam. Quoniam nec Euangelium, nec ulla diuina humanaq; lex unius testimonio ẽt idoneo quempiam condemnat, uel iustificat[g]: † quãto magis per istum flagitiosissimum, & scelestum nec illa uiua debuit condemnari, nec te post eius mortem accusari? Prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda: & tunc, si ita fuisset inuenta; secundum legis tramitem debuit accipere ultionis uindictam. Nam si uerum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est, post septem annos pęnitentia[h] peracta dimittere eam per approbatam causam poteras, si uoluisses: occidere tamen eam nullatenus debuisti. Non enim uult Deus mortem peccatoris; sed ut conuertatur ad pœnitentiam, & uiuat. *Ezech. 33.* † Idcirco placeat tibi consilium nostrum; & hoc fac, quod melius tibi, leuiusque uideri potest. miserere animæ tuæ, ut non sis tu tibimet ipsi homicida. Relinque quapropter, te rogamus, hoc malum † sæculum; quod te traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium[i], humiliare sub manu abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus obserua cuncta simplici † animo, quæ tibi fuerint imperata; si forte[k] ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquã crucieris perpetuis flãmis. Hoc leuius, & melius tibi

† *al. malignũ*

† *al. supplici*

† Limita hũc tex. per l. si quis decurio. C. de fal. & per l. Theopõp'. ff. de dot. p lega.

† Tex. est simi. in auth. vt non lux. cõtra na. in prin. coll. 6. & in l. Imperialis. C. de nup.

b ¶ Partem.] Simile su. 32.q. 2. de nuptiis. & 27 q 2. Agathosa. & est ar. quòd qui excipit alimenta sibi, videtur excipere vxori 1, cũ ambo sint vnum corpus, & etiã filijs, & seruientib'. argu 50 distinct. studeat & ff. de vsu & hab l. a.

c ¶ Resistentẽ.] supple maxime. quia si etiam resisteret, vel insidiaretur: non sõ deberet eam interficere.

d ¶ Nõ insidiantẽ.] Non est hic argumẽtandum à contrario sensu propter capitulum. 32. q 5. quid.

e ¶ Prædo.] Non q eos priuare possit. licet enim vxor propter adulterium interficiatur, dos tamen ad eius filios deuoluitur. in auth. vt li. mat & auiæ. §. si de adulterio. sed quia eos solatio & protectione materna priuare conatis, licet enim regulariter lucrifaciat dotem ob adulterium vxoris, extr. de do. inter vir. & vxo. ca. plerunq;. & hoc tamen casu non lucrifacit, cum eam interficit, etiam si pactum fecit de ea lucranda prius, ff so. mat. si ab hostib. §. 1.

f ¶ Post mortem.] cum crimina extinguantur morte. 23. distin. quorundam. C. si reus, vel accu. l. 1. nisi ratione bonorum quis agere velit. C. eo. l vlt. C. si penden. app. mors interue. l 2. ff. de rei ven vtique.

g ¶ Vel iustificat.] Vnde non tenet. 21 q. 1 quicumque. Creditur tamen vni tanquam recitatori. Vel tanquam socio, vt 8.q. 3 talia. 86. dist. tanta.

h ¶ Pęnitentia.] Arg. q post peractã pęnitentiã & crimen purgatum potest quis accusari de crimine illo, vt 15.q 5. presbyter. & 25. dis. c. vlt. extra de si his. frater nitatis 2. nã perferens memorãdi criminis labẽ, &c. dis. 61. non negamus, & 1.q.7. si quis omnẽ. nam per pęnitẽtiam non desinit quis esse nocens. ff de ædi. edict. quis sit fugitiuus. immo etiam post baptisma potest de hoc accusari, vt extra de diuort. gaudemus. in fi. Arg contra 23.q 4. si illic & 32.q.1 quod autem. in fi. 3. &c nõ erit &c. apud. & 50. dist. ferrũ & extra de accus. de his. ff. de ędil. edi. quod ita. De hoc dixi 6.q.1. qui crimen. & ca. alij qui. sed nonne pręiudicat sibi maritus tacendo per septennium: cum vltra quinquennium non audiatur accusatio adulterij vt C. de adulter. adulter? Sed illud vt 81 dist. quicumq; & dist 8 qui contempta. 24.q. 3. ecce. hic dicit. pęnitentia peracta, sed ante latam tamen sententiam. sup. proxi. q. 5. cap. Christiana.

i ¶ Monasterium.] Ex hoc loco videtur, q quantumcumq; pęnitentiam quis teneatur finire, si intret religionẽ ad illã nõ teneatur: quia religio soluit vinculum iuramenti, vt extra de iureiur. peruenit. Item soluit votum, vt extra de vo. & vo. redem. scripturæ. Item soluit vinculum obedientiæ, 19.q. 2. duæ. Licet ergo à Papa sit alicui iniunctum in pęnitentiam vt eat Romam, vel aliquid huiusmodi faciat, & intret religionem, nõ dicitur transgressor. ille enim dicitur transgredi, qui deserit maius pro minori, vt 20 q 3. propositum & 17. q 1. qui bona. ar ad idem. inf. de pę dist. 1. § his auctoritatibus. & hoc Hug concedit. Alij dicunt q tenetur adimplere quod promisit, & quod iniunctum est ei in pœnitentia: nisi abbas dispenset secũ, 18. q. 2. cap nullam.

k ¶ Si forte.] Non ponitur dubitatiue, immo nota est assertionis, & est penitus si. de pęn. dist. 1. quamobrem.

a ¶ hi.

1 De vxore prius habita credit H. hoc esse verum, sed de postea ductã nõ videtur esse verũ, secundũ H. & Inno.

Adultera licet interficiaẽ, dos th ad ei' filios deuoluitur.

Vxor adultera perdit dotem.

2 Conc. cu hac glo. l. 3. & quod ibi no. C. de accusa. glo. magi. in c. cum dilecta. de elec.

3 Vbi de hoc & 26.q. 5. quęcunque.

Accusatio adulterij post quinquennium non audiẽ.

Religio multa soluit.

a ¶ Et grauius] Visum enim fuit maioris pœnæ conuersari inter homines, & hominum carere suffragijs, quàm procul ab hominibus solatium hominum non sentire. C. de aposta. hi qui.

b ¶ Siceram.] Per siceram intellige omnem potum, qui inebriat

ponere quisquam publice pœnitens, sed ecclesiasticum iudicium debet ... re su. 13. q. 1. aliud. supple ergo hic nisi in propria causa, & coram ecclesiasticis.

f ¶ Nunquam ducere.] Si tamen duxerit, tenet matrimonium. argumen. supra. ead. quicunque. Alij dicunt contra, vt not. infra ead. §. de pœnitentibus.

g ¶ Nunquam laueris.] Nisi de necessitate, de consec. dist. 3. peruenit.

h ¶ Existimes] Ergo videtur quod magis peccat qui vxorem interficit, quàm qui matrem: quia maior pœnitentia imponitur hic vxoricidæ, quam matricidę in illo c. latorem. quod est infra ea q. & sic maius est crimen. arg. 24. q. 1. nõ afferamus quod concedit H. nam dicit quod magis peccat qui seipsum interficit, quàm qui alium 3. 23. q. 5. si nõ licet. vnde magis peccat qui partẽ corporis sui interfecit, quàm qui matrẽ. probat hoc etiã per illã auctoritatẽ, propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ, & adhęrebit vxori suę ex trade biga. debitum alij dicunt, quod magis peccat qui matrẽ interfecit, quàm qui vxorem, sed quia homines proniores sũt ad interficiẽdum vxores, ideo ob hoc ...is puniuntur, vt ...etrahantur, a tali facinore. Vnde nõ valet hæc arguinẽtatio: grauius puniuntur, ergo grauius peccãt. Et est si. in fornicatione notoria, licet enim multa crimina sint grauiora: tñ quia ta. ilius & fœdius delinquitur in hoc crimine, quàm in alijs ideo durior pœna in eo statuitur argumẽ. 32. dist. §. uerum.

Vxorem occidere grauius est quã matrem.

3 Hæc rõ etiam est in matre, vt patet 35. q. 3. §. hac auctoritate & c. de imp. & al. subst. l. ult. in fi. Arch.

Nota

esse certissime scias. Sin autem publicam pœnitentiam, permanens in domo tua, uel in hoc mundo, uis agere, (quod peius tibi & durius, & grauius [a] esse non dubites) ita, ut agere debes, exhortamur, omnibus diebus quibus pęnitere debes uinum & siceram [b] non bibas; carnem [c] nullo unquam tempore comedas, præterquam in Pascha, & in die Natalis Domini in pane, & aqua, & sale pęnitentiã age, in ieiunijs, & uigilijs, & orationibus, & eleemosynis omni tempore perseuera, armis nunquam cingere [d], nec in quolibet loco litigare [e] præsumas. Vxorem nunquam ducere [f], concubinam non habere, nec adulterium committere audeas: in balneo nunquam laueris [g], in conuiuijs lætantium nunquam te misceas, in ecclesia segregatus ab alijs Christianis post ostiũ & postes humiliter te repone: ingredientium & egredientium supliciter orationibus commendat te, communione corporis & sanguinis Domini cunctis diebus vitę tuę indignum te existimes [h]: in ultimo tamen exitus uitæ tuæ die, si merueris, pro uiatico, si sit, qui tribuat, tantummodo uenialiter [i] ut accipias, tibi concedimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis durius, & satis acrius erant iuxta magnum pondus peccati infælix adijcienda. Sed si hæc omnia quæ tibi misericorditer supra dicta sunt, perfecto corde, Domino auxiliante, feceris, & custodieris; confidimus de immensa Dei clementia remissionem habiturum te tuorum peccatorum, & secundum dictum † iusti, bonique pastoris resoluet te sancta ecclesia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipsius gratiam, qui eã suo sanguine acquisiuit, solutus sis in cœlis. Si autem aliter feceris, & sanctæ matris ecclesię tam salubrem admonitionem despexeris; ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis [k] tuus super caput tuum, nos alieni [l] à consortio tuo pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni solicitudine nitimur desudare, & Domini misericordiam attentius quotidie implorare.

† *al. imperiũ*

Osee. 4.
Matt. 19.

a ¶ Nec à te] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, nec tu poteris post mortem eius excusari.

Item Augustinus de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 15.

i Suba. præter uinum. Sed nũquid licet ei bibere lac uel amygdalinam aquam aut uuas cõmedere. dicit H. credo quod sic, quia talia nõ inebriant. Ar. Lardum an comprehendatur nomine carnis.

2. Concor. tex. in l. repetita. & ibi B. C. de ero milita. au. lib. 12.

inebriat: vt 35 dist. in palea. vinolentum.

c ¶ Carnem.] Sed nunquid oua, cum ouum sit caro liquida, vel lac, cum lac non sit nisi sanguis colore mutato? Dicimus quod non, & hoc vult littera illa, quæ sequitur, in pane & aqua, sed tamen potest intelligi, quod hoc debeat facere in certis diebus ut legitimis ferijs. Sed nunquid de lardo utetur? nunquid nomine carnis est prohibitum? Videtur quod non, arg. 82. dist. presbyter. ibi enim sanguinem permittitur, quãdo oua permittũtur 2.

d ¶ Nunquam cingere.] Nisi consilio episcopi pro iustitia defendenda & est si. infra de pœniten. distinct. 5. falsas.

e ¶ Litigare.] Hoc ideo dicit, quia apud sæculare tribunal non debet suam querimoniam disceptando propo-

i ¶ Venialiter.] Arg. quod ecclesia potest corpus & sanguinem Domini quibusdam etiam in fine prohibere. argu. 27. q. 1. impudicas. arg. dist. 50. pęnitentes, contra su. 26. q. 6. de his contra. su. 2. q. 1. si quis episcopum aut presbyterum su. 13. q. ult. quæ situm est, ibi, secundum præcepta canonum Ad hoc dic. quod quandoque illud quod iure cõmuni competit, dicitur concedi respectu misericordiæ & pietatis. arg. su. 11. q. 3. quoniã ff de usufru. si extraneo. & in cæteris cap. hic signatis, nam uniuersæ uiæ Domini, misericordia & ueritas. Ioan.

K ¶ Sanguis.] id est, peccatum. Vnde illud. Sanguis, sanguinem tetigit, id est, peccatum. 44. distin. Ephesijs. Ioan.

l ¶ Alieni.] Ar. quod non imputat plato subditorũ malitiam, ex quo

ex quo per eum non stat quo minus corrigantur, arg. 7. q. 1. §. cum autem. su. d. 43. Ephesijs. su 47. d. c. vlt.

SI quod verius dicitur. CASVS. Beneuen. sic breuiter ponit hunc casum. Non licet viro vxorem adulteram occidere, nec etiam ita dimittere quod aliam viua ea superducat: sed si alterum præcise vult facere potius sua viua aliam ducat, quã suam occidat. Sequẽs §. patet, & ad id quod in fine §. dicitur, inducit c. sequens.

reos. C. de repu. l. vlti. Item non dico quod ipsimet debeant eis pœnitentiam iniungere 3, sed compellere vt accipiant ab alijs. Sed nunquid laicus idem potest de vxore sua? Dico quod non: quia non inuenio expressum, castigare tamen potest eam, vt notaui supra ea. q. 1. si-

3 Super hoc videas quod no. 10. q. 1. omnes in gl. non noc. &c. Arc.

Vxores clericorum si peccent, qd iuris.

¶ Potius vxore viuente aliam ducat quis, quàm humanum sanginem fundat. C. IX.

Iuo p. 8. c. 142. Pann l. 7. c. 17.

SI (quod verius dicitur) non licet [a] homini Christiano adulteram coniugem occidere, sed tantum dimittere: quis est tam demens, qui dicat ei, fac quod non licet [b], vt liceat tibi quod non licet [c]? Cum enim vtrumque secundum legem Christi illicitum sit, siue adulteram occidere, siue illa viuente alteram ducere; ab vtroque abstinendum est, non illicitum pro illicito faciendum. Si enim facturus est, quod non licet; iam faciat adulterium [d], & non faciat homicidium; vt viuente vxore sua, alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. Quod si est vtrumque nefarium; non debet alterum pro altero perpetrare, sed vtrumque vitare.

a ¶ Non licet.] Nam dicit lex quod vnu delictum propter aliud non minuit pœnam, vt ff. de pri. deli. l. 2. & est arg. quod in delictis compensatio nõ admittitur arg. 14. d. cap. 1.

b ¶ Quod non licet.] Scilicet occidere vxorem suam.

c ¶ Quod non licet.] Scilicet aliam ducere ea viuente.

d ¶ Adulterium.] Sic ergo permittitur minus malum, vt euitetur maius. 1. su. 26. q. 2. hi qui sup. 22. q. 1. c. vlt. su. dist 84 presbyter. su. prox. q. 7. quid in omnibus cõtra. Solu. grauius est homicidium quàm adulterium, sed ibi 2. expone grauius: id est, generalius. 50 dis. quia tue. Vel turpius ratione inquinationis. 32. q. 1 in coniugio. & non est cõsilium vel præceptum quod hic dicitur: sed est comparatiua permissio, quæ non excusat [à] peccato.

1 Sic 12. q. 1. 1 considera.

Homicidiũ grauius est adulterio.

2 Scilicet in præced. cap. quid.

ADDITIO. Quod dicitur plene no. 3. distinct. capitul. vlti. in princ.

IN PRÆMISSIS. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua dicitur quod in sequenti c. continetur. Io. de Fant.

4 *In præmissis* [e] *auctoritatibus quique prohibentur adulteras coniuges suas occidere: sed permittitur post septem annorum pænitẽtiam eis illas dimittere. Si autem illas interfecerint, iubentur sine spe coniugii perpetuo manere: nisi forte propter lapsum iuuenilis incontinentiæ ad matrimonia contrahenda eis misericordia impendatur* [f]. *Clericis autem conceditur, si vxores eorum peccauerint, sine mortis acerbitate habere eas in custodia, & ad ieiunia eas cogere: non tamen vsque ad necem affligere.*

Vnde in Toletano concilio primo, c. 7. legitur.

¶ Clerici, si vxores eorum peccauerint præter necem eas domi custodiant, & ad salutaria eas cogant ieiunia. C. X.

Iuo p. 8. c. 283.

PLacuit, vt si quorumcumque clericorum vxores peccauerint; ne forte licentiam [g] peccandi plus habeant; accipiant mariti earum hanc potestatem [h] præter necem custodiendi ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria, non mortifera eas cogentes: ita, vt inuicem [i] sibi clerici pauperes auxilium ferant; si seruitia [k] forte non habeant, Cum vxoribus autem ipsis, quæ peccauerint, non cibum [l]

e ¶ In premissis.] Sic intellige 31. q. 1. hæc ratione.

f ¶ Impendatur.] Supra ead. interfectores.

PLacuit.] CASVS. Dicitur hic, quod si vxores clericorũ peccauerint, eas non occidant, sed eas custodiant, ne de cætero habeant licentiam peccandi, macerando eas verberibus & fame: sed non vsque ad mortẽ: cum eis autem non commendant: nisi prius uere pœniteant. sequens §. patet, ad quem inducit sequens c.

g ¶ Licentiam.] Id est impunitatem. Simile. 45. distin. qui sincera.

h ¶ Potestatem.] Nam si eam etiam male verberauerit nisi pro causis in lege expressis, punitur in pecunia: gabit ei tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias, vt in auth. vt liceat mat. & auiæ §. si quis aũt. coll. 8. si autẽ quis non dedit dona propter nuptias punitur in quarta parte totius suæ substantiæ, si eius substantia non excedit ccc. aureos: si excessit, dabit ca. au- cut alterius. Sed quare dicit, quod pauperes clerici seruiant sibi? Dic quod respondet tacitæ obiectioni. q. d. & si mulieres ligatæ non possunt eis seruire: pauperes clerici, qui non possunt alios seruientes habere, seruiant sibi vice mutua. Item secundum Hug non poterunt illas reconciliare sibi, nisi nollent promoueri arg. 33 dist. si cuius. Alij autem dicunt illum non impediri cuius vxor cognoscitur ab alio, si ipse non consentiat eius adulterio. vnde bene possunt eas reconciliare etiam quo ad carnis comercium: nec eis in aliquo præiudicatur, quod tamen intelliges secundum quod dixi sup 34. distinct. si cuius.

i ¶ Ita vt inuicem.] Ar. 15 q. 1. dilectissimis. arg. 11. q. 1. sicut enim. arg. d 90 præcipimus.

K ¶ Si seruitia.] Id est, seruientes.

l ¶ Cibum.] Et est hoc propter enormitatem delicti: tamen ipsam excommunicatam non debet vitare 4. 11. q. 3. quoniam multos. quod forte falsum est.

4 Idem sentit hic Lacuius ita gl. de hoc no. 27. q. 1. de illis. Arch.

NVNC

sumant, nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

§ *Nunc autem quæritur, quare sacris canonibus sit institutum, ut post septem annos pœnitentes in pristinum statum reuocentur.*

† al. Massenũ

De his ita scribit Isidorus ad Massonem † episcopum in præfatione ad librum de summo bono.

¶ Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum pœnitentes redire. C. XI.

Rabanus l. pœnit.c.1. Poly.l.4.tit.39. Ans.l.6.c.398. Iuo p.6. c.398. & p.15.c.98.

HOc ipsum, quod canonum cēsura post septem annos remeare pęnitentem in pristinum statum præcipit[a], &c. *ut in tractatu ordinandorum de Lapsis* [α], non hoc ex electione proprij arbitrij, sancti Patres sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nam legitur[b] ꝙ Maria soror Aaron prophetissa, dum † detractionis † aduersus Moysem incurrisset delictum; illico stigmate lepræ perfusa est, cumq; peteret Moyses vt emundaretur, præcepit eã Deus extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis. quę dum superbię dedita, sordidissimis cogitationum † maculatur contagijs; extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctæ ecclesiæ septem annis proijcitur, ut post emundationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. *& post pauca.* ¶In fine autem [β] epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescumq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur; illius sententia magis teneatur, cuius antiquior[c] aut potior extat auctoritas.

† al. cum
† al. obtrectationis
Num.12
† al. corruptionum
sup. dist.50. domino sancto.

[α] ¶Vt in tractatu ordinandorum de lapsis.] *Absunt hęc a plerisque vetustis, sed non sunt expuncta, quia sic solet citare Gratianus; & indicatur c. presbyter, supra dist. 82.*

[β] ¶In fine autem.] *Hęc vsque ad finem absunt ab vno antiquo Gratiani exemplari.*

2.Reg.12.

Hoc autem quamquam de sacerdotib⁹ uideatur specialiter dictum: generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi. Ad imitationem namq; illius Dominicæ sententiæ Dauid de adulterio[d]*, & homicidio reprehēsus uni⁹ hebdomadæ ieiunij in satisfactionē admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam ecclesiastica consuetudine est usurpatum*[e]*, ut maiorum*[f] *criminum pœnitētia sep*

NVNC AVTEM. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur ꝙ hic & in sequenti c. continetur. Io de Fant.

HOc ipsum.] CASVS. Quod peccator post septem an. pœnitentiam ad pristinum statum restituitur, hoc non ex carnali arbitrio, sed ex diuina sententia sancti Patres sanxerunt: quod probatur exemplo sororis Aaron: quæ propter murmurationem, quam fecit aduersus Moysem, eiecta fuit extra castra septem diebus; ut mundaretur, per quod notatur quod vij annis debet aliquis pœnitere antequam in statum pristinum reuertatur. In secunda parte dicitur, quòd cum in gestis conciliorum diuersa inueniatur sententia vel opinio: illius sententia teneatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas. Secunda pars incipit ibi, [In fi. aũt epistolæ.]

a ¶ Præcipit.] Idest, permisit post septem annos. supra distinctio. 82. presbyter, contra, sed varietas canonum est in pœnis infligendis, & pœnitentiæ sunt arbitrarię, vt 26 q 7. tempora. & in his minor pœnitentia est amplectenda, ff. de arb. diem proferre, §. si plures. & l. non distinguemus. in prin. & dist. 50 eos vero. — Pœnę sunt arbitrariæ.

b ¶ Nam legitur.] Licet olim peccatum murmurationis nō mulctaretur morte: hodie tñ repellit (vt dicit H.) a promotione, arg. 90. dis. alienus, quia nec omnia, nec sola, &c. vt notaui 54 dist. multos. Hic inseritur vna ratio, quare septēnis pęnitentia imponat. quia Maria, &c. Theologi aliter assignant, vt sicut propter peccatum septiformis spiritus sãcti gratiam amisit; ita ꝑ pœnitentiam septennem eam recuperet. — Pnĩa septennis ē ꝓ mortali imponenda.

c ¶ Cui⁹ antiquior.] Sim sup. 50. d domino sancto. in fin. vbi de hoc dixi.

HOC AVTEM QVAMQVAM. CASVS. Dicit Gr. ꝙ licet videtur dictũ, ꝙ sacerdotes spiritualiter debeant facere septennem pœnitentiam, hoc tamē generaliter ad omnes extenditur, vt ꝓbatur exēplo Dauid, qui ad imitationem Dominicę sententię de adulterio & homicidio septem diebus pœnituit. vñ postea ecclesia habuit in vsu, vt ꝓ mortali peccato septennis pœnitētia fieret: nisi enormitas delicti, vel dignitas officij maiorē fieri exigat. in sequēti autem §. dicit ꝙ pęnitētes matrimonia contrahere prohibētur, & ad hoc inducit seq. c. Dñicæ sententię, de Maria scilicet, vt sup. c. proximo.

d ¶ Dauid de adulterio.] Legitur in libro Regum 2 c. 12 ꝙ Nathan propheta cũ redargueret Dauid de adulterio & homicidio, descendit de solio, & grauiter est contritus: & dixit Nathan: transtulit Dominus peccatum tuum: verumtamen filius qui natus est tibi, morte morietur: percussit ergo Dominus paruulum vsque ad vitæ disperationem: & pro paruulo ieiunauit Dauid, & noluit consolari. Accidit autem die septimo vt moreretur infans, & videns Dauid seruos vlulantes, intellexit, quòd mortuus esset, qui lota facie: & mutata ueste intrauit domum Domini, & adorauit: & exhilaratus redijt in domũ suã.

e ¶ Vsurpatum.] Idest, vsu habitum.

f ¶ Vt maiorum.] Sup. 22. q. 1. prędicandum.

a ¶Ex-

a ¶ Excellentia.] Vt sup. 82. di. presbyter. & 22. q. 1. deuotá, sup. 24. q. 1 si quis dederit, tñ omnia ista sunt in arbitrio sacerdotis 26. q. 7. tempora. Vnde canones non ponunt mensurá pęnitentiæ: sed omnia hæc arbitrio sacerdotis relinqnuntur, vt inf. de pęn. di. 1. mensuram. sint iterú solenniter pęnitere, tamen ecclesias intrant, & admittuntur ad sacramentum, sed non ad communionem nisi in fine vitæ. Quod aút de viris dicitur, est de mulieribus similiter intelligendum. [Improfessam.] Id est, male professam.

Pniæ mensuræ per canones non ponitur.

DE POENITENTIBVS. Hæc est 6. pars quæstio. in qua quæritur, verum pœnitentes solenniter possint contrahere? Et dico non debent, nisi essent iuuenes; si tamen contrahunt, tenet matrimonium. Io. de Fan.

Pęnitens solenniter an possit postea mřimoniú contrahere.

b ¶ De pœnitentib.] Hic mouet magister quandam incidenté quæstionem, an post solennem pęnitentiá possit contrahi matrimonium? Et tres sút opiniones de solenniter pœnitentib. Quidam dicunt, quod nullus solenniter pœnitens potest contrahere, nisi ex dispensatione, infra ea. antiqui. quia intelligitur vouisse: & sic intelligút ca. infra ead. de his. pœnitens enim semper viuit sub regula ecclesiastica, vt de pœ. dist. 5. contrariú. H. vero dicit, quod quilibet pęnitens potest contrahere, nisi tantum in tribus casib. puta pro vxoricidio, vel nisi iniunctú hoc sit ei nomine pœnitentiæ, vel pro raptu sponsæ alterius, vel pro incestu. Adhuc tñ excipit adolescentes, qui (vt dicit de iure communi) possunt contrahere. Ideo autem in tribus his casibus prohibetur, quia in his contaminatur matrimonium. Alij tñ ponunt quinque casus, in quib. post solennem pniam non licet contrahere. vnus est pro incestu, vt 32. q. 7. si quis viduam. Item pro vxoricidio, sup. c. interfectores. Item pro raptu sponsæ alterius. 27. q. 2. statutum. nec contradicit. 36. q. 2. stia. nam ibi illa non erat sponsa. Item pro concubitu cum moniali. 27. q. 1. vt lex. Item pro homicidio presbyteri, vt extra de pœn. & re. qui presbyterum. Item pro eo quod dolose suscepit filium de sacro fonte. 30. q. 1. de eo. Et dicunt quidam, quod si isti contrahant, non tenet matrimonium, arg. sup. ca. interfectores. Si tamen tales sint, qui non possunt continere, de licentia episcopi possunt contrahere, & consensus episcopi facit matrimonium talium tenere, vt infra ead. c. vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere, licet prohibeantur contrahere: nisi apponatur in constitutione, quod si contraxerint separentur s. quod credo verum. ad hoc facit extra de præben. c. dilecto.

s Ad hoc facit expresse quod le. & no. ex. de desponsa. impu. ad dissoluédam, in Fo. Arch.

tem annorum spatio concludatur: nisi vel officii excellentia [a]*, uel criminum magnitudo uulgarem consuetudinem excedens (ueluti, dum contra naturam humanæ societatis parentibus, uel liberis uel aliis eiusmodi personis impudice adhęremus: uel dum relicto naturali usu contra naturam more sodomitico fornicamur; uel usque ad coitum brutorum animalium prolabimur,) præmissum spatium transcędere cogat. 6. ¶ De pœnitentibus* [b] *quoque quæritur, an eis generaliter post pœnitentiam peractam coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate prohibentur pœnitentes ad sæcularem militiam redire, uel matrimonia contrahere.*

Vnde Syricius Papa, epistol. 1. ad Himerium episcopú, cap. 5.

¶ Pęnitentes matrimonia contrahere prohibentur.

C. XII.

Burc. l. 19. c. 57. Iuo p. 15. c. 71.

DE his vero non incongrue dilectio tua Apostolicá sedem credidit consulendam, qui acta pęnitentia, tamquam canes, ac sues ad uomitus pristinos, & uolutabra redentes, & militiæ [c] cingulum, & ludicras voluptates, & noua coniugia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus? quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filij prodiderunt [d]. De quibus quia iam suffugium nó habent pęnitendi; id duximus decernédú, vt sola citra ecclesiam fidelibus oratione iungantur [e], & sacris mysteriorum celebritatibus (quamuis non mereantur) intersint: à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correpti, & ipsi in se sua errata castigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obscęnis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munere, cum ad Dominum cęperunt proficisci, per communionis gratiam uolumus subueniri: quam formam, & circa mulie-

DE his.] CASVS. Quidam post acceptam solennem pœnitentiam ad militiá redeunt secularem. Alij vero viuunt incontinenter, vt per filios male genitos apparet: de quibus ita statuitur, vt quamuis non pos- DE HIS. Hoc c. potest intelligi de pęnitente solenniter pro aliquo prędictorum criminum, & tunc dic. [im professam,] .i. continentiam male professam i. non seruatam. Et quod postea dicit, [non habent suffugiú pęnitédi.] Verum est quod solennis pnia non iterat. 50. d. §. pót. licet G. innuat contrarium, inf. de pę. d. 3. §. ex persona. Potest etiam hoc c. intelligi de his, qui votum emiserunt, & post contraxerunt nec tenuit matrimonium: & tunc dicit improfessam. i. male professam. Et dic quod non habent suffugium pœnitendi. i. contra professionem suam veniendi. omnia alia plana sunt.

c ¶ Et militiæ.] Sed nunquid generaliter verum est, quod solenniter pœnitens non debeat redire ad cingulum militiæ? dicunt quidam hoc esse consilij, non autem pręcepti. & ita intelligunt de pę. dist 5 falsas Hoc alij intelligunt in eo casu tátum, cum eis, hoc iniungitur in pnia. Alij dicunt illud tantum esse intelligendum quando agit pęnitentiam solennem pro crimine in militia commisso, & hoc innuit illud c. falsas s.

Pęnitens solenniter an possit ad honoré redire.

d ¶ Prodiderunt.] Simile. 82. d. proposuisti, sup. dist. 28. prius quam, C. de epis. aud. nemo.

s Hic adde quod no. 50. d. si qs post.

e ¶ Iungantur.] De pœn. dist. 5. si quis vero,

a ¶ Et

a ¶ Et circa mulieres.] Arg. ꝙ solennis pœnitentia ita iniungitur fœminis sicut, & viris arg. 50 di. pęnitentes. inf. ea q. antiqui. & q. 5 pœnitentiam, sup. 27 q. 1. virginibus. & c. si quis sacro, in f. ea. c. 1.

SED QVIA. CASVS. Ille §. respicit superiorem. §. vel c. proximum sequens. Dicitur ergo hic, ꝓ quidem timebant ne si solenniter pęniterent, dissolueretur coniugium, vel ne amplius possent contrahere cū essent adolescentes, & sic non pęnitebant & ideo statutum fuit, vt possint vti matrimonio contracto, & cum alijs de nouo contrahere. & ad hoc inducit seq. c.

b ¶ Contrahere.] Quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto, non est permissio, licet forte ita intellexerit Gra. Io.

AVdiuimus.] CASVS. Quidam stulti erant in falsa opinione, vt si pęnitentiam agerent, oporteret eos vxores habitas relinquere. Præcipit ergo Leo, vt pœnitentiam agant, & vxores relinquere non teneantur.

c ¶ Audiuimus.] Si hoc c. intelligas de priuata pęnitētia, planum est si de publica, tunc loquitur de matrimonio iam contracto.

IN adolescentia.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis adolescens pro aliquo periculo imminente solennem egerit pœnitentiam, & postea propter lapsum carnis vxorem duxerit; nec ipsum condemnamus, nec regulam sic faciendi in alijs constituimus.

d ¶ In adolescentia.] Hoc c. dupliciter potest intelligi. Primo de eo soluto, qui egit solennem pęnitentiam pro aliquo dictorum criminum, post contrahit & secundum hoc facit Grat. mentionem de hoc sup. e. interfectores nec fit mentio de hoc infra ea. antiqui sed de alia cō situ ione Leonis, quam nō habemus, cum illud antiqui de coniuncto in matrimonio intelligatur, qui tale quid cōmisit ꝓpter quod egit solennem pœnitentiam pro aliquo prædictorum criminum, de quo ibi dicitur, quod debet vti vxore sua quosq; possit seruare continentiam. Vel potest intelligi de iam coniuncto, & secūdum hoc fit de hoc mentio infra ea antiqui. sed de qua fit mentio supra ea. interfectores. iterum nescimus. Secundus casus repugnat illi litterę, copulam vxoris elegit, sed expone ibi, id est exegerit carnale debitū. posset tamen intelligi illud c. antiq. & illud, interfectores: ꝙ faciunt ambo mentionē de hoc c. in adolescentia ita scilicet quod illud antiqui. intelligatur de coniungendo: & secundum hoc littera posita in c. antiq. ita debet exponi, coniugatus, i. coniungēdus, redeat ad pristinū cōiugiū. i. contrahat cōiugiū, ꝙ antea contrahere potuisset iure, si non peccasset, sed nunc ex dispensatione. Ioan. de Fant.

res [a], quæ se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt, seruandum esse censamus.

Sed quia timore soluendi coniugij, nonulli ad pœnitentiam accedere differunt, vel propter lapsum adolescentiæ, quem formidant, pœnitētiæ remedium suscipere negligūt; ideo auctoritate canonica permittitur eis, vel contracta matrimonia retinere, vel alia contrahere [b].

Vnde Leo Papa Galerio episcopo Tripolitano scribit.

¶ Ex indulgentia coniugia post pœnitentiam legitimam non negentur. C. XIII.

AVdiuimus [c] à quibusdā, quod in vestris diœcesibus, ac finibus Christianorū cętus leui occasione se subtrahunt pœnitentiæ iugo; dicentes, quia si pęnitentiam agimus, coniugij debemus relinquere copulam: in quo errant, & de veritatis calle discedunt: quia pro omnibus illicitis pœnitentiam vnusquisque Christi nominis cultor sustinere, ac peragere summopere debet, dicente Domino (Matth. 3) [Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.] Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam sustinenti soluere licet. *& infra.* ¶ Sacris eos vos expedit eloquijs edocere, vt ab erroris eripiantur caligine †, & licitis copulationibus iuncti, de omnibus illicitis pęnitentiam agere procurent.

† Caligio dicitur vmbra, n. bula de spissitudine aeris facta, dicta ꝙ maxime aeris calore gignatur. inde caligare, in obscurare, & caliginosus. Pan.

Item Leo Papa ad Rusticum, epistola 90 al. 92. c. 11.

¶ Propter lapsum iuuenilis incontinentiæ non negentur pęnitentibus licita coniugia. C. XIIII.

IN adolescentia [d] constitutus, si vrgente aut metu mortis [e], aut captiuitatis periculo pęnitentiam [f] gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ iuuenilis, copulam vxoris elegit, ne crimen fornicationis incurreret; rem videtur fecisse venialem, si præter coniugem, nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam [g] constituimus; sed quid sit tolerabilius æstimamus [h].

Item Nicolaus Papa Rhatoldo † episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis.

† al. Radulpho

d ¶ In adolescentia.] Arg. ꝙ ratione ætatis facilius dispensatur. 50. d. pęnitentes. 35. q. 6. si duo.

e ¶ Metu mortis.] Cū volebat esse in bello, non intellige pro infirmitate ar. 26. q. 7. c. 1.

f ¶ Pęnitentiam.] Id est, non expleantur septem anni, computato primo ex quo pęnitentes cœpit agere pęnitentiam.

f ¶ Pęnitentiam.] Arg. contra, supr. 50. dist. pęnitentes. Ibi enim dicitur, ꝙ solennis pœnitentia non de facili iuuenibus imponenda est. non est contra, quia illud bene concedo. Ioan.

Pœnitentia solennis nō de facili iuuenibus imponitur.

g ¶ Regulam.] Finis huius cap. facit pro his qui dicunt ꝙ nec ēt iuuenis contrahere potest arg. supra. ead. interfectores. H. vero Laur. & Mar. qui dicunt ꝙ iuuenis de iure cōi potest contrahere, exponunt litteram, non regulam constituimus, i. nō dicimus aliquid quod erat ius cōe ante hoc, immo contra ius commune. quia de iure communi nec adolescens poterat cōtrahere ante hoc t.

t Et hoc & dicit H. & Io. de Fant.

h ¶ Aestimamus.] Constituendo, s. quod modo tolera.

lerabilius est, quàm eius contrarium, constituendo contra ius commune.

LAtorem præsentium.] Hęc est 7. pars quæstionis, in qua dicitur qualiter puniatur matricida. Io. de Fa. CASVS. Ille matrem interfecerat: nunc Papa in hoc c. imponit ei pœnitentiam, vel ostēdit quā pęnitentiam episcopus suus d̄ beat ei imponere. Sequētia duo cap. plana sunt, quæ dicunt, quod post pęnitentiam de fornicatione, potest aliqs contrahere, vel vti matrimonio iam cōtracto. Sequens §. patet, ad quem inducit sequens c.

nium. 34 q. 2. cap. pe. Potest tamen episcopus dare licentiam incestuoso vt contrahat dispensatiue. aliàs contrahendo nihil agit; veruntamen videat episcopus cum quo dispenset: quia cum eo tantum debet dispensare, q continere non potest. Sed qualiter hoc constabit episcopo?

¶ Hæc pœnitentia est imponenda ei, qui matrem occiderit. C. XV.

7 LAtorem præsentium matricidam esse cognouimus. Cui præcipimus, vt sub pęnitentiæ iugo pmaneat. ita vt per annum integrum ecclesiam non ingrediatur; sed ante fores basilicæ orans, & deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in ecclesiam licentiam habeat: tamen inter audientes stet; sed nondum communicet. Completis autem trium annorum curiculis sacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes vero non offerat, nisi prius [a] aliorum septem annorum curricula expleantur ¶ His autem omnibus annis, atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus, atque Dominicis, & à Pascha vsque ad Pentecosten. Et quocumque ire voluerit; nullo vehiculo deducatur; sed pedibus proficiscatur; arma [b] non sumat, nisi contra paganos: ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vsque ad vesperam [c]. A propria quidem, ac legitima coniuge non separetur, ne in fornicationis voraginem corruat; quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorum trium cursum finis vitæ illius appropinquauerit; corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat: sin autem, vt supra statuimus, efficiatur: tamen, si illius conuersionem [d] † & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pulluare; humanius circa eum vestra solicitudo peruigil appareat, mitisque omnibus demonstretur.

Poly. l. 6. tit. 10. Ans. l. 11. c. 52. Pur c. l. 6 c 46. Iuo p. 10. c. 173.

Vide Rhenanū ad finē Tertulliani operum.

† al. conuersationem.

¶ *Pœnitentia parricidarum, quæ hic præcipitur, habetur in concilio Vormaciensi, c. 30.*

Item †.

† al. Idem

¶ Post dignam pœnitentiam adolescentibus permittuntur licita coniugia. C. XVI.

8 SI quis cum duabus fuerit sororibus fornicatus, aut cum his personis, de quibus sancta scriptura prohibet; si dignam egerit pœnitentiam [e] & castitatis non valuerit continentiam sustinere, liceat ei legitimam in coniugio vxorem [f] accipere: similiter, & mulier, quæ tali fuerit scelere lapsa; vt fornicationis nō perducatur ad chaos †; seu hoc de laicis viris, ac mulieribus solummodo statuimus.

In concilio Vuormaciē, c. 33. idem habetur.

† Chaos e[st] confusio r[e]rum. cha[os] Græci dic[unt] materiā c[œli] & terræ c[on]fusam, secundum Pap.

¶ *Iuo citat hæc, quemadmodum & sequens, ex Nicolao ad Carolum archepiscopum, & eius suffraganeos. Idem vero habetur in concilio Vuormaciensi, c. 33. nisi, quod pro illis verbis, lapsa fornicationis, liceat.*

Item †.

† al. Idem
In eodē concilio, c 34.

a ¶ Nisi prius.] Arg. cōcesso maiori inhiberi minus. argu 50. distinct cap. placuit: argum. 17. quæst. 4. miror & ext. de cornea. ca. 1. Arg. contra 95. distin. illud & qui indignus est minore & maiori. ff. d̄ senat. qui indignus est. & cui interdicitur pomerium ciuitatis, & ipsa ciuitas. ff. de seruis exportan. cui.

Pomerio interdicto interdicitur ciuitas

b ¶ Arma.] Amittit ergo feudum, cum dominum iuuare nō possit, & sibi hoc imputet: quia ex culpa sua hoc damnum incurrit. 15. q. 1. sane. argum. 17. q. 4. uxor. ff. de reg. iur. quod quis ex cupla. & hoc est verū, nisi tale sit feudum, in quo per aliū seruire possit. tunc enim seruiat per substitutum. C. de epis. & cle. q̄squis. & 94. distin. valde.

Vasallus potest seruire quandoque per substitutum.

c ¶ Ad vesperam.] Infra de consec. d. 1 solent.

d ¶ Conuersionem] Potest ergo episcop[us] causa cognita relaxare de pęnitentia quā Papa imposuit ratione & clericus de ea, quam eps imposuit, sed dic q̄ Papa licētiam dedit de hoc. Item nūquid ille cui Papa pęnitentiā imposuit, potest ingredi monasteriū? sic. argum. sup. ea. admonere. & de pæ. d. 5. si quis.

Pęnitētiam à Papa impositam pōt eps ex causa relaxare. Sic 50 di. accedēs vbi de hoc. & 36 q. 7. tempora. ibi. videas. Arch.

SI quis cum duabus.] Hæc est 8. pars quæstionis in qua pbat, quod i[n]ces[tuosi], incestuosi, & homicidæ si contrahunt, tenet: Io. de Fant.

Incestuosus an possit matrimonium contrahere.

e ¶ Pœnitentiam.] Hæc opinio quorundam, q̄ quilibet incestus (nisi in adolescente) impedit matrimonium. 34 q. 2. cap. pe. Potest tamen episcopus dare licentiam

scopo? per famam vicinorum. extra qui cleri. vel vouen. significauit.

f ¶ Vxorem.] Supra 27 q. 2. qui dormierit cōtra. supra. prox. q 7. concubuisse contra solut. hic ignorans ibi sciens fuit. vel hic loquitur de illis, quarum neutra fuit

vxor

vxor vel sponsa, Hug. sed hæc solu. reprobatur per illud infra. 35 q. 3. si quis cum matre. quia illud de simplici fornicatione intelligitur: quod patet 34. q. 2 § de simpliciter. Vel hic de dispensatione ecclesiæ, vel lenitate misericordiæ, ibi de rigore.
a ¶ Si

vxore valeat separari, vt deportatio.
d ¶ Hoc aliter.] Non est verum ꝙ aliter: sed hoc dicit, vt inducat seq. ca.

QVos Deus]CASVS. Dicitur hic, quòd homo sine ratione separare non potest quos Deus coniunxit: vbi vero lex decidit, non separat homo, sed lex. Sequēs §. planus est.

¶Puniatur, qui hæc crimina committit, non tamen legitimam dimittat vxorem. C. XVII.

Ivo p. 1. c. 138. & p. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 64.

SI quis cum matre a fornicatus fuerit spirituali: anathematis, vt scitis, percutitur [a] ictibus. Similiter [b] autem & illum percutere promulgamus; qui cum ea, quam de sacro fonte baptismatis susceperit, aut cum illa, quam ante episcopum tenuerit, cum sacro chrismate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit scelūs. legitimam tamē, si habuit, non dimittat vxorem, Quos b enim [c] Deus coniunxit, iudex sua auctoritate separare non debet.

a ¶Cum matre.]*Sic in Pannormia, & apud Iuonem. p. 9. 36. sed apud eundem par. 1. c. 138. legitur.* si quis cum commatre *etiā in concilio Vuormaciensi.*

b ¶Quos enim.] *Hæc non sunt in Vuormaciensi, neque apud Iuonem, sed fere eadem in Pannormia.*

Quamquam Isidorus hoc aliter[d] *intelligat dicens.*

c ¶ Absq; ratione.] per hoc c solue generale illud 31. quę. 1. quod si dormierit. & q. 5 consuluisti.
f ¶ Non n. homo separat.] Sed lex. Simile 23 q. 5 si homicidiū. immo & per maleficium corpus viri efficitur principis, argu. ff. de ca. dimi. per totum.

¶Non homo separat, quos pęna condemnat. C. XVIII.

Matt. 19.

QVos Deus [d] coniunxit, homo non separet.] Quæris quomodo? subaudi violēter, sine lege, absque rationē [e], quos Deus coniunxit, homo non separet. Non enim homo separat, [f] quos poena condemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat.

Verum hoc pro his dictum intelligitur, quos indices sæculi pro suis sceleribus, legum seueritate percellunt, quos vel morte puniunt, uel deportari iubent.

Item ex concilio Toletano 6. c. 8.

ANtiqui]Hęc est 10. pars quæstionis, in qua Gra. redit ad pœnitentes. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic ꝙ si quis coniugatus solēniter egerit pęnitentiam, si continere non potest, ad coniugiū pristinum reuertatur, donec erit in ętate, in qua poterit melius cōtinere. Idē dicendum est de pœnitente vxore: quod quidem ex indulgentia est statutum: & si pœnites superuixerit, non contraheret: alius vero sic.
g ¶ Antiqui.] Si intelligas hoc c. de matrimonio contracto: tunc est hic arg. pro illis qui dicunt, ꝙ solenniter pęnitens intelligas hoc c. de matrimonio contrahendo; tunc expone, redeat ad pristinum, coniugium .i. quod contraxit post pœnitentiam, a quo per suggestionē aliquorū recesserat. Itē habes hic ꝙ quandoque dispēsatur in matrimonio, non tamen in secundo, sicut dispensatur in uno ordine, nō tamen in secundo, vt 12. dist. nos consuetudinem.

¶De eodem. C. XIX.

sup ea. in adolescentia.

10 ANtiqui [g] & sanctissimi est patris sententia [h] Papę Leonis, vt is, qui in ætatis adolescentia positus, dum mortis formidat casum, peruenerit ad pænitentiæ remedium: si coniugatus forte † fuerit incontinens, ne postea adulterij lapsum incurrat, redeat ad pristinum coniugium, quousque possit adispici temporis maturitate continentiæ statum; quod nos sicut de viris, ita de fæminis æquo modo censemus. Non quidem hoc generaliter [i], & canonice est præceptum: sed constat à nobis pro humana fragilitate indultum [k]. Ea duntaxat ratione, vt si is, qui pęnitentiæ non est legibus deditus, ante ab hac vita decesserit, quàm ex consensu ad continentia vnus a eorū [l] fuerit regressus superstiti [m] non liceat denuo ad vxoris transire [n]

† *al. est forte.*

Dispensatur quādoque in vno matrimonio, & nō in secundo:
1 Arg. ad hoc 16. q. 7. quicum, : vbi dixi de hoc.

a SI quis. ¶ Percutitur.] Nisi admonitus pœniteret. 11. q. 3 certum.
b ¶ Similiter.] 30. q 1 omnis. arg 50. dist. ponderet.
QVOS ENIM. Hæc est 9. pars q. secundum Ioan. de Fant.
c ¶ Quos enim.] Gratianus non intelligens c. sequens, deceptus est, argum. illius c 34 q. 2. si quis necessitate. & C. de repud. l. 1 iubuerit hoc c. & §. sequens ac si esset alia causa præter fornicationem, propter quam quis ab

h ¶ Sententia.] Id est, constitutio. Sed vbi sit, dixi sup. cap. in adolescentia.
i ¶ Generaliter.] Id est, non ꝙ ante hoc esset ius commune, prout dixi in cap. in adolescentia.
K ¶ Indultum.] à Leone Papa.
l ¶ Vnus eorum.] Id est, pœnitens scilicet.
m ¶ Superstiti.] Id est, pęnitenti.
n ¶ Transire.] Ar. ꝙ sublato impedimento, id debet fieri quod eo impediebatur, ne fieret, 1.

a Ab-

a Absolutionem.]Id est, pœnitentiam, per quam habet absolutionem, id est, quia non peccauerit.
ADDITIO Nec id fecit propter hoc, ꝙ debeat talem pœnitentiam recipere. Archid.
b ¶ Ita videlicet.]Id est, in adolescentibus.

vt inf. ea. serpens. Videndum est ergo quid sit ipsa, & vnde dicatur, & quid sit satisfactio: quę attendantur in ea: quæ sint necessaria: & de modo agendi in isto tracta. tu: Et quid sit ipsa, habes infra. dist. 3. pœnitentia. Dicitur enim pœnitentia a pœnitendo. infra ead. dist. tres sunt

Pœnitentia circa multa est attendenda.

a Et extra eo tit. significauit. Peccata vtrũ deleantur solà contritione.

c ¶ Ordinatio.]Not. ꝙ ordinatio ista attẽditur circa hoc, vtrũ adolescentib. debeat indici pœnitentia solennis, nõ vtrum debeant contrahere: quia de iure communi possunt, vt supra eadem, in adolescentia.

amplexus. Si autem illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem †[a] pœnitentis; nubat, si se continere non potest, & alterius † cõsortio fruatur vxoris. Quod de vtroque sexu quomodo a nobis manifestum est esse decretum, ita videlicet [b], vt in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio [c]: vt iuxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentia absolutionis, vel districtionis tribuat legem.

† al. benedictionem
† al. vlterius.



His breuiter.]CASVS. Post incidentes quæstiones proponit hic magister tertiam quæstionem, in qua quæritur, an sola cordis contritione absque operis satisfactione, & oris confessione dimittatur peccatum? & hanc quæstionem insolito more pertractat. occasione cuius tractatum de pœnitentia prolixum interserit: quem in septem distinctiones diuidendo disposuit. Allegat autem Grat. in hac quæstione vel distinctione prima, alternatim pro vtraque parte, & tandem ipsam insolutam dimittit vt arbitrio prouidi lectoris terminetur. In hac igitur distinctione tractatur, an sola cordis contritione dimittantur peccata. Et potest dici, ꝙ sic, Dei gratia interueniente: necessaria tamen est postea oris confessio, & operis satisfactio, si fieri possit: alioquin peccat mortaliter ex contemptu qui hoc non facit. In secunda quæritur, an charitas semel habita possit amitti, uel nõ. In tertia tractatur, utrũ pœnitentia sit iteranda. In quarta an peccata dimissa redeant. In quinta, quæ sint consideranda circa pœnitentiam imponendã. In sexta tractatur cui facienda sit confessio. In septima an pœnitentia timore mortis accepta sit vtilis. Primo ergo probat, quòd sola contritione peccata dimittantur. Et ad hoc inducit seq. c.


d ¶ Aliquantulum.]Quia formauit quasdam incidentes quæstiones, & soluit.

α ¶ Vnus eorum.] *In antiquis conciliorum editionibus est*, eorum vnde *in vno Vaticano codice*, alter eorundem: *in codice Lucensi regio*, ad continentiam eorum fuerit *In posterioribus autem Coloniensibus. editionibus* alter ad continentiam eat vnde fuerit regressus: *Itaque in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quæ est in manuscriptis quoque ipsius exemplaribus.*

* *Id est, solus Deus peccata dimittit sed per meritum Christi, et ministerio sacerdotis. atque in pœnitente requirit contritionẽ (ut saltem attritionẽ), quæ deinde virtute clauium fit contritio) confessionẽ, & satisfactionem. Dũ autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, & iustitiam, qua ormaliter fit iustus.*

Conc. Trid. sess. 6. per totã. quare contritio, & satisfactio, sicut & confessio non tantum sunt signa, sed etiam partes huius sacramenti pœnitentiæ.

QVÆSTIO III.



His breuiter decursis, in quibus extra negotiũ finem aliquantulum [d] euagati sumus, ad propositę causæ tertiam quæstionem pertractandam, qua quæritur.

TRACTATVS de Pœnitentia

Vtrum α [d] *sola cordis contritione,* DISTINCT. I.



Vtrum.]Hæc dist. potest diuidi in ix. partes. Quarum prima subdiuiditur in 7. partes. In prima probat, ꝙ in sola cordis contritione dimittuntur peccata, & hoc secundum Io. de Fant. Et probat per 5. ca. vsque ad c. seq. [Si quis nõ dicã]vbi incipit secunda pars huius primæ partis. Tertia primæ partis ibi. [Contra.] Quarta primæ partis ibi. [Aut facta.] Quinta primæ partis ibi. [Cogitatio.]Sexta primæ partis ibi. [Ex concilio.]Septima primæ partis ibi. [Hoc idem]Io. de Fã.

e ¶ Vtrum.]Quia mentionem fecerat Grat. de pœnitentia. sup. e q. 2 admonere. idõ hic tractat de ea. Vel ita: Cũ matrimonium sit principaliter sacramentum laicorũ, licet minoribꝰ ordinibus liceat cõtrahere: quia tñ laicis solennis pœnitentia debet imponi, vt 50 dist. confitentium ideo hic tractatum inserit de ea post tractatum matrimonij, cum & ipse sit sacramentum. Nam in veteri testamento incipit etiam ad Adam, vt inf. ea. serpens.

a Vt 32. dis. erubescant. & ca. sequentem.

tres sunt actus, & inf. dist. 3. in tãtũ. Quid sit satisfactio habes. inf. e. dist 3. satisfactio. Attendunt aũt in ea septẽ. Persona siue dignitas. sup 41. d. non cogantur. Causa. vt 23 q. 5 excõicatorum 2. itẽ locus, tempus, qualitas, & quantitas inf. e. dist 5. consideret. Item cultus, vt 35 q. 1 illa. In pœnitentia tria sunt necessaria, scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio, inf. dist. 3 perfecta. sed vbi cui facultas non suppetit sufficit cordis contritio, arg. 45. dist. cum Modus agendi talis est. In prima dist. tractatur, an sola cordis contritio deleat peccatũ, vel confessio post contritionem. Baz. dixit quod sola cordis contritio non deleat peccatũ, ubi copia sacerdotis habeatur. argum. inf. ead cap. ult. & in hoc videtur Grat declinare inducendo cap. illud. ultimum. licet in præcedenti §. dicat hoc esse lectoris arbitrio relinquendum. Sed quidquid dicat Baz. dic quod nec cordis contritione, nec oris confessione peccata dimittuntur. sed tantum gratia Dei. & de conse. distin. 4. nemo tollit. sed ipsa cordis contritio signum est peccata esse dimissa: sicut exterior satisfactio est signum cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionem argum. inf. ead. nõ potest quis. contritio remissionem unde remissio est attribuenda gratiæ, quæ est causa causæ. Alij dicunt peccata per contritionem dimitti. quo ad culpam, non quo ad pœnam, ut in gloss. sequen. utrique Tertij dicunt conditionalem fieri remissionem, et cordis contritionem. In secunda dist. tractat, an charitas semel habita possit amitti. In tertia, an pœnitentia reiterari possit. In quarta, an peccata semel dimissa redeant. In quinta, quis modus debeat obseruari in imponenda eam & accipienda. In sexta, cui quis debeat confiteri. In septima, an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa Ideo autem in septem distinctiones hunc tractatum diuisit: quia septenarius numerus perfectus est. arg. 32. q. 1. nuptiæ. in fin.

a ¶ Scie.

a ¶ Secreta.] Vtique sola cordis contritione deletur peccatum, vt inf. ea. magna. sed pęna debetur, vt 50. dist. si quis præpostera. Et hoc verum est, si confessio non contemnatur, cum adhiberi potest. alias primum peccatum imputatur. inf. ea. dist. agite. nemo contritus non est si ctio peccati, vel propositum confitendi, vel gratia, quę sic homo disponitur vt recognoscat peccatum suum, & velit confiteri si locus & tempus affuerit, & de interiori satisfactione, quæ est interior dolor & amaritudo animæ: de qua habes inf. dist. 3. satisfactio & inf. ea. § his auctoritatibus. Hic autem agitur de exteriori: quia ipsa necessaria est, si adhiberi potest. Sed ad quid, cum iam peccatum sit dimissum per contritionem prçter confessionem? Sol. hęc fit ad humilitatem & iustitiam exercēdam in. f. dist. 3. productor. & vt satisfaciat ecclesiæ, quā lęsit [3]: & vt ipse & alij reddantur cautiores. * Si tamen subtiliter intueamur, gratiæ Dei non contritioni est attribuēda remissio peccatorū, vt dixi in prin. & no. inf. e c. dixi confitebor. & in prima parte allegat Grat. vsque ad § Alij contra.

& secreta [a] *satisfactione, absque oris confessione quisq; possit Deo satisfacere) redeamus. Sunt enim* [b] *qui dicunt, quālibet criminis veniam sine cōfessione facta ecclesiæ, & sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Ambrosii super Lucam ad c. 12.*

¶ *Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit: quam per longam tractationem, qui eum sequuti sunt, in septem distinctiones diuiserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio, in aliquibus vero in margine tantum est,* Distinctio prima, secunda, &c.

α ¶ Vtrum sola.] *Hæc coniungenda sunt cum superioribus, quemadmodum in peruetustis sunt coniuncta, ab illis enim pendent.*

Sent. 4. dist. 17. Luc. 22

C. I.

PEtrus doluit, & fleuit: quia errauit [c], vt homo. Non inuenio quid dixerit [d]: inuenio, quod fleuerit: lachrymas eius lego; satisfactionem [e] non lego [f].

Item β.

β ¶ Item.] *Sequebatur*, Ioannes Chrysostomus, *apud quem hæc ipsa omnino verba non sunt inuenta. Sed apud B. Ambrosium post vltima verba capitis præcedentis sequitur.* Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauent lachrymæ delictum, &c. *Nec multo aliter in sermone 46. de Petri pœnitentia & Ambrosium citat Magister sententiarum.*

Sent. ibid.

C. II.

LAchrymę [g] lauent delictum, quod [h] voce pudor est confiteri [i].

Idem Propheta.

Psal. 50.

C. III.

SAcrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritū [k], & humiliatum Deus non despicies [l].

Item.

PEtrus doluit.] CASVS. Probat in hoc c exemplo Petri, q̄ sola cordis contritione peccata dimittātur, cui perā dimissa fuerunt: & tamen de eius satisfactione non inuenit.

c Quia errauit.] Nā ideo quia homo facile corruit. inf. dist. 3. ille rex.

d ¶ Qui dixerit.] Et forte confessus est: vel cui confiteretur non inuenit, cum omnes a fide recessissent. Vel certe tunc non erat facta institutio confessionis, quę modo est. Aliam rationem assignat Gratia. infra ead. § his auctoritatibus.

est, si confiteri contemnit, vt 32 q 1. cap. vlt. de consecr. d. 4. non dubito *.

b ¶ Sunt enim.] Alij autem negant. Dicunt enim q̄ sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet corde, ore, & opere: ita tribus modis ei satisfaciendum est. inf. dist. 3. perfecta. Vnde dicunt ista hæc esse necessaria, cordis cōtritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. Auctoritates autem, quæ dicunt peccatum dimitti sola cordis contritione, asserunt ipsi intelligendas esse cum articulus necessitatis excludit oris confessionem, scilicet, cum aliquis conteritur, & morte preuenitur, vel aliquo alio iusto impedimento hoc facere impeditur [1]. Alij dicunt, inter quos est P. manducator, conditionalem fieri remissionem per cordis contritionem, infra distinct. 3. sane cauendum. H. dicit sola cordis contritione peccatum dimitti adulto cuilibet. in f. ea magna. si vero conteritur, & proponit ab alijs abstinere, & illud confiteri, & de illo satisfacere secundum iudicium ecclesiæ, etsi nunquam sequatur oris confessio [2]. vel operis satisfactio peccatum tamen iam dimissum non redit, sed peccat mortaliter, si potest iuxta præceptum ecclesiæ cōfiteri, & opere satisfacere & nō satisfacit ar. in. f. de cōsec. dis. 4. non dubito Auctoritates quæ dicunt sine cōfessione & operis satisfactione peccatum non dimitti, intelliguntur de * interiori confessione: quæ est recogni-

e ¶ Satisfactionem.] Exteriorem: aliàs contra, sup. 50. d. vt constitueretur.

f ¶ Non lego.] Et ita intelligit omissum quod nō inuenitur expressū. 24 q. 2 ligatur, sicut de ver. obl. g quidquid. Arg. contra. de consec d. 4 quando a Hierosolymis.

LAchrymæ.] CASVS. Di in hoc c. q̄ lachrymæ s. interiores lauant delictum: quia pudor est confiteri. vnde & si propter pudorem nolit quis confiteri, solæ lachrymæ delent peccata. [Quod,] idest, quia. Vel quod pudor est confiteri. Seq c. patet.

g ¶ Lachrymæ.] Interiores. i. in quo habent tantam erubescentiam, vt ad lachrymas veniat, occulte etiam non coram sacerdote.

h ¶ Quod.] i. quia inf. ea. quem pœnitet. quia pars est pœnitentiæ erubescentia, vt ibi vel ad litteram.

i ¶ Confiteri.] In publico, cum sit occultum: vel quia cum pudore & verecundia confitetur quis. quod semper debet fieri: quia pars est pœnitentiæ erubescentia, vt inf. ea. quem pœnitet.

k SAcrificium, ¶ Cōtritū.] Nō est cōtritū, si cōfiteri cōtemnit 22 q. 1 c. vlt. inf. de conse. d. 4. non dubito.

l ¶ Non despicies.] Idest, acceptabis, sicut facis non cen-

tiæ. Vide omnino. S. Th. 4. d. 17. q. 2. art. 5. & q. 3. ar. 1. & 3. p. q. 9. ar. 1. & 3

Pn̄s tractatus septē distinctiones continet.

* *Et adde q̄ in vera cōtritione includitur propositum confitendi.*

Contritio sola an tollat peccatum.

1 Ar. ext. de de sen. excō. a nobis 2.

2 De qua satis. no. int. d. 5. in summa ubi omnino videas.

* *Immo intelliguntur proprie de confessione & exteriori itemq; satisfactione, q̄uis interdū Deus largiatur gratiā suam ante ipsa, dūmō adsit propositum confitendi, & satisfaciendi. Vide S. Th. 4. d. 17. q. 3. ar. 1. q. 1. ad primam.*

3 Ar. ext. de sen. exc. cum desideres, in hoc.

MVltiplex [e] misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis; vt non solum per baptismi gratiam, [f] sed etiam per pœnitentiæ medicinam spes vitæ reparetur æternæ: vt qui regenerationis donum violassent; proprio [g] se iudicio condemnantes, ad remissionem criminum peruenirent: sic diuinæ bonitatis præsidijs ordinatis, vt indulgentia Dei, nisi supplicationibus [h] sacerdotum, nequeat obtineri. Mediator enim Dei & hominum homo Iesus Christus hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, vt & confitentibus pœnitentiæ satisfactionem † darent, & eadem † salubri satisfactione purgatos, ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. [i] *& post pauca.* ¶ Si autem aliquis eorum [k], pro quibus Domino supplicamus, quocunq; interceptus obstaculo à munere indulgentiæ præsentis excesserit †, & priusquam ad constituta remedia perueniat, temporalem vitam humana conditione finierit; quod manens in corpore non receperit, consequi exutus carne non poterit [l]. *& post pauca.* ¶ His autem [m], qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitētiæ, & mox reconciliationis implorant: nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda [n]: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere: nec tempora definire: apud quem nullas patitur veniæ [o] moras conuersio. *& infra.* ¶ Ita † ergo talium necessitati auxiliandum est, vt nec actio illis pœnitentiæ, nec communionis gratia denegetur, si eam etiam amisso vocis officio per indicia † [p] integri sensus quærere comprobentur. Quòd si ægritudine aliqua ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant; testimonia [q] eis fidelium [r] circumstantium prodesse debebunt, vt simul & pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium cōsequantur. Seruata tamen regula [s] canonū pater-

Sent. 4 dist. 17. Ans. l. 11. c. 13.

† al. actionem

† al. eosdem

† al. exciderit

supr. 26 q. 6. his qui.

† Verū, vt dixi etiā saltū] orig.

† al. iudicium

MVltiplex.] CASVS. Hic ponit hunc casum. In hoc c. dicitur, quod Deus subuenit peccatoribus per baptismū, & per pœnitentiam, quam quis debet accipere ab ecclesia: hāc enim potestatem dedit Christus prælatis ecclesiæ, vt pœnitentibus congruam satisfactionem iniungant. si vero aliquis sine baptismo, vel sine pœnitentia decesserit, remissionē peccatorum, quam hic non habuit, in alia vita non consequetur. In fine vero vitæ petentibus pœnitentiam, & recōciliationem, neutrum denegetur: si tamē sunt hæretici, schismatici, vel excōmunicati, recipiātur per scripturā & per iuramētum. si vero ex toto vocem amittāt & intellectum: neutrum denegetur, si per astantes constiterit illos sic petijsse.

e ¶ Multiplex.] Id est, multipliciter subueniens: al. à natura simplex est.

f ¶ Per baptismi gratiam.] Pueris. nā quod baptismus dicit[ur] prima tabula, ad pueros refertur, qui pœnitere nō possunt [illegible]: adultis enim, nisi pœniteant, baptismus tabula non est. infra ead. secunda.

Vt Ioan. c. 2. Hug.

Baptismus est prima tabula.

g ¶ Proprio.] Non quod ipsimet sibi ipsis iniungant pœnitentiā: quia si ita intelligatur, pro nihilo essent sacerdotib. datæ claues ecclesiæ, vt supra ea. distin. c. omnis. §. alij econtra & c. agite. sed quòd proprio motu confiteatur sacerdoti, vt supra ea. cap. non potest. & cap. ecce nunc. & cap. porro. & cap. facilius.

Pœnitentiā sibimet nullus pōt iniungere.

ADDITIO. Aliàs non est ca. per se, sed sub ca. præced. porro. Archid.

h ¶ Supplicationibus.) Si contemnatur oris confessio: aliàs secus, infra de consecra. distin. 4. baptismi vicem. vel nisi inuisibili administratione, inf. ead. cap. vlti. in fine.

i ¶ Admitterent.] Aliter pro nihilo essent datæ claues ecclesiæ sacerdotibus, vt sup. ea. dist. c. omnis. § alij contra & c. agite.

Ecclesia ignorat quis ad prædestinationem pertineat.

K ¶ Eorum.] Scilicet impœnitentium pro omnibus enim viuis orat ecclesia, nesciens quis ad numerū præ-

m ¶ His autem.] Sup. 26 q. 6. his qui.
n ¶ Deneganda.] Ita quod nec appellatio valet. extra de ap. quasi sponte.
o ¶ Veniæ.) Scriptum est. n. spiritussancti gratia tarda nescit habere molimina. arg. 26. q. 6 agnouimus.
p ¶ Per indicia.) Argum. ff. de leg. 3. nutu. ff. de nona. delegare.
q ¶ Testimonia.) Sup. 26 q. 6. qui recedunt. infra de consec. dist. 4 ægrotantes.
r ¶ Fidelium.) Maxime, quia etiam infidelis testimonium pro catholico dare potest, sup. 2. quæst. 7 si hæretici cus.
s ¶ Regula.) Extra de hæret. sicut, sup. 1 q. 7 quoties. & cap. conuenientibus, & c. saluberrimum.

Nemo

NEmo potest bene.] Hæc est 3. pars huius secundæ partis d. in qua probat, q solus Deus dimittit peccata. sed sacerdos est minister, & de omni peccato. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic quòd nulli datur indulgentia, nisi qui

g ¶ Verbum.] Idest, filius Dei, qui dicitur verbum: quia sicut per verbum manifestatur voluntas alicuius: ita per filium voluntas patris, arg. 22. q. 2. is autem. Vel verbum, idest, prædicatio, quæ quandoque est causa contritionis, & ita per consequentiam remissionis. Et nota quod licet dicat, verbum: non tamen propter hoc excluditur spiritus sanctus, per quem etiam dicũtur peccata dimitti 1. q. 1. remissionem. nec pater, quia inseparabilia sũt opera Trinitatis. de cõsec. dis. 3. omnes. 28. q. 1. sic enim. quandoque etiam ecclesiæ charitas dicitur dimittere peccata. vt de conse. dist. 4. ecclesiæ charitas.

Filius Dei quare dicitur verbum.

norum circa eorum personas, qui in Deum à fide discedendo peccarunt.

¶ *Capus hoc, vt est apud Gratianum, magis conuenit cum originali impresso inter opera B. Leonis, quàm in tomis conciliorum.*

Item Ambrosius lib. 1. de pœnit. c. 1.

C. L.

3 NEmo [a] potest bene agere pęnitentiam, nisi qui sperauerit indulgentiam [b]. Sed negant [c] his oportere reddi communionem, qui præuaricatione [d] lapsi sunt. *et infra.* ¶ Deus autem nullum crimen excepit [e], qui peccata [f] donauit omnia.

Item Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel, c. 4.

C. LI.

Sent. 4. dist. 18. 23. q. 5. remittũtur. Idē l. 3 de spũ sancto, c. 19

VErbum [g] Dei dimittit peccata: sacerdos est iudex [h]. Sacerdos quidem suum officium [i] exhibet [k], & nullius potestatis [l] iura exercet. *et libro primo de pænitentia, c. 2.* Dominus par ius, & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari [m] conditione permisit. Ergo qui soluẽdi ius non habet, nec ligandi [n] habet. *et infra.* ¶ Certum est, quòd ecclesiæ vtrumque licet; hæresi vtrũque nõ licet. Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè igitur ecclesia vendicat, quę veros sacerdotes habet: hæresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet.

¶ *Confectum est caput hoc ex B. Ambrosii verbis, collectoris tamen arbitratu dispositis.*

Idem in eodem 1. lib. de pœnit. c. 3.

C. LII.

Poly 6. tit. 12.

4 POtest fieri [o], vt aliquis victus supplicijs sermone

h ¶ Iudex.] id est, minister. ministerio enim, non auctoritate habet dimittere. de conse. dist. 4 aliud.
i ¶ Officium] Supr. 23. q. 5. remittuntur, sup. 11. q. 3. quò. & c. audi officium. 1. orationem. 1. q. 1. remissionem.
k ¶ Exhibet.] In moderãda satisfactione inf. ead. mensuram.
l ¶ Potestatis.] i. nulla sua potestate.
m ¶ Pari.] Illa. si diligis me, pasce, &c. & extra de elect. significasti.
n ¶ Nec ligandi.] ff. de reg. iur. nemo qui condemnare non potest, absoluere potest. 21 dist. inferior. ff de re iud. qui condemnare. habes tñ quatuor exceptiones [r] inf. de conse. d. 4. factum. ext. de sent. excom. tua, C. vbi sena. quoties, §. adeo C. de off. procons. l. 2.

r Ad huius declarationem vidras quod no. 21. dis. inferior. in gl. 1.

qui eam sperauerit & petierit. Quidam tamen hæretici dicunt, q lapsis in præuaricationem est communio deneganda: sed male, cum Deus omnia mala pœnitenti dimittat, & nullum excipiat.
a ¶ Nemo.] Adhuc probat, q oris confessio, & operis satisfactio necessaria est: cum solis sacerdotibus sit tradita potestas ligandi, & soluendi 11. q. 3. absit. ostendit etiam, quòd omni petenti datur venia.
b ¶ Indulgentiam.] Quæ obtineri potest nisi supplicationibus sacerdotum, vt sup. c. proximo.

Potestas ligandi, & soluendi solis est sacerdotibus tradita.

c ¶ Sed negant.] Quidam hæretici, vt Nouatiani, inf. d. 3. c. Naum, §. item quòd, & c. adhuc instat, 24. q. 3. quidã, ver. Nouatiani.
d ¶ Præuaricatione.] i. per præuaricationem apostasiæ, post primam pœnitentiam.
e ¶ Excepit.] Cum dixit, in quacumque hora conuersus fuerit peccator, &c.
f Peccato.] Arg contra, inf. e. c. importuna, §. qđ autẽ sed ibi soluitur, & intellige hoc de finali impęnitentia.
VErbum Dei]. CASVS. Ostenditur in hoc c. q oris confessio & operis satisfactio sit necessaria ad remissionem peccatorum: cum solis sacerdotibus ecclesiæ sit data potestas ligandi, & soluendi tanquam ministris Dei. [Verbum,] i. Filius Dei. [Nullius potestatis,] Idest, nulla sua potestate peccatã dimittat.

POtest fieri.] Hæc est quarta pars huius secundæ partis dist. in qua quæritur quid fiat de illis, qui Deum in corde confitentur, & ore negant in pœna. & dicitur q non perdunt meritum. Io. de Fan.
CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima dicitur, q licet aliquis bonus inter supplicia neget Deũ sermone, sed corde confitetur: tamen ei pęnitentia confitenti vel pœnitenti venia non negatur. Quod probat Ambr. quadam similitudine. In secunda parte dicitur, q qui recedit ab vnitate ecclesiæ, & censet claues ecclesiæ non habere ius ligandi & soluendi ipse veniam de suis peccatis non consequetur. In tertia parte dicitur, quòd quando potestas datur diabolo vt iustum affligat in eo plus ipse diabolus affligitur. In quarta parte dicitur, quòd licet Christus semel passus sit pro nobis, quotidie tamen immolatur in ecclesia cum corpus, & sanguinem eius sumimus. Secunda pars ibi, [Et infra.] Tertia ibi, [Et paulo post.] Quarta ibi, [Sicut semel. Aliquos,] Idest, hæreticos, [Dicis,] ò Deus. [Debeant,] Scilicet sacerdotes.
o ¶ Potest fieri.] CASVS. Primo dicitur, q licet aliquis bonus inter supplicia neget Deum, tamen non minus coronatur a Deo: & hoc probat quadam similitudine.

Secundo dicitur, quod qui recedit ab vnitate ecclesiæ, dicens claues ecclesiæ non hic ius ligandi vel soluendi: ipse veniam de peccatis suis non consequetur. Tertio dicitur, quod quandoque potestas datur diabolo vt iustum affligat: & in eo plus ipse affligitur. Quarto dicitur, quod licet Christus semel sit passus pro nobis, quotidie tamen immolatur in ecclesia, cum corpus & sanguinem eius sumimus. Quinto dicitur, quod omni pœnitenti & pœnitentiam agenti dimittitur peccatum.

efficaciam quia non nisi pro saluandis, infra de consec. dist. 2. semel, & c. iteratur 1.

o ¶ Corporis.] H. conuertit hanc literam sic. i. quoties sumimus sacrũ corpus, nobis peccata dimittuntur. Sed tu dic vt sul. ead. gl. vlt. quãque. n. interius conterimur 1, & ore

1 8. q. 1. in scripturis. Hug. 2 Al. confitemur.

neget [a], & corde adoret [b]. Núquid eadem causa est eius, qui spóte neget, & eius, quem tormenta inclinauerint ad sacrilegium, non voluntas? Quàm indignum [c] autem, cum apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum non valere [d] asseratur? Nam sæpe in hoc athletarum sæculari certamine, etiam victos, quorum fuerint certamina probata; vulgus [e] hominum cum victoribus coronare consueuit: maxime quos viderit, aut forte dolo, aut fraude exclusos victoria. Christus ergo athletas suos, quos viderit grauibus paulisper cessisse supplicijs, sine venia patietur [f] manere? Nunquid non habebit remunerationem laboris, qui etiam quos proijcit, non in æternum proijcit? *& infra, c. 6.* ¶ Dicis Petro excusanti, ne eius pedes [g] lauares: [Nisi lauero tibi pedes, non habebis partem mecum.] Quod ergo isti possunt consortium tecum habere, qui claues regni non suscipiunt, negantes, quòd dimittere peccata debeant? Quod [h] recte quidem fatentur de se. Non enim habent Petri hæreditatem [i], qui Petri sedem [a] [k] non habent, quam impia [l] diuisione discerpunt. *& c. 13.* ¶ Aegritudo carnis peccatum repellit: luxuria autem carnis, culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, vt se ipse morsu suo vulneret, & contra se armet, quem debilitandum [m] putauit. *& infra.* ¶ Quod nocet corpori, iuuat spiritum. *& lib. 2. ca. 3.* ¶ Sicut semel pro omnibus [n] immolatus est Christus; ita quotiescumque peccata donantur, corporis [o] eius sacramentum sumimus, vt per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euidentissime Domini prædicatione mandatum est etiam grauissimi criminis reis, si ex toto corde, & manifesta [p] confessione peccati pœnitentiam agant †, sacramenti [q] cælestis gratiam refundendam.

Psal. 76.

Io. 13.

† *al. gerant.*

a ¶ Sedem.) *Apud B. Ambrosium legitur, fidem: quod ob glossã non est mutatum: sed multa alia sunt emendata.*

Idem lib. 2. de pœnitentia, c. 7.

C. LIII.

[s] QVantuslibet [r] ergo

a ¶ Neget.] Et ita peccat mortaliter: quia nulla conditione debet ad hoc adduci, vt 22. q. 2. primũ & 11 q. 3. nolite. 32. q. 5. ca. ita ne. vnde in epist. ad Rom. peccatum fuit Petro ore denegare, cum corde adoraret. 50 dist. fidelior.

b ¶ Adoret.] Id est credat & diligat vt prius. licet. n. non habeat charitatẽ, reputat tamen eum dominum suum.

c ¶ Indignũ.] Supra dist. 50 presbyteros.

d ¶ Non valere.] Nõ est valet. quo ad vitã æternã, nisi fiat cum charitate. si enim tradidero corpus meum ita vt ardeam, &c. vt 1. q. 1. vide. Vel loquitur de eo, qui postea pœnitet. argum. infra dist. 3. septies. Et ita est arg. hic, quod Deus remunerat opera mortificata per peccatũ. infra dist. 3. §. hæc itaque. & capit. non est tam iniustus.

Opera mortificata vtrũ remunerentur a Deo.

e ¶ Vulgus.] In Edis. 3. ille rex. ver. sancti. & est pars c. eiusdẽ, scilicet Ambrosij.

f ¶ Patietur.] Quasi dicat non, si postea pœnituerint. Vel dic sine venia. i. pœnæ alleuiamento, inf. d. 3. pium. per hæc datur intelligi quod pœnitenti peccata dimittuntur.

g ¶ Pedes.] i. affectus interiores, scilicet venialia.

h ¶ Quod.] Scilicet, quod claues non habent.

i ¶ Petri hæreditatem.] i. innocentiam, vt sup. di. 40. non nos. Vel Petri hæreditatem, idest, potestatem dimittendi peccata.

K ¶ Sedem.] Idest, ecclesiam, a qua sunt alieni per schisma.

l ¶ Impia.] 93. dist. qui cathedram.

m ¶ Debilitandum] Per infirmitatem, vel aliud incommodum. sæpe enim diabolus nititur vt homo patiatur ægritudinẽ, vel afflictionem, vt sic irascatur, & Deũ offendat. sed sæpe per talia recognoscit peccatum suum. & compungitur, & armatur contra diabolum, vt Iob. & sic diabolus illuditur, fortior. n. resurgit post lapsum, ut 50. d. ferrum, & c. fidelior.

Infirmitas sæpe nos armat contra diabolum.

n ¶ Pro omnibus.] Quo ad sufficientiam, non quo ad

ore cordis corpus Christi sumimus 3. inf. de cons. 2. quid sit sanguis in prine. sed peccata adulto sine confessione & contritione non dimittuntur, inf. ea d. tres, unde cum dimittuntur, corpus Christi sumitur.

3 Spiritualiter per fidẽ. Petr.

p ¶ Manifesta.] In hoc facit cap. ad propositum.

q ¶ Sacramenti.] Id est, ecclesiasticę vnitatis, vt 32. q. 4 nemo. in fine de qua quilibet vere pœnitens efficitur, vt infra dist. 6. qui vult verb. laboret. vel sacramenti. i. corporis & sanguinis Christi: quia ex quo quis vere pœnitet, digne potest suscipere corpus & sanguinem Christi: & secundum hoc est rectus ordo in superiori littera & est sensus, sumimus digne, idest, possumus sumere digne.

QVantuslibet.] Hæc est quinta pars huius secundæ dist. in qua dicitur, quòd quantumcunque sit peccatum magnum, tamen deletur a gratia. Ioann. de Fant.

Pœnitẽs verè, dignè Christi corpus sumere.

r ¶ Quantuslibet.] CASVS. Inuehitur Ambros. contra

tra prædictos hæreticos, dicens quod illi, qui dicũt aliquẽ iterum pœnitere non posse volunt eos, qui per contritionẽ suscitati sunt iterum interficere: sicut Iudæi voluerint interficere Lazarum à Domino resuscitatum.
a ¶ Mortui.] Tãgit de Lazaro, & de sorore Martha, quæ dixit. ·

ctione. non enim Lazarus resuscitatus fuit in peccato. Dic ergo in peccato est quo ad ecclesiam: licet de eo iam contritus sit quo ad Deum.
d ¶ Velamen.] Quod impediebat eũ ne videri posset: vnde Esaias, Opposuisti nubem ne transeat oratio.

mortui [a] fetor sit; abolet ur omnis, vbi sacrum redoleuerit vnguentum, [b] & surgit defunctus: & solui iubentur [α] eius vincula, qui adhuc in peccato [c] est: tollitur velamen [d] de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, aperire vultũ iubetur. Non habet enim quod erubescat [e], cui peccatum [f] dimissum est. In tanta vero Domini gratia, tantoque diuini muneris miraculo cum oportet vniuersos lætari, commouebantur impij, & aduersus Christum concilium congregabant. Io. 12. Lazarum [g] quoque interficere volebant [h]. Nonne merito eorum [i] successores [k] vos fore cognoscitis, quorum duritiæ hæredes estis? Nam & vos indignamini, & contra ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in ecclesia reuiuiscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaque [l] (quod in vobis est) per inuidiam rursus vultis interficere suscitatos. Sed Iesus non reuocat [m] beneficia, immo cumulo suæ liberalitatis amplificat [n], reuisit solicite suscitatum, & celebrata † resurrectionis gratia, lætus ad cœnam [o] venit, quam ei sua præparauerit ecclesia; in qua ille, qui fuerat mortuus vnus inter discumbentes, cum Christo inuenitur.

† al. celebrata

α ¶ Solui iubentur.] *In originali impresso legitur*, & soluere iubentur eius uincula, quæ adhuc in peccato sunt, tollere velamen, &c. *Alia vero ex eodem sunt mendata & addita nonnulla.*

e ¶ Erubescat.] Arg. per pœnitentiam deleri infamiã. Argu. cõtra. 2. q. 3. c. Eothemiũ §. hic & quod peccata sanctorum non reuelabuntur in die iudicij at inf. ead. §. non itaque.
f ¶ Cui peccatum.] Quod confitetur tribus modis, oris confessione, cordis contritione, & operis satisfactione.
g ¶ Lazarum.) Ille fuit primus proditor inferni & ideo diabolus suggerebat Iudæis, vt ipsum interficerent.
h ¶ Volebant.) Stulta volũtas erat. quasi non posset suscitare occisum, qui suscitauit defunctum.
i ¶ Eorum.) Id est, impiorũ, scilicet Iudæorum
k ¶ Successores.) Id est imitatores, vt 1. quæstio. 1. cito turpem.
l ¶ Itaque.) De cons. dist. 4. quaris.
m ¶ Non reuocat.) su. 22. q. 2. c. si quælibet. § quandoque. supra 16 q. 2. visis.
n ¶ Amplificat.) qui dimittit peccatum, & post se ipsum confert, vt 50 dist. pœnitentes de cõsec. dist. 4. nemo.
o ¶ Ad cœnam.) ipse Lazarus, scilicet vbi & ipsa Martha ministrabat

Idem ibidem, c. 4.

C. LIIII.

Ans. l. 11. c. 171.

IIs potestatis [p] suæ gratiam negat, quæ in remissionem peccatorum est.) qui cœlestem eius potestatem [q] diabolico [x] fultam suffragio vendicarent. Eos quoq; asserit diabolico vti spiritu, qui separarent ecclesiam Dei, vt omnium temporum hæreticos [r], & schismaticos comprehen-

dixit Dño præcipienti sibi, tolle lapidem, Dñe iã fetet.
ADDITIO. Notandum est quod Lazarus fœtidus significauit quemlibet peccatorẽ se & alios suo exemplo corrumpentẽ; qui in Bethania (quæ interpretatur domus obedientiæ, & quę significat ecclesiã) suscitatur à Christo. Fractio alabastri significat fractionẽ corporis Christi in cruce per passionem, cuius odor totam domum: id est, vniuersalem ecclesiam implẽs, mortuos viuificat quia fama passionis eius per totum orbem diffusa, peccatores credentes iustificat. Pe.

Alabastri fractio quid significet.

b ¶ Redoluerit vnguentũ) i. virtutes & bona opera, vel Christi miraculum, vel gratia est illud vnguentum. de quo dicit Euangeliũ quod fracto alabastro, id est, Christo lanceato, & clauis perfixo repleuit totam domum, i. vniuersalem ecclesiam de quo vnguento dicitur: sicut vnguentum in capite. & c. in barbam, &c. proxima barba in quã descendit, fuerunt Apostoli: & ab eis descendit in barbam Aaron. id est, in episcopos, & alios prælatos (Vel vnguentũ) id est pœnitentia fructifera. Illud vnguentum conficitur tribus modis, scilicet, contritione cordis, confessione oris, & satisfactione operis.
c ¶ In peccato.) Id est, in pœna peccati, scilicet satisfa-

quando fuit inuitata à Simone leproso.

IIs potestatis suæ) CASVS. Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis, qui per Iudæos designantur: Et hunc casum sic ponit Laurentius. Loquitur Ambrosius hic contra Iudæos, qui dicebant Christum in Beelzebub nomine eijcere dæmonia: quibus Dominus dixit: qui peccat in filium vel in patrẽ, remittitur ei: qui vero peccat in spiritum sanctũ, non remittitur ei, neq; hic, neq; in futuro. Isti ergo Iudæi separabant cęlestem potestatem ab ecclesia, qui eũ in Beelzebub dicebãt eijcere dæmonia: quibus Dñs loquens (vt prædixi) cõplexus est oẽs hæreticos tam illius tẽporis, quàm futuros. (Quia omne.) Scilicet separare potestatẽ ab ecclesia, est omne, id est, magnum & grauissimum peccatũ. Vel hoc ideo dicit, quia qui in hoc delinquit, factus est omnium reus.

Peccatũ in spiritum sanctum est irremissibile.

p ¶ Iis potestatis) Adhuc prosequitur Ambrosius de hæreticis per prædictos Iudæos designatis.
q ¶ Potestatem.) scilicet dimittendi peccata, soluendi & ligandi.
r ¶ Hæreticos.) Per Iudæos, qui suscitationem Lazari non credebant.

a Negat.]Dicens Vos in peccato vestro moriemini. & hoc si persistant in hæresi: quia conuersis præsto est indulgentia 26.q.6. si presbyter.

b ¶ Omne peccatū.]Id est, magnum peccatū Vel ideo hoc dicit, quia qui in hoc vno delinquit, factus est omnium reus. infra distinct. 5. fratres.

SVnt qui.]CASVS. Quidam erant, qui volebant accipere penitentiā à sacerdotibus, nec de peccatis suis satisfacere & dolere; putantes sibi sufficere, si propria auctoritate à sacramentis abstineant. quos Amb. in hoc cap. reprehendit, hortans eos multipliciter, vt doleāt & satisfaciāt de suis delictis quod probatur exēplo Moysi.

deret, quibus indulgentiam negat [a]: quia omne peccatū [b] circa singulos est, ac vniuersos β. *& infra c. 3.* ¶ Quid mirum si salutem negatis alijs, qui vestram [c] recusatis? licet & illi γ nihil à vobis differant, qui à vobis pœnitentiam [d] petunt. Arbitror [e] enim quòd etiam Iudas [f] potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam non apud Iudæos, sed apud Christum gessisset † [g]. *& paulo post.* ¶ Qui agit penitentiam, non solum diluere lachrymis debet peccatum suum, sed etiam emendatioribus [h] factis operire, & tegere [i] delicta superiora, vt non imputetur ei peccatum.

† al. egisset

α ¶ Diabolico.) *Addita hic sunt nonnulla in B. Ambrosio, quæ deesse videbantur. Antea .n. legebatur,* qui cælestem potestatem diabolico spiritu separant ab ecclesia Dei, vt omnium, &c.

β ¶ Ac vniuersos.) *In originali est,* hoc in vniuersos. *Sed ob glossam non est mutatum.*

γ ¶ Licet & illi.) *In aliquot vetustis codicibus, & originali legitur,* licet illi nihil deferant. *Sed auctor glossæ videtur habuisse vt in vulgatis Gratiani.*

Idem in eodem 2. libro, c. 9.

C. LV.

6 NOnnulli ideo poscunt pœnitentiam, vt statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solue re cupiunt, quàm sacerdotem ligare [k]. Suam enim consciētiam nō exuunt, sacerdotis induunt; [cui † præceptum est, [Nolite [l] sanctum dare canibus [m], neque miseritis margaritas vestras ante porcos [n]: hoc est, immundis spiritibus † sacræ communionis non impendenda consortia [o].

† abest ab orig. Matt. 7.
† al. impuritatibus.

Idem ibidem.

C. LVI.

SVnt, qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineāt à sacramētis cælestibus. Hi sæuiores in se iudices sūt, qui pœnam præscribunt sibi, declinant remedium [p]; quos vel pœnam suam conueniebat dolere, quia cęlesti fraudarentur gratia. *& cap.* 10. ¶ Facilius [q] autem inueni, qui innocentiam seruauerint, quàm qui congrue [r] egerint pœnitentiam, vbi * acquirendæ [s] ambitio dignita-

ADDITIO. Infra distinctio 5. cap. fin. ext. de regulis iuris. defleat Archid.

c ¶ Qui vestrā]47. distinct. c sicut. §. necesse. & ibi, Conueniet nulli, qui secum dissidet ipse ar. ff de ædil. edic. cum autē. § excipitur. & alibi, Qui sibi non parcit, mihi vel tibi quō parcet: Alia littera habet nostram, id est, à nobis accipere. 23 q. 5. si non licet.

d ¶ Pœnitentiam.] Non ergo licet accipere pœnitētiam ab heretico, sicut nec Eucharistiā, vt 24 q. 1. cap. vlt. sed baptismum bene in necessitate, vt 24 quæst. 1. si quem.

e ¶ Arbitror.] Idest, certus sum. nam quātus libet sit fætor, abolet p pęnitētiā, vt su. c. quātus libet.

f ¶ Iudas.]Inf. dist. 6. qui vult. in princ.

g ¶ Gessisset.]Sed iuit ipse ad diuisus. inf. dist. 3. Iudas.

h ¶ Emēdationib⁹.] Ergo non sufficit sola cordis cōtritio, & ita facit ad propositum Gratiani.

i ¶ Et tegere) Infra. dist. 3. ille tex.

NOnnulli.) Hæc est 6. pars. sc̄dæ partis huius dist. in qua reprehendit eos qui paruas pœnitentias postulant: à sacerdote, propter fastidium benefaciendi. Ioan. de Fant.

CASVS Quidam postulabant pœnitētiā à sacerdotibus vt statim in pristinum statum reuertantur. hi potius obligant sacerdotes quàm se absoluūt: quibus sacerdotibus, dictum est, nolite dare &c.

k ¶ Ligare) In se onus pœnitentiæ suscipiendo; quod potest & debet quandoque sacerdos. su. distin. 6. c. 1. Vel indiscrete soluendo. argum. 50. distinct. si quis præpostera.

l ¶ Nolite)Supra. 11 q. 3. nolite.

m Canibus,) Prius iam enim post pœnitentiam canes non sunt. & intellige canibus, id est, manifestis. nā de occultis secus, de consec. dist. 2. non prohibeat.

n ¶ Ante porcos.) Id est, peccato surdidatos.

o ¶ Consortia) Quia summa & ima sortiantur, &c dic conse. dist. 2. quid sit sanguis, & 43 dist. in mandatis.

p ¶ Præscribunt) Id est, imponunt & præfigunt sibi pœnitentiam talem scriptam in Gen.

p ¶ Remedium.) Id est, pœnitentiam, per quam consequutur remedium, vel communionem de cons. dist. 2. si quis intrat ecclesiam, & inf. ead qui sanctus

q ¶ Facilius.)inf. ead. dist. 3. ca. 1. hæc de charitate. &c. reperiuntur.

r ¶ Congrue.) Et ita est ar. q̄ facilius de nouo aliquid acquiritur, quam recuperetur amissum, vt inf. dist. 3 reperiuntur, & dicit Boethius, Facilius est ad virtutem erigere nouos, quàm reuocare veteres vel prætteritos.

s ¶ Acquirendæ)In hac vitia supple & tunc cōgrue loquitur, vbi, &c. vel dic vbi id est, in pęnitentia debent cale-

cessare quæ sequuntur. Vel sic ordina litteram: nunciandum est sæculo, vbi acquirendum est.
a ¶ Ambitio dignitatis.] Quæ reprobatur 8.q.1.in scripturis.
b ¶ Vini effusio.] Quæ reprobatur su.35.d.c.1.
c ¶ Co-

senectute pœniteamus.
K ¶ Deferuescat.] Alias desuescat infra distinct.3.in sancti his.
ADDITIO. Quod not. 22 q 2. ancillam.in fine.
l ¶ Reuerentiores.] Id est, propter reuerentiam abstinere ab Eucharistiæ perceptione.

tis [a], vbi vini effusio [b], vbi ipsius copulæ coniugalis vsus [c]? Renunciandum sæculo [d] est, somno ipsi minus indulgendum, quam natura postulat [e], interpellandus est gemitibus viuendum ita, vt in tali [f] vita *ß* huic moriatur vsui, seipsū sibi homo abneget, & totus mutetur. *& infra c.11.* ¶ Nemo in peccatis † [g] positus arrogare sibi debet auctoritatem, aut vsurpationem sacramentorum: quia scriptum est. [Pec casti, quiesce [h].] *& paulo post.* ¶ Dicimus † [i] ergo & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpæ deferuescat [k] luxuria, & in captiuitate peccati positos reuerētiores [l] nos, non vsurpatores esse debere. Nam si Moysi proprius accedere gestienti, vt cogitationem mysterij [m] cœlestis hauriret, dicitur: [Solue [n] calceamentum pedum tuorum;] quanto magis nos animę nostræ pedes [o] exuere, vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere [p]? *& paulo superius.* ¶ Nihil est, quod tam summo dolori sit, quam si vnusquisque positus sub captiuitate peccati recordatur, vnde lapsus [q] sit atque vnde [r] deciderit, & quod ad corporea † atque terrena ab illa speciosa, & pulchra diuinę cognitionis intentione deflexerit.

† al. peccato
Eccli. 21.
Gē.4.sm LXX
† Didicimus] orig.
Exo. 3.
Act. 12.
† al. corporeā atque terrenā

a ¶ Vbi acquirendæ.] *Locus integer B. Ambrosii hic est.* An quisquam illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi vini effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis vsus? *Sed glos. in ver. acquirendæ. obstitit, ne hic emendaretur. Multa autem alia sunt emendata.*
ß ¶ Vt in tali vita.] *In originali est, vt vitali huic moriatur vsui. Sed glossa obstitit, ne mutaretur.*

m ¶ Mysterij.] s. quare rubus ardens non comburebatur in mōtem Oreb. Rubus est virgo Maria; ignis ardens in rubo nec cōburens est spiritus sanctus in beata Maria: qui descendens in eā non violauit eam, & secundum hoc quod sequitur, solue calceamēta, &c. si intelligitur calceamentum quod fit de mortuis animalibus, est prauus intellectus Phariseorum dicentium: si peperit, ergo cum viro concubuit, dicitur ergo Moysi, i. cuilibet Christiano, solue calciamenta, &c. i. exue talem intellectū. fallit in beata Maria, quę virgo ante partū & post partum Christum peperit.
n ¶ Solue.] Id est, opera mortua de affectibus tuis: quia nullus digne conspicere vel Deum videre pōt, nisi cuncta terrena & mortalia vitia deponat. vnde talis veterum cōsuetudo erat, vt si sponsus sponsam repudiaret, in signū repudij discalceari iubebatur. de hoc dr 8.q. 1. olim & ideo Moyses discalceari iubet, ne id ecclesiā quæ in rubo significat, quasi sponsus accedat calceatus. hoc n. seruandū est in Christo, qui verus est sponsus: de quo Ioannes ait, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, &c. de cons. d. 4 per aquam.

Rubus ardens qui nō comburebatur, quid representabat.
Deus qūo videri pōt.
Consuetudo veterū in signum repudij.

Item Cyprianus episcopus, lib. 4. epist. 2. ad Antonianū.

C. LVII.

Miror autem quosdam sic obstinatos esse, vt dandam non putent lapsis pœnitentiam; aut pęnitētibus existiment veniam denegandam, cum scriptum sit: [Memento, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & fac priora [s] opera.] Quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse,

Apo. 2.

c ¶ Copulæ coniugalis vsus.] Qui quādoq; minus licitus est. 33.q.4. origo.
d ¶ Sæculo.] Quo ad ambitionem dignitatis. 40. dist. multi.
e ¶ Natura postulat.] Arg. contra illos qui dormiunt in scholis: & ita debemus propriam naturam expugnare licet contraria fit medicina. 101. de consecr. d. 5. contraria.
f ¶ In tali.] Quia maioris est pœnæ inter homines viuere. &c. C. de apostatis. fi. quis sanctam.
g ¶ In peccatis.] Mortalibus: quia cum venali non prohibetur de consec. d. 2. quot die.
h ¶ Quiesce.] Id est, abstine a sacramentis. arg. contra promouendos, qui post baptismum peccauerunt. 25. dist. primum.
i ¶ Dicimus.] Hic agit de tempore agendæ pœnitentię quasi dicat, si in iuuentute nō pœniteamus; saltem in

Dormiendū non est in scholis.
Pœnitendi tempus.

o ¶ Pedes.] i. affectiones. vnde Augu. super illum locū In laqueo illo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum; dicitur pes animæ amor: & si est ad bonum dicitur charitas si ad malum, dicitur cupiditas.
p ¶ Absoluere.] Antequam ad sacramenta accedat.
q ¶ Lapsus.] Hoc idem dicit Boethius. Infœlicissimum genus infortunij est fuisse fœlicem.
r ¶ Vnde.] Id est, à quo statu 50 d quia sanctitas.
Miror.] CASVS. Quidam stulti sacerdotes erant in ecclesia qui cum viderent quosdam peccatores non recte pœnitere, nec veniam recipere: alios ad pœnitentiam recipere nolebant quos hic redarguit Cyprianus: & quod eos recipere debeant, probat auctoritate lo. in Apoc. & auctoritate Tobię.
s ¶ Priora.] 50 d. domino sancto.

Pedes pro affectionibus accipiūtur.

a ¶ Elee-

a ¶ Eleemosyna.] Scilicet interior, vt inf. dist. 3. c. in casum. §. sed verba. Vel exterior liberat a morte, id est a peccato occasionaliter: quia citius illustratur inf. e. medicina. quia sicut sera filum introducit: ita timor seruilis charitatem, &c. infr. d. 3. qui vult.

b ¶ Semel.] Hinc collige peccata nō redire, infra di. 4. c. in domino §. item secundū & 23. q. 4 si illic.

c ¶ Ab ea.] Id est, a morte actualium peccatorum. de cons. d. 4. c. 1. & 2.

IMportuna.] CASVS. Probat Hiero. in hoc c. q peccatoribus & pœnitentibus venia tribuitur & q semper est pœnitentia facienda, licet quis sit in mortali peccato, vt veniā impetret: quod probat exemplo mulieris Chananææ, q̄ p suā importunitatem vel instantiam meruit a Domino exaudiri: & exemplo amici, qui ab amico tres panes impetrauit: & latronis qui in cruce meruit veniā: & quibusdam alijs exēplis, q̄ in littera facile videbis. [Perijt.] Id ē, perire meruit: vel digna fuit perire, vel peritura esse credebatur. Martyriū, nō in veritate fuit martyrium sed similitudine facti.

Bona instanter sunt facienda.

IMPORTVNA. CASVS. Probat in hoc c. q instanter bona facienda sunt licet qs sit in mortali peccato, vt impetret veniam, sicut Chananæa, & sicut amicus ab amico qui tres panes impetrauit: latro etiam meruit veniā: & alijs exēplis vtit.

rium non fuit: quod & verum est: eius ergo pœna martyrium dicitur ratione æterni premij, quod quasi martyr recepit confitendo, vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit sicut enim martyr. sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit.

n ¶ Le-

& quem Dominus hortatur per opera rursus exurgere; quia scriptum est. [Eleemosyna [a] à morte liberat.] & non vtique ab illa morte, quam semel [b] Christi sanguis extinxit, & a qua nos salutaris baptismi, & redemptoris nostri gratia liberauit: sed ab ea [c], quæ per delicta postmodum serpit. *Tob 4.*

Item Hieronymus Damaso.

C. LVIII.

IMportuna in Euangelio mulier tādem meruit audiri: & clauso cum seris † [d] ostio [e], media licet nocte [f], ab amico panes [g] amicus accepit. Deus ipse, qui nullis cōtra se viribus superari potest, publicani precibus [h] vincitur [i]. Niniue ciuitas, quæ peccatō perijt [k], fletibus stetit [l]. Quorsum ista tam longo repetita principio? videlicet vt paruū magnus aspicias, vt diues pastor morbidam non contemnas ouem. Christus in paradisum de cruce latronem intulit; & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidij pœnam martyrium [m]. Christus inquā, prodigum filium reuertentem lætus amplectitur, & nonaginta nouem pecudibus derelictis, vna ouicula, quæ remanserat, humeris boni pastoris aduehitur. ¶ Vbi vero α peccator intelligens vulnus suum tradidit medico se curandum ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis [n].

Luc. 18. & 11.
† seruis] ori.
Luc. 18.
Ion 3.
Luc. 23.
Luc. 15.
Matth. 18.

α ¶ Vbi vero.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

3 *Quòd autem omni peccāti, auctoritate Ambrosii, [o], venia promittitur, falsum videtur. Quibusdam enim venia denegatur, [p] aut ex magnitudine peccati, aut ex gradu officij. Unde Joannes in epistola sua: [Est peccatum [q] ad mortem, quis † orabit pro eo?] Alibi [r] quoque legitur: [Quis medebitur incantatori vulnerato a serpente?]*

1. Io. 5.
† non pro eo dico vt roges quis] orig.
Ecc. 14

Item.

C. LIX.

SI sacerdos [s] peccauerit, quis orabit pro eo?

d ¶ Cum seris.] Id est, taciturnitate prædicatorum.
e ¶ Ostio.] Id est, intelligentia scripturarum.
f ¶ Nocte.] Id est, in profundo vitiorum positus.
g ¶ Panes.] Id est, fidem sanctæ Trinitatis.
h ¶ Precibus.] Illis, scilicet, Deus propitius esto mihi peccatori.
i ¶ Vincit.] q̄a regnū cœlorū vim patit. 1. q. 3. Saluator.
k ¶ Perijt.] Id est, perire meruit. similis expositio 24. q. 3. si quis non recto.
l ¶ Stetit.] Id est, non perijt.
m ¶ Martyriū.] Non in rei veritate fuit martyrium, sed propter similitudinem facti. Vel ideo dicitur pœna conuersa in martyrium, quia per fidem & patientiam, quā tunc habebat, dignus fuit æterno præmio, sed vt intraret statim ad vitam, sicut & illi, qui patiuntur martyrium, vt in f. de cons. dist. 4 baptismi, vicem contra. ibi enim dicitur, q latro non pro nomine Christi crucifixus est. sed pro meritis facinorum suorum: & pœna non facit martyrē, sed causa vt dicit Augustinus. quare marty-

Latro bonus an fuerit martyr.

n ¶ Lenitatis.] Arg. iudicem potius debere sequi misericordiam, quam rigorem. 24. b. 2. legitur. sup. d. 45. licet plerumque, sup. 2. q. 5. quanto su. d. 86. odio.

QVOD AVTEM. Hęc est 3. pars d. in qua probat q omnia Deus dimittit pœnitenti, qui autem moritur impœnitens, ille peccat in spiritum sanctum: cui nunquam dimittet. Io. de Fant.

CASVS. Probatum est sup. auctoritate Amb. q pœnitenti venia tribuitur. sed cōtra objicit Gratianus, vt cōtrarietatē illam postea soluat. Seq. ca. si sacerdos. planū est.

o ¶ Auctoritate Ambrosij.] sup. ea. nemo potest, sup. e. importuna.

p ¶ Denegatur.] Id est, videtur denegari.

q ¶ Et peccatum.] Aliter hic exponit magister istam auctoritatem quam exponatur inf. ea § potest. & extendit auctoritatem istam de peccato in spiritum sanctum, vt exponit Augustinus. in f. e. § potest.

r ¶ Alibi.] In libro Iesu filij Syrach.

s ¶ SI sacerdos.] In libro Regum.

SED HVIVSMODI CASVS Gra. soluit prædictam contrarietatem, dicens, quod huiusmodi interrogationes, si sacerdos peccauerit, &c. inferunt difficultatem & varietatē: quod difficile fiet vt aliqua singularis persona oret pro ipso: & ad hoc probandum quasdam auctoritates inducit. a ¶ Non

Deo, quo deijcies aduersarios populi mei Israel. qua visione confortati, qui erāt cū Iuda, impetū fecerunt in hostes, & Nicanorē interfecerunt, & xxx. millia de suis. POTEST. CASVS. Ponit Grat. aliam solutionem, & ad auctoritatem Ioan. vt intelligatur de eo, qui peccat in spiritum sanctum & contra fidem pro quo non est orandū post mortem si vsque ad mortem in tali crimine perseuerauerit. & ad hoc probādum inducit cap. sequens [Non dico,] i. non præcipio. [Dico.] i. præcipio.

¶ *Primo regnorum libro c. 2. legitur.* Si peccauerit vir in virum; placari ei potest Deus. Si autem in dominum peccauerit, quis orabit pro eo? *& sic affertur à B. Ambrosio lib. 1. de pœnitētia. c. 8. & alijs patribus. B. tamen Gregorius in c. 2. primi Regū c. 2. ex hac ipsa vulgata lectione elicit sententiam, quam nunc affert Gratianus, vt notatum est supra dist. 50. c. alienum.*

Sed huiusmodi interrogationes non semper [a] *negationē inferunt: sed potius difficultatem* [b]*; vel raritatem notāt, vt est illud Euāgelij: [Quis putas, est fidelis seruus, & prudens, &c.] Hinc etiam Ambrosius. [Deus, quis* [c] *similis tibi? non vtique nullus, quia imago patris filius est.] Similiter igitur accipiēdum [quis orabit pro eo?] hoc est singularis vitæ aliquis debet orare pro eo, qui peccauit in Dominum.] & infra. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysem rogasse* [d]*, & impetrasse, vbi erat præuaricatio voluntaria? qui sciret etiam Hieremiam* [e] *rogasse? [Potest etiam secundum Augustinum, aliter intelligi illud Ioannis:] Est peccatum ad mortem, & c. (ut nulla sit eius, & superiorum contrarietas. Ait. n. [Est peccatum ad mortem, non pro illo* [f] *dico, vt roget quis.] De quo peccato, quoniam non expressum est, possunt* [g] *multa [illegible]. Ego autem dico id esse peccatum, [illegible] quæ per dilectionem operatur deserere usque ad mortem.* [h] *[illegible] etiam blasphemia in spiritum sanctum; quam neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam* [i] *Dominus in Euangelio asseruit. Siue autem delectatione peccati, siue desperatione ueniæ, vsque ad mortem quis in peccato perseuerct, iustum est, ut sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.*

Matth. 24.
Li. 1. de pœ. c. 8.
Psal. 82.
Ibidem c. 9
Exo. 32
2. Mach. vlt.
De correp. & gratia, c. 12.
1. Io. 5.

[illegible] Gregorius Papa, lib. 4. dial. c. 43.

f ¶ Pro illo.] Quia non sequitur, quod in carne nō promeruit, sed ea multiplex, §. 1. Dico vt pro eo non roget quis post mortē: & ita exaudi pro peccato in spiritum sanctum, quod est finalis impœnitentia, vt hic innuit Augustin. quo casu exaudi su. 13. q. 2. pro obeuntibus licet Hillud intelligat de specialib. orationibus.

g ¶ Possunt.] Ar. quod non est diffinitū, possed diffiniri. 22. q. 5. hoc vt. ar. contra. 11. q. 1 quod si dormierit 2. q. 5. consuluisti.

h ¶ Ad morte.] Vnde alibi Aug. Tāta labes est illius peccati, vt humilitatem pœnitentiæ subire nō possit: quod quidē committit quis ex sola inuidia veritatem ecclesiasticā īpugnat, & diabolo scienter attribuit opera spūs sancti. vnde nec Christus in passione pro talibus orauit, sed pro eis, qui ignoranter crucifigebant eū; dicens, Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt.

Ecclesiasticam vnitatē impugnare g. austhmū. est.

a ¶ Non semper.] Sup. 3. q. 7. quid in omnibus, ff. commo. l. ad eos [illegible] sed & de damno.

b ¶ Difficultatem.] Hoc referas ad delicti varietatem, & ad intercessorem spiritualem.

c ¶ Deus quis.] Quia imago, & etiam quælibet fidelis anima ins[illegible] proxima. sed & homo habet similitudinem Dei. [illegible] q. 5 hæc imago. triplex est igitur imago, siue similitudo, identitatis, secundum quam tantum filius Dei [illegible] secundu quā dicitur [illegible] est imago alicuius domus, & discipulus magistri [illegible] expressæ, vt sigillum in cera deponitur [illegible]

d ¶ Rogasse.] Pro peccatis Hierusalem, vnde in libro Machabæorum legitur quod Iudas Machabæus cum deberet pugnare [illegible] contra Nicanorem, qui erat cum [illegible] suorum retulit somnium quod sibi [illegible] nocte viderat in hunc modum. Viderat Oniam sacerdotem manus ad cœlum protendentem, & orantem pro populo Iudæorum, & post [illegible] alium virum ætate & gloria mirabilem [illegible] Oniam, & dixisse: Hic est amator populi Israel h[illegible] orat pro populo, & pro ciuitate sancta.

e ¶ Hieremiam.] Dei prophetam. extendisse autem Hieremiam dexteram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem; accipe sanctum gladium, munus missum a

Imago est triplex

Iudæ Machabæi somnium.

i ¶ Rem attendam.] Peccatum in spiritum sanctum dicitur generaliter omne peccatum mortale, quia per vnam personam offendit & aliam: specialius vero peccatum est, quod ex odio vel ex malignitate procedit. nam spiritus sanctus est amor & benignitas. secundum alios peccatum in spiritum sanctum est obstinatio mentis. Est autem obstinatio mentis in peccato indurata pertinacia, quam impœnitentia finalis comitatur. prouenit autem huiusmodi obstinatio interdum ex desperatione: puta cum quis credit suorum delictorum magnitudinem diuinam misericordiam excessisse, & ob hoc de vitijs accedit ad vitia, iuxta illud, quod ait Cain: maior est iniquitas mea quā ve[niam] merear, vt infra, § denique. Interdum ex præsumptione: puta cum quis securus delinquit, tanquam Deus temporali flagitio non sit æternum supplicium daturus: in quo peccati genere refert Hie. se Origenem deprehendisse, qui post mortē anathematizatus est, vt 24 q. 2 c. vl. vers. item si ad tempora. Vel putans in articulo mortis sufficienter pœnitere, vt latro, de quibus Apostolus: Maledictus homo qui peccat in spe. Item in spiritum sanctum peccatum est secundum alios fraternæ gratiæ inuidia: puta si de gratia à Deo fratri collata inuideas, ne tibi præferatur.

Peccatum in spiritum sanctum quid dicitur, & quot sint eius species.

arg.

arg sup. 8. dist. qui contempta. Item secundum alios peccare in spiritum sanctum est blasphemare in personam spiritus sancti. de talibus habetur, de consecr. dist. 4 hi vero haeretici. Item secundum alios peccatum in spiritū sanctum est finalis impœnitentia peccatum. s. quod durat vsque ad mortem, vt, vsque, inclusiuum sit, quod hic Aug potius velle videtur infra dist. inter hæc hic cum Sed solet quæri, vtrum finalis, impœnitentia possit desinere esse. Respō ille terminus, finalis impœnitentia, duobus modis accipitur. Inest enim alicui impœnitentia finalis quando non habet ꝓpositum pœnitēdi. hoc potest desinere esse quia hoc propositum pōt habere in hoc instanti, & cras non. Itē est etiam finalis impœnitētia quædā qualitas, quæ inest alicui ex eo ꝙ nunquam pœnitebit. ista non potest desinere esse subiecto existente: quæ si ponatur, oportet dici, ꝙ nunquam eam habuit.

vsque ad § denique.
c ¶ Si nemo.] Sup ea. dist. nemo potest.
d ¶ Paradisum.] Sup. ea dist. ecce nunc tempus.
e ¶ Frustratur.] Sup. ea dist. agite.
f ¶ Consequi.] Sup. ea. dis. c nullus.

C. LX.

VOluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostēdunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam [a] desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nū quam voluerunt carere peccato. Ansel. 11. c. 153.

4 *Ex his [b] itaque apparet, quòd sine confessione oris, & satisfactione operis peccatum nō remittitur. Nam si necesse est, vt iniquitates nostras dicamus, vt postea iustificemur, si nemo [c] potest iustificari à peccato, nisi antea cōfessus fuerit peccatum, si confessio paradisum [d] aperit, veniam acquirit, si illa solum confessio vtilis est, quæ fit cum pœnitētia (in quo notatur aliud esse confessio, aliud pœnitentia, siue interior, siue exterior accipiatur,) si ille, qui ꝓmittit veniam occulte, apud Deum, non apud ecclesiam pœnitētiā agenti, frustratur † [e] Euangelium, & claues datas ecclesiæ, promittit etiam quod Deus negat delinquenti: si nemo potest consequi [f] veniam, nisi quantulamcūque, et si minorem quàm debeat, peccati soluerit pœnam, si solis [g] sacerdotibus ligādi [h], soluendiq; potestas [i] à Deo tradita est, si nullus veniā accipit nisi ecclesiæ supplicationibus [k] ipsam impetrare contendat: Concluditur ergo, quòd nullus ante cōconfessionē oris, & satisfactionē operis, peccati abolet culpam. Denique [l], ut perspicue appareat neminem sine confessione à peccato mundari, ab ipsis humani generis principio sumamus exordium. Peccato transgressionis primi parentes corrupti, a Domino sūt requisiti de culpa, ut peccatum, quòd trāsgrediendo commiserant, confidendo delerēt.* Gen. 3. *Serpens [m] autem de culpa requisitus non est, quia per confessionem [n] non reuocabatur [o] ad vitam. Cain quoq;, cum primæ præuaricationi fratricidium addidisset, similiter a Domino de culpa requisitus ē, dū ei dicitur (Vbi est Abel frater tuus?) Sed quia superbus peccatum suum confiteri noluit, potius mendaciter negando Deum fallere conatus* Gen. 4.

† al. frustrat. — Matt. 16.

Impœnitentia finalis capitur duobus modis.

1 Supradicta breuiter comprehendas: & dic ꝙ sex modis in spiritum sanctum peccatur: duobus modis erga Deum. præsumptione, vt Origenes, desperationes, vt Iudas, inf e. dist. 3. scelerattor.
Duobus erga proximū. Odio fraternæ cogitationis & impugnatione agnitæ veritatis. 11. q. 1 nolite timere.
Duob. erga seipsum: finali impœnitentia & pœnitere pœnituisse, 27. q. 4. sunt qui, & adde ꝙ de hoc ēt no. inf. dist. 2. sciendū. Ar.

VOluissent.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ mali vellent sēper viuere, vt semp in peccato manerēt. vnde ad magnam ꝑtinet iustitiam iudicantis vt perpetuo sint in supplicijs, qui in hac vita semp volunt esse in peccato.
a ¶ Nunquam.] Assidue enim peccantiū non miseretur Deus, vt sup. 93. dist. diaconi, & venia impœnitenti, & c. 24. q. 2. legatur, & ideo semper obnoxij pœnę persistent, vt infra distin. 7 in hoc.
EX HIS. Hæc est 4. pars dist. in qua probat per 36. auctoritates ꝙ si si quis confitetur, non saluatur: si perijt, sufficit confessio, quæ fit primo Deo, deinde sacerdoti, qui loco Dei iudicat. Io. de Fan.
CASVS. Concludit Grat. ex præallegatis eorum sententiam in vnum perstringens, ꝙ peccatum nō dimittitur sine oris confessione, & operis satisfactione. Postea per multas probationes, & multa argumenta nititur idem probare, incipiens a peccato primi hominis, quod non nisi confessione est dimissum, & probatio Grat. protenditur vsq; ad illum §. His auctoritatibus Et non facit §. nisi vsq; ad § illum, Ex his omnibus. Quidam tamen faciunt ibi duo cap. s. [Fures,] & [Introite.] Vnde secundum quòd habent in libris suis postea ponunt in glos. Sed certe non videtur, ꝙ ibi debeant esse c. etiam secundum Grat. & si aliquod est ibi, casus est planus. Idem etiam voluit Benedictus.
b ¶ Ex his itaque.] Infert ex præmissis auctoritatibus
g ¶ Si solis.] Sup. ea. dist. verbum.
h ¶ Ligandi.] id est, imponendi satisfactionem vel relaxandi.
i ¶ Potestas.] No. solis sacerdotibus potestatem ligandi traditam.
K ¶ Supplicationibus.] Supr. ea dist. multiplex.
l ¶ Denique.] Ab isto loco vsq; ad cap quamobrē. probat 2. auctoritatibus, s. peccata non dimitti sine oris confessione. auctoritates veteris testamenti inducit vsq; vsq; ad § in Euangelio. Ab illo §. in Euangelio vsque ad §. ex his inducit auctoritates noui testamenti, & post ex omnibus concludit in §. ex his. & omnes illæ auctoritates intelliguntur cū quis confiteri contemnit.
m ¶ Serpens.] Id est, diabolus, qui serpente vtebatur tanquam organo, vel intellige ad litteram.
n ¶ Confessionem.] Et quia in seipso inuenit originem peccati.
o ¶ Non reuocabitur.] Quia irreuocabile fuit peccatū eius,

Peccatū diaboli fuit irremediabile, sed hoīs remediabile.

est dicens: [Nunquid custos fratris mei sum ego?] indi-
gnus venia iudicatus est. Vnde in desperationis profundū
mersus est, dum ait: [Maior est iniquitas mea, quam vt
veniam merear.] vagus, & profugus, exijt à facie Do-
mini significans eos, qui peccata sua confiteri dissimulant,
Gen. 12. & 26. *respectu diuinæ miserationis indignos haberi. Reges[a] quo-*
que, qui ignorantia ducti in Abraham deliquerant, non
nisi eodem orante sanari meruerunt. In quo figuratur,
quod passiones[b] morum non sanantur, nisi orationibus[c]
Leuit. 13. & 14. *ecclesiæ. Moysi quoque præcepit[d] Dominus, vt lepra[e]*
siue in cute, siue in domo[f], siue in veste, siue in crine appa-
reret, sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium se-
parata[g], eius iudicio contaminaretur[h], vel mundare-
1. Reg. 16. *tur. Saul quoque cum à spiritu maligno vexaretur, non*
poterat ad sanæ mentis officium redire nisi prius Dauid
psalterium arriperet, & coram eo psalleret, & ita ab eius
vexatione cessaret diabolus. ¶ In quo mystice ostenditur,
quòd quicunque diabolo propter peccata mancipatur, ab
eius dominio eripi non valet nisi Dauid, id est, ecclesia,
psalterium accipiat; & coram eo psallat, id est, spiritua-
lis gratiæ eum participem faciat & salubriter admonen-
2. Reg. 12. *do, & pie pro eo orando, & exempla boni operis sibi præ-*
bēdo, diabolum ab inuisibili eius vexatione cōpescat. Da-
uid quoque, cum adulterium commisisset, & homicidium
non ante audiuit à propheta[i], [Transtulit à te peccatum
tuū Dominus,] quam ipsum peccatum confiteretur. Prius
3. Reg. 2. *enim prophetæ peccatū redarguenti cōfessus est, & postea*
6 SI peccatum[a] Dauid tam detestabile Dominus transtulit; quid est, quòd post omnia, quæ de eodem peccato per prophetam ei à Domino dicta sunt, postmodum tanta tolerauit? Sed proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse hoc in se pęnitens punit[b]: aut hoc Deus cum homine[c] vindicans percutit. Nequaquā igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur[d]. Sic enim Dauid audire post confessionem meruit: [Dominus transtulit peccatum tuum.] & tamen post multis cruciatibus[e] afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi hominis absoluimur. Sed tamen reatum eiusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus α [f]: quia delicta nostra siue per nos [g], siue per semetipsum[h] resecat etiam, cum relaxat. Ab electis enim suis iniquitatum maculas studet temporali afflictione tergere quas in perpetuum non vult in eis videre †.

Ibidem.

† al. vindicare

¶ *Caput hoc integrum quidem habetur in commentarijs, qui nomine Eucherij sunt editi, lib. 2. Reg. c. 8. sed magnam quoque partem apud B. Gregorium lib. 9. moralium, c. 27.*

α ¶ Obimus.] *Apud B. Gregorium sequitur,* Bene ergo dicitur [sciens, quod non parceres delinquenti.] quia, &c. *repetit enim ipse verba illa Iob sibi ad interpretandum proposita. Eucherius autem habet vt Gratianus.*

Item Augustinus de peccatorum meritis, & remiss. lib. 2. c. 34.

C. LXXXIII.

SIcut primi[i] homines postea iuste viuendo merito creduntur per Domini sanguinē ab extremo iudicio liberati, nō tamen in illa vita meruerunt ad paradisum reuocari[k] sic & caro peccati, etiam si remissis peccatis homo in ea iuste vixerit, nō continuo meretur eam mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatum est de patriarcha Dauid in libro Regnorum; ad quem propheta cum missus esset, eique propter peccatum, quod admiserat, euentura mala ex iracundia Dei comminaretur; confessione peccati veniam me-

2. Reg. 12.

b ¶ Punit.] sup. ea di. c. si cui. §. item sicut. & cap. porro. inf. ea. distinct. §. quæcumque.

ADDITIO. Pōt dici, quod peccatū ad prolationē corporis refertur: iniquitas vero ad mentis acerbitatem. præcedit iniquitas, sequitur peccatum. sed prauior est iniquitas tanquam materia, Arch.

c ¶ Cum homine.] id est, per hominē, tāquam ministram, vt per hostem. ar. 23. q. 5. remittuntur. 15. q. 1. nec is. vel cum ipso homine, id est cū homo punit se sufficienter.

d ¶ Laxatur.] su. ea. dist. cap. omnis. § alij. econtra. & ca. nullus debite.

e ¶ Cruciatibus.] inf. ea. dist. §. non sunt. & c. quem pœnitet.

f ¶ Obimus.] Alias luimus, id est propter peccatum Adæ mortem carnis incurrimus, & alias pęnalitates sustinemus 1.

f ¶ Obimus.] i. necessitati mortis subijcimur.

1 De conse. dist. 4. non ex quo.

g ¶ Siue per nos.] Cū pęnitētiam agimus.

h ¶ Siue per semetipsum.] In baptismo. infra, de cons. d. 4. sine pœnitentia.

SIcut primi.] CASVS. Hic sic ponitur casum. Per primum hominem, & Dauid, ostēdit Aug. quod licet per baptismū & pœnitentiam nobis dimittātur peccata, tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium.

CASVS. Cum post pœnitentiam Dauid Dominus transtulit ab eo peccatū: quæritur quare postea pro eo peccato multas pœnas sustulit. Et respon. Grego. quod licet peccatum sit sibi dimissum, tamen pœnā, quam promeruit, debuit sustinere, sicut etiam per baptismum nobis dimittitur originale peccatum, tamē post baptismum eius peccati pœnam, id est, pœnalitatē carnis & corporis sustinemus.

a ¶ Si peccatum.] hic dicit peccatum. interius, idē vocat delictum, & ita indifferenter vtitur hic vocabulis Gre. quod & in communi vsu loquendi fit. Aug. tñ in quæstionibus Leuitici differentiam notat dicēs: Declinare

Peccatum, & delictum an sint idē.

[Primi hominis.] scilicet Adæ & Euæ.

i ¶ Sicut primi.] Per primos homines, & per Dauid ostenditur, quod licet per pœnitentiam vel baptismum nobis dimittantur peccata tamen postea mors & aliæ pœnalitates pro originali peccato inflictæ remanent ad agonem & exercitium.

k ¶ Reuocari.] Eodem modo quo primo fuerant: cum non subiacebant morti, & alijs pœnalitatibus sibi postea inflictis.

a ¶ Meruit.] Id est, obtinuit. q. d. talis fuit confessio, cui data est venia. si. 8. dist. consuetudo.

b ¶ A filio.] Id est, per filium Absalonem dist. 47. ca sicut. § re. este gl. est si. in l. seruo legato. § 1. ff. de leg 1.

c ¶ Et nunc dicitur.] Id est, obijcitur à quibusdam hæreticis, qui dicebant peccata in contritione quantum ad vitam æternam non posse dimitti.

ideo quicumque pro occulto crimine à communione vult abstinere, facit hoc auctoritate sacerdotis.

i ¶ In actione.] Id est in agenda satisfactione, vt infr. de consecr. dist 3. de pœnitentibus.

k ¶ Vbi tale] De consec. dist 3. de pœnitentibus.

ruit [a], respondente propheta, quòd illud ei flagitium, facinusque remissum sit: & tamen consecuta sunt, quæ Deus fuerat comminatus, vt sic humiliaretur à filio [b]. Quare & nunc α dicitur [c], si Deus propter peccatum, illud fuerat comminatus; cur dimisso peccato, quod erat minatus, impleuit; nisi [d] quia rectissime, si sic dictum fuerit, respondebitur, remissionem illam peccati factam, ne homo à percipienda vita impediretur [e] æterna: subsecutum vero illius comminationis effectum; vt pietas hominis in illa humilitate [f] exerceretur [g], atque probaretur, sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus homini inflixit: & post peccatorum remissionem propter exercendam iustitiam non ademit [h].

α ¶ Quare & nunc.] *In originali legitur.* Quare & hic non dicitur. *Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero multa ex eodem sunt emendata.*

Idem in homilia de pœnitentia.

¶ Doloris mensura potius, quam temporis in actione pœnitentiæ consideranda est. C. LXXXIIII.

7 IN actione [i] pœnitentiæ, vbi tale [k] crimen cómissum est, vt is, qui commisit, à Christi etiam corpore separetur; non tam consideranda est mensura [l] temporis, quàm doloris. (Cor enim cótritum, & humiliatum Deus non spernit.) Verum, quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri [m], neque in aliorum notitiam nisi, per verba β [n], vel quæcumque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur, (gemitus meus à te non est absconditus;) rectè constituuntur [o] ab his [p], qui ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, vt satisfiat etiam ecclesiæ; in qua remittuntur ipsa peccata. Extra [q] eam quippe non remittuntur. Ergo γ cum tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta [r] corporis & sanguinis Domini differenda sint, auctoritate [s] antistitis debet ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.

In Enchiridio, cap. 65.

Sent. 4. dist. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ansl. l. 11. c. 144. Iuo p. 2. c. 4. & p. 15. c. 23. *Psal. 50.*

Sent. 4. dist. 17. Eugyfippus, to. 3. par. 125.

β ¶ Nisi per verba.) *Ab originali abest dictio*, nisi. *sed habita est ratio glossæ.*

γ ¶ Ergo.) *Hæc non sunt in* Enchiridio, *sed in epist. 118. ad Ianuarium, sub alterius persona. Ita enim loquitur.* Alius contra: immo, inquit, si tanta est plaga peccati, &c.

Pœnitentia quare pro peccato imponitur.

d ¶ Nisi] q. d. si quæritur, nisi id est, sed: quia rectissime si dictum fuerit, si quæsitu respon. vel est ibi sic, & tunc ita, nisi, id est, sed: quia rectissime sic dictú fuerit, quasi quia rationabile est quod ita respondetur, &c. & quod, nisi, ponatur pro sed, inuenitur 38. distinct. sedulo.

e ¶ Impediretur.] Non vt per hoc temporalem pœnam euitet. argum. 23. quæst. 4. si is.

f ¶ Humilitate.] Imponitur ergo pœnitentia pro peccato, vt humilitas exerceat, & ne disciplina ecclesiæ deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum, & vt satisfiat ecclesiæ, quæ scandalizata est. inf ead. iudicet. & ad cautelá. 50. dist. presbyteros. 34. q. 2. in lectum.

g ¶ Exerceretur.] Infra, dist. 3. hæc de charitate & cap. productior.

h ¶ Ademit.] Arg. quod licet destruatur principale, remanet accessoriú arg. extr. de cóuer. coniu. quidá. extra de spon. ad audiétiá. ff. de cól pec. itẽ § 1. C. de pręd. mino. & si is. ff. de mi. in causę 2. Arg cótra ff. de re. iu. cú principalis. & C. de leg. & consti. non dubium. C. de vsur. eos.

IN actione.] Hęc est septima pars dist. in qua dicitur, quod vbi pœnitentia non statuitur à canone, relinquitur arbitrio boni viri: quia Deus inspicit magis mensuram laboris, id est, cordis quàm temporis. Io. de Fa. it.

CASVS. Iste sic consueuit poni. Dicitur n. hic, quod quando peccatum ita magnum est, quod peccator dignus est priuari corpore Christi, sacerdos potius debet considerare mensuram doloris, quam temporis. sed quia dolor est occultus quandoque, ita statuuntur tempora pœnitentiæ ab eo, qui vices eius gerit; cui gemitus nó est abscóditus, vt peccatú puniat, si nó est per doloré sufficiẽter dimissú siue punitú, & vt satisfaciat ecclesię, quá lęsit:

l ¶ Mensura.] Infra ea. mensuram.

m ¶ Occultus est alteri.] sup. 14. q. 1. Deus quando.

n ¶ Per verba.] Sup. 22. q. 2. is autem & q. 5. humanæ ff. de sup. leg. l. Labeo § 1. & extra de spon. cum apud.

o ¶ Constituuntur.] Id est, præfiguntur.

p ¶ Ab his.] sup. 26. q. vlt. tempora.

q ¶ Extra.] sup. 11. q. 3. illud plane.

r ¶ Medicamenta.] Quia per illa augentur virtutes, & confirmantur. & conseruantur

s ¶ Auctoritate.] sup. ea. distin. sunt qui arbitrantur. & c. facilius.

AD

ADDITIO. Dic vt not. sup. e. dist. qui sanctus in gloss. i. Archid.

Iudicet] CASVS. Ostendit Aug. quis ordo sit seruandus in accipiēda pœnitentia. Primo enim debet quis conuerti su. ea, sufficit. deinde se dānare & redarguere, & pro-

i ¶ In notitia] De notorijs & enormibus peccatis intelligitur hoc, arg. su. 26. q. 6. c. vlt.

k ¶ Multi] Supra 2. q. 1 multi.

Mensuram.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Hic Hieron. reddit causam quare in vnoquoque crimine non est determinatum tempus pœnitētiæ: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quantum doloris: & ideo relinquitur arbitrio sacerdotis, qui prout viderit expedire assignet tēpus breue vel prolixum. sed ne ignoret sacerdos modum imponendi pœnitentiā in quibusdam criminibus modi & tēpora pœnitentiæ sunt determinata. Sequēs autem capit. scilicet, quis aliquando. planum est.

l ¶ Pro Vnoquoq;] id est, pro genere cuiuslibet criminis.

m ¶ In arbitrio.] Id est, in arbitrio sacerdotis est, relictum statuere tempus pœnitentiæ argu. ff de iure & iure. l. i. su. 26 q. vii. c. tempora.

n ¶ Sacerdotis.] Hoc tamen cū pœna non est expressa. quia cū pœna est expressa, istam debet imponere arg. extra de i fac. iu di deiey de c. lis in tra dut. 5 [illegible]. ex. causa tamē aggrauare potest, & mitigare arg. 50 dist. de his. Quid si iste non est arbitratus est, & minore pœnam imponat, quàm debeat? si est ordinarius eius iudex siue sacerdos curatus & dispensandi arbitrio hoc ta[illegible] sufficit illa

Pœnitentiæ ordo.

Et in li. de pœnitentiæ medicina cap. 3.
Beda ad Eph. 5.
Sent. 4 d. 17.
Iuo p. 15. c. 24.

Idem in eadem homilia quinquagesima, c. 11.

C. LXXXV.

Iudicet seipsum homo in istis voluntate, dum potest, & mores conuertat in melius: ne cum iam nō poterit, etiā præter voluntatē à domino iudicetur. Et cum in se protulerit seuerissimæ [a] medicinæ † sententiam; veniat ad antistites [b], per quos illi claues [c] in ecclesia ministrantur, & tā quam bonus incipiens iam esse filius, maternorum [d] membrorum ordine [e] custodito, à præpositis [f] sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio cōtribulati cordis deuotus, & supplex, id tamē agat, quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cęteris [g] ad exemplum: vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in tanto † [h] scandalo est aliorum, atque hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti; in notitia [i] multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lethali, & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. *& infra.* ¶ Multi enim corriguntur, vt Petrus: multi [k] tolerātur, vt Iudas, &c.

† al. medicinæ sed tamē medicinæ sententiam

† abest ab orig.

2. q. 1. mult.

Item Hieronymus.

¶ Mortificatio vitiorum magis, quàm abstinentia ciborum, pœnitenti necessaria est.

C. LXXXVI.

Mensuram autem temporis in agēda pęnitētia ideirco nō satis aperte † præfigunt canones pro vnoquoque [l] crimine, vt de singulis dicant, qualiter vnumquodque emēndandum sit; sed magis in arbitrio [m] sacerdotis [n] intelligentis relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris [o]; nec abstinentia [p] tantum ciborum, quàm mortificatio vitiorum. Propter quod ipsa tempora pœnitentiæ pro fide, & cōuersatione [q] pœnitentium abbreuiāda pæcipiunt, & pro negligentia [r] protelanda. Extant tamen pro quibusdam

Alcuinus. de ecclesiasticis officijs, c. de capite ieiunij.
Sent 4. d. 20.
Poly. l. 6. tit. 20.
Ans. l. 11. c. 145.
Burc. l. 19. c. 31.
Iuo p. 15. c. 49.

† al. attente.

Pœnitentia minor aliquando haberet pœnitentem.

& proponere in corde confiteri, & satisfacere ad arbitriū ecclesiæ, & postea veniat ad sacerdotē, & ab eo accipiat pęnitentiam: & si crimen est publicum vnde scādalum ortum sit, publice recipiat, & agat pęnitentiam.

[Iudicet,] Id est, condemnet.

a ¶ Seuerissimæ.] Vnde. Sæpe tulit lapsis succus amarus opem.

b ¶ Ad Antistites.] su. 6. q. 3. deniq: arg. su. 18. q. 2. abbas.

c ¶ Claues qui vult pœnitentiam accipere. veniat ad suum sacerdotem, qui eum ligare poterit & absoluere, non alienum; vt extra de pœn. & remis. omnis vtriusque.

d ¶ Maternorum.] Id est, filiorum ecclesiæ.

e ¶ Ordine.] De quo ordine habes su. e q. 2. admonere. 12. q. 2. de viro. vel ordine illo quē expressi in casu.

f ¶ A præpositis] Scilicet à sacerdotibus, qui præponuntur sacramentis ministrandis.

g ¶ Cæteris.] Hoc quando crimen est publicum: prout sequitur.

h ¶ In tanto.] Id est multo.

licet modica ad delendum peccatum, si per errorem, & ab isto pœnitente credebatur peritus. sufficit illi minor pœnitentia ad delendum peccatum, & minorem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit, maiorem, suscipere paratus esset, si sibi imponeretur, argu. infra. ead. distinct. quem pęnitet. ver. sæpe. si autem credebat eum imperitum in culpa est, nec releuabitur hac sola pœnitentia. Idem iuris est si ad alium iuit, non ad suum iudicem cum suus sacerdos esset peritus: quia eo casu in culpa fuit: si aute[m] suus sacerdos non erat peritus: & ideo iuit ad alium, qui [illegible] licet inf. d. 6 placuit. & ille male est arbitratus, dic vt dixi in ordinario.

o ¶ Doloris.] Vnde & tantam contritionem perpendere sacerdos perpendere in homine, quod tantam contritionem exteriorem ei imponeret.

p ¶ Abstinentia.] Inf. de consec. d. 5. ieiunium. sup. d. 86. quid prodest.

q ¶ Conuersatione.] sup. 11. q. 3. plerumque. (cerdos.

r ¶ Negligētia.] in. 50. dist. de his clericis sup. 26 q. 7. sa-

a ¶ Cul-

a ¶ Culpis.] Vt in fornicatione sacerdotis cum filia spirituali 30. q. 1. si quis sacerdos. su. 82. dist. presbyter. & in multis alijs.
b ¶ Quis aliquando.] ¶ Deprehensus.] In aliquo peccato.
c ¶ Humiliauerit.] Id est, humiliatus apparuerit.
d ¶ Gloriam.] Id est, laudem & famam, qua ab hominibus laudabatur: quia credebatur esse bonus. & ita habes ex hoc quod clerici deteriores sunt laicis. 8. q. 1. qualis. sic & monachi deficientes omnibus sunt deteriores 47. distinct. quantumlibet. & su. 24. q. 3 tra... sierunt, vnde etiam dicitur sanctuario meo incipite, ... dist. ... & purgabit & hoc destruit ecclesiam vehementer vt 8 q. 1. qualis.

Monacho malo nil deterius.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est octaua pars dist. quæ diuiditur in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte positos. & positis ipsorum canonum principijs, dicitur qualiter sunt intelligendi. Secunda ibi, Econtra auctoritas. Tertia ibi, [Econtra ea.] Io. de Fan.

CASVS. Ex præallegatis auctoritatibus ab illo §. [Alij econtra.] Concludit Grat. peccata non dimitti sine oris confessione, & operis satisfactione, & incipit respondere auctoritatibus primo inductis pro alia parte, scilicet quæ asserit peccata in sola cordis contritione dimitti, soluendo eas quandoque bene, quandoque male, vt dicit Hu. Postea in §. [Econtra e.] defendit sententiam illam, quod sola confessione peccata delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa, allegando quod vnus debet esse §. vsque ad §. [Econtra.] Hanc tamen auctoritatem. [Non tibi dico,] de nouo inducit, vt eam soluat, quia videbatur facere pro alia parte: ad cuius solutionem inducit auctoritatem Ioannis Chryso. & casus duarum illarum auctoritatum plani sunt. quidam tamen habent capitula in principijs omnium auctoritatum ... esse non debet. sed si velles facere capitula ... auctoritatibus, facies sibi. Non ita simpliciter ... ...d.

HIS AVCTORITATIBVS. Hic concludit, quod non sola contritione cordis peccata dimittuntur, & respondet auctoritatibus inductis pro alia parte quæ asserit, scilicet peccata sola contritione cordis dimitti posse, post in § [Econtra ea.] defendit sententiam illam, quod sola confessione delentur, & ita alternatim incedit, nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando.

e ¶ Negationis.] Vnde quidam dicunt, quòd negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confessio. 6. q. 1. imitare.

f ¶ Totũ vitæ tempus.] Est hic arg. quod intranti monasterium non est imponenda pœnitentia de peccato ante commissum, quia nec Alt... imponitur, si intrat monasterium. arg. su. q. 2. admonere, & hoc propter continuationem pœnitentiæ, & exercitij, quæ in monachis exiguntur. arg. 16. q. 1. vos. extra de sent. excom. cum illorum. & argu. ... extra de vo. & vo. redem. scripturæ.

Monasterium intranti an sit pœnitentia imponenda.

g ¶ Leonis.] su. e. d. c. voluissent § ... his omnibus. & c. ... Magnus ... fecit hic ... dederet inserere ... Ambrosij de ... postea illa, s. Petrus ... quam induxit ... ex his omnibus ... pro alia parte.

h ¶ Sed ei.] Non dicit verum quia non negat. & esset necessaria pœnitenti exterior satisfactio, si ibi ... lacrymas: sed ... sufficit confessio, quæ fit Deo & sacerdoti, si adest facultas.

i ¶ Delictum.] Non videtur congrua hæc solutio, contrarium

culpis [a] pœnitentiæ modi impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt culpæ; cum sit facile per eosdem modos vindictam, & censuram canonum æstimare.

¶ Caput hoc, quod Burchardus etiam & Iuo citant ex dictis B. Hieronymi, beatus Rhenanus in suis adnotationibus in Tertullianum testatur se legisse in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac cæteris collectoribus nonnulla sunt emendata; & postrema clausula etiam aucta. Sententia autem habetur etiam 7. cap. in. cap. 21. ... in epistola Basilij ad Amphilochium, c. 2. & in synodo Mecensi anni 859. cap. 10.

Item Ioannes Chrysostomus, id est auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40.

C. LXXXVII.

Quis aliquando vidit clericum cito pœnitentiam agentem? Sed, etsi deprehensus [b] humiliauerit [c] se; non ideo dolet, quia peccauit: sed confunditur, quia perdidit gloriam [d] suam. Sent. 4. d. 17.

8 *His auctoritatibus asseritur neminem sine pœnitentia, & confessione propriæ vocis à peccatis posse mundari. Vnde præmissæ auctoritates, quibus videbatur probari, sola contritione cordis veniam præstari, aliter interpretatæ sunt, quàm ab eis exponantur: Negationem namque Petri secuta est satisfactio lachrymarum, & trina confessio Dominicæ dilectionis, qua penitus deleuit peccatum trinæ negationis [e] Non ergo necessaria sibi erat certa satisfactio peccati: cuius totum vitæ tempus [f] obedientiæ impendebatur sui conditoris. Imitabatur enim illud propheticum: [Declina à malo, & fac bonum.] & Illud Esaiæ: [Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.] Amplius horum nihil à peccatore exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis [g] Papæ satisfactio pœnitentiæ negatur esse necessaria cuilibet delinquenti; sed ei [h] tantum, qui beatum Petrum imitatus, huic sæculo penitus abrenunciat, & cunctorum vitiorum fomitem in se funditus mortificat. Item illud Ioannis * † Chrysostomi: [Lauent lachrymæ delictum [i] quod pudor est voce confiteri.] & illud aliud, quod scribitur*

Luc. 22.
Ps. 36.
Esa. 55.
† Ambrosij. su. ea d. c. lauent. Sent. 4 d. 17.

tractatum

trarium magis innuitur inf. ea. dist. § vt H.
ADDITIO. Aliàs similem secundum Laur. sed Hug. in sua gl. ponit idem, &c.
a ¶ Non tibi.] Nunc primo inducit hanc auctoritatem, quæ videtur facere pro alia parte, vt eam soluat.
b ¶ Vt

dico quo ad flendum, non quo ad agẽdum vel delectandum. vnde subdit, apud, &c.
g ¶ Non lingua.] Tantum. Vel non lingua secundum aliam expositionem. s. vt intelligatur de peccatis iam confessis sacerdoti.

Io Chrysostomus homil. 31. in epist. ad Hebræos.

Ps. 36.

in epistola ad Hebreos: [*Non tibi* [a] *dico, vt te* [b] *prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses* [c]*: sed obedire te volo prophetæ dicẽti, Reuela* [d] *Domino viam* [e] *tuam. Ante Deum ergo tua confitere* [f] *peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua* [g]*, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera misericordiã te posse consequi: si habueris in mente peccata* [h] *tua continue* [i]*, malum nunquam aduersus proximum tuum in corde retinebis.*] *non ita intelligendum est, vt sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata, secreta* [k] *confessione, & occulta satisfactione purgantur* [l]*: nec est necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus, denuo confiteamur* [m]*; sed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus ait:*

In ea. 31. hom. Sent. 4. dist. 17.

[*Nunc autem si recorderis* [n] *peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, et pro eis clemẽtiam eius depreceris; citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuorum; tunc eorum recordaberis, et nolens, quando in toto mundo publicabuntur, et in conspectu proferentur omnium tam amicorum tuorum, quàm inimicorum, et sanctorum Angelorum, cælestiumque virtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat* [o]*. Quæ tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo; sed etiam ad omnes* [p] *nos hoc dicitur.*] *Similiter* [q] *& illud Prosperi intelligitur.*

2. Reg. 12.

sup. ea. facilius.

[*Qui crimen* [r] *suum vltro cognoscunt, & aut illud propriis confessionibus produnt, aut nescientibus aliis, quales occulti sunt,* &c.] (*aliis nescientibus,*) *id est, occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud prophetæ:* [*Dixi confitebor, & tu remisisti*] *id est, remissibilem* [s] *indicasti* †, [*impietatem peccati mei.*] *Ita & illud Augustini intelligitur:* [*Magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit,*] *id est, remissibilia iudicauerit* †. *Item ibidem:* [*Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis.*] *Vnde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item voluntas remuneratur, non opus.*] *ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud:* [*In quacumque hora peccator conuersus fuerit,* &c.] *conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino vertitur, cuius opus, uxor, & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius seruierat iniquitati. Ita intelligitur & illud,* [*conuertimini ad me,* &c.] *Item,* [*scindite corda ue-*

Ps. 31. sup. ea. dixi.

† al. indicasti.

sup. ea. magna.

† al. iudicaueris

sup. ea. si cui. su. ea. facilius.

Ezech. 33.

1 Secus cum crimẽ est publicũ, & manifestũ, licet persona sit incerta. 5. q. 1. c. 2. & illud vi puniri in famans & aliter ab ipsa mia facti purgetur. vt ibi no. Hug.

h ¶ Peccata.] Ea. s. cum dolore pœnitentiæ commemorãdo.
i ¶ Continue.] Sup. d. 81. valet contra 2.
k ¶ Secreta.] Sup. 2. q. 1. si peccauerit, & 15. q. 5. de crimine.
l ¶ Purgantur.] Duplicem innuit solutionem primam s. de occulto crimine, quod sufficit confiteri soli Deo per sacerdotem, nec in publico necesse est illud confiteri. & hanc ponit ibi, secreta, &c. secundam quod intelligitur de crimine iam cõfesso sacerdoti: quia illud soli Deo confiteri semper debemus. non voce sed corde: & hanc ponit ibi, nec necesse est, &c.
m ¶ Denuo confiteamur.] In quibusdam tñ casib. tenetur plures illud idem confiteri. s. propter imperitiam sacerdotum: quia si sacerdos meus imperitus est, teneor confessionem sibi factam alij discretiori propalare, infra d. 6. c. 1. & c. placuit. Item pro contemptu satisfactionis, arg. inf. dis. 3. si Apostolus. Item pro enormitate delicti, vt si sacerdos audito crimine remittat eũ ad superiorem, vt iterum crimine exposito pœnitentiam sibi imponat, arg. extra de pœn. & remis. c. significauit ar. si p. ea. q. 2. laborem. Quartũ etiam assignamus, quando tñ nõ est expeditus, puta pro diminutione confessionis, vt cũ quis plura hẽt mortalia & vnum confiteretur, arg. inf. dist. 3. sunt plures.
n ¶ Si recorderis.] Sup. d. 81. valet cõtra infra dis. 3. § fiue aũt quis. & c. Iudas.

2 Ibi loquitur de memoria ad delectandum quæ memoria est improbabilis. 15. q. 1. mulier. hic loquitur de memoria ad flendum, & hæc est laudabilis, de hac & hĩ distinctione 3 Iudas. sic Hug. & Pe.

Confessio eiusdem peccati quãque debet iterari

3 Et nota quod oẽs auctoritates, quas hic repetit G. ar. posita sunt sup. ab illo §. Hoc idem. vsq; ad §. Alij cõtra.

b ¶ Vt te.] Idest, tuum peccatum secretum s.
c ¶ Accuses.] Aliàs accuses te de illo crimine.
d ¶ Reuela.] Lingua cordis, & non carnis. vnde subdit ante, &c.
e ¶ Viam.] Idest, peccatum.
f ¶ Confitere.] Sacerdoti. Vel in memoria semper habeas ea postquam confessus es sacerdoti. In memoria

o ¶ Dicebat.] Per Nathan in libro Regum.
p ¶ Ad omnes.] Arg. 61 d. miramur. ver. vbi est.
q ¶ Similiter.] Scilicet sine publica satisfactione, & publica confessione.
r ¶ Qui crimen.] Sup. ea. dist. facilius 3.
s ¶ Remissibilem.] Non bene soluit. hoc. n. erat & ante. Vel hoc dicit propter sequentem satisfactionem, poterat

stra, & non vestimenta.]eis dicitur, qui nulla interiori satisfactione precedēte, sed sola exteriori se Deū posse placare confidunt. Item cuncta [a], quæ de leprosis mundatis, vel de Lazaro resuscitato inducūtur, ad contritionē cordis, nō ad veniā remissionis [b] referenda sunt. Obstinatio enim animi, & confessionis contemptus, quædam mors est impietatis, & lepra superbiæ, à qua quisque reuiuiscit, dum sibi per gratiam dolor delicti, & votū confessionis inspiratur. Ad hunc etiam articulum [c] pertinent ea, quæ de viuentibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habētibus, vel de habitaculis † spiritus sancti factis, dicta sunt: vt hæc omnia quisque dicatur assecutus ex cordis cōtritione, quam habet, non ex plenaria [d] peccati remissione, quā nondum inuenit. Sicut enim in baptismo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reseruatur; sic per contritionē cordis quisque à Deo resuscitari dicitur: licet adhuc reatu [e] peccati teneatur. Non ergo præmissis auctoritatibus, vel argumentis, sine confessione oris, & satisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari.

2 ¶ Ecōtra [f] auctoritas [g] illa Ioānis Chrysostomi, & Prosperi [h] cōtra mentē auctoris extorta [i] videtur. Non enim dicitur, [nō dico tibi, ut te publice accuses,] sed [nō dico tibi, ut apud alios te accuses] Sic & Prosp. nō ait, [omnibus,] sed simpliciter, aliis nescientibus.] Vnde euidētissime datur intelligi, quòd sine confessione oris peccata possunt deleri. Ea uero, quæ ad exhortationem [k] pœnitentiæ, & confessionis dicta sunt, non huic sententiæ contraire uidētur. Vel enim sunt uerba exhortationis, non iussionis, sicut illud: [Confitemini [l] alterutrum peccata uestra, &c.] uel si qua iubēdo sūt dicta, nō ad oris cōfessionē sed cordis: nō ad exteriorē satisfactionē, sed interiorē referenda sunt. Est enim penitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitētia est illa, de qua Augustinus ait: [Omnis [m], q suæ uolūtatis arbiter cōstitutus est, nō potest inchoare nouā vitam nisi pœniteat cū veteris vitæ.] ¶ Item de eadem Petrus in actibus Apostolorū legitur dixisse: [Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum.] Quod de interiori pœnitētia, non exteriori dictū accipitur. De exteriori vero pœnitentia Ambrosius ait sup epistolam ad Romanos: Gratia Dei [n] in baptismate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod, sed solum contritionem † cordis, & omnia gratis cōdonat. ¶ Quæcumque [o] ergo de pœnitentia iubēdo dicta sūt, nō ad exteriorē, ut diximus, sed interiorem referēda sūt, sine qua nullus vnquam Deo reconciliari potest. ¶ Illud autē Augustini [p], quo quisque negatur ueniā posse cōseq, nisi prius quātulacūq; peccati soluerit pœna [q],

Marginal notes (right):

suq. ea. conuertimini, & scindite.
Ibidem
† al. habitaculum.
su. in hoc eodē tractatu Gratiani ex hom. 31. ad Hebræos supra ea. facilius.
Iac. 5.
sup. ead. tres §. ois, & inf. de cōsec. dist. 4 c. ois.
Act. 2
Ad c. 11. inf. de conse dist 4. fine pœnitentia. Sent. 4. dist. 4.
† al. ex corde professionem
su. null⁹ debit[illegible]

3 Vnde dicit H. q non est verum quod dicit, quæcūque: sed aliqua.

Glosses:

erat enim esse, quod contemneret satisfacere, & tunc non remitteretur.

a ¶ Cuncta.] Supra ead §. hoc idem.

b ¶ Remissionis.] Pœnæ temporalis. alias falsum diceret.

c ¶ Articulum.] Idest, intellectum.

d ¶ Plenaria.] Quantum ad pœnam temporalem.

ADDITIO. Aliàs non dicit verum, secundum Hug.

e ¶ Reatu.] Pœna, s. temporali debita pro reatu.

ECONTRA. Hæc est secunda pars octauæ partis dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Allegat nūc Grat. pro alia parte, scilicet quod cordis contritione dimittūtur peccata, respondendo quibusdam superius allegatis, & ad confirmandam suam allegationem inducit tres auctoritates, duas directo, & aliam indirecto. Hu. tamen facit ibi capi. [omnis, qui fuē] sed tamen est in cap. supra ead tres, & ibi similiter gratia Dei. sed certe mihi videtur quòd totus sit vnus §. vsq; ad §. [Quęcumque.] Quem itatim ponam.

f ¶ Econtra.] Hic incipit iterum defendere sententiam illam, quæ dicit sola cordis contritione peccata remitti.

g ¶ Auctoritas.] Su. ea §. his auctoritatibus, ver. nō tibi dico. & ver. nunc autem.

h ¶ Prosperi.] Supra ea. facilius.

i ¶ Extorta.] Idest, extorte exposita.

k ¶ Exhortationem.] Aliam [illegible]

l ¶ Confitemini.] Supra [illegible]

m ¶ Omnis.] Supra ea. tres [illegible]

n ¶ Gratia Dei.] In[illegible] de [illegible] dist. 4. [illegible]

3 Ad hoc. [illegible] sed tamen. [illegible]

[illegible] CASVS. [illegible] Grat. & dicit, quęcūq; de pœnitentia [illegible] interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorem sunt referenda. postea exponit quandam auctoritatem August. qua contraria videbatur, & ad hanc suam expositionem. Aug. inducit tres auctoritates.

o ¶ Quæcumque.] Allegando dicit. 3.

p ¶ Augustini.] Sup. ead. dist. ca omnis §. alij, & capitu. nullus.

q ¶ Pœnam.] Saltem interiorem, scilicet cordis contritionem & dolorem.

a ¶ Pu-

a ¶ Punire] inf.ea.dist.3.§.hæc de charitate c pœnitentia est.
b ¶ Peccata.] su.ead.dist.si peccatum Dauid su.ea dist. nullus debite.
c ¶ Orta est.] Alias, veritas de terra orta est, id est, Christus de Maria. 35.d.q.10 fraternitatis.
d ¶ Agnoscit] Peccatum suum.

HÆC ERGO. SECRETA. CASVS. Infert nunc Grat. quod pro leuib. peccatis vel occultis secreta est Deo satisfactio facienda: pro manifestis vero peccatis publica. Quod probat exẽplo Nabuchodonosor, & Niniuitarũ, & auctoritate Augustini.

non huic sententiæ inuenitur aduersum. Nullus enim asseritur à peccato mundari, nisi peccati passus fuerit pœnã. Sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, & eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud, Deo corde confiteri, & secreta satisfactione peccatum in seipso punire [a]. *Est enim pœnitẽtia (vt ait Augustinus) dolor cordis, quo quisque in se punit, quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmum 50. exponens: [Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.] Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego agnosco. [& infra.] Sic Deus misericordiam dat, vt seruet ueritatem, vt non peccata* [b] *eius sint impunita, cui ignoscit. Ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia est, quòd homo liberatur. ueritas, quod peccatum punitur. [Idem in psalmum 84. [Veritas de terra orta est,]* [c] *id est, confessio ab homine, ut se accuset, & sic iustitia de cœlo prospexit, ut publicanus cõfitens rediit iustificatus; iustitia de cœlo prospexit: quasi Deus dicat, parcamus huic, quia nõ parcit sibi: ignoscamus, quia agnoscit.* [d] *[& infra.] [De cœlo ergo iustitia prospexit, id est, à Deo data est iustificatio cõfitenti.] ¶ Hæc ergo secreta satisfactio leuium, siue occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pœna relaxari probantur, quæ sic expiari creduntur. Ea uero, quæ de publica satisfactione, uel oris confessione dicuntur, in publicis, & manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, quæ propheta misericordiis, & eleemosynis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, quæ publica* [e] *satisfactione expiata sunt, cunctis nota erant. Et publica noxa (ut Augustinus testatur) publico* [f] *eget remedio. ¶ Præmissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, & oris confessio. Latentia uero peccata non probantur sacerdoti necessario confitenda, & eius arbitrio expianda.*

In lib. de vera, & falsa pnia, c. 8. in d. 3. pœnitentiæ.

Sumpta sententia non verba.

Luc. 18.

Dan. 4.

Ionæ 3.

Sent. 4. dist. 17. Beda ad c. 8. Lucæ ex Augu. & ad ca. 5. Marci, & ibi gl. ordi.

3 *Econtra* [g] *ea, quæ in assertione huius sententiæ dicta sunt partim ueritate nituntur, partim pondere carẽt. Sine contritione etenim cordis nullum peccatum posse dimitti, occulta uero peccata secreta satisfactione, publica quoque manifesta pœnitentia expiari debere firmissima cõstat ratione subnixum. Porro sine confesione oris, si facultas cõfitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus probatur aduersum. Quomodo enim secundum auctoritatem Leonis* [h] *Papę sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine oris confessione à peccato possumus emundari? Quis enim supplicabit pro peccato quod nescit* [i]*? ¶ Item quomodo* [k] *secundum Augustinum frustrat claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pœnitentiam agit, si sine oris cõfessione, criminis indulgentiam impetrat? ¶ Item Quomodo* [l] *secundũ Ambrosiũ ius ligãdi & soluẽdi solis sacerdotib⁹ a Domi*

su. e. multiplex.

sup ead. agite.

su. ea. verbum.

e ¶ Publica] su. 12. q. 4 nemo. supr. 2 q. 1. si peccauerit.
f ¶ Publico.] Id est, si tempus confessionis & satisfactionis habuit.
ECONTRA. Hæc est tertia pars octauæ partis dist secundum Io. de Fan.
CASVS. Nunc pro alia parte allegat Gr. quod confessio oris est necessaria, dicens quod supradicta partim pondere carẽt, & partim non: nam occulta peccata secreta satisfactione, purgantur: publica vero manifesta pœnitẽtia purgantur, nullum tamẽ graue delictum, si facultas affuerit confitendi, sine confessione purgatur. quod probat tribus auctoritatibus, scilicet Leonis Augustini, & Ambrosij & vno exẽplo Domini: & ad hoc inducit Gr. auctoritatem Leuitici. & licet sic de § isto: tamẽ hunc casum sic ponas.
g ¶ Econtra] Hic ponit G verã solutionẽ scilicet, quod necessaria est oris cõfessio, vbi facultas est confitendi, & quod pœnitẽtia debeat agi auctoritate sacerdotis. & ad hoc probandum inducit factum Domini quãdo suscitauit filiam Archisynagogi.
h ¶ Leonis.] Supra e. dist. §. alij & c. multiplex.
i ¶ Quod nescit.] Ar. ff. de a. q. poss. l. possidere. §. Neratius. ff. de contrahen. emp. in lege, fundi, & eod. titu. in l. qui fundum. §. fundi.
K ¶ Quomodo.] Supra ead. dist. §. alij. c. agite.
l ¶ Item quomodo.] Supra ead. dist. § alij. & cap. agite. & c. verbum.

Confessio oris necessaria est.

a ¶ Pro-

a ¶ Prosperum.] su.e.dist. §.item sicut. & c. facilius.
b ¶ Non sunt hæc.] Quæ pro parte cōtraria dicta sunt scilicet, quod sine confessione oris peccata grauia dimittantur.
c ¶ Archisynagogi.] Scilicet principis Iairi.
d ¶ Suscitauit.] in f. e. quem pœnitet. in fi.
e ¶ Secreta.] Ar. esse secreta, quæ sūt sub præsentia quinq; hominum.

QVI DOMVM SVAM. CASVS. Casum hunc sic breuiter pone. Primo ponit Grat. verba Leuitici, etsi non per omnia. Secundo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tñ eorū quæ hic dicuntur, nota, q ad litteram ita erat in veteri testamento, quod si quis offerebat domū suā, vel agrū, vel vineā, vel aliquid aliud tabernaculo, & postea pœnitebat; si volebat rem recuperare, addita quinta parte æstimationis totius rei pretium persoluebat tabernaculo, & rem recuperabat, & facienda erat hæc solutio ad siclū sanctuarij, qui maioris pōderis erat q̃ siclus vulgaris: postquam aūt cōuenerat de pcio inter sacerdotē, & eū q debebat redimere retinebat emptor agrū vsq; ad annū iubilæū, quē tunc restituebat plene. Ille itaque, q non poterat rē redimere nisi siclo sanctuarij, significat peccatorē, qui se nō pōt redimere a peccato nisi operib⁹ pœnitentiæ à sancta scriptura statutis. Alii etiā moraliter exponunt, sicut videbis in littera [Oīa aūt.] sūt verba Gratiani vsq; ad ca. quem pœnitet. [Iubilæ⁹,] i. quinquagesimus & dicit Iubilæus annus remissionis: quia eo anno debita remittebantur, & serui efficiebātur liberi, & omnia reuertebatur ad statutū pristinū.

dum illum, vt si ager recipiebat sementem triginta modiorum, sacerdos petere deberet quinquaginta siclos. Vel addebatur quinta pars pretij. vt dixi.
i ¶ Fructus.] Id est, pœnitentia: quia non tanta imponenda est ei, quanta magis peccanti.

K ¶ Li-

no creditur esse permissum: si quisq; suo arbitrio seipsū peccando ligat, vel secreta pœnitentia, secūdum Prosperum[a], in seipsum sententiam profert excommunicationis, atque post satisfactionem, absq; sacerdotali iudicio seipsum Deo, vel altari eius reconciliat? ¶ Non sunt hæc[b] præmissis auctoritatibus consentanea: sed multorū exēplis probantur aduersa. Filiā namque Archisynagogi[c] turbis eiectis Dominus suscitauit[d]: nō tamen, nisi præsentibus patre, & matre puellæ, Petro quoq;, Iacobo, & Ioāne vitæ† reddita est. In quo moraliter instruimur, vt secreta[e] peccata, quæ per mortē puellæ intelliguntur, non nisi supplicationibus ecclesiæ, quæ per patrē, & matrē puellæ designātur, & sacerdotum ministerio, qui per Petrū, & cæteros intelliguntur, à Domino existimētur dimitti. ¶ Item in Leuitico: Qui domum suam, vel agrum Domino vouerit†, vel consecrauerit, non potest eā[f] redimere, nisi siclo[g] sanctuarij, sacerdote quoque (non ipso) supputante[h] annorum numerū vsque ad iubilæum. In quo similiter docemur, quòd quicunque domum conscientiæ vel agrum conuersationis per pœnitentiam Domino offerre, atque pretio bonorum operum de vana uitæ suæ conuersatione seipsum redimere uoluerit; non potest hoc facere, nisi siclo sanctuarii, id est, operibus pœnitentiæ, sacra scriptura præfixis. Unde uenientibus ad se turbis B. Ioannes non ait simpliciter, facite pœnitentiam, uel fructus pœnitentiæ, sed addit, [dignos:] ut pro qualitate uidelicet peccatorū, qualitas offeratur bonorum operum. Non enim par debet esse fructus[i] boni operis eius, qui nihil, uel parum deliquit, atq; eius, qui grandia cōmisit. Ille tanquam nullius criminis sibi cōscius usum sibi in rebus licitis præbet: hunc tanquam multis grauatum, etiam à licitis[k] temperare oportet. In iubilæo plena remissio præstabatur. Unde per eum perfecta peccati remissio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorū usq. ad iubilæum supputat, cum eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur quibus quisq. plenam peccati remissionē inueniat. Nō enim (sicut Hesychius ait super eūdem locum) statim post definitam pœnitentiam quisque à peccato[l] plenè mundatur[m]. ¶ Cum ergo ut ex præmissis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio sacerdotis definiantur, euidentissimè apparet sine confessione[n] propriæ uocis peccata non dimitti.

Matth. 9.
† al. vita
Ex Leuit. 27.
| al. vouendo consecrauerit
Luc. 3. B. Gregorius in hom. 20. in Euangelia.
Leuit. 25.
In li. 7. ad c. 25. Leuitici & ibi: in gl. ord. habetur sententia.

f ¶ Eam.] Supra 17. q. 4. sunt.
g ¶ Nisi siclo.] Siclus continet xx. obolos. arg. 1. q. 2. iudices. versus

Tres siclos obolus, obolos tres drachma, sed octo.
Vnica fert drachmas, duo dena, dat vnica libram.
Siclus habet septem drachmas obolo minus vno.

h ¶ Supputante.] Id est, computante à tempore scilicet redemptionis, cum quis redimebat secundum q annus iubilæus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem sacerdotis magis vel minus persoluebat, iuxta modum illum, vt si ager recipiebat sementem triginta modiorum, sacerdos petere deberet quinquaginta siclos. Vel addebatur quinta pars pretij. vt dixi.

K ¶ Licitis.] Supra 11. q. 1. aliud sup. ead. §. ex his omnibus. & c. aliud.
l ¶ Peccato.] Hi colligitur, q toto tempore pœnitentiæ remittitur peccatum arg. in f. ea. quem pœnitet sicut ex toto tempore obstructum est, & c. ff. de mino. l. 3. §. 1. quod verum est quo ad pœnam. quoad ad culpam remittitur in primo momento contritionis.
l ¶ Peccato.] Id est, à pœna peccati.
m ¶ Mundatur. Quo ad exteriorem pœnam, scilicet temporalem, vt supra ea. dist. in peccatum, & in. ea. dist. sicut & primi.
n ¶ Confessione.] Vñ Boethius in libro de cōsolatione.

Peccatum quot pe pœnitentiæ remittitur.

Si

Si opera medicantis expectat, oportet vt vulnus detegas tuum.

a ¶ Item taciturnitas.] Hæc argumentatio de taciturnitate non iuuat Gratianum. nam cum peccator cui iam peccatum est dimissum tacet, & contemnit confiteri, hoc est iam aliud peccatum quàm primum 1.

Quis enim tempora pœnitētiæ alicui præfiget, nisi primũ
Sent.4. dist.17. *peccata sua sibi manifestare curauerit.* ¶ *Item. Taciturnitas* [a] *peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat; ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iam dudum exhibuit diuino cōspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est. species etenim superbię est se uelle videri iustum qui peccator est; atque hypocrita cōuincitur, qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit: uel sicut Cain peccatum suum reticēdo penitus supprimere quærit.*
Gen.4 *Vbi autē* [b] *superbia regnat, uel hypocrisis; humilitas locum habere nō potest. Sine humilitate uero alicui veniā sperare non licet. Nec ergo, ubi est taciturnitas confessionis, uenia est speranda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini, qui in libro de vera & falsa pœnitentia, c.10. ait.*

α ¶ Ioannis Chrysostomi.] *Supra ead. c. lachrymæ. notatum est hæc esse verba B. Ambrosii quem citat magister sententiarum.*

β ¶ Non lingua.] *Græce est*, εὐχόμενος, εἰ καὶ μὴ τῇ γλώττῃ, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ, *idest*, preces fundens, si minus lingua, at saltem memoria.

γ Et frequenter.] συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ, *idest*, assidue illa offeras Deo, & pro ipsis depreceris.

δ ¶ Vnde euidentissime.] *Loquitur ex persona aduersam partem sustinentis. Vere enim ex illis auctoritatibus nō hoc colligitur. Qui enim sacerdoti tamquam* Deo *confitetur, is minime dicitur se apud alios accusare, sed potius nescientibus aliis seipsum punire. Ac manifeste Chrysostomus dicit id, quod nunc negatur dicere,* non dico, inquit, tibi, publica teipsum, neque apud alios te accusa. *Hoc enim secundum membrum valet idem, ac primum: vt apud alios se accusare, sit idem, quod seipsum publicare. Quare paulo post Gratianus ipse hęc, quę nunc afferuntur, refellit.* E contra ea quæ in assertione, &c.

ε ¶ Quoniam iniquitatem.] *Hic, & in aliis duobus sequentibus locis, non refert ipsa omnino verba beati Augustini, sed sententiam.*

ζ ¶ Leuitico.] *Ibidem & hoc loco refertur sententia Leuitici in c.27. non ipsa verba. idemque paulo post fit de Hesychio.*

C. LXXXVIII.

Sent 4. d 17. QVem pœnitet, omnino [c] pęniteat, & dolorem lachrymis ostendat [d]: repręsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionē. Præ-
† al. mundatis cepit enim Dominus mundandis †, vt ostenderent ora sa-
Luc.17 cerdotibus, docens corporali pręsentia confitenda peccata, non per nuncium [e], non per scriptum [f] manifestanda.
Leuit.9 Dixit enim: [Ora monstrate] &: [Omnes] non vnus pro omnibus: non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus [g] a Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per uos erubescatis. Erubescentia enim ipsa par-

b ¶ Vbi aūt.] supra. 22. q. 2. cum humilitatis.

QVem pœnitet.] CASVS. Hoc c. diuiditur i 4. partes. Primo dicit, ꝙ quilibet per seipsum debet confiteri sacerdoti, & non per nunciū, vel epistolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partē pœnitentiæ releuat. Secundo dicit ꝙ qui vult confiteri discretum debet eligere sacerdotem, cui confiteat, q sciat ligare & soluere. Tertio ꝙ qui copiā sacerdotis non hēt, confiteatur proximo, & ex desiderio sacerdotis veniā consequetur. Quarto dicit, ꝙ si peccatum occultum est, sufficit referri in notitiam sacerdotis. Si publicū est, eius confessio debet fieri publice in conspectu ecclesiæ, vt eius precibus adiuuetur. Scđa pars ibi, [Quare qui cōfiteri.] Tertia ibi, [Tātaitaq;.] Quarta ibi, [Si peccatum.] Ora, .i. peccata ore ad os mundantis. forte de leprosis loquitur, qbus præcepit Dominus, vt se sacerdotib. demonstrarent.

c ¶ Omnino] i perfecte conteratur de oib. i. de omni peccato, & eius varietate, int. d. 5. consideret. & dist. 6. qui vult.

d ¶ Ostēdat.] Per exteriora. n. pręsumitur de interiorib. vt hic, & sup. dist 50. si quis diaconus.

e Per nūcium.] Et ita non pōt hic per aliū quod per se pōt. ff de sol. inter artifices. & ex de cler. non resid. quia nonnulli.

f ¶ Per scriptū.] sup. 30. q. 5. qualis. cōtra. sed ibi non dī ꝙ ita accipiatur, sed ꝙ accepta in scripturis redigantur. ne dētur obliuioni.

g ¶ Munus.] .s. hircum 2, idest, pœnitentiam designatam per hircum.

1 Hoc vult glo. dicere, Verū est, ꝙ in contritione cordis an oris confessionē peccatum dimittitur: debet tamen pœnitens habere voluntatem confitēdi ecclesiæ, tempus & facultas affuerit: alio quin nō est uere pęnitens, & non dimittitur ei peccatum. Si uero dimisso peccato in cordis contritione & habita uoluntate ecclesiæ confitendi, postea mutet uoluntatem, & nolit peccatū confiteri, iam ē reus non peccati iam dimissi, sed peccati, quod committit nolendo & contēnendo confiteri: qđ est aliud a peccato iam dimisso. Hu.

2 Qui significat animā penitentem. inf. e. di. 3. inter hæc hircum. Arch.

a ¶ Ex misericordia.] Idest, misericordiam repromittens.
b ¶ Hoc præcepit.] Mysticè, vbi dixit, Vade, & ostende te sacerdotibus.
c ¶ Timore.] Idest, propter timorem seruilem.
d ¶ Ostensi.] Scilicet, Dei, quem peccãdo offenderat.
e ¶ Veniale.] Sup e. dist. §. alij, & ca. lerpens.] Veniale,] i. dignũ venia. [Vel fit,] idest, ostenditur per confessionem esse veniale. vel fit veniale secundum aliam litteram. i. ad vitam nõ impendes.
f ¶ Purgatur.] i. purgari non videtur ꝑpter pœna exteriorem, exterioris satisfactionis, quę adhuc restat. sup ead. dist. si peccatum Dauid inf. ead dist. vl §. vlt.
g ¶ Vitale.] i. eius pęnitentiam cõfert, & impetrat vitam.
h ¶ Peccanti.] s. discrete: & hoc est qđ sequitur, sed oportet, &c.
i ¶ Misereatur.] Scilicet puniendo peccatum.
k ¶ Quid.] Idest, propter quid, scilicet propter quod peccatum.
l ¶ Sed in quo.] s. dolorem patiatur, scilicet in pœna.
m ¶ Doleat.] s. pœnitens.
n ¶ Consideret.] Sacerdos.
o ¶ Iustitia.] Si enim sola iustitia respiciatur, nullus saluatur vel consequitur veniam criminis.
p ¶ Sed misericordia.] s. vt non puniatur æternaliter.
q ¶ Labore.] Nihil enim carius emitur, quàm quod precib. impetratur, vt dicit Seneca. arg. ad hoc 8. q. 2. illud 1.
r ¶ Plurib.] Arg. inf. d. 6. placuit, arg contra sup. d. e §. ex his. sub illo §. non ita.

1 Et hic labor fit per cordis contritionem.

tem habet remissionis. Ex misericordia [a] enim hoc præcepit [b] Dominus, ut neminem pęniteret in occulto. In hoc enim quòd per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam uincit timore [c] offensi [d], fit uenia criminis. fit enim per confessionem ueniale [e], quod criminale erat in operatione; & si non statim purgatur [f], fiat tamen uitale [g], quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuncio Dei denegauit. Deus enim misericors †, & iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordię peccanti [h] peccata dimittere: sed oportet, ut iustus misereatur [i] iuste. Oportet enim ut non solum, quid [k], sed in quo [l] doleat [m], consideret [n]; si dignus est, non dico, iustitia [o], sed misericordia [p]. Iustitia enim sola damnat: sed dignus misericordia est qui spirituali labore [q] petit gratiam. Laborat enim mens patiendo erubescentiam; & quoniam verecun- magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quòd quanto pluribus [r] confitebitur in spe ueniæ turpitudinem criminis; tanto facilius [s] consequetur misericordiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [t] enim remittunt, remittit Dominus. Lazarum enim † de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim] Quodcumque solueritis super terram [u], soluetur & in cęlis.]hoc est, ego Deus & omnes ordines cęlestis militiæ, & omnes sancti in gloria mea laudant uobiscum, & confirmant [x], & quos ligatis [y], & soluitis [z]. Nõ dixit, quos putatis ligare, aut soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ [a], aut misericordiæ [b]. Alia autem opera uestra [c] in peccatores nõ agnosco. Quare, qui confiteri uult peccata, ut inueniat gratiam, quærat sacerdotem sciẽtẽ [d] ligare & soluere: ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Tanta itaq; uis confessionis est, ut si deest sacerdos, confiteatꝛ proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non potest cõfiteri corã sacerdote: quem desideranti [e] nec locus [f], nec tẽpus offert. Et si ille [g] cui confitebitur, potestatem soluendi non habet; fit tamen dignus uenia ex sacerdo-

† al. qui misericors.

† al. quem
Sent. 4. dist. 18.

Ioan. 11

inf. d. 6. q vult.
Sent. 4. dist. 17.

s ¶ Facilius.] Quia tot sacerdotes obligat ad orandum pro se, quot sacerdotibus confitetur, vt inf. ead. quamuis.
t ¶ Quibus.] Arg. pro remissionibus, quæ fiunt ad potestates, & ad alia 2.
u ¶ Super terram.] Id est, in ecclesia: quia extra ecclesiam nulla uera solutio uel ligatio fieri potest. sup. 1. q. 1. remissionem. 24. q. 1. quicumque.
x ¶ Et confirmant.] Eos iuste ligatos esse.
y ¶ Quos ligatis.] Iuste & misericorditer pœnis ꝑ peccatis impositis, & eos iustos esse solutos.
z ¶ Soluitis.] Iuste & misericorditer a pœnis.
a ¶ Iustitiæ.] Iusta pœna ligandi.
b ¶ Aut misericordiæ.] Aliquid de pœna relaxando, vel aliquem communioni sacramentorum reconciliando.
c ¶ Opera uestra.] Scilicet quòd dimittaris per uos peccata.
d ¶ Scientem.] Si enim in eius parochia non est discretus sacerdos, eius qui præest consensu. talem adeat 3, ut infra, distinct 6 placuit. & ext. de pęn remis. omnis.
e ¶ Quem desideranti.] Alias, quem desiderat.
f ¶ Locus.] ff. de exerci. l. 1. in prin.
g ¶ Et si ille.] Infr. de conf. dist. 4. cap. sanctum est, in prin.

Confiteri plurib. utile est.

2 De quib. leg. & not. ext. de pæn. quod autem. Archid.

3 Dic ut dixi sup ea. iudicet. Arch.

a ¶ Et

tis desiderio [a], qui socio cōfitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sępe quidem eos quærunt sani, & læti: sed dum quærunt; antequam ad eos perueniant, moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis [β] nouit parcere, & si non tam cito [b], sicut si soluerentur [c] à sacerdote. Qui ergo confitetur; omnino sacerdoti meliori, quàm potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis [d], vt grata sit oblatio muneris. Nam in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nōdum extra demum in notitiam deportata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit [e]. Flebat enim turba post filium viduę. Fleuit Martha, & Maria supplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere [f] meritum [g].

Luc. 17. Luc. 18. Luc. 7. Io. 11. † *supplicans*] orig.

α Vitale,] *In originali est,* veniale. *sed aderat glossa.*

β ¶ Et iustis.] *Si consideretur tota orationis series, videtur legendum,* & istis, *verum tamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.*

Item Leo Papa epist. 78. al. 80.

¶ Sufficit illa confessio, quæ primum Deo deinde sacerdoti offertur. C. LXXXIX.

9 QVamuis plenitudo [h] fidei videatur esse laudabilis, quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen, quia non omnium [i] huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis [k] consuetudo: ne multi [a] pęnitentiæ remedijs arceantur: dum aut erubescunt, aut metunt inimicis suis sua facta reserare, pro quibus [l] possunt legum constitutione percelli [m]. Sufficit [n] enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tum etiam sacerdoti: qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari; si populi auribus non publicetur conscientia confitentis.

Sent. 4. dist. 17. Sup. ea. sufficit.

a ¶ Ex sacerdotis desiderio.] Infra ea. q. 5. quod Deo.
b ¶ Et si non tam cito.] Supra dist. 50. si quis diaconus
c ¶ Soluerentur.] Ab eo, quo ad pœnam temporalem.
d ¶ Sacerdotis.] Deus quem non fallit peccati qualitas, nec peccantis affectus, vt 24. q. 3. Deus quando veram de pœnitente promit sententiam; sed presbyter, qui mentem alterius non potest videre, talia confitentis verba iudicat, qualia foris sonant, vnde indignum absoluit frequenter, et 24. q. 3. Deus, & 22. q. 5. humanæ. alioquin verum non esset quod hic dicitur: cum apud Deum nullas patiatur veniæ moras peccatoris conuersio, vt 26. q. 6. his qui tempore, sup. ead. dist. multiplex. Vel hoc ad temporalem pœnam referatur. licet enim peccatum dimittatur, ne homo ab accipienda vita æterna impediatur, vt sup. ead. sicut primi, non tamen si peccato parcitur, pœna remittitur: quia nullatenus sine vindicta relaxatur, sicut patet in Dauid, vt sup. ea. dist. si peccatum.

Peccatū quare dimittit.

e ¶ Suscitauit.] Quid significent isti tres mortui, habes inf. di. 2. super tribus.
f ¶ Sufficere.] Ad celeriorem & plenam pœnæ temporalis absolutionem, vt supra dist. ead. multiplex. & c. sufficiat, & c. fleat & inf. dist. 5. considerет, in fi. 33. q. 2. tempus.
g ¶ Meritum.] Idest, auctoritatem, quam vocat meritum: quia de merito charitatis suæ habet auctoritatem ligandi & soluendi, ar. 40. di. c. 1.

QVamuis plenitudo.] Hæc est nona pars d. secundum Io. de Fan.

CASVS. Consuetudo erat alicubi, quòd pœnitentes accipiendo pęnitentiam de occultis peccatis, cogebantur ea sacerdotibus publice confiteri, ita quòd populus audiret: quam consuetudinē remouet Leo: quia plures propter hoc a pœnitentia reuocabantur. Vnde dicit, cōfessio sufficit quæ primū fit Deo, & postea sacerdoti. tunc enim plures ad pœnitentiam potuerūt prouocari.

h ¶ Plenitudo.] Idest, perfectio in fide.
i ¶ Quia non omnium.] Hæc negatio, & sequens æquipollent affirmationi, ff. de verb. significat. duobus 1.

i Quasi dicat, imò multorum, talia sunt quòd ea timent publicare.

k ¶ Improbabilis.] Secundum quam occulta peccata in publico confitebantur compulsi ad hoc multi: propter quod pœnitentiam declinabant.
l ¶ Pro quib.] Accusantibus, scilicet inimicis. non enim per pœnitentiam tollitur pœna ciuilis. arg. 33. q. 2. admonere.

Pnia nō tollit pęnam ciuilem.

m Percelli.] Si aliæ probationes sunt, quæ sufficiant cum huiusmodi confessione, & est huic simile. 22. q. 5. hoc videtur.
n ¶ Sufficit.] Sup. dist. e. §. ex his omnibus, & ca. sufficit.

a ¶ Cõfessionis.] An scilicet sit necessaria vel non.
b ¶ Breuiter.] Imò prolixe. Vel ideo dicit breuiter respectu multarum auctoritatum, quæ de hac materia loquuntur.
c ¶ Vtraq;.] Hoc idẽ probabit Gratianus per sequens capitulum.

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firmamẽtis vtraque sententia satisfactionis & confessionis [a] innitatur, in medium breuiter [b] exposuimus. Cui autem harũ potius adhærendum sit, lectoris iudicio α reseruatur. Vtraque [c] enim fautores habet sapientes, & religiosos viros.

Vnde Theodorus Cãtuariensis archiepiscopus ait in pœnitentiali suo.

α ¶ Lectoris iudicio.] *Certissimum est, & pro certissimo habendũ peccati mortalis necessariam esse confessionem sacramentalem eo modo, ac tempore adhibitam, quo in concilio Tridentino post alia concilia est constitutum.*

QVidam Deo.] CASVS. Quidam dicebant sufficere confiteri peccata soli Deo. Alij, vt fere tota ecclesia, dicunt, ꝙ peccata sunt sacerdotibus confitenda, & licet vtrumque sit fructuosum; tamen sequenda est constitutio Iacobi apostoli, vt cõfiteamur alterutrum peccata nostra. & licet illa cõfessio, quæ fit soli Deo, sit iustorũ, per quã peccata purgãtur: per illam tñ, quæ fit sacerdoti, docetur qualiter ipsa peccata purgari debeant.
d ¶ Tota fere sancta ecclesia.] Et ideo ei adhærendum est: qa pluribus comprobatur, arg. 19. dist. in canonicis.
e ¶ Quod vtrũque.] Scilicet cõfiteri Deo & sacerdoti.
f ¶ Perfectorũ.] Qui non habent nisi venialia: vnde non indigent oris confessione speciali.
f ¶ Perfectorum.] Supra ea. dist. 6. his auctoritatibus.
g ¶ Docet.] i.* hoc est signum sacerdoti, ꝙ peccata dimittantur cõfitenti per contritionem, argu. sup. ead. dist. in § hoc idem, &c. omnis qui non diligit. sicut cordis cõtritio est signũ peccatori, ꝙ gratia Dei dimisit ei peccata: quia nemo, &c. vt de consec. dist. 4. nemo.
h ¶ Administratione.] Idest, sola contritione.
i ¶ Medicorum.] idest, sacerdotum. Quia

*Imo docet ordinariũ purgandi modũ esse per sacerdotis absolutionẽ. Deus enim, vt continuo subiũgitur, sanitatem largitur plerũq. medicorum operatione. Operatione inquit, non ostensione.

C. XC.

QVidam Deo solummodo cõfiteri debere peccata dicunt, vt Græci β. Quidam vero sacerdotibus confitenda esse percẽsent, vt tota fere sancta ecclesia [d]. Quod vtrumque [e] non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita dumtaxat, vt Deo, qui remissor est peccatorum, peccata nostra confiteamur, & hoc perfectorum [f] est, vt cum Dauid dicamus: [Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi. Dixi cõfitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] Sed † tamen Apostoli γ institutio nobis sequenda est, vt confiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur. Confessio itaq;, quæ soli Deo fit, quod est iustorum, purgat peccata. Ea vero, quæ sacerdoti fit, docet [g], qualiter ipsa purgentur peccata. Deus namque salutis, & sanctitatis † auctor, & largitor, plerumque hanc præbet suæ pœnitentiæ medicinam δ inuisibili administratione [h]; plerumque medicorum [i] operatione.

In cap. adiectis, c. 58. In Cabil. con. 2. c. 33. Burc. l. 19. c. 145 Iuo p. 15. c. 155.
Psal. 31.
† *Et secũdum Apostoli institutionem confiteamur*
Iac. 5
† *al. sanitatis.*

¶ *Burchardus etiam, & Iuo caput hoc citant ex pœnitentiali Theodori. In capitularibus adiectis, c. 58 hæc leguntur.* Quidam Deo solummodo confiteri debere dicunt peccata: quidam vero sacerdotibus confitenda esse percensent. Quod vtrumque non sine magno fructu intra sanctam fit ecclesiam: ita duntaxat, vt & Deo, à quo est remissio peccatorum, confiteamur peccata nostra, & cum Dauid dicamus: Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitiam meam non abscondi: Dixi, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.] & secundum Apostoli institutionem cõfiteamur alterutrum peccata nostra, & oremus pro inuicem, vt saluemur Confessio itaque, quæ Deo fit, purgat peccata: ea vero, quæ sacerdoti fit, docet qualiter ipsa purgãtur peccata. Deus namque salutis, & sanitatis auctor, & largitor est plerumq. medicorum operatione. *In concilio Cabilonensi, 2. c. 33. eadem fere habentur, addita ad initium voce, quia. & nonnullis alijs in extrema clausula, quæ notabuntur.*

β ¶ Vt Græci.] *Hæc verba, itemque illa*, vt tota fere sancta ecclesia. *& illa*, & hoc perfectorum est. *& illa*, quod est iustorum *absunt quemadmodum à capitulari, ita etiam à concilio.*

γ ¶ Sed tamen Apostoli.) *In capitulari, & concilio pendet adhuc oratio; & priori illi membro*, vt & Deo, &c. *redditur nunc alterũ membrũ his verbis*, & secundũ Apostoli institutionem, &c.

δ ¶ Suæ pœnitentiæ medicinam.) *In concilio, atque apud Burchardum, & Iuonem legitur*, suæ potentiæ. *A capitulari autem (prout ex ipsius lectione animaduerti potest) totum istud primũ abest periodi mẽbrum,*



Via vero de.] Hæc dist. diuiditur in sex partes. In prima quarum probat. (tamen superficialiter) quod pœnitentia semel habita non inquinatur; & charitas semel habita non amittitur, & de perfecta intelligitur. secunda

nis amitti, quantumcumq; sit perfecta, vt inf. ea. §. non est mirum, quod probat auctoritatibus, & exemplis: in patria autem vbi perfectissime iam habetur, non amittitur. inf. ea. charitas. Hanc quæstioné tractat hic Grat. occasione alterius, quam hic ipse in initio prælibauit.

DISTINCTIO II.



Via vero de pñia [a] semel cœpit hêri sermo, aliquãtulũ altius repetẽdũ videtur, diuersorum sñias certis auctoritatibus munitas in medium proponẽtes [b]. Alij dicunt pñiam semel tantum esse vtilem Vnica est enim, nec reiterari põt. Si vero reiteratur; precedens, pñia [c] non fuit. Et si de sententia iudicis [d] eius [e] merito [f] peccata videntur esse remissa, apud tamen eius præsentiam, cui omnia futura præsentia sunt, nunquam [g] habentur remissa: quia non est seruata illa sententia veri sacerdotis: [Vade, & amplius noli peccare [h]. [Item.] Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.]

Io. 8. & 5.

Item ex octaua synodo.

¶ *Habetur in libro de institutis monachorum interprete Ruffino, ca. 22. ex Basilio in regulis breuioribus, numero 289.*

¶ Primam vitij causam non penitus extinguit, qui in illam postea recidit. C. I.

SI quis semel notatus [i] fuerit inuidiæ, vel contentionis vitio [k], & rursus in hoc ipsum inciderit; sciat se primam illam causam, [l] de qua superius diximus, ex qua inuidia, vel contentio nascitur, in interioribus medullis habere reconditam [m]. Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, id est, per humilitatis exercitium. Exercitia vero humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat. Ita namque arrogantiæ, & humanæ gloriæ vitium curari [n] poterit, vt consuetudine † humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantiæ, & vanæ gloriæ delictum. Atque in singulis huiusmodi vitijs cura similis adhibeatur.

† *al. habitum humilitatis adeptus*

Sent. 3. dist. 30.

Item sine charitate nulli adul-

sed in 3. distinct. eam prosequitur, an, scilicet penitentia reiterari possit. procedit ergo Grat. in hac distinctio. hoc modo. Primo probat quòd penitentia nó possit reiterari; vsq; ad §. item sine charitate. vel latenter ingreditur materiam huius distinct. & probat charitatem semel habitam amitti non posse, vsque ad § hæc quæ de charitate. vbi incipit auctoritatib. allegatis respõdere, asseres illas de charitate perfecta esse intelligendas, & inde sumpta occasione gradus in charitate esse pbat vsq; ad §. non est mirum. vbi latenter ad uersã partẽ assumit & quod charitas amitti possit, exemplis & auctoritatibus ostẽdit, vsque ad §. euidenter. vbi ostendit hoc verum esse non solum de charitatis opere, sed etiam de ipsa charitate, & hoc vsque in fin. d. prosequitur.

b ¶ Proponentes.] Absolutus nominatiuus est.

c ¶ Penitentia.] Que valeat ad vitam.

d ¶ Iudicis.] Qui penitentiam imposuit.

Secunda ibi, [Ex pmissis.] Tertia ibi. [Hæc quæ] Quarta ibi, [Eligat.] Quinta ibi, [Illud autem.] Sexta ibi, [Charitas ergo.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 2. dist. in qua tractatur, an charitas semel habita possit amitti, & certũ est quod sic, vt inf. ea. §. non est mirum. nisi forte sit in aliquo confirmata per gratiam, vt fuit in Beata Virgine, & sicut potest amitti charitas, ita amissa potest recuperari, cum de nemine sit desperandũ, dũ est in hoc corpore constitutus, vt inf. e. dist. 7. nemo. nec põt amitti charitas, nisi per mortale peccatum, nec recuperari nisi a Deo gratis, cum omnis virtus sit opus solius Dei. Et quia hæc quæstio videtur tangere quæstionem quæ tractatur in 3. dist. an penitentia sit iteranda vel non. ideo Grat. breuiter tangit quæstionem illam: & inde sumpta materia incipit ibi, latenter propositã qõnem de charitate tractare. vt autem ad hæc tractanda competentius Gra. accedat, breui vtitur transitu dicens: [Quia vero, &c.] Intendit enim probare quod pœnitentia iterari non potest, quia si iteratur prima non fuit vtilis, nec pœnitentia dici debet: ad quod inducit sequens cap.

Charitas semel habita vitium possit amitti.

a ¶ De pœnitentia.] Hic intitulatur secunda distin. in qua illa quæst. tractatur, an charitas semel habita possit amitti, & est certum quod potest in via peregrinatio-

e ¶ Eius.] Dei, vel sacerdotis.

f ¶ Merito.] id est, secundũ iustitiam inf. d. 3. §. eorum.

g ¶ Numquam.] Allegando dicit.

h ¶ Noli peccare.] Id est, esse in proposito peccandi tamen aliter inducit allegando.

SI quis semel.] CASVS. Dicitur hic, quod si quis semel fuit in crimine inuidiæ vel contentionis, si postea in illud inciderit: prima causa ex qua inuidia vel contentio nascitur, in eo remansit, quam oportet per contraria & aduersa curari: per exercitium, scilicet humilitatis [Notatus.] Id est, reprehensus, & redargutus. [Primam causam,] id est vitium Adæ.

i ¶ Notatus.] Id est, deprehensus.

K ¶ Vitio.] Vel alio quocumque.

l ¶ Primam illam causam.] Primam vitij causam in se penitus non extirpat, qui in diem postea recidit.

m ¶ Reconditam.] non ideo hoc dicit, quod semper ita sit, sed, quod ita fuerit est præsumptio, inuidia, vel contentio iterata.

n ¶ Curari.] su. 26. q. 7. affectũ. extra de deposi. grauis. inf. de cons. distinct. 5. legimus.

ITEM SINE. CASVS. Hic accedit Grati. ad propositam quæstionem. & per multas auctoritates ostendit, quod charitas amitti non potest: quia si videatur

to [a] peccatum remittitur. Non autem habet charitatem, qui aliquando [b] peccaturus est criminaliter.

Unde Augustinus ad Iulianum Comitem.

C. II.

j. CHaritas, quæ deseri potest [c], nunquam vera [d] fuit. Sent 3. dist. 31.

¶In antiquis editionibus epistolarum B. Augustini erat epistola cxi. ad Iulianum, in qua erat hoc caput. Nunc est in tomo 4. sub titulo de salutaribus documentis ad quendam Comitem c.7. Apud. Hieronymum *vero in epistola ad Ruffinum simile quiddam legitur.* Amicitia, iuquit, quæ desinere potest, vera nunquam fuit.

Idem super epistolam primam Ioannis, tractatu 8.

C. III.

RAdicata [e] est charitas? securus [f] esto: nihil mali procedere potest. Sent. ibidem.

Item Gregorius libro 10. Moralium, c.22.

C. IIII.

VAlida [g] est, vt mors, dilectio [h].] Virtuti etenim mortis, dilectio comparatur: quia nimirum mentem, quam semel cœperit [i] à delectatione† mundi funditus occidit [k].

Sent. ibidem. *Cant. 8.* *†al. dilectione* Et apud B. Au. in lib. de laud. charitatis.

Item Prosper in libro 3. de vita contemplatiua, c.13.

C. V.

ij CHaritas est, [l] vt mihi videtur, recta [m] voluntas, non omnibus terrenis [n], ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter [o] & vnita, igne quodam sancti Spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti [p] omnis extranea, corruptionis † nescia, nulli vitio mutabilitatis [q] obnoxia; supra omnia, quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum [r] omnium potentissima, diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper inuicta,

† al. corrumpi

amitti, non fuit vera charitas. Casus §. patet & tria sequentia c similiter patent. scilicet charitas radicata valida verba sūt Salomonis in Canticis: quæ exponit G. in moralibus, dicens: [Virtuti etenim mortis dilectio comparatur, &c.] vnde in illo cap. [valida.] Sic posses breuiter ponere casum. Primo ponuntur verba Salomonis. Secundo verba Gregorij exponētis verba illa. [Dilectio.] id est charitas.

a ¶Adulto.] inf. de consec. dist. 4. quō & c. solet. iF e. dist. c. fugere: & cap nō est. §. Romanos, &c. tolle.

b ¶Aliquando.] Hic allegādo dicit, vt auctoritatem inducit.

CHaritas CASUS. Hinc ponit hūc casum. In hoc c. Prosper multis modis commendat charitatem. Secundo ostendit, q qui habet charitatē, facile peccatis resistit, & bonis omnibus abūdat, mūdana contemnit, difficilia perficit. Subdit etiam quid sit Deum diligere, & qd sit peruertere ordinem diligendi. Tertio ostendit ad quid corpus nostrum sit diligendum. Quarto qualiter intelligatur, dilliges pximū tuū. &c. & qui sunt, qui diligunt Deum plus quam se. Et nota q secundum H. omnia verba sunt Prosperi vsq; ibi, [itē Beda.] licet non ita continue in libro suo contineantur, & hæc dictio, [Item,] quæ sæpe interponitur, est verbum Gratiani, & secundum Hug. totum e[s]t vnum capitulum: quod credo verum. Lau. etiam sentit cum Hug. Quidam tamen ibi faciunt vnum capitulum, [Ergo si charitatem.] Aliud ibi, (Corpus.) Aliud ibi, (Proximos.) Aliud ibi, (Proinde.) secūdum Beneuen.

Charitatem habens multa potest.

c ¶Quæ deserri pōt.) i. quā cōtingit deseri vel de facili.

d ¶Vera) Id est, perseuerans finalis. Vel vera ad vitam ducens, id est, ad æternam beatitudinem.

e RAdicata) Id est, perfecta.

f ¶Securus.) Spei perseuerantia, non rei plentia: quia quilibet etiam imperfectus timere debet ne charitatem amittat 32. q 5. si Paulus.

g VAlida) Verba Salomonis in Canticis.

h ¶Dilectio.) Id est, charitas perfecta.

i ¶Cœperit.) Id est, contingit, vel conuenit, intellige de facili.

k ¶Occidit.) Id est, remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno, Dicit lex. Mors omnia soluit, in auth de nup. §. deinceps coll 4.

CHaritas.) CASUS. In hoc c. primo commendat Prosper charitatē ex eius effectibus: & sūt verba Prosperi vsque illud cap. [Item Beda] 1. Secundo ostendit q qui charitatem habet, facile peccatis resistit: bonis omnibus abundat, & mundana contemnit: difficilia facile perficit. Subdit etiam quid sit Deū diligere, & quid peruertere ordinē dilectionis. Tertio ostendit ad quid corpus nostrū sit diligendū. Quarto ostendit qualiter sit intelligendum. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, & qui sunt qui diligunt Deum plus quàm se.

1 Sub. licet non ita cōtinue contineātur in libro suo. Itē qd sæpe interponit, est verbum Gratiani secundum H.

l ¶Charitas est.) Id est, ex charitate procedit recta voluntas 2, & est dictum per causam, vt illud 36. q. 2. tria vt exponatur charitas est, ji. facit: alioquin non est verum, cum charitas sit habitus mentis, qui voluntas nō est, vel motus volūtatis similiter intelligit illud Aug. (Charitatem vero motū animi) Dicitur ergo charitas volūtas vel motus, quia vt inf. dicitur, est causa meritorū bonorū, sicut & iniquitas cum sit habitudo mentis anultæ, dr peccatum: quia ex ea est, vt inf. d. 3. ille tex.

2 Id est, bonus motus qui dr volūtas: & charitas est .i. & facit vt volūtas sit bona.i. vitæ æternæ meritoria: vnde ita dicitur causa meritorum bonorum secundum Hu.

m ¶Recta) Id est, rectam vitam, & dignam faciens voluntatem

n ¶Terrenis) Secus est de charitate imperfecta quam habens potest curare temporalia. argum. 12. quæst. 1. habebat.

o ¶Inseparabiliter.) Immo de facili separatur.

p ¶Inquinamenti) Scilicet mortalis.

q ¶Vitio immutabilitatis) Id est, mutabilitati in vitiū.

r ¶Affectionum.) Id est, bonarum voluntatum.

a ¶Sum-

a ¶ Summa.] Idest, perfecta.
b ¶ Salus morum.] i. Salutiferos faciens mores.
c ¶ Finis.] Idest, consummatio, vel quia præcepta finaliter docet vt habeantur.
d ¶ Vita virtutum.] Infra ead. dist. §. item proinde.
e ¶ Pu-

i ¶ Operosa.] Idest, effectiua bonorum operum.
k ¶ Germana.] Idest, germanos & concordes faciens. Vel germana. i. coniuncta & inseparabiliter adhærens. Salomon Dixi sapientiæ, soror mea es: & prudentiam vocaui amicam meam.

Sapiētia est soror mea.

summa [a] actionum bonarum, salus morum [b]. finis [c] cælestium præceptorum, mors criminum, uita virtutum [d], virtus pugnantium [e], palma victorum, anima † sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum: sine qua nullus Deo placuit, cum qua [f] aliquis peccare [g], nec potuit [h], nec poterit: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa [i] in omnibus omnino fidelibus, ex qua, quidquid est boni operis, viuit. *Item inf.* ¶ Hæc est charitas vera, germana [k], perfecta, quam excellentiorem [l] viam [m] nominat [n] sanctus Apostolus: & vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam, quia sicut sine via peruenit nullus, quo tendit; ita sine charitate, quæ dicta est, via, non ambulare possunt homines, sed errare. *Item ibidem, c.* 15. ¶ Ergo si charitatem Deo exhibeamus, & fide non ficta; facile peccato resistimus, bonis omnibus † abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia [o] sunt humanæ fragilitatii, vel aspera etiam, cum delectatione † perficimus: si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte, quis peccat, ex qua minus [p] diligit Deum: quē si ex toto corde diligamus: nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus. Et quid est diligere Deum nisi illi copulari † animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium [q], diligere etiā proximum, quem in se [r] censuit diligendum: in ipso amore seruare legitimum modum, nec peruertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt [s]; aut corpora sua minus diligenda [t], plus diligunt; aut proximos, non sicut seipsos; aut Deum plus, quàm seipsos forte non diligunt. *Item infra.* ¶ Corpus nostrum, quia pars [u] nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius, ac fragilitati naturaliter [x] consulamur; & agamus, quatenus spiritui [y] ordinate subiectum [z], ad æternam salutem accepta immortalitate, & incorruptione perueniat. *Item infra.* Proximos autem tunc diligimus sicut nos; si non propter aliquas vtilitates nostras [a], non propter sperata beneficia, vel accepta, non propter affinitates, vel consanguinitates, sed propter hoc tantum, quòd sunt naturæ nostræ participes, diligamus. *Item infra.* ¶ Non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis iūgit: sed proximi nostri credēdi sunt omnes homines

† al. arma
Aug.
Ibid. infra.
Ibid. supra.
Ibidem infra.
1. Cor. 13.
† al. operibus. aliquot Grat. manuscripta.
† al. dilectione
† occupare animum] orig.

l ¶ Excellentiorē.] alijs donis.
m ¶ Viam.] Eundi ad Deum.
n ¶ Nominat.] In 1. epistola ad Corinth. 13. cap.
o ¶ Quæ difficilia.] Ad salutem animæ pertinentia.
p ¶ Ex qua minus.] Idest, ex qua Dei dilectionem postponit facilius. sicut plures proniores sunt offendere Deum fornicando, quam furādo, ar. 50. di. quia sanctitas tua. in fine.
q ¶ Fastidium.] Repete, concipere.
r ¶ Quem in se.] Scilicet diligendo, idest ad sui similitudinē. vbi dictū est: dilige proximum tuū sicut teipsum. Vel in se, id est, Deus, scilicet ad eius similitudinem: vbi dictum est, secūdum autem simile est huic.
s ¶ Diligunt.] Plus iusto.
t ¶ Diligenda.] Quā animam, arg 23. q. 5. si quis coactus.
u ¶ Quia pars.] Alia est pars, quæ homo est interior: vt de cōsec. distinct. 4 non ex quo. nō ergo corpus est homo quod Eluidienses somniant: quia nihil est, id quod sui ipsius sit pars. argumen. ff. de euict. si dictum, §. 2. & peccant qui ponunt corpus genus animalis.
x ¶ Naturaliter.] Infra de consec. distin. 5. non mediocriter. in fine.
y ¶ Spiritui.] Vt ad vsus exercēdæ virtutis habeatur, vt sup. 44. dist. conuiuia.
z ¶ Subiectum.] Debemus enim adhibere iumēto nostro saccum, paleam, & flagellum. saccum. i. opera pœnitentiæ, & alia bona opera, paleam, idest, necessaria ad vitæ sustentationem flagellum, vt castigemus, si excesserit, ac si ea pateremur.

Fornicantur aliqui citius q̄ furentur.

Corpus non est homo.

Iumento nostro adhibeamus saccum, paleam, & flagellum.

e ¶ Pugnantium.] Cum vitijs.
f ¶ Cum qua.] Idest, in ea perseuerando.
g ¶ Peccare.] Mortaliter.
h ¶ Potuit.] Ecce verbum, in quo facit ad propositum Gratiani.

a ¶ Vtilitates nostras.] Tunc enim non ipsos, sed nosmet tantum diligimus vnde Tullius in lib. de vera amicitia.

r Ideſt, affligi.

citia. Suis quippe incommodis grauiter angi r, non eſt amici, ſed ſeipſum amantis.

ADDITIO. Et Seneca. Non eſt beneficium quod conuertitur in quæſtum. Pet.

lis,]Id eſt tribulationis, doloris, ſiue laboris.

f ¶ Quærendum.]Super Ioannem legitur in Ioanne, quod Ioannes Baptiſta vidit ſpiritum ſanctum quaſi colũbam deſcendentem & manentẽ ſuper Ieſum baptizatũ. quod deſcendit ſup eũ, ſignũ fuit ne vox illa, hic eſt filius meus dile-

Columba deſcendit ſuper Ieſum dum baptizaretur: & manſit ſuper ipſum.

Sarraceni & Iudæi ſũt a nobis diligẽdi.

a ¶ Naturæ.]Supra diſt. 86. non ſatis.

b ¶ Participes.]Ergo Iudei & Sarraceni proximi noſtri ſunt, & diligẽdi à nobis vt nos, & verum eſt: verum tamen oĩa opera dilectionis impẽdere debemus ſecundũ vniuſcuiuſq; cõditionem. 86 diſ paſce.

naturæ [a] noſtræ, ſicut dixi, participes [b]. *Item infra.* ¶ Proinde, ſicut † nos, proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & æternam vitam [c] conſequendam, ſicut nobis, ſaluti eorum conſulimus: quando nos in eorum peccatis, ac periculis [d] cogitamus: & ſicut nobis ſubeniri optamus: ita eis pro viribus ſubuenimus; aut, ſi facultas defuerit, volũtatem ſubueniendi tenemus. Quapropter hęc eſt proximi tota dilectio; vt bonum, quod tibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quàm ſe diligunt Deum, qui pro eius amore ſuæ ad tempus ſaluti non parcunt, ſeipſos tribulationibus, ac periculis tradunt; nudari facultatibus proprijs, patriæ ſuæ extorres fieri, parentibus, & vxoribus, ac filijs ſuis renunciare parati ſunt; &, vt totum dicã, ipſam corporis mortem non ſolum non refugiunt, ſed etiã libenter excipiunt, ambientes à corporis ſui vita magis quam à Deo vita [e] vitæ ſuæ diſcedere.

† al. ſecundum

Diligere proximum ſicut ſeipſum quid ſit.

c ¶ Et æternã vitã.] Hic aduerte, quid ſit proximum ſicut ſeipſum diligere, ſ. ſalutẽ animæ ſuæ, & ea quæ ad ſalutẽ animæ pertinent, ei optare, quę tibi optas. non obſtãte ergo hoc præcepto poſſumus delinquentibus pœnas corporales optare & procurare, dũmodo hoc fiat ſecundum quod iura permittunt.

d ¶ Periculis.] Scilicet, animæ & corporis, vt eos liberemus.

e ¶ A Deo vita.] Id eſt, qui eſt vita animę ſuæ, qua ipſe viuit, vt ſupr. diſt. 1. § hoc idẽ. verſi. reſuſcitatus. 24. q. 1. vbi ſana.

¶ Caput hoc confectum eſt ex verbis Proſperi hinc inde collectis, & prior pars habetur etiam in tractatu de laudibus charitatis inter opera B. Auguſtini tomo. 9. eodem fere modo, quo apud Gratianum. Atque emendata quædam, & etiam addita nonnulla ſunt ex ipſo B. Proſpero. Sed operæ pretium fuerit integrum locum apud ipſum legere: copioſe enim & ornatiſſime explicatur.

α ¶ Hæc eſt proximi.] *Ita legitur non modo in originali, ſed etiã in vetuſtioribus Gratiani codibus, in vulgatis erat.* Quapropter charisſime tota dilectione ſatage, vt bonum, &c.

Item Beda ſuper Ioannem, ad c. 1.

C. VI.

Quærendum [f] eſt interea, quomodo ſpeciale filium Dei agnoſcendi ſignum fuerit, quòd ſuper eum deſcenderit, & manſerit ſpiritus. *& infra.* ¶ Quid magni eſt filio Dei, quòd in ipſo manere ſpiritus aſtruatur? Notandum ergo quòd ſemper in Domino manſerit ſpiritus ſanctus: in ſanctis autem hominibus, quamdiu mortale corpus geſtauerint, partim maneat in ęternum, partim rediturus ſecedat †. Manet [g] quippe apud eos, vt bonis inſi-

Sent. 3. diſt. 31. Io. 1.

† al. recedat.

Quærendũ.] CASVS. Ben. ſic ponit hunc caſum. Quidam reputabant magnum ſignum, quod Chriſtus credat Dei filius, quia in baptiſmo Chriſti ſpũs ſanctus ſtetit ſuper Chriſtum: ſed non eſt magnum, cum ſemp in Domino manſit ſpiritus ſanctus, & ſpũs ſanctus partim cum ſanctis eſt, vt eos cuſtodiat in operib. pietatis: partim quoq. recedit ab eis quãtum ad grãm prophetandi, & miracula operandi. Hug. vero ſic videtur ponere hunc caſum. Legitur de Ioanne, quòd Ioannes Baptiſta vidit ſpiritum ſanctum quaſi columbam dſcendentem, & manentem ſuper Ieſum baptizatum, quod deſcendit ſuper eum: ſignum fuit ne vox illa, hic eſt filius meus dilectus, &c. putaretur ad Ioannem eſſe facta, ſed ad eum: quod autem redit ſuper eum, ſpeciale fuit ſignum filij Dei, quod ſcilicet ipſe diſcerneretur ab alijs ſanctis. Quærit ergo hic Beda, quomodo fuit ſignum cognoſcendi filij Dei, quod ſpiritus manſit ſuper eum, cum maneat & in alijs ſanctis? Et reſpondet quòd alio modo manet in Chriſto. nam in Chriſto manet ſemper quo ad omnia: in ſanctis autem non quo ad omnia: quiã ad tempus recedit ab eis quo ad operandum, etſi quo ad iuſtitiam ſemper manet in eis. Sequens cap. ſcilicet charitas patet. Et ſequens cap. etiam patet. in quo exponit Auguſt. quid ſit vnctio inuiſibilis. [So-

dilectus, &c. putaretur ad Ioannem eſſe facta, ſed ad eũ. Signum fuit Ioanni ipſum cognoſcendi, ideſt, quoddã a de ipſo quod ante neſciebat, ſcilicet an poteſtatem baptiſmi ſibi ſoli retenturus eſſet, quod autem manſit ſuper eum, ſpeciale fuit ſignum filij Dei, ſcilicet quo ille diſcerneretur ab alijs. quærit ergo hic Beda, quomodo fuit ſignum congnoſcendi filij Dei, ſ. quòd ſpiritus ſanctus manſit ſuper eum, &c cum maneat & in alijs ſanctis? Sed reſpondetur, quòd alio modo manet in Chriſto: quia ſuper eum ſemper eſt quo ad omnia: in ſanctis autem non quo ad omnia: quia ad tempus recedit ab eis propter peccatum. Vel ſi quo ad iuſtitiam remaneat in eis, non tamen ſemper quo ad operandum, puta ad prophetizandum, vel faciendum miracula, vt in Helia, & Heliſæo.

g ¶ Manet.] Not. hic expoſitionẽ illius decr. 32. quæſt. 2. connubia: quia in opere coniugali adeſt præſentia ſpiritus.

ritus sancti quo ad meritum, vt inf.ea.q.5.si dicat. non quo ad miraculum faciendũ, vt inf.ea quæstione, pôt.

a Charitas nunquam excidit.] Scilicet in hac vita. In futuro enim fides cõuertetur in scientiã: spes in rem: charitas aũt augebitur vnde propheta. viuit Dñs, cuius ignis in Sion, i. in ecclesia militante: & caminus in Hierusalem, id est, in ardentissima charitate, inf.dist. 3.c.sunt plures.§.auctoritas. & c.ignis.

b Vnctio] ¶ Charitas est,] Id est, vocatur.

c ¶ Ardente.] Id est, à tribulatione feruente.

Sol. pro labore ponitur.

stant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro æternorum desiderio lugeant, esuriant & sitiant iustitiam, misericordiam, munditiã cordis, & tranquillitatem pacis amplectantur, sed & pro obseruatione iustitiæ persecutionem pati non vereantur, eleemosynis, orationibus, ieiunijs, cæterisque fructibus spiritus insistere desiderent. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, (mortuos † suscitandi) dæmones eijciendi, vel etiam prophetandi habeant † facultatem. Manet semper, (vt † possint habere virtutes, &) vt mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempus, vt etiam alijs per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.

† Absũt ab originali. † al. possint habere virtutem.) orig. † Absunt ab originali.

Item Apostolus. 1. Cor. 13.

C. VII.

Sent. 3. dist. 31.

iij Charitas [a] nunquam excidit.

Item Augustinus super epistolam primam Ioannis, tractatu 3.

C. VIII.

Sent. ibidem.

Vnctio [b] inuisibilis spiritus sanctus est: vnctio [a] inuisibilis charitas est; quæ in quocunq; fuerit, tanquam radix illi erit: quæ quamuis ardente [c] sole, arescere non potest; nutritur calore solis [d], non arescit.

a ¶ Vnctio inuisibilis charitas est.] *Hinc vsque ad finem eodem modo se habent apud Magistrum, atque apud Gratianum. Sed apud B. Augustinum aliter.* Vnctio inuisibilis, inquit, charitas illa est, quæ in quocunque fuerit, tanquam radix illi erit: quãuis ardente sole arescere non potest. Omne, quod radicatum est, nutritur calore solis, non arescit. *Ita non negas charitatem posse arescere, sed quod in charitate radicatum est.*

Item Gregorius super Ezechielem, homilia tertia.

C. IX.

Pennata [e] animalia, videlicet prædicatores sancti, cum incedunt, minime reuertuntur: quia sic à terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectãtur. *& paulo post.* (Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciẽs retro, aptus est regno Dei.) Manum quippe ad aratrum mittere, est quasi per quendam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum respicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam [f] dicitur: (Non reuertebantur, cum incederent [g].) *& paulo post.* Vnde Paulus [h]: (Vnum vero [i], quæ retro [k] sunt, oblitus, in ea [l], quæ sunt anteriora †, extendens me, sequor ad palmam supernæ vocationis.) In anteriora [m] etenim extentus, eorum, quæ retro sunt, oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola quæ sunt æterna, quærebat.

Luc. 9. Ezech. 5. Philip. 3. † al. ante

Item in eundem, homilia quinta.

d ¶ Solis.] Id est, laboris & tribulationis, iuxta illud: In sole, id est, in labore posuit Dominus tabernaculum suũ. Tribulatio enim secũdum Apostolum patientiam operatur: sed quia tribulatio patientiã non tollit, hoc facit charitas.

Pennata animalia.] CASVS. Tãgitur hic illud Ezechielis, qui vidit quattuor animalia pennata: de quibus hic dicitur non reuertebantur cum incederent. sed vnumquodque ante faciem suã gradiebatur. Hanc auctoritatem exponẽs Gregorius dicit, quòd per hæc animalia intelliguntur prædicatores, qui contẽplantes cælestia nunquam reflectũtur ad terrena. Et hanc suã expositionem probat auctoritate Domini & auctoritate Pauli.

e ¶ Pennata.] Tãgit illud Ezechielis, s. qui vidit quattuor animalia pennata, de quibus hic dicitur, non reuertebantur cum incenderẽt. sed vnũquodq; ante faciem suam gradiebatur.

f ¶ Per prophetam.] Ezechielem.

g ¶ Incederent.] Et ita sãcti illi dici possunt hẽre ferarũ naturã, &c. sicut aues quæ volant, & nõ reuoluãt. instit. de rerũ diuisio. § pauonũ.

h ¶ Vnde Paulus.] in epistola ad Philippenses.

i ¶ Vnum vero.] quasi dicat, nõ comprehendi. vnum autem de me vobis affero, quia ego oblitus ea quæ, &c.

k Quę retro.] Id est, terrena, quę reliqui.

l ¶ In ea.] Scilicet æterna cœlestia.

m ¶ Anteriora.] Ante nos sunt æterna, post nos sunt temporalia.

NOn reuertebantur.] CASVS. Grego. hic exponit eandem auctoritatem, de qua dicitur in præcedenti capitu. & suam expositionem confirmat auctoritate Salomonis.

a ¶ Redeant.] finaliter saltem.

b ¶ Iam minus.] Id est, insufficiens. erit enim tunc Deus omnia in omnibus, id est, sufficientia omnium.

POtest discursus.] CASVS. Tãgitur hic illud Ezechielis, quod iuxta quatuor animalia, quæ vidit, erant quattuor rotæ, in quibus erat spiritus vitæ, & quocumque ibat spiritus, sequebãtur & rotæ: & cũ stabat, stabãt rotæ. Hoc autem mystice exponit Greg. in homilia sua dicens, quòd per rotas virtutes intelligũtur, quarum quædam semper sunt in sanctis, & quædam aliquando recedũt, & ponit quædã, q̃ improprie sunt virtutes. Seq. c. scilicet, ficta patet.

c ¶ Potest discursus.] tangit illud Ezechielis. quia iuxta quattuor animalia, quæ vidit, erant quatuor rotæ, in quibus erat spiritus vitæ. & quocunque ibat spiritus sequebantur rotæ, cum stabat, stabant & rotæ, & ita quandoque stabant, quandoque mouebantur rotæ. hoc autem mystice exponit Greg.

d ¶ Castitas.] Quæ sola cum fiducia pôt Deo animas præsẽtare. in auth de lenonibus § sãcim⁹. coll 2.

e ¶ Misericorditer] ne ide superbiat homo. 6. q. 1. c imitare, & cap. sunt plurimi.

f ¶ Ficta.] Id est, nõ finalis.

EX PRAEMISSIS. Hæc est secunda pars distin in qua magister vult probare, quod charitas semel habita nunquam excidit. sed quo ad gratiã refertur, nõ quo ad naturam, id est, habendo gratiam peccare non potest Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gra. ex præmissis, quod charitas semel habita amitti non potest: quia qui charitatem habet, amplius peccare mortaliter non potest. & ad hoc inducit sequens ca. Sed quod dicitur, amplius peccare mortaliter nõ potest; falsum est, nisi coniunctim intelligat, quod non possit simul charitatẽ habere & peccare sequens cap. scilicet, quia radix, patet.

g ¶ Ex præmissis.] Infert charitatem semel habitã non amitti. & adijcit, quod qui charitatem semel habuit, de cætero non peccabit, & ex hoc concludit falso, quod pœnitentiam, qui post modum est peccaturus nõ agit. & ad hoc inducit argumenta vsq; ad §. hæc, quæ de charitate.

h ¶ Non poterit.] Cõiunctim intellige. non. n. põt simul charitatẽ habere & peccare su. d. 1. oĩs qui non diligit.

i ¶ Vt ad gratiam.] Scilicet virtutem ipsam, quam dum quis habet, non peccat: nec peccare potest, vt coniunctim intelligatur.

C. X.

NOn reuertebantur, cum incederent †: quia electi quique sic ad bona tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant [a]. [Qui enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.] Et, sicut per Salomonem dicitur: [Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsque ad perfectum diem.] In eorum namq; animis bonum desiderium, atque intellectus lucis intimæ iam pars diei est: sed, quia vsque ad finem vitæ in virtute proficiunt, ad perfectum diem tunc veniunt, quando ad cælestia regna perducti, in ea luce, quam desiderant, iam minus [b] aliquid non habebunt.

† *al. ambularent* *Ezech. 1.* *Matt. 10.* *Prou. 4.*

Idem ibidem.

C. XI.

POtest discursus [c], atque mobilitas spiritus sic † intelligi. In sanctorum quippe cordibus iuxta quasdam virtutes semper permanet: iuxta quasdam vero recessurus venit, & venturus recedit. In fide etenim, spe, atque charitate, & in bonis alijs, sine quibus ad cælestem patriam non potest veniri (sicut est humilitas, castitas [d], iustitia, atque misericordia) perfectorum corda non deserit. In prophetiæ vero virtute, doctrinæ facundia, miraculorum exhibitione electis suis aliquando adest, aliquando se subtrahit. *& paulo post.* ¶ In his itaque virtutibus, sine quibus ad vitam minime peruenitur, spiritus sanctus in electorum suorum cordibus permanet; vnde recte stabilis dicitur. α In his vero, per quas sanctitatis virtus ostenditur, aliquando misericorditer præsto est; aliquando misericorditer [e] recedit.

Sent. 3. dist. 31. † *requisitione alterius considerationis* orig.

α ¶ Vnde recte stabilis dicitur.] *Hæc ex paulo superiore B. Gregorij disputatione alijs verbis huc sunt a collectore translata.*

Unde Ambr. super epist. 2. ad Corinthios, ad c. 6.

C. XII.

FIcta [f] charitas est, quæ deserit in aduersitate.

¶ *Referuntur verba glossæ ordinariæ: nam Beati Ambrosij sunt hæc,* Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres.

2 *Ex præmissis* [g] *itaque apparet, quòd charitas semel habita, vlterius non amittitur. Qui enim charitatem semel habuerit, criminaliter vlterius peccare non poterit* [h]*: vt ad gratiam* [i]*, non ad naturam impossibilitas referatur. Quòd autem charitatem habens, criminaliter peccare non possit; testatur Augustinus in libro 50. homiliarum, homilia octaua dicens.*

Sent. 3. dist. 31.

Quia

a ¶ Quia radix omnium malorum.] Quo ad genera singulorum, non quo ad singula generum, tamen est malum alicuius generis, quod inde procedere non possit & est simile 35. d. ante omnia 47 d. bonorum.
b ¶ Non possunt.] In 32 q. 1. cum renunciantur.

CVM ERGO. CASVS Infert ex supradictis, quod qui mortaliter peccauit, nunquam habuit charitatem: nec pœnitentiam egit qui mortaliter peccauit. Quod auctoritate August. probat vel probare intendit. et scias, quod ex falso ipse concludit falsum.

C. XIII.

1. Tim. 6.

QVia radix omnium malorum [a] est cupiditas, & radix omniũ bonorum est charitas, & simul ambæ esse non possunt [b]; nisi vna penitus † euulsa fuerit; alia planta ri non poterit. Sine causa aliquis conatur ramos incidere, si radicem non contendit euellere.

† al. radicitus

Cum ergo [c], qui criminaliter peccat, charitatem nunquam habuisse probatur: euidenter colligitur, penitentiam non agere, qui quandoque criminaliter peccat †.

† al. peccauit

Unde Augustinus.

C. XIIII.

Io. 4.

CHaritas est aqua [d], de qua Dominus ait in Euãgelio [Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum [e].]

¶ *Hæc sententia non est inuenta apud B. Augustinum; licet in psalmum 103. ad vers.* Qui tegis aquis. *charitatem in aquis significari: quemadmodum & Prosper, & glossa ordinaria, & interlinearis ad eundem locum.*

Reprobus ergo, cum in æternis mancipatus [f] incendiis in æternum, sitiat: quomodo bibet aquam viuam, aut quomodo potabit aquam salientem in vitam æternam; qui quasi plumbeus [g] demersus in ima, pœnas luit damnationis æternæ? Item. Sine [h] charitate quomodo quis veram cordis cõtritionem habere poterit? quomodo ergo delictorum remissionem? quæ si nõ sunt dimissa; quomodo nõ omnia prorsus ad pœnam exigenda sunt? Item Dominus: [Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] Qui ergo non habet vitam æternam, in Christum non credit [i]. In Christum vero credit, qui charitatẽ habet. In Christũ quippe credere est, amando in ipsum tendere. Hæc est [k] fides, vt definit Apostolus, quæ per dilectionem operatur, huic [m] dumtaxat remissio delictorum promittitur. Quod si charitas à fide Christianorum seiungi nequit, cui scilicet soli venia promittitur: quomodo, qui charitatem non habuerit, fidem Christianorum habuit, id est, in Christũ credidit? quomodo ergo veniam delictorum accepit? quam si non accepit: quomodo nõ omnia prorsus opera æternis sunt ferienda suppliciis? Item Dominus, [Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.] Qui ergo non viuit in æternum, non manducauit panem uiuum: sed qui non manducauit eum, non credidit. Hoc est enim manducare panem viuũ, quod credere [n] in Christum, id est, amando tendere in ipsum. Cũ ergo reprobus in eum non crediderit, quem non manducauit, & ita fidem Christianorũ (quasi sola [o] peccata relaxãtur) non habuerit, quomodo, si viuit Dominus, cui omne iudicium dedit pater, iudicium perpetuæ dãnationis effugiet omnium non solum actualium, sed etiam originalium?

Ioan. 6.

Au tract. 29. in Ioannem, & de cognitione veræ vitæ. c. 37.

Gal. 5.

Ioan. 6.

De conf. dist. 2. c. vt quid. & c. credere.

c ¶ Cum ergo.] Ex falso falsum concludit.

CHaritas est aqua.] CASVS. Probat August. in hoc cap. quod qui charitatem habet, nõ sitiet in æternum: sine qua nullus habebit vitam æternã. nec poterit pœnitere, nec contritionẽ habere ad quod probandum inducit tres auctoritates Domini. Et nota, quod ab illo loco [Reprobus,] videntur verba August. vt dicit. Hu.

d ¶ Charitas est aqua.] Quia ad modum aquæ lauat, & delet peccata.

e ¶ In æternum.] Id est, in patria. in via autem beatus est qui sitit iustitiam, vt supra eadem. quærendum.

Iustitiam sitiens beatus est.

f ¶ Mancipatus.] Id est, destinatus.

g ¶ Plumbeus.] Pondere peccatorum.

h ¶ Item sine.] Omnia hæc sunt verba August. vt dicũt quidã vsque ad §. hæc quæ de charitate. Alij dicunt esse § ab illo loco. Reprobus autem.

† Vt Hu. & B. Brix.

i ¶ Non credit.] à destructione cõsequentis infert.

k ¶ Hæc est.] Inf. de consec. d. 2. vt quid.

l ¶ Fides.] Informata charitate.

m ¶ Huic.] Supra 24. quæst. 1. c. si Petrus. cõtra. sed nec hic vel ibi excluduntur aliæ virtutes.

n ¶ Credere.] Crede Deo credasque Deũ: plus credo valere, Si credas in eum, quàm quod ei, vel eum. ADDITIO. Hoc ideo quia credere Deo est credere verũ esse quod dicit Deus. Credere Deum est credere Deum esse. hoc etiam dæmones credunt. Sed credere in Deum est amãdo credere in ipsum. Petr.

o ¶ Qua sola.] Supra 24. q. 1. si Petrus.

HÆC

3 *Hæc, quæ de charitate [a] dicuntur, de perfecta intelligi possunt; quæ semel habita nunquam amittitur. Exordia vero charitatis enutriuntur vt crescant: & conculcantur, vt deficiant. Nemo enim repente fit summus: sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis quisque incohoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque gradus [b] non solum inter virtutem [c] & virtutem, sed & in eadem uirtute.* — Sent. 3. d. 31.

Vnde Gregorius super Ezechielem homilia 15. scribit dicens.

C. XV.

CVm sanctam ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dignoscitur: quia eius gloria per illius incrementa declaratur. Quantum enim sancta ecclesia ascendēdo proficit † [d], tantum Deus hominibus ex eius virtutibus innotescit. De his quoque gradibus beatus Iob loquitur dicens, [per singulos gradus meos pronunciabo illū;] omnipotentem quippe Dominū per singulos gradus suos pronunciat: qui per incrementa virtutum, quæ cępit, ei semper laudem suę pietatis [e] reddit: Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista non diceret: [ambulabunt de virtute in virtutem.] Nec mirum, si de virtute in virtutē gradus sunt; quando vnaquæque virtus [f] quasi quibusdam gradibus agitur †; & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia: aliud profectus: aliud perfectio. Si enim &

Ps. 47. — † al. prof. certe — Iob. 31. — Ps. 83. — † al. augetur — Sent. 3. d. 31.

HÆC QVÆ DE CHARITATE. Hæc est tertia pas dist. in qua probat magister, q ea quæ dicta sunt de charitate, de perfecta intelliguntur; quia sunt gradus in charitate, sicut in virtutibus est gradus, & perficiens, & incipiens, & perfecta quod intelligitur quantum ad remissionem & intēsionem, cum sit simplex & continua dū enim sumus in via, possum[9] habere charitatem ad tēpus, & perdere eam: & hoc probat per 27. auctoritates sanctorum patrum, & per multas rationes sub diuersis §. ōtentas. io. de fā. CASVS. Soluit nunc Gratianus pręmissas auctoritates, & dicit eas esse intelligēdas de pfecta charitate: id est, quæ ducit hominem ad perfectionem vitæ, s. quæ est finalis & cum qua homo decedit Illa nunquā amittitur. Et inde sumpta occasione ostendit gradus esse in virtutibus, scilicet spirituales ascensus de virtute in virtutem, & etiam in eadem virtute. nam quanto quis proficit plus ascendit. Et ad hoc probandum inducit sequentia c.

a ¶ Hæc quæ de charitate.] Præmissas auctoritates soluit, & dicit intelligēdas esse d pfecta charitate & inde sumpta occasione gradus in virtutibus esse ostēdit: vsque ad §. econtrario. Et nota q perfecta dicitur charitas quo ad sufficientiam: & hæc quęlibet & quantalibet sufficit ad vitam æternam habendam. argu. infr. dist. proxi talis. Et est perfecta quo ad effectum, vt scilicet faciat hominem paratum pro Christo. supra ea. charitas. infr. eod. si quis tantam. Et dicitur perfecta quo ad perseuerantiam finalem, de qua agitur su. ead. vnctio. & cap. charitas.

Charitas pfecta multa facit.

b ¶ Sunt itaque gradus.] Omnis virtus intenditur & remittitur, & ideo gradus merito in ea distinguuntur. sed quia virtus est medium duorum vitiorum, vt dicit Aristoteles, & Horatius: Virtus est medium vitiorum vtrinque redactum; vt in puncto medio, qui est inter duo vitia contraria: videtur q summa virtus ibi cōstituta sit q ergo illud medium seruaret, summe virtuosus haberi deberet. sed in omnibus medium seruare vltra hominem est; ideoque summe virtuosus nemo dicendus est. Ex præmissis sequitur, q virtus in ascendēdo non in infinitum protenditur: cum vltra mediū intentio 9 non progrediatur: sed quia etiā extremorum vitiorū non sunt termini, vr q mediū eorum nihil sit, puta prodigalitas in infinitū protendi pōt: similiter & sibi cōtraria auaritia, quare videtur, q inter ista duo nihil sit medium determinatum præterea ex quo gradus sunt in virtute, videtur q latitudinem habeant, & q possint decrescere: sed tamen q in infinitum possint decrescere, non videtur nam sic haberetur quod virtus alicuius ita parua esset, q minor ea inueniri nō possit. Præterea illud sciēdū est, q licet ita sit de omnibus alijs virtutibus, quòd quęlibet inter duo vitia contraria sit cōstituta. hoc tñ in charitate (quæ forma est aliarum virtutum) non habet locū: quia ei vnū solū vitiū, scilicet odium, opponitur. su. dist. 1. omnis, qui non diligit. Vnde accidit, q in infinitum possit intendi, in via. In patria aūt puto q maior charitas esse nō possit q̄ sit supremi ordinis Angelorū.

Virtus quælibet intenditur & remittitur.

Medium seruare difficile est.

9 Al. intensio.

c ¶ Inter virtutem.] Impropriè dicitur gradus esse inter vnam virtutem & aliam: cum in eadem linea intensionis non disponantur: sed sic ideo dicitur, quia vna virtus alia intensior inuenitur.

CVm sanctam. CASVS. Iste sic consueuit poni. Gregorius exponit illud verbum Ezechielis, Et venit vir ad portam, quæ respiciebat ad Orientem, & ascēdit gradus eius, & dum exponeret, introducit auctoritatem Dauid. Deus in gradibus eius dignoscetur, cū susciPiet eam: in principio ergo capituli ponit expositionē illius versus. Deus in gradibus, &c. Secūdo probat, q in virtutibus gradus inueniuntur per auctoritatē Iob dicentis: Per singulos gradus, &c. Dauid dicētis. Et ambulabunt de virtute in virtutem, &c. & per illud Apostolorum: Auge nobis fidem, &c & per similitudinem Euāgelij de semente primo producente herbam, & deinde spicam & postea granum. Semen est cogitatio, quæ herbam producit cum incipit operari: cum autem consummatur, spicam facit: cum autem perseuerat, frumentum mittitur in spicam & eadem similitudo adaptatur in persona Petri. Tertio & vltimo exponit illud verbum Ezechielis. Et venit vir, &c.

d ¶ Proficit] Intensione virtutum.

e ¶ Pietatis.] Et tanto largiora munera Deus tribuit, quanto per ea religionis suæ dignitatē viderit ampliari. arg. 23. q. 4 sicut excellentiam. §. 1. & dic laudem suæ pietatis, id est, laudat Deum de sua pietate z.

z Id est quia per suā misericordiā facit eā crescere, secūdum. Hug.

f ¶ Virtus.] Et vitium. infra ead. §. econtrario, & §. non est mirum.

a ¶ Et-

ipsa fides ad perfectionem suam non quibusdam gradibus duceretur; sancti Apostoli minime dixissent: [Adauge nobis fidem.] Et quidam [a] venit ad Iesum, qui curari voluit filium suum: sed requisitus, an crederet, respondit: [Credo Domine: adiuua incredulitatem meam.] Pēsate rogo†, quod dicitur. Si credebat, cur incredulitatem [b] dicebat? Si vero incredulitatem habere se nouerat, quomodo credebat? Sed quia per occultam inspirationem gratiç meritorum suorum gradibus fides crescit; vno eodemque tempore is, qui necdum perfecte crediderat; simul & credebat & incredulus erat. Hos nimirum gradus Dominus sub messis nomine describit [c] dicens: [Sic est regnum Dei; quē admodum si iaciat homo semē in terram & dormiat, & exurgat nocte, ac die; & semen germinet, & crescat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: & cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis [d].] Semen homo iactat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit; & postquam semen iactauerit, dormit: quia iam in spe boni operis quiescit. Nocte vero exurgit, ac die, quia inter † aduersa [e] & prospera proficit; & semen germinat, & crescit, dum nescit ille: quia, dum adhuc metiri incrementa sua non valet; semel concepta virtus ad perfectum ducitur: & vltro terra fructificat: quia præueniente se gratia, mens hominis, spontaneè ad profectū boni operis assurgit. Sed hęc eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonæ adhuc teneritudinem habere. Ad spicam vero herba [f] peruenit; cum se virtus animo concepta ad profectum bonis operis pertrahit. Plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam in tantum virtus proficit, vt esse robusti, & perfecti operis possit. Sed cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem: quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus producto fructu falcem mittit, & messem suam desecat: quia cum vnumquemque ad opera perfecta produxerit; eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, vt granum suum ad cælestia hortea perducat. Cum igitur desideria bona concipimus, semen in terram mittimus: Cum vero operari recta incipimus; herba sumus: Cum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus; cumque in eiusdem operationis perfectione solidamur; iam plenū frumentum in spica proferimus. Herba etenim Petrus fuerat: qui passionis tempore per amorem Dominum sequēs, hūc confiteri ante ancillæ vocem timebat: Erat. n. iam viriditas in mente: quia credebat omniū redemptorem: sed valde adhuc flexibilis, pede conculcabatur [g] timoris. Iam in spicam surrexerat qñ eū, quem moriturum confiteri timuerat, nunciante angelo in Galilæa viuentē videbat. Sed ad plenum granum in spica peruenerat, qñ veniente desuper spiritu, & suā mentē in illius amore roborāte ita solidatus est, vt vires prosequētiū cæsus despiceret, & redēptorē suū libere inter flagella prædicaret. Nullus itaq; qui ad bonū propositū, adhuc in mētis teneritudine esse conspiciē, despiciatur: quia frumētū Dei ab † herba incipit, vt granū fiat. Vir ergo [h] vestitus lī

Luc. 17.
Mar. 9.
† al. ergo
Mar. 4.
† al. in
Act. 5.
† al. in.

a ¶ Et quidam.] Vt habetur in Euāgelio Matthæi.
Credit dat in qui incipit crederem.
b ¶ Incredulitatem.] .i. modicam credulitatem: qui incipit credere, parum credit, arg de consec. di. 2. quia passus, & cap. prima, & ita hęc præpositio, in, diminuit hic, non priuat.
c ¶ Describit.] In Euangelio.
d ¶ Messis.] Hucusq; fuerunt verba Euangelistæ.
e ¶ Inter aduersa.] Aliud in aduersis & prosperis, quia in aduersitate crescit, sup. ead. vnctio.
f ¶ Herba.] Si herba fuit, ergo charitatem habuit: sed quando negauit, mortaliter peccauit: ergo charitatem nō habuit: ergo nec herba fuit. sed hoc debet referri ad tempus ante negationem & ita distribuite tempora, &c. vt 2. q. 1. peccauerit. Vnde versus.
Petro peccante, tūc non fuit herba, sed ante.
Petrus qñ peccauit herba non fuit.
g ¶ Conculcabatur.] cum Christum negauit.
h ¶ Vir ergo.] De Ezechiele tractatum est, & sunt adhuc verba Gr. ab illo loco, cū sancta. &c. In Ezechiele est ita: & venit vir sctūs ad portā, q respiciebat ad viam orientalē, & ascendit per grad9 eius Expone, vir. i. Christ9: stat in porta: quia per eū quasi per portam ad patrē ingredimur, & sine quo in ciuitatē intrare nō possum9. Itē qui in porta est, partim intus est, & partim extra: partim vr, & partim absconditur, ita & Chrs per humanitatem est visibilis, per diuinitatē inuisi-
Cœli portā: qui est Chrs ingredimus.

inuisibilis. Vel vir, i. homo venit ad portam. i. Christū, qui dicitur ostiū, supra 1 q. 1. ordinationes.
a ¶ Ad portam.]Id est, ad sacram scripturam vel fidē: per quarum vtramque intratur ad patriam.
b ¶ Perducit.]Illa membra sua. s. fideles.
l ¶ Ad perfectum.]i. ad perfectionem a Deo datam.
m ¶ Quid dicit.]Tu quicunque habes talē perfectionē.
n ¶ Viuere.]Christus est mihi viuere. i. causa quare velim viuere. Ad hoc n. viuo, vt ipsum magnificem & ipsum mori est mihi lucrum: quia per mortem eius liberor

a Scilicet facram scripturam.

Chrs est mihi viuere & mori, & c. g3 sibi vult.

QVi vult.] CASVS. Dicitur hic quod si aliquis habet voluntatē faciendi præcepta Dei, sed impedimēto aliquo detentus ea non facit: modicam habet charitatem, cū nondum possit omnia sustinere pro Christo. cum autē poterit facere præcepta Dei, & omnia sustinere pro Christo, tunc habet perfectam charitatē: quod probat auctoritate Domini: & exemplo Petri.

c ¶ Qui vult.] CASVS. Si quis habet voluntatem sustinendi omnia pro Christo: & tamē si immineret ei periculum in rei veritate, non sustineret, reuera iste habet charitatem, licet modicam, quę postea augetur quando cum effectu paratus est oīa sustinere, qđ probat exemplo Petri.
c ¶ Qui vult.]Quodā motu bono. s. affectionis: nō effectionis, & sic non est contra, supra d. 1. votum.
d ¶ Mandata.]. i. ardua, & difficilia, vt ponere animam pro Christo, vel fratrib. vt hic i. si. c. habetur.
e ¶ Non potest.]Scilicet impediente carnalitate.
f ¶ Poterit.]. s. facere mandata Dei.
g ¶ Charitatem.]. i. opus vel signum charitatis maioris.
h ¶ Petrus.] 50. dist. fidelior.
i ¶ Dicebat.]Dñe animam meam pro te ponam, licet hoc facere non posset.

Charitatem h et qui pro Christo sustinere paratus est.

neis venit ad portam [a]; quia Dominus, ac redemptor noster membris suis intrantibus perducit β [b] ad se: & ascendit per gradus eius: quia nobis proficientibus: eo nobis amplius exaltatur, quanto altus, & incomprehensibilis esse cognoscitur. In virtute quippe nostrarum mentium ipse ascendere dicitur; quia tanto ipse sublimior nobis ostenditur; quantum noster animus à rebus infirmis separatur. α ¶Cum autem ad profectum boni operis crescimus; ad spicam peruenimus.] *Hæc desiderantur in originali.*

β ¶Perducit.] *In prærisque vetustis, & apud B. Gregorium legitur*, perducitur: *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Augustinus ait in libro de gratia, & libero arbitrio, c. 17.

C. XVI.

QVi vult [c] facere Dei mandata † [d], & non potest [e]; iā quidem habet voluntatem bonam, sed adhuc paruā, & inualidam. Poterit [f] autem, cum magnam habuerit, & robustam. Quādo enim martyres magna illa mandata fecerunt; magna vtique voluntate, id est, magna charitate fecerunt; de qua charitate ipse Dominus ait: [Maiorem hac charitatem [g] nemo &c.] *& paulo post.* ¶Ipsam charitatē apostolus Petrus [h] nondum habuit, quando timore Dominum ter negauit. Timor enim non est in charitate, sicut ait Ioannes Euangelista in epistola sua; sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et tamen, quamuis parua, & imperfecta, non deerat, quando dicebat [i]: [Domine † animam meam pro te ponam.] *Idem super primam epistolam Ioannis, tractatu quinto.* Si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori; perfecta est in illo charitas: sed nunquid mox, vt nascitur [k], iam prorsus perfecta est? vt perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur; cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur; cum ad perfectum † [l] venerit, quid dicit [m]? [Mihi viuere [n] Christus est, & mori lucrum. Optabam γ dissolui, & esse cum Christo: multo magis optimum, manere in carne necessarium propter vos.] Propter eos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori.

† *al. mandatū*

Io. 15

1. Io. 4.

† *al. Domino.*
Io. 13.
sent. 3. d. 29.

† *al. perfectionem.*
Philip. 1

γ ¶Optabam.] *Hinc vsque ad finem sunt addita ex B. Augustino, quoniam faciunt ad sententiæ integritatem.*

Idem in eandem, tractatu nono.

C. XVII.

SIcut seta [o] introducit linum; ita timor introducit cha-

SI QVIS. CASVS. Dicitur hic, quod si quis paratus fit pro fratribus mori, perfecta charitas est in eo, sed non statim cum nascitur est perfecta. nā primo nascitur. nata nutritur: nutrita roboratur, & perficitur. Sequentia tria c. plana sunt: scilicet, [sicut charitas si sermo.]
k ¶ Nascitur.]Sic etiam gradus notantur in conuersione Pauli nam prostratus fuit vt excæcaretur, &c. 23. q. 4. displicet.

tor a miseria. & transeo ad fęlicitatem. vel Christus est mihi viuere. i. vita hic & in futuro. hic per fidem & spē, & in futuro per spem. mori pro Christo est mihi lucrū: quia deponam corpus mortale, & resumam immortale.
SIcut seta.]Sicut. n. seta introducit linum, nec cum-

Timor charitatem introducit.

eo remanet, ita timor charitatem: cum ea tamen eſſe non pôt.arg.23.q.6.ca.iam vero §.ex his.& infra diſt.7. nullus.hoc de ſeruili. Eſt & alius initialis, qui partim reſpicit præmium meriti, partim pœnam ſupplicij: de tali dicitur, quod augetur charitas,& minuitur timor, infra c.

Timor initialis quis eſt.

a ¶ Et conuerſo.] Argu.quod charitas decreſcere poſſit:nô ergo aut proficit,aut deficit. Tu dic, quod charitas creſcit & decreſcit quantum ad intenſionem:aliâs non.

b CHaritas.] Perfectiſſima.]Id eſt, qua perfectior non poſſit haberi. Vnde dicit auctoritas 1. ſuper epiſtolam ad Epheſios.

1 al. Auguſtinus.

Nemo tam perfectus quin poſſit creſcere.

ritatem: creſcit charitas, minuitur timor, & econuerſo a.

¶ *Verba B. Auguſtini ſunt hæc.* Sicut videmus per ſe tam intro duci linum,quando aliquid ſuitur,ſeta primum intrat: ſed niſi exeat;non ſuccedit linum: ſic timor primo occupat mentem:non autem ibi remanet timor,quia ideo intrauit, vt introduceret charitatem *& paulo ſuperius,* Maior charitas, minor timor:minor charitas,maior timor. *Ex his confectum eſt hoc caput.*

Item tractatu quinto in eandem.

C. XVIII.

Trâſpoſitis aliquibus verbis.

FOrte nata eſt in te charitas,ſed nondum perfecta eſt: noli deſperare,nutri eam,ne ſuffocetur †.

† *al. ſuffocetur*

Idem ad Hieronymum,epiſt.29.

C. XIX.

Sent.3.d.36.

CHaritas in quibuſdam eſt perfecta, in quibuſdam eſt imperfecta:perfectiſſima b autê in hac vita haberi non poteſt.

¶ *Caput hoc eſt ſumma quædam verborum Auguſtini in loco indicato.*

Idem in libro.50. homiliarum,homilia nona.

C. XX.

Sent.ibidem.

SI ſermo meus c inuenit in cordibus veſtris aliquâ ſcintillam gratuiti amoris Dei,ipſam nutrite,ad hanc augêdam vos aduocate.*& paulo poſt.*¶ Flete κ d,nutrite in vobis:ipſa dum creuerit,& flammam digniſſimam fecerit;cupiditatum carnalium ligna conſumet.

κ ¶ Flete.] *Non eſt emendatum ob gloſſam:nam in multis vetuſtis codicibus eſt,flate & in originali legitur,* Hanc ſcientillam boni amoris de qua Dominus dicit:[Ignê veni mittere in terram: &,quid volo,niſi vt ardeat?] flate in vobis,nutrite,&c.

Econtrario e etiam gradus in virtute eſſe probantur: quia & ipſius peccati gradus euidentes apparent. Sicut enim nemo repente fit ſummus,ita nemo f repente fit turpiſſimus

Hinc etiam Auguſtinus ait in li.1.de ſermone Domini in monte,c.23.

C. XXI.

Sent.4.d.16.

SIcut tribus gradibus ad peccatum g peruenitur, ſuggeſtione h,delectatione, conſenſione; ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, in corde, in facto,in conſuetudine tanquam i tres mortes:vna quaſi in domo, id eſt, cum in corde conſentitur libidini: altera quaſi iam prolata extra portam, cum in factum procedit aſſertio: tertia, cum vi conſuetudinis malæ, tamquam mole terrena premitur animus, quaſi in ſepulchro iam putens. Quæ tria

Matth.9.
Luc.7.

c SI ſermo meus.] Id eſt, prædicatio mea.

d ¶ Flete.] Mortalia peccata argum.infra diſtinct.3. inter hæc hircum.

ECONTRARIO. CASVS. Per multas auctoritates oſtendit gradus eſſe in virtute.adhuc idem oſtendit per ſuum contrarium,ſcilicet per peccatum in peccato enim gradus inueniûtur Nam ſicut nemo repente fit bonus,ita etiam nemo repente fit malus.

e ¶ Econtrario.] Id eſt,per ſuum contrarium,ſ. peccatum & vitium, quod virtuti eſt contrarium. arg. 8 q.1.ſciendum.

f ¶ Ita nemo.] Vnde Iuuenalis.

Nemo repente fuit turpiſſimus: 2. accipiente.

2 Id eſt plenus vitijs.

Paulatim, qui longa domi redimicula 3.ſumunt.

3 Id eſt, ornamenta.

SIcut tribus.] CASVS. Dicitur hic quòd ſicut tribus modis ad peccatum peruenitur, ſcilicet ſuggeſtione diabolica, delectatione,& côſenſu: ita ipſius peccati tres ſunt differentiæ, ſcilicet in corde, in facto,& in conſuetudine: nam primo in corde conſentit peccato, poſtea procedit ad peccatum, tertio perſeuerat in peccato. Sequens capit. ſcilicet,[ſi ſecum.] planum eſt.

g ¶ Ad Peccatum.] id eſt,actum exteriorem.

h ¶ Suggeſtione.] Supra diſtinct.6.teſtamentum.in fine,palea eſt.

i ¶ Tâquam.] Mens mala,mors intus:malus actus,mors foris.

ſi a.c.prox.vſque dum fiat perfecta charitas, quæ foras mittit timorem omnem.arg.23.q.6.ſchiſmatici.

verſus.

Tumba,puella,puer Lazarus illa notant.

Chriſt' tres ſuſcitauit.

Hanc

Hanc verbo, hunc motu: lachrymando suscitat illum
Christus in medico nascitur æger homo.
Ad hoc sup. ead. d. 1. §. ex his. versi. tres quoque. & §. non sunt. & cap. quem pœnitet.

similiter sequens. § [non est mirum.] patet.
e ¶ Inquinat.] Per mortale peccatum.
f ¶ Prædicator.] Paulus in prima epistola ad Corinth.
g ¶ Nolentes.] Vnde & Apostolus, Ago quod nolo. quia primi motus non sunt in potestate nostra, vt su. ea. dist. 1. c. su.

Motus primi non sunt in nostra potestate.

a Sciendum quippe.] ¶ Tribus modis.] Aliter assignantur isti tres modi in lege: quia delinquitur proposito, impetu, casu. ff. de pœ. respiciendum. §. delinquunt.
b ¶ Ignorantia.] Supra 32. q. 7. quemadmodum. 23. q. 1 si quis dederit. 8. d. consuetudo 32. q 4. nemo.
c ¶ Infirmitate.] Su. 25. d. c. vnū. §. criminis, sup. 15 q 5 § 1.
d ¶ Et grauius.] Hoc intelligas per accumulationem. sic magis peccat quis ex infirmitate, quàm ex ignorantia: & sic non est contra quod dicit auctoritas, Grauius peccat qui peccat in filium, quam qui peccat in patrem: at, constat eum, qui peccat per infirmitatē, peccare per impotentiā: & ita peccat in patrē, cui attribuit potētia. qui autē peccat per ignorantiam peccat in filiū, cui attribuitur sapientia: sed quod hic dicitur, nō est referendū ad peccata, quæ cōmittuntur in patrem, & filium, & spiritum sanctum, sed sic debet intelligi: aliquis infirmus est incontinens & licet sciat in fornicatione esse mortale peccatum: tamen fornicatur tanquam excusetur propter suæ incontinentiæ infirmitatem: talis plus peccat. qui ex certa scientia, quam qui ex ignorantia. qui scilicet ignorat fornicationē mortale peccatum esse. alleuiat. n. ignorantia etiam si non omnino. Item contrarium est huic loco quod dicit Ambrosius. Grauiter peccas qui promittis tibi impunitatem. Grauius quia contemnis. Grauissime quia ignoras. Sed illud dr ad terrorem. Vel dic, Grauissime, i. periculosissime sic deterius. i. periculosius 45. d. vera quia pœnitentia specialis non agitur de peccato quod ignoratur, & ita hoc dicit propter difficultatem pœnitendi: argu. inf. d. 3. Iudas. ver. magnum.

Peccata in patrem & in filium.

genera mortuorum Dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit.

Item Gregorius libro 25. Moralium, c. 16.

C. XXII.

Sciendum quippe est, quòd peccatum tribus modis[a] committitur. Nam aut ignorantia[b], aut infirmitate[c], aut studio perpetratur: & grauius[d] quidem infirmitate, quàm ignorantia: sed multo grauius studio, quàm infirmitate peccatur.

Idem libro 21. Moralium, c. 3.

C. XXIII.

Inter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cum per consensum delectationis obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pulsatur; sed renititur. Plerumque autem, cum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat[e], cum pulsat; sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim prædicator[f] egregius dicit: [Tentatio vos non apprehendat nisi humana.] Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes[g]; quia, vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana[h] tentatio; cum ad hoc; quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit.

1. Cor. 10.

Item Hieronymus ad c. 1. Amos.

C. XXIIII.

Super tribus sceleribus Damasci, &c. vt supra.

Distin. 1. de pœnitētia, c. super tribus.

Non est mirum, si in virtute gradus esse dicuntur: quandoquidem & peccati gradus ita euidenter monstrantur. ¶ Hæc itaque[i] charitas, quæ in Petro ante negationem herba fuit, & in singulis nascitur, antequam roboretur, ante sui perfectionem amittitur[k], & reparatur. Vnde

Inter hæc. CASVS. Ben. hunc casum sic ponit. Dicitur hic, quod duplex est tentatio, humana, & diabolica. Humana est, quando aliquis ex carnis corruptione incitatur ad peccandum. Diabolica, quando ex tali suggestione delectationem consequitur, vel consentit. Vnde dicit Apostolus. tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Sequens capitulum, scilicet [Super.] Habuisti supra 1. c super tribus.
h ¶ Humana.] Nisi de his sine quibus vita ista esse nō potest: scilicet venialibus. 25. d. qualis.
Super.] HÆC ITAQVE. CASVS. Concludit Gra. hic principale propositum, scilicet quod charitas semel habita potest amitti: cum sæpe amittitur & reparatur. quod dicit verum esse in perfecta: & ad hoc inducit sequentia c. sed verum est, quod quantumcunque sit perfecta charitas in aliquo, dum est in hac vita, potest illam amittere. nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata virgine.
i ¶ Hæc itaque.] Ex illo c. sup ea d cum sanctam. infert magister & redit ad propositum principale: & probat adhuc charitatem semel habitam amitti posse, maxime exemplo & Adæ, Moysi. & Aaron 1.
k ¶ Amittitur.] Immo & quātumcunq; perfecta sit in hac

1 Quoniam secundum Apostolum omnes nascimur filij iræ. de consec. d 4. firmissime.
Pet.

Charitas in hac vita, amitti potest: nisi esset per gratiam confirmata, vt fuit in beata Virgine, 25. dist. c. vnum orarium, §. nomine autem.

Maria erat per gratiam confirmat.

QVICVMQVE. CASVS. Dicitur hic quod post quam per baptismum aliqui ab originali peccato fuerunt liberati, statim proponitur eis Euangelium, & cum audiunt credunt: & si quandoque exhorbitant, correcti ab hominibus, siue ab omnibus, siue per se, redeunt.

Augustinus in libro de correptione, & gratia, c. 7. *Quicunque ab illa originali* [a] *damnatione, ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium, quod & procuratur* [b] *eis audiendum Euangelium, & cum audiunt, credunt, & in fide, quæ per dilectionem operatur, vsque in finem perseuerant, & si quando exorbitant, correpti emendantur. & quidam eorum, & si ab hominibus non corripiantur, in viam, quam reliquerant, redeunt* [c].

Item ibidem.

C. XXV.

2. Tim. 2 † al. Scinis] orig.

FIrmum [d] Dei fundamentum [e] stat immobile [f] [*], habens signaculum [g] hoc: [Scit [h] † Dominus, qui sunt eius.] Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profecto aut omnino nõ deficit; aut, si qui sunt, quorum fides deficit [i], reparatur antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate, in finem perseuerantia deputatur.

* ¶ Immobile.] *Abest ab originali: sed non est expuncta ob glossam.*

Idem in eodem libro, c. 9.

C. XXVI.

Inf. dist. 4. si ex bono

NVllus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam.

Item ibidem.

C. XXVII.

Rom. 8

TAlibus [k] Deus diligentibus cum omnia cooperatur in bonum: vsque adeo prorsus omnia, vt etiam, si qui eorum deuiant, & exorbitant: etiam hoc ipsum [l] eis faciat proficere in bonum [m].

Idem Apostolus ad Galatas 5.

C. XXVIII.

Videtur esse ex glossa aliqua, aut Gratiani verba.

CIrcumcisio non est aliquid [n], neque præputium, sed fides; quæ per dilectionem operatur.] Et hoc olim in vobis, quia currebatis bene per opera fidei ex dilectione:

a ¶ Originali.] Idest, quam ab origine trahit homo: & cum qua nascitur.

b ¶ Procuratur.] Idest, ad vtilitatem eorum legitur, & exponitur.

c ¶ Redeunt.] Operante gratia.

ADDITIO. 12. q. 4. sicut non est. Hug.

FIrmum.] CASVS. Dicitur hic, quod firmum fundamentũ Dei finaliter stat: quod omnino non deficit, sed quando deficit dum homo est in hac vita, reparatur. Sequens capitulum planum est.

d ¶ Firmum.] Idest, immobile est: licet possibile sit eum qui prædestinatus est, non fuisse prædestinatum: verba sunt Apostoli in epistola secunda ad Timotheum, cap. 2.

1 Aliás imponeretur necessitas prædestinationi diuinæ, quod est falsum: quia omnia quæcumque voluit Dñs fecit in cœlo & in terra, vt psal. dic.

e ¶ Fundamentum.] Idest, prędestinatio.

f ¶ Immobile.] Idest, illi, quos Deus elegit, & immobiliter in fide fundauit, perseuerant semper, qui autem perijt, non erat finaliter de fundamento, idest, de prædestinatis, inf. dist. 4. c. ex bono, vers. quid aliud.

g ¶ Signaculum.] Idest, hoc habẽs menti impressum in signũ amicis, & inimicis, amicis vt accedant: inimicis vt territi fugiant hoc scilicet sic, &c. etiam dum sunt mali.

h ¶ Scit.] i. amat & defendit prædestinatos suos, etiam dũ mali sunt: & postquã eos continue munit, apparet hostibus & amicis, quod ipsi sunt signacula Dei. Vel signaculum. i. discretionem inter prædestinatos & nõ prædestinatos. Hoc scilicet quod sequitur scit, &c. habent enim prædestinati etiam cũ sunt mali quendam characterem, quo distinguuntur a damnandis, vnde ex tribu Iuda duodecim millia signati.

Prædestinati quodam signo distinguuntur a damnandis.

i ¶ Quorum fides deficit.] Inf. dist. 4. cap. peccatum, §. verum. c. si ex bono.

k TAlib.] Deum diligentib. In epistola ad Romanos.

l ¶ Hoc ipsum.] Scilicet deuiare.

m ¶ Proficere in bonum.] Occasionaliter quia fortiores resurgunt, arg. d. 13. ner. nt. 63. dis. c. quia sancta. §. verum. in fi. & dist. 50. considerandum, & c. fidelior. 6. quæst. 1. imitare. Vel deuiare. i. pœnam, quam subeũt pro deuiatione, facit eis proficere: quia cum pœna affliguntur, se recognoscentes humiliantur, idest, humiliores fiunt, sup. dist. in proxi. cap. potest fieri 2. vers. illuditur.

2 Nam sicut dicit G. e. o. culos quos culpa claudit, pœna aperit, Pet. C. hæritas p. pœna recuperatur.

3 Sed in Apostolo si putas gl. A. quatur.

CIrcumcisio.] CASVS. Bene sic exponit hũc casum. Non vr hoc facere ad propositum Gra. sed tamen potest adaptari, q. d. Apostolus, si non sit aliquis circuncisus, non impeditur, quo minus posset reparare per pœnitentiam charitatem, quam amisit peccando, si seruet fidem: quæ per dilectionem operatur. Sequens capitulũ, & §. [Romanos.] patent.

n ¶ Aliquid.] Quo ad salutem, quia non recipitur aliquis quia circuncisus, nec reijcitur aliquis quia præputiatus: quoniam indifferentes sunt: nec hoc facit ad propositum, sed sic potest adaptari. siue quia circuncisus sit, siue non, poterit per pœnitentiã recuperare charitatem, quam amisit peccando. Vel non est aliquid, idest, non prodest ad salutem sine operibus.

Præputio circuncisio, his nequi in Chro volũt viuere, virtutes appetendæ sunt & vitia fugiẽda. media vero quæ inter vitia & virtutes sunt, nec fugiẽda sũt, nec appetẽda vt est circuncisio & præputium, quæ nihil valẽt i Christo. Pet.

a ¶ Non est tam iniustus] Infr. e dist. §. opponitur, ver. non est iniustus.
b ¶ Fecerant communia.] Ecce opus.
c ¶ Ex dilectione.] Quæ informat actum siue actionem. Ecce alacritas.
d ¶ Ad gloriam] Ecce recta & pura intentio.
e ¶ Triplex.] Quod commẽdatur in eis, scilicet op⁹, & alacritas, & recta intentio.
f ¶ Olim.] Quasi dicat, non nunc, ita tacit ad propositum
g ¶ Operati] Idest, faciendo, proficiendo.
h ¶ Pro quibus.] Id est, pro quorum similibus.
i ¶ Benefaciet.] Æternaliter remunerando, vel temporaliter abundãtius quàm si non pœnituueris. sicut enim prima bona per sequentia mala mortua & irrita facta fuerunt: ita ipsa eadem per pœnitentiam & alia bona sequentia reuiuiscunt, vel quo ad vitam æternam vel quo ad temporale præmium, vel ad minus supplicium subeundum inf. ea dist. 3. ver. nihil. vbi de hoc.

Bona prima per sequẽtia mala mortificantur.

k ¶ Qui de operib.] Quia tẽpora gratiæ seruare volebat præcepta legalia: quod non licet, ext. de consti. translato. Item, de quolibet.

CASVS. Ab isto loco vsque ad ca. quomodo. videtur esse §. Gratiani secũdum Ben. quod verũ credo, sicut per verba inferius posita apparebit. Quidam tamen faciunt ibi casum, [Omnis & ibi,] Nemo.] Alij ponunt totum sub illo [§. Romanos.] Probat ergo Gratianus in hoc §. per magnam circumlocutionem, quod Adam charitatem habuit, quam amisit. Et ad hoc inducit sequentia capitula.

Charitas & odium sunt immediata contraria.

l ¶ Tolle.] ¶ Tenet.] Quia charitas & odium immediata contraria sunt circa suum susceptibile, arg. sup. d. 1. omnis qui non diligit, &c. Et est arg. diabolum ante ruinam charitatem habuisse: quia si non haberet charitatem, odium teneret, & expone, odium tenet, id est peccatum Deo sit odibilis.

a Vbi loquitur quando non sunt contrarij. secus si contrarij essent, vt hic Arch.

m ¶ Nemo potest duobus dominis seruire.] Arg. contra st. de oper. liber. l. penul. 1.
n ¶ Adam vero.] Verba sunt Gra. vsque ad illud capitu. quomodo.
o ¶ In extasi.] Scilicet prophetiæ.
p ¶ Interesset] facta erat ei reuelatio, & data scientia, quam angeli habent, & alij qui sunt in cœlesti curia.
q ¶ Vaticinabatur.] Dicens, hoc nunc os ex ossibus, &c. vnde Apostolus: Sacramentum magnũ hoc est in Christo & ecclesia, extra de big. debitum.
r ¶ Habebat] Sed non statim in sui creatione.
s ¶ Item si sine charitate] Videtur Gratianum asserere quod Adam habuit ex creatione duplicem virtutem. Celebrior autẽ est sententia quod Adam duplicem habuit statum ante peccatum in creatione, sola naturalia accepit, quibus proficere vel mereri non poterat: post creationem addita sunt ei gratuita. Vnde dicit Aug. habuit Adam vnde posset stare, sed non vnde posset proficere & hoc in primo statu. Dicit autem Aug. Et illud habuit primus homo, posse quod vellet: sed non habuit velle quod posset: quia & si habuisset, non peccasset. Habuit ergo posse quod vellet bonum, idest, virtutes in secundo statu quando cecidit. vnde dicitur spoliatus gratuitis, & vulneratus etiam in naturalibus. Habuit ergo in primo statu innocentiam sicut puer: sed charitatem non: vnde non erat bonus, & ita habuit quo stare posset, sed non vnde mereretur, cum charitatem non haberet, sine qua nemo proficit, nec mouetur ad merendum. sed in secundo statu habuit charitatem secundum quam hæc dicta intelliguntur.
t ¶ Accepit.] Sed non statim in sua creatione.

Adam ante peccatũ habuit duplicẽ statum.

Item ad Hebræos, c. 6.

C. XXIX.

Non est tam iniustus[a] Deus, vt obliuiscatur operis vestri, &c.)

Operis quo omnia sua fecerant communia[b]; & hoc ex dilectione[c], & hoc ad gloriam[d] Dei. Ecce triplex[e] bonũ, quasi diceret, olim[f] multa operati[g] estis, pro quib⁹[h], si pœniteatis de malis, benefaciet[i] vobis Deus. Romanos quoque, & Galatas dum Apostolus redargueret, merito fidei probat assecutos remissionem peccatorum, & sanctificationem in spiritu sancto, & iustitiam bonę operationis: quę omnia aut sine charitate nunquam vere fuerunt in eis; aut veram charitatem habuerunt: à qua postea lapsi sunt, qui de operibus[k] legis gloriabantur.

Item de quolibet adulto Augustinus ait.

C. XXX.

Tolle charitatẽ: odiũ tenet[l] Item. Omnis, qui non diligit, odit. *Item in Euangelio.* [Nemo potest duobus dominis seruire[m], aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnũ sustinebit, alterumque contemnet.] Io. 3. Luc. 16. & Matt. 9

Adam vero[n] cum in virili ætate à Domino creatus sit, antequam à diabolo tentaretur, dum de latere eius vxor formabatur, dum in ecstasi[o] raptus angelicæ curię interesset[p], dum euigilans futura Christi & Ecclesiæ sacramenta vaticinabatur[q], aut charitatem, aut odium habebat[r]. Si autem odium habebat: non fuit diabolus auctor nostri peccati. Item. Si sine charitate[s] à Deo creatus est: eius similitudinem in creatione sui nequaquam accepit[t]. Item, si sine charitate creatus est, iustus, & innocens à Deo factus non est: creatura namque rationis capax, & liberi arbitrij, iustitiæ, & innocentiæ sine charitate particeps esse non potest. Colligitur ergo, quod Adam antequam peccaret charitatem habuit, sine qua iustus, & innocens esse non potuit. Gen. 2.

Vnde Augustinus in Genesim ad litteram, libro sexto, cap. 24.

a Idem per omnia. Pet.

Quo-

QVomodo renouari.] CASVS. Dr ꝙ non pôt homo renouari vel reuocari de vetustate peccati ad nouitatem, in qua fuit primus Homo, nisi recipiat iustitiã quam perdidit primus homo, & induat nouum hominem, secundum quod dicit Apostulus, [Imaginem.] i. imaginem fabulator.] Quia fruebatur colloquio angelorum.

a ¶ Expoliantes.] Hoc habetur in epistola ad Colossenses.

b ¶ Veterem.] i. habitum peccatorum, & vsum, &c cum actibus suis, idest, vbi nec habitus, nec actus peccatorũ aliquando adsit: homo enim vetus n h l aliud est, quàm vetus vita, quæ est in peccato, quod contraximus ab Adam.

c ¶ Induite.] i. habitum virtutis.

d ¶ Nouum.] Hoc est rationabilẽ mentẽ.

e ¶ Qui renouatur.] Idest, magis & magis crescit, & acquirit cognitionem Dei & illa renouatio h: ẽm imaginem eius.

f ¶ Eius.] Idest, imaginem eius in cõne, quæ est imago Dei: vnde Esaias, Nõ credititis nisi intellexeritis in spiritu.

g ¶ Qui creauit eũ.] s. nouum hominem in agnitionem sui, ad hoc vt ipsum Deũ agnosceret.

h ¶ Stola.] Alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio. 37. dist. c. legimus. §. hinc etiam.

i PRinceps.] Vitiorum.] Peremit.] i. necessitate moriendi adstrinxit.

K ¶ Charitate.] Sup. 16. q. 2 visis. contra.

l QVãdo.] ¶ Sol[9].] Ar pro solitudine. 32. q. 1. nuptiæ. 7. qõ 1. illud. cõtra. iu 81. d. in oib. contra ext. de statu. monac. c 2. cõtra. ex. de off deleg. prudentiam. contra Sol. per c. 28. q 1. sæpe.

m PRimus. ¶ Cõfabulator.] i. per contemplationẽ de illo cogitando. †

† Vel dico Cõfabulator. s. angelorum colloquio frequẽter vtebatur.

I Lla anima.] CASVS. Dr hic qui illa anima depicta est, quæ habet gratiam renitentẽ splendore pietatis, & quæ in se habet effigiẽ diuinæ operationis, & imagine paternæ substantiæ. sed hæc oĩa per quæ dei gratius virtutes, amisit Adã postquã lapsus fuit. Sequentia tria c parent. s. [similem.] sapiens. vt cognouerunt.] Nudi. [vestibus corporalibus.

n ¶ Illa anima.] Hæc verba sunt Apostoli in epistola ad Hebræos.

o ¶ Elucet.] Per imitationem.

p ¶ Imaginem.] Idest, imitationem.

C. XXXI.

Coloss. 3

QVomodo renouari dicimur; si non hoc recepimus, quod perdidit primus homo, in quo omnes moriuntur? Hoc plane recepimus; quia iustitiam, ex qua in peccatum lapsus est. *& paulo post, c. 7.* ¶ Expoliantes[a] uos ueterem[b] hominem cum actibus suis, induite[c] nouũ[d], qui renouatur[e] in agnitionem Dei secũdum imaginẽ eius[f], qui creauit eum[g]. Hanc imaginem in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum. *& post pauca.* ¶ Stola[h] illa prima iustitia est; unde lapsus est Adam.

Luc. 15

¶ *In hoc & in sequenti capitulo addita sunt nonnulla ex originali, in quo tamen longe copiosius, & clarius hæ sententiæ exponuntur.*

In concione ad Catechumenos verbis hinc inde collectis.

Idem in homilia 11.

C. XXXII.

PRinceps uitiorum omnium, dum uidit Adam ex limo terræ ad imaginem Dei factum, pudicitia ornatum, tẽperantia compositum, charitate circumdatum †, primos parentes illis donis, ac tantis bonis expoliauit, insuper & peremit[i]. Namque cum homini abstulisset pudicitiam, continentiam, charitatem, inmortalitatem, dominio suo eum obstrinxit. *& paulo post.* ¶ Adam amissa temperantia interperans effectus est: perdita charitate[k] malus inuentus est.

† al. splendidũ

Item Ambrosius libro 6. epist. 41. ad Sabinum.

C. XXXIII.

QVando Adam solus[l] erat, non est præuaricatus: quia mens eius adhærebat Deo.

Idem ad eundem eodem libro, epist. 42.

C. XXXIIII.

PRimus homo erat opus Dei recens, confabulator[m] assiduus, ciuis sanctorum, complantatus a uirtutibus.

a Complantatus est.] *In vulgatis erat,* angelorum complantatus, *quæ vox abest a multis manuscriptis, & ab originali.*

Idem in Hexameron, lib. 6. c. 7.

C. XXXV.

ILla anima[n] a Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremq; pietatis. Illa anima bene picta est, in qua elucet[o] diuinæ operationis effigies. Illa anima bene picta est: in qua est splendor gloriæ & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est. Secundum hanc imaginem[p] Adam ante peccatum [depictus † fuit:] sed vbi lapsus est, deposuit imaginem cœlestis, sumpsit terrestris effigiem.

† absunt ab ori.

ginem Dei appellat virtutes, quibus homo Deum imitatur. [Stola.] Alludit historiæ de prodigo filio: cui s. pater iussit dari primam stolam s. vestem charitatis & iustitiæ, quam per peccatum amiserat. quæ historia habet. vt sup. 37 dist. c. legimus, § hinc etiam. Sequentia tria c plana sunt, scilicet, [princeps. quãdo primus.] Cõ-

a SApiens.]Hæc sunt, scilicet virtutes.
b ¶ Quæ nemo.]su. 32.q.5.de pudicitia.
c ¶ Nudus.]à virtutibus.

xit filiam Ietro:ex qua suscepit duos filios.
i ¶ De libro.]Scilicet vitæ præsentis. Vel dic vt supra 45.dist.disciplina.

a ¶ Se.

Idem de fuga seculi, c.4.

C. XXXVI.

SImilem Dei esse, est habere iustitiam, habere sapientiā; & in virtute esse perfectum.

Idem libro secundo de Iacob, & vita beata, c.5.

C. XXXVII.

SApiens [a] nunquam inanis est; semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: [Iustitiā induebam, & vestiebam iudicium.]sicut dixit Iob. Namque hęc mentis sunt interna velamina; quæ nemo [b] alius potest auferre, nisi cum aliquem sua culpa despoliat. Denique sic despoliatus Adam nudus [c] inuentus est. Iob 27.

Idem in libro de Isaac, & anima, c.5.

C. XXXVIII.

SEd nec Adam primus [a] [d] nudus erat; quando eum innocentia vestiebat.

a ¶ Primus.]*In originali est*, primo, *Sed ob glossam non est mutatum. Vox autem* homo. *quæ in vulgatis sequebatur, ab est etiam à multis manuscriptis.*

Idem in libro de paradiso, c.13.

C. XXXIX.

VT † cognouerunt, quòd nudi essent.]Et ante quidē nudi erant: sed non sine virtutum integumentis. † Ex orig. Gen.3.

Opponitur [e] etiam illud, quod omnis clamat [f] auctoritas, si sic permanisisset, vt erat ante peccatum; esset trāslatus in gloriā, quā habituri sunt sancti: sed nemo adultus sine charitate intrat: charitatem ergo habebat. ¶ Item opponitur de Moyse, cuius fidem Apostolus in epistola sua ad Hebræos commendans, dignis præconiis eius merita prædicauit dum se negauit esse filium filiæ Pharaonis [g], malens affligi cum fratribus, quàm perfrui iucunditate temporalis palatij: dum fratri compatiens, Aegyptium sabulo obruit: dum veritus animositatem regis, Aegyptū reliquit [h], dum diuino vallatus auxilio, regis furorem contempsit; atque in virtute signorum populū de Aegypto eduxit. Quæ omnia quibus laudibus sunt efferenda, si tunc charitas in eo non erat: cum non habeat aliquid uiriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis? Quomodo autem charitatem non habebat, cui Dominus facie ad faciem loquebatur; sicut homo solet loqui cum amico suo? Quomodo charitatem nō habebat: qui pro populo supplicans dicebat: [Aut dimitte eis noxā hanc: aut me dele de libro [i] tuo?]An nō proximū diligebat, qui pro populo se obiiciens, illū ab interitu liberauit? An non diligebat Deū, qui pro eo in uituli cultores desæuiēs, ipsius uituli caput in puluerē comminuit: atq; ut in secessum proiiceretur, aqua mistum Israelitis bibendum dedit, nonnullos ex eius cultoribus gladio feriri præcipiens, ut populum, cuius erat interitus maior futurus, reconciliaret Deo? An non charitatem habebat, de cuius spiritu Dominus accepit, &

Heb.11
Exod.2.
B Greg. homilia 27.
Exod.33.
Exod.32.
Num. 16.
Exod.33.

d SEd nec Adam primus.]aliàs, prius est, id est, in primo statu suo.

VT cognouerūt.] OPPONITVR CASVS. Sicut Gratian⁹ opponit ad id quod dictum est supra in princ. in illo §.[Item sine charitate.]vbi dicit, quod non hēt charitatem qui postea peccaturus est criminaliter, quod ostendit esse falsum exēplo Adę, Moysi, & Aaron, & Dauid, qui habuerunt charitatem; sicut in litera probat: tamen postea amissa charitate peccauerunt mortaliter. ita ponitur casus iste, licet videatur valde prolixus. Vel potest dici, ꝙ opponit contra hoc, ꝙ charitas semel habita deseri non potest. [Si sic ꝑmansisset.] Adam: quod postea dicit. [De cuius spiritu s. scientia, & gratia, faciendo eos prudētes.] Ad aquas contradictionis: quia etiam electi desperauerunt de potentia Dei quasi contradicentes promittenti. Et ad hoc inducit sequentia cap.

e ¶ Opponitur.]Cōtra id scilicet quòd charitas semel habita deseri non pōt.

f ¶ Omnis clamat.] .i. nulla negat. nam clamare dicitur ex quo nō cōtradicit, argum. ff. de vsufru. ac.l.1.§ vlt. vel omnis, qui loquitur de hac materia. si 1.di. omnes leges. aliàs 2. quæstio. 1. omnes leges.

g ¶ Filiæ Pharaonis.] scilicet Thermoth, ꝗ Moysen de fiscella scirpea, ī qua mater illum exposuerat suscipiens, eum nutriri fecit, & tandem eum adoptauit in filium. vt in apologo inuenitur.

Moysen filia Pharaonis in filium adoptauit.

h ¶ Reliquit.]Et fugiens per desertū in terram Madian, du-

Num. 11. super septuaginta [a] seniores [b] Israel preposuit? Qui tamen
ad aquas contradictionis de Dei potentia, siue de eius be-
nignitate dubitans, cum cætera certa fide promisisset, pro-
ducturus aquam de petra, diffidenter exercuit dicens: [Nũ
Num. 20. quid de petra hac potero vobis educere aquam?] Quod nul
li leue videatur [c], cum in pœnam delicti eius, sibi, & Aa-
ron à Domino dictum sit: [Quia non exaudistis vocem
meam, vt glorificaretis me coram filiis Israel, non intro-
Exo. 4. ducetis populum hunc in terram, quam dedi eis.] An cha
ritatem non habebat Aaron, quando fratri coadiutor [d] da-
tus est, vt esset os eius [e] ad populum, vt per eũ signa fierent
Num. 23. in Aegypto? Qui tamen in cultura vituli postea consen-
sum [f] populo adhibuit. An charitatem non hẽbat quando
ex omni multitudine filiorum Israel solus à Domino ele
ctus [g] est, vt pontificatu ante eum fungeretur? Si charitatẽ
non habebãt, bonus non erat: Si aũt bonus non erat, cur p̄
Num: 16. cæteris à Domino in Pontificem electus est? An charita
tem non habebat, quando pro populo cũ thuribulo incẽdio
se opposuit [h], & irã Dei placauit? Ei tamen, vt præmissũ
est, ad aquas contradictionis iram Domini aduersũ se po-
stea prouocauit. Nunquid ẽt Dauid charitatẽ non habuit,
super quem spiritus Domini à die vnctionis directus est?
1. Reg. 16. An forte dicitur esse directus super eum, vt ex tunc gra-
tiam prophetandi [i] haberet, non vt ex eo gratiã diuinę dile
Act. 13. ctionis acciperet? Quod absurdũ plane videtur de eo senti
1. Reg. 24. re, de quo Dominus ait. [Inueni, hominem secundum cor
meum.] Quõ etiam charitatem non habebat, qui quęrenti
animam suã pepercit? qui oram clamydis eius præcidit [k],
postea cor suum grauiter percussit clamans: [Quem perse
queris rex Israel, canem mortuum, & culicem vnũ?] Quo
2. Reg. 1. modo charitatem nõ habebat, qui mortem inimici sui tam
grauissime tulit? Quomodo charitatem non habebat, qui
2. Reg. 23. aquam de cisterna Bethlehem suorum periculo sibi obla-
tam non bibit [l], sed coram Domino libauit? Quomodo cha
ritatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul, eo ꝙ
ante arcam Domini citharam, & psalterium percutiens
saltasset, ait: [Ludam, & vilior [m] fiam in oculis meis?].
Psal. 7. Si charitatem non habebat, qua conscientia securus im-
Psal. 35. precabatur sibi ipsi dicens; [Si reddidi retribuentibus mi
hi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis?] Si cha-
ritatem non habebat, qua temeritate iuste se iudicari ro-
gabat, dicens; [Iudica me [n] Deus secundum iustitiam
Psal. 25. meam, & secundum innocentiam meam super me?]
2. Reg. 11. Idem: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia
mea ingressus sum?] Et tamen post tot, & innumera alia
diuinæ, & supernæ dilectionis indicia, quàm grauiter dẽ-
liquerit, nullus ignorat, qui Bethsabeæ [o] adulterium, & Vriæ homicidiũ au-
diuit: Cuius pœnitentiam si sine charitate Domino obtulit, veram cordis cõ-
tritionem non habuit. Quomodo ergo sacrificium cordis contriti, & spiritus
1. Reg. 11. cõtribulati Domino promittere audebat, dicẽs: [Si voluisses sacrificium, de-
Psal. 50. dissem utique: holocaustũ non delectaberis. Sacrificiũ Deo spiritus contribu
latus? &c.] Deniq; cum falsæ pęnitentiæ nulli à Deo promittatur remissio,
quomodo à propheta [p] audire meruit, (Dimissũ est tibi peccatum tuum.) si
2. Reg. 12 veram cordis contritionem non habuit? Euidenter itaque apparet cum

a ¶ Septuaginta.] Supra 84. d. porro.
b ¶ Seniores.] Faciẽdo eos prudentes, & peritos ad similitudinem Moysi, nõ autem de spiritu eius aliquid subtrahẽdo, vt scirent regere populum, cum Moyses iam solus non sufficeret.
c ¶ Videatur.] Scilicet hoc peccatum. 33 quæst. 4. §. cum superna.
d ¶ Coadiutor.] Cũ Moyses esset aliquã tulum impeditæ linguæ.
e ¶ Os eius.] Loquẽdo pro Moyse.
f ¶ Consensum.] Supra 50 dist. §. si post. § e contra.
g ¶ Electus.] Sup. 95. dist. esto.
h ¶ Opposuit.] Succenso Chore cum familia sua. 7. quæst. 1. denique.
i ¶ Prophetãdi.] Nõ est sufficiens probatio, quòd charitatẽ ideo habuerit. nam & Saul prophetauit, vt supra 1. q. 1. prophetauit.
k ¶ Precidit.] Sup. 2. q. 7. cap. plerumque. § de his.
l ¶ Non bibit.] Supr. dist. 41. delicie.
m ¶ Et vilior.] Idest, humilior.
n ¶ Iudica me.] Secundum iustitiam: ergo sciebat se charitatem habere. & bene potest ex reuelatione: aliter non crederem vnde Apostolus: Nihil mihi conscius sum, &c. 1. dist. 3 §. adhuc. vec. non enim.
o ¶ Bethsabeæ.] Sup. dist. 50 cap. si post. § econtra.
p ¶ A propheta.] Scilicet Nathan.

Saul prophetauit.

Charitatem se habere an possit aliquis cognoscere.

FVGERAT SANCTVS. CASVS. Primo ponuntur verba Ambrosij, quæ probant, quòd Dauid charitatem habebat cum fugit à facie Saulis. Postea dicit Gratianus, quòd Dauid charitatem habebat, & postea peccauit in dinumeratione populi. Postea dicit, quod secundum illam sententiã, quę dicit, quod charitas non potest amitti, & quod nunquã habuit charitatẽ qui criminaliter peccat veram remissionem peccatorum in baptismo nõ fuit consecutus, qui postea criminaliter peccauit: siue fuerit adultus siue infans, qui ad baptisma accessit: & licet huic sententiæ Iouiniani videatur alludere quod legitur in epistola Ioannis: Qui natus, &c. sententia tamen illa est veritati aduersa, vt ostendit Hieronymus in sequenti capitulo. Et no quod secundum Hu. ibi incipiunt verba Gratiani, [cui sine charitate.] [Generatio.] Id est, gratia [Quã. ũ.] Id est, quantumcunque. Historia autem Dauid habetur sup. 8. q. 4. ecclesia. §. item Dauid.

a [Populi] Sup. 24. q. 1. non afferamus.
b [Pœna.] Su. 1. q. 4. ecclesia. §. itẽ Dauid.
c [Sententiam] Id est, opinionẽ, quæ asserit, quod qui peccaturus est, nũquam habuit charitatẽ, vt in principio huius dist.
d [Renatus.] Hoc bene soluit magister in fine.
e [Sed generatio] Id est, Deus regenerans.

tunc charitatem habuisse, & ex charitate sacrificium cordis contriti, & spiritus contribulati Domino obtulisse: alioqui temerarie postulasset: [Auerte faciem tuam à peccatis meis,] & cætera quæ in eodem psalmo continentur, nisi odium mali, & dilectio boni ad humilitatem pœnitentiæ illum prouocasset. De quo etiam sanctus Ambrosius in libro de Isaac, cap. 3. scribit dicens. [Fugerat sanctus Dauid odia Saul regis, non relinquens terras, sed declinans contagia regis immitis, & superbi: quia mens eius adhærebat Deo, cui sine charitate nullus adultus adhærere potest. Et tamen, quàm grauiter in populi [a] dinumeratione postea deliquerit, ipsius delicti pœna [b] indicauit. Item secundum hanc sententiam [c], qui criminaliter deliquerit, veram peccatorum remissionem in baptismo consecutus non est, siue in annis infantiæ, siue adultus ad baptismum accessit: quia Dei amorem non habuit, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam: atque ita secundum hæresim Iouiniani, si vere ex aqua, & spiritu sancto quis renatus [d] fuerit, vlterius criminaliter peccare non potest: vel si criminaliter peccat, aqua tantum, non spiritu probatur esse renatus. Cui sententiæ illud epistolę Ioannis consentire videtur: [Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius manet in eo & non potest peccare, quia ex Deo natus est. In hoc enim manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli.] Et in fine epistolę: [Omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio [e] Dei conseruat eum: & malignus non tangit eum.] Verum hæc auctoritas Apostoli, quantum illi sententiæ faueat, atque illa secta erroris quantum veritati sit aduersa, Hieronymus ostendit scribens contra Iouinianum, libro 2. in principio.

Ps. 50.

Mutatis verbis, sed incolumi sententia.

Sent. 3 dist. 30.
2. Reg. 24. & Paralip. 21.

1. Io. 3.

C. XL.

SI enim [f], inquit, omnis, qui natus est ex Deo nõ peccat, & à diabolo tentari nõ potest; quo præcipit, vt caueãt, ne tententur; dicens: [Filioli custodite vos à simulachris:] & in eadem rursus epistola: [Si dixerimus, quia pecca-

Omissis aliquot verbis.
1. Io. 5.
1. Ioan. 1.

SI n. inquit.] CASVS. Hoc est cap. Hier. scribẽtis cõtra Iouinianum hæreticum: & protenditur vsque ad § sequentem [euidenter.] Et primo opponit Iouiniano ducendo eum ad inconueniens: & ostendendo quod verba Ioannis intelligenda sunt per comparationem. Hu. igitur casum illius c. sic ponit. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Hier. quod illa auctoritas Ioannis. Omnis qui natus est ex Deo, non peccat: nõ ita intelligẽda est quod postquã aliqs recepit gratiã, & habuit charitatem, peccare non possit. si enim sic intelligeret, sibi contradiceret sibi Ioannes, qui baptizatus dicebat baptizatis. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Est ergo sic itelligẽda illa auctoritas. [Qui nat^9 est ex Deo.] i. qui recipit gratiã Dei nõ peccat, donec pseuerat in ea. In secunda parte procedit circa eadẽ verba Ioãnis, & auctoritate Iob & Pauli, & exẽplo Petri pbatur quod quilibet põt peccare, & inducit & auctoritatem Iacobi, per quam probat, quod boni possunt peccare. In tertia parte illud idẽ ostendit exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, & quorundam aliorũ, qui peccauerunt mortaliter, licet primo habuerent charitatẽ, quod et in Angelis contingit. Secunda pars ibi. [Et beatus Iob.] Tertiã ibi Dauid elect^9. [Ille,] s. Ioãnes [Aduersarius. s. Iouinianus. [Nihil,] s. peccati. [Peccatum fecit] i. hostiam pro peccato, vel similitudinem peccati, quia similis fuit peccatoribus. [Soluit.] s. Paulus [Reuera.] verba Hierony. [Nõ est volentis.] i. ipsum currere. [Ad calcem.] Id est, finem vel perfectionẽ. [Nouam imperitiæ functionẽ.] Id est, nouam & perniciosam adinuentionem. similiter verba sunt Hieronymi [In lumbis,] quantum ad viros. (super vmbilicum.) Quantum ad mulieres (Partitionem) Id est, disputationem, quam cum Iouiniano habebat.

f [Si enim.] primo opponit Iouiniano, ducendo eum ad inconueniens. tandem ostensurus qualiter verba Ioannis sunt intelligenda per compositionem. Hug.

CA-

CASVS. Primo ostendit Hieronymus, quod illa auctoritas Ioannis: omnis qui natus est ex Deo, non peccat, nō ita intelligenda est, quod postquam aliquis recepit gratiam, & habuit charitatem, peccare non possit: si enim sic intelligeretur, ergo contradiceret sibi Ioannes, qui bapti-

Deus verax, omnis autem homo mendax.

c ¶ Et verbum eius.] Scilicet Christi, qui veritas est, vt infra eod. cap. ver. qui dicit.

d ¶ Baptizatus.] Similiter de alijs Apostolis dicendum quòd fuerint Baptizati. arg. de consec. dist. 4. cap. quando & cap. si eos.

tum[a], non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus, quia non peccauimus, mendacē[b] facimus eum, & verbum eius [c] non est in nobis.] Existimo, quòd Ioannes baptizatus [d] ad baptizatos scripserit, & quòd omne peccatum à diabolo [e] fit. Ille peccatorem se confitetur, & sperat remissionem, post baptisma, peccatorum. Et Iouinianus meus dicit: [Ne tangas me, quoniā mundus sum.] Quid ergo? contraria sibi Apostolus loquitur? minime[f]. In eodem quippe loco, cur hoc dixerit, statim edisserit: [Filioli mei hęc scribo vobis, vt non peccetis[g]: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum †: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi[h]. Et in hoc scimus, quòd cognouimus[i] eum, si mandata eius obseruemus. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in eo veritas non est. Qui autem seruat uerbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta est. In hoc scimus, quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] Propterea, inquit, scribo vobis filioli mei omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, vt non peccetis[k], & tamdiu sciatis vos in generatione Domini permanere, quamdiu non peccaueritis[l]: immo[m], qui in generatione Domini perseuerant, peccare non possunt[n]. Quę enim communicatio luci, & tenebris; Christo, & Belial? Quomodo dies, & nox misceri nequeunt; sic nec iustitia, & iniquitas; peccatum, & bona opera; Christus, & Antichristus. Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus, & per peccati ianuam[o] ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde & Dauid[p] post peccatum: [Redde mihi, ait, lætitiam salutaris tui.] scilicet, quam

e ¶ A diabolo.] Saltem per imitationē, non per suggestionē, quòd ipse scilicet sit auctor omnis peccati mortalis. cum multa interius eo ignorante committantur mortalia, vnde Aug. Diabolus non est immissor malorum cogitationum, sed incensor. 16. q. 4 ca. vlt. Vel dicitur hoc habito respectu ad initium primi peccati, quod eo suggerente factum est. & vnde omne peccatum propagatū est, hoc, nisi sic exponeres, cōtradiceret illud psalmistę: Ab occultis meis, &c. Et illud incensa igni & suffossa, &c. inf eo c. ver. quāquā.

f ¶ Minime.] Quia in diuina pagina contrarietas vera non inuenitur. 23 q. [illegible] quid ergo. 28. q 1. sic enim sup. e d. c. perniciose.

g ¶ Non peccetis.] Dicendo s. non peccauimus.

ADDITIO. Quasi dicat, ne malam securitatem assumatis dicēdo, vos esse sine peccato: secundum Hu.

h ¶ Totius mundi.] Etiam infideliū: quia ecclesia bene orat pro infidelibus. argume. supra ead. distinctio. in cap. charitas est. vers. item proximos. non tamen pro iam mortuis. 13. q 2. non existimemus.

Diabolus an sit auctor omnis peccati.

1. Ioan. 2.

† Adde Alber. de Ro. n. l. 1. C. de suffrag. in q. an officium adu. de iure diuino sit licitum & meritorium: vbi ostendit Saluatorem nostrum sæpius vium fuisse officio aduocationis.

2. Cor. 6.

Ecclesia pro infidelibus orat.

Psal. 50

baptizatus dicebat, baptizatis: dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Intelligenda est ergo sic illa auctoritas, qui natus est ex Deo, id est, qui recepit gratiam Dei, non peccat, scilicet donec perseuerat in ea. Secundo procedit circa ea verba Ioannis, & auctoritatem Ioannis & Pauli probātium quòd quilibet peccare potest, inducit etiam auctoritatem Iacobi, & probat etiam quòd boni peccare possint. Vltimo ostendit illud idem exemplo Dauid, Salomonis, & Iesu filij Iosedech, qui peccauerunt mortaliter, licet primo haberent charitatem. quod etiam in Angelis cōtingit.

a ¶ Peccatum.] Saltem veniale, & alibi, Cum omnia feceritis: dicite, quia inutiles serui sumus. & Greg. væ iusto si remota misericordia à Deo iudicetur arg. supra. dist. 1. quem pęnitet.

b ¶ Mendacem.] Ipse enim dixit omnem hominem peccatorem. cum dixit per prophetam, Omnis homo mendax. & Paulus in epistola ad Romanos. Est autem

i ¶ Cognouimus.] Id est, dileximus.

K ¶ Non peccetis.] Mortaliter. aliàs contrarium esset ei quod dixi supra, si dixerimus quia peccatum, &c.

l ¶ Peccaueritis.] Hactenus sunt verba Ioannis: quę sequuntur, sunt verba Hieronymi.

m ¶ Immo.] Hic aperit Hieronymus qualiter verba siue dicta Ioannis sunt intelligenda per compositionem, scilicet vt quis dum moratur in sanctitate percepta & generatione Dei, quòd peccet mortaliter, est impossibile.

n ¶ Non possunt.] Coniunctim intellige, scilicet permanentes in charitate 33 q 1. cum renunciatur, supra dist. 50 considerandum.

o ¶ Ianuam.] Dicit Aug. quod ille duæ sunt portæ, quibus intrant diabolus. s. cupiditas, & timor. per easdem econtrario intrat Deus, istis sunt aperiendæ, ill. claudendæ. infra dist. 7. c. 2. & 3

p ¶ Vnde Dauid.] Illud non continuatur proximo, sed superiori, si susceperimus, &c.

Diabolus intrat in homines per duas portas

a ¶ Mendax.] Saltem opere. 11.q.3. existimant, 22.q 5. cauere.
b ¶ Via.] In exemplo via non errans.
ADDITIO. Vel dic via, per quam itur. Hug.
c ¶ Veritas.] In promisso veritas non fallens. 1.
d ¶ Vita.] In præmio vita non moriens.
e ¶ Peccatum est.] Magis quam si nesciret, non ideo tamen excusaretur. 23. q 4. ea vindicta.
f ¶ Sic & fides.] Sup. 1.q.1 fertur. & c. sicut vigeri.
g ¶ Nosse.] Sup. 24.q. 1 didicimus.
h ¶ Dæmones.] Cum credere bonum sit opus. & collige contra multorum opinionē diabolum bonum operari. Vnde in epistola ad Corinthios ibi, [Alij discretio spirituum.] vbi dicitur quòd & diabolus agit bona seductorie, supra 1. distin. potest.
i ¶ Credant.] Fide sed quia non diligūt fide illa non merentur.

ELIGAT. Hæc est quarta pars distinctionis, in qua probat per sex auctoritates, quod nullus est sine peccato, nec infans vnius diei, & hoc probat primo per Iacobū. Secūdo per Dauid. Tertio per Iob. Quarto per Ioānem. Quinto per Petrū. Sexto per Paulum. Io. de Fant.
k ¶ Si autem.] Supple non manet.
ADDITIO. Hæc gl. procedit sine hoc subaudito, non habet locum, si hoc est in textu.
l ¶ Peccatum.] Idest, hostiam pro peccato. nam antiqui peccata dicebant sacrificia pro peccatis. Vel peccatum, idest, Christum habentem similitudinem carnis peccati, idest, mortalem, & similem carni peccatrici. Vel peccatum, idest, peccatorum puniri pœna.
l ¶ Peccatum.] Aliàs peccatum fecit se Deus, id est, peccati pœnam pertulit. Vnde illud: Peccata nostra ipse portauit.
m ¶ Epistolam.] In tertio capitulo.
n ¶ Nec infans.] infra. ead. dist. 3. cap. adhuc instant.
o ¶ Si fuero iustus.] Id est, si dixero me esse iustum. id est, sine peccato.
p ¶ Impia.] Vt enim dicit scriptura perfectus est vir, qui lingua non offendit.
ADDITIO. Ideo lingua nostra circumcidenda est: quia dicit Salomon in Prouer. In manibus linguæ vita & mors. vnde est circumcidenda per cultellum discretionis. Arch.

Vel dic veritas: ad quā itur H. vel dic via. Imitantibus me, veritas diligentibus me: vita viuentibus; in finē perseuerātibus in me, secundum Hug.

Diabolus bonum operatur.

peccando amiserat. [Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax[a] est, & in eo veritas non est.] Christus veritas appellatur: [Ego sum, inquit, via[b], & veritas[c], [& † vita[d].] Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata nō facimus; [Scienti bonum, & non facienti illud, peccatum est.[e] Quomodo corpus sine spiritu mortuum est: sic & fides[f] sine operibus mortua est.] Nec grāde putemus vnum Deum nosse[g], cum & dæmones[h] credant[i], & contremiscant. [Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.] 4 ¶ Eligat aduersarius è duobus, quod vult: optionem enim damus: manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem[k] temerarium est similitudinem virtutum Domini pollicere; non manent in Christo, quia non ingreditur, vt Christus. Ille peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic non aperuit os suum, ad quem venit princeps mundi istius, & inuenit in eo nihil; qui cum peccatum nō fecisset, pro nobis peccatum[l], eum fecit Deus. Nos autem iuxta epistolam[m] Iacobi multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec infans †[n], si vnius quidem diei fuerit vita eius. Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse à peccatis? tenemurque rei in similitudinem præuaricationis Adæ. Vnde & Dauid: [Ecce, ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea.] Et beatus Iob: [Si fuero iustus[o], os meum impia[p] loquetur: & si sine crimine[q], prauus inueniar: & si purificatus in niue, & lotus mundis manibus, satis me sorde tinxisti[r], & execratum est me vestimentum[s] meum.] Verum, ne penitus desperemus, arbitrantes nos post peccata baptismi non posse saluari, statim hoc ipsum temperat: [Et si quis peccauerit[t], aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.] Hoc ad credentes post baptismo loquitur: & aduocatum pro delictis eorum Dominum pollicetur. Nec dicit, si quid peccaueritis, aduocatum habetis apud patrem, Christum; & ipse est propitiatio pro peccatis vestris, ne eos diceres non plena fide baptisma consecutos: sed: [aduocatum, inquit, habemus apud patrem, Iesum Christum: ipse est propitiatio pro peccatis nostris,] & non solum pro Ioānis, illorumq; peccatis, sed etiā: pro totius mundi.] In toto autem

Io. ibidem
† absunt a B. Hieronymo.
Ioan. ibidem
1. Pet 2.
Ioan. 14
2. Cor. 5.
Iac. 5
Iob 14. ex 70.
† abest ab orig.
Prou. 20
Rom. 5.
Ps. 50.
Iob 9. ex 70. quibusdam omissis.
Ioan. ibid.

q ¶ Et si sine crimine.] i. si dixero me sine crimine &c.
r ¶ Tinxisti.] Id est, tingi, permisisti, permittendo me hoc dicere, o tu Deus.
s ¶ Vestimentum.] Id est, corpus: quod ideo dicitur vestimentum: quia vestit animam. 35. dist. c. 6.
t ¶ Peccauerit.] Non excludēdo se, sed se eis connumerat, & hoc est quod sequitur sed aduocatum habemus. &c.

Corpus est animæ vestimentum.

a ¶ Um-

a ¶ Omnesque.] Supra dist. 10. si Romanorum.
b ¶ Vt cribraret) Id est, vt diuersis pœnis affigeret, vt effectis palea. id est, mali. sed cribrati estis sicut triticum id est, purgati sicut in area recedit palea, & remanet triticũ. vnde illud, vt, consecutiuum est hic. simi. 1. q. 1. be-

tatem futuram iam spe gustauerunt.
l ¶ Et prolapsi.] Grauiter peccando.
m ¶ Renouati.) Per baptismum, nõ per pęnitentiam: negat iterationem baptismi, sed non negat pęnitentiã: quia impossibile est natos ad pęnitentiã, qui semel hoc acceperunt, rursus renouerari, idest, baptizari: renouari enim est nouum fieri, nouum autem facere lauare est extr. de reg. iu. c. omnis res.
n ¶ Iterum.) Renouari ad recuperandum iustitiam. & eos dico si baptizentur.
o ¶ Ad pœnitentiã.) id est, ne sic pęnitentię quasi dicat, non potest quis rebaptizari, vt sic veram agat pęnitentiam: & si fecerit, rursus crucifiget Christũ quantũ in ipso est. baptismus enim Christi passionem significet. iũ. de consec. d. 4 proprie. Vel ideo dicit. Rursus crucifigentes Christum: quia sicut impossibile ẽ quod rursus crucifigatur, ita impossibile est quod rursus baptizetur in pęnitentia. Vel dic, vt in gl. quantum. &c.
p ¶ Sibimetipsis.) Id est, quantum ad seipsos, quia mors Christi vnũ baptisma cõsecrauit, quod sufficit ad oĩa peccata delẽda, sicut & illa mors sufficit ad oĩa peccata tollenda, qui vero iterat baptismũ quasi illa mors vna & vnũ ex ea non sufficiat, iterat baptisma, & mortem Christi quantũ in se est, vel iterandam insinuat, vt ex ea iterata fiat remissio peccati: quod est impossibile. Sicut enim impossibile est iterum Christũ crucifigi, ita & secundo per baptismum aliquẽ mori peccatis.

Baptismus passionem Christi significat.

Mors Christi sufficit ad oĩa peccata delẽda.

mundo & Apostoli sunt, omnesque [a] credentes. Ex quibus liquido comprobatur post baptisma posse peccari. Frustra enim habemus aduocatum Iesum Christum, si peccari non potest. Petrus apostolus, ad quem dictum fuerat: [Qui lotus est, nõ necesse habet, vt iterum lauet.] & [Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiã meam.] ab ancilla perterritus negat. Et ipse Dominus: [Simon, Simon, ecce inquit; satanas postulauit vos, vt cribraret [b] sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ne deficeret [c] fides tua] *& infra*. ¶ Si non peccamus post baptisma, cur nobis poscimus peccata dimitti, quæ in baptismate iam sunt dimissa? Quid oramus, ne intremus in tentationem, & vt liberemur à malo, si diabolus tentare non potest iam baptizatos? Aliud [d] autem est, si ad catechumenos hæc oratio pertinet [e], & non conuenit fidelibus, & Christianis. Paulus electionis vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne alijs prędicans, ipse reprobus inueniatur. *& infra*. ¶ Ad Hebræos quoque scribens ait: [Impossibile est enim eos, qui semel sũt illuminati [f], & gustauerunt [g] donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti [h], gustaueruntque nihilo minus bonum Dei verbum [i], virtutesque [k] sæculi futuri, & prolapsi [l], sunt renouati [m] iterum [n] ad pœnitentiam [o], rursus crucifigentes sibimetipsis [p] filium Dei & ostentui habentes.] Certe eos, qui illuminati sunt, & gustauerunt Dei donum cęleste, & participes facti sunt spiritus sancti, gustaueruntque bonum Dei verbum; negare non possumus baptizatos. Si autem baptizati peccare non possunt; quomodo nunc Apostolus dicit: [Et prolapsi sunt.] Verum ne Montanus, & Nouatus hic rideant [q], qui contendunt non posse renouari per pœnitentiam eos, qui crucifixerunt sibimet filium Dei, & ostentui habuerunt; consequenter hunc errorem soluit, & ait. Cõfidimus autem de vobis dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur [r]. Non enim iniustus [s] est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis [t] in nomine ipsius [u], qui ministrastis [x] sanctis suis, & nunc ministratis.) Et reuera grandis iniustitia Dei, si tantum peccata puniret, & bona opera non

Io. 13.
Matth. 16.
Luc. 22.
Matth. 6.
1. Cor. 9.
Heb. 6.

De Montani sectatoribus, vide eundẽ in epist. ad Marcellam.

Ecclesia tota deficere non potest. Petrus non dicitur cecidisse, qui statim surrexit.

1. benedictio & c seq. B.
c ¶ Deficeret.] s. finaliter. Vel loquitur ad Petrũ in persona ecclesiæ, quæ tota non potest deficere. Vel non dicitur Petrus cecidisse: quia statim surrexit. argu. extra de verb. sign. nam & ego.
d ¶ Aliud.] Inconueniens est. & hoc probat statim.
e ¶ Pertinet.] Hoc dicebant hæretici.
f ¶ Illuminati.] Per baptismum & fidem.
g ¶ Et gustauerunt.] Id est, remissionem peccatorum quasi gustum suauem perceperunt in baptismo.
h ¶ Spiritus sancti.] Id est, diuersorum bonorum spiritus sancti, de quibus exponitur 30. q. 1. peruenit.
i ¶ Verbum.) Id est, Euangelicam doctrinam.
K ¶ Virtutesque.) Id est, immortalitatem & impassibi-

q ¶ Rideant.) Id est, derideant nos.
r ¶ Loquimur) Dure scilicet terrendo & increpando, quasi dicat, non diximus hoc putando vos esse tales, scilicet spinis plenos: sed timentes ne tales efficiamini, terremus vos verbis.
¶ Iniustus) Quasi dicat, ideo confido de vobis, qui olim bona multa operati estis, pro quibus si pęnitueritis de malis, benefaciet vobis Deus. & hoc est, non est, &c. vt sup. ea dist. § hoc itaque c. non est.
t ¶ Ostendistis) i. ex quo primo bona fecistis opera.
u ¶ Ipsius.) Id est, ad honorem Dei, & recte dixit, operis: quia ministrastis. &c. Hug.
x ¶ Ministrastis.) Hic argu. quod de bonis loquitur post peccatum exhibitis.

a ¶ Desperationis.] Quasi dicat nolo vos desperare de venia: ideo ita locutus sum, vt metu desperationis (qui plerumque retrahit à peccato) vos facerem cautiores.

Metus desperationis plerumque retrahit à peccato.

b ¶ Iustitiæ.] Quia non est tam crudelis Deus, & c. sup. ead. dist. non est.

u ¶ Fontes.] Non lauantes, sed coinquinantes sup. 2. q. 7. secuti sunt.

x ¶ Et nebulę.] Dęmonum, & dicuntur nebulæ: quasi alios obseruantes. 17 dist. vlt.

y ¶ Superbia.] Id est, superba vanitate loquentes.

z ¶ Pol-

c ¶ Exhibetis.] Hic arg. q. loquitur de bonis exhibitis post peccatum

d ¶ Necessitas] Arg. q. ipsa do non meret contine[n]do, nec pauper parcè viuendo, cum ex necessitate hoc faciat. 33. q. 5. tunc salnabitur. su. 23 q. 4. Nabuchodonosor.

Pauper parce viuendo non meret.

e ¶ Nec corona.] Si Deus ad partē nos totaliter cogeret vnā: Tunc nihil afferret gratia. vel meritum 23. q. 6. §. vlt. versus. principium.

f ¶ Ad calcem.] Id est, præmium bonorum operum, vel ad vitam æternam Vel calcem, id est, finē: quia extrema pars hominis est calx

Calx qualiter sumitur.

g ¶ Incentiua.] Id est, seminaria ar. 15. q. 1. non est. quia de corde prodeūt malę cogitationes quas diabolus ad consensum & opus pducit vt su. ea iter hęc scienedum, & c. sicut.

h ¶ Fœnum, ligna, stipulā.] Venialia, scilicet leuia, grauia grauissima, vt 25 distī. c. vnū. §. criminis.

i ¶ Incendium.] Delectationis cōsensus & operis.

K ¶ Secura] Non enim est quis tā perfectus quin cadere possit, & hoc etiam ostendit dicens: Sedet. &c.

l ¶ In occultis.] Id est in ambiguis. vnde non facile intelligitur quid sit appetendū, vel quid non.

m ¶ Fili accedens.] extra de renunciatio. nisi.

susciperet. Ita locutus sum, inquit Apostolus, vt vos à peccatis retraherem, & desperationis [a] metu facerem cautiores. Cæterum confido de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis. Neque enim iustitiæ [b] Dei est, vt obliuiscatur bonorum operum, & ministerij, quod propter nomen eius exhibuistis, & exhibetis [c] in sanctos, & tantum meminerit peccatorum. *& paulo post.* ¶ Liberi arbitrij nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin, vbi necessitas [d] est, nec damnatio, nec corona [e] est. Sicut in bonis operibus perfector est Deus (non est enim volentis, neque currentis, sed miserentis, & adiuuantis Dei, vt peruenire valeamus ad calcem [f]) sic in malis, atq; peccatis semina nostra sunt incentiua [g], & perfectio diaboli. Cum viderit nos super fundamentum Christi ædificare fœnum, ligna, stipulam [h]: tunc supponit incendium [i]. Aedificemus ergo aurum, argentum, lapides pretiosos; & tentare non audebit. Quamquam & in hoc non sit certa, & secura [k] possessio. Sedet quippe Leo in insidijs, & in occultis [l], vt interficiat innocentem: & vasa figuli probat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Et in alio loco scribitur: (Fili accedens [m] ad seruitutem Dei præpara te ad tentationem.) Rursus idem [n] Iacobus loquitur. (Estote factores verbi, & non auditores tantum. Si quis auditor est verbi: & non factor; iste similis est viro, qui considerat vultum [o] natiuitatis suæ in speculo; considerauit illum, & statim recedens, oblitus est qualis sit.) Frustra monuit, ut iungerent opera fidei, si post baptisma peccare non poterant. (Qui totam legem, inquit seruauerit, & peccauerit in vno; factus est omniū reus [p].) Quis nostrum absque peccato [q]? conclusit Deus omnia [r] sub delicto, vt omnibus misereatur. Petrus quoque. (Nouit, inquit, Dominus pios de tentatione [s] eruere.) Et de falsis doctoribus: (Hi sunt [t] fontes [u] sine aqua, & nebulę [x] turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarū reseruatur. Superbia † [y] enim vanitatis loquentes pellicient [z] in desiderijs carnis luxuriæ eos, qui paululum effugerāt [a], & ad errorem reuersi sunt.) Nonne tibi videtur pinxisse [b] sermo Apostolicus nouam imperitiæ factionem [c]? Aperiunt enim quasi fontes scientiæ, qui cum aquam non habeant doctrinarum, promittunt imbrem, velut

Rom. 9.

1. Cor. 3.

Ps. 9.

Eccl. 18.

Eccl. 2.

Iac. 1.

Iac. 2.

Ioan. 8.

Rom. 11.

2. Pe. 2.

Pet. ibidem

† al. Superba] orig.

n ¶ Idem.] Id est, eandem sententiam, non idem nominatiue, scilicet quod post baptismum possit quis peccare, vel quod non possit.

o ¶ Considerat vultum.] Non rem, sed vmbram solam videns.

p ¶ Reus.] Hoc exponitur. inf. dist. 5. c. consideret.

q ¶ Absque peccato.] Saltem originali.

r ¶ Omnia.] Id est, omnes homines.

s ¶ De tentatione.] Non quod non tentetur, sed ne tentationi succumbant, vel si succumbant, eos liberat & releuat.

t ¶ Hi sunt.] Falsi doctores.

z ¶ Pellicient.] Id est, alliciunt, & decipiunt. Vnde Augusti. super epistolam secundam Petri. Pellices dicuntur meretrices, à pollutione, vel à pellis formositate: quia incautos alliciunt, & decipiunt. Pelliciunt ergo hæretici animas instabiles variorum dogmatum erroneis sectis. quasi constuprantes luxibus subdendo.

Pellices vnde dicātur.

a ¶ Effugerant.] Id est, recesserant à peccato per pœnitentiam.

b ¶ Pinxisse.] Id est, distinxisse vel denotasse vel descripsisse.

c ¶ Factionem.] Id est, nouam hæreticam inuentionem.

a ¶ Ad quas.] Id est, quasi ad eas.
b ¶ Et turbinibus.] Sup. 2. q. 7. secuti.
c ¶ Immundus.] Interpositio est, & debet subiungi, ideo grandia loquuntur, vt qui, &c.
d ¶ Paululum.] Causam reddit quare dixit, loquuntur grandia.
e ¶ Vocant.] Illi, qui istorum doctrinam recipiunt.
f ¶ Scribens Angelo.] Id est, prælato.
g ¶ Defecisti.] Finaliter, alias contra est quod sequitur. quod charitatem, &c.

nubes propheticæ, ad quas [a] perueniat veritas Dei, & turbinibus [b] exagitantur dæmonum, atque vitiorum. Loquuntur grandia, & totus eorum sermo superbia est (immundus [c] est autem apud Deum omnis, qui exaltat cor suum:) vt qui paululum [d] refugerant a peccatis, ad suum reuertantur errorem, & suadent in luxuria ciborum, carnisque, delitias. Quis enim non libenter audiat. Manducemus, & bibamus, & in æternum regnabimus? Sapientes, & prudentes, prauos vocant [e]: eos vero, qui dulces sunt in sermonibus plus audiunt. Ioannes apostolus, immo in Ioanne Saluator scribens Angelo [f] Ephesi ecclesiæ: [Scio, inquit, opera tua, & laborem, & patiētiam tuam, &c. & quia sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti [g]: sed habeo [h] aduersum te, quòd charitatem tuam primam reliquisti. Memor [i] esto, vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin autem, veniam tibi [l], & mouebo candelabrum [m] tuum de loco, nisi pœnitentiam egeris.] Similiter & cæteras ecclesias, Smyrnam, Pergamum, Thyatiram, Sardis, Philadelphiam, Laodiceam, ad pœnitentiam prouocat: & nisi reuertantur ad opera pristina, comminatur: & in Sardis paucos habere se dicit, qui non coinquinauerunt [n] vestimenta sua, & ambulaturi [o] sunt cum eo in albis, quia digni sunt. Cui autem [p] dicit: [Memento, vnde cecideris, & [Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem, vt tentemini.] & [Scio, vbi [q] habitas, vbi sedes est satanæ.] & [In mēte habe, qualiter acceperis, & audieris.] & [Serua, & pœnitentiam age,] & reliqua? vtique ei dicit, qui credidit, & baptizatus est, & stans quondam corruit per delictum. Paulisper de veteri testamento exempla distuleram: quia solent [r], vbicumque contra eos [s] facit, dicere: [Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem [t].] Cæterum quis ignorat sub alia † dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt; quomodo ante Abraham [u] placuit in coniugio; sic nunc virgines placent in perpetua castitate: Seruiuit ille legi, & tempori suo, seruiamus & nos Euāgelio, & tēpori nostro, in quos fines sæculorum decurrerunt. Dauid electus secūdum cor Domini, qui omnes eius fecerat voluntates, & qui in quodam psalmo dixerat: [Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, & in Domino sperans, non infirmabor. Proba me Domine, & tenta me; vre renes meos, & cor meum.] postea tentatur a diabolo, & post peccatum pœnitens loquitur: [Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.] Magnum peccatum magna deleri vult misericordia. Salomon amabilis Domini, & cui bis [x] Deus fuerat reuelatus, quia amator [y] mulierum fuit, à Dei amore discessit. Manassem [z] impiissimum regem post captiuitatem Babylonicam in pristinam dignitatem liber [a] dierum restitutum refert. Et

Esa. 22.
Cor. 15.
Apoc. 3.
Apoc. 3.
Matth. 11.
† al. altera sup. 32. q. 4. qs ignorat.
Rom. 4.
1. Cor. 10.
Ps. 25.
Ps. 50.
3. Reg. 12.
2. Paral. 33.

h ¶ Sed habeo.] Hoc corrigendo dicit.
i ¶ Memor.] Sup. d. 50. domino sancto.
k ¶ Et prima.] Id est similia primis.
l ¶ Veniam tibi.] Id est, ad detrimentum tuum.
m ¶ Candelabrum.] Id est, cathedrā, vel sedē, vel dignitatem.
n ¶ Qui non coinquinauerunt.] i. qui nō peccauerunt.
o ¶ Et ambulaturi.] Resume, pauci sunt, qui &c.
p ¶ Cui autē.] Suspenditur cōstructio vsque illuc, vtique.
q ¶ Et scio vbi.] Scilicet in peccatis.
r ¶ Quia solent.] Falsi doctores hæretici.
s ¶ Contra eos.] Scilicet falsos doctores.
t ¶ Vsque ad Ioānē.] quasi dicat post Ioānē nō habēt locum, sed mentiūtur: quia illud verum est in cæremonialibus.
u ¶ Abraham.] Ecce alia dispēsatio olim, alia nunc: quia licet altera dispēsatio nūc & altera olim: tamē quantū ad merita hominum bona vel mala, & quātū ad posse peccare post charitatem idem fuit olim quod nunc. & ideo exēpla veteris testa. rectè inducere possū.
x ¶ Bis.] Prima vice in Gabaon quando sacrificium Deo obtulit, & Deus obtulit ei donum scientiæ, vt habetur in li. Regū 3. alia vice non legitur reuelatus ei specialiter, nisi quando composuit cantica canticorum. 36. d. c. qui ecclesiasticis § ecce.
y ¶ Quia amator.] Su. 32. q. 4. Salomon.
z ¶ Manassem.] Sup. 1. q. 7. si quis omnem. iste fuit filius Ezechiæ.
a ¶ Liber dierum.] i. Paralipomenon in quo agitur de computatione dierum. & annorum regum Israel.

Cādelabrū qualiter sumatur.

3. L. 3. c. a. Salomoni bis fuit Deus reuelatus

a ¶ Ad-

Iosias vir sanctus in campo Mageddo ab Aegyptio [a] rege [b] confoditur. Iesus quoque filius Iosedech [c] sacerdos magnus, quamquam in typo præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus ecclesiam copulauit, tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus [d] à dextris eius: & candida illi vestiméta deinceps redduntur. Superfluum est de Moyse, & Aaron scribere, quòd ad aquã contradictionis offenderint Deum, & terram repromissionis non intrauerit: cum beatus Iob angelos [e] quoque, & & omnem creaturam peccare posse commemoret, dicens: [Quid enim? Nunquid homo coram Deo [f] mundus est; aut in operibus suis sine macula vir?] si contra seruos [g] suos non credit, & aduersum Angelos suos paruum quid repperit; quanto [h] magis habitantes in domibus luteis: de quibus [i] & nos ex eodem luto sumus. Tentatio est vita hominis [k] super terram. Et cecidit lucifer, qui mittebat [l] ad vniuersas nationes: & ille, qui in paradiso deliarum inter [m] duodecimi nutritus est lapides, vulneratus à morte † Domini [n] ad inferna [o] descendit. Vnde & Saluator in Euangelio: [Videbam, inquit, satanam, quasi fulgor de cœlo cadentem:] Si altissima illa sublimitas [p] cecidit, quis cadere non possit? Si in cœlo ruinę, quanto magis in terra? Et tamen cum ceciderit lucifer, immo post casum coluber antiquus; virtus eius in lumbis eius, [q] & potestas eius super vmbilicum [r] ventris. Obumbrantur [s] in eo abores [t] magnæ, & dormit iuxta iuncum [u], & calamum, & caricem. Ipse est rex omniũ, quæ in aquis sunt [x], vbi scilicet voluptas, & luxuria, & propago, & irrigatio nuptiarum [y]. *& infra.* ¶ Transiuimus ad secundam partionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consecuti sunt, deinide posse peccare, & docuimus, quod excepto Deo [z], omnis creatura sub vitio sit: nõ quòd vniuersi pec-

Su.d.50. Iesus.
Zach.3.
Psal.108.
Num.20.
Iob.15. & 4.
Iob.7.
Es.14.
† *al. monte*
Luc.10.
Esa.14.
Ezech.28.
Iob.40.
Prope finem secundi libri.

Pharao, regem Medorum oppugnauit,

a ¶ Ab Aegyptio.] Scilicet Pharaone, cũ enim Pharao vellet ire contra regem Medorum, primo aggressus est regem Adremon, qui regnabat tunc in Carchamis. descendit ergo rex Iosias Iudææ in occursum eius, prohibens ne transitum faceret per Iudęam. & misit Pharao ad eum dicens: Quid mihi & tibi rex Iuda? non aduersum te venio: ad Euphratem propero. misit me Deus ad Medos, sine me, ne Deus, qui mecum est, interficiat te. non acquieuit Iosias, sed cum rege Adremon componebat acies, suas, vt dimicaret aduersus Pharaonem & forsitan dum transiret à curru in currũ, qui sequebatur eum more regio, occisus, est à sagittarijs in campis Mageddo.
b ¶ Rege.] Id est, Pharaone.
c ¶ Filius Iosedech:] Supra distinct. 50. Iesus.
d ¶ Diabolus.] Id est vxor sua.
e ¶ Angelos.] Quo ad naturam eorum, nisi essent confirmati per gratiam. vnde Plato in Timæo. Dij deorũ, quorũ opifex paterque ego, natura quidem dissolubiles, me autem sic volente indissolubiles.
f ¶ Coram Deo.] Id est, cõparatione Domini. H.
g ¶ Si contra seruos Scilicet Mosẽ & Aaron, de quibus præmisit, H.
h ¶ Quanto.] Supra 8 q. 1. si ergo.
i ¶ De quibus.] Id est, de numero quorum 1.

1 Sub. Prauũ quid repetit aduersus habitantes, &c. secũdum H.

K Tentatio est vita hominis.] Id est. dum viuit homo tentatur.
l ¶ Qui mittebat.] Id est, missurus erat minores Angelos si stetissent sicut modo faciunt Angeli boni H.
m Inter duodecim.] Iuxta illud: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, inf. ead. principium. ibi tamen non habetur nisi de nouem lapidibus.

2 Glo. est similis i l. seruo legato. §. 1. ff. de leg.

n ¶ A morte Domini.] Id est, per mortem Domini 2. qui diabolo mũdi potestatẽ ademit vel [amore Dei,] quem amisit.

Diabolus morte Christi est in inferno religatus.

o ¶ Ad inferna.] Hic dicitur q morte Christi diabolus est religatus in inferno, & erit ibi ligatus vsque ad tempus Antichristi, & tunc soluetur, non à pœnis, sed à vinculis, vt exerceat vires suas in malos.
p ¶ Sublimitas.] Id est, Lucifer.

Luxuriæ sedes vbi est.

q ¶ In lumbis eius.] Quo ad tentationem virorum, in quibus (vt dicitur) sedes luxuriæ est in lumbis.
r ¶ Vmbilicum.] Quo ad tentationem fęminarum, in quarum vmbilico dicitur esse sedes luxuriæ. Vnde Augu super eundem locum, semen coitus viris in esse lumbis, fęminis in vmbilico perhibetur. quia ergo diabolus vtrique sexui per luxuriam dominatur, ad viros loquens conuenienter dixit. Virtus eius in lumbis, &c. Propheta etiam sub specie fœminæ petulantiam Iudæi increpans ait: In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus.
s ¶ Obumbrantur.] Per ipsum.
t ¶ Arbores magnæ.] Id est, qui magni videntur, vt sunt hypocritæ.
u ¶ Iuxta iuncum.] Id est, hypocritas. qui merito designantur per ista, cum exterius aliquid videantur, & interius sint vani, vt illa. per iuncum enim, qui est sine nodo exterius, interius autem substantia caret, hypocritæ designantur. Per calamum exterius splendentem & fragilem, sed interius vacuum, designantur sæculares mundanę gloriæ dediti, & eius splendori, quæ cito transeunt. Per caricem crescentem in locis palustribus & per manum tangentis vulnerantem curiositas temporalium designatur, quæ in affluentia nutritur, & crescit & animum pungit

Hipocritæ sunt iuncis similes.

x ¶ Quæ in aquis sunt.] Id est, in fluxu rerum labentium.
y ¶ Nuptiarum.] Saturandæ causa libidinis contractarum: secus si causa prolis 32. q. 4. vir cum propria.
z ¶ Ex præcepto Dei.] Id est, secundũ præceptũ, id est, auctoritatem diuinæ scripturę. Alij corrigunt, & dicunt excepto Deo, & bene.

a ¶ Stan-

a ¶Stantium.] Id est, stantes timeant, ne scilicet simili cadant ruina.
b ¶Metus sit.] Id est debeat esse.
EVIDENTER. CASVS. Concludit Gratianus ex præallegatis, charitatem semel habitam amitti posse cum quis postea criminaliter delinquit. quod non solū de operibus charitatis, sed etiam de ipsa charitate verū esse ostendit: quod probat exemplo Adæ, Moysi, & Dauid, adijciens hoc posse contingere, non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos. ad quod inducit sequentia capitula.

ceciderint, quòd peccare possint, & similium ruina, stātium[a] metus sit[b].

¶ Vt ea, quę ad initium huius longi capitis spectant, melius intelligantur, necesse est antecedentia apud B. Hieronymum legere: in quibus obiectio ex verbis sancti Ioannis deducta exprimitur. Omninoque in toto hoc capite sępe ad originale recurrendum est, quā quam ex eo multa sunt emendata, & nonnulla, quæ magis necessaria videbantur, addita.

Euidenter[c] itaque ex præmissis apparet, nonnullos charitatem habere, quam postea criminaliter delinquendo amittunt. Quod si quis contendat non de virtute, sed de virtutis opere debere intelligi; deliberet, quid respondeat de innocentia Adę, de iustitia Moysi, Dauid, & cęterorum, qui plena fide ad baptisma accedentes, licet postea prolapsuri sunt, tamen cælestia dona degustant, & spiritus sancti fiunt participes, vt non solum ante humanos, uerū etiam ante Dei oculos ex aqua, & spiritu sancto inueniātur renati: qui si charitatem Dei non haberent, aqua tantum regenerarentur, non spiritu. Opera enim, seu sacramentorum participatio, nisi ex charitate procedant, apud Deum nec iustitiam, nec innocentiam præstant. Si enim (inquit Apostolus) habuero oēm fidem, ita vt montes trāsferā, & si distribuero omnes facultates meas in cibos pau- 1. Cor. 13 *perum; & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest[d]. ¶ Sed quia de prędestinatis ad uitam a nonnullis cōceditur, quod charitatem amittant, & amissam recuperent, de reprobis etiā videndum est, an ipsi charitatem habeant, qua amissa postea damnentur.*

De his ita scribit Augustinus in libro de correptione & gratia, c. 9.

C. XLI.

Rom. 8. Apostolus sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere; mox addidit[e], [his, qui secundum propositum vocati sunt, &c.] *Idem in eodem libro, cap. 6.* ¶ An adhuc & ista nolens corripi, poterit dicere, Quid ego feci, qui non accepi[f]? quem constat accepisse, & sua culpa, quod acceperat, amisisse. Possum, inquit, possum omnino, quando me arguis, † quòd ex bona vita in malā mea voluntate relapsus sū, dicere adhuc; quid ego feci, qui nō accepi? Accepi. n. fidem, quæ per dilectionē operatur; sed in illa vsq; in finē perseuerantiā non accepi. *In eodē c. 9.* ¶ In bono illos volebat proculdubio permanere: erāt vtiq; in bono; sed in eo non permāserūt. *In eodē c. 13.* ¶ Propter huius vtilitatē secreti[g] credendū est quosdā de filijs perditionis, non accepto dono perseuerādi vsq; in finē, in fide, q̄ per dilectionē operatur,

† al. arguis] orig.

inf. di. 4. ex bono, §. cum ergo.

c ¶Euidenter.] Ex prolixe allegatis concludit Grat. charitatem semel habitam amitti posse. quod non solum de operibus charitatis, sed de ipsa charitate verum ostendit esse, adijciens hoc non solum circa prædestinatos, sed etiam circa præscitos posse contingere. ad quod auctoritatem inducit vsque ad illum locum. item illud Euangelij vbi in contrariū auctoritates inducit duas, videlicet quòd reprobi non habebt charitatem, sed ea, de hypocritis intelligenda esse probat auctoritate Gregor.
d ¶Prodest.] Ad regnum cęlorum obtinendum, vt dist. 3 §. pen & cap. si quis autem.

APostolus.] CASVS. Probat Augustinus in hoc c. per multas auctoritates quod multi, qui modo habent charitatem, futuri sunt mali finaliter. [Idem in eodem] verbum est Gratiani sępe insertum. sequens c. scilicet multi, planum est.
e ¶Mox addidit] In epistola ad Romanos: vbi dicitur, Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti, sup. ea. talibus.
e ¶Mox addidit.] Id est, postquam dixerat, scimus quoniam diligentibus Deum, &c.
f ¶Non accepi.] Per perseuerantiam in charitate & in bonis operibus.
g ¶Vtilitatē secreti.] Idest, propter secretam a hāc dispositionem Dei, quæ vtilis est: aliàs enim est hic vtilitatem.

¶ Quare Deus dat perseuerantiā quibusdā in bono: & q̄busdam nō hoc ignoratur, inf. di. 4. §. verum, & c. si ex bono. Hug. Versus

a ¶ Similia]Dicit in eodem idem Augustinus.
b ¶ In Euangelio]Supple sumit idē Aug illa exempla.
c ¶ Mirandum.] ¶ Item illud Euangelij.] Nō qui incipit: quia hæc auctoritas euāgelij, & sequens Gregorij videntur innuere, quod reprobi futuri charitatem nō hēant, eas ponit G & postea soluit.

na, siue publice cadant in peccatum: nam per bonā operationem inuitant perseueraturos ad bonū operandū, per casum reddunt bonos cautiores. [Ipsa quoque virtus,] Idest opus virtutis & ita fere per totum.
K ¶ Amittere.] Hæc de hypocritis intelligenda sunt, qui viden-

incipere uiuere, & aliquamdiu fideliter[a], & iuste viuere, & postea cadere, &c.

α ¶ Qui non accepi.] *Restitutus est hic locus ex originali: nam ante valde erat deprauatus. Ac tamen, quoniam hæ sententiæ vel demutilatæ referuntur operæ pretium fuerit fontem adire.*

Multa similia [a] de reprobis in Euangelio [b] etiam: [Qui perseuerauerit usque in finem, &c.] In eodem: Iterum homo iste incipit, &c.] Matt. 10 Hæc non sunt inuenta.

Idē Augustinus in eodē libro de correp. & gratia, c. 8.

C. LXII.

MIrandum est, quare Deus quibusdam filijs perditionis det fidem operantetem per dilectionem; nec det in ea perseuerantiam. Summatim collecta sententia.

Item illud Euangelij [c]: [Non qui cæperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.] Matt. 10

Item Gregorius lib. 8. Moralium, c. 35. Potius gl. ord a Paralip. ca. 9. in extremo.

C. XLIII.

MVlti [d] bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.

Non autem bene incipit, qui nunquam ex charitate operatur. Quòd si ex charitate aliquando ali quid agit; & charitatem aliquando in ipso necesse est esse.

5 ¶ Illud autem Gregorii, [qui seduci [e] quandoque non reuersuri possunt, &c.] non de omnibus generaliter reprobis, sed de hypocritis specialiter intelligēdū est. Quod ex verbis eiusdem euidenter datur intelligi. Cum enim quæstionē proposuißet, cur misericors De⁹ ista fieri permittat, vt Leuiathan [f] seu nunc per suggestiones callidas, siue tunc per damnatum illum, quem replet [g], hominem: vel Solis sibi radios, id est, doctos quosq; sapientesq; subiiciat, vel aurū [h], hoc est, viros sanctitatis charitate fulgentes quasi lutum sibi, vitiis coinquinando, substernat: mox in eiusdem quæstionis solutione supposuit dicens. Inf. c. prox. Iob 41. Li. 34 moraliū. c. 9. & 10. ad ca. 41. Iob.

C. XLIIII.

CItius [i] ad hoc respondemus: quia aurum, quod prauis eius persuasionibus quasi lutum sterni potuerit; aurum ante Dei oculos nunquam fuit. Qui enim seduci quandoque non reuersuri possunt; quasi habitam sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere [k]. sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Sæpe namque homo multis occulte peccatis inuoluitur; & in vna aliqua virtute magnus videtur: quæ ipsa quoq; virtus [l] inanescēs deficit: quia dum innotescit [m] hominibus, proculdubio Supra in verbis Gratiani.

d ¶ Multi.] His dici potest: Cœpisti melius quàm desinis, vltima primis cedunt dissimiles hic vir, & ille puer.

NON AVTEM. CASVS. Infert Gratianus ex supradicto c. quod qui non bene incœpit, charitatem habere non potuit. Postea dicit, quod illud quod postea sequitur in auctoritate Greg. s. qui qui seduci, &c non est intelligēdum generaliter de omnib. reprobis, sed specialiter de hypocritis: quod ex verbis eiusdem Greg intelligitur.

ILLVD AVTEM. Hæc est 5. pars dist. in qua magister loquitur de hypocritis, qui aurum videntur coram populo, sed coram Deo stercus, & hoc probat G per c. seq. Io de Fan.

e ¶ Qui seduci.] Hęc est tota præcurrens Gratiani. vult. n. determinare capitulū Gregorij, quod statim sequitur, inf. ea. citius ad hoc.

f ¶ Vt Leuiathan.] q. d. siue per propriā suggestionē, siue per malum hominem, & dānatum, quem diabolus repleuit malitia, siue per suggestionis ministrum.

g ¶ Replet.] Tristitia.

h ¶ Aurum.] Pro sapientia ponitur aurum, inf. ea. d. principium, & ita aliter quàm hic sumitur. Aurum pro sapientia ponitur.

i ¶ Citius.] CASVS. exponit Greg. in canone ista illa verba Iob sup illo, Sub ipso erūt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Primo ergo dicit, quod per aurū designent hypocritę: qui quasi deaurati sūt, cum in superficie videantur habere virtutes, nec habeant. Secundo dicit, quod hmōi hypocrisis detegitur in hac vita, qñque ante finem, quandoque in fine, quandoque nunquam: & cum detegitur, tunc aurum quasi lutum sternitur. Vltimo dicit quā vtilitatem consequantur prędestinati siue huiusmodi hypocritæ faciant bo-

videntur deaurati & fulgidi, & habere virtutes in superficie, cum nec sunt, nec habent, & qui caret vna, caret omnibus, dis. 5. c. fi. de pœ. d. 5. consideret.

l ¶ Ipsa quoque uirtus.] Id est, opus virtutis. & i. a fere per totum. Hippocritæ videntur deaurati.

m ¶ Innotescit.] Id est, virtus videtur.

a ¶ Appe-

a ¶ Appetitur.] Ab alijs.
b ¶ Virtus ante.] Putatiua.
c ¶ Ante homines.] Id est, in conspectu hominum.
d ¶ Placuit.] Supra ea.d.ver.item,§.pen.secundum Augustinum.
e ¶ Per aliquid.] Id est, quantum ad aliquid, scilicet bona opera.s.

laudatur, eiusq; laus inhianter appetitur [a]: vnde fit; vt & ipsa uirtus ante [b] Dei oculos virtus non sit, dum abscondit, quod displicet; prodit quod placet. Quæ itaque esse merita apud Deum possunt; quando & mala occulta sunt & bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, & castitas innotescit: atque ideo ostensa diu charitas circa vitæ finem perditur; quia cooperta superbia vsque ad finem incorrecta retinetur. Alius eleemosynis vacat: propria distribuit: sed tamen multis iniustitijs seruit; vel fortasse linguam in detractionibus exercet: & fit plerumq; vt is, qui misericors fuerat, iuxta uitæ suæ terminũ rapacitatis, & crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur, vt perdat ante homines [c], vnde hominibus placuit [d], qui hoc vnde Deo displicuit, corrigere nunquam curauit. Alius patientiæ studet: sed dum inuidere alijs, & seruare in corde malitiam non cauet; fit quandoq; impatiens, quia diu latuit dolens. Hi itaq; & per aliquid [e], aurum sunt, & per aliquid, lutum sunt. Atque hoc aurum, quasi lutum, sternitur; quando occultis peccatis exigentibus; etiam virtus quæ publice claruerat, dissipatur. Sed operæ pretium [f] credimus, si in his virtutem superni ordinis [g], subtilius perpendamus. Sæpe enim omnipotens Deus occulta quorundam mala (diu † tolerat, vt aperta eorum bona electorum suorum vsibus profutura dispenset. Nam nonnulli mũdum nequaquam funditus deserentes non perseueraturi angustum iter arripiũt: sed ad quærendam angustam [h] viam exemplo [i] suo eos, qui perseueraturi sũt, accẽdunt. Vnde plerumque contingit, vt ipsum hoc, quod bene videntur viuere, non sibi, sed solis potius electis viuant; dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sæpe enim quosdam videmus viam ingredi ad locum propositum festinare, quos alij quia euntes conspiciunt, sequuntur, eundemque locum pariter petunt, sed fit plerumque, vt irruente aliquo implicationis articulo [k] post se redeant, qui præibant; & hi ad locum perueniant, qui sequebantur. Ita nimirum sunt, qui non perseueraturi, viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant, vt eis, qui peruenturi sunt, viam, qua gradiantur; ostendant. quorum etiam casus vtilitate non modica electorum prouectibus † seruit: quia illorum lapsum [l] dum conspiciunt; de suo statu contremiscunt: & ruina, quę illos damnat, illos humiliat. Discunt enim in superni adiutoris protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis viribus (præsumentes † cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant. Quãdo vero in lapsum nequitiæ corruunt, electis post se pergentibus quasi cauendam superbiæ foueam ostendunt.

Quod ve-

Cap. 10.
† Abest ab ori.
† al. profectibus.
† Abest ab ori.

f ¶ Operæ pretiũ.] i. vtile credim⁹, si aperiamus quomodo de istis disponit ad vtilitatẽ aliorũ, & hoc est, sæpe enim, &c.
g ¶ Ordinis] Id est, intellectus tropologici.
h ¶ Angustam.] Arcta enim est via, quæ ducit ad vitam. Vnde Virgilius.
Facilis descensus auerni [z].
Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras.
Hoc opus, hic labor est: Pauci quos æquus amauit.
Iuppiter, aut ardẽs euexit ad æthera virtus
Dijs geniti potuere. 12.quæstio.1. omnis ætas.
i ¶ Exẽplo.] Hi sunt, qui ad sempiternam vitã proximos mendacio suo opitulante deducant, vt 22. quæst.2. primum. Ex hoc ergo collige ex quo sensu illud accipiatur.
k ¶ Articulo.] i. impedimento.
l ¶ Lapsum.]
Fœlix quẽ faciunt aliena pericula cautũ sup.27.quęst.1.§c.1. inf de consec distin.1.§ hi duo, & dicit Seneca.
Ruina præcedentium solet esse doctrina sequentium.
Facit ad hoc su. eo. si enim fine.
QVOD VERO.
CASVS. dictum est su.§.cum ergo. in ca. charitas. reprobi non comedunt panẽ, qui de cælo descendit, neque bibunt aquã viuã. Nunc Gratianus determinat illud, & dicit quòd nõ est ita intelligendũ, reprobi sint pœnitus alieni à charitate: sed non sunt radicati in charitate. Nã ille dicitur cõedere & bibere, qui radicẽ habet in charitate. Ille degustat, qui ab ea delinquendo recedit ad quæ inducit auctoritas.

s id est. per sunt de genere bonorum Per.
Via paradisi est arcta.
z Id est, inferni ab a, quod est sine, & ver veris. Arch.

ritatem Apostoli, sicut diabolus dr̃ recessisse à charitate: & sic nacta occasione ꝓbat ꝑ multas rõnes, ꝙ diabol⁹ creatus fuit in charitate, sed in ea nõ ꝑseuerauerit, ad qđ inducit auctoritatem Greg. [Negatur,] Ab Augustino. a ❡ Quod vero.] Soluit Gratianus auctoritatẽ inductã dicitur non habuisse quia non perseuerauit: quia non dr̃ factum nisi duret factum, vt supr. ead distin. 1. cogitatio. & 50. distin diuortium. Sed forte nunquam habuit charitatem, vt dicitur in contrario. Vnde magister hoc dicit allegando, & secundum hoc omnia contraria

qui peccata dicunt remitti secũdum iustitiam. & nõ secũdum præscientiam. Alij vero [a] *quamuis fateãtur peccata redire tamen seu per baptisma, seu per pœnitẽtiam asserunt omnino* [b] *peccata remitti, & plena fide accedẽtem ad lauacrum renasci non aqua tantũ, sed etiã spiritu sancto, & si postea peccaturus sit; demum pœnitentem etsi aliquando recasurus sit tamen tempore suæ pœnitentiæ ita perfecte expiatum affirmant, vt si tunc mereretur, salutẽ inueniret æternam. Quorum sententiæ, eiusdem auctoritatis principium cõsentit. Cũ enim quæstionẽ proponat,* [c] *quare præscitos ad mortẽ, cũ fideliter, ac pie viuerent, non tunc de vitæ huius periculis Deus rapuit ne malitia mutaret intellectum eorum, aut ne fictio deciperet animas eorum, cum de immatura morte prædestinati scriptura dicat. (Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius: aut ne fictio deciperet animã eius) euidenter ostẽdit illos tales fuisse, qui si fatali necessitate huius vitæ subducti essent periculis, profecto vitã cõsecuti essent æternam. Vt ergo finis principio cõueniat, et ne sibi ipsi cõtraire videatur, definiendũ est, quid sit scribi* [d] *in libro vitæ, & de eo deleri secundum iustitiã, quid secundum præscientiã. Secundũ præscientiam scribi, est ad vitam præordinari; quod ab æterno factum est.* Sap. 4.

Vnde Apostolus in epistola ad Ephesios, c. 1.

C. IX.

Benedictus [e] Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi qui benedixit [e] nos in omni benedictione [f] spirituali in cælestibus in christo Iesu: sicut elegit [g] nos in ipso [h] ante constitutionem mundi, ut essemus sancti & immaculati in cõspectu [i] eius in charitate: qui prædestinauit [k] nos in adoptionem filiorum per Iesum [l] Christum [m], in ipsum.

Similiter secundum præscientiam deleri, est ad mortem, non ad vitam præsciri: quod et ipsum ab æterno [n] *factum est. Vnde Dominus in Euãgelio: (Qui credit in me habet vitam æternam: qui autem non credit, iam iudicatus* [o] *est.) Hinc etiam Augustinus ait.*

C. X.

Nouit [p] Dominus, qui sunt eius.] Ex his nemo seducitur [p]: Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est. 2. Tim. 2.

¶ *Sentẽtia est apud B. Augustinum tract. 12. in Ioannem, & in 20. de ciuitate Dei, c. 7. vnde citat Beda in 2. Tim. 2. Verba autẽ fere eadẽ sunt in glossa ordinaria ad eum ipsum Pauli locũ.*

Porro secundum iustitiam scribi, est Deo auctore ea operari, quorum merito, sit dignus æterna salute. Hunc

PORRO SECVNDVM IVSTITIAM. CASVS. Nunc Gratia. dicit ꝙ scribi secundũ præsentem iustitiam est ea operari, quibus fit dignus æterna salute. & de hoc duplici modo, scribi secundum iustitiam, & secundum pñsciẽtiam, probat auctoritate Dñi. In domo patris mei, &c. quam auctoritatem Gratia. exponit, & incipiunt ibi verba Grat. [dicens] &c. [Operatione.] Id est, secundum iustitiam. Ad probandum hunc duplicem modũ inducit auctoritatem Augu.

a Scri

a ¶ Scribendi.] In libro vitæ quo ad Dei præscientiam, & secundum iustitiam.
b ¶ Si quo minus.] Id est, si aliquo modo minus, id est, non q.d. si non essent ibi paratæ in prædestinatione, dixissem vobis, id est nō celassem uobis, imo dixissem

Mansiones multæ paratæ sunt in domo Domini.

nō sunt ibi: sed qa vado parare eas in operatione, &c. Vel id est, si multæ non essent ibi mansiones.
c ¶ Quia.] Id est, uere sunt ibi: quia vado parare eas in operatione.
d ¶ Scriptos.] Nota hic argum. contra exceptionem G. in illo §. 27. q. 2. capit. quod autem. §. ecce. quia hic ex negatione sequitur affirmatio. Ioan. 1.

Io. 14.

duplicem modum scribendi, a in Euangelio Dominus assignauit, dicens discipulis, (In domo patris mei mansiones multæ sunt, si quo minus, b dixissem uobis, quia c vado parare vobis locum, & si abiero, & parauero vobis locum, iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis) dicens, (in domo patris mei mansiones multæ sunt, si quo minus, dixissem vobis, quia vado parare vobis, locum,) ostendit eos, quibus loquebatur, scriptos d in libro vitæ, prædestinatione. Subijciens, (si abiero, & parauero uobis locum, &c.) ostendit eos adhuc esse scribendos operatione.

Trac 68. in Io. c. 14. & ibi glo. ordinar.

Hinc etiam Augustinus in eiusdem loci explanatione ait.

C. XI.

IN domo patris mei mansiones multæ sunt.) Domus, templum Dei, regnum Dei, regnum cælorum, sunt homines iusti: e in quibus sunt multæ differentiæ inter se, & in prędestinatione, sicut ait Apostolus, (qui elegit nos ante mundi cōstitutionem.) prædestinādo, parando † aūt in operatione. Vñ, (quos prædestinauit, f hos & vocauit, g) & iustificauit, & magnificauit: Et secundum hoc dicitur: (fecit Deus, quę futura sunt.) idest, quæ facturus h est. & infra. ¶ (Si quo minus. i) cōfirmat esse: quia si non essēt, dixisset, ibo, & parabo, idest prædestinabo. Sed quia iam ibi sunt, nō est opus, aliqua parare. Quia vero nondum sunt in operatione, addit (& si abiero, & parauero.) Abiens, sed non reliquens, parat k quia subtrahit se, & latet: vt sit fides, quæ nō est de re visa. l & inde est m meritum fidei. ¶ Ex hac viuit iustus, & mundatur ei cor, dū peregrinatur, & in ea n desideratur, o quod nondum habetur p. Et hæc est præparatio mansionis: quia sic parat nos sibi, & se nobis, vt maneat in nobis, & nos in eo quātū quisq; erit particeps eius plus, vel minus pro diuersitate meritorum. Et hæc multitudo mansionum est a.

† al. parāda sunt in Esa. 41. & 44. Glossa ibidem.

Rom. 1.

Sententia quidem huius capitis est in trac. 68. in Ioannem, sed ipsa uerba sunt in glossa ordinaria ad c. 14. Ioānis, & ex ea sūt nonnulla emendata.

IN domo patris.] CASVS. In hoc ca. Augu. prima ponuntur uerba Domini, scilicet, in domo patris mei, &c. Secundo verba Augu. exponentis verba Domini: quæ probat duplicem modum scribendi, s. secundum iustitiam, & secundum præscientiam: sicut in littera poterit deprehendi. hoc sūt uerbū (si quominus.) In ap parata exponitur.
e ¶ Iusti.] 24. q. 1. omnibus.
f ¶ Prædestinauit.] Ab æterno.
g ¶ Et uocauit.] In memoriam per gratiæ collationem, & interiori vocatione.
h Quæ facturus.] Id est, quæ se facturum præordinauit. Lau.
i Si quo minus.] Cōfirmat esse mansiones paratas. i. quæ, se facturum pordinauit, per arg. à cōtrario sensu sumptū illius uerbi, si quo minus. Et hoc est quod sequit, & si abiero: vnde eo ipso q abiit, mansiones illas parauit in opere, id est, ipsos ad præparandum excitauit: accendit. n. eos ad desiderandum se amplius: quanto. n. amplius res desiderata subtrahitur: tāto amplius desideratur 2. & eo ipso quod se subtrahit aspectib eorū, meretur fides in eis augmētari. Fides. n. ē de re nō visa. & hoc ē abiēs a suis ad tps, sed nō relinquēs: qa cū eis est sp̄ ī. di 1. quęrēdū. Meritū. n. ita demū est (vt ait Aug.) si de ea re sit. quæ credere ad religionē pertinet, non enim de omni re q̄ videtur, quod hic dicitur accipiendum est. Lau.

† Sine dubio ex negatione sequitur negatio, nō affirmatio: quia ibi dr̄, q ex quo Bea. Maria, quā Ioseph desponsaue rat & in suā duxerat, cōiunx negatē fuisse: multo minus illa, quæ simpliciter spōsa erat, coniunx est appellāda. Pet.

Res desiderata tanto amplius cupitur quanto amplius subtrahitur.

a Vt 27. q. 2. institutā & Gie. desideria dilatione crescunt. Arch.

sem, qa non sunt ibi, & vere paratæ sunt ibi in pdestinatione, qa vado vobis parare locū in operatione. Paratæ q.dē erant māsiones in pdestinatione, sed tñ adhuc parādæ ipsorū operatione. Vel sub vna distinctione, vt fit pbatio p impossibile, hoc modo. In domo pr̄is mei mansiones plures sunt: & merito multæ paratę sunt nobis in pdestinatione, qa si non essent paratæ uobis in pdestinatione, ego dicerē uobis, vado parare eas, id est, vado eas uobis pdestinare. hoc aūt est impossibile ut incipiat aliq d prædestinare. Cōstat ergo mansiones alias paratas esse & hoc est si non essent ibi, dixissem vobis, quia vado parare, id est prædestinare. H.
b Si quo minus.] Id est, aliquo minus, id est non. q.d. si nō essent ibi multæ mansiones, dixissem uobis, quia

k Parat.] Loquitur hic hac si aliquis posset incipere prædestinari. quod non est uerum.
l De re visa.] Et hic innuit illud: Fides non habet meritum ubi humana ratio præbet experimentum, arg. infra de consec. dist. 4. venit.
m Et inde est.] Ipse Deus scilicet.
n In ea.] scilicet fide.
o Desideratur.] Scilicet fides, &c. H.
p Habetur.] Futura gloria. H.

SECVNDVM IVSTITIAM. CASVS. dicit G. sup. quid sit deleri ẜm præscientiam, nũc autem dicit, quid sit deleri ẜm iustitiam, i. facere ea, quib. æternam damnationem meretur quis: ad quod inducit auctoritatem prophetæ, quæ magis facit ad probandum electionem secũdum præsentiam, & non respicit, quod proxime dictum est.

a ¶ Hinc propheta.] Ad id respicit, qđ dixit, qd sit deleri secũdum præsentiam, nõ ad pximum: cũ multi saluãdi deleantur, & secundum iustitiã præsentem operãtur damnatione digna.

b ¶ Deleantur.] Hoc verbum respicit deletionem secundũ præscientiam.

SIC ITAQVE PECCATA. CASVS. Reuertitur nunc G. ad materiam huius distinctionis. Nam in illo §. eorũ, posuerat opinionem d cẽtium peccata dimitti secũdum iustitiam, & nõ secundum præscientiã, vnde ostendit hic qd sit peccata dimitti secundum iustitiã, & conuenienter potest dici etiam secundum prædestinationem, & inde sumpta occasione duas dicit esse præordinationes Dei, & earum similiter duos effectus, qđ totũ arguit ex diuersis verbis, quæ ponũtur in auctoritate Apostoli, quã habuisti supra, qui benedixit. Subiungit &t qualiter se habeant istæ præordinationes & eius effectus, adiicit auctoritatem Ioannis, ex nobis, &c quã dicit intelligendam secũdũ præmissam distinctionem, & hoc vsq; ad §. hanc societatem.

c Secundum præscientiam.] Præsentis iustificationis. Laur.

d Auctoritate.] Supra ead. dist. Benedictus. L.

e Præordinationes.] Id est, plures prædestinationes. pluraliter dicit pp duos effectus pordinationũ: quorum

Preordinatio Dei duos habet effectus.

a ¶ (Mansionum est.) *Sequebatur.* Itẽ *quasi hic citaretur alter locus B. Augustini, aut glossa. Abest autem à plerisq; manuscriptis. Nam quæ sequuntur, videntur esse Gratiani.*

Secundum iustitiam deletur, qui gratia subtracta, ea operari permittitur, quibus æternam damnationem meretur. Hinc propheta [a] *loquens ex persona Christi ait, (deleantur* [b] *de libro viuentium,) hoc est subtrahatur eis gratia, qua subtracta, ij in profundum vitiorum, deinde in æternam damnationem præcipitentur, (& cum iustis non scribantur,) id est, non apponatur eis gratia, qua fiant digni æterna salute. Sic itaque peccata secundum præscientiam* [c] *remittuntur, cum ab æterno gratia præparatur, qua vocatus iustificetur: iustificatus tandem æternaliter glorificetur. Secundum iustitiam vero peccata remittuntur; cum vel baptisma plena fide accipitur, vel pœnitentia toto corde celebratur, quæ remissio & ipsa secundum præscientiam non inconuenienter fieri dicitur. Vt enim ex præmissa auctoritate* [d] *Apostoli datur intelligi,* [e] *duæ sunt præordinationes, vna, qua quisque præordinatur hic ad iustitiam, & remissionem peccatorum percipiendam, altera, qua aliquis prædestinatur ad vitam æternam in futuro obtinendam. Harum effectus sunt præsens iustificatio, & futura glorificatio, quæ omnia in præmissa auctoritate, conuenienter distinguuntur. Prima enim prædestinatio,* [f] *qua præordinantur ad præsentem iustitiam, designatur, cum dicitur, (sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, &c.) cuius effectus infra supponitur, in qua gratificauit* [g] *nos in dilecto* [h] *filio suo &c.) Secunda præordinatio ibi ostenditur, (qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, &c.) Eius effectus præmittitur, dum dicitur, [qui benedixit nos in omni benedictione, &c.] Hæ duæ præordinationes, & earum effectus ita se habent, vt prima, & eius effectus natura præcedant, & lege consequendi* [i] *inferantur. Si enim aliquis præordinatus est ad vitam, consequenter infertur, ergo prædestinatus est ad iustitiam, & si consequitur vitam æternam, ergo consecutus est iustitiã: sed non conuertitur. Vnde multi participes sunt primæ præordinationis, & eius effectus, ad quos secunda vel eius effectus minime pertinere probantur. Iuxta hanc di-*

Psalm. 68.

Eph. 1.

SIC ITAQVE. Reuertitur G. ad materiam huius dicti & qui sup. in illo §. eorũ, opinionem posuerat dicentiũ, q peccata recessuris a iustitia remittũtur ẜm iustitiam, non ẜm præscientiam: hic ostendit quid sit peccatum dimitti ẜm iustitiam, quod conuenienter pot dici fieri &t secundum præscientiam: & inde sumpta occasione duas dicit esse Dei præordinationes, & earum similiter duos esse effectus: quod totũ arguit ex diuersis verbis auctoritatis Apostoli. Subiungit &t qualiter lege ꝯsequenti se habeant istæ præordinationes, & earũ effectus, & adiicit auctoritatẽ Euangelij, si fuissent ex nobis, &c. etiam secundum hanc distinctionẽ esse intelligenda, & in quem modum obstaret, demõstratur, & hoc vsque ad §. hanc societatem. Lau.

rum vnũ implet Deus hic propter iustificationẽ: alterũ in futurũ dando beatitudinẽ. vna est enim Dei pordinatio, i. Deus præordinans; Deus vnus & prædestinans vnus est: sed eius duo sunt effectus, s. iustitia vel iustificatio in præsenti, & æterna beatitudo in futuro.

f Prima enim prædestinatio.] Id est, primus modus prædestinationis. Lau.

g Gratificauit. Id est, gratos facit. Lau.

h In dilecto.] Id est, propter, vel pro quia, propter dilectum filium suum nos diligit, & illos quos diligit filius, & quibus vult filius, diuina dona largitur.

i Consequendi.] Id est, consequentiæ hypothecarum, vel conditionalium.

a ¶ Exierunt.] Quia non potest esse quòd nobiscum fuissent quo ad secundam præordinationem, scilicet quòd essent præordinati ad vitam æternam, & tamen non mansissent a nobiscum, intelligas continue. vnde subiungitur, immo incœpissent esse nobiscum

1. Scilicet quantum ad effectũ secũdæ præordinationis, q̃ non habebant: immo cœpissent, subiungit Beda.

1.Io.

stinctionem intelligenda est auctoritas illa Ioannis,] Exierunt [a] ex nobis, sed nõ erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, mãsissent vtique nobiscum.) (Ex nobis, inquit, exierunt,) id est, à nostra societate recesserunt, quæ primæ præordinationis, & eius effectus nobiscum participes erant, (sed non erant ex nobis,) id est, secundæ præordinationis, [b] & eius effectus societatem nobiscum non inierant. Quod ex eo videri potest, quia si fuissent ex nobis, id est, si illius præordinationis nobiscum participes essent, mansissent vtique nobiscum, id est à societate effectus eius præordinationis, [c] quam nobiscum contraxerant, non recessissent. Si enim ad secundam [d] præordinationem vtrumque [e] referretur, non conuenienter [f] illud inferretur, (mansissent,) immo cœpissent vtique nobiscum esse. Si vero ad primam, falsa esset propositio, (si fuissent ex nobis, &c. Multi enim præsentis iustitiæ, & sanctitatis participes fiunt, qui tamen in ea non perseuerant. Vnde Dominus ait in Euangelio: (Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.)

Matth. 10.

C. XII.

†al. Augustinus ait sup. ea.ca.si ex bono.

Io.10.

Io.11.

Eph.2

Eph.5

1.Tim.1.

HAnc societatem [g] si quis solo nomine, & professione, non autem rei veritate à damnandis dicat contrahi; eiusdem auctoritatis [h] testimonio conuincitur. De his enim, qui primæ, non secundæ præordinationis sunt participes, ait †, (Nec nos moueat, quod filijs suis quibusdam Deus non dat istam perseuerantiam. Absit enim, vt ita esset, si de illis prædestinatis essent.) & cætera, quæ in eadem [i] auctoritate supra continentur. Oues namque, de quibus in Euangelio Dominus ait: (Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili,) & filij, de quibus Ioannes ait, (vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum,) ita præscientia erant oues, & filij, vt qualitate [k] præsentium [l], non specie tantum, sed etiam ante Dei oculos essent filij iræ, & perditionis æternæ. Vnde Apostolus non ait, videbamur esse, sed (eramus, inquit, & nos natura filij iræ.) Nec ait, reputabamini ab hominibus, sed (fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.) De se quoque scribens ad Timotheum non ait, videbar, sed (fui persecutor, & blasphemus, & contumeliosus, nunc autem sum misericordiam

geretur, mansissent: cum adhuc isti ibi non manerent: quod innuitur, ex vi locutionis. H.

HAnc societatem.] CASVS. Ostendit Gra in hoc §. q̃ damnãdi veram iustitiam possint habere dõnec pie viuunt, & non solo nomine; licet nõ sint habituri vitam æternam quod rationibus & auctoritatibus probat, & hoc vsq; ad locum illum. [Qui autẽ.] nam ibi assignat modos huius vocabuli, [filios. & qualiter filij Dei appellentur etiam, qui futuri sunt mali, vt ostendat qualiter peccata dimissa redeant. & hoc facit vsque ad §. [qui autem.] & quod dicit ibi, [societatem.] Id est effectum prædestinationis [Participes ait,] scilicet Augustinus supra ea. ca. si ex bono.

g Hanc societatem.] prædestinatorum vel præscitorum, de quibus fit mentio in auctoritate Ioan. exierunt, &c. sup. §. proxi. & cap si ex bono, &c. q.d. in eadem qualitate in qua erant futuri apparebũt tunc in præsentia.

g Hanc societatẽ.] scilicet q̃ damnandi verã iustitiam habere possunt secundũ præscientiam, & non solo nomine cẽseri debeãt ostẽdit auctoritate & rationibus vsq; ad illũ locũ q̃ autẽ: ibi diuersos modos huius vocabuli, filius Dei, assignat. & qualiter filij Dei appellantur et, q̃ futuri sunt mali, vt ostendat tandem ex hoc qualiter peccata dimissa redeant. & hoc vsque ad §. qui autem. Et hic not. q̃ hic vult infringere opinionem quam supra ead posuit. §. eorum. quæ dicit damnandos solo nomine iustos esse, & non secundũ præscientiam.

b Secundæ.] Quod not. per quod dicitur. fuerannt ex nobis.

c Eius præordinationis.] Scilicet primæ.

d Ad secundam.] Non ad primam.

e ¶ Vtrumque.] Silicet si fuissent ex nobis, & mansissent vtique nobiscum: ita scilicet, vt antecedẽs referatur ad ipsam præordinationem secundum naturam, & consequens ad effectum. a.

f Non cõuenienter.] Hoc forte ideo dicit: quia adhuc isti non habebant effectum secundæ prædestinationis, sed habituri erant: & ideo non conuenienter subiun-

a Antecedẽs est, si fuissẽt ex nobis cõseques est, mansissent &c.

h Auctoritatis.] Quæ auctoritas posita est supra ea. si ex bono. Lan.

i ¶ Quæ in eadem.] Supra ead. distin. §. verum. cap. si ex bono. H.

k Qualitate.] Ordo vt essent filij iræ, id est, præscientia præsentis malitiæ, & peccati præsentis, essent tales dico non spe tantum, sed ante Dei oculos, id est ut non solũ viderentur tales, sed etiam essent. H.

l ¶ Præsentium.] Quasi dicat, in ea qualitate. in qua erant futuri, apparebunt tunc in præsentia. vt supra ea. notaui.

stinctionem intelligenda est auctoritas illa Ioannis, (Exier consecutus.] Omnes quoque, qui in Christo renascuntur, & qui eius sanguine à diabolo redimuntur; prius ex Adam peccatores nascuntur, & diabolicæ seruituti obnoxij. Sicut ergo isti quamuis sint futuri filij Dei; tamen prius sunt filij diaboli: sic hi, de quibus [a] *sermo habetur, quamuis recedendo à iustitia sint futuri filij perditionis æternæ; cum tamen pie, & fideliter viuunt; vere sunt filij Dei, & iusti, & æterna beatitudine digni. Vnde auctoritas non ait, cum viderentur pie, & fideliter viuere; sed [cum pie, & fideliter viuerent.] Nec veraciter* [b] *à bono in malum commutarentur, qui nunquam veraciter boni fuerunt. Dominusquoque, non ait per Ezechielem: si auerterit se iustus à iustitia sua, quam videbatur habere, sed [sua,] scilicet, quam veraciter habet. Quod autem in eadem auctoritate sequitur: [Non erant in numero filiorum, quando erant in professione filiorum,] ita intelligendum est. Filij Dei duobus* [β] *modis* [c] *appellantur. Dicuntur filij Dei, participatione hæreditatis æternæ: sicut Ioannes ait in Euangelio: [Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri.] Et Apostolus in epistola ad Romanos: [Expectatio* [d] *creaturæ reuelationem filiorum Dei* [e] *expectat.] & infra. [Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis* [f] *in libertatem* [g] *gloriæ filiorum Dei.] & infra, [ipsi intra nos* [h] *gemimus, adoptionem* [i] *filiorum Dei expectantes.] Hinc etiam Augustinus eadem verba Apostoli exponens ait: [Modo* [x] *tantum creatura* [k], *cum nondum filiorum forma perfecta] Hoc* [l] *ergo modo non sunt filij Dei, nisi participes æternæ beatitudinis. In præsenti etiam dicuntur filij tribus modis; vel prædestinatione tantum (sicut ij, de quibus Ioannes ait, [vt filios Dei, qui dispersi erant, &c.]) vel prædestinatione & spe æternæ beatitudinis, (sicut illi quibus Dominus ait, [filioli adhuc modicum vobiscum* [n] *sum,]) vel merito fidei, & præsentia iustitia, non autem prædestinatione claritatis æternæ, sicut hi, de quibus Dominus ait, [si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint, &c.] Hi ergo* [o], *de quibus in præsenti agitur, filij sunt merito fidei, & præsentis iustitiæ; non sunt autem filij adoptionis æternæ. Qui ergo peccata dimissa fatentur redire, secundum iustitiam, & non secundum præscientiam ea dimitti, necesse est vt confiteantur, sicut saluandis peccata secundum iustitiam ad æternam damnationem imputantur, non secundum præscientiam* [p], *quia & illis à bono in malum deficientibus, singula replicabuntur ad supplicium, & his usque in finem in bono perseuerantibus, nulla imputabuntur ad pœnam [æternam].*

Margin: sup. ea. § si ex bono. — Ezech. 18. — su. § si ex bono. — Ioan. 1. — Rom. 8. — Io. 11. — Io. 13. — Ps. 88.

QVIA

¶ *In vetustis codicibus caput hoc est coniunctum superiori. Sunt enim Gratiani verba; qui more suo loca aliquot citat.*

a ¶ specie.) *Sic est emendatum ex codice peruetusto. Nam antea legebatur, spe, qua vox valde sententiam turbabat.*

† Abest à plerisque manusc.

a ¶ De quibus.] Scilicet, qui præsentem habent iustitiam, sed sunt eam amissuri: de quibus sup. prælibauit §. eorum Lau.

b ¶ Veraciter. arg. ff. de au. & arg. le. l. si ita. Lau.

c Duobus modis.] Secundum quòd sunt in patria iam, & secundum quod adhuc sunt in præsenti vita: quod trifarie diuiditur, sicut iam magister docet. Hu.

d ¶ Expectatio.] Id est, creatura expectans, scilicet homo.

e ¶ Reuelationem filiorum Dei.] Vel homo fidei, id est, fidelis, ex qua scilicet apparet qualis est vel futurus erit. vel in qua scilicet homo dicitur hic creatura: quia hic videtur esse creatura tantum, sed in alia vita apparebit quòd est filius Dei: quod in hac quidem vita plene nõ apparet. Hug.

Homo in alia vita apparebit filius Dei.

f ¶ Corruptionis.] Id est pœnalitatis, à causa quærendi victũ & vestitum, & alia quibus indiget nostra mortalitas. H.

g In libertatem gloriæ.] Id est. in gloriosam libertatem, quã habuerunt filij Dei. Hug.

h ¶ Intra nos. Id est in anima & ratione dolemus.

i ¶ Adoptionem.] perfectam scilicet ex omni parte: vt simus filij Dei, secundum animam & secundum corpus, quantum ad gaudiũ animæ, & stolam immortalitatis in corpore.

Filij Dei erimus secũdum animã & corpus.

k Creatura.] Nulla prærogatiua super alias creaturas prædita.

l ¶ Hoc.] Sicut ij, qui mali sunt adhuc scilicet futuri boni quia pdestinati.

m ¶ Aeternæ.] Sicut qui boni sunt, & finaliter sunt, boni permansuri L.

n ¶ Vobiscum.] Id est, adhuc modicum fidei habentibus L.

o ¶ Hi ergo] Infert ex proximè dictis per arg. à simili: & reuertitur hic ad principalem materiam huius quæstæ dist.

p ¶ Non secundum præscientiam.] Et tamen secundò præscientiam dimitti sicut dicit Gra. sup. ead. c. in do mo. §. sic itaque. uers. quæ remissio. sed hic aliter sumit nomen præscientiæ quàm ibi.

QVIA AVTEM. CASVS. Hæc est 5. pars. dist. in qua probat magister, ꝙ peccata non redeunt: quod verum est secundum Ioan. de Fan.

a ¶ Qui autem.] Ab hinc vsq; ad § verum. probat sententiam aliam, scilicet, peccata dimissa non redire: & hoc

suo peccato. Sequens c. planum est, s. qui recedit. quod melius probat intentionem Gratiani.

b ¶ Iniquitatem.] Per hanc auctoritatem non probat propositum, sed per sequentem optime L.

c ¶ Filijs.] Nō potest intelligi nisi de originali peccato: aliàs enim contra diceret auctoritas illa: filius nō portabit, & c. 1 q. 4. Iudæi.

β ¶ Duobus modis appellantur (*In vulgatis sequebatur.*) vno modo appellantur in futuro, altero in præsenti, qui triplex est:) *quæ absunt ab omnibus manuscriptis, & antiquioribus etiam editionibus.*

γ ¶ Modo tantum creatura.) *In libro octuaginta trium quæstionum quæst. 67. post alia habentur hæc.* Et ipsa itaque creatura, i. & ipsa, quæ nondum vocatur filiorum forma perfecta: sed tantum vocatur creatura; liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epistola ad Romanos, c. 8. Sed apud glossam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

§ *Qui autem* [a] *dicunt, quòd peccata dimissa non redeunt; auctoritate Gregorij, & Prosperi sententiam suam confirmare conantur.*

Ait enim Gregorius in Moralibus lib. 15. c. 22.

C. XIII.

QVid est, quod dicitur: [Qui reddis iniquitatem [b] patrum filijs [c], ac nepotibus?] Peccatum [d] originale à patribus trahimus, & nisi per gratiam baptismi saluamur; etiam parētum culpam portamus, quia vnum adhuc cum illis sumus. Reddit iniquitatem patrum filijs †; dum pro culpa parentis ex originali peccato anima polluitur prolis. Et rursum non reddit iniquitatem filijs †; quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur; non iam parentum culpas, sed quas ipsi comittimus, habemus. [e]

† in filijs.

† in filijs.

¶ *Verba ipsa huius capitis sunt in glossa ordinaria ad c. 34 Exodi, ex Gregorio in loco indicato: ex qua glossa sunt hic nonnulla emendata.*

Item in responsionibus Prosperi ad secundam obiectionem Gallorum.

C. XIIII.

QVi recedit à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam; quid, nisi in perditionem cadit? sed non in id, quod [f] remissum est recidit [g]; nec in originali [h] peccato damnabitur: qui tamen [i] propter postrema crimina α ea morte [k] efficietur, quæ [l] ei propter illa, quæ dimissa sunt, debebatur.

α Propter postrema crimina.) *Addita sunt hæc ex originali quibus sententia valde illustratur.*

Finis huius auctoritatis principio [m] *contraire videtur. Neque enim aliud est, dimissa peccata redire, vel in origi*

d ¶ Peccatū.] Solum.

e ¶ Habemus.] vnde paret, ꝙ originale peccatum dimissum non redit. & ita peccata dimissa non redeunt.

Peccatū originale dimissum non redit.

QVi recedit.]

f ¶ Sed non in id quod.] ī. 23. q. 4. si illic. su. 50. dist. c. minor, su. dist. 1. tres autem. Hug.

g ¶ Recidit.] Hic expresse dicitur, ꝙ peccata non redeant. sed si contrarium tenere volueris, expone sic, non recidit omnino vel eadem quantitate, in qua prius est r.

h ¶ Nec in originali.] Cōtradicit sibi, si sic exponatur.

†Et illud verum est, ſm opi. illorū q dicūt peccata dimissa redire nō quo ad essentiā, sed quo ad reatū & pœnam, Pe.

i ¶ Qui tamen.] ī. c. prox. qui recedit.

k ¶ Ea morte.] i. simili pœna æterna.

l ¶ Quæ.] i. qualis mors æterna si sic exponatur, non contradicit sibi.

FINIS HVIVS. CASVS. hic dicit G. ꝙ finis proxi. c. vbi dr̄. [ea morte,] contradicit principio, vbi dr̄, [sed non illud.] sed hæc dictio, ea, facit simplicem relationem. Qui autem dicūt ꝙ peccata nō redeūt, sic intelligunt auctoritates cōtrarias, quæ dicunt peccata redire quod dr̄ in eis fieri, qui post remissionē abutitur gratia Dei, & hanc sententiam dicit Gratia. fauorabiliorem esse, s quæ dicit peccata redire: quod adhuc probat p sequentia, p quæ probat à cōtrario sensu, ꝙ peccata redeunt: quia bona præterita p peccatum moliuntur, sequentia 5. capitul. plana sunt, scilicet, si auerterit, hoc

hoc duabus auctoritatibus.

QVid est.] CASVS. primo quærit Grat quare per Moysen dr̄ [Qui reddis iniquitatē.] &c. Secūdo exponit illam auctoritatē. q̄ dicit intelligi de originali peccato, p quo originali peccato patris fili9 polluit ante baptismum, sed post baptismum polluit tm̄ pro

nobis, de pertuso. si refugientes, intermittentes. & casus illorum cap. per te, formabis [De pertuso.] verba sunt Aggæi prophetæ: quæ Grego. exposuit super Ezechielem.

m ¶ Principio.] Magister vocat principium vbi dixit, sed non in id, &c. finem vero vbi dixi, q tū ea, & su c. proxi.

prox. qui recidit, sed illud, ea, facit simplicem & nominalem relationem, non numeralem, sicut ibi, mulier quæ damnauit, saluauit.

a ¶ Quam pœnam.] Verum dicet si pro eodem peccato pœnam exciperet. Lau.

g HOc nobis.] ¶ Reuocamus. [In defensionem à pœna quoad vitam æternam.

h ¶ Bonorum] Quin pro malis puniatur: mitius tñ puniet. Vel quoad vitam æternam ɔsequendā nō dēt haberi fiducia. De hoc ī. dist. 5. c. q̄rat, §. item illud, licet quo

ginali peccato damnari, quàm pœnam [a] peccato debitam post eiusdem remissionem excipere. Auctoritates vero sibi contrarias assertores [b] huius sententiæ ita determinant [c]: peccata dimissa redire dicuntur; quia quisquis post acceptā remissionem peccatorum ad vomitum redierit, tanto grauius punietur: quanto magis benignitate Dei abusus, singulorum remissionis acceptæ ingratus extitit. [d]

6 Verum illa sententia fauorabilior videtur: quia pluribus roboratur auctoritatibus: & euidentiori ratione firmatur. Vt enim Dominus [e] ait per Ezechielem, c. 18.

C. XV.

SI auerterit se iustus à iustitia sua & fecerit iniquitatem secundū omnes abominationes, quas operari solet impius. nunquid viuet? omnes iustitiæ eius, quas fecerat, nō recordabuntur [f]: in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius, quas fecit. Sent. 4. dist. 15.

Item Gregorius in explanatione eiusde loci.

C. XVI.

HOc nobis maxime considerandum est, quia cum mala committimus, sine causa ad memoriam bona nostra transacta reuocamus [g]; quoniam in perpetratione malorū nulla debet esse fiducia bonorum [h] præteritorum. Hom. 11. ad cap. 3 Ezechielis. Sent. 4. dist. 15.

Idem in homilia quarta ad c. primum Ezechielis.

C. XVII

DE pertuso [i] quippe sacculo aliunde exit, quod aliunde immittitur †, quia indiscretæ mentes mercedem, quę ex bono opere acquiritur, non aspiciunt, quomodo ex malo opere perdatur. † al. *mittuntur*

Idem Petrus in epistola secunda, c. 2.

C. XVIII.

SI refugientes coinquinationes mūdi in cognitione Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur; facta sunt eis posteriora deteriora prioribus [k]. Melius [l] enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitioné retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.

Paulus quoque scribens ad Hebræos ait, c. 6.

C. XIX.

INtermittentes [m] inchoationis [n] Christi sermonem, ad

b ¶ Assertores.] Id est, illi qui dicunt q̄ peccata dimissa non redeunt. L.

c ¶ Determinā t.] Gratianus aliter intelligit in sequenti. 6.

d ¶ Extitit] Vel potius quia ita damnabit quis pro sequenti peccato, sicut damnaretur si prima peccata non essent dimissa. s. æternaliter, sed non tantum punietur. Hug.

VERVM ILLA. Hæc est sexta pars dist. in qua probat p̄ 6. auctoritates, q̄ peccata redeunt: & hoc probat superficialiter: nam auctoritates bene intellectæ non faciunt pro eo. Ioan. de Fant.

e ¶ Vt enim Dominus.] Ab hoc loco vsque in fi. nititur Grat. conflare arg. hmōi, q̄ bona priora p̄ mala sequentia mortificata reuiuiscunt, si postea bona fiant, ergo à simili cum mala p̄ pniam mortificent: si iterum quis in malū reciderit, reuiuiscūt: & ita peccata redeūt, sed hæc argumētatio (vt prædixi in principio huius distin.) non procedit, quia aliud est in via, aliud in inuio, id est, aliud est in bono, aliud in malo: quia bona communicantur, non mala, arg. de conse. dist. 4. quæris, arg. ff de ser. expo. seruus, & probat primum vsq; ad illum locum, hæc sicut, secundum autem probat vsq; ad illum locum, porro, exinde probat, q̄ eadem rō est in bonis & ī malis quoad hoc. tandem concludit in §. sed h. s. ver. sicut ergo bona L.

Aliud est in via, aliud in inuio.

SI auerterit.] ¶ Non recordabunt.] Ergo idem est ac si nunquam habuisset aliquod bonū p̄ p̄ quod peccatum sibi fuit dimissum. Et ita idem est ac si nunquā ei peccata fuissent dimissa, & sic oīa peccata taliter dimissa redeunt, & dicunt redire p̄ sequens peccatum, sicut priora bona mortificata p̄ peccata, dicunt p̄ pniam reuiuiscere. L. & ita argumentatur G. ex his auctoritatibus à simili per contrarium.

Bona mortificata, p̄ pœnitētiam reuiuiscunt.

quoad minorem pęnā subeundā possit hri fiducia. H.

i DE pertuso.] Hoc continetur in Aggæo Propheta in 1. c. Lau.

k SI refugientes.] ¶ Prioribus.] Ecce verbum p̄ quo inducitur capitulum.

l ¶ Melius.] Id est, minus malum. Lau.

m INtermittētes.] i. dimittentes: quasi nō hoc tm̄ cō tēti, sed cum hoc habito ad vlteriora p̄cedentes.

n ¶ Inchoationis.] Id est, in quo Christus inchoat esse

in nobis per fidem s. qui sermo est de initio fidei quo rudes catechizātur, vt est symbolum, & dominica oratio. 10. q. 1. placuit. H.
a ¶ Feramur.] Secundum intelligentiam scripturæ, & bonam operationem.
b ¶ Ia-

tem cœptum est.
e ¶ Hieronymus.] Non est, su. dist. 2. §. hæc itaque &c. non est H.
f ¶ Recepturos.] Ergo à simili intelligatur per contrarium idem esse in malis, quod secundum horum sententiam reuiuiscent.

perfectionem feramur [a] non rursus iacientes [b] fundamētum pœnitentiæ ab operibus mortuis.

Dicens opera mortua, priora bona significat Apostolus, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc, sicut peccando fiunt irrita, ita per pniam reuiuiscunt, & ad meritum [c] æternæ beatitudinis singula prodesse incipiunt, etiam illa, quæ peccatis inueniuntur admista. Unde Augustinus [d], (Piū est credere, &c. & Hieronymus [e], (Non est iniustus Deus, &c.) Apostolus etiam scribens ad Hebræos, cum fidē, & dilectionem, & bona opera eorum breuiter commemorasset, horum omnium mercedem, quam amiserant peccādo, post pœnitentiam à Domino eos recepturos [f] ostendit. Porro [g], qui per prophetam dixit: (si auerterit se iustus à iustitia sua.) ipse per eundem prophetam [h] promisit † dicens: (si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est et custodierit uniuersa præcepta mea et fecerit iudicium, et iustitiam, vita viuet, & non morietur. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, nō recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet.) Filijs [i] quoque Israel per Assyrios captiuandis, veteris idololatriæ peccatum Dominus per Oseæ improperat: & peccatū quod Moyse supplicante patribus fuerat dimissum, hoc in filijs reuixisse ostendit, dicens.

su. dist. 3 de pœ. c. pium.
su. dist. 3. si quando.
su. dist. 3. non est tam.
Ezech. 33.
† al. præmisit
Ezech. 32.

PORRO QUI. CASUS. Allegat nūc Grat. pro illa parte, scilicet quod peccata dimissa redeunt: & hoc probat auctoritate Ezechielis prophetæ, quæ satis plana est, per quem Dominus loquebatur, & hoc probat à contrario sensu.
g Porro.] Hic, porro, copulatiue tenetur, non aduersatiue, & inducitur sequens c. ad probandum, quod bona mortificata reuiuiscunt. G. allegat pro alia sententia, scilicet quod peccata non redeant: vel si pro alia sententia intelligatur, sic accipiatur littera, quasi non solum per auctoritatem illam, si auertit, &c. peccata redeant: sed & per auctoritatem illam.
h Eundem prophetam.] Id est, eiusdē prophetæ, qui prædixerat. & Ezechielem, vt § ſ. fin.

Porro quāq; copulatiue tenetur.

C. XX.

Ose. 7.

VAe eis, quoniam recesserunt [k] à me: vastabuntur [l] quia præuaricati [m] sunt in me. Et ego redemi [n] eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia [o]: & non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant [p] in cubilibus suis: super triticum, & vinum ruminabant [q], & recesserunt [r] à me, & ego erudiui [s] eos, & con-

FILIIS QUOQUE. CASUS. Ad hoc probat Gr. quod peccata dimissa redeunt. Et ad hoc probandum inducit c. sequens: quod intendit probare, quod peccata dimissa redeunt, vnde dicit propheta: Væ eis, qui recesserūt

b Iacientes fundamentum.] Nos inquam dico iacientes fundamentum pœnitentiæ. Quod prius dixit sermonem inchoationis, hic appellat fundamentum: quia ad religionē Christianā venientibus prius proponitur, & super hoc qd perfectionis est, ædificatur, dicit ergo, nos dico iacientes fundamentum pœnitentiæ, id est, pœnitentiam quasi lapidem in fundamento, quod est pœna de peccatis, vel de hoc quod quis priora bona mortificauit per peccatum iacientes, dico, id est, non sicut olim. s. non ita negligenter sicut olim, vt sicut prius cecidimus, sic iterum cadamus; Vel non rursus. id est, non amplius nisi modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus.
DICENS OPERA. CASUS. Iste § respicit finē præcedentis c. & dicit Gra. quod per opera mortua, priora bona significantur, quæ sicut per peccatum moriuntur, ita per pœnitentiam reuiuiscunt. Vnde Gratianus intendit probare à simili per contrarium: ergo mala per peccatum redeunt. Et ad hoc inducit auctoritates sequentes.
c Ad meritum.] Licet magister ad hoc istud allegat, non tñ per contrarium intelligendum, vt idem sit in malis, magister tamē ad hoc su. tres posuit opiniones.
d Vnde Aug.] Pium est, su. dist. 3 c. grat. quo ra, illud au-

à me per peccatum: quoniam damnabunt: quia in me præuaricati sunt, &c. & sunt verba Oseæ prophetæ redarguentis filios Israel. Et c. væ, eis, patet.
i F. lijs.] Per quos omnem populum mystice intelligas colentem idola.
k VAe eis, quoniam recesserunt.] Per idololatriam vel peccatum immane, 45. dist disciplina.
l Vastabuntur.] Ab hostibus & miseri erunt.
ADDITIO. Id est, in captiuitatem ducentur. Pe.
m Præuaricati.] Adorando vitulum, & trāsgrediēdo meum præceptū. de quo dixi: Non faciatis vobis Deos alienos.
n Redemi eos.] Ab Aegyptiaca seruitute.
o Mendacia.] Dicentes, Hi sunt dij tui Israel.
p Vlulabant.] Luxuria vacantes.
b Ruminabant.] Id est, non sicut homines comedebant: sed quasi iumenta.
q Ruminabant.] Id est, abundantiam rerū, quam habebant, sæpius ad voluntatem quasi ad fauces reuocabāt vt inde delectabilius pascerentur, nihil nisi cibos, & luxurias quærentes.
r Recesserunt.] Dando se diabolo.
s Erudiui.] Per Moysen, & alios fideles,

a ¶ Et confortaui.] Id est, dedi eis fortitudinem bellā di in tempore Iosue.
b In me cogitauerunt.] Qui tanta eis feci.
c ¶ Malitiam.] Cum non possent nocere cogitatione sola, potentiam meam ad idola transtulerunt. H.

de quo peccato nō puniuntur, quia patres peccauerūt sed ideo puniuntur: quia mala eorum sequuntur eos. In fin: concludit, quod sicut bona per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium: sed mala reuiuiscunt ad supplicium. Et ad hoc inducit auctoritatem prophetæ.

d ¶ Reuersi.] ad id quod fuerunt antequam ipsos reuocarem, per Abraham & Moysen vt absque iugo legis & notitia Dei ferrentur in præceps. H.
e ¶ Dolosus.] Deus incenderat eos contra aduersarios, ipsi vero contra Deum nitunt, & sagittas blasphemiæ contra Deū iniiciunt.
f ¶ Cadēt.] Principes.
g ¶ In gladio.] Materiali, vel spirituali. H.
h ¶ Eorum.] Qui ui tulo, ausi sunt uocare Deos.
ANTIQVA. Hæc est septima pars dist. in qua magister soluit quæst. Io. de Fan.
CASVS. Verba sunt Gratiani interpretantis summatim verba Oseæ: postea per eūdem prophetam vult allegare pro alia parte, s. quod peccata dimissa non reddant. Et ad hoc inducit tria sequen. ca. scilicet cum ita, hæretici, diuina.
i ¶ Antiqua peccata parentum.] S. quod non puniat filios pro peccatis parentum, sed potius pro suis, & hoc incidenter interserit G. & interserit quædam contra opinionem, quam illaturus est.
k ¶ Hieronymus.] Super prædictam litteram Oseæ, s. ne forte &c. L.
l ¶ Cum ita.] CASVS. Verba sūt Hieronymi exponentis prędicta verba Oseę, ne forte &c. Dicit enim quod Deus nō punit homines pro peccatis patrū, sed pro suis iniquitatibus, quas quotidie faciunt. Sequentia duo c. patent.

fortaui [a] brachia eorum, & in me cogitauerūt [b] malitia [c]: reuersi [d] sunt, vt essent absque iugo, facti sunt, quasi arcus dolosus [e]: cadent [f] in gladio [g] principes eorum [h] à furore linguæ suæ.

7 Antiqua peccata parentum [i] filiis improperat sermo diuinus: & propterea principes eorum in gladio casuros prędicit. Sed per eundem prophetam contra Dominus se facere ostendit dicens. Ibidem.

C. XXI.

NE forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum; nunc circundederunt eos adinuentiones suæ; coram facie mea factæ sunt.

Item Hieronymus [k] ad c. 7. Oseæ.

C. XXII.

CVm ita [l] puniantur; ne cogitent, quod pro veteribus peccatis patrum puniam eos: quia nunc. id est, in pręsenti pro malitijs suis, quas inuenerunt, circumdati sunt pęna: & mala eorum, sicut putant, non possunt me latere; sed potius ipsæ adinuentiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clare videt.

¶ Sententia huius capituli est quidem in commentarijs B. Hieronymi in c. 7. Oseæ: sed propria verba sunt in glossa interlineari ibidem ad ea verba, Ne forte dicant in cordibus.

Idem [m] ibidem.

C. XXIII.

HAeretici non possunt vetera peccata contra Deū causari: cum antiquis operibus addant nouam impietatem, & suis ligentur peccatis: & cum Deum celare se putant, oculos eius uitare non possunt: quia vultus Domini super facientes mala. Ps. 33.

¶ Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo.

Item Gelasius Papa. Su. 29. q. 4. si illic.

C. XXIIII.

DIuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire [n] non patitur.

Sed his auctoritatibus [o] docentur filii ab originali peccato expiati, non ideo puniendi, quia patres peccauerunt: sed ideo peccata patrum in eos redire; quia eum [p] culpam sequuntur. Sic & bona, quæ peccato moriuntur, non proficient ad præmium, quia facta sunt,

m ¶ Idem.] Super eundem locum. Lau.
n Diuina.] Redire.] Supra, 1. q. 4. iam itaque. supra 23. q. 4. si illic.
o SED HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. induxit G. su. c. proxi. quasdam auctoritates, quæ videntur dicere, quod peccata dimissa non redeunt: sed quia sunt contra suam sententiam: ideo nunc eas soluit, & dicit quod intelliguntur de originali peccato: tæ Quidam faciunt ibi c. putruerunt, sed H. non facit c. ab illo §. [sed his.] vsque ad dist. 1.
o ¶ Sed his auctoritatib. &c.] Supra proxime relatis ab illo, §. antiqua, & illis superioribus capitulis, quod est, qui recedit, quæ videntur dicere, quod peccata dimissa non redeant. L.
p ¶ Quia eorum.] Et sic non ostendunt, quod peccata non redeant. L.

a ¶ Si

a Si Iudas.] Supra, in prin. huius dist.
b ¶ Qui est.] Supra ea. dist. c. hanc §. qui autem. H.
c ¶ Traxerunt.] In ipsa origine carnis.
d ¶ Amaritudinem.] Id est, causam amari peccati, vel causam amaram peccati.
e ¶ Si-

dicente Domino ad Adam, Adam vbi es? ideo enim quæsiuit vt ipso confitente peccatum, daretur forma alijs in posterum confitendi, sed quia in illa interrogatione Dominus minus expresse videbatur ad confitendum monuisse, idō post exquisiuit à Cain fratricida expressius, vbi est Abel frater tuus? Alij dicūt ꝙ sub lege fuit primo instituta, qñ Iosue pcepit Achor crimen suum ꝯfiteri, & lapidatus est. 45. di. sed illud. Alij dicunt ꝙ in nouo testō à Iacobo dicēte, Confitemini alterutrū peccata vestra, &c. Sed melius * dr̄ eam institutā fuisse à quadam vĺis ecclesię traditione potius q̄ ex noui vel veteris testi auctoritate. Et traditio ecclesiæ obligatoria est vt pceptum, ar. 11. dist. in his reb. ergo necessaria est ꝯfessio in mortalib. apud nos, apud Græcos non, qa non emanauit apud illos tradō talis: sicut nec conficiunt in azimis, sed in fermentatis. ī ea. di. 1. c. si. Illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrum peccata vestra, fuit ꝯsilij primo, alioquin ligaret & Grecos, nō obstāte eorum cōsuetudine. Est aūt facienda taliter, ꝙ nō solū de peccato, sed de oib. circūstātijs. ī. ea c. 1. Et est facienda sacerdoti si adest, vel proximo in necessitate, ī di 1. quem pęnitet. Est aūt facienda cum quis peccat statim: qa nec p momentum, &c. vt ī. dist. 3. ille rex. & hoc si est manifestum: si aūt est occultum, & conteritur, non credo eum peccare si differt oris cōfessionem vsq; ad tps pniæ deputatum p c. omnis, extra de pœn. & re. Sed qui differt cum habet copiam sacerdotis, nunquid in quolibet instāti peccat mortaliter? non: qa omnes moræ illi circa vnum & idem tempus sunt: sed augetur illud ex diuturnitate, ff. de fur. eum qui. extra de simo. non satis, & peccaret quidem mortaliter. Lau.

*Immo cōfessio est instituta à Domino, et est oib. post baptismū lapsis in mortale peccatū tā Græcis, quā Latinis iure diuino necessaria, Conc. Triden sess. 14. c. 5.

sup. ea. si Iudas. sup. ea. quid.

sed quia per pniam reuiuiscunt. Tale est et illud Augustini in libro psalmorū: (Si iudas [a] teneret adoptionem, &c.) Sic & illud Gregorij in Moralibus intelligitur: (Quid est [b], quod dicitur: reddis iniquitatem patrū in filios, &c.) Illis namq; parentum iniquitas redditur: qui propterea puniūtur, quia in radice traxerunt [c] amaritudinē [d] peccati, illis aūt non redditur, in quib. merito suę iniquitatis non reuiuiscunt peccata parētis. Sicut [e] ergo bona, quę peccato moriuntur, per pniam reuiuiscunt ad præmium: sic & mala, quæ per pęnitentiam delentur, reuiuiscūt ad supplicium. Vnde propheta ex persona pęnitentis deplorat dicens: (Putruerunt & corruptę sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.) i. plagę per baptismum sanatæ. Hinc etiam idem propheta, quamuis fide, & sacramento circuncisionis ab originali peccato se mundatum cognosceret: tamen adulterio, & homicidio, quod commiserat, illud reuixisse intelligens, non sine causa inter cætera ipsum confitetur, & dicit:) Ecce enim in iniquitatibus conceptus [f] sum, &c.)

Psal. 37.

Psal. 50.

DISTINC. V. [g]

De vera, & falsa pœnitentia, c. 4 1. & 15. inter opera August. Sent. 4. dist. 16.

IN pęnitentia [g] autem, quæ peccatorem considerare oportet, Augustinus in libro de pœnitentia docet, dicens.

C. I.

COnsideret qualitatē criminis in loco, [h] in tpe, in perseuerātia, in varietate [i] personę, & quali [k] hoc fecerit tētatione [l], & i ipsi vitij multiplici executio-

e ¶ Sicut.] Ecce qualiter induxit superiores auctoritates à simili. L.

Peccatū originale non tenetur confiteri.

f ¶ Conceptus.] Arg. ꝙ originale peccatum tenemur confiteri, ꝙ non est verum: quia tantum commissa tenemur confiteri: at illud non est commissum, sed contractum, credo tamen contritionem exigi: quæ enim notabiliter fiunt, &c. vt ff de iniu. l. item apud Labeonem, §. hoc edictum. Lau.

IN pœnitentia autem.] Hæc dist. diudit in 4. partes. In quarum prima ponit modos pœnitentiæ. Secunda ibi. [Qualitas] Tertia ibi. [Falsas.] Quarta ibi, [Fratres.] Ioā. de Fan.

CASVS. Hic ponitur quinta distinct. in qua notantur ea quæ pœnitentes debent considerare. & ponuntur in principio sequentis cap. & hoc etiam versu notantur.

Quis, quid, vbi, quib. auxilijs, cur, quomodo, qñ. horum exempla colligunt in principio capit. Dēt ista cōsiderare peccator, vt plus doleat: sacerdos debet considerare, vt plus uel minus puniat.

g ¶ In pœnitentia.] In hac dist. & alijs duabus sequentibus agitur tam de illa parte pœnitentiæ, quæ dicitur oris confessio, & operis satisfactio, quàm de alijs: & ideo videndum est quando oris confessio fuerit instituta, verum necessaria sit, vel tantum voluntaria: qualiter sit facienda, & cui, & quando. Dicunt quidam [1] institutam fuisse in paradiso statim, post peccatum

1 Vt Amb. p hoc facit ꝙ no. ī. ea. di. j. in prin, in gl. qa mētionem in prin. Arch.

COnsideret.] CASVS. Hoc c. Aug. licet sit plixum, tñ facile est, & casus eius breuiter poni ꝯsueuit: A principio igitur vsq; ibi, [cautus sit] Notant ea quæ pęnitens dēt considerare, vt illa ꝯfiteat, & de illis doleat. Abinde vsq; ibi, [Cautus.] Dr̄ ꝙ confitens non dēt peccata diuidere, vt uni sacerdoti, partem confiteatur, & alij aliam partem, deinde dr̄ ꝙ vere pœnitens abstinere debet à communione corporis Christi, & à vanitatibus sæculi, & diligere vere pœnitentes. Sic posuit breuiter Ben. hunc casum, & H. similiter paucis verbis posuit.

Cōfessio qñ faciēda est.

h ¶ In loco.] Supra dist. j. aut facta.
i ¶ Varietate.] agentis. & eius cum qua agit. ī. di. 1. aut facta, quidam. n. res in clericis reprehensioni subiacet, quæ non in laicis, vt 31. dist. c. j. puta nubere.
k ¶ Et quali.] Extra de hom. sicut dignum.
l ¶ Tentatione.] An ab ea præuentus, an eam pueniendo,

do, ut infra sequitur.

a ¶ Oportet.] Ideo huiusmodi circumstantias tenetur confiteri 1: quia præsumunt augere peccatum, uel minuere, si tamen eas subticuit per obliuionem non dico eum teneri ut iterum ei confiteatur circumstantias: nisi tales circumstantiæ essent, quod alterius generis peccatum facerent, ut locus sacer facit sacrilegium, ut infra dist. 5 aut facta. Lau

b ¶ Status.] Sup. 11. q. 3. c. excellentissimus, &c. præcipue. ff. de re mi. l. 2. extra de cle. ve. c. epm, contr. ff. ad le. cor. de sic. l. pe. contra. sed dic in epo est maior pœna suspendi trib. mensibus à communione, quam ab officio deponi, 1. q. 1. quisquis.

c ¶ Meretricis.] An scilicet fuit pulchra, vel deformis: an soluta, vel obnoxia viro vel voto, arg. 27. di. c. vlt. L.

d ¶ Et in modo.] Quo ea abusus est, vtrum ordinarie vel extraordinarie, nam vtrumque damnabilis est 32. q. 4. meretrices. 35. q. 3. extraordinaria.

e ¶ Si in loco.] Supra 17. q. 4. quisquis, ff. de incen. qui ædes H.

f ¶ Dominorum.] Arg. infra 22. q. 5. de forma.

g ¶ Constituto.] Quia et à coniugibus est abstinendum, infra ea q. 4. c. 1. & 2. & fere per totum.

h ¶ Perseuerauerit.] Nam perseuerantia auget delictum, 24. q. 1. schisma ff. de furt. in faciendo, § infans, econtra mora & perseuerantia excusat delictum quandoque 45. q. 8. c. 1. ff. de pe. sidiutino, ff. de ri. nup. l. qui in prouincia L.

Cum igit genus.] CASVS. Quærebat cū olim sorores ducerent licite: quare nō licet hodie. Et rndet agu.

QVAESTIO PRIMA.

Quod aūt cōsanguineas [a] nostras, siue vxoris [b] nostræ in cōiugiū nobis ducere liceat, exēplis, & auctoritatib. ꝓbatur. Abrahā nāq; Sarai filiā fratris sui, sororē videlicet Loth in cōiugē duxit. Isaac Rebeccā in vxorē accepit, q̄ erat filia cōsobrini [c] matris suæ. Iacob duas sorores, Liā uidelicet, & Rachel filias Labā auūculi sui sibi matrimonio sociauit. ¶ In lege quoq; præcepit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorē, nisi de ꝓpria tribu, & familia. Itē si aliqs absq; liberis moreretur, præcepit [d] Dominus, ut frater eius vxorē defuncti sibi copularet, & ex ea semē fratri suo suscitaret. Porro ad quoscūque lex ipsa ꝑuenit, [e] eius p̄ceptis [f] ꝓbātur obnoxii, nisi q̄ vel Euāgelicis mādatis, uel Apostolicis [g] institutis euacuata mōstrātur. Nullo aūt Euāgelii p̄cepto, uel Apostolico instituto cōsāguineorū cōiunctiones ꝓhibitæ inueniūtur. Unde sicut ab initio, ita & nūc licitæ ꝓbātur. ¶ His ita [h] r̄ndetur. Cōsanguineorū cōiūctiones alias cā necessitatis [i] ꝑmissæ, alias cā iustæ rōnis inueniūtur imperatæ.† Cū n. unus vir ab initio, atq; vna ex latere ei⁹ mulier à Deo formarēt, necessario sorores fratribus copulabātur. Quod aūt cogēte necessitate fit, cessāte [k] necessitate pariter cessare oportet. Tāto ergo nūc damnabilius vsurpatur cōsanguineorū cōiūctio; quāto minus necessaria probatur. Vnde huiuscemodi copula postea lege ꝓhibita inuenit, Dño dicēte p Moysē, [l] [Turpitudinē sororis [m] tuæ nō releuabis.]

Gen. 11.

Gen. 24.

Gen. 29.

Num. 36.

Deut. 25.

†al. impetrata.

Leui 18.

Hinc Augustinus [n] ait in lib de ciuitate Dei 15. c. 16.

¶ Quare cōstitutū sit, ne cōsāguineas ducam⁹ vxores. C. I.

Cum igitur genus humanum post primam copulam

Arg. quod cum non erant nisi filij Adę, & eius filiæ, ad multiplicandū genus humanū oportuit, quod fratres ducerēt sorores suas, & et factum fuit causa charitatis dilatandæ, vt quis plures haberet amicos: & postea cessante necessitate fuit ꝓhibitum, & a gētibus obuseruatū.

a ¶Religione.] Arg. quod consanguinitas non impedit matrimonium, sed constitutio ecclesiæ infra ead. q. 3. coniunctiones. & extra de diuorc. gaudemus. frigiditas enim sola, & coactio, & error personę [cum non sit ibi consensus] matrimonium impediunt sine constitutione ecclesiæ. Item pupillaris ætas, & membri abscissio

Matrimoniū multipliciter impedit sine constitutione ecclesiæ.

a ¶Re- viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere, marium, fœminarumque coniunctione opus hēret, ut gignēdo multiplicaretur, nec essent vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent: viri sorores suas coniuges acceperunt. Quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate; tanto postea factum est damnabilius religione [a] prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, vt homines, quib. esset utilis, atq. honestissima † [b] ꝯcordia, diuersarū necessitudinū uinculis necterentur, nec unus in vna multas hēret, sed singulæ spargerenť in singulos, ac sic ad socialē uitā diligentius colligādā † plurimæ plurimos obtinerent. Pater quippe, & socer duarū sunt necessitudinū [c] nomina. Dum ergo hēt [α] quis aliū patrē, alium socerū, numerosius se charitas porrigit. Vtrumq; aūt unus Adam esse cogebať, & filijs & filiabus suis, qñ fratres, sororesque connubio iungebanť. Sic & Eua uxor eius vtriq; sexui filiorū fuit & socrus, & mater; quæ † si duæ fęminæ fuissent, mr̄ altera, & socrus altera: copiosius se socialis dilectio colligaret. *& inf.* ¶Sed hoc, vnde fieret, tunc non erat: qñ nisi fratres & sorores ex duob. illis primis nulli hoīes erāt. Fieri ergo debuit, qñ potuit, vt existente copia inde ducerentur vxores, quæ non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret, nulla necessitas esset, verum ēt, si fierēt, nefas [d] esset. *& infra.* ¶Quod humano genere crescente, & multiplicata ēt inter impios Deorum multorū, falsorumque cultore sic obseruari cernimus, vt ēt si peruersis legibus [e] permittantur fraterna [f] coniugia; melior tñ consuetudo ipsam malit exhorrere licentiam, & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporib. omnino licuerit; sic auersetur, quasi licere nunquam potuerit. *& infra.* ¶Copulatio ergo maris & fœminæ, quantum attinet ad genus mortalium quoddam seminarium [ϐ] est charitatis, cęlestis vero ciuitas [g] opus habet, vt noxam generationis euadat. [h]

† honest a] orig.

† al. colligendam

† al. quod

α ¶Dum ergo habet.] *In codicibus B. Augustini impressis, & apud Iuonem, & Pannormia legitur* Vt ergo alium quisque habeat patrem. *Sed visa est melior lectio Gratiani.*

ϐ ¶Seminarium.] *Iuo & Pannormia habent cætera vt Gratianus: tantum loco,* charitatis *habent,* ciuitatis. *Integer vero locus B. Augustini hic est:* Copulatio ergo maris & fœminæ, quantū attinet ad genus mortaliū, quoddā seminariū est ciuitatis. Sed terrena ciuitas gñatione tantummodo, cęlestis autē etiā regñatione opus hēt, vt gñationis noxam euadat: *verum ob glossam ver.* ciuitas. *nihil est mutatū. Alia vero multa ex ipso potissimū originali sūt emēdata.*

Hac itaq; cōsuetudine, quæ ab ipso exordio humanę ꝓpagationis originē habuit, q̄ nulla lex cōtra iubēdo euacuauerat, excusātur Abrahā, Isaac & Iacob, & cæteri, q de ꝓpria cognatione ducebant vxores. Quāuis etiam alia causa rectissimę rōnis, qua id factum sit, possit intelligi: Cæteris idololatria fędatis, sola familia [a] Heber in cultu vnius Dei remansit. Vnde Abraham a Caldæis [b] cum fratre suo Aram in ignem, quem adorare noluit, proiectus est, vt numen suæ diuinitatis exurendo senti-

Genes. 11.

b ¶Honestissima.] hic est arg. quod affinitas non surgat ex coitu fornicario. nam illa concordia non est honestissima. nam infideles sunt ipsæ fornicariæ 33. q. 4. quotiescumque. Item est ex hoc cap. arg. quod si hodie vnus solus homo esset cum sorore sua, posset eam cognoscere licite, & sobolem suscitare. nam tunc o. ad a. reuolaret 25. di. ab exordio & esset etiam religionis hoc facere 32. q. 4. dixit Sara. Item est ar. ex hoc cap. quod diuersitas temporis diuersitatem factorum inducit 23. q. 4. si ecclesia.

Frater ex sorore in casu posset prolē suscitare.

c ¶Necessitudinū] Id est, dilectionum.

d ¶Nefas esset.] Id est, execrabile haberetur post prohibitionem L.

e ¶Legibus.] Secundum leges enim hoc permittitur C. de nu. l. celebrandis. & infr. ea q. 3. quædam lex. †

f ¶Fraterna.] Id est, inter duorum fratrum filios.

† Caueas tibi o canonista simplex, ab eo, quod hic legiť & no. quāte tus dicat, fraterna coniugia, vt plenius videre poteris in arch.

g ¶Ciuitas.] Quia nō est opus ea quantum ad ciuitatem cælestē, sed triumphantem: vbi neque nubent, neque nubentur. 32. q. 1. Deus.

h ¶Euadat.] Id est, liberetur ab originali peccato, cuius causa contrahitur ab ipsa generatione.

HAC ITAQVE CONSVETVDINE CASVS. Prosequitur magister solutionem suam, & ostēdit in hoc § quod copula consanguinitatis olim præcepta fuit propter idololatriam fugiendam: & quę fuit olim permissa causa mysterii nūc est prohibita. præmittit tamen quandam specialem causam, quare ante legē fuit

fuit legitima talis copula: quia adhuc nõ erat lex, quę hoc prohiberet, & sic excusat patriarchas, qui duxerunt in vxores consanguineas & hoc triplici rõne, s. quia nondu erat prohibitum. & vt idololatria vitaretur, & vt in populo Dei ecclesia instituerctur. sed non indigerent excusatione: quia licitum erat de iure naturali. Prima excusatio est in principio Scda ibi. [Quãuis.] Tertia ibi, [Est autem alia.]

facta in 1. § & dupliccm subijcit responsionem. [sed cum omnia,] Hęc est prima [quamquam,] Hæc est secunda & verior q. sic respondeat, [quamquam.] & aliter possit respondere scilicet, quia sicut, & c.

i ¶ [illud autem] Hic respondet a tacitæ obiectioni facta

a Et duplicem subiicit responsioné. H.

ret, quē venerando colere contempsit. Ne ergo ex coniunctione infideliũ fideles ad idololatriã ꝑlaberentur, & ita Deum offenderent, sicut quondã ante diluuiũ filij Dei [c] cõmisti filiabus hominum ipsum ad iracundiã prouocauerant: rectißime cautum est vt Patriarchæ viri sanctißimi nõ nisi de propria cognatione, i. de familia fidelium sibi vxores acciperent. Hinc ẽt cum filij Israel intraturi terrã promissionis a Domino audirent ne filias Chananæorũ sibi in vxores acciperent, nec suas eis nuptui traderẽt: statim subiunxit Dominus: (ne faciant vos recedere a Deo vestro, & fornicari cum Dijs alienis.) Hinc ẽt Esdras, Idumęas atque aliarum nationum mulieres, p quas filij Israel ibant ad Deos alienos, ab eis separari iussit. Est ẽt alia cã, quare consanguineorũ cõiunctiones in populo Dei primum permissæ, vel potius impetratæ fuerũt. Deus.n. sic ab initio salutem humani generis dispẽsauit, vt primitiuam ecclesiã in illo populo institueret, qui sibi carnis cõsãguinitate erat ꝓpinquus. Vnde de plebe iudaica primũ Apostolos elegit, quos quasi fundamẽtum ecclesiæ instituit, quorum ꝑdicatione de eadem plebe multi ad Deũ cõuersi, in seipsis originem ecclesiæ persliterũt. Deinde in cæcitate suæ perfidiæ iudaica plebe relicta ad gẽtes, quę tam fide, quam cognatione carnis a Christo [d] erant alienæ, prædicatio Euãgelica translata est: & quasi cõsanguineę copulam Christus aspernatus, de aliena cognatione sibi vxorem elegit, adimplẽs illud, quod per prophetam promiserat: (In peccatis [e] vestris dimisi matrem vestrã, [f] quasi adulteram & repudiatã. [g]) Et item per alium prophetam; [h] (vocabo non plebem meam, plebẽ meam.) In huius ergo rei sacramentum cõsanguineorum cõiunctiones primum in Dei populo permissę sunt: nunc autem prohibitę Et quia non in vna familia tantũ, sed in omni multitudine gentium populus fidelium inuenitur; non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuique vxorẽ ducere cõceditur. ¶ Illud autem, [i] quod præcepta legis seruanda dicuntur, quæ nec Euangelicis, nec Apostolicis institutis euacuata ꝓbantur, verum quidem est; sed cum oĩa figuralia Apostolus probet ad tps esse data, atque ideo veniente veritate affirmet illa non vltra eße seruanda, hoc autẽ, vt supra monstratum est causa sacramenti a Deo institutum eße probetur; & hoc cum cæteris figuralibus euacuatum certißime constat; quamquã, sicut Apostolus quę

Gene. 6.

Deuter. 7.

1. Esdra 10.

Esaia. 50.

Osea 4.

Osea 2.

Roma. 9.

Gal. 5.

Hebræi vnde dñt.

a ¶ [Familia Heber] A quo descendit Abraham Vnde & Hebræi dicti sunt, sm Iosephum sm Augustinũ dñr Hebręi quasi Abrahæi ab Abraham.

Chaldæi ignem p Deo colebant.

b ¶ [A Caldæis] Hi ignem pro Deo colebant: quia sicut dicitur Deus esse vbique ita ignis in omni loco etiã in lapidibus inuenitur, iõ Deum dicebant ignem: vnde dixit: ego sum, qui eduxi vos de Hur Chaldæorum. vnde Abraham compulsus est cum fratre suo adorare ignẽ; & quia noluit, in ignem proiectus est, vt numen suæ diuinitatis sentiret. sed quia non dubitauit, ꝙ Deus nõ erat ignis, ideo de igne exiuit illęsus, Aram qui dubitauit, dr̃, ꝑ ẽit combustus.

Filii Dei & filii hominũ qui dicuntur.

c ¶ [Filii Dei.] Filii Dei dicti sunt qui descendunt de familia Seth: 1 quia non colebant idola amore vxorum suarum: & ideo concessum fuit eis vt acciperent vxorem de tribu sua: filii Cain, qui colebant idola, dicti sunt filii hominis.

1 qui successit loco abel.

d ¶ [A Christo.] Non tamen ex toto: quia omnes ex eodem parente descendimus

e ¶ [In peccatis.] Vestris, o Iudęi.

f ¶ [Matrem vestrã.] Idest, synagogam.

Sacramẽtum fuit iter Chrm & synagogam.

g ¶ [Et repudiatam] est arg hic, quod sicut per auctoritatem Domini separatum fuit sacramentum qđ fuit inter Christum & synagogã: ita hodie auctoritate Dñi posset mřimoniũ separari.

h ¶ [prophetam.] Scilicet Oseæ 4. c. vnde expone, idest per aliam prophetiam eiusdem Oseæ.

ILLVD AVTEM. CASVS. Hic respondet obiectioni

factę in 1 §. nam videtur esse præceptum, quod accederet ad personas non prohibitas: sicut ad fratris vxorem. 3. q 1. olim.

a ¶ Con-

a ¶Consulẽdo.] Sicut de consilio nubendi, & de non dimittenda infideli. 28. quæstio 1 sic enim.

Via ergo.] CASVS. Hic doctores sine arte docentes multa scripserunt de cõsanguinitate & affinitate, de quibus cõmodius dicetur infr. ea q 5. & sufficit si hic soluantur secunda quæstio & tertia, quæ ideo simul tractantur, quia quædam cap. promiscue loquebantur de his, vt inf. ea. q. nullum. & cap. æqualiter tertiæ quæstionis, quam Grat. præmittit hic. & secũdę est hæc solutio, quod non debet quis contrahere cum cõsanguinea sua in linea transuersali vsque in vij. gradũ. in recta autem linea supra vsque in infinitum, secundum Benedic. & H. vt infra eadem quęstione nulli. & separatur contractum, vt infra ead. q. qui propinquam, ita dico nisi a papa fuerit dispensatũ, vt infr. eadem quęstio. §. sed idem. & c. quædam §. quod scripsi. & q. 5. ad sedem. Secundæ quęstionis solutio apparet ex eo quod dicitur inf. ead. q. nullã. æqualiter.

b ¶Quia ergo à consan.] Quę dicuntur in hac quæstione, fere per totum sũt correcta per constitutionem nouam, quæ incipit, non debet, extra de consan. & affinit. nec est opus ea legi. B.

dam consulendo a addidit, quę Euangelicis pręceptis nõ inueniebantur definita, nec tamen ideo tanquam temeraria, vel superflua ab alijs Apostolis sũt repudiata: sic & ecclesia post Apost. instituta, q̃dã cõsilia † pfectionis addidit, vt patet de cõtinẽtia ministrorũ, de cõfectione mysteriorũ, de celebratione officiorũ, q̃ nullatenus respuẽda sũt, sed diligẽti veneratione suscipiẽda. Cõsãguineorũ ergo cõiũctiones, quãuis Euãgelicis, & Apost. præceptis nõ inueniãtur prohibitæ, sunt tamen fugiẽdæ, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur terminatę. †

† al. consilia

† al. interminata.

QVAESTIO II. & III.

Qvia ergo à consanguineorum b coniunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet; vidẽdum est usque ad quem gradum a consanguineis proprijs abstinere oporteat, uel si ex cognatione propriæ uxoris aliquam duci in uxorem liceat.

De his ita scribit Gregorius Papa in concilio Meldẽsi.

a Concilio Meldensi.] *Burchardus Iuo, auctor Pannormiæ citant tãtũ ex concilio Meldẽsi. Magister Gregorium, Polycarpus ita hẽt,* Gregorius in decretis. *Ac fieri facile potuit ut Gregorij decretũ in aliquo Meldensi conc. referretur, unde orta sit ista Gratiani citatio.*

¶Vsque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat vxorem. Cap. I.

† adde affinitatem & propinquitatem hic accipi. si est l. sancimus C. de nup.

Cõcor. Nicol. i cõc. Roman sẽt. 4. dist. 41. Poly. l. 6 tit. 4. Burc. l. 7. c. 16. Iuo p. 9. c. 51. Pann. l. 7. c. 11.

De affinitate † consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationem obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancita, vsque ad septimum c gradum protendit hæredum successionem. Non enim succederent, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

De affinitate.] CASVS. Statutũ est vt consanguinitas vsque ad vii gradum obseruetur, quia per leges hæreditas cognationis vsque ad hunc gradũ defertur.

c ¶ Ad septimum.] immo vsque ad decimum gradum defertur hæreditas, vt infra ea q. 5. ad sedem. sed potes dicere, q minor numerus non excludit maiorẽ. non enim qui minora cõcessit, prohibuit maiora. 27. quæst. 2. sunt qui dicunt. sic 95. dist. illud, 50. dist. in si quis diaconus. ff. de arbit. diem §. si plures. arg. contra. 31. q. 2. quomodo. ff. de vulga. & pup. subst. ex facto, §. item quæro 1 Vel dic q loquitur hic de cognatis, qui de iure prætorio succedunt vsq. ad vii. gradum, vt insti. de succes. cogn. §. vltimo.

Numerus minor nõ excludit maiorem.

1 Ibi dicit q qs decedit intra annũ . x. nõ dicit succedere intra xiiii.

Item Calixtus Papa epi secunda ad episcopos Gallię.

¶Infamia notentur, qui cõsanguineas ducũt vxores. C. II.

Poly. ibidem. Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 22.

Coniunctiones consanguineorum fieri prohibete, quã do has & diuinæ, & sæculi prohibent leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eo prodeunt, nõ solum eiiciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero sæculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigijs inhærentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamiæ maculis sunt aspersi, nec eos viros, nec accusationes eorum, quos † leges sæculi reijciunt, suscipere debemus. *& infra.* ¶ Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinæ, & Imperatorum, † ac Romanorum atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæredita-

Simile i cõcilio Innocẽtii ij.

† al quas.

† al Imperatorum Romanorum.

Coniunctiones.] CASVS. Cõtraxe Arch. ...

1713

De incestis cõiunctionibus.] CASVS. Quærebatur de his, qui per incestum cõtraxerũt: verũ sine separatione possent veniã impetrare: Et respondetur, quod nõ: & enumerantur personæ cũ quib. qui contrahunt, incestuosi sunt, & cum catechumenis vsque ad satisfactio.

c ¶ Cum adulterium] Id est, fornicationem. 32. q. 4. nemo.
d ¶ Funestũ] i. turpe, & indecẽs, su. 34. dis. presbyteri.
e ¶ Consobrinæ] Consobrini dicuntur quasi consorores, hi sunt proprie duarum sororum filii a sobrini vocantur consobrino rum filii.

Caput hoc usque ad uers. Præterea Burchardus, Iuo, & Pannormia nam magister ut Gratianus citant ex concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sane in 3. Aurelianensi impresso, c. 10. multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua uero huius capitis pars in Pãnormia (nam cæteri collectores non habent) ex eodem concilio refertur, sed a Gra. supra 27. q. 2. c. qui desponsatam, tribuitur Gregorio.

f ¶ Aut priuignæ suę.] patrui: & secundum hoc exaudi de priuigna ex secundis nuptiis. Vel dic, suæ, id est, propriæ.
g ¶ Concubitu.] Arg. quod affinitas contrahitur per coitum fornicarium sicut per legitimum, ut inf. ea. nec.

1 Gl. sim. 10 f. inter libe ros. § Iulianus. alias est l. Iulianus, ff. ad legẽ Iu. Consobrini q sunt. a S. c eti ff. dicit Isid. l. li. 9. Etymo. capi. agnati.

Item ex concilio Agathensi, c 61.

Et in Arel. 3. c. 2. in Epaunẽsi c. 30. in Turonico. 2. c 22. in c. adiectis, cap. 200.

¶ Incestuosi nullo sunt digni nomine coniugij. C. VIII.

Bure. l. 7. c. 4. Iuo p 9 c 25 et 40.

DE incestis [a] coniunctionibus nihil prorsus venię reseruamus, [b] nisi cum adulterium [c] separatione sanauerint. Incestuosos † vero nullo coniugij nomine deputandos, quos etiam designare funestum [d] est. ¶ Hos enim α censemus esse: si quis relictam fratris (quę pene prius soror extiterat) carnali coniunctione polluerit: si quis frater germanam vxorem acceperit: si quis nouercam duxerit: si quis consobrinę [e] suæ se sociauerit: si quis relictę, [f] uel filiæ auunculi misceatur, aut patrui filiæ, aut priuignę suę; aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit concubitu [g] polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes [h] & olim, & †nunc sub hac cõstitutione incestos esse dubitamus, & inter catechumenos [i] usque ad legitimam satisfactionem manere, & orare [k] præcipimus. Quod ita præsenti tempore prohibemus, ut ea, quę sunt hactenus constituta, † [l] non dissoluamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebũt β [m] ineundi melioris coniugii libertatem.

† al. incestos.

† al. atq; sub hac.

† al. instituta

h ¶ Quos omnes.] multi alii sunt, qui non numerantur hic.
i ¶ Et inter catechumenos.] De hac materia dicunt quidã speciale esse in incestuosis, qui non debent admitti usque ad Missam catechumenorũ tantum: nam dicunt eos suspensos ipso iure quantum ad hoc, sicut simoniacus, quilibet suspẽsus est quo ad diuina officia, 1. q. 1 qui studet, & capi. quibusdam, de conse. dist. 1. episcopus nullum, abrogatum est, nam dicunt, quod Iudæus, sarracenus, hæreticus non præcisus bene possunt stare usque ad Missam cathechumenorum, arg. de conse dist. 4. Iudæi, nec cotradicit 11. quæst. 3. cum excommunicato & 1 q. 1. non liceat. nam omnia illa intelliguntur de præcisis, id est, nominatim excommunicatis, uel de illis, qui sequuntur hæresim iam damnatam.

Incestuosi quantũ ad aliqua sunt ipso iure suspẽsi.

α ¶ Hos enim] *Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 3. c 2 (ubi idem repetitur, & apud Iuonem hæc coniunguntur cum superioribus, & legitur,* hos esse. *In Epaunensi c 3.. (in quo idem tractatur argumentum) ductus orationis longe diuersus est. In secundo autem Turonico, c. 22. (ubi refertur caput illud concilij Epaunensis) ita scribitur:* Incestus uero, nec ullo coniugii nomine prædicandos, præter illos, quos denumerare funestum est, hoc esse censemus. *In capitularibus adiectis, c 200. sunt nonnulla partes capitis ex epistolis Gregorij Papæ B. Bonifacio archiepiscopo Moguntino missis.*

β ¶ Habebunt] *Sic in Agathensi, & apud Iuonem. In Epaunensi legitur,* non habebunt. *Sed in Turonico, in quo citatur Epaunense,* habebunt. *Sic etiam infra q. 8. c. hac salubriter. Ex Gregorio. In capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur:* Sed quibus illicita coniunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum patrum decreta coniugio copulari prohibent, habebunt ineundi melioris cõiugii libertatem.

k ¶ Et orare.] Supra distin. 25. cap. 1 contra. inf de consec. distin. 4. eos quos; contra, sed ibi grauius fuit delictum, & ideo 3 &c.
l ¶ Constituta.] Disti. pensando, & est argu. pro opi. Hug. quod scilicet, dispensatio est eius ut nota. 33 q 2. in adolescentia, & c. ĩuterfectores.
l ¶ Constituta.] Id est, antiquos canones.
m ¶ Habebunt.] Ante incestum de iure communi, vel post si adolescentes sunt, uel etiam senes incontinentes ex dispensatione, 33. quæst. 2. in adolescentia.

3 Subau. & est grauius indicatum. 34. q. 1. nõ afferam.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

ctionem orare debent non cum Christianis.
a ¶ De incestis.] sup. 3 q. 4. cõsanguineorũ inf. q. 2. c. ul.
b ¶ Reseruamus] Scilicet, ut remaneat inimul.

a DE his.] ¶ Vsque ad missam.] Id est, usque ad sursum corda, vel usque ad cõsecrationem corporis Christi, nam tunc catechumeni de ecclesia expelle bantur: 3 vel vsque ad Euangelium.
b ¶ Nec cibum] Hoc fit in detestationem criminis, si-

¶ Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur.

C. IX.

DE his qui incesti † pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipso detestando, & illicito carnis contubernio perseuerant, usque ad missam [a] tantum catechumenorũ in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec cibum [b] sumere ulli † Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. †

Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 8 c. 29.

† al. incestu.

† al. nullum

† al. oportet.

Item Greg. Papa ad Fœlicem Messanæ ciuitatis episcopum, libro 12. epi. 31.

¶ Nullus ducat in uxorem a consanguineo cognitam, uel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, uel aliqua illicita pollutione maculauit, in coniugium ducere ulli profecto licet Christianorum, aut licebit: † quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis, Deo & cunctis hominibus. Incestuosos uero, nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Iuo p. 9. c. 26.

su. c. de incestis

† Ex isto tex. infero quod affinitas per illicitã copulam cõtrahitur. no. il non facile, § tertiũ, & § sufficies, ff. de gra. cogna.

Naturæ [c] uidelicet ordine, si uero extraordinarie, nõ sic.

Ait enim Urbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano α episcopo.

α ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur*. Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugoni mentio est apud Segebertum anno 1084 & apud Trittemium in Guidone S Chartusia abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria [d] pollutio non nisi β in naturalibus admissa, uel [e] sæpius [f] reiterata † citra maritalem [g] affectum γ si præbitis sacramentis [h] ita esse constiterit, quemadmodum nobis tuis significatum est litteris, non uidetur matrimonium impedire, [i] quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

Poly. l. 6. tit. 10.

† al. repetita.

β ¶ Non nisi.] *In Polycarpo est*, nisi in naturalibus admissa.
γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur*, effectum.

Item Iulius Papa.

¶ Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorũ uxoris suæ δ usque in tertiam generationem. C. XII.

δ ¶ Vxoris suæ] *Sic emendatum est ex uetustis. Nam in vulgatis erat*, suorum.

ET hoc quoque statutum est, ut relictam patris uxoris suæ

Sent. 4 dist. 41.

Affinitas non nascitur sine carnis cõmistione.

cut alius aliquis toleratur ab ecclesia, non tamen ei communicatur in cibo, vt de vxore clerici, vt 33. q. 2. placuit.

3 Huic c. vt contra infr. de conse. distinc. 1. eps nullũ. Sed dic ut ibi no. supr cap. proxi.

NEc eam] CASVS. prohibetur hic aliquis eam ducere in uxorem quam eius consanguineus habuerat, uel cũ qua fornicatus fuerat: quia cum talibus non est matrimonium, sed incestus.
c ¶ Naturæ] Respicit illud uerbum, maculauerunt.

EXtraordinaria.] CASVS. Quidam polluerat mulierem extra membrum ad hoc deputatum, & nõ cõtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramentum, quæsitũ est, vtrum eius consanguineus illam ducere posset: respondetur quòd potest.
d ¶ Extraordinaria.] Id est, citra vel circa naturalia 2 & nõ intra: ita quòd non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

2 Id est, citra membrum ad hoc a natura concessum. Hug.

e ¶ Vel] Id est, etiam.
f ¶ Sæpius.] Quia qua ratione non impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus autem esset forte si in non naturali mẽbro tunc impediret propter enormitatem criminis, 32 q. 7. adulterii, & 32. q. 2. ca. hoc ipsum, § hoc autem.
g ¶ Maritalem.] Affectum, nam si maritalis affectus intercessisset, impediret, arg. extra de spons. iuuenis, nõ propter factũ, sed propter consensum, 27. q. 2. si quis uxorem
h ¶ Sacramẽtis.] polluentis & pollutæ: nõ enim testificatur pro se, sed pro eo qui eam ducere vult. Et mirum est quod contra tam violentã præsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra, 32. q. 1 dixit sed hoc fit in defectum probationum, C. de hær. l. pe. & obtinet forte hoc cum uirgo erat, & uolebat probare per aspectũ corporis, 27. q. 1. nec aliqua, & quod iurat est ex superabũdanti & ad cautelã, arg. 14 q. 1 in lectum. Item auditur hic criminosus testis, & turpitudinem suam allegans, immo non est testis, sed interrogatur de facto suo, 4 q. 3. c. si testes § itẽ serui.
i ¶ Impedire.] Talis pollutio nõ debet impedire eũ, quin possit ducere cõsanguineã illius: quia nec fecit sãguinis mi-
missionẽ: nec carnis vnitatẽ. Sed quid si aliquis reserasset illas seras, & nõdũ processit ad cõsumationẽ operis: nunquid talis cõmistio carnis impedit matrimonium cũ cõsanguineis illius? Dic quod nõ, quia nec est ibi sãguinis cõmistio, nec carnis unitas, sup. ea nullum, &c.

Probatio admittitur contra uiolẽtam præsumptionem.

ET hoc.] CASVS. Statuitur hic ne de relictis consan-

relictam fratris uxoris suæ, relictam filii uxoris suę nemo sibi in matrimonium sumat: relictam consanguineorum uxoris suę, usque in tertiam progeniem nemo in uxorem sumat, in quartam autem, & in quintam, si inuenti fuerint, non separentur.

Idem.

¶ A consanguineis propriis, uel uxoris pariter cuique est abstinendum. Cap. XIII.

sup. ea. de propinquis. Sent. 4. dist. 41. Poly. l. 6. tit. 4. Burch. l. 7. c. 7. Iuo p. 9 c. 43.

AEqualiter uir coniungatur consanguineis propriis, & cōsanguineis uxoris suę.

Item Isidorus ex concilio Maciensi.

¶ *In Pannormia citatur, ut hic Hugo autem,* ex concilio Maticensi, *Burchardus,* Matticensi, Iuo Manticeno, *nulla Isidori mentione facta. In Polycarpo coniuncte ponitur cum c coniunctiones supra eadē, quod quidem est Calixti. Extat autem in concilio Cabilonēsi 2. c 29. & in Vuormaciensi est secunda pars canonis 78.*

¶ In parentela propria, & coniugis eadem consanguinitas est obseruanda. Cap.

Hugo de S. Vic. de sacra. l. 2. p. 11. Sent. ibidem. Burc. l. 7. c. 8. Iuo p. 9. c. 44. Pann. l. 7. c. 69.

SAne consanguinitas, quæ in proprio uiro obseruanda est, hæc nimirum in uxoris parentela de lege nuptiarum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne una; communis illis utraque † parentela censenda est, sicut scriptum est: [erunt duo in carne una.]

† *al. utrinque* Gen. 2.

Item Augustinus lib. 22 contra Faustum, c. 61.

¶ Nurus non est aliter deputanda, quâm filia. Cap. XV.

In regesto B. Gre. l. 12. ep 31. ad Fœlicem.

SI uir & uxor non iam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quàm filia.

Item Gregorius Papa episcopis Galliæ.

¶ *Burchardus & citat & refert ut Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magister citant absolute Gregorium. Anselmus & Iuo ex epistola Beati Gregorij ad Fœlicem. In Pannormia est coniuncta utraque inscriptio, hoc modo,* Ex epistola Gregorij episcopis Galliæ missa, epistola 31. lib. 12. *Extat vero caput hoc in cap lib 6. c. 80. & in adiectis est prior pars capitis 20., quod in indice tribuitur Gregorio Papæ epistolis B. Bonifacio archiepiscopo Moguntię missis. Ac sane in ultima Gregorij II epistola tomis conciliorum inserta legitur prior pars usque ad ver.* Generationem.

¶ Vsque ad septimam generationem progeniem suam unumquemque seruare oportet. Cap. XVI.

Hugo ibidem. Sent. 4. dist. 40. Poly. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10 c 40. Burc. l. 7. c. 11. Iuo p. 9. c. 76.

PRogeniem suam unumquemque α usque ad septimam decernimus obseruare generationem, & quamdiu se agnoscant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus; Quod si fecerint, separentur. β

α ¶ Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem hoc loco sunt hæc interiecta,* de his qui fideliter edocti sunt, & iam firma radice plantati stant inconuulsi.

β ¶ Quod si fecerint, separentur.] *Hæc non habentur, nisi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anselmum, & Iuonem sequuntur coniuncte cum superioribus verba capitis, nec eam supra ead.*

Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ ecclesiæ suffraganeis.

¶ De eodem. Cap. XVII.

Habetur in synodo episcoporum 113. in basilica Constantiniana, c. 11. & 12. Sent. ibidem.

DE consanguinitate sua uxorem nullus ducat usque post † generationem septimam, uel quousque parentela cognosci poterit. Laicus uero uxorem simul & concubinam habens non communicet ecclesię.

† *al. ad*

Item ex concilio Vuormaciensi, c. 32.

[Right-margin gloss:]

sanguineorum vxoris vsque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto vel quinto gradu ducta non separetur. Cap. æqualiter. patet.

SAne consanguinitas.] CASVS. Sicut mulier debet consanguineos proprii viri vitare: ita & vir consāguineas vxoris suę. cum enim vna caro sint, vtraque parentela est illis communis.

PRogeniem suam.] CASVS. Cōsanguineam suam vsque ad septimum gradū debet quis vitare, & quamdiu cognoscunt se esse affines.

In compu-

¶ *Verba huius capitis usque ad uers.* Sed idem. *sunt apud Beatum Gregorium. Verum simul hæc & sequentia sunt apud Ioannem Diaconum in uita Beati Gregorii lib. 2. cap. 28 al 37 Hugo, Burchardus Iuo, & Pannormia citant,* ex epistola Ioannis Constantinopolitani episcopi ad Fœlicem episcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem Beati Gregorij uerba in duabus epistolis Alexandri II. una, quæ refertur ab Iuone par. 9. c 6 & in Panormia l 7 c 55. & 56 altera, quæ refertur infra quæst. 5 c ad sedem. Multa autem in hoc capite restituta sunt ex B. Gregorio & Ioanne Diacono.*

a ¶ In quarta *Apud B Gregorium, nec multo secus apud Ioannem Diaconum esse,* necesse est, ut iam tertia uel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam secunda, quam diximus, a se omnino debet abstinere *& hoc modo recitatur in epistola Alexandri, infra q. 5 c. ad sedem §. hanc computationem. In altera tamen eiusdem Alexandri epistola, quæ proxima superiore notatione est indicata, legitur,* iam quarta, uel quinta. *Et hanc lectionem secutus est ille, qui hoc loco casum apposuit.*

Item obijcitur illud Cabilonensis concilij.

¶ In quinta, uel sexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

Hug. ibidem. Sēt. ibid. Burc. l. 7. c. 18. Iuo p. 9. c. 5. Pann. l. 7. c. 70.

CONtradicimus, ut in quarta, uel in quinta, sextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem post interdictum factum fuerit inuentum, separetur.

¶ *Ex Cabilonensi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib. 5 capitular cap 9) Exceptis autem uerbis illis,* uel quinta, sextaque. *reliqua fere eadem leguntur in concilio Moguntino sub Carolo, cap. 54. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30 & in Vuormaciensi in priore parte canonis 78 Nam posterior pars est c. sane consanguinitas, supra allatum.*

Sent. ibidem.

Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicitur coniugium, in septima permitti uidetur. Sed gradus cognationis secundum quosdam uarie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ consanguinitatis copulam usque in septimum gradum prohibēt, patrem ponunt in primo gradu, illæ uero, quę usque ad sextum gradum prohibēt, primum gradum filios appellant; atque ita fit, ut eædem personæ secundū hanc diuersitatē inueniūtur in sexto, uel septimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari iubentur, uidetur esse contrarium illi decreto Iulij Papæ. Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam nō licet de consanguinitate uxoris suæ coniugium ducere propter carnis unitatem.] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capiti Gregorij: [Nec eam, quam ex propria consanguinitate coniugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus sororibus, uel personis inter se affinitate cōiunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, post mortem eius uir non poterit affinem superstitem in coniugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, post mortē eius uxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait: [Relictā consanguineorum uxoris suæ (non ait consanguineam uxoris suæ, sed relictam consanguineorum uxoris suæ) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem] Paschalis uero Papa secundus scribens Rhegino episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cuius copula non ultra secundum gradum inuenitur prohibita.

sup. ea. de propinqu. sup. c. nullā § præterea. sup. ead. nec eam. sup. ea. & hoc.

PORro duorum.] CASVS. Duobus consobrinis mortuis quæsitum est, utrum eorum uxores uni uiro nubere possent una post alteram & respondetur, quòd non tum propter canonis prohibitionem, tum propter publicā honestatem. Mo-

Ait enim.

¶ Duorum consobrinorum coniuges uni eidemque nubere non possunt. C. XXII.

Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 34.

POrro duorum consobrinum coniuges quāuis diuersis temporibus, uiro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, pręter auctoritatem canonicam, publicę honestatis iustitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris, sicut a uiri cōsanguineis abstinendū est.

Illud aūt Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de consanguitate uiri, uel uxoris; ut post mortē alicuius eorū nulli de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est, usq ad quem gradum quisq. a propria cansanguinitate, uel cognatione suę uxoris abstinere debeat.

quòd germani fratres, vel sorores inter se sint in secunda generatione; filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Talique modo progeniem computantes, & in huiusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros, ac mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi prosanum errorem confirmandum in argumentum assumunt sæculares leges, quas Iustinianus Imperator promulgauit de successionibus consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliuntur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiæ terminantes, numerationem sanctorum patrum, & antiquam ecclesiæ computationem ad nos vsque perductam peruersa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hāc quæstionē discutere curauimus in synodo habita in Lateranensi cō silio, conuocatis ad hoc opus episcopis & clericis, atque iudicibus diuersarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte inuenimus ob aliam atque aliā causam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud ipsorū graduum mētio facta est; nisi vt hæreditas, vel successio ab vna ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies cōputatur, vt aperte monstretur, vsque ad quotam generationem a consanguineorum sit nuptijs abstinendum. Ibi præscribitur, vt hęreditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero, vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus distincte non numerantur gradus, nisi vsque ad sextum: in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem. Hac igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de vna ad alteram personā; idcirco curauit sęcularis Imperator in singulis personis præfigere gradus. Quia uero nuptiæ sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem si attente, ac subtiliter perspecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perduret, in suis legibus non definiuit. Canones vero ultra septimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintulit Imperator: [Hactenus ostendisse sufficiat: quemadmodum gradus cognationis numerentur.

Inst.l. 3 titu.5. & 6.

eod. tit.6. Isidorus l. etymo. 9.c.5.

Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona semper gradum adijcit.] Ecce in his breuibus uerbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum usque ad sextum, uerumetiam ultra numerari debere; quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat. Vbi enim ulteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus; sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmauerit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, si possum, intendant: quos hactenus istiusmodi perculit error. Enimuero, ubi secundum leges inter agnatos, uel cognatos defertur successio; consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentelæ uinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quòd, si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (vt isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu? aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quòd si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu; falsidici erunt isti, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsę, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut ueridiæ leges, & ueraces sint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, scilicet, quòd non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones septimo gradu. Vtraque enim computatio, sicut superius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum constituunt. Fratres itaque, qui secundum sęculares leges dicuntur in secundo gradu;† iuxta canones numerātur in primo. Filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo, nepotes uero, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: sic deinceps, qui in legibus scribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis sen-

† Concor. Alexā. de Imo in l. si aux fra ter. in fin. C. de suc. edic.

longa temopra olim computasse monstratur. Nam, si quis peruersa, & obstinatamente a recto tramite Apostolicæ sedis deuiare voluerit, & aliter, quam nos, in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit; † primum pro sua temeritate cœlesti pœna plectetur: postmodum vero gladio perpetui anathematis se nouerit iugulandum. Data Romæ, &c.

† al. mitt † aueris

Item Gregorius Papa.

¶Quare consanguinitas vxoris ad virum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computenda. C. III.

Se. 4. di. 41. Pol. ibid.

PORro de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte vxoris, seu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum diuinam sententiam ego & vxor mea sumus vna caro, profecto mihi, & illi mea, suaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & soror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus; filius † vero eius in secundo gradu erit a me, neptis vero tertio: idque † vtrinque in cæteris agendum est successionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere; quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis sit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus conuenit obseruari. Qui vero aliorsum sentiunt, Antichristi sunt; a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

† al. filia † al. eoq. modo vtique

¶*In Polycarpo caput hoc itē ac sequens recitatur ex Zacharia. Ac sane Gratianus in extremis verbis sequentis capitis indicat caput hoc fuisse etiam Zacharia.*

Item Zacharia Papa.

¶Qualiter parentelæ gradus computantur. Cap. IIII.

Sen 4. distin. 40. Pol. ibid.

PArentelæ gradus taliter computamus. si quidem ego & frater meus vna generatio sumus: primumque gradum efficimus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius, secunda generatio sunt; ac gradum secundum faciunt, nec a se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt. Porro de affinitate, quam dicitis parentelam. &c.

vt superiore capite Gregorij.

Item Alexander Papa secundus.

¶Aequiuocatio est, cum soror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, sororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur; æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam vlla causa cognationis. Vxor enim fratris fratrissa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices, a quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sorores autem vir non habet speciale nomen, nec vxoris frater.

† al fratria

¶*In Polycarpo etiam refertur proxime post c. ad sedem vt ad eundem Alexandrum pertinere videatur A verbo autem,* vxor, *vsque ad finem habentur apud Isidorum lib. 9. cap. fin.*

a ¶Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in lege non facile. ff de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus. lib. 2. disp c. 23. Quamobrem nihil mirandum, si Isidorus, aut alius quispiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa est,* εἰνατέρες

compotatione. in fine prohibet sub anathemate, ne in quæstionibus de matrimonio quis cōputet gradus alio modo q̄ hic dicitur in hoc. c.

POrro.] CASVS. Assignatur hic ratio, quare affinitas obseruetur; quia vir & vxor sunt vna caro, & ideo vxoris meę cōsanguinei in eodē gradu sunt affines mihi, & meorū consanguineorū vxores sunt mihi affines, & affines vxoris meę sunt vitandi in omni gradu, vt mei consanguinei: qui aliud dicit, tanquam Antichristus est vitandus.

Ex Isidoro l. 9. Etym. c. fi. Sen. 4. distin. 41. Pol. ibid.

PRimo gradu.] CASVS In hoc cap. prosequitur Isidorus legalem graduum computationem vsque ad septimum gradum, ostendens in quo gradu sunt personæ.

Item Isidorus. †

¶Nomina graduum superiorum, siue inferiorum, siue ex latere venientium. C. VI.

† Isi. l. 9. cap. 5. In sententijs Iulij Pauli, lib. 4. ti. 11 de gradibus. Hugo de San. Vict. par xi. li. 3 cap. 14. Burc. l. 7. cap. 28. Iuo p. 9. c. 64. Pann. l. 7. cap. 89.

PRimo gradu, superiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ personę iunguntur.

¶Secundo gradu continentur, superiori linea auus, auia: inferiori nepos, neptis, transuersa frater, soror; quæ personæ duplicantur. Auus enim & auia tam ex patre, q̄ ex matre accipiuntur. Quæ personæ sequentibus quoque gradibus similiter pro substantia earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. [Illæ personæ secundo gradu ideo duplices appellātur: quia duo aui sunt, paternus, & maternus.] Item duo genera nepotum sunt, siue ex filio siue ex filia procreati. Frater & soror ex transuerso veniunt, [Id est aut frater a patris, aut frater matris; qui aut patruus, aut auunculus nominatur;] qui & ipsi hoc ordine duplicantur.

¶Tertio gradu veniunt supra proauus, pro-

Anianus Interpres Pauli.

auia;

auia: infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, ſororiſque filius, filia, patruus, amita, ideſt, patris frater & ſoror, auunculus, matertera, id eſt, frater matris & ſoror.

¶ Quarto gradu veniunt ſupra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror patruelis, ideſt patrui filius, filia, conſobrinus, conſobrina: id eſt, auunculi & materteræ filius, filia: amitin⁹, amitina, ideſt, amitæ filius, filia: itemque conſobrini, qui ex duabus ſororibus naſcuntur: quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, id eſt, aui paterni frater & ſoror: auunculus magnus, matertera magna, id eſt, auiæ tam paternę, quam maternæ frater & ſoror.

¶ Quinto gradu ueniunt, ſupra quidem atauus, atauia: infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis: fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius, filia, propior conſobrinus, † propior conſobrina, † id eſt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnę filius, filia; his accreſcunt propatruus, proamita.

†al. ſobrinus.
†al. ſobrina

¶ Hi ſunt proaui paterni, frater & ſoror, proauunculus, promatertera.

¶ Hi ſunt proauię paternę, maternęque frater & ſoror, proauique materni [Hæc ſpecies nec alijs gradibus, quam ſcripta eſt, nec alijs vocabulis declarari poteſt.]

Anianus interpres.

¶ Sexto gradu veniunt, ſupra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos, abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinę, conſobrini, conſobrinę nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnę, auunculi magni, materterę magnæ nepos, neptis, id eſt propioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere accreſcunt, propatrui, proamitæ, proauunculi, promaterterę filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi ſunt abaui paterni frater & ſoror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi ſunt abauię paternę, maternęque frater, & ſoror, abauique materni.

¶ Hæc quoq; exprimari amplius non poteſt, quam vt auctor ipſe diſſeruit.]

¶ Septimo gradu, q ſunt cognati recta linea ſupra, infraque proprijs nominibus non appellantur: ſed ex tranſuerſa linea continentur fratris, ſororiſque atnepos, atneptis, conſobrini filij, filiæque.

Anianus

¶ Succeſſionis idcirco gradus ſeptē conſtituti ſunt, qui vlterius per rerum naturā nec nomina inueniri, † nec vita ſuccedentibus prorogari poteſt: (In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec ſucceſſio poteſt amplius propagari.

Anianus
† idē Ale. in l. in ius vocari. col. 3 § de in ius voc. & plene per Imo in l. ſi vero §. de viro. ff ſol. ma. & glo in §. pen. inſti. de gra.

¶ Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro ſententiarum Pauli, additis non uno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraq; tamen habentur etiam apud Iſidorum lib. 9 c. 5.

a ¶ Id eſt aut frater.] *Hac vſque ad ver.* Qui & *ipſi. nō ſunt loco indicato; ſed tantū apud collectores.*

De gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, quot ſint, quomodo computandi, quibus etiam appellentur nominibus, auctoritate Iſidori, atque Gregorij, & Alexandri ſufficienter monſtratum eſt.

Non gignunt destros qui stant in parte sinistra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.

FIGVRA Arborea licet ad septimũ deberet gradum protendi, cum vsq; ad eum secundum decreta sit prohibitio cõiugalis.su.q.3.cap.de affinitate. & extra de clande.despon c cum inhibitio tñ quia per iura no na ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata, vt dicto c.cum inhibitio & de cõsan & affini.c.nõ debet, ideo vsq; ad quartum duntaxat figuram hanc duximus extẽdendam. Nec id ipsũ graduum cognitionem quoquo pacto impedit. qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam vsque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit, deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit, & intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo ꝓueniens, quod vna descendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite discendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur à con, quod est simul, vel vnitum; & sanguine, quasi sanguinis vnitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens, & numeros distinguens: & est trip.ex, scilicet graduum descendentium ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distãtia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum schalarum, vel locorum procliuiũ, quia gradimur de ꝓximo in ꝓximũ.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMA Regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur, computatis intermediis vna dẽpta. tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quãtum distat abauus à Petrucio (Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies) vtroque computato & intermediis, quinque sunt personæ: deme vnam, quattuor sũt gradus: & sic de aliis.

¶ Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.

¶Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter ꝑ P & pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali:) quilibet distat à stipite quarto gradu: ergò inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distant inter se. Exemplum pone faciendo abauum stipitem.P. & filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, scilicet à P. sed P. distat a stipite quarto gradu, ergo à filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA In linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ, de quibus quęritur: cõputatis intermediis vna dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶Pro linea collaterali.

¶Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinẽt. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legistarum ob aliud fit, quam computatio Decretistarum.

¶Collateralium in linea inęquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si ampliorem optas enucleationẽ, recurre ad Ioãnis Andreæ declarationẽ.



CIRCA LECTVRAM Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus post illos lecturæ ipsius arboris nouũ modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nisus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versuum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Io Andr inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, vt habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam: nota: & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compillaui.

¶Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo an sit authentica Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶Primæ q̃stionis ex superius dictis patet solutio Probatio enim ad oculum alias vincit. instit.de gradi.§ agnationis 27.q.1.nec aliqua Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur quam elocutione, extra de donat Apostolicæ.ver.si.Hinc est, quòd agrorum mensio subiicitur oculis. 16.q.3.inter.de præscrip. quia iudicante.C si.reg l 3 Ventris inspectio: an mulier sit prægnans ff.de ven.inspi l 1 in prin. Locorum pudicitiæ inuestigatio, an mulier sit virgo. extra de ꝓb. proposuisti an arcta, de frig & ma fraternitatis, vel aliter impedita, eod titu. ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio.ff.de fer l 3. Et litteræ Papales an sint veræ vel falsæ de cri fal. li cet.

Oculis multa subiiciuntur.

¶Ad secundum dic, quòd arbor authentica est: quòd patet ex canonibus Isidori, & Alexandri, 35.q.5.c.1.2. & vltim.

¶Ad tertium dic, ꝙ quia in decretis de consanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idẽ tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti, ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum satisq; famosum, quod repetita lectio probat C.de emend Iu.c.o.L vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem cõsanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid sit consãguinitas, & vnde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formet, & quare sic formetur, & quare sic punctetur & interseremus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus q̃dam notanda, & quasdam quæstiones.

¶Ad primum dico, ꝙ consanguinitas est attinẽtia personarum ex eo prouenieus, quia vna descendit ab altera, vel ambæ ad eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum, quod satis est idem. Dicitur aũt cõsanguinitas, quasi sanguis vnitas: a con & sanguine, quia de communi sanguine descẽdunt Et quo ad probationem coniugii non distinguo, an tales cõsãguinei sint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expressum extra de proba per tuas.

Cõsãguinitatis diffinitio

¶Linea vero est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus cõtinens, & numeros distinguens Et est triplex linea, scilicet graduũ descendẽtium, ascendentium, & collateralium, vt inf. patebit, & ff.de gradi.l.1.& l iurisconsultus.

Lineæ diffinitio & eius triplicitas.

¶Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis vel cognationis distantia duę personæ inter se differunt Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorũ procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximũ ff.de gradi.l iurisconsultus.§ gradus.

Grad' descriptio.

¶Formatur autem sic arbor Primo vide cellulas ascẽdẽtium: secundo descendentium: demum collateralium.

Arboris cõsãguinitatis formatio.

xvi. Ascende super cellulam vacuam: quæ remansit ideo vacua, quia nō potuit nomen proprium habere: cum aliæ cellulæ [exceptis his, quæ per genitiuū nominantur] sumant nomen ab ipsa. Quo enim possemus illam cellulam nominare, q̄ dicimus filium patris, & fratrem fratris, patrem filij, & sic de singulis? & eam alij vocant Ioachim: alij Protheum: alij trūcum. nos autem a nomine bidelli nostri vocemus eam Petrucium. Et scire debes, ꝙ cōpetenter illæ cellulæ mediæ ascendentium & descendentium diuiderentur directe per medium, vt a latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina mariū, vt abauus, ꝓauus, & a latere sinistro nomina mulierum, vt ab auia, proauia, &c. quia potius a latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum supra, & vnum infr. Supra illam est cellula auus, auia, continens duo puncta supra, et duo infra. Supra illam est cellula proauus, proauia continens tria puncta supra, & tria infra. Supra illā est cellula abauus, abauia, habens quatuor supra, & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo inf. Sub illa pronepotem & pronepotem: & tria puncta supra, & tria inf. Sub illa abnepotem & abneptem & quatuor puncta supra, & quatuor infra.

Ius canonicum est excellenciꝰ ciuili.

¶ Antequam ad collaterales transeamus scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum, puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularū: ciuilis vero in inferiori, vt detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile: & maxime quo ad hunc casum, quo inspicimur in matrimoniis, quę licite contrahi possint necne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione ascendentium & descendentium concordat vtrumque ius: quia in eis semper persona addita personæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Regula lineę rectę.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos sm̄ vtrūque ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendentium & descentium quot sunt personæ de quibus quęritur, computatis inter medijs vna dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igit̄ vis scire quantū distat abauus a Petrucio: vtroque cōputato & intermediis, quinque sunt personę: deme vnam, quattuor sunt gradus. Idē dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit reperire quinque personas: & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouem personas computato P. & sic octo erūt gradus. Scias autem ꝙ iste P. non habet totam suam computationē in arbore. Scias. n. ꝙ quilibet habet duos parentes: quattuor auos: octo proauos: sedecim abauos: & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

Coniugalis prohibitio in recta linea est ꝑpetua.

¶ Quęro an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulę coniugalis excedat quartū gradū? Et dicit Goff. in sum. de consangui. & affinit. § item quantum, ꝙ non, per decre. non debet. eod. tit. quę generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicūt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 3. progeniem, & duobus capitulis sequent. in quibus dr̄, ꝙ olim non solum vsque ad secundum gradum, sed et̄ in quantum notitia erat parentelæ, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem & alterū ascendentem, perdurat prohibitio. ad idem instit. de nup. § 1. ff. de ritu nup. l. nuptię. & hoc verum puto.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrē & sororē: & causa breuitatis prosequendo solum partem mediā arboris ad modum vexilli: qua intellecta reliqua intelligitur: quod per se patet. dicamus de fratre & descendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secundo secundum leges. Eius filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones: in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac cōsequenter stipitem de auo ex eo patruus amita: ex illa frater patruelis & amitinus, soror patruelis & amita: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis et̄ secundo gradu: filius in tertio nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse vtraque punctatio. Postea fac proauum stipitem, & hēt filios patruum magnum, amitam magnā, auū & auiam, auunculum magnū, & materteram magnā. illos non prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proauo quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse vtraque punctatio. Modo fac abauum stipitem cum tribus filiis. scilicet propatruo, proauo & proauunculo, de proauunculo non prosequor. Ex cellula propatrus oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Illi oēs sunt cū P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes distant quarto. Secūdum leges propatruus distat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & sic debet esse vtraque punctatio.

¶ Nunc videndum est quib. regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium æqualis lineę vnam trado regulam secundum canones.

Regula canonica pro collateralibus in linea ęquali.

¶ Collateralium in linea ęquali quoto gradu quis distat a cōi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinēt: hoc secundum canones. Exemplum pone: quando facis abauum stipitem inter P. & pronepotē propatrui. nam quia illi sunt in linea æquali, quilibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

Regula ciuilis ꝓ collateralibus in linea æquali.

¶ Secundū leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis distat a cōi stipite: toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, ꝙ p̄dicti P. & pronepos propatrui distant viii. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secūdum canones vero duæ personæ faciunt vnū gradum. Vnde [vt patet in cellula fratris] frater est cum P. in primo gradū secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit, q̄ nostra. 35. q. 5. c. 2. Bene ergo dr̄ secundum leges, ꝙ in ęquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri, siue disparis, non est reperire disparem gradum. vide in linea paris numeri secūda, vel iiij. disparis numeri j. vel iij. In prima ij. gradꝰ, in secunda iiij. in tertia vi. in quarta viii quod nō est secundum canones, quia in ęquali linea disparis numeri habemus disparē gradū; quia in prima primū, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

Regula canonica in linea inęquali

¶ Nunc restat videre de collateralib. in linea inęquali, de quibus traditur talis regula sm̄ canones. Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite: toto distāt inter se. Exemplū pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui

sunt

sunt in linea inæquali. computemus ergo a remotiori, .s.a P. sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio, propatrui iiij. & idem in descendentibus vsq. ad lineã æqualitatis: & hoc est quod dicimus, ꝙ persona addita personæ vsque ad lineam æqualitatis non crescit gradus: quia propatruus. filius, eius nepos, & proponepos omnes distant iiij gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quod sunt ꝑsonæ [stipite dempto] tot sunt gradus. vnde P. a stipite distat iiij a propatruo v. a filio vj. a nepote vij. a pronepote viij. & sic qualibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat.n. a summo, s. ab auo: ab imo, s a nepote: ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto: a mediis citeriori: per quod satis patet, ꝙ cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: vt puta si pronepos propatrui, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas. prohibitio enim, quæ per ius positiuũ processerat, potuit tolli. Sed naturalia sunt immutabilia 5. dist. in princ.


¶ Scire debes, ꝙ communiter dicũt doctores, ꝙ abauus & proauus & auus sunt bigami, dicentes, ꝙ si nõ essent bigami, non possent filii eorum coniungi, cum essent fratres: sed de hoc non multũ curo: quia eadẽ ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, ꝙ personæ earum essent bigami. vnde fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur ꝓpatruus & vxor, proamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt eos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam ergo tu meam. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meã. Affirmatiua procedit in linea æquali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando: quia si vnus est in quarto, alter in tertio vel citeriori, qui est in tertio vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. vnde propatruus huius filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorũ vnus est in quinto, & alter in primo, puta filia P. & propatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Hosti. ꝙ non. & hoc no. extra eod. quod dilectio. & c. tua in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna persona censentur. C. de impu. & aliis sub. l. vlt. Sicut ergo non ꝯhitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis. bene facit prædicta decre. tua. vbi fratres vidẽtur poni pro stipite. Contrarium tenet Bern. quod colligitur ex glo. quam ponit sup. eod. tit. cap. vlt. & Ra. & Ioan. de Deo; & hoc est verissimum, quod probant verba regulæ positę sup. eod. cap. vlt. dum dic. tibi: descendentium ab eodem. sed certum, est quod propatruus decendit a stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos prohibitio ascendentium, & descendentium, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse a propatruo Est ergo prohibitio collateralium: sed certum est, quod isti distant quinto. quid igitur impediat istos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andreæ.

Quæstio notabilis.

ARBOR

Multa dies, uariusque labos huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.



AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS secundum canones est personarum proximitas ex coitu prouenienes, omni carens parentela Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finẽ vnitas: eo quod duæ cognationes diuersæ p nuptias fm leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradibus cognationis. lege. non facile. §. affines.

¶Scias autem, ꝙ affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q 10. fraternitatis.

¶Per carnalem copulam viri & mulieris inter cõsanguineos mulieris & virum, & inter cõsanguineos viri & mulierẽ cõtrahitur affinitas primi generis eiusdem gradus, cuius est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem: [illegible] vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus; & quoto est tibi ille ꝯsanguineus, toto mulier est tibi affinis, & sẽper in pri. genere. Dictũ est in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; qa fm canones ẽt per coitum fornicariũ & incestuosum ꝯhitur affinitas. patet de eo qui cogn. consan. vxoris suæ, c. discretionem & c. pẽn. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierẽ, iõ dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & cõsanguineos mulieris nulla est affinitas. Vnde duos fratres cõtrahunt cum duab. sororibus, pater & filius cũ matre & filia. sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri, & ipsam mulierem. de consanguinitate & affinitate. quod super his.

REGVLA. Quotiescumque inter vnam personarum de quibus quæritur, & coniugem alterius nõ est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradũ inclusiue, nulla est prohibitio: vt inter me & coniugẽ nepotis mei nõ potest esse matrimonium, quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartũ gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritũ: ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eis relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.



AD ARBOREM Affinitatis & eius materiam trãseamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & vnde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quædam notabilia, & quasdam quæstiones.

Affinitatis definitio. ¶Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu prouenienes, omni carens parentela; hoc secundum canones: sed secũdum leges est proximitas proueniẽs ex nuptijs, & requiritur secundum leges, quòd legitimę sint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas ff. de gradi. l. non facile § sciendum. Et dicitur affinitas quasi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuersę per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitas per coitũ nefarium ꝯhitur. ¶Sed ꝙ p fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, patet de eo qui cog. consan. vxo. suæ, c. discretionem, & eod. tit. c penul. Sed consideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferendas, & ne qs cogatur aduersus affinem testimonium dicere, ff. de gradi. l. iurisconsultus in prin. & ff. de testi. l. 3. & 4. quæst. 3. §. item in criminali. versic. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda considerauit vnionem carnis, quę insurgit ex copula. Et est videre secũdum hoc, quòd concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: vt si quis cognoscat consanguineam suam, omnes consanguinei vtriusque sunt vtrique affines. Scias autem quòd affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra claustra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi not.

¶Et insurgit affinitas ex coitu interdũ cũ publica honestate, interdũ sine, & publica honestas interdũ sine affin. vt si cognosco vxorem vel sponsam, hic impedimentũ est publicæ honestatis, & affinit. si cognosco non sponsã, hic affinitas sola est, si sponsam nondum cognoui, ibi sola publica honestas. Hoc dico, quia si mortua est vxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiæ cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quod possis cõtrahere cũ illa, non obstante quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc cõtrahere nõ poteris: quia licet sublatum sit impedimentũ affinitatis, nõ tamen sublatũ est impedimentũ publicæ honestatis. Debes ergo facere exprimi, ꝙ possis cum tali contrahere nõ obstãte impedimento publicę honestatis pro eo, ꝙ desponsasti consanguineam eius in quarto gradu, & nõ obstante, quòd est tibi affinis in quarto, pro eo quòd dictam desponsatam carnaliter cognouisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per quam regulã cognoscit. ¶Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita personæ per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierẽ, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierẽ cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solũ primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit. extra de

de consan.& affi.c.nō debet. hic circa hoc non insisto.ergo si persona mihi consanguinea coniungat sibi aliā personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quòd affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo vsque ad quartum gradū: licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum; sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si uis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier, uide quoto est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore; & quoto est tibi ille cōsāguine⁹, toto mulier est tibi affinis, sp& in primo genere.

ffinita- gradus mputatē tur gradus consanguinitatis.

¶Nunc formemus arborē, & in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo, quare, nō exprimant attinētiā, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primū dic, hoc fuisse, ut detur intelligi, quòd affinitas oritur ex consanguinitate, & quòd ab vtroque sexu virili & fœmineo affinitas cōtrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponit alia linea quattuor cellulas continens. In prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quartum prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt alię quattuor cellulę: quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harū sunt alię quatuor; prima vir sororis olim relictus, secunda uir filiæ sororis, tertia uir neptis sororis, quarta uir pronepentis sororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ, una a latere dextro continens, relictus relictæ fratris, a sinistris, relicta relicti sororis, quę secūdum oēs ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum gña affinitatis, quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula uiri sororis, in qua scribitē primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, q̄ oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

Arboris affinitatis formatio.

¶Circa hoc quæro, quare in cellula, uxor fratris scribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferiorib. eiusdē lineæ? Et dic hoc factū fuisse pp cellulā, q̄ ponitur ad dorsū illius q.d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio uiro: illa demū mortua iste relictus a relicta fratris vult contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu; hodie uero potest. Idem fit repetitū quo ad cellulam uiri sororis. Quæstio.

¶Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, q̄ ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralē. Per carnalem copulā uiri & mulieris inter consanguineos mulieris & uirum, & inter consanguineos uiri & mulierem cōtrahitur affinitas primi generis, & eiusdē gradus, cuius est cōsanguinitas Quare dicatur in regula, per carnalem copulā uiri & mulieris, & non uiri & uxoris, collige ex his, quæ in principio dixi. Inter cōsanguineos mulieris & uirū, & consanguineos uiri & mulierē, iō dixi, quia inter uirum & mulierem non cōtrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis cā. Itē inter consanguineos uiri & consanguineos mulieris nulla est affinitas, unde duo fratres contrahunt cū duabus sororibus, pater & filius cū matre & filia. Sed est affinitas inter cōsāguineos mulieris & ipsum uirum, & consanguineos uiri & ipsam mulierē. extra de cons & affi. qđ super his. Primi generis, quare dixerim, ēt ex superiorib. patuit, & eiusdē gradus cuius est cōsanguinitas. Vide hoc in arbore, nā frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri i primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in scđo gradu consanguinitatis, maritus eius in scđo gradu affinitatis, & ecōuerso, & sic in reliquis Vnde uir proneptis sororis attinet fratri & oīb. descendentibus, q sunt in arbore quarto gradu affinitatis. & hoc iō, quia toto gradu consanguinitatis attinet prędictis ipsa proneptis. Qui sunt i arbore, iō dixi, qa si pronepos fratris hēt filiū, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu. ſm regulas traditas in proxima arbore.

Regula magistralis gradus affinitatis & genus manifesta

Inter virum et mulierem non contrahitur affinitas etiam: sed sunt affinitatis causa, inter eorum consanguineos et se, respective.

¶Post hoc notandum est, illud precise non sequitur, ego & tu sumus affines, ergo filius, quē procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum ti-

Affinitas per notabilia declaratur.

bi affinis, & ipse consanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplũ, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis: sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filiũ procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si uero tu consanguineus vxoris meæ filiũ procreas, hic filius nõ mutat genus attinentię, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis in ęquali linea, uel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsa in secundo uel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si uero tu & uxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis, tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quòd illud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam; ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos uiri, ut dixi, & probatur extra de consangui. & affinit. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto. & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes & descendentes est perpetua.

¶ Non quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Goffre. de qua dixi supra in arbore proxima circa mediũ, diceremus quòd usque ad quartum gradum tãtum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abstinere debemus a consanguineis uxoris, ut a proprijs extra de consangui. & affin. c. 1. 35. quæst. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem instit. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quòd tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum, & liberorum, ff. de gradi. l. non facile, § & retro. in fi. Eodem modo posset formari quęstio de affinibus, quorum vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proximo, in fi. An autẽ liceat diuersis temporibus habere in vxores duas cognatas, scilicet vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. extra de consanguinit. & affinit. cap. non debet.

Cõsanguinei, & affines qui iure prohibentur iungi.

¶ Vltimo quęritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quòd olim propter necessitatem frater necessario habuit cõtrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis, unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico uero prohibitæ fuerunt fere duodecim personæ, quas uide nota. extra de restitu. spolia. litteras. & de diuor. cap. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio postea usque ad quartum gradũ est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam aliis prohibitionibus, ut patet. Reuocatio uero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra de testi. cap. licet ex quadam per quod patet, quòd prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineę collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio uero prohibitionis sumitur 35 quæst. 1. §. 1. capitu. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, uir & frater, & c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua uniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Ratio prohibitionis ...

Nunc

QVAESTIO VI.



Vnc queritur, [a] quibus accusantibus, uel [b] testificantibus, consanguineorum coniunctio dirimenda sit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶Consanguinei tantum, vel, si progenies defecerit antiqui, & veraces propinquitatem in synodo computent. Cap. I.

Sent. 4. dist. 41. Polyc. l. 6. tit. 4. Ans. l. 10. c. 60. Burc. l. 7. c. 21. Iuo p. 9. c. 57. Pann. l. 7. c. 84.

COnsanguineos extraneorum [b] nullus [c] accuset, [d] vel consanguinitatem in synodo computet: [e] sed propinqui, [f] ad quorum notitiam [g] pertinet, id est pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorũ procreatio. Si autem progenies tota defecerit; [h] ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, [i] episcopus canonice perquirat; & si inuenta fuerit propinquitas, separentur.

[*Cœlestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.*]

PALEA Cap. II.

Extra qui matrim. accu. pos. c. videtur.

VIdetur nobis, quòd secunda, quam contra prohibitionem ecclesiæ duxit, non sit uxor, etiam si primam non haberet desponsatam. Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est; tanquam inordinatum, ratum non haberi tam diuinæ, quàm humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduxit, prohibitione renitente, vxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex ea prolem genuit; ut iuramenti religio non vilipendatur, & fides adinuicem promissa seruetur, & proles in cultu Dei nutriatur, & educetur, & alij exinde occasionem peierandi, † & aliàs decipiendi assumere non valeant. Quòd autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum, uel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quàm legibus ap-

† al. peccandi.



Vnc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes: in prima quarum probatur per tria c. ꝙ consanguinei debent cõputare parentelã ad coniungendũ vel separandum matrimoniũ: & si defuerit parentela, vicini antiquiores. Secunda ibi, [Ecce] Tertia, ibi, [Hoc iuramẽtum.] Quarta ibi, [Ad hoc] Quinta ibi, [Qui vero] Sexta ibi, [Occasione.] Septima ibi, [Receptutus.] Ioan. de Fant.

CASVS Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis vtilis est: & locum habet in causis de facto.

a ¶Nunc quæritur] Hæc qõ sexta expeditur inf ead. c. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. vĩ. & extra de sent. & re iudi tenor. nam consanguinei præferuntur extraneis ea rõne, quia melius possunt scire suam consanguinitatẽ cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorũ, & alijs argumentis, hoc tñ quod dicitur de consanguineis in testimonijs admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur, nam si super alio ageretur, non sunt admittendi nisi cum eo temperamento quod dixi 3 q. 5. in prin. & hoc probatur extra de testi super eo. Item licet soli consanguinei accusare possint matrimonium: tñ quilibet potest denunciare, ut extra de cogna. spi. tua. & licet per denunciationem nõ agatur nisi ad pœnitentiã, vt extra de ac. super his. tñ qa in hoc casu nõ põt pœnitere nisi separẽtur, iudex ab officio suo eos separabit 1. ar. 24. q. 3 ecce.

Consanguinei ꝑferunt extraneis quã super matrimonio est qõ

COnsanguineos.] CASVS Dicitur hic, ꝙ matrimonium potius accusare debẽt cõsanguinei, quàm extranei, sed ubi consanguinei desunt, extranei audiendi sunt & si cõsanguinitas ꝓbetur, matrimonium separetur.

1 Ad hoc facit qđ no. sup. 2. q. 1. si peccauerit frater. in 1. gl. in fi. Archid.

b ¶Extraneorum.] arg. ꝙ peregrini, aduenæ, alienigenæ non recipiantur in causa consanguinitatis, & quòd propinqui cęteris personis præferantur, si contradixerint: quod est uerum, ut extra qui ma. accu. pos. videtur.

c ¶Nullus] Nisi deficiente parentela, vt hic in fine.

d ¶Accuset.] Improprie secundum H argu C. de inoffi. testa. parentibus, vbi ponitur accusare pro agere. Et nota quòd causa matrimonialis nõ est criminalis, nec ciuilis, etiam vbi de crimine agitur in foro ecclesiastico, sed mista extra de proc tua.

Matrimonialis cã est mista.

e ¶Vel consanguinitatem in synodo computet, &c.] Hoc referas ad testem. Et est arg. ꝙ non potest idẽ accusator esse, & testis in causa criminali: quod verum est, licet quidam consentiant dicentes hoc speciale esse in matrimonio, ut idem sit accusator & testis: sicut est speciale, ꝙ non iuretur in eo de calũnia, cum sit quæstio spiritualis extra de iuramẽto calum. litteras. & ꝙ consanguinei admittuntur, & ꝙ non omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius extra ut lit non contest. ad hoc Deus, & ꝙ valet testimonium de aud tu infra ea de parentela, & ꝙ post publicationem attestationum testes possunt induci, extra de testi. series & c. licet.

Accusator & testis idem esse non põt in cã criminali.

Propinqui prefe runt alijs in certis casibus.

f ¶Propinqui.] Hic præferuntur propinqui, & in accusatione adulterij C. de adult. l. quamuis. & in interdicto de libero homine exhibendo. ff. de libe homi ex hi l. 3. § penul & in accusatione de effusis & eiectis ff. de effu. & eiect. si vero, § cum autem.

g ¶Notitiam] Arg. ꝙ no sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

h ¶Defecerit] Quia non sunt uel nesciunt, uel sunt infantes

i ¶Nota fit.] Ante motam quæstionem. extra de consanguinita. & affin ex litteris 2

2 Sed qñ dr̃ nota quæstio ? dicit Vin. ex quo matrimonij intentatio est, extra de offic. deleg. consultationibus. Arg. 22. q. 5 huc vs. Arch.

VIdetur.] Hoc cap. fuit olim extra de matr. cõtract. contra interdict. eccle. cap. 1. sed hic est palea.

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiam ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quàm illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, [pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris] in criminalibus causis, & contractibus verum est: in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur. †

ff. de testib. l. testis idoneus.

† al. admittentur.

¶Hac Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus. Habetur extra qui matrimonium accus. poss. c. 1. ex Clemēte III aliàs Cælestino, Florentino episcopo, alias ecclesiæ Florentinæ: indeque, & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis & sublatis.

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuensi episcopo.

† al. Cyrinco.

¶Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

Sent. 4. dist. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 85.

NOtificamus tibi, vt postquam tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] vxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, [b] & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omnino malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmauerint; sine omni mora coniugia dissoluantur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatem testantur, & iuramēto probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur: sed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

In codice peruetusto ex Eugenio II.

¶Suæ confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. Cap. IIII.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 53.

SI duo, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsemet forte confessi [e] fuerint; coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit; episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, vtrum se (sicut est fama [f]) consanguineos recognoscant: si negauerint, sibiipsis relinquendi sunt; ita tamen, vt si aliud conscien-

NOtificamus.] CASVS. Quidam mortua vxore sua duxit aliā, quæ dicebatur primæ cōsanguinea fuisse, dicitur hic quod si duo, vel tres de consanguineis viri, vel mortuæ vxoris, vel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatē, separentur, si vero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc non fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

a ¶Defunctæ.] Mortua enim erat vxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, vel affinem.

Matrimoniū serui an possit ad testimonia seruorū dissolui.

b ¶Bonæ famæ.] Argum. quòd debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testibus, in litteris, & extra eo. tit. licet. Sed quid si criminosus seruus vel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines similis conditionis? Videtur, quod sic. 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa. in arenam. Dico quòd non, sicut nec alias criminosos testes contra criminosum admittendos, nec enim hēt ibi locū replicatio, extra de except. a nobis.

c ¶Eis.] Id est, accusatoribus. Testes enim non puniuntur antequàm dixerint testimonium arg. C. de test. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idem possit esse accusator & testis in huiusmodi causa. 1

d ¶Contraxerint.] Sed forte nō bono zelo diffamauerunt matrimonium, ut C. de adulte. quamuis, in fine.

1 Nō est falsum secundū id quod not. 4. q. 4. c. 1. in gl. ibi, sed no. su. ea. in sum. idē quod dr hic. Arch.

SI duo.] CASVS. Quidam contraxerunt, & erat fama cōtra eos esse consanguineos, dicitur, quod si hoc cōstiterit testium approbatione, uel eorum confessione, separentur, si neutrum erit, ab episcopo adiurentur, & si negauerint, sibi sunt relinquendi: scientes, quod si alidd habent in conscientia, in mortali peccato sunt vsque ad separationem.

e ¶Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publica nunciet: quæ habetur pro uno teste, idem est si vnus confitetur Baz.

f ¶Sicut est fama.] Nam sine fama nō sufficeret corā confessio, vt extra de eo, qui cog. consan. vxo. suæ, super eo. licet H. dicat sufficere si vterque iuret septima manu 35. q. 6. requisisti, sed contra eū est extra de eo, qui cog. consang. vxo. suæ, super eo. vbi dr, quod rumor, &c. Sed dici pōt, quod aliud est vbi se consanguineos dicunt vt hic: vt hic: aliud vbi turpitudinē allegant, vt ibi: quia nec tunc familiares testes admittūtur, vt extra de testi. in litteris. Vel facias vim in eo quod dicit, rumor, &c quia aliud est, quā fama. 2 Item si adest præsumptio uiolenta cum fama, sufficit, vt extra de testi. præterea.

Cōsanguinitas non pbatur p cōiuges, nisi fama cōcurrat.

2 Rumor est quædam vicina vnde fama est quæ cit clamantibus Hod.

a ¶Alia.

a ¶ A liminibus segregatos, &c.] Sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens, 1.q 1.sacerdotes.
b ¶ Atque infames.] Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam, 6.q 1. infames.
c ¶ Do-

per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuncient episcopo quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nunciauerint episcopo, si uolerit quòd separentur, oportet quòd iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in c de parentela in quo plus est, quia debent addere de crudelitate. sed testes synodales non iurant nisi de auditu. Nec contradicit extra de testi. quoties, ubi dicitur quod de scientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab illo. ponitur sacramentum eorum, qui separantur propter consanguinitatem.

Testes synodales quid iurant.

tia habeant, se a liminibus [a] ecclesiæ, a corpore, & sanguine Domini, a fidelium communione nouerint segregatos, atque infames [b] effectos, donec [c] ab incesti facinore desinant. Si se episcoporum iudicio segregauerint, si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

2 *Ecce, quibus accusantibus, [e] uel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ. Cuiusmodi uero iuramentum ab accusatore [f] sit exigendum; ex Romano ordine [a] habetur. Est autem huiusmodi.*

a ¶ Ordine] *Cæteri collectores citant non ex* ordine *sed, ex concilio Romano sub Gregorio iij. Ex quibus collectoribus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

¶ Iuramentum accusatoris. C. V.

Poly. l. 6. tit 6.
Ans. l. 10. c. 74.
Burc. l. 7. c. 25.
Ivo p. 6. c. 61.
Pann. l. 7. c. 86
† al propter.

j DE parentela illa, quam dicũt esse inter illum N. & istã eius coniugem N. quidquid inde scis, & audisti [g] a tuis uicinis, aut a tuis propinguis antiquioribus, quòd tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium, aut per † consanguinitatem celabis episcopum tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere [h] iusserit, quandocumque [i] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorum reliquiæ.

¶ Iuramentum testium. C. VI.

† al. Istud
Burc. l. 7. c. 26.
Ivo p. 9. c 26.
Pann. l. 7. c. 87.

ILlud † sacramentum, [k] quod iste iurauit de illa parentela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quòd tu illud obseruabis, inquantum sapis, aut audisti. Sic te Deus adiuuet.

3 *Hoc iuramentum non est separationis, [l] sed synodale, institutum ab. Euthychiano Papa.*

Ait enim.

f ¶ Ab accusatore.] Hoc falsum est secundum quosdã, immo a testibus.

DE parẽtela.] CASVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimoniũ ferre.

g ¶ Audisti.] Ante motam quæstionem. extra de consang. & affin. ex litteris. ideo autem hic admittitur testimoniũ de auditu, [1] quia difficile est quod aliquis sciat quousque consanguinitas protenditur, ff. de gra. cog. non facile. circa princip. licet hoc sit correctum per illud extra de testi. licet, & nota, quod secundum quod G inducit hoc cap. habes quòd accusator debet iurare de ueritate dicenda, licet non de calumnia, & est argumen. ad idem extra de despon. impu. attestationes, admittitur autem testimonium de auditu tantum, ubi agitur de consanguinitate alias per auditum non probaretur matrimonium, immo putaretur clandestinum.

1 Adde alios casus in quib. admittit, no. do. in l. si arbiter. ff. de Prob.

e ¶ Donec.] Arg. quod infamia per penitentiam aboletur.
d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, uel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt, arg. 33. q. 2. inter fectores & cap in adolescentia, & 34 q. 1. §. 1.

ECCE Hæc est 2. pars huius quæstionis.

Sacramẽtum quadruplex est circa causas matrimoniales.

e ¶ Ecce quibus accusantibus] G. prout colligi potest ex rubricis istis, quattuor ponit genera sacramentorum. Primo ponit sacramentum accusatoris in primo c. de parentela. Secundo ponit sacramentum synodalium testium in c. episcopus. Tertio testium in c. de parentela illa. quarto sacramentum eorum qui separantur, in c. ab isto. Dicunt tamen quidam G. deceptum fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est ut accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quòd accusator iurare non debet, quia nec etiam de calũnia in huiusmodi causa iuratur extra de iur. calumn. litteras. vnde vtrumque capitulum de parentela, intelligitur de sacramento testium. sed de parentela primum loquitur de sacramẽto testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separantur, quorum matrimonium accusatur in illo autem c. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium, quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens c quia per tale iuramentum nulli separantur, quia

g ¶ Aut audisti.] Arg. testimonium de auditu esse recipiendum, ut 3. quæst. 9. §. de his, 14. q. 2. super & capit. quisquam, 34. q. 1. non satis. hodie non, ut extra de testi. licet.
h ¶ Inquirere.] Simile extra de testi. si qui testium & hic est intellectus.
i ¶ Quandocumque.] Dum tamen ante testium publicationem, extra de testi. fraternitatis. & cap. testes. Vel dic quod iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest requirere a testibus. extra de consangui. & affi. c 1.
k ILlud sacramentum,] Secundum intellectum G. hoc iuramentum est testis, præmissum accusatoris, sed melius est, ut primo exprimatur forma sub qua iurant sequentes. H.

HOC IVRAMENTVM. Hæc est tertia pars q̃ęnis.
l ¶ Non est separationis.] Id est, non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur, nisi iterum præstetur sacramentum sequentis c. quod aperte colligitur extra de testi. cogen. præterea.

EPiscopus. CASVS. Dicitur hic quòd episcopus de qualibet parochia septem uiros veraces & honestos debet uocare vt iurent quidquid in parochia nouerint cõtingere pertinens ad correctionem epi, quòd de hoc interrogati dicent veritatem episcopo, vel eius legato.

a ¶ Allocutionem.] Id est prædicationem 10. q. 1. placuit.

b ¶ Pignoribus.] Id est, reliquiis, quibus obligatur sicut per pignora.

c ¶ Amodo] Arg quòd sine accusatore contra aliquem inducere testes potest eps, & pronunciare, & ꝙ idem possit esse iudex & accusator. simile 6. q. 2. si tantum, 11. q 3. præcipue, & supra ea q. c. 1. & 2. q. 5 presbyter, si supra 4. q. 4. c. 1. & 2. contra 1.

Accusator & iudex põt idẽ esse.

d ¶ Postmodũ.] Argu. quòd in causa consanguinitatis testimoniũ põt ferre quis de his quæ recenter didicit. arg. contra supra ead. in cap. tribus & argu. extra de consangui. & affinit. ex litteris. sed hic postmodum non intelligitur post motam quæstionem, quod ibi prohibetur, sed postmodum, id est, de cætero. & sic per æquiuocationem solue. ad hoc proxi. quæst. quod autem.

a Huic cõtrario stãdum est, & quod præmittitur falsũ est, nã eps nõ ẽ accusator & iudex in hoc casu: sed unus iuratorũ accusat, & alius introducit testes alios Arch.

e ¶ Synodalem.] Immo quælibet causa est synodalis indirecte, ut extra de iudic. nouit.

f ¶ Illud.] Scilicet, de parentela.

ABHOC. Hæc est quarta pars quæstionis Io de Fant.

g ¶ Separationis.] Id est, ad quod fit separatio.

¶ Synodale iuramentum. C. VII.

EPiscopus in synodo residens post congruam allocutionem [a] septem ex plebe ipsius parochiæ, uel eo amplius, prout uiderit expedire, maturiores, honestiores, atque ueraciores uiros in medium debet euocare, & allatis sanctorum pignoribus [b] unumquemque illorum tali sacramento constringat. Amodo [c] in antea quidquid nosti, aut audisti, aut postmodum [d] inquisiturus es, quod contra Dei uoluntatem, & rectã Christianitatem in ista parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis euenerit, tantum ut ad tuam cognitionẽ quocunque modo perueniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem [e] causam esse, & ad ministerium episcopi pertinere, ꝙ tu nec propter amorem, nec propter timorẽ, nec propter pretium, † nec propter parentelam vllatenus celes episcopum, aut eius missum, cui hoc inquirere iusserit, quandocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & istæ sanctorũ reliquiæ. Illud α sacramentum, quod iste iurauit de synodali causa, quòd tu illud ex te ita obseruabis, inquantum sapis, aut audisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

poly. l. 6. titu. 11. Ans l. 6. c. 152. Burch. l. 1. c. 91. 92. 93.

† al. præmissum.

α ¶ Illud.] *Burchardus legit, istud & ante hec uerba præponit hanc rubricam,* Iuramentum cæterorum.

4 *Ab hoc iuramento illud [f] sumptum est, principio paululum deriuato. Porro de iuramento separationis [g] Innocentius Papa II. scribit Orthoui Lucensi episcopo dicens.*

¶ Iuramentum illorum, qui consanguinitatem probant. C. VIII.

ii DE parentela illa, unde nos consulere uoluisti, pro qua [i] etiam est ad nostram audientiam appellatum, aliorũ fratrum scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diuerso [h] modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quã in nominibus personarum discordasse: postmodum [i] uero in altero eorum computatores eiusdem parentelæ dicuntur conuenisse. Cæterum in huiusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quæ aliquid contra quoslibet astruere uelint: quę etiam iusiurandum præstare debent, quòd neque gratia, neque pretio, uel timore, uel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: sed potius, quia cre-

alsis fic sola Laurenti. ? quo sic expressè extra de testi. cap. licet. & ql nos in ꝑ prædic. & hanc iam sẽtiam ueret Bern. & Gof. prædi. cap. licet. Arch.

DE parentela illa. CASVS. In quadã matrimoniali causa fuit appellatum ad papam. Papa causam delegauit Othoni episcopo, & quibusdam aliis. testes in gradibus & in personarum nominibus primo discordauerunt, postea in altero consenserunt. iudices delegati ipsum super hoc consuluerunt dicit papa, quod hic consideranda sunt testium personæ, & qualiter debeant iurare, & esse sine varietate.

Testes cõtra matrimoniũ deponentes quid tenentur facere.

h ¶ Diuerso.] Ergo nulli erat credendũ, vt 4. q 3. item qui falso. Vel loquitur hic de diuersitate testiũ, qui discordant, tenẽtur. n. testes ex utroq; latere probare consanguinitatem, ut extra de consan. & affi. ex litteris & singulos gradus clare distinguere, & propriis nominibus nominare personas omnes, uel sufficienti circumlocutione, & debent uidisse quod personæ constitutæ in vno prædictorũ graduũ, se pro cõsanguineis habuerunt, vt extra de testi. licet 2. Sed certe testes, qui debẽt ꝓbare consanguinitatẽ, debent incipere a principio, & sic descendere vsque ad personas illas de quibus quæritur si incipiunt a duobus fratribus, & bene probant illos fuisse fratres, sed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid sciunt, & alios descendentes, probant gradus, nunquid hoc sufficit? Dico ꝙ sic, quia de stipite non inuenimus cautum, sed tantum de lateribus ut extra de testi. series. & ipsos fratres canon quandoque ponit pro stipite supra ead. q 5. cap. 1.

i ¶ Postmodum.] ponamus ergo ꝙ petrus & Berta, qui sunt frater & soror, contrahunt matrimonium, & duo testes bene probant petrum esse filium Ioannis, sed de Berta nihil sciunt. Itẽ alii duo probant Bertam esse filiã Ioannis, sed de petro nihil sciunt, separabitur ne talle matrimoniũ? Dicunt oẽs ꝙ non: quia nec isti duo probant

probant consanguinitatem, nec illi duo, nam aliud probant illi, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cęci sunt: quia si probaui aliquem esse filium alterius, illum esse patrem istius probaui, sed in casu isto probatum est iudici, quod Ioannes est pater Petri: similiter est ei probatum quod Ioannes est pater Bertæ. ergo constat iudici, quod idem est pater vtriusque: ergo consanguinitas est probata, & forte primi melius dicunt.

dant [a] ita verum esse, & ita se à suis antecessoribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas [b] inueniri.

† al. præstabunt.

5 *Qui vero separantur ab inuicem, huiusmodi iuramentum præstabunt.* †

¶Iuramentum separationis. Cap. IX.

Polyc. l. 6. tit. 4. Ansl. l. 10. c. 75. Burc. l. 7. c. 27. Iuo p. 9. c. 63. Pann. 7. c. 88.

AB isto die in antea, quòd tu per nullum ingenium te sociabis huic tuæ consanguineæ α N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti; nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad vnam mensam manducabis, & bibes, aut sub vno [c] tecto manebis; nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala suspicio possit esse, & ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, nisi forte post peractam pœnitentiam tibi licentia [d] data fuerit ab episcopo tuo, aut eius misso. Sic te Deus adiuuet, [e] & istæ sanctorum reliquiæ.

α ¶Consanguineæ. *Quæ sequuntur vsque ad ver.* perpetrasti. *addita sunt ex Burchardo & Iuone, itemque alia nonnul[la].*

6 *Occasione vero consanguinitatis vxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit.*

† al. Monasteriolo.

Vnde Alexander Papa II. Gulielmo de Monstrolio. †

¶Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet. Cap. X.

Iuo p. 9. c. 32. Pann. l. 7. c. 82.

MVltorum relatione cognouimus, te propriam velle abijcere [f] uxorem, & adhærere alteri, pretendentem consanguinitatis occasionem. Vnde Apostolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc, quam nunc habes uxorem, nullatenus præsumas dimittere, vel aliam ducere, donec episcoporum religiosorum concilium [g] causam illam examinauerit.

7 *Recepturus vero eam, quam iniuste dimisit, hoc modo iurabit.*

¶Reconciliationis iuramentum. Cap. XI.

Polyc. ibidem. Burc. l. 9. c. 81. Iuo p. 6. c. 217. Pann. l. 7. c. 42.

AB isto die in antea istam coniugem tuam N. quam iniuste dimiseras, [h] ita tenebis, sicut per rectum maritus suam debet habere coniugem in dilectione, & debita disciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te separabis, nec ea uiuente aliam accipies: Sic te Deus adiuuet, &c.

Deuter. 17.

Quòd autem vnius [i] *testimonio coniugia apud quosdã dirimuntur, nulla rõne ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit:* [*Omne verbum* [k] *stabit* [l] *in ore duorum, vel trium testium.*] *Item cum in Ilerdensi concilio, c. 20. dicatur.* [*Omnis cõtrouersia, quæ de ecclesiasticis rebus fit,*

a ¶Quia credant.] sufficit, quòd iurêt de credulitate: nec est contra, extra de testi. quoties, illud enim intelligo per hoc, & ita præstant isti duo sacramenta. Ioan. de Fant.

b ¶Vel contrarietas.] Hic respondet quæstioni factæ Ioan.

QVI VERO. Hæc est 5. pars huius quæstionis.

c AB isto die.] ¶Sub vno.] Id est, loco suspecto, nam qui male agit, & c. 18. q. 2 pernic osam.

d ¶Licentia.] Cũ sit senex. Si enim esset iuuenis, de iure communi posset contrahere, secundum quosdam, vt not 33. q. 4. in adolescentia.

e ¶Deus adiuuet.] Sed clericus cum separatur a concubina sua, non debet iurare, ut extra de cohabi. cleri & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc est sexta pars quæstionis.

MVltorum.] CASVS. Iste consanguinitatis occasione volebat vxorem suam dimittere: prohibet Papa ne dimittat, nisi prius causa fuerit in concilio probata.

f ¶Abijcere.] Propria authoritate: quod non licet 31. q. 2. cap. 1. & 2.

g ¶Concilium.] Hoc olim. Vel exaudi distributiue. De hoc no. 31. q. 2. c. 1.

RECEPTVRVS. Hæc est septima pars quæstionis.

h AB isto.] ¶Dimiseras.] Auctoritate propria: vel per ecclesiam si fuit decepta

i ¶Quod autem vnius] Hæc quæstio incidenter proponitur.

k ¶Omne verbum.] sup. 2. q. 4. § 1. & cap. placuit.

l ¶Stabit.] Nisi in casu de conte. distin. 4 placuit. & 56. distin. tanta. & 8 q. 1. talia.

Quòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. quæstio, quæ modicam habet dubitationē. a ¶ Quod autem.] Si parentes nesciunt impedimentum, non est dubium quin filij sint legitimi, ut extra qui fi. sint leg. cū inter Si aūt vnus sciuit, & alter nesciuit, dicunt quidā, ꝙ quantum ad scientem non sint legitimi, sed quantum ad ignorantem sunt arg. 32 q. 2. solet quæri & C. solu. mat. si ignorans. Sed licet Hu. & L. ita dixerint tamen reprobatur eorum distinctio, extra ca. ex tenore: quia inconueniens esset, ꝙ aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus: sicut nemo potest esse partim liber, & partim seruus ff de li. cau. duobus, sed si ambo parentes sciunt impedimentum, tales filij nō sunt legitimi, licet ecclesia habuit illud ꝓ matrimonio, vt extra de clandestin. despon. cum inhibitio.

Filij ex matrimonio illicito nati pōt esse legitimi.

uincia, & reformatio pacis, ut extra de despō. impub. accessit. In parte decisa & hæc est indirecta dispēsa. 10. In hoc n casu tantū videtur dispensare, ꝙ post spatiū longū admittunt accusatorem, nisi accusatus ipsum sponte admittat, ut extra qui matri. accu. pos. per tuas. De

Dispē tio circa matrimonia inceftua gn tum.

secundum diuinam legem sub duobus, vel tribus testibus terminetur, Domino dicente: [non unus stet contra alium, † α sed in ore duorum, uel trium testium stet omne verbum.] Item cum alibi dicatur, [nullius personæ β quātumlibet exercitatæ testimonio aliquid credatur,] euidētissime apparet, vnius assertione coniugia non esse dirimenda.

Deut. 19. Matt. 18. † al. aliquem. Burc. l. 7. c. 17. Iuo p. 9. c. 52. Panor. l. 7. c. 8.

α ¶ Contra alium.] *In Deuteronomio hæc adduntur*, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit. *In Euangelio autem sunt tantummodo sequentia*, vt in ore duorum, &c.

β ¶ Nullius personę.] *In codice Theodosiano, lib. 11 tit. 14 leguntur hæc verba*: & nunc manifeste sancimus, ne vnius omnino testis responsio audiatur: etiam si præclaro curiæ honore præfulgeat, *quorum similia recitantur ab Iuone par. 16. c. 204. Et Gratianus supra 6. q. 2. in principio hanc eandem fere sententiam attulit.*

QVAESTIO VII.

Quòd autem a quæritur, si illi, qui de incestuosis nascuntur, filij reputentur; Augustinus in libro quæstionum super Leuiticum cap. seu quæst. 76. determinat, ita dicens.

¶ Non appellantur filij, qui de incestuosis nascuntur. Cap. I.

Quid est: b [Quicunque dormierit cum cognata sua, γ sine filijs c morietur,] cum filij ex huiusmodi coniunctionibus & ante nati sint, hodieque nascantur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicunque ex eis nati fuerint, non deputētur filij, id est, nullo parentibus iure succedant? Leuit. 20.

γ ¶ Quicunque dormierit cum cognata sua.] *Hæc verba non sunt hic apud B. Augustinum, sed initio ipsius quæstionis 76.*

Quid est.] CASVS. Cum de incestu soleant filij nasci, quæritur quare dictum sit in veteri lege, qui dormierit, &c. Et respondetur, quòd legitimi non sunt, nec parentibus succedunt.

b ¶ Quid est.] Dubitando dicit, & tamē soluit: & interrogando respondet, sic 22. q. 2. quod ait.

c ¶ Sine filijs.] Scilicet legitimis. Dicuntur enim non esse filij, qui non sunt boni 12 q. 2. non liceat. arg 32. q. 4. dicat & 4. dist. multi. ergo uerbo generali legitimi continentur extra de iu. iur. Quintaualis. ff de ope. li. si libertus.

Filius nō est, q bonus non est.

QVAESTIO VIII.

De his a vero, qui ignoranter coniuncti sunt in quo gradu consanguinitatis, uel affinitatis ex dispensatione ecclesiæ relinquantur, Gregorius in Regesto definit dicens.

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.*

De his vero qui.] Hic depingitur Octaua quæstio, qua quæritur quo gradu possit dispensari cum consanguineis, vel affinibus. Et quidem in tertio Papa solus, sed in primo & secundo nō potest, vt dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit vterque in consanguinitate & affinitate: sed hoc falsum est, vt extra de diuor. gaudemus, ut notaui 30. q. 3. v. i. ...orum, & sunt tria quæ inducunt hanc dispositionem, proles, & tēpus inf. e. c. 1. ff. de situ nup. qui in ...

¶ Non separentur qui infra septimam generationem ignoranter copulantur. Cap. I.

De gradibus vero cognationum, qui infra septimam generationem in matrimonio sunt inuenti, si nescien- Polyc. l. 6. tit. 4.

De gradibus.] CASVS. Quærebat quidā episcopus de cōsanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, quid esset faciendū? Respondetur, qui in quinto gradu, vel vltra per ignorātiam pridem coniuncti sunt, & filios genuerunt, tolerentur, donec

donec Grego. & ille simul loquantur. coniuncti vero intra annũ in quinto gradu vel sexto, separẽtur & ne de cętero tale quid fiat, prohibeatur, si qui contrafecerint, cum graui pœna separentur.

a ¶Multa.] Ar.ratione diuturnitatis posse fieri quod alias

d ¶Ore ad os.] Et ita permittit in suspenso.

d ¶Ore ad os.] Sed si quis recenter contraxerat, vel contraheret cum aliqua, ꝙ tunc separentur. Et hoc est quod dixit, infra anni coronam.

e ¶Indulgentiam.] Sed obijcio tibi, aut Papa dispẽsauit, aut nõ? Si dispensauit, ergo statim fuit matrimonium. Quare ergo dicit, non separentur, donec nobis loquantur? Si nõ dispensauit, quomodo ergo permisit eos esse in incestu? Itẽ quare secundum hoc subiũgit: Hoc autem dico secundum indulgentiam? Solu. Papa non statim dispensauit in matrimonio: sed dispensauit in hoc, ꝙ debet differri cognitio causæ, vel etiam prolatio sententiæ, & ideo medio tempore alter alteri nõ debuit negare debitum: cum adhuc non constaret de consanguinitate, vt extra vt lis pen laudabilem. vel dic, ꝙ dispensauit sub conditione, si constaret de pręmissis. Vel expone, non separentur quantum ad cohabitationẽ, sed per hoc non dat eis licentiam commiscendi.

Cã pendẽte super matrimonio non est denegandum debitum.

tes fecerint, & iam multa a curricula annorum sint reuoluta, ita vt filios [b] habeant, in sexto qui inuenti sunt, aut fortasse [c] in quinto, huiusmodi non separentur, donec nos Domino permittente, ore ad os [d] loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, [e] non secundum imperium. Qui vero de his duobus gradibus nouas contraxisse nuptias videntur, id est, infra anni coronam: modis omnibus separentur. De cætero vero generalia per omnem prouinciam statuta percurrentia tatiter firmentur, vt nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractionis misericordia acrioribus puniti vltionibus separentur. Hi vero, qui propinquas sanguinis vxoris suę in matrimonio sibi sociauerunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui in eodem gradu inuenti sunt, separentur; aut suspendatur eorum causa, vsque dum nos insimul Dommino auxiliante conueniamus. *Idem.*

¶De his, α qui post mortuas uxores, secundas contrahere nuptias uoluerint, iuste, & honeste, & rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis usque ad quartum [g] gradum genealogię abstinere. Hoc nos secundum indulgentiam sanctæ matris ecclesiæ mitius prælibauimus. [h] Cæterum iuxta sęcularium ϛ legum censuram dignis coercionibus, grauibusque disciplinæ inuentionibus † hęc omnia mala, & illicita modis omnibus resecanda sunt, ut in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

† *al. inuectionibus.*

α ¶De his qui.] *In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Gregorio: sed habentur coniuncte cum c. de affinitate supra q. 2. & 3. & proxime antecedunt huic capitulo, de gradibus.*

ϛ ¶Iuxta sæcularium.] *De pęna incestorum est in nouella 12. Iustiniani & in capit l. 7. cap 432. & 435. & in adiectis capit. 124. & 227.*

f ¶ Anni coronam.] Idest, anni circulum vel reuolutionẽ. Nota noua matrimonia dici quæ nõ sunt annua. Similiter mancipium dicitur nouum quod nondum seruiuit per annum, ff. de pub. & vecti. interdũ. § quoties. similiter vinum. ff. de vino, tritico, & oleo legato. l. vetus. i

Mancipiũ dr̃ nouũ quod per annum non seruiuit.

Idem Fælici Messanæ ciuitatis episcopo.

¶In quarto, & quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, separentur. Cap. II.

In conc. Tol. 2. cap. 5. polyc ibidem. Ans l. x. cap 39 Burch. l. 7. c 6. Iuo p. 9. c. 41.

HAec salubriter præcauenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis, [i] lineamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio [k] sibi desideret copulare: sed, sicut α a maioribus nostris definitum est, ita modis omnibus obseruetur: quoniam usque ad septenarium numerum parentelæ nulli unquam

D'E HIS QVI MORTVA. CASVS. Mortua vxore debet vir ab eius consanguineis vsque ad quartum gradum abstinere, & hoc fit ex dispensatione: quia de rigore iuris esset puniendus.

i Et hẽs hic arg ꝙ non dicũtur noualia, quę annum excedunt similiter nec nouũ feudum. Arch.

alias fieri non debet sup. dist. 4 denique. & 95. dist. ecce. 1 q 1. cito sup 24 q 1 schisma contra.

b ¶Filios.] Not filiorum susceptionem & annorũ lõga curricula dispensationem inducere, ne matrimonium separetur: hodie autem longitudo temporis nõ excusat, vt extra de consangu & affi. non debet. Ioan.

c ¶Aut fortasse] Ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu non est dispensandum, nisi ex magna cã. Dicunt aũt quidam, ꝙ dñs Papa in hoc c. dat generalem formam omnibus prælatis, ꝙ vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria pręcedunt, non separent eos, nec de causa cognoscant; alias sec.

g ¶Ad quartum.] Si intelligas hoc de secundo genere affinitatis, tunc nulla est ibi dispensatio: nec illud quod sequitur, hoc nos, spectat ad illud genus affinitatis, sed ad primum.

h ¶Prælibauimus.] Idest, olim cõcessimus quibusdã.

HÆc salubriter] CASVS. Præcipitur hic, ne qs suã ducat consanguineam quandiu consanguinitas vsque ad septimũ gradũ cognoscitur: & qui quarto gradu vel quinto iuncti sunt separẽtur, qa in veteri lege prohibetur qs ad proximã sui sanguinis accedere.

i ¶Affinitatis.] Consanguinitatis signa vel vestigia.

k ¶Matrimonio.] Id est, vsque ad septimum gradũ Iace.

INcestuosi.] CASVS. Qui incestas nuptias contrahunt quamdiu in crimine sint, excommunicati debent esse: & si alter moriatur in illa coniunctione, superstes non debet contrahere.

a ¶ Incestuosi.] primam partem huius cap. intellige de exclusione sacramentorum: secundum autem de anathemate. & tunc dicit Non sumant cibum spiritualem. De hoc dictum est supra eadem quęstione tertia, de incestis, duodecima quæstione secunda indigne.

b ¶ Manent.] post admonitionem.

c ¶ Aut cathecumenos.] 11. q. 3. ad mensam. contra. Sol expositio illa, quæ sequitur id est, cum Christianis, & c. non refertur ad totum id quod pręmissum est, sed ad aliâ partem, inter Christianos non habêtur. Vel non de omnibus gentibus hoc intelligendum est. sed de gentib. cathecumenis.

d ¶ Sed soli.] Christiani.

e ¶ Maneat.] quid iuris in hoc casu, notatur 33. quæstio. 1. 3. de pœnitentibus.

copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre, & matre consanguinitatis parentela descendunt Qui autem, & quæ in quarto, vel in quinto gradu coniuncti inuenti fuerint, separentur: quoniam scriptum est; { Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinē eius. } & iterum: [Anima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui. Sane quibus C coniunctio interdicitur, illicita habebunt ineundi coniugij melioris libertatem. *Leuit.* 18.

Nisi in eodem γ crimine vsque ad mortem alterius eorum contumaciter perseerauerint.

Vnde in Aurelianensi concilio.

¶ *Integrum caput*, Hæc salubriter. *vt est apud Gratianum, etiam ab Anselmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem sequitur post c Pyctacium supra 30. q. 3. attributum Zacharia. In concilio Toletano 2. c. 5. quod referunt Burchardus, & Iuo, habentur cætera huius capitis verba preter ea quæ indicabuntur.*

α ¶ Sed sicut.] *Hæc vsque ad ver.* Separentur, *absunt a concilio, Burchardo, & Iuone.*

C ¶ Sane quibus.] *Hæc in concilio impresso non habentur: quamuis apud Burchardum, & Iuonem ponantur coniuncte cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi, & Epaunensi, Turonico 2 & in capitularibus adiectis, sed aliqua cum varietate, vt est notatum. supra ead. q. 2. & 3. de incestis.*

β ¶ Nisi in eodem.] *Hæc nusquam sunt inuenta, & visa sunt Gratiani. Quod indicat ille loquendi modus*, Vnde in Aurelianensi concilio.

¶ Non ducant vxores, qui vsque ad mortem alterius in incestu perseuerauerint. Cap. III.

INcestuosi, [a] dum in ipso detestando, atque nefando scelere manent, [b] non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut cathecumenos [c] habeantur, id est, cum Christianis non sumant cibum, nec potum: sed soli [d] faciant hoc; non osculentur, nec salutentur ab eis. Et si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & a tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint: inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos, de quibus per se veritas ait: [Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.] Et si alter eorum ∂ morte præuentus fuerit: alter, quamdiu viuit, grauiter pœniteat, & sine spe coniugij maneat. [e]

Cap. 1. 7. c. 433. & in adiectis, cap. 125. Ansel. 11. cap. 9. Burch. l. 7. c. 5. Iuo p. 9 cap. 42.

Matth. 18.

¶ *Hoc Burchardus etiam & Anselmus citant ex Aurelianensi: & aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianensi 3 c 10. sicut etiam in Agathensi, c 61. ex quo videtur citare Iuo. Sed longe magis cum hoc capite concordat c. 4 concilij Ilerdensis relatum supra ead. q. 2. & 3. De ijs, qui incesti. Eadem autem plane verba leguntur l 7 cap. 6. 433. & in adiectis, c. 125. exceptis tamen ijs, quæ indicabuntur.*

β ¶ Et si alter eorum.] *Hęc non sunt in capitularibus indicatis: sed horum loco habentur ista.* Nam cum fidelibus non debent orare, neque in ecclesiam intrare: sed ad ianuam ecclesię excubare, & ab intrantibus in eam, & exeuntibus ex ea, vultu in terram prostrato veniam postulare, ut pro se orare non dedignentur, flagitare, & lacrimis profusis, vultu contrito, atque humiliato spiritu, semper omnibus apparere vsque ad satisfactionem ecclesię, & proprij episcopi canonicam reconciliationem manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec sæcularia negotia exercere, nec placitis, aut accusationibus, & testimoniis interesse: sed crebris sacerdotum precibus: manuique Pontificis proprij impositionibus, & ele-



Nde quæritur.]Hæc q. diuidit in duas partes: in quantum prima probat, ꝙ sententia retractari non potest, & hoc probat per duos canones. Secūda ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fantu.

tentia non transit in rem iudicatam, vt dixi. Sed licet magister specialiter proposuerit quæstionem de matrimonio, tamen generaliter prosequitur, an quælibet sententia possit retractari. Notandum ergo, quod variis modis retractatur sententia. Quandoque retractatur si est lata per surreptionem, vt infra. e. veniā. & extra de offi. vica. tua. & extra de sen. & re iudica. cum olim. Item si est lata per falsos testes. vel per falsa instrumēta, vt extra de probat licet & C de fal querela. Item, si est lata per falsas allegationes ff. de iudi. pręter. Item si interuenit falsus procurator, vt extra de procura. in nostra. ff. de iudic. licet. Item si est lata à iudice non suo, vt extra de iudic. at si clerici. & C. si à non compe. iudic per totum. Item per in integrum restitutionem a vt extra de in integ. resti. requisiuit. Item per appellationem & supplicationem, vt C. de preci. impera. offe. auth. quæ supplicatio, Item retractatur si est lata ab excōmunicato, vt extra de sen. & re iudic. ad probandum. Itē retractatur per implorationē trinis auxilii, vt si cōtra seruū fuerit lata sententia, ille appellare nō potest, sed permittitur ei implorare trinis auxilium, vt ff de appe seru. Item si fuerit lata cōtra ius scriptum, vt 2 q 6 §. est autem quando. Item propter corruptionem iudicis vt 2 q 6 §. venales. Sunt autē tres modi retractandi sententias. Quandoq; retractatur sententia, id est, nulla ostenditur esse, s. cum est lata à iudice nō suo. 2. q. 1. in primis. vel cum per falsum procuratorem lata est. Quandoq; retractatur iudicis officio, quandoque iure actionis. Si retractatur iudicis officio, scilicet per beneficium restitutionis in integrum: tunc si tantum vsque ad quadriennium potest agi C de temp. i integr. restitu. l. vlt. si autem iure actionis, scilicet actionis in factum: tūc vsque ad triginta annos audietur. C. de præscri. xxx. ann. sicut.

a ¶Vna- mosynarum largitionibus, atque cęterorum bonorum hominum † exhibitionibus expurgari, sanarique oportet.

† fortasse, operum.

Hac auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu cōsanguinitatis coniuncti inuenti fuerint, ab ecclesia separari iubentur.

QVAESTIO IX.



a b *Nde quæritur, a si ecclesia fraude testiū, aut ignorantia eorum decepta aliquos separauerit, q post separationē alia coniugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit calliditas, vel falsa opinio testium, an priora coniugia sint redintegranda. Quod fieri non posse, argumentis, & auctoritate probatur. Sententia namque nisi per appellationem intra terminum lege constitutum releuata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam beatus Gregorius scribit dicens.*

¶Quæ rationabiliter decisa sunt mutari non expedit. Cap. I.

Omnibus modis b ecclesiasticæ disciplinæ, vel moderationi cōueniens est, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa; nulla in posterū debeant refragatione turbari.

25 q. 2. ecclesiasticę. Ansl. l. 4. c. 9.

¶*In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur Beato Augustino. Restitutum est B Gregorio ex aliquot vetustis exemplaribus, & Anselmo. Ac supra 25. q. 2. c ecclesiastica hec idem citatur ex Gregorio: apud quem legitur iisdem pene verbis, lib. 7. indict. 2 epist. 90.*

Item Stephanus Papa quintus, Paulo episcopo Placentino.

¶Quæ vtiliter decisa sunt, à successoribus roborentur, à temerariis præsumpta resecentur. Cap. II.

Loci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint, roborare; & quæ à temerariis præsumpta fuerint,

a ¶Vnde quæritur.]Hic quæritur si snīa. quæ lata est pro matrimonio, vel cōtra illud, postea possit retractari. Et dicendū ꝙ sic, qa talis snīa nullo cursu tpis trāsit in rem iudicatam. vt extra de sen. & re iudica. cōsanguinei. & e. lator. Quidam volebant distinguere & dicere, ꝙ si secunda matrimonia sunt contracta, non pōt retractari sententia, sed si non sunt contracta, possit retractari, per illud qd est extra de testibus, sicut, 33 q. 1. si per sortiarias. sed id qd in illa decreta. sicut. dicitur, referendum est ad facilitatem, 1 id est nō ita de facili retractatur sententia, quando secūda matrimonia cōtracta sunt. Et illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus vb periculum animæ vertitur, vt i baptismo, & ordine. illud tamen posset dubitari, vtrum sententia matrimonii ipso iure retractetur, an p in integrum restitutionē. Et videtur quod per in integrum restitutionem, vt extra de in integr restitut ex literis. Econtra videtur, quod ipsō iure, quia ibi scn

b Omnibus modis.]Rationabiliter.]Etiā imperiali rescriptio 3. C. de transac. causas. immo à limine iudiciorum expellentur q volunt retractare sētentias, à quibus non est appellatum, vt C. sētentiam rescin. nō pos l. vlt. C. vt lite pendē. l. fi. nisi propter publicam vtilitatem, vt ff de decre ab or fa. quod semel. vt nisi restituendo. ff. de mino. in causæ. §. vltimo.

Loci nostri.]CASVS. Papa bene diffinita debet cōfirmare & delicta corrigere. Peccat enim q bene statuta

Sententia ꝓ matrimonio vel cōtra ipsū lata retractari potest.

1 Vel intellige vt not. infra §. his ita. in gl.

2 Hāc sententiam q. dā tenēt ꝓ veriori maxime si sētētia sit sm matrimonium. sicut. n. auctoritate iudicis solutū est ita & auctoritate eiusdē dēt reformari. ar. ex. de regul. iur. ois res. & ff de re iu. nihil. Ar. Sententia tripliciter do retractat. Sententia à qua non ē appellatū, nō est retractanda.

3 Subaudi. nisi ex certa sciētia princeps daret rescriptū dicēdo non obstāte tali snīa. ar. C. de testi. auth. hoc inter liberos Arch.

statua violat: & qui delicta non punit, peccandi viam aperit.
a ¶Omittimus.] Si 23.q.3. est iniusta.in fine.
b ¶Errorem.] Nota, quod partibus & aduocatis licet corrigere errorem suum quandocumque ante sententiam: vt extra de cen. olim, circa medium C. de iur & fac. igno. error. testibus incontinenti licet corrigere: vt extra de testi. cog. praeterea. 1 Item dominus potest incontinenti errorem procuratoris corrigere: vt extra de offi.iudic.de leg cum olim.in fi.nisi errauerit in petendis iudicibus suspectis: vt extra de caus. poss. & prop. cum olim.de hoc 32 q.1.super.&c. apud misericordem. Item Iudex potest errorem suum corrigere in interlocutoria sententia, vt ff.de re iud. qđ iussit, sed diffinitiuam sententiam nullus potest corrigere, siue sit ordinarius. 2.siue delegatus, siue in ciuilibus, siue in criminalibus causis: vt extra de offi. deleg. in litteris C quomodo & quando iudex, si vt proponis. ff de poe.diui fratres. nisi sit lata cōtra ordinem iuris, tūc potest retractari ab ordinario tm: vt C. de accus.l.3. & 4. & etiam à delegato: vt extra de accusa.qualiter & quando. Sed licet corrigere non posset sententiam, tā potest eā moderari, vt ff de off. praesi.i illicitas §.vl Similiter si deceptus tulit sententiam, potest denegare executionē iudicati, vt ff de i. di. si praetor.in fine Item verba sententiae potest mutare dum tamen sensus idem remaneat: vt ff de re iudicata, actorum. Item supplere potest eadē die de fructibus. 3 ff. de re iu.paulus. Item interpretari, pōt sententiam suam si eit praesens vel procurator Caesaris, vt ff.de appel.l.ab executore.

1 Adde an & qñ licet iudici recipere testē volētē corrigere dictū suū. not. Bart. in l. si postulauerit. §.1. ff. đ adul. & i repet. ff.đ qōni,

2 De hoc & no extra đ reg. iur cum Bertholdus in gl. sed quali ter.

Snia pōt moderari.

3 Ad idē & expēsis. Archid.

Res iudicata veritati nō p̄iudicat.

4 Vel de vt no.sup e.l sūma.

QVOD AVTEM. Haec est secūda pars quaestionis, in qua probat q̄ sententia retractatur, & hoc probat per quinque capitula. Ioan.de Fan.

Quod quis.] CASVS Qui non vult puniri, corrigat sua & praedecessoris sui delicta: & q̄ non correxe- ritt punietur, vt via peccandi claudatur.

in promptu nihilominus vlcisci. Reum quippe ante cōspectū diuini iudicis se nouerit esse, qui nititur vtiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippe vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita praesumantur, aut nō cōcessa impune teneantur. Proinde si negligēter ea, q̄ male vsurpantur, omittimus; [a] excessus viam proculdubio alijs aperimus. 1.Cor.10. dist 93. diaconus.

¶*Sententia huius capitis, & multa etiam verba sumpta sunt ex B. Gregorio lib.7.indict.1.epist.13 & 28.*

Quia ergo snīa haec rōnabiliter data est, nec per appellationem intra certum terminum releuata; apparet, q̄ nequaq̄ priora cōiugia sunt redintegrāda. His ita respōdet. Aliud est, snīam rescindere, & rōnabiliter decisa turbare, atque aliud, q̄ per subreptionē obueniūt, deprehēsa corrigere, suū namq; errorem [b] cuiq; corrigere licet, atq; iō, q̄ à quolibet illicite cōmittuntur, siue a p̄decessoribus admissa inueniūtur; in melius reuocari oportet. Porro illicite vxor à viro suo separata est, & illo viuēte alij copulata: cū Dominus solius fornicationis causa à viro suo vxorē separari iubeat. Sicut ergo si aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occasione interueniēte, ab eius consortio discederet; q̄uis iudicio ecclesiae cogatur redire ad eum, quē reliquerat; tamen si post trienniū [c] virum, qui mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur; sic cum deprehenduntur non fuisse consanguinei, qui causa consanguinitatis ab inuicē separati sunt, prioris consortij foedera sunt reparanda. [d] vide supra c. per bellicā. 34. q.1.&2.

2 *Quod autem, q̄ illicite admittūtur, vel admissa inueniuntur, corrigenda sint, vel quod snīa etiam Rom. sedis in melius cōmutari valeat, auctoritate Hilarij Papae, & Nicolai monstratur.*

Ait namque Hilarius episcopus Vrbis Romanę synodo pręsidens, capitulo iiij.

¶Corrigendum est, quod illicite admittitur, aut à praedecessoribus admissum inuenitur. Cap. III.

QVod qs [e] cōmisit illicite [f] aut à p̄decessorib. suis inuenit admissū, si propriū periculū vult uitare, dānabit. Nos.n. in nullo uolumus seueritatē ultionis exercere; sed q in causis Dei, uel cōtumelia, uel aliquo † excessu deliquerit, aut ipse qđ peroeram fecit, abolere uoluerit, in se, quidquid in alio non De° dedit p.1. Poly l.4.tit.20. Ans l.6 c.157. †*al. in aliquo.*

c ¶Triennium.] Maxime arg. 33 q 5 q̄ Deo.
d ¶Reparanda.] Nota rem iudicatā non praeiudicare veritati in causa spirituali. Sed vī. cōtra extra de test. licut.quib.ibi dicit, q̄ nō vī superesse aliquod remedium, nisi q̄ testi imponatur paenitētia de periurio.sed ibi supple.s.de facili Vel ibi respicit factum, non ius. Simile notatur extra de arbitris.peruenit. 4

e ¶Quod quis.] Hoc c.loquit de illicita alienatione rerū ecclesiae, vt extra de rep.mu.c.2 Secus.n si deliqt sententiādo 5 diffinitiue, C.iniam rescin nō pos.l 1 ff. de re iu.l iudex. ar. cōtra factū propriū aliquem posse venire.ar. 2.q.1.certe ego sū. & extra de ele noui.
f ¶Illicite.] Sic 55.dist.paenitētes ar.cōtra extra de clerici.coniug.diuersis. & extra de fil. presbyte. veniens. & arg.

5 Etsi in causa ... nitus ... cuncti. Fornicati am absentis an ... tula, ... re possit

& arg ff de reb. eo. qui sub tu. vel cura.l. quamuis. & extra de conces præben. cum super.
a ¶Illicitis.] No. arg. ad quæstionem dominicalem in sani, quod nunquam accederem ad fornicariam meam post uolo cum ea contrahere, nunquid possum? ar. hic quod sic, &

ibi sit aliquid reprehensibile,
c ¶Retractari possit.] videtur ergo quod sententia principis possit retractari, si esset iniuste lata. Et sic est C. de app. ne causas. vbi dicitur, quod si sententia principis sine causæ cognitione fuerit lata, non potest retractari ab alio. nam etiam error principis facit ius inter partes, vt ff. de supel. le. l. 4. in fin. sed hic loquitur de ea retractatione, quæ fit per in integrum restitutionem, extra de in integrum restit. tum ex litteris.

resecauerit, inueniet. Quod, vt deinceps possit tenacius custodiri, si placet, sententias, causas, & subscriptiones proprias, omnes commodate, vt synodali iudicio aditus claudatur illicitus. [a]

Sententia principis an possit retractari.

Item Gregorius.

¶Secundum suæ conditionis tenorem Apostolica valet mutari sententia. Cap. IIII.

Deus dedit ibidem. Poly. l. 5. tit. 6. Ans. l. 2. c. 69.

A Postolicæ sedis sententia, tanta semper consilij moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, tantaque deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat: nec immutari necessarium ducat: nisi forte sic prolata sit, vt retractari possit, [c] vel immutanda secundum præmissæ tenorem conditionis [d] existat.

d ¶Conditionis.] Si concessum erat ad tempus. sup. ea. q. 3. quod scripsi. Vel illius. si preces veritate nitantur. Ista autem non est sub conditione ferenda. 2. q. 6. biduum. vnde hoc non intelligitur de ea, tenet tamen si feratur. extra de sent. excō. a nobis, &c.

Sententia non est sub conditione ferenda.

¶Apud Anselmum, & Polycarpum citatur ex epistola Nicolai Papæ Regem Carolum. Extat in codice sæpe memorato monasterij Dominicanorum, in epistola Nicolai, quæ inscribitur ad Ludouicum regem, & in altera eiusdem ad episcopos omnes in regno Ludouici, quæ incipit, Gaudemus.

V Eniā nunc, ad.] CASVS. Quidā petebāt vt Papa Photinum episcopum ex falsa causa depositū restitueret, & Eustathiū diaconū deponeret: Papa vero episcopum eis restituit, sed diaconū nō deposuit.
e ¶Maximum Photinū.] Forte binomius erat iste Photinus, vel aliter, veniā ad Photinū nūc quasi ad maximum quoddā thema: quia plures quæstiones ex eo surgūt.

Item Innocentius Papa, epist. 22. ad epicopos Macedoniæ.

¶A prædecessoribus damnatos, aliorum supplicationibus in pristinum statum Apostolica reformat ecclesia. Cap. V.

V Eniam nunc ad Maximum & Photinum, [e] quasi ad quoddam thema, & § quod mihi anxium est, ac difficillimum § maiorum meorum reuoluam sententias. Fuerat de illo quoquo pacto [vt ipsi etiam commeministis] aliquid vtique grauius constitutum. Verum quoniam id per rumorem [f] falsum, vt asseretis, subreptum huic sedi, & elicitum per insidias demonstratis: quia res ad salutem redijt: veniam nos hanc intantum uobis adnitentibus post condemnationem more Apostolico subrogamus † tantisque uestris assertionibus, uobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus rebus duris durius arbitramur. Pro uestra ergo appobatione [fratres charissimi] & sententia, ac postulatione episcopum Photinum habetote [licitum est enim ita constituere, vt deprecamini [g]] & nostram in melius conuersam sententiam, labore, uel testi-

Poly. l. 5. tit. 6.

† Tex. est in simili in l. inspiciēdum. ff. de pœ. & in l. Arrianus ff. de act. & oblig.

f ¶Per rumorem.] Ar. ad quōnem illam, Quid si aliquis propter falsum rumorē est electus, qui credebatur peritus? quod postea cassatur eius electio, 1 sicut & cassatur institutio, vt ff. de hæredi. institut. si pater., sed legata non cassantur ratione falsi rumoris, vt ff de hæredi. instit. l. vlt. Item hoc scias, quod ea, quæ per subreptionē obtinentur, etiam absente aduersario, retractantur, vt extra de sententia & re iud. cum olim. nec aliquid valet quod per litteras subreptitias actū est: vt extra de officio vic. tua immo & libertas non retractatur, licet propter iniustam causam data sit: vt in stitu. quibus ex cau. maior §. eadem versi. semel. tamen nulla est, si per subreptionem data fuerit, vt ff. de fideicom. li. cum vero §. subuentum & iudex, qui alias non potest reuocare sententiam diffinitiuam, licet iniustam, in hoc casu ipsemet eam reuocat. ff. de iudic. si prætor.
g ¶Vt deprecamini.] Arg. quod non sit simonia preces pro digna persona porrigere, & pro digno deposito

Electio imperiti, qui credebatur peritus, an dēat cassari.

1 Arg. 1. q. 1. placuit. vbi de hoc.

Obtenta per subreptionem absente aduersario retractantur.

Sic, & 11. q. 1 relatū & c. illud Et ar. cōtra extra de cau. pos. c. 3. & ff de excep. rei iu. l. & an eandem §. actiones
A Postolicæ.] CASVS Quæritur vtrum Papæ constituta sint mutanda, & respondetur quod non nisi mutationis causa vel conditio sit inserta.
b ¶Decoquitur.] Hic patet rō, quare in scriptis Apostolicis nihil debet vitij reperiri, nec aliquid reprehēsibile, vt extra de rescr. cū adeo. vnde vitiosa diceni rescripta, si sit in eis falsū latinū: vt extra de rescr. ad audientiā. sed in testis & priuilegiis secus est C. de testi. errore, ff. de manu test. qui habebat Non enim est veri simile, quod cū illæ litteræ in tot manibus decoquātur, quod

Rescripta Apostolica nihil reprehensibile contineant.

Preces pro digno simoniam non inducant.

reſtituendo licite poſſunt preces offerri. arg. 2. q. 1. ſi- lium, & diſt. 50. clerico. & diſt. 54. ſi ſeruus.
a ¶Compotem.] Id eſt, officij poteſtatem habentem.
b ¶Nolite.] arg. quod Papa approbat, &c. vt ſu. 24. q. 1. hæc eſt fides. & 17. q. 4. §. qui autem, & 93. diſt. ſi inimicus.

aliquando Papa retractabat ſententias eorum, vel eorum cognitiones, & ad hoc reſpondet Papa.
i ¶Quia veritas.] Optima allegatio eſt contra iudices, qui nolunt audire aduocatos ſup. 30. q. vlt. iudicantẽ. 3 Non enim poteſt ad veritatem perueniri, niſi reſpiciatur

Aduocati ſunt audiendi.
3 Adde gloſſ. in l. antiqua in ſi C. de vſufru.

monio veſtro compotem [a] vobis [β] ſuſcipite. Euſtathium vero a me ſępiſſime comprobatum nolite [b] expectare vt diaconij gradu † expolietur. Solicitos enim vos pro ſalute libenter audio: [c] contra caput, etiam ſi faciendum [d] ſit non libenter admitto. Cui manum porrigitis, vobiſcum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite.

† al. gratia
Idem apud Nicolaũ ad epiſcopos Galliæ.

c ¶Audio.] Arg. oportet adiuuandos reos criminis. 1 ſupra diſt. 45. licet ſimilis. C. de aduo. di. iudicũ, l. reſtituendę. & ff. de alb. ſcri. l. vlt.

1 Arg. ꝯ ſup. 23. q. 4. eſt iniuſta vbi de hoc.

d ¶Si faciendũ.] Arg. quod potius de miſericordia, 2 quam de rigore iuris delinquentes debemus corrigere: & ꝙ proniores debẽt eſſe prælati in abſoluendo, quam in cõdemnando: vt ſupra diſt. 45. licet plerumq. ſupra diſtin. quinquageſima, ponderet. & ſupra vigeſimatertia q. 4. duo. & ſupra vigeſimaſexta q. ſeptima, allegant ff. de actionib⁹ & obligationibus. Arrianus extra de prob. ex litteris, extra de ſortile. ex tuarum. contra diſt. 86. non ſatis ſupra diſt. 9. ſana. & ſupra 10. q. 7. diſpenſationes. Ioannes.

Miſericordia eſt rigori præferenda.
2 Id eſt, ſm miſericordiã, rigore, id eſt ſm iuris rigorẽ.

a ¶Maximum.] *Germana lectio eſt.* Veniam nunc ad Maximum quaſi quoddam thema Photinum. *Sed ob gloſſam nihil eſt mutatũ.*
β ¶Compotem vobis.] *Eadem cauſa fecit, ne mutaretur. Legendum eſt enim,* compotes voti.

Item Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola ſeptima.

¶Sententiam Romanæ ſedis in melius commutare licet.

Cap. VI.

SEntentiam Romanæ ſedis non negamus poſſe in melius commutari: cum aut ſibi ſubreptum aliquid fuerit, aut ipſa pro conſideratione ætatum, vel temporum, [e] ſeu grauium neceſſitatum diſpenſatorie quiddam ordinare decreuerit; §quoniam & egregium Apoſtolum Paulum quædam feciſſe diſpeſatorie legimus, [f] quæ poſtea reprobaſſe dignoſcitur: § quando tamen illa, Romana videlicet eccleſia diſcretiſſima conſideratione fieri delegerit, non quando [g] ipſa, quę bene ſunt diffinita, retractare voluerit. [γ]

Anſ. l. 1. ca. 71. Iuo p. 5. c. 19.

SEntentiam.] CASVS. Quæritur vtrum ſententia Apoſtolorum poſſit retractari? Et reſpondetur, ꝙ poteſt, quando ex ſubreptione vel ex diſpenſatione lata eſt, ſicut Paulus præter omne ius quędam fecit & poſtea reprobauit: ſed hoc faciendũ eſt diſcrete, & ex cauſa, ne retractentur bene diffinita.
e Vel temporum.] 55. diſtin. piſcis. & ſ. 1. quæſtio 7. neceſſaria. &c. quod pro remedio.

γ ¶Voluerit.] *Sic etiam in originali impreſſo: ſed Anſelmus, & Iuo habent,* tenuerit.

Innocentius epiſcopis per Macedoniam conſtitutis, capit. epiſto. 7.

¶Cuiuſque iudicium Apoſtolicæ ſedis auctoritas retractare valet. Cap. VII.

GRaue [h] non oportuit videri pijſſimis mentibus veſtris cuiuſcumque retractari iudicium; quia veritas [i] ſæpius [k] exagitata, magis ſplendeſcit in luce: [l] & pernicies [m] reuocata in iudicium, grauius, [n] & ſine pœnitentia [o] condemnatur. Nam fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri.

Poly. l. 5. tit. 4. Anſ. l. 2. c. 26.

diſt. 50. Ioãnes chryſoſtomus.

Item ex libro Pontificali.

f ¶Legimus.] Vt circumciſionem Thimotæi, quam fecerat fieri Paulus propter ſcandalum Iudæorum qui natus erat ex Iudæa & gentili, poſtea mutauit hæc cum dixit; dico quod ſi circumcidimini, Chriſtus nihil vobis proderit. arg. de pę. diſt. 2. circumciſio. & 28. q. 1. ſic enim.

Timotheus fuit circũciſus.

g ¶Non quando.] Ex hoc dicunt quidam Papam reſcindere non poſſe quod ſemel bene diffinitum eſt, quin peccet. nam illud dicunt poſſe quod de iure, & c. 22. q. 2. faciat.

Papa bene diffinitũ ſcindere non põt.

GRaue.] CASVS. A ſententia, qua quidam abſolutus fuit de crimine, appellatum erat ad cõcilium Macedoniæ. Epiſcopis videbatur durum ſententiam infirmare, reſcribit eis Papa, & dicit, ꝙ non oportet eos hoc timere: imo veritatem debent plenius inquirere, & nocentem ſi conuincitur condemnare.
h ¶Graue.] CASVS. Epiſcopi Macedoniæ, dolebant ſi

tur ad cauſam, & c. 23. q. 8. occidit.
k ¶Sæpius.] Quãque iã ſufficit ſummatim cognoſcere. C. vbi in rem act. l. 2. & ff. ad exhi. l. 3. §. ſciendum.
l ¶In luce.] Arg. quod iudex poteſt ſæpius interrogare teſtes cum dubie aliquid dixerint, vt 30. q. vlt. iudicantem extra de emp. & ven. cum cauſa. & ff. de inte. ac. vbicunque. Nec enim aliter ad veritatem peruenitur niſi circumſtantiæ omnes diligenter quęrantur, vt 23. q. vlt. occidit.

Teſtes ſæpius põt interrogari.

m ¶Pernicies.] Id eſt, perniciosum factum.
ADDITIO. Dic clarius, pernicies, i. pernicioſa ſententia q. d. ſi bene iudicatum eſt, bonitas magis apparebit: ſi male, malitia in ſola commiſſa punietur. Arch.
n ¶Grauius.] Id eſt, cum grauitate.
o ¶Pœnitentia.] Id eſt, poſtea non pœnitebit quis cum deliberatione faciet. 24. diſt. c. 2.

De

quæstio duplex hic soluitur.



E ea.]Hic depingitur x quæstio, quæ habet duo membra, scilicet vtrum ex secundis nuptiis soboles suscepta possit consanguineis viri prioris matrimonio copulari: & vtrum affinitas deleatur in superstite.& in vtraque respondetur negatiue.infra. ead.capit 1. sed illud corrigatur extra de consangui.& affini. non debet.

FRaternitatis.].CASVS Quærebat iste episcopus an sit affinis vxor consanguineis viri, & si est vtrũ affinitas illa morte viri finiatur:vel si vltra protenditur, vtrũ tunc saltem deleatur. cum illa secundo viro possit iungi cõsanguineis prioris viri? primæ quæstioni respondetur, quod sic: aliis tribus quod non. Et hanc rationem assignat:quia vir & vxor sunt vna caro: licet dictum est à Domino, cuius verbum manet in æternum. Addit etiam similitudinem de imagine facta de luto ex quatuor elemẽtis,ex quibus compositum est corpus humanum, & de liquoribus & coloribus, qui si mixti sint, separari non possunt. Et scias, quod in hac causa nihil mutaui, sed solummodo scripturam falsam correxi: & si verbis audacia detus,per hoc poteris deprehendere, vtrum in aliis locis sit aliquid in melius reformatum.

¶ A prædecessoribus depositi, à successoribus restituuntur. Cap. VIII.

Burc.l.1 c. 231. Iuo in præfatione. Pann.in Præfatione,c 32.


GRegorius quartus, Theodosium, quem Eugenius antecessor eius presbyterij honore priuauerat, ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Leontius,dum esset presbyter, depositus fuit; sed postea in Antiochia Patriarcha fuit. Misenum episcopum à Fœlice Papa damnatum,Gelasius successor eius & communioni reduidit, & ecclesiæ restituit suæ.

¶Hæc eadem ordine tantum mutato habentur supra dist. 50 cap Ioannes Chrysostomus § Misenum episcopum. Et caput hoc in plerisq; vetustis Gratiani exēplaribus ponitur ante c grauis,sine nomine Palea.

Cap. IX.

SIcut ergo sententia Romanæ sedis in melius commutari valet: sic cuiuslibet ecclesiæ sententiæ, cum per subreptionem data cognoscitur, rationabiliter reuocari potest.

QVAESTIO X.



E ea vero,quæ ad secundas nuptias transit, vtrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex secundis nuptijs suscepta consanguineis prioris viri copulari possit, merito quæritur. De his ita scribit Gregorius Papa Venerio Caralitano episcopo.

¶ Affinitas in superstite non deletur. Cap. I.

Hug. de S Vic. lib.2 par.11. Sen 4 dist 4 1 Poly. l 6 tit 4. Ans l 10.c 33. Iuo p. 9 c 34. Pann.l.7. c 62.

† Sagax dicitur acutus peritus, astutus, prescius futurorum, prouidus, velox à sagio sagis, sagacitas, id est, astutia, velocitas.Pap.

FRaternitatis vestræ studiosę sagacitati, † frater amande,quas debeo,refero grates. Quoniam quæsisti, quæ debuisti; iucundũ me reddidisti. Vnde placide ad inquisita respondeo. Sedem Apostolicam consulere decreuisti, si mulier [a] copula nuptiali extraneo viro coniuncta cognationi eius pertineat, [b] si eo defuncto [c] cognatio maneat, vel si sub altero [d] uiro cognationis vocabula dissoluantur, vel si susceptæ [e] soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, est perseuerabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per se ipsa veritas, quæ Deus est, & verbum Dei, [Cœlum, & terra transibunt, [f] verba autem mea non transibunt. Antequam Deus in carne inter homines appareret,eo inspirante dixit Adam: [Quamobrem relinquet homo patrem suum,& matrem,& adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.] cui non cõtradixit Dominus. Deinde cum veritas orietur de terra in terram,& visibilis † [g] in humanitate appareret: interrogatus est, si licitum esset homini vxorem relinquere Quod prohibens,fieri vetuit,nisi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Vnde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam,quam ante sæcula manens cum patre verbum inspirauerat Ad ipse confirmans,[h]

Lu.xxi.

Gen. 2.

†al. inuisibilis.

Math. 3.

a ¶Si mulier.] Prima quæstio

b ¶ Pertineat] Ad hoc probandum inducit omnia illa, quæ sequuntur in littera, vbi dicit antequam Deus &c.

c ¶Si eo defuncto,] Secunda quæstio.

d ¶ Vel si sub altero.] Tertia quæstio.

e ¶ Vel si suscep.tę.] quarta quæstio.

f ¶Transibunt] Non quo ad essentiam, sed quo ad formam, scilicet de qualitate in qualitatem, iuxta id quod dicit Apostolus: Præterit figura huius mundi.

g ¶Et visibilis.] Quia de Maria carnem assumpserat. de consecra. distinct. 2. recensa.

h ¶ Confirmans.] ad litteram hanc continuatur littera supradicta. est enim verbum Domini, &c.

a ¶Quo-

CASVS Dicitur hic, q̃ in eccleſia conſecrata non debet fieri altare, niſi quod epiſcopus loci cõſecrauerit, vel conſecrari permiſerit: nec de eccleſia nõ conſecrata debet quis dicere conſecratam. quod qui fecerit, ſi clericus eſt, degradetur, ſi laicus, anathematizetur.
q ¶ Nullus presbyter.] vbi altaria ſint erigẽda: & qualia eſſe debeant: & quas eccleſias liceat conſecrare: & in quibus liceat miſſas celebrare, quibus ex cauſis loca ſanctorum liceat mutare, xi. c. oſtendit.
r ¶ Ab epiſcopo.] Supra diſt 38 quamuis.

a ¶ Fingat.] Vt dedicatum dicat esse quod non est, vel reliquias dicat esse, quæ non sunt.
b ¶ Degradet.] Ar. eos esse deponendos ab ordinibus, qui fingunt vel dicunt se habere ordines, cum nõ habent, extra de cle. nõ ord. mi. c. 1. su. 50. dist. ex pœnitẽtibus su. dist. 52. sollicitudo, & sic punitur, qui se gerit pro milite, qui non est miles. ff ad l. Cornel. de fal. cos §. qui se pro milite gessit.

Gerẽs se pro milite qui non est, punitur.

quod nõ debet cõsecrari nisi prius extractis corporibus. & rasis lignis & parietibus fuerit reparata. vbi vero infideles non sunt sepulti, si ecclesia cõsecrata est, ibi poterit missa celebrari.
l ¶ Ecclesiam in qua.] Non consecrata.
m ¶ San-

moriatur etiam par tu viuo, licite potest in ecclesiam, & licite cantatur ei missa, & licite sepelitur in cœmeterio.

vel permissum: vt sit discretio inter sacrum, & non sacrum: nec dedicationem fingat, a nisi sit. Quod si fecerit; si clericus est, degradetur; b si vero laicus, anathematizetur.

a ¶ Sanctificatum.] *Iuo habet*, ab episcopo loci, vel eius misso sãctificatum est: vt sit discretio, &c. *Polycarpus, & Burchardus*, ab episcopo loci, vel eius permissu sanctificatum est, vt sit, &c.

& in Cartag. 5. c. 14.

Item ex concilio Africano, capitulo quinquagesimo.

¶ Euertantur altaria, quę sine sanctorum reliquijs eriguntur. Cap. XXVI.

ans. l. 5. c. 24. Burc. l. 3. c. 54. Iuo p. 3. c. 57. Pann. l. 2. c. 28.

† *al. viuentes.*] *al. mias.* † *al. per.*

PLacuit, vt altaria, quæ passim c per agros, & per villas, † tanquam memorię martyrum construuntur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ d martyrum conditę probantur, ab episcopis, qui locis eisdem pręsunt, si fieri potest, euertantur. Si aũt hoc propter † tumultus e populares non sinitur; plebes tamen admoneantur, ne illa loca frequentent; vt, qui recte sapiunt, nulla ibi superstitione deuicti teneãtur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter f acceptetur, nisi vbi corpus, aut reliquię certæ sunt, aut origo alicuius habitationis, g vel possessionis, vel passionis fidelissima origine h traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbicunque constituuntur altaria, omnino reprobentur.

Item ex concilio Aurelianensi, capitulo tertio.

¶ Non est consecranda ecclesia, in qua paganus sepultus inuenitur. Cap. XXVII.

Burch. l. 3. c. 18. Iuo p. 3. cap. 15. Pann. l. 2. c. 22.

j ECclesiam, in qua paganus sepultus est, non liceat consecrare, l neque missas in ea celebrare; k sed iactari foras, & mundari oportet.

capitulat. l. 5. c. 48.

Item ex concilio Agrippinensi.

¶ De ecclesia, in qua cadauera fidelium, vel infidelium sepeliuntur. Cap. XXVIII.

Burch. l. 3. c. 38. Iuo p. 3. c. 41. Pann. l. 2. c. 23.

ij ECclesiam, in qua l mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare m non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde euulsis n corporibus, & rasis o parietibus, uel tignis † eius loci, reædificetur: p sed si hęc cõsecrata ante fuerit, missas in ea celebrari licet: si tamen fideles q fuerint, qui in ea sepulti sunt.

† *al. vel lotis lignis.*

Item ex concilio Martini Papæ [Bracharensis capitulo LXVIII, & LXVIIII. synodorum Græcarum.

PLacuit.] CASVS. Quidam propter somnia & inanes causas construebant altaria in agris & in villis siue reliquiis sanctorum, quare præcipitur hic, vt ab episcopis destruantur. vel si forte propter scandalum populi ab episcopis nõ possint destrui, populus admoneatur vt illa loca debeat euitare. [Habitationis alicuius, scilicet martyris. Seq c patet.
c ¶ Passim.] Non in ecclesiis, sed passim per agros.
d ¶ Reliquiæ.] Argu. sine reliquiis ecclesiã nõ esse consecrandã: vt su. ea. dist. de fabrica. & tamen sufficit corpus Domini.
e ¶ Tumultus.] Arg. aliquid esse postponendum propter tumultum & scandalum, vt 50. distinct. vt cõstitueretur, &c. de his vero, sic ff. de fica. l. pen.
f ¶ Probabiliter.] Id est, solenniter.
g ¶ Habitationis.] quia homo sanctificat locum, 40. dist. multi.
h ¶ Origine.] Ar. originẽ rei & principiũ spectandũ: vt su. 16. q. 3. si sacerdotes. sup. 1. q. 1. principatus.

a De hoc plene no. extra de electio. dudũ. 1. Arch.

i ECclesiã in qua.] l ¶ Consecrare.] Ante erectionẽ cadaueris ipsius pagani.
k ¶ Celebrare.] Huius constitutionis ratio est, quia infideles viui ab ecclesia repelluntur: vt 11. dist. cleros, & dist. 25 perlectis ergo mortui: quia quibus viuentibus ecclesia non communicat, & mortuis communicare non potest, vt 24 q. 2. c. 1. Sed quid dices de muliere prægnante mortua? quidam dicunt, quod sepelietur in ecclesia: quia fœtus est pars ventris. 5. dist. 4. si quid ff. de ven. in spi. l. 1. §. 1. consueuit tamen aperiri, & fœtus extrahi, & extra cœmeterium sepeliri. ad hoc facit. c. extra de sepul. sacris.
ECclesiam in qua.] CASVS. In ecclesia non consecrata infidelium corpora erãt sepulta. Dicitur hic

Mulier prægnans mortua vbi est sepelienda. a Vt B. Hispa & H. quo hoc quod talis femina si

m ¶ Sanctificare.] Ante erectionem.
n ¶ Euulsis.] Auctoritate episcopi vel principis tantũ. ff. de reli. ossa. & infra ead. corpora.
o ¶ Et rasis.] Id est, dealbatis. nam mutata forma interimitur substantia rei, ff. ad exhi. Iulianus. §. sed & si quis.
p ¶ Reædificetur.] Id est, ipsa rasura debet dealbari.
q ¶ Si fideles.] Vbi autem discerni non possunt fideles ab infidelibus, neutri sunt exhumandi. extra de sepul. sacris.

Non

¶Super monumenta in campo non distribuantur mysteria. Cap. XXIX.

NOn oportet clericos ignaros, [a] & præsumptores super monumenta in campum ministeria † [b] portare, aut distribuere sacramenta; sed aut in ecclesia, aut in basilica, vbi martyrum reliquiæ sunt depositæ, ibi pro defunctis oblationes offerri. ¶Nec liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis.

† al mysteria.

Cap. 69. Burc. l. 10. c. 38. Iuo p. 11. c. 63.

Item ex concilio Triburiensi.

In conc. Moguntino 2 c. 9.

¶Quomodo in ecclesia combusta missa possit celebrari. Cap. XXX.

COncedimus etiam, vt sicubi quod (peccatis nostris exigentibus per plurimum est factum) à Normanis, & Sclauis, † ab Vngaris, † & à malis Christianis, seu alio qualicumque modo ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ; in capellis [c] cum tabula consecrata missas interim celebrari permittimus, [d] donec ecclesiæ ipsæ restaurari queant. In itinere vero positis, si ecclesia defuerit, sub dio, [e] seu in tentorijs, si tabula altaris, consecrata, ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus: aliter omnino interdicimus.

Burc. l. 3. c. 56. Iuo p. 3. c. 59. Pann. l. 2. c. 51.

† al. Slauis. *† al. à Bulgaris.*

¶*De hoc capite notatum est supra ad c. Missarum solennia.*

Item ex concilio Epaunensi, c. 26 & 27.

¶*Iuo citat, vt vulgata Gratiani exemplaria*, ex concilio Hypponensi, *Sed ex Bruchardo, & vetustis Gratiani codicibus restitutum est*, Epaunensi *ex cuius 26 & 27 capitibus confectum est.*

¶Crismate non vngantur altaria, nisi fuerint lapidea. Cap. XXXI.

Burch. l. 3. c. 25. Iuo p. 3. c. 30. Pann. l. 2. c. 32.

ALtaria, [f] si non fuerint lapidea, chrismatis vnctione non consecrentur. [g] Ad celebranda autem diuina officia ordinem, quem metropolitani [h] tenent, comprouinciales obseruare debebunt.

Item ex concilio Agathensi, c. 14.

¶Chrismatis vnctione, & sacerdotali benedictione sacrentur altaria. Cap. XXXII.

Poly. l. 3. tit. 4.

ALtaria placuit non solum vnctione chrismatis, sed etiã sacerdotali benedictione sacrari.

Item ex concilio Aurelianensi, c. 3.

¶*Burchardus etiam, & Iuo citant ex concilio Aurelianensi. Ipsa quidem sententia habetur in cap. l. 1. c. 230. & lib. 6. c. 101 & nouella 58. Apud Iulianum antecessorem, in extremo.*

NOn oportet] CASVS prohibentur hic, ne missæ super monumenta mortuorũ celebrẽtur, nec ibi apponantur Christi sacramenta, scilicet corporis & sanguinis sui: nec liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, vel mortuis sacrificare: Reprehendit prauam consuetudinem clericorum, & laicorum: solebãt enim singulis annis certa die offerre eleemosynas super tumulos suorum mortuorũ, & clerici illuc euntes secum portabant sacramenta corporis & sanguinis Christi: & super tumulos eas distribuebãt. Et hæc cõsuetudo facta fuit à gentibus, qui singulis annis mense Februarij die certo epulas offerebãt super tumulos suorum mortuorum, quorum animas credebant circa tumulos cõuersari: & inde refici, sed dæmones eas de nocte consumebant, & propter hanc cõsuetudinẽ ecclesia instituit, vt de eo die quo talia fiebãt, celebretur festũ Dei in cathedratione Petri. Hic est casus. H.

a ¶Ignaros] Id est, imperitos.

b ¶Ministeria.] Id est, missam celebrare super sepulchrum.

COncedimus.] CASVS. permittitur in concilio Triburiẽ. vt si ecclesiæ consecratæ fuerint combustæ, in capellis non cõsecratis officia celebrentur, donec consecratę ecclesiæ valeant restaurari. In itinere vero positis sub aere, uel in tentorijs cum tabula consecrata liceat celebrare. Sequentia 4 ca patent: & ea per te videbis. [Sacerdotali,] Id est, episcopali. [oratorium] id est, locus specialiter destinatus ad orandum.

c ¶In capellis] Id est, oratorijs non consecratis, in talibus non licet celebrare sine permissu episcopi, vt infra ead. unicuique & supra cap. missarum.

d ¶Celebrari permittimus.] ad quid est opus permissione, quia dicitur in capellis? quoniam forte capellæ non erant olim ecclesiæ, cum antiquitus dicerentur capellæ tuguria caprarum pellibus tecta. [1] Vel hoc referas ad solennitates maximas.

e ¶Sub dio.] Id est, sub aere.

f ALtaria] Si non fuerint lapidea. Legitur in Exod. quod Dominus præcipit fieri altare de lignis cethim, quæ sunt imputribilia, & Salomon fecit altare aureum: sed illa facta sunt in figura [2] 12 quæst. 2. gloria. & dicitur de altari Lateranen quòd ligneum sit [2].

g ¶Non consecrentur.] Quia Christus petra dicitur. inf. dist. 2. reuera. 21 dist. in nomine Domini. Itẽ quia erexit Iacob lapidem in titulum [3]

h ¶Metropolitani,] super 12 dist. de his.

Capellæ olim non erant ecclesiæ.

[1] Vel dic quod capella pro ecclesia dicta est, quasi capiẽs laos, i. populũ vel laudẽ, vel quasi cãpanam quia paucos capiat secũdum Pap.

[2] Hoc verũ est, nã est de cupresso.

[3] Genesis 14 cap. & hæc Antipho. Erexit Iacob, &c. cantatur in cõsecratione altaris. Archid.

a VNicuique.] ¶Oratorium.] Non sacrum, sacrũ autem sua auctoritate facere nõ licet, nisi auctoritate episcopi. su. ea dist. nemo. 18. q. 2. quidam.

b ¶Non licet.] Nisi pro summa necessitate: tamẽ cũ consensu episcopi, ut inf. ea. si quis etiam, &c.

i ¶Principis.] Id est, papę 2. 13. q. 3. diffinimus hoc vẽ rum est, cum corpus traditum est iam perpetuæ sepulturę C. de reli. l. vlt. nisi necessitas immineat: tũc enim sufficit auctoritas præsidis prouincię C. eo. l. 1. si autẽ non est traditũ perpetuæ sepulturæ, bene potest transferri sine auctoritate alicuius ad alium locum C. eo. tit. si necdum.

v Supra capit. iuxta, &c. sicut.

c CLericos qui ministrant.] i. ministeria & officia in horis diurnis, vel nocturnis exercent.

SI quis etiam.] CASVS. Statuitur hic, vt si qui remoti sunt nimis ab ecclesia parochiali, propter laborem suum & familiæ suæ audiant missam in minoribus festiuitatibus in oratorijs suis: sed in præcipuis festiuitatibus missam audiant in suis parochialibus ecclesijs. Clerici uero qui contra hoc fecerint, nisi Episcopo permittente, excommunicentur. Seq. 4. capitu. plana sunt. [Principis,] Id est, regis, vel imperatoris. localiter intelligitur hoc, cum hoc non potest fieri sine scandalo. Vel principis, id est, Romani Pontificis.

d ¶Si quis etiam.] extra su. 12. q. 1. futuram. su. 16. q. 1. quicunque, & q. 2. si quis.

e ¶Oratorium.] hoc exaudi de oratorio priuato: secus in oratorijs alijs, quæ populus facit, vt extra de eccle. ædific. ad audiẽtiam, nam ibi in festiuitatibus celebrare licitum est.

f ¶Propter fatigationem.] At propter difficultatem loci, uel itineris aliquid temperari, quod aliàs obtinet generaliter, extra de ec. ædi. ad audientiam sup. dist. 64. c. 1. su. di. 63. cũ longe. su. di. 93. iuxta sanctorum. su. 13. q. 2. vbicunque, & inf. præ. c. trib.

TRibus.] Hæc est 9. pars distin. in qua loquitur magister de translatione reliquiarum, & ecclesiarum. Ioan. de Fant.

a Si vero dicat principis, i. regis vel imperatoris localiter intelligitur, s vbi non posset hoc esse sine scandalo, si fieret sine cõsilio principis, & specialiter de ecclesiis quarum est patronus secundu Hug.

¶In priuatis oratorijs licet orare, sed non missam celebrare. Cap. XXXIII.

VNicuique fidelium in domo sua oratorium [a] licet habere, & ibi orare: missas autem ibi celebrare non licet. [b]

Burc. l. 3. c. 86. Iuo p. 3. c. 76. Pann. l. 2. c. 19.

Item ex sexta synodo, c. 31.

¶In priuatis oratorijs absque consensu episcopi nullus ministrare præsumat. Cap. XXXIIII.

CLericos, qui ministrant, [c] vel baptizant in oratorijs, quæ intra domos sunt, cum consensu episcopi loci hoc facere præcipimus. Si quis vero hoc non obseruauerit, deponatur.

Item concilio Agathensi, c. 21.

¶Qui extra parochias habent oratoria, his diebus ad parochias redire cogantur. Cap. XXXV.

SI quis etiam [d] extra parochias, in quibus legitimus est, ordinariusque conuentus, oratorium [e] in agro habere voluerit, reliquis festiuitatibus, vt ibi missas audiat, † propter fatigationem [f] familiæ, iusta ordinatione permittimus. Pascha vero, Natali Domini, Epiphania Domini, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali Sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut in parochijs audiant. † Clerici vero, si qui in festiuitatibus, quas supra diximus (nisi iubente, aut permittente episcopo) missas celebrare † voluerint, communione priuentur.

Iuo p. 4. c. 9.

† *al. teneat.*

† *al. teneant.*

† *al. facere, aut tenere.*

Item Augustinus.

¶Quibus ex causis loca sanctorum mutanda sint. Cap XXXVI.

9 TRibus ex causis loca sanctorum transmutanda sunt. Prima, cum necessitas persecutorum loca eorum grauauerit. Secunda, cum difficultas [g] locorum fuerit. Tertia, cum malorum societate grauantur.

Ans. l. 5. c. 78. Burc. l. 3. c. 50. Iuo p. 3. c. 80. Pann. l. 2. c. 88.

Item ex concilio Maguntinensi primo, c. 51.

¶Quando alicui corpora sanctorum de loco ad locum transferre non licet. Cap. XXXVII.

COrpora sanctorum de loca ad locum nullus transferre præsumat sine consilio [h] principis, vel episcoporum, sanctæque synodi licentia.

Burc. l. 3. c. 232. Iuo p. 3. c. 273. Pann. l. 2. c. 86.

Item Hyginus Papa.

¶In vsus laicorum non conuerti licet ligna ecclesiæ dedicatæ. Cap. XXXVIII.

10 LIgna [k] ecclesiæ dedicatæ [a] non debent ad

Poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. c. 37. Burc. l. 3. c. 39. Iuo p. 3. c. 44. Pann. l. 4. c. 16.

Sedes trãsfertur ꝑ malitiam plebis.

g ¶Difficultas.] Vt pro aeris intẽperie, ut 74 di. quorũdam malorum. nã propter malitiam populi transfertur sedes. 25. q. 2. ita nos. propter malitiã populi episcopus renunciat dignitati extra de renun. nisi. vesh. pro pter malitiam plebis. Quarta causa est quare trãsferẽ ecclesia, s. causa meliorationis, vt 16. q. 7. antepe.

h COrpora.] ¶Sine consilio.] ff. d. relt. ossa. in prin.

LIgna.] Hæc est 10. pars distin. in qua probat magister per o. c. ꝑ ligna vetusta ecclesię: & alia uestimenta, & ornamenta nõ debent redire ad humanos vsus. Ioan. de Fant.

k ¶Ligna.] De lignis ecclesiæ destructę & omnib. vestibus

stibus ecclesiæ reuerenter vtendis, istis sex capitulis sequentibus ostenditur.
a ¶ Ad aliud.] Extra de re. permu. mancipia. ff de rel. ven. quæ religiosis.
b ¶ Ad profectum.] Non tamen indifferenter, sed vel in ca-

aliud [a] opus iungi, nisi ad aliam ecclesiam: vel igni sunt cō burenda, vel ad profectum [b] in monasterio † fratribus in lai corum [c] vero vsum † non debent admitti.

† al. monaste rium.
† al. opera.

a ¶ Dedicatæ.] *Antea legebatur & hic, & in rubrica,* dedicata. *mendatum est hoc, sicut & alia nonnulla ex vetustis exemplaribus, Burchardo, & Iuone, qui etiam caput hoc citant ex decretis Higini.*

Item Clemēs Papa Iacobo Hierosolymitano episcopo, epistola secunda.

¶ Vestimenta sacra & vasa præ vetustate consumpta incedā tur, & cineres in loca occulta proiiciantur. Cap. XXXIX.

Poly. l. 3. c. 16.
Burc. l. 3. c. 2. 6.
Iuo p. 2. c. 66. & p. 3. capit. 266.
† al. cantara.
† al. sanctuario.

ALtaris palla, [d] cathedra, † candelabrum, & velum, [e] si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quia non licet ea, quæ in sacrario † fuerint, male tractari, sed incendio vniuersa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterium inferantur, vbi nullus transitum † habeat, aut in pariete, aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

† transitus habeatur.

Idem ibidem.

¶ Mortui non obuoluantur vestimentis altaris. Cap. XL.

NEmo per ignorantiam clericus mortuum [f] credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit, palla, quæ fuit in altari, aut certe, quæ [diacono † data est in mensam Domini. [g] Qui hęc fecerit, vel leuiter, quasi nihil, & negligenter [h] habuerit diuina mysteria, diaconus triennio, sexque mensibus à Dominico erit alienus altari, graui percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non commouerit; decem annis, & sex † mensibus excommunicatus [k] sit: propter quod de Dominicis sacramentis subiecta sibi non amouerit † ministeria: & postea cum grandi humilitate matri reconcilietur ecclesiæ. Pallas vero, & vela [l] sanctuarij, si sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris intra sanctuarium lauent, non eiicientes foras à sacrario, & velamina Dominicæ mensę abluant: ne forte puluis Dominici corporis male decidat. [§] Sindonem vero non foris [m] abluant: & erit hæc operanti peccatum. Idcirco intra sacrarium ministris præcipimus hæc sancta cum diligentia custodire. Sane peluis noua comparetur, & præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa peluis velis apponatur lauandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. Pallę altaris solæ in ea lauentur; & in alia, vela [n] ianuarum. De velis autem ianuarū

† abest ab ori.
† al. quinque.
† al. commouerit.
Burc. l. 3. c. 216.
Iuo p. 3 c. 166.

Id est, collēdis. de hoc legi. in capitulo, vel in dormitorio, vel in aliis religiosis locis, non in coquina, vel in vineis pastinandus i. & no. 14. q. 1. §. ad e. ¶ In laicorum.] Arg. quæ semel consecrata sunt nō hoc. ver debere cedere in vsus laicorum, supra 19. q. 3. quæ semel. 17. q. vlti. quæcunque sunt arg. contra sup. dist. 54. ex antiquis. &c. si seruus. &c. frequen. &c.
palla. q d d ALtaris palla. ipallæ dicuntur vestimenta altaris, i. in dones & corporale: quę quia sunt quadrangula, ideo dicuntur pallę à quodam muliebri pallio quadrangulato, quod palla dicitur. ita dicit H. p.
e ¶ Velum.] pannus est, qui pendet super altare: vel cortina ante.

NEmo.] CASVS. Beneu. sic ponit hunc casum. Præcipitur hic, ne mortuus in palla altaris sepeliatur. si quis hoc fecerit, vel fieri permisserit: diaconus tribus annis & sex mensibus, presbyter x. annis, & sex mensibus suspenditur. Et additur qualiter, & a quibus, & vbi cortinæ, & linteamina debeant lauari. [Pallas] Id est, corporalia [Mensæ,] Id est, altaris.
f ¶ Mortuum.] Laicum. nam clerici mortui bene induuntur vestibus sacris. xui. q. 2. nullus.
g ¶ In mēsam Dñi] Id est, ad mēsam Dñi componendam: quod ad ipsum diaconum spectat. arg. 25. distin. perlectis. & distin. 93. diacon. vel forte est illa, vbi sacerdos post consecrationē manus tergit, vel forte palla cui inuoluit calicem, & abstergit.
h ¶ Negligēter.] Arg. negligentiam vt factum puniendam. 25. q. nulli fas.
i ¶ Anathemate.] Id est, suspensione. 2 nō enim debet anathematizari pro tali causa.
k ¶ Excommunicatus.] Id est, à communione remotus: & ita habes hic pœnam nō admonentis prælati. nā alibi dicitur: Vel si non sparserimus. &c. 43 distin. dispensatio. Item per hoc cap. videtur reprobari intellectus quorundam, quē habent in illo cap. 1. quæst. 1. quidquid inuisibilis. nam ibi propter negligētiam non excommunicabitur, presbyter nisi per quattuor mēses.
l ¶ Et vela.] Id est, ornamenta altaris, vel vela, id est, cortinę. Huic hodie derrogatum est consuetudine generali.
m ¶ Non foris.] Id est, ab aliis segregatam. & est secūda vestis sacerdotalis. 3
n ¶ Vela.] Id est, cortinæ, quæ in ecclesiis extenduntur festiuis diebus, & in Quadragesima causa cōsignationis vel significationis. Ioan.

2 Subaudi & separatiōe à corpore & sanguine Christi: à ministerio altaris & forte ab omni officio ecclesiastico supra 1. q. 1 repetitur. Hug.

3 Alii dicūt q est ornamētū calicis.

IN sancta.] CASVS. Hoc c. cum duobus sequentibus patet. historiam tamen notabis in sequenti cap. vbi dicitur, legitur, &c.
a ¶ Nō ab aliis.] Supr. dist. 23. sacratas. & cap. nō liceat.
b ¶ Quia perit.] Id est, pœna patitur, & punitur corporaliter & temporaliter, non autem spiritualiter vel æternaliter 1 & vno peccante, &c. sup. dist. 45. sed illud. De hac materia not. 1. q. 4. in prin. & similiter not. sub illo §. itē pro peccato Achor plebs Israelitica.

1 De hoc satis not. supr. 2. q. 4. in summa.

c VEstimēta.] ¶ Balthasar.] Historia. Legitur in Daniele q Balthasar rex Babyloniæ fecit grande conuiuium optimatibus suis: cum ergo iā esset temulentus, præcepit vt afferrētur vasa argentea quę Nabuchodonosor asportauerat de templo, quod fuit in Hierusalem, vbi biberēt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ: & factum est ita. Bibebant autem vinum, & laudabant Deos suos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus scribentis contra candelabrum in superficie parietis quod rex cōspiciens turbatus est valde: & mittens cōuocauit omnes sapiētes Babylonis, & nullus poterat scripturā legere, vel interpretationem eius regi indicare. Tandem vocatus Daniel dixit scripturam significāre interitum regis, pro eo q cōtaminauerat vasa domus Domini: & aperuit quod scriptū erat, Mane thetel phares [Mane,] Id est, numerauit Deus regnū tuū. [Thetel,] Id est, appositum est in statera & inuentum est minus habēs. [Phares.] Id est diuisum est regnum tuum, & datū Medis & Persis. Eadem nocte interfectus est Balthasar: & Darius Medus in regnum successit.

Balthasar vasis Dñi abusus est.

d AD nuptiarum.] ¶ Polluuntur.] Arg. q ex veste alicuius dominę, vel alterius, nō debet fieri casula, vel aliquis ornatus ecclesię. a.

Casula nō fiat de ueste domicellę. Dic q ar.

b VAsa in quibu.] Hæc est 11. pars dist. in qua di in quibus calicibus, & corporalibus celebrare debemus. Ioan. de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburien. utrum in ligneis vasis deberet confici corpus Christi. & dictum fuit in concilio, q Bonifacius papa de hoc interrogatus respondit quod non. Cum enim ita factum fuerit in primitiua ecclesia, Zepherinus cōstituit vt fieret consecratio in vitreis. Vrbanus postea vasa sacra argentea fecit, & concilium statuit vt nullus conficiat in ligneis vasis de cætero, ne horror ecclesiæ suo tempore minuatur.

istud non sumitur à contrario litteræ, quia vestis de qua loquitur ista glossa. nō dum concessa fuerat ecclesiæ: quare conquinatio non subsistit in hoc casu. sed hoc arg. sumitur potius ab intellectu verborū. Arch.

c ¶ Calices.] Supple debent esse aurei vel argentei.

cura sit ostiarijs ex admonitione maiorum: ne quis negligēs, aut ignarus, ad velum ianuæ domus Domini manus incognite † tergat. sed statim coercitus discat omnis homo; quia velum atrij domus Domini sanctum est.

† al. incondite

a Decidat.] *in originali est*, decidat à sindone foris abluta *sed gl. obstitit, ne mutaretur. Multa autem alia non minimis ponderis sunt ex ipso originali emendata.*

Item Sixtus Papa epistola, capitulo secundo.

Sacra uasa non nisi à sacratis contrectentur hominibus. Cap. XLI.

IN sancta hac Apostolica sede statutum est, vt sacra vasa nō ab alijs, a quàm à sacratis, Dominoque dicatis contrectētur hominibus. Indignum a enim valde est, vt sacra Domini vasa, quæcumque sint, humanis vsibus seruiāt; aut ab alijs, quam à Domino famulantibus, eique dicatis tractētur viris, ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo; & hi etiam, qui non peccauerint, mala patiantur, aut pereant; quia perit b iustus sæpissime pro impio.

Poly. l. 3. tit. 9. Burc l. 3. c. 314. Iuo p. 3. c. 264. & par. 2. ca. 70

a Indignum. *Addita sunt hæc vsque ad ver. iustus itemque alia nōnulla ex originali, Burchardo, & Iuone.*

Item Stephanus episcopus familiari amico Hilario, epistola prima, capitulo tertio.

Non nisi à sacratis hominibus vestimenta sacrata seruentur.† Cap. XLII.

VEstimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, & sacrata debent esse, & honesta: quibus, alijs in vsibus non debent frui, quàm in ecclesiasticis, & Deo dignis officijs, quæ nec ab alijs debent contingi, aut ferri, nisi à sacratis hominibus, ne vltio, quæ Balthasar c regem percussit, super hæc transgredientes, & talia presumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima.

† al. ferantur
Poly. l. 3. tit. 16. Ans. l. 5. cap. 29. Iuo p. 2. ca. 74.
Sūmatim relatū est
Dan. 5.

Item ex concilio Aurelianensi.

Diuina ministeria nuptiarum non præstentur ornatibus. Cap. XLIII.

AD nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur: ne dum improborum contactu, pompaque sæcularis luxuriæ polluuntur, d ad officia sacri mysterij † videantur indigna.

† al. Aruernensi.
Poly. l. 3. tit 24. Burc l. 3. c. 108. Iuo p. 2. c. 143. Pann. l. 1. c. 163.
† al. ministerij.

Item ex concilio Triburiensi, capitulo decimooctauo.

In ligneis vasculis Dominici corporis, & sanguinis sacramenta non sunt celebranda. Cap. XLIIII.

11 VAsa, in quibus sacrosancta conficiuntur mysteria, calices e sunt, & patenæ: de quibus Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis

Burc. l. 3. c. 229. Iuo p. 3. c. 282.

a ¶ Vtrum-

a ¶Vtuntur.] Sed nunquid conficiebant? vtique. ubi autem quid? & quidem fieri non debet, sed si fiat vt in vase ligno vel uitreo quis conficiat corpus Christi, nihilo minus est verũ corpus: q̃a in verbo cõsecrãtis perficitur consecratio, nõ in vase, vt inf. di. 2. vtrũ. ver. si ita

b ¶Zepheri.

VT calix.] CASVS. Statuit in hoc c. vt calix cum patena fiat de auro vel argẽto, vel saltẽ de stãno. De ære autem vel aurichalco nullo modo fiant: quia solent æruginem colligere, & omitum prouocare. Nullus etiam in ligneo vel in vitreo vase præsumat missam cantare.

sacramenta conficere, respondit; quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus vtebantur: nunc è contrario lignei sacerdotes aureis vtuntur [a] calicibus. Zepherinus xvj. [b] Romanus Episcopus patenis vitreis missas celebrari constituit. Tum deinde Vrbanus Papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim, sicut & in reliquis cultibus magis & magis per incrementa temporum decus succreuit [c] ecclesiarum. Nostris enim diebus, qui serui patrisfamilias sumus, ne decus matris Ecclesiæ imminuatur, sed magis cumuletur, & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus sacerdos sacrum mysterium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis vasculis vllo modo conficere præsumat: ne vnde placari [d] debet, inde irascatur Deus.

Item in concilio Rhemensi, c. 6.

Ansl. l. 1. c. 91. & l. 9. c. 5. Burch. l. 3. c. 96. Iuo p. 2. c. 131. Pan. l. 1. c. 161.

¶Ex qua materia calix cum patena fieri debeat. Cap. XLV.

VT calix Domini cum patena, si non ex auro, [e] omnino ex argento fiat. *& infra*. Si quis autem tam pauper est saltem uel stanneum calicem habeat. De ære, aut orichalco non fiat calix; quia ob uini uirtutem æruginem parit, quę uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, [f] aut uitreo [g] calice præsumat missam cantare.

Item ex epistola Eusebij Papæ, & Siluestri.

Siluester in epilogo conc Ro. Idem in Pontificali. Poly. l. 3 tit. 9. Ansl. l. 9. c. 2. Burc. l. 3. c. 99. Iuo p. 2 c. 134. Pann. l. 1. c. 162. *Mar. 15.* *Luc. 23.*

¶Non in serico panno, sed puro lineo sacrificium consecretur altaris. C. XLVI.

COnsulto † omnium statuimus, ut sacrificium altaris non in serico [h] panno, aut tincto quisquam celebrare præsumat; sed in puro [i] linteo ab episcopo consecrato, terreno [k] scilicet lino [l] procreato, atque contexto, sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit.

† *al. Consulens.*

Item ex sexta synodo, c. 32.

¶A quibus fuerit tradita missarum celebratio. C. XLVII.

Gal. 1.

12 IAcobus [m] frater Domini secundum carnem, cui primum credita est Hierosolymitana ecclesia, & Basilius Cæsariensis episcopus, cuius claritas per totum orbem circumfulsit, in scripturis addiderunt α nobis missæ celebrationem. [n]

α ¶In scripturis addiderunt.] *Græce est, ἐγγράφως τὴν μυστικὴν ἡμῖν ἱερουργίαν παραδεδωκότες, οὕτω τελεῖν ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἐξ ὕδατος καὶ οἴνου τὸ ἱερὸν ποτήριον ἐκδεδώκασιν, id est,* qui in scriptis tradiderunt nobis mysticum sacrificium, hoc modo in diuina liturgia sacrum poculũ ex aqua

e ¶Si non ex auro.] contra sup. 12. q. 2. aurum, sed illud quando pauperes morerentur fame: quo casu vendi possent. C. de sacr. san. eccle. sancimus.

f ¶In ligneo.] Quia lignum porosum est.

g ¶Vitreo] Quia vitrum fragile est: & immineret periculum effusionis.

Calix an possit esse ligneus aut uitre?

COnsulto.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt corporalia non debeant fieri serica neque tincta, sed linea debent esse, sicut fuit sindõ in qua corpus Christi in sepulchro fuerat inuolutũ. [Consulto] Id est, consilio omnium astantium, qui super hoc sunt consulti.

h ¶In serico.] Corporali.

i ¶Sed in puro.] Vt innocens & sine macula intelligatur.

k ¶Terreno.] Quia veram carnem mortalem & passibilem de corpore Virginis assumpsit. 23. dist. qui episcopus.

l ¶Lino.] Quod tunsionibus multis ad candorem deducitur, sic & Christus pressuris multis peruenit ad gloriam: ita & boni propter pressuras ad gloriam Domini ueniunt 1. q. 3. Saluator.

Corporalia debent esse linea certa rõne.

IAcobus frater Domini.] Hæc est 12. pars distin. in qua ponit à quibus Missa composita. Ioan. de Fant.

CASVS. istius cap. per se patet: & tractatur in his 7. cap. de celebratione Missæ, ostendens, quod a ieiunis, & qua hora, & quot in die sunt celebrandæ.

m ¶Iacobus.] Ideo dicitur frater, q̃a valde assimilabatur ei: vel quia fuit filius sororis matris Domini.

Iacobus dicebatur frater Domini.

b ¶Zepherinus xvj.] Decimus octauus computatis Lino & Cleto.

c ¶Succreuit] Arg. prælatum non posse præbendas diminuere, q̃d est verũ sine cã, extra de excep præl. sicut.

d ¶Placari.] C. vnde vi, meminerint.

n ¶Celebrationẽ] Id est, ordinẽ celebrandæ missæ: ɀ verba enim quibus corpus Christi conficitur, ab ipso Domino sunt tradita, ut inf. di. proxima, quia corpus, & sanguis, sed etiam post alij alia addiderũt ad decorẽ & su-

ɀ Scilicet quãtũ ad secretam quam Iacobus.

& solennitatem, vt 11. dist. ecclesiasticarum.

NOcte sancta.] Hæc est 13. pars distin. in qua ponit quare tres missæ in natali Domini cantantur. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod in natiuitate Domini missa debet celebrari de nocte; quia nocte illa annunciauit eũ Angelus pastoribus. In alio autem tempore ante horam tertiam non debet missa celebrari: quia tali hora est Dominus crucifixus, & tali hora super Apostolos descẽdit spiritus sanctus.

a ¶Nocte.] De celebritate missę 7 c. adiũgit. ostendens, quomodo à ieiunis cantandæ & audiendæ sunt, & quot in die, & qua hora sunt celebrandæ.

b ¶Nocte.] Tres missæ in die natalis Domini celebrentur. Vna ante diem, quæ significat tempus ante legem, quando eramus in tenebris. Secunda dum dilescit: & significat tempus in lege, quando nondum plena agnitio Dei habebatur. Et tertia in die: & significat tẽpus gratiæ: quã iam plena cognitio habebatur. Vnde versus.

Nocte prior sub lu- ce sequens, luce suprema.

Sub Noe, sub Dauid, sub Cruce, sacra nota.

ADDITIO. Dicas, quod communiter loquẽdo debet missa dici in die, & non in nocte: quia hoc sacramentum ad tempus gratię pertinet, quod per diem significatur, secundum illud ad Rom. 13. Nox præcessit: dies autem appropinquauit secundum Tho.

c ¶Gloria in excelsis Deo.] Hęc verba dicta sunt ab Angelo: alia addidit Hilarius, ut infra ead. dist. de Hymnis.

d ¶Crucifixus.] Linguis, non manibus supra de pœ. dist. 1. periculose.

SAcramenta altaris non] Hæc est 14. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quod missæ debent tantum a ieiunis celebrari, nisi in cœna Domini. Vnde si oporter presbyterum pransum cõmendationem mortuorũ facere, sine celebratione missę debet hoc facere.

e ¶A ieiunis.] Ieiuni ergo debẽt cõficere, ut hic: & baptizare, & chrismare in fronte, ut dist. 5. vt ieiuni. & sacramẽtũ calumniæ præstare. 22. q. 5. honestum & testimoniũ dicere. extra de test. placuit, & ordines cõferre & accipere 75. dist. quod a patribus. Sed quando dicetur quis ieiunauit? pone, quod comedo hodie: nec dormio per diem & per noctem: nunquid incipiente alio die sum ieiunus? Dicunt quidam quod sic. arg. extra de tempo. or. literas. alias somnus diceretur soluere ieiunium, quod non credo, sed dico ieiunium esse celebrata digestione inf. dist. 2. tribus.

f ¶Excepto.] sup. 7. q. 1 nihil contra inf. dist. proxim. liquido contra. inf. dist. 5. vt episcopi. contra, sed derogatum est huic cap. per illa cap. & per contrariam cõsuetudinem. argu. supra dist. 4. §. leges

SOlent.] Hæc est 15. pars secundum Ioannẽ de Fan.

CASVS. Quidam erant se ieiunare putãtes, qui in quadragesima statim audita Nona antequam diuinum officium audirent, comedebant, qui nõ sunt credendi ieiunare, nam primus debet officium audire, & si venire non possunt, expectata hora vespertina & cõpleta oratione sua comedant.

g ¶Si ante.] Sed nonne licitũ est debitori ante tẽpus sol-

Instituit, & Basili' quidẽ addidit, quod longe post eũ fuit. s. tẽpore Iuliani apostatæ B. Isid.

a Scilicet circa medium noctis, quo tẽpore Christus nat' est, secundum H.

Ieiuno stomacho conficiendum est.

Ieiunus, quis dicat.

a Scilicet H. & Ro.

& vino conficiendum ediderunt. *Sed nihil mutatum est, tum ob glossam, tum quoniam collector de industria videtur summatim retulisse. Abest autem hoc caput ab aliquot vetustis exemplaribus.*

Item Telesphorus Papa VII. à Petro in epistola ad omnes, c. 2.

Beda in Martyr. mẽs. Sept. Concor. cõcil. Aureliã. 3. c. 14.

¶Qua hora sunt missarum solennia celebranda. Cap. XLVIII.

13 NOcte[a] sancta natiuitatis Domini Saluatoris missas celebrent presbyteri; & hymnum angelicum in illo solenniter decantent: quoniam & eadem nocte [b] ab Angelo pastoribus nunciatus est, *& infra.* Et subito facta est cũ Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum & dicentium, Gloria in excelsis † Deo, [c] & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis vero temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrandæ: quia & eadem hora Dominus crucifixus [d] est; & super Apostolos Spiritus sanctus descendisse legitur.

Poly. l. 3. tit. 25 Ans. l. 7. c 174. Burc. l. 3. c. 63. Iuo p. 2. c. 71. & p. 3. c 65. Pann. l. 2. c. 40. † *al. altissimis.* *Luc. 2.* *Mar. 15.* *Act. 2.*

Item ex concilio Africano, c. 8.

Conc. c 29 concilij Carth. tertij.

¶Non nisi à ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris. Cap. XLIX.

14 SAcramenta altaris non nisi à ieiunis[e] hominibus celebrentur, excepto [f] vno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum, siue cæterorum commendatio facienda est; solis orationibus fiat: si illi, qui faciunt, iam pransi inueniantur.

Ans. l. 9. c. 3.

Item ex concilio Cabilonensi.

¶Sic etiam citat Iuo, & Panormia. Burchardus autem ex decretis Syluerij Papæ. Polycarpus ex Eusebio. Habetur in capitulis Theodulphi Aurelianensis episcopi, c 32.

¶Ante missarum solennia circa horam nonam decantata, in Quadragesima comedere non licet. Cap. L.

15 SOlent plures, qui se ieiunare putant, in quadragesima, mox vt signum audierint ad horam nonam, comedere. † Qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante [g] manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missas, & auditis missarum so-

Poly. ibidem. Burc. l. 13. c. 12. Iuo p. 4. c. 45. Pann. l. 2. c. 184 † *al. manducare.*

a Põt dici, quod illud verb excepto ponit inclusiue & est sensus excepto. i. accepto & computato inter alios dies quasi nullo die excepto, & est simile 23 q. 5. nõ est nostrũ 13. q. 1. Ebron, secundum H. & sic non corrigitur. Solutio an possit fieri ante tempus.

soluere pecuniam? plus enim soluit qui ante tempus soluit, vt insti. de act. § plus autem. Respon. verum est qñ dies adiectus est fauore debitoris: alias si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur, vt ff. de an. leg. cum qui. Ioan.

z Ad hoc ff. de ver. obli. eum q §. quoties. & le. ei q hoc ff. de re iu. si intra archid.

IN IEIVNIIS. Hæc est 16. pars, dist. in qua probat quando Missę sunt cantandę. Io. de Fant. CASVS. Iste §. cum eo, qui sequitur patet: ibi etiam est § in prima quoque. ibi addidit etiam Gratianus, q in mane licete cantatur missa publica.

IN.

lennibus, & vespertinis officijs, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit, vt ad missam venire non valeat: æstimata vespertina hora, completa oratione sua ieiunium soluat. †

† *absoluere debet*]orig.

16 *In ieiunijs etiam quattuor temporum circa vespertinas horas, in sabbato vero sancto circa noctis initium missarum solennia sunt celebranda. Vnde Leo* [a] *episcopus:* [*Quod a patribus nostris. Item Gelasius:*[b] [*Ordinationes presbyterorũ.*] *Itẽ Pelagius:*[c] [*Dilectionis tua rescripta.*] *Require in tractatu ordinandorum. In prima quoque parte diei missarum solennia non incongrue celebrantur.*

sup. distin. 75. sup. distin. 76.

Vnde Leo Papa Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. al. 81. cap. 2.

Bur. l. 3. c. 228. Iuo p. 2. ca. 57. & p. 3. ca. 268.

¶Etiam prima parte diei missas celebrare licet. Cap. LI.

NEcesse est autem, vt quædam populi pars sua deuotione priuetur: si vnius tantum missæ, more seruato, sacrificium offerre non possint; nisi [d] qui prima diei parte conuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam, & familiariter admonemus; vt quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, vt per omnia nobis & fide, & actibus congruamus. Propter quod remanẽti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad fraternitatem tuam epistolam [e] dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus † frequenter interfuit, & toties ad nos missus, quid in omnibus Apostolicæ sedis a auctoritas teneret, agnouit.

† *al. ordinationibus.*

¶Apostolicæ sedis.] *In epistola ipsa legitur*, quid in omnibus Apostolicæ auctoritatis tenerimus. *Sed omnes Gratiani codices, & Iuo concordant.*

† *al Gregor.* Habetur in capitulis Theodulphi, c. vlt. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 3. c. 54. Iuo p. 2. c. 119. † *al per*

Item Augustinus. †

¶Missæ peculiares non sunt in publico cantandæ.

Cap. LII.

ET hoc attendendum est, vt missę peculiares, [f] quæ per dies solennes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico [g] fiant, vt propter † eas populus a publicis missarum solennibus, quæ hora tertia canonice fiunt, abstrahatur. *& infra* Sed sacerdotes, [h] qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe sunt, & populus in vnum ad missarum publicam celebrationem conueniant, exceptis ß Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri.

ß ¶Exceptis.] *Hæc vsque ad finem addita sunt ex Theodulpho, Burchardo & Iuone; apud quos possunt etiam legi alia, quæ post versi.* abstrahatur, *a Gratiano sunt omissa.*

Item Alexander secundus.

¶Quot missas in die sacerdoti celebrari licet.

Vide Valfridũ Strabonẽ, c. 21. Iuo p. 2. c. 81.

17 Cap. LIII.

SVfficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare

a ¶Vnde Leo.] supr. dist. 75. quod a patribus.

b ¶Item Gelasius.] s. di. 75. ordinationes.

c ¶Itẽ Pelagius.] su. di. 76 dilectionis tuę.

NEcesse] CASVS. Sæpe contingebat, q multi homines missa priuabãtur, si tm̃ vna missa & hora tertia celebretur. & ideo quæsiuit Dioscorus Alexandrinus episcopus a Leone verum presbyter possit ei missam in mane celebrare: & respondet quod sic.

d ¶Nisi] Hoc nisi respicit illud verbum priuetur.

d ¶Nisi qui prima.] inf di. 2. trib. gradib. sup. eo. nocte. §. in fi. sed illud abrogatũ est inf di. 2. tribus. Vel illud de solenni missa, hoc de priuata.

e ¶Epistolam. In qua hoc cap. continetur.

ET hoc] CASVS. Quidã presbyter missam priuatam solebat cum tanta solennitate celebrare, quod populus solenni missæ interesse nolebat: & ideo statuit hic, q hoc fieri nõ debeat: sed oẽs debent ad missam publicã venire pbyteri & laici.

f ¶Peculiares.] Peculiares dicuntur priuatæ [a] ergo ois missa, quæ priuata non est, publica dicenda est ex quo publice & manifeste fit.

a Scilicet votiuę, q. d. non publicæ, s. q celebrantur sine vocatione populi: nec pulsatione signorum. sicut est missa pro peccatis, vel sanctę marię: vel Apostolorum, vel huiusmodi secundũ Hug.

g ¶In publico.] Id est solenniter.

h ¶Sed sacerdotes.] Not. sacerdotes, q per vrbem sunt, ad solennẽ missam debere cõuenire in maiori ecclesia. Vel potius is est sensus: scilicet au in ciuitate & per totum episcopatum hora tertia & sacerdotes & populi conueniãt ad publicas missas, quas sacerdotes eorum faciunt.

SVfficit.] Hæc est 17. pars distin. sm Io. de Fan.

CA.

CASVS. quærebatur quot missas in die possit presbyter celebrare. Et rñdetur, quod vnam: quia Christus semel tantum pro bonis passus est. Vel duas ex necessitate: sed non pro pecunia, vel adulatione, id est, gratia fauoris humani, vel laudis acquirendæ.

a ¶ Quia Christus.] ergo non nisi semel debet celebrari, sed quia quotidie peccamus, ideo quotidie pro nobis Eucharistia immolatur mystice. inf. dist. 2. vtrum.

b ¶ Et alteram.] Ergo etiam in necessitate non tres, ex quo dixit, alteram. argu. 31. q. 1. quomodo. extra de celeb. mi. consuluisti. ergo adhuc remanet ieiunus post primam, cum possit iterum cantare aliam. arg. 7. q. 1. nihil. Quid ergo dices de vino vnde presbyter abluit digitos? non debet sumere illud, si aliam vult cantare. extra de celebr. missa. ex parte vbi euacuatur opinio, quæ dicit quod quidquid sanguini Christi commiscetur, sanguis est. extra de consec. eccles. quod in dubijs. Sed ibi vtrumque olim eiusdem substantiæ, & vsiæ: non sic de vino misto sanguini. extra de celebratio. missarum, cum Marthæ. versi. quæsiuisti.

Peccamus quotidie.

quia Christus [a] semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est vnam missam facere; & valde fœlix est, qui vnam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, & alteram [b] de die, si necesse fuerit. Qui vero pro pecunijs, aut adulationibus † sæcularium vna die præsumunt plures facere missas; non æstimo euadere damnationem.

† *al. oblationibus.*

Item ex concilio Toletano, 4. cap. 12.

¶ Et saluatoris, & Apostolorum docemur exemplo hymnos cantare. Cap. LIIII.

18 DE hymnis canendis, [c] & Saluatoris, & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur Matthæo euangelista attestante: [Et hymno [d] dicto exierunt in montem oliueti.] Et Paulus apostolus ad Ephesios scribit dicens: Implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus.] Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei, atque Apostolorum, & Martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beatissimi doctores Hilarius, atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo, quod de scripturis sanctorũ canonum, vel Apostolica traditione nõ existunt: respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico, priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: [Gloria, & honor patri, & filio, & spiritui sancto in sæcula sæculorum, Amen.] Nam & ille hymnus, [e] quem nato in carne Christo Angeli cecinerunt; [Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.] & reliqua, quæ ibi sequuntur, ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur [f] Componuntur [f] missæ, siue preces, vel orationes, seu commendationes, seu manus impositiones: ex quibus, si nulla decantentur in ecclesia vacant officia omnia ecclesiastica. Admonet hæc fieri, atque hortatur Timotheum Apostolus dicens: [Obsecro igitur primum fieri obsecrationes, [g] orationes, postulationes, [h] gratiarum actiones [i] pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus, qui in sublimitate sunt.] Sicut

poly. l. 3. tit. 10.

Matth. 24.

Ephes. 5.

Luc. 2.

1. Tim. 2.

canonum, vel Apostolica traditione. Hymnus est laus Dei cum cantico.

d ¶ Hymno.] Id est, benedictione data post cibũ: quæ hymnus hic appellatur: quẽ oẽs clerici facere debent, vt sup. dist. 44. c. vlt. § edẽt pauperes, & saturabuntur, &c.

AD-

DE hymnis.] Hæc est 12. pars in qua probat, quod hymni sunt authentici, & debent celebrari. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam reprehendebant hymnos ab Hilario & Ambrosio compositos: quia non erant in corpore canonum, nec erant de traditione Apostolorum. Sed contra illos probatur hic, quod illi & alij sunt in ecclesia canendi. Primo exemplo Domini, & auctoritate Apostoli. Secundo quia in fine omnium psalmorum cantatur hymnus ab hominibus compositus, scilicet, Gloria patri, &c. & illi hymno, qui est ab angelis decantatus nato Saluatore, quædam apposita sunt ab hominibus. Tertio quia Paulus præcepit, vt in ecclesia fiant orationes & alia.

c ¶ De hymnis canendis] De hymnis dicendis in missa vel extra, cap. ostenditur.

CASVS. in 1. parte probat auctoritate Dñi, & dicto Apostoli Pauli hymnos esse canendos. Secundo reprehenduntur quidam, qui quosdam hymnos nolebant recipere, quia non processerunt de scriptis sanctorum

ADDITIO. pone hymnum, qui dr̃ post missam. Arch.

e ¶ Ille hymnus.] Supple respuatur.

ADDITIO. Id est, debet respui secundum eos. H. alij dicitur quod istæ dictiones de hymnis, ponuntur pro accusatiuo; uel carent verbo. Arch.

f ¶ Componuntur.] a sanctis.

g ¶ Obsecrationes.] Id est, orationes, quæ fiunt ante, & iuxta consecrationem. Vel quæ fiunt adiurando: vt per natiuitatem tuam, libera nos Domine.

h ¶ Postulationes] Id est, preces: vt ibi, vt pacem & concordiam nobis dones, te rogamus audi nos.

i ¶ Gratiarũ actiones] vt cũ dicimus, Bñdicamus Dño.

i Et ibi, requiem æternam donacis domine: &c. fm L. quia ita dicit infra distinct. 2. vtrum.

a ¶ Sicut ergo orõnes.] Quæ fiũt in ipsa cõsecratione.

HI duo solummodo.] CASVS. Quæsitũ fuit a Leone, quare isti duo hymni, s. Gloria in excelsis, & Alleluia: nõ cantantur in Septuagesima? Et respondet quia tũc primi hominis lapsus legitur in ecclesia, per cuius peccatum humanum genus est expulsum a conuentu angelicæ iubilationis. His autem ix. hebdomadibus tacentur ad significandum, ꝙ ix. ordines angelorum propter casum decimi ordinis sunt præpediti a laude Dei, & a fęlicitate turbati: ad cuius decimi reformationem Deus formauit hominem, sed homo statim cecidit sed postea Christo resurgente humanũ genus fuit reparatũ: & tunc angelicus chorus est ualde lætatus.

ergo orationes,[a] ita & hymnos in laudem Dei compositos nullus nostrorum vlterius improbet, sed pari modo in Gallicia, Hispaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnum reiicere fuerint ausi.

Leo nonus.† († al. octauus.)

¶In nouo testamento, qui hymni ab Angelis decantati inueniuntur. C. LV.

HI duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamento inueniuntur decantati, Alleluia, atque, Gloria in excelsis Deo. (Apoc. 19. Lu. 2.) Quos pariter in Septuagesima intermittimus: quia peccato hominis veteris a conuentu angelicę iubilationis expulsi in huius miseræ uitæ Babylonem, super flumina eius sedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. (Ps. 136. Ps. 64. Esa. 14.) Quòd nouem hebdomadibus alleluia intermittimus: non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines angelorum accipimus: quorum [b] decimus [c] ordo per superbiam corruens, angelicum numerum minuit, & a fælicitate [d] perturbauit. (Apoc. 12.) Qui condolentes suæ diminutionis, & parem [e] ruinam sibi timentes, a perfecta laude creatoris fuere præpediti. Quorum reparationi, & consolationi consulens omnipotens Deus creator primum hominem de limo terrę formauit, (Gen. 2.) qui sui generis [f] multiplicatione damna cęlestis patriæ resarciret, atq; angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus non† modicum lætatus est. († al. admodum lætatus.) Nec mirum, si ex lapsu [g] ipsius hominis fuit perturbatus. [h] Vnde nouem ordinum concentus in laudem Dei creatoris permansit imperfectus: donec in Christo resurgente resurrexit [i] lapsus ille protoplastus. Ibi augmento sui collegii, & spe meliori angelicus exercitus gauisus in nouum alleluia consurrexit totus, & in eo perstat deuotus. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, a Septuagesima, quando lapsus protoplasti in ecclesia recitatur, Alleluia nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet vsque in Pascha, ubi Christus resurgens a mortuis tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddidit.

Item Nicolaus Papa Rodulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶In cœna Domini, Gloria in excelsis, decantetur. C. LVI.

POrro, Gloria in excelsis Deo, ab episcopis [k] in cœna Domini inter missarum solennia more nostro, dicenda est. (Iuo p. 5 c. 20.) Pallio uero Apostolico α [l] eadem die [m] uti est illis licitum, quibus est ab Apostolica sede permissum.

α ¶ Apostolico. *Vox ista abest ab aliquot Vaticanis codicibus; Iuo tamen habet.*

Item Zacharias β Papa in synodo Romana, c. 13. & 14.

β ¶ Zacharias.] *Antea legebatur,* Macarius. *Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus & cæteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in concilio manuscripto Zachariæ.*

b ¶ Quorum.] Nomẽ decimi ordinis non habemus.

c ¶ Decimus.] Non ꝙ decimus cecidit: sed tot qui sufficiebãt ad decimum ordinem perficiendum.

d ¶ A fęlicitate.] Significauit statum hominũ perturbandum, cum possit & debeat timere casum suum, videns ruinam maiorum & firmiorum. de pę dist. 2. ca principiũ.

e ¶ Et parem.] De pę. dist. 2 c. principium inquit uer. omnis lapis.

f ¶ Suigeneris.] Quia homines loco ipsorũ restituuntur: de quibus tot assumẽdi sunt quot remanserunt: iuxta illud in fin. Deuter. in cantico Mosi. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Sed hic uidetur haberi ꝙ tot ascendant ad gloriam, quot ceciderunt, & non plures. a

g ¶ Si ex lapsu.] Per inobedientiã, ut supr. dist. 34. quorundam.

h ¶ Perturbatus.] More humano loquitur. arg. 24. q. 1. odi.

i ¶ Resurrexit.] protoplastus de limo infermi.

a Tot ascẽdent ad gloriam quot ceciderunt. Dicit Isido. in lib. officiorũ, bonorũ Angelorum numerus ꝙ post ruinam Angelorum malorũ diminutus est ex numero electorum hominũ supplebitur, quia numerus soli Deo cognitus est, ut libro 20. c. angelorũ nomen.

POrro gloria.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ epi in cœna Domini cum chrisma conficiunt, debent dicere, Gloria i excelsis Deo: & ea die inter missarum solemnia debent vti pallio sibi ab Apostolica sede concesso.

k ¶ Ab episcopis.] Quia chrisma conficiunt: non autem a presbyteris.

l ¶ Apostolico.] Id est a solo Apostolico concesso.

m ¶ Eadẽ die.] Inter missarũ solẽnia, ut supra dist. 100. pallium. Nullus

¶ Cum baculo, aut capite velato ad celebrandum missarum solennia clericus non ingrediatur. C. LVII.

Poly. 3. tit. 16. Burc. l. 3. c. 230 & 231. Iuo p. 3. c. 271. & 272. 1. Cor. 11

19 NVllus episcopus,[a] presbyter, aut diaconus ad solennia missarum celebranda præsumat[b] cum baculo[c] introire, aut velato capite[d] altario Dei assistere: quoniam & Apostolus prohibet viros velato capite orare in ecclesia: & qui temere præsumpserit, communione priuetur. Cum uero ingressus fuerit episcopus, aut presbyter, ad missarum solennia celebranda, nisi passio[e] aliqua interuenerit, nullo modo audeat data oratione recedere,[f] ut ab alio episcopo, uel presbytero missarum solennia suppleantur, sed qui initium ponit, suppleat vsque in finem, quia scriptum est: [qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.] Si quis[g] uero præsumpserit præter quod posuimus, agere; a sacro corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi sit suspensus.

Syn. c. 14. Matth. 10.

NVllus episcopus.] Hæc est 19. pars dist. secundũ Io. de F. CASVS. Ostẽsum est supra quo ordine, quaue celebritate sit missa cantanda. Nunc ostenditur qua deuotione sit dicenda. Dicit ergo hic quod nullus eps presbyter uel diaconus ad celebrandam missam debet introire cum baculo ad altare, nec ibi stare capite velato, & qui missam incipit, debet perficere, nisi impediatur graui necessitate: & qui contrafecerit a Christi corpore suspẽdatur.

a ¶ Nullus eps.] Qua deuotione sit dicenda missa & audiẽda, ostendit 13 c.

b ¶ præsumat.] Mitrã tñ & baculũ debet hr̃e eps cũ pdicat. arg. dist. 45. disciplina quæ tunc allegat causam Dei apud populũ, ut di. c. disciplina. [1]

c ¶ Cũ baculo] Arg. quod nõ dẽt promoueri in presbyterũ qui sine baculo nõ põt sustentari in altari, ut diximus supr. 55. dist. si quis in infirmitate.

d ¶ Aut uelato capite. [Su. 33 q. 5. mulier. & cap. hæc imago.

e ¶ Passio.] Sup. 7. q. 1. illud. & nihil.

f ¶ Recedere.] Nisi in casu cum uideret puerũ sine baptismo morientẽ, dũ est ẽt ad altare, consulo ut baptizet. arg. 56. dist. pasce.

g ¶ Si quis. [De hac materia notaui 7. q. 1. nihil & c. illud.

Episcopus prædicans hẽat mitrã & baculum.

[1] Respicit precedẽs c. disciplina iuxta fin & hæc ẽt fuit sen tẽtia Hu. put hic sa tis no. Archid.

[Item ex decretis Soteris Papæ.]

PAPEA. C. LVIII.

VT illud diuini oraculi singuli præcaueant, quo scribitur; [væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem,] summopere uerendum nobis est, atque cauendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus Deo psallitur, uel sacrificatur, unicuique diuinis singulariter officiis insistenti perniciosa passio, uel corporis quælibet inualitudo† occurrat; quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, uel terrore confundant. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, uel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisque canens Deo, atq. sacrificans post se vicini solaminis adiutorem: vt, si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit, turbatus fuerit, uel ad terram elisus a tergo semper habeat, qui eius uicem exequatur intrepidus; & officium inceptum adimpleat.

7 q. 1 illud. in cõcilio Toleta. 11. c. 14. Burc. l. 3. c. 73. Iuo p. iii. c. 126. Eccl. 4.

† al. ualetudo.

Item Anacletus Iesu Christi seruus omnibus episcopis, epist. 1.

¶ Quot testes episcopus sacrificans secum habere debeat. C. LIX.

20 EPiscopus Deo sacrificans testes secum habeat, & plures, quam alius sacerdos; sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonii incremento indiget. In solennioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi[h] eius dicuntur, & subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat: qui sacri induti vestimentis a fronte, & a tergo, & presbyteri e regione dextra læuaque, contrito corde, & humiliato spiritu, ac prono stent vultu, custodientes eum a maleuolis hominibus, & consensum eius præbeant† sacrificio. Peracta autem consecratione omnes[i] communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus.

Poly. l. 4. ti. xli. Ans l. 6. c. 138. Burc. l. 3. c. 71. Iuo p. iii. c. 67.

† al. præbentes

EPiscopus.] Hæc est 20. pars dist. in qua probat magister, quod solus sacerdos non debet officia celebrare. Io. de Fant. CASVS. Dicitur hic quod episcopus in missa debet secũ habere presbyteros ex utroque latere & diaconos & subdiaconos & minores clericos ante & retro qui debeãt eũ custodire, & sacrificio consentire, & cõmunicare peracta consecratione iubemus.

h ¶ Qui oculi.] Supra dist. 93. diaconi.

i ¶ Omnes.] Quotidie uel

Item Lucius Papa episcopis Galliæ, & Hispaniæ, c. 1.

vel omnes generaliter, in anno, vt inf. ead. dist. 2. pe. acta. & cap. omnis homo, &c.

IVbemus.] CASVS. Probatur hic auctoritate Apostoli, quod quamuis ad innocentiã sola conscientia sufficiat, tamen propter maleuolos debet episcopus secum habe-

poteris: & quod dicitur in illo ca. missas. [confundantur,] id est, [grauiter corripiantur.] Quod autem dicitur in illo c. episcopus. nullum. hodie non tenet, cum non sit participandum cum excommunicatis.

c ¶ Nisi duob.] pluralis enim locutio, duorũ numero est contenta, vt 4. q. 3. §. itẽ in criminali. ver. vbi numerus. Nũquid necessarium est, vt sint duo clerici: aut nunqd duo laici: vel vnus clericus, alter laicus, aut alter masculus, & alter fœmina sufficerent? Satis vr̃, quod debent esse duo clerici. arg. ꝫ quia & populus respondet, amen, vt sup. 33. dist. sedulo. Sed hoc respicit consuetudinem alicuius loci.

d ¶ Ipse tertius.] Adeo inhærent quidã a verbis istius c. quod dicunt quod ipse non celebraret nisi duos haberet. Alij 3 dñt vnũ sufficere arg. extra de fi. presbyter. propofuit. 7 q. 1. illud. & extra de vi. & honest. cleric. vt quisquis. immo & inclusus missã solus cantante potest, hoc intellige vbi cleri copia non suffragatur. alias secus, vt extra ad verb. sig. quæ fuit. & ecclesiæ loquitur presbyter in plurali.

e ¶ Dominus vobiscum.] Hoc Dominus vobiscum, sumptum est ex vete. testa. sic. n. legitur Booz salutasse messores suos. Illud autem, & cum spiritu tuo, sumptum est ex epistola Pauli Ad Thimotheum Episcopus ẽt cum primo salutat populum nõ dicit: Dominus vobiscũ. sed pax vobis: quia hęc fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionẽ, ergo vt se ostendat vicariũ Christi, ideo sic dicit: post vero dicit:

¶ Episcopi sine religiosis testibus, Domini sacramenta non conficiant. Cap. LX.

Poly. l. 4. tit. 13. Ans. l. 6. c. 140. † al. diacones 1. Thim. 3.

IVbemus Apostolica a auctoritate, vt semper testes vobiscum sacerdotes, & Leuitas † habeatis. Et licet conscientia [a] propria sufficere possit; tamen propter maleuolos [b] iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt: quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo presbyteri, & tres diaconi in omni loco episcopum non deserant propter testimonium ecclesiasticũ.

a ¶ Iubemus Apostolica.] *In epistola ipsa sic legitur.* Propter tales, fratres hortamur vos, sicut in hac sancta ecclesia constitutum habemus, vt semper, &c.

Item Soter † Papa.

† al. Anacletus

¶ Nisi duobus præsentibus, presbyter missam celebrare non præsumat. Cap. LXI.

Poly. l. 4. tit 31. Ans. li. 7. c. 136. Burch. l. 3. c. 74. Iuo p. 2 c. 127. Pan. l. 1. c. 215.

HOc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus [c] præsentibus, sibique respondentibus ipse tertius [d] habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, § Dominus vobiscum, [e] § & illud in secretis: § orate pro me; § aptissime conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi.

¶ *Burcardus etiam & Iuo citant ex decretis Soteris Papæ Et in Merologo, c. 2. scribitur fuisse id ab Anacleto, & Sotere statutum Similem sententiam Burchardus lib. 3. c. 68. refert ex concilio Nannetensi, capit. 30. Fere autem idem habetur in Moguntino 1. cap. 43.*

Item ex canone Apostolorum.

& in conc. Antiochen. cap. 2.

¶ Communione priuentur, qui vsque ad finem missarum solennia non audierint. Cap. LXII.

Poly. l. 3. tit. 16. Burch. l. 2. c. 67. Iuo p. 6. c. 163.

21 OMnes fideles, qui conueniunt in solennitatibus sacris β ad ecclesiam, & scripturas Apostolorum, & Euangelium audiant. Qui autem ɣ non perseuerant [f] in oratione, vsque dum missa peragatur, nec sanctam communionem percipiunt, g velut inquietudines ecclesiæ commouentes, communione priuari.

β ¶ In solennitatibus sacris.] *In tomis conciliorum ad marginem priscæ versionis sunt hæc eadem verba quæ hic apud Gratianum, & Burchardum, & Iuonem, & in Polycarpo. Græce est abso-*

3 Vt Hu.

3 Vt Hu. & Fab.

Missa a solo cantari potest.

Dñs vobiscũ vnde sumitur. pax vobis dr̃ primo ab episcopo. Nota, quod septem vicibus populus salutatur in missa quatenus exclusis septem vitijs capitalib. suscipiãt gratiam septiformem. sm Inno.

habere presbyteros testes & diaconos in omni loco.

Conscientia sola non sufficit.

a ¶ Conscientia.] Arg. quod non semper conscientia sufficit: sed fama est necessaria. arg. 12. q. 2. quattuor. & 21. q. 1. nolo. quod verum est cum quis habitat inter bonis, vel etiam cum malis, qui parati sunt imitari.

b ¶ Maleuolos.] Sup. 11 q. 3 sanctis ꝫ. sed illud cum mali parati sũt rephẽdere, nõ imitari 1 43 dis. scimus.

† Subaudi tantum, & nõ imitari in bono.

HOc quoque statutum.] CASVS. Dr̃ in hoc cap quod presbyter non dẽt cantare missam, nisi sunt duo ibi præsentes. Nam cum presbyter dicat, Dñs vobiscũ: & orate pro me: apparet, quod plures debent missæ interesse. Quæ autem sequuntur vsque ad capitulum omnes, plana sunt, & ea omnia per te faciliter formare

Dominus vobiscum, vt sic ostendatur esse de numero aliorum sacerdotum, Hic ergo habes Dñs vobiscũ. alibi amen 38. dist. sedulo. alibi Deus in adiutoriũ, 7. q. 1. § cũ ergo alibi, kyrie eleison. Pater noster 11. q. 3. cũ aliquis. habes & alibi, Nunc dimittis, &c. Luc. 2. Item alibi, Benedicamus, &c. Danielis 3.

OMnes.] Hæc ẽ 22 pars di. in qua pbat, quod totã missã popul' audire dẽt Qui aũt ex cõtẽptu recusauerit, excõicatur. Et hoc pbat per 5. canones. Io. de Fant.

f ¶ Nõ pseuerant.] Ex cõsuetudine vel superstitione. Et est si nã in vanũ currit q nõ pseuerat vsq; in finẽ cursus, vt de pæ. dist. 3. in casum, & est si. sup. 11. q. 3. certũ.

g ¶ Percipiunt.] Tempore deputato.

a Sacerdote.] ¶ Qui egressus.] Quasi minus litteratum continens, vt supra 38. distinctio. sedulo.

Missa in die Dominico est de præcepto. b Missas.] ¶ Præcipimus.] Hoc dico preceptum esse vnde contra præceptum faciunt, qui diebus Dominicis nō audiunt missam, nisi aliqua necessitas cogat sicut, & corpus Christi accipitur ter in anno. infr distinct. secunda etsi non frequentius.

c Cum ad celebrandas] Benedictionem.] Supra 26. quæst.6. ministrare. contra.Solu.ibi solennis benedictio q̄ ante missæ consummationem à solis pōtificibus celebratur, inhibetur presbyteris: hic autem post consecrationem cuilibet sacerdoti populum benedicere permittitur, sed & præsente episcopo nec benedicere volente sacerdos benedicet si celebrauit missam, vt not. 95 dist. ecce.

Episcopus.] Hæc est 22. pars dist. secundum Ioannem.

d ¶ Prohibeat] Supr. 23. dist. cleros. in fine. contra infra distinct. quarta eos contra. 11. quæst 3 excommunicatos. 1 Sed dic vt solui supra xxxv q 3. de incestis. nam hic de hæretico non precise loquitur, ibi de eo qui sequitur hæresim iam damnatam. H. dicit hoc abrogatū esse. vel loquitur de illis de quorum correctione est spes aliqua, vt inf. dist 4 In 'ει aliud est si venirent causa subsanandi vel deridendi.

1 Idem 34. q.3. c. clerici, 25 dis per lectis. in prin 1. q. 1 non liceat.

2 ad hoc s.p.1.q.2. nō liceat clericis. vbi de hoc. Idē no.25. dis. ¶.1. Arch.

Apostolica.] Hæc est 23 pars dist. secundum Ioan. de Fantu.

e ¶ Adorent.] Id est, venerentur.

Omnis Christianus] Hæc est 23. pars dist. secundum Ioan. de Fant.

te, τοὺς εἰσιόντας, *id est*, qui ingrediuntur. *& ita in codice canonum, nimirum ex versione Dionysii.*

γ ¶ Audiant Qui autem.] *Item in eodem margine, & in polycarpo. Sed Burchardus, & Iuo proprius ad verba graca,* audiunt, non autem perseuerant.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 24.

¶ De eodem. Cap. LXIII.

Sacerdote verbum in ecclesia faciente, qui egressus [a] de auditorio fuerit, excommunicetur. Burch l. 2. c. 66. Iuo p. 6. c. 162.

Item ex concilio Agathensi, c. 47.

¶ Die Dominico missas ex integro sęculares audire debent. Cap. LXIIII.

Missas die Dominico sæcularibus totas audire † speciali ordine præcipimus: [b] ita, vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerit, ab espicopo publice confundatur. † *al. tenere.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 28.

¶ Populus non ante discedat, quam missa ex integra celebretur. Cap. LXV. Burch. l 3. c. 29. Iuo p. 3. cap. 34.

Cvm ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur: populus non ante discedat, quam missæ solennitas compleatur: & vbi episcopus non fuerit, benedictionem [c] accipiat sacerdotis.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 88.

¶ Excommunicetur qui pretermisso ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit. Cap. LXVI. Iuo p. 4. cap. [illegible]

Qvi die solenni, prætermisso solenni ecclesiæ conuentu ad spectacula vadit: excommunicetur.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 84.

¶ Vsque ad missam catechumenorum nullus ecclesiam ingredi prohibeatur. Cap. LXVII.

22 Episcopus nullum prohibeat [d] ingredi ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam cathecumenorum. Burc. l 3. c. 21. Iuo p 3 cap 33. Pan. l. 2. ca. 41.

Item Anastasius episcopus episcopis Germaniæ, & Burgundiæ, epistol. 1. cap. 1.

¶ Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. Cap. LXVIII.

23 Apostolica auctoritate mandamus, dū sancta Euangelia in ecclesia recitantur, vt sacerdotes, & cæteri omnes præsentes, non sedentes, sed venerabiliter curui, [α] in conspectu Euangelij stantes Dominica verba intente audiant, & fideliter adorent. [e] Burc. l 3. c 103. Iuo p 2. c. 138. & p. 6. cap. 93.

α ¶ Curui.] *Sic in originali, & apud Iuonem par. 6. c. 93. sed apud eundem par. 2. cap 138. & apud Burchardum vox ista non habetur.*

Item Gregorius VII. in synodo Rom. habita an. Domini. 1078 cap. 13.

¶ Ad missarum solonnia semper aliquid est offerendum: Cap. LXIX.

Omnis Christianus procuret ad missarum solennia aliquid Deo offerre, & ducere ad memoriam, quod Deus per Moysem dixit: [Non appa- Poly. l. 3 tit. 18. Ans. l. 5. cap. 40. *Exod. 24.*

CASVS. Probatur in hoc cap. auctoritate Moysi, & sanctorum patrum consuetudine, quod Christiani debét aliquid offerre in missa. primo enim debemus ad Christum confugere: sed quidam præpostere prius quærũt consilium humanum, & postea diuinum.

a ¶ Va-

nebis in conspectu meo vacuus. [a] Etenim in collectis [b] sanctorum patrum liquido apparet, quòd omnes Christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum patrum debent. Ad ipsum [a] enim prius est confugiendum, [c] qui nostræ curare possit animæ passiones. Verum homines præpostero ordine ante sibi opem ab hominibus accersunt. Vbi autem humana subsidia defecerint: tunc opinantur diuini postulandum fauoris gratiam.

a ¶ Ad ipsum.] *Hinc usque ad finem capitis non habentur ibi apud Gregorium, neque apud Ansélmum, aut Polycarpum.*

Item Cyprianus sermone 6. de oratione Dominica.

¶ Quare [sursum corda] in præfatione dicitur. C. LXX.

25 QVando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi; vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus: cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat: nec quidquam tunc animus, quam id solum cogitet, [d] quod precatur. Ideo & sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo: [sursum corda,] ut dum respondet plebs: [habemus ad Dominum] admoneatur nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.

Pelagius II. Romanæ ecclesiæ, & Apostolicæ sedis eps vniuersis Germaniarum, atque Galliarum episcopis.

¶ Quæ præfationes in missa sunt cantandæ. C. LXXI.

26 INuenimus [e] has nouem [f] præfationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas, quas longa retro uetustas in Romana ecclesia hactenus seruauit, id est, unam [g] in albis Paschalibus, aliam de Ascensione [h] Domini, tertiam [i] de Pentecoste, quartam [k] de Natali Domini, quintam [l] de Apparitione Domini, sextã [m] de Apostolis, septimam [n] de sancta Trinitate, octauam [o] de Cruce, nonam [p] de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicendam. Has præfationes tenet, & custodit sancta Romana ecclesia; has tenendas uobis mandamus.

Poly l. 3 tit 20. Ans. l. 7. c. 111. Burc. l. 3. c. 69. Iuo p. 2. c. 77. Pan. l. 1. c. 138.

Item ex Concilio Gabilonensi secundo, c. 39.

¶ In omnibus missarum solennibus pro defunctis oratio fiat. C. LXXII.

27 VIsum præterea [q] nobis est, ut in omnibus missarum solennibus pro defunctorum spiritibus loco

Burc. l. 3. c. 64. Iuo p. 3. c. 66.

Oblatiões an sint debitæ a parochianis: Hoc sane intellige, & dic ut not. H. in summa de paroch. §. in quib. uer in tertia uero quæ, &c. ubi satis no. de materia hui⁹ gl. & quomõ hoc c. intelligi debet. s. & solennib. festiuitatibus loco-tũ. Arch.

a ¶ Vacuus.] Bonis operibus uel ad litterã. & est consilium in diebus priuatis scilicet: sed in diebus festiuis præceptum & ita uidetur quod oblationes sint ex debito exigendæ. & ad eas dãdas parochiani sunt cogendi. arg. 16 q. 1 statuimus at 3 12 q. 1. duo. Sed credo quod si sacerdos pauper est, pót eis diuina officia subtrahere nisi dẽt, ei oblationes: ut ext. de sim. cu sit 12. q. 2. charitatẽ. ADDITIO. Bene dicit Credo, secundũ Lau. cuius fuit ista glo. tota. & idem sentit Hug. qui dicit quod nõ credit quòd oblationes, quæ uoluntariæ, vel ex deuotione sunt in festiuis diebus, sint debitæ: vel possint de iure peti: & idem sentit frater Ray. Arch.

b ¶ In collectis.] quas faciebant sancti patres pro recipiendis pauperibus.

c ¶ Est confugiendum.] Orando, non tenendo, & ita non est contra 22. q. 2. quæritur.

QVando autem.] Hæc est 25. pars disti. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic quod in oratione debet homo cogitare de Deo tantum. vnde cum presbyter dicit, Sursum corda, populus respondet, Habemus ad Dominum. & hoc fit ad notandum quòd tunc tantum de Deo debemus cogitare, & de his, quæ spectant ad salutem, ut diabolus excludatur.

d ¶ Cogitet.] Nã hoc genus mendacii esset 22. q. 5. cauete.

e ¶ Inueniemus.] Hæc est 26. pars dist. secundum H.

CASVS. Istius cap. in quo dicitur quod ix. sunt præfationes, decima tamen postea addita est, ut 70. dist. sanctorũ [catalogo,] id est, ordine ecclesiastico, vel numero, vel computatione.

e ¶ Inuenimus.] quot sunt canonicæ præfationes. ostendit. [z]

f ¶ Nouem.] Addita est & decima. ut dist. 70. sanctorum canonum, scilicet equum & salutare.

[z] Et hoc iõ quia in c. præced. facta erat mẽtio de præfatione cui sæ præmittitur, sursũ corda.

g ¶ Vnã.] Et te quidem omni tempore.

h ¶ Aliam de Ascensione.] Qui post resurrectionem suam.

i ¶ Tertiam.] Qui ascendens super omnes cœlos.

k ¶ Quartam.] Quia per incarnati verbi mysterium.

l ¶ Quintam.] Quia cum vni genitus tuus.

m ¶ Sextã.] Et te suppliciter exorare.

n ¶ Septimam.] Quia cum vnigenito filio tuo, & spiritu sancto.

o ¶ Octauam.] Qui salutem humani generis.

p ¶ Nonam.] Qui corporali ieiunio vitia comprimis.

VIsũ præterea.] Hæc 27. pars dist. secundũ Io. de Fan.

CASVS. Probatur in hoc c. auctoritate Au. quod pro defunctis nominibus tacitis in missa & aliis precibus debet orari omni die, sicut & pro uiuentibus oratur quotidie, ut pro eis oret mater ecclesia, quibus desunt preces parentum.

q ¶ Visum præterea.] Not. in omni missa memoriam & ora-

& orationem esse faciendam pro defunctis, illud ostē dit duobus capitulis.

a ¶ Loco competenti.] Id est in secreta missæ.

b Excipitur.] Excipitur sexta feria ante Pascha: in qua secundum ordinem Romanum non conficitur: sed oblatio præcedentis diei cum vino sumitur: & excipitur & sabbatum sequens: quia potius refertur ad Dominicā sequentē. inf distī. 1. sabbato.

c ¶ Defunctorum.] Id est, pro spiritibus defūctorum.

d ¶ Etiam tacitis nominibus] In secreta.

e ¶ Sub generali.] Fit pro omnibus simul, & prodest cuilibet ac si specialiter pro eo fieret. de consecra. di. 5. non mediocriter.

f ¶ Commemoratione suscepit ecclesia.] supple non sunt prætermittendæ supplicationes.

g ¶ Pia matre communi.] In ecclesia tota.

DE nominibus.] CASVS. Decentius episcopus quærebat a Papa, utrū in secreta Missæ illorum nomina debeant recitari a presbytero, pro quibus vult sacrificia offerre. Respondet Papa, superfluū esse ut eius nomen recitetur pro quo hostia nondū est oblata.

h ¶ De nominibus recitādis.] populo. connumerare possumus ergo eorum nomina recitando sed in Missa uel oratione aliqua Missæ, uel in secreta specialiter nomina eorum exprimere non debemus.

i ¶ Antequam.] Nec ante, nec post.

k ¶ Insinues] Quasi pars non ante, sed post debet insinuari Deo.

l ¶ Quamuis.] Non ergo recitantur ideo quod Deus addiscat: sed ut supplicantium deuotior reddatur affectus. arg. 13 q 2. cum grauia. & cap non æstimemus H nominari ergo possunt.

Oratio ꝓ defunctis fiat i omni missa.

Conficere nō licet i sexta feria ante pascha.

competenti [a] Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, [b] qua non pro viuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur; ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium preces Domino in missarum solennibus fundantur. Antiquitus igitur hunc morem sācta tenet ecclesia, ut & in missarum solemnibus & in aliis precibus Domino spiritus quiescentium commendet: dicēte beato Augustino. [non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate laudamus. α Defunctorum ēt tacitis nominibus [d] eorum, quos sub generali [e] commemoratione [f] suscepit ecclesia; ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, uel amici, ab una eis exhibeātur pia matre communi. [g]

13 q. 2. non æstimemus.

in lib. de cura pro mortuis agenda, c. 4.

α ¶ Laudamus.] *Apud collectores sunt nonnullæ uarietates* B *Augustinus (a quo parum varias & concilium, & Amalarius lib. 4. cap. 42. sic habet;* quas faciendas pro omnibus in christiana, & catholica societate defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcūque, sub generali commemoratione suscepit ecclesiam, *Cæterum glossa fecit, ne mutaretur.*

Item Innocentius episcopus vrbis Romæ Decentio Eugubino, epist. 1. c. 2.

¶ Ante preces non sunt a sacerdote nomina recitanda.
C. LXXIII.

DE nominibus recitandis, [h] antequam [i] precem sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, oratione sua commendet, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cuius hostiam nec dum Deo offeras, eius ante nomen insinues, quamuis [l] illi incognitum sit nihil.

Nomina aliquorū non sunt in Missa exprimenda.

Item Alexander urbis Romanæ episcopus orthodoxis omnibus epistola prima, c. 4.

DISTINCTIO. II.



¶ Panis, & uinum, & aqua in sacramentis sunt offerenda. C. I.

IN SACRAMENTORVM [m] oblationi-

poly. l. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 1. Burc. l. 5. c. 5. Iuo p. 2. c. 15. & 66.

IN sacramentorum.] Hæc distin. diuiditur in 28. partes: In quarum prima probat per 7. c. q ex pane tritici & vino uitis cum aqua cōficitur corpus & sanguis Christi. [Secunda ibi, [Nihil.] Tertia ibi [Pacem] Quarta ibi [Relatum.] Quinta ibi, [Quotidie] Sexta ibi, [Triforme.] septima ibi. [Tribus gradibus.] Octaua ibi, [Qui scelerate] Nona ibi, [Si per negligentiam.] Decima ibi, [Peruenit.] Vndecima ibi, [Sacerdotum.] Duodecima ibi, [Institutio.] Tertia decima ibi, [Sacrificiū.] Quartadecima ibi, [Quia corpus] quintadecima ibi, [In quibus] Sextadecima ibi, [Ego Berēgarius.] Decima septima ibi, [Semel Christus.] Decimaoctaua ibi, [Liquido] Decimanona ibi, [Panis.] vigesima ibi, [vanā de altari] Vigesimaprima ibi, [Reuera] Vigesima secūda ibi, [Iteratur.] Vigesimatertia ibi, [In Christo.] Vigesimaquarta ibi, [In calice.] Vigesimaquinta ibi, [Sicut] Vigesima sexta ibi. [p̄sbyter] vigesimaseptima ibi, [qui bene.] Vigesimaoctaua ibi, [pro dilectione.] Io. de Fan.

CASVS. Dr in hoc cap. q in altaris sacrificio debent apponi tm̄ panis & uinū aqua mixtū: & hoc ideo, quia de latere Christi fluxerūt sāguis & aqua i passiōe sua.

m ¶ In sacramentorum.] Hic intitulatur 2 dist. in qua agitur de sacramento Eucharistiæ. Et licet baptismus sit ianua omniū sacramentorum 2. & necessarior. 12. di § verum. hoc tū dignus est: & ideo tractat prius de eo, & propter seriem operis apertius continuandam cum

a Vt 37. dis. §. uerum. c. ad hoc. extra q̄ presby. nō bapti. veniens. Archid.

cum enim tractauit in praeced. dist. de celebratione missae, & tota vis missae constet in cõsecratione corporis Christi, merito de eo subdit, & tractat de hoc sacramento in hunc modũ. Primo agit de forma sacrificandi. Secundo de reuerẽtia suscipiendi & tractãdi & seruandi

panis & vini ibi desinit esse, & remanẽt accidẽtia tãtum, s. sapor, color, põdus, & similia: & sub illis accidẽtibus incipit ibi esse corpus Christi. Tertia tenet * ꝙ remanet ibi substãtia panis & vini, & in eodẽ loco, & sub eadem specie est corpus Christi, argumẽ. infra

Et hac falsa est.

bus, ꝗ a quae inter Missarum solennia Domino offeruntur, passio Domini miscenda est, vt eius, cuius corpus & sanguis cõficitur, passio celebretur; ita vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & vinum aqua permistum in sacrificium † offerantur. Non enim debet (vt à patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offeri, sed vtrumque permistum, quia utrumq; b ex latere eius in passione sua profluisse legitur.

† al. sacrificio.

¶*Locupletatum est caput hoc ex originali, & caeteris collectoribus praeter Anselmum, qui habet, vt antea Gratianus habebat.*

Item Cyprianus lib. 2. epist. 2. Caecilio fratri salutem.

¶Vinum sine aqua, vel econuerso in sacramentis offerri non licet. Cap. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 9. c. 4.

Sic in sacrificando calice Domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec vinum solum potest. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit c esse sine Christo. d Quando autem utrumque miscetur, & adunatione confusa e sibi inuicem copulatur; tunc sacramentum

ead. ego. qualibet tñ opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, vt extra de sum. Tri. firmiter. §. vna.
* ¶In sacramentorũ, de forma sacrificandi, s. quae. debent offerri in sacramento Euchar. scilic. 7 c ostẽdit.
a ¶Oblationibus.] Id est, in ipsis oblatis, quę sunt sacramenta.
a ¶Quia vtrumque.] haec oratio nõ est sufficiẽs 1 sed est ratio: qa Christus hoc statuit dicens. Hoc facite in meam comme. infra ead. in Christo semel. Alia ratio est, quia aqua significat redemptionem. inf. ead. cum omne. & ita tria sunt significãtia ibi, aqua, vinum, panis, & ita, tria sacramenta. infra ea. non oportet.

1 Sed est ꝙ dã admiticulans Lau.

mãdi hoc sacramentũ. Tertio de triplici ꝯtinẽtia eius. De forma sacrificãdi agit vsque ad illud c nihil De reuerentia suscipiendi agit etiam vsque ad illud c sacrificium. Exinde de his, quae in sacrificio cõtinentur. Circa quod cõsiderandũ est à quo, vbi & qñ fuit hoc sacramẽtũ inuentũ & quae forma cõficiendi illud, & quae in eo sunt necessaria, & de triplici eius cõtinẽtia: & post supponemus quasdã opiniones de ꝯfusione ipsarũ rerũ. Fuit aũt institutũ a Dño infra e. qa corpus, & in coena inf. e. liquido. Et quãdo? post typicũ pascha completũ, cũ comedit agnũ cũ Apostolis inf. e. accipite. Formã habemus in c inf. ea. accipite. Sũt aũt tria necessaria, panis, vinũ & aqua. inf. ea. in sacramento. Cõtinentur autem tria in hoc sacramento. forma visibilis panis & vini: veritas corporis & sanguinis Christi: & virtus spiritualis, id est, virtus vnitatis & charitatis: i. aeterna ꝯiũctio & dilectio Christi ad ecclesiã 21. dist. §. 1. ibi, Rogaui p te Petre ne deficiat, &c. Primũ est sacramẽtũ tãtũ, & nõ res sacramenti. Secundũ est sacramentũ, & res sacramẽti. Tertiũ est res sacramenti tantum, & nõ sacramẽtum, & hoc est qđ dicitur extra de celeb. Mis. cum Marthę, §. distinguẽdũ. Fit aũt cõuersio rerũ secundum quosdã: quia panis conuertitur in corpus, & vinũ in sanguinem, aqua in nihilum: sed significat regenerationem tantũ, quę fit per aquam. Contra istos est, quia qui puram aquam sumit, post non conficiet. 7. q. 1. nihil. Sed contra inf. ea. relatũ: sed nõ fuit ibi pura aqua. Alii dicũt, ꝙ vinũ & aqua cõuertuntur in sãguinẽ: licet philosophi dicãt contra, ꝙ aqua & vinũ non cõmiscentur per minima, id est, non ita ꝙ inseparabilia sint. Alii et dixerũt sed pessime, ꝙ aqua cõuertebatur in aquaticos humores. Alii dicũt ꝙ corpus Christi post ꝯsecrationẽ solũ est sacramentũ & figura inf. e. ego Berengarius & hęc traduntur extra de celeb. Mis. cũ Marthae, &c. in quadã. Sed opinio verior ẽ, ꝙ vinũ & aqua nõ vt duo, sed vt vnũ cõpactũ trãsmutan. extra đ cel. Mis. cũ Marthae. §. verũ & c. in quadã. De eo tñ quod dr, ꝙ panis conuertitur in corpus Christi, variae sunt opiniones. Vna asserit, ꝙ illa substantia, quae fuit panis, primo, postea est caro & sanguis Christi, arg. inf. e. panis est in altari, & c. quia corpus. Secunda opinio tenet, ꝙ substantia

Eucharistiae sacramento tria continentur.

b ¶Quia vtrumque.] Id est, vtriusque sacrificium vel significatum inf. ea. in calice, scilicet sanguis in quem ꝯuertitur vinũ & aqua. inf. ea. dil. ea. panis est in altari. nomine sanguinis dr quilibet humor humani corporis, hic nõ inuenitur, nisi large accipiat nomẽ sãguinis, vnde vinũ in sãguinem conuertitur, & aqua * in alios humores, ita ꝙ aqua dicit profluxisse, t alii humores đ latere Christi. Sed nũquid vera aqua, aut humor aquae similis fluxit? si vera aqua, quãdo fuit illa creata? nũquid in corpore, aut in egressu à corpore? si humor fuit sine aqua, quod fuit ibi miraculũ? Res. secundũ H separatim 2. & cum segregatione fluxerũt. Alii tamẽ dicunt, vt Mel. & Baz. ꝙ uera aqua, & extra corpus illius fuit illa creata: sicut fuit cum fluxit aqua de petra educta, inf. ea. reuera. Igitur quota pars debet esse aquae in calice; Videtur ꝙ medietas. arg ff. de vsufr. etiam partis, ff de contrahen emp. l. domum: sed hoc relinquo arbitrio prouidi sacerdotis 1 quam diu dicatur, ꝙ vinũ sit vel aqua. Dic poni debet plus de vino semper quam de aqua.

Sic in sacrificando. CASVS Dicitur in hoc cap, qđ in sacrificio non debet offerri vinum sine aqua, nec aqua sine vino, sed simul illa duo, vt perfectum sit sacrificium, sicut & corpus Christi non de farina solum, sed de pane perfecto debet confici.

c ¶Incipit.] Id est sine Christo, quia nõ cõficitur, maxime quantum ad salutem plebis inf. ea. cum omne.

d ¶Sine Christo.] Id est, sine tali sacramẽto, ꝙ đ eius latere profluxit, s. sanguis 3 & aqua, vt su. c 1. & 2. &c. 3. Vel sine Christo i. ecclesia, q. s. mysticũ corpus Christi est, quod est dicere, sãguis nõ prodest corpori Christi, qđ est ecclesia, i. nobis, su. dist. prox. ecclesia, nõ. a. vinũ tãtũ dr corpus Christi, vel sine saluatione Christi, i. Christianorũ. secundũ hoc videretur, ꝙ Christus dicatur Christianus populus. ad hoc facit extra de sa. vn. c. 1. haec ostẽdit Apostolus in epistola ad Cor. Sicut omnia membra vnũ sunt corpus: ita vnus Christus, sunt, vt inf. ea. dist cũ omne H. vero, qui non posse ꝯfici sine aqua dicit, exponit sanguis, id est, vinũ, quod significat sanguinem.

e ¶Confusa.] Id est, permista.

Aqua ꝗ fluxit de latere Christi an fuerit vera aqua *Immo aqua in vinũ, & tãtũ vinum in sãguinem.*

1 Ista fuit sententia Hu. & illa quae proxime sequitur: vnde clarius & planius dicet. & fuit vera aqua. &c. Arch. Aqua an sit đ necessitate ꝯsecrationis.

3 Id est, sanguinis Chri effusio incipit sine Christo, id est, ostẽdit esse, si ne Chro idest, sine vnitate corporis Christi quę ẽ ecclesia fm Io. đ Fa. & H.

a ¶Spiritale.] Spiritale dicitur corpus, quod nihil habuit, quod ei obstaret, sicut Christus ianuis clausis intrauit ad discipulos, palpabilem tamen se exibuit, quod non faceret spiritus. Vnde Spiritus nec carnem nec ossa habet, &c. ad cuius similitudinem corpora nostra agilia erunt: vt licet clausa essent in solidissimo corpore ferreo, vel marmoreo, possint tamen exire. Vel ideo spirituale, quia ibidem signatur nostra redemptio inf. ea. cum omne. Vel spirituale, quia cœleste efficit: & tunc rei spiritualis & cœlestis, s. cōiunctionis ecclesiæ ad Christū efficit sacramentū. vinū. n. sanguinem, aqua vero plebem significat. horum aūt confusio salutis nostræ est sacramentū: in commistione enim vini & aquę consignatur plebis per Christum facta redemptio. inf. e. cū omne.

Agilitas est dos corporis gloriosi.

Sanguis Christi verū possit ex vino sine aqua confici.

b ¶Calix.] No diuersitates circa illud sacramentum inter doctores nam dicunt quidā, quod ex vino sine aqua non potest confici sanguis Christi. H. dicit quod potest, licet non debeat fieri. Itē dicunt aquā esse admiscendam in calice de honestate tātum * veruntamen vbicunque admisceatur, conficietur sanguis. Item dicunt quidam, quod ex nectare, vel vino cocto conficietur quidquid ei admisceatur. H. tamen dicit quod non: quod verius est. Item de aceto conficitur * si ex vino factum fuit, alias nō: quia prope eadem visa est. ff. de cō. trah. emp. in venditionibus. tamen in omnibus his misturis transubstantiatur. Item not quod de agresta non potest confici sanguis inf. ead. cū omne. contra de musto ex vuis & racemis pōt ex necessitate, de alijs non. s. de pomis & huiusmodi. Sed qn dicemus quod possit? qn incipit esse vinū. Sed quando incipit esse consulēdus est vsus in hoc casu. Item circa panem not quod de alio pane non potest confici corpus Christi, nisi de frumēto, vt inf. ea. in sacramento & si alia farina admisceatur frumento, illa nō trāsubstantiatur. & in hoc non est diuersitas. Sed in alio est, quia dicit H. quod non possumus conficere nisi de frumento, vel de pane fermētato in ecclesia occidentali, & si fiat, nihil agitur. Baz. contra, quod conficiatur corpus Christi. Item nec confici potest si farina nō cum aqua, sed cum alio liquore admisceat.

* Admiscetur de præcepto. conc. Trid. sess. 22 c. 7.

* Nō de aceto proprie, sed de vino acescente, licet peccet qui ex tali confi cit. S. Tho p. 3. q. 74. artic. 5. ad 2.

Panis ad cōficiē[dum] debet esse ex frumē[n]to.

c ¶Nec corpus.] i. panis sub cuius specie iacebit corpus Christi, qui est trāsubstantiatus in corpore Christi.

d ¶Potest.] id est, non potest confici ex farina sola, scilicet ex solo pane multorum compage consolidato, nec aqua sola, &c.

e ¶Nisi vtrumque.] Id est, farina & aqua. quid si ex melle vel alio liquore fuerit farina aspersa, nunquid transubstantiatur ille panis in corpore Christi? non.

Scriptura dicit.] CASVS. Dicitur hic quod vino quod offertur in sacrificio, aquam miscere debemus, sicut Dominus fecit. si quis autem ex antiquis hoc prætermiserit, potest ei venia concedi: nobis autem qui per scripturas instruimur, non ita parceretur.

spiritale, [a] & cœleste perficitur. Sic vero calix [b] Domini non est aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur: quomodo nec corpus [c] Domini pōt [d] esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque [e] adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.

a ¶ Sine Christo.] *Apud Beatum Cyprianum sic legitur*, sanguis Christi incipit esse sine nobis: si vero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo: *quæ verba referuntur etiam infra ead. cap. cum omne. Sed ob glossam non est mutatum. Multa vero alia vbi illa non obstabat, ex ipsa epistola sunt emendata, itemque in sequenti capite.*

Idem in eadem epistola.

Cap. III.

Scriptura dicit: [Quotiescumque enim ederitis Panem istum, & calicem istum biberitis, mortem Domini annūciabitis, quoadusque veniat.] Quotiescumque ergo calicem in commemorationem Domini, & passionis eius offerimus; id quod constat Dominum fecisse, [f] faciamus. Sed vide † frater carissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter, [g] vel simpliciter [h] non hoc seruauit, & tenuit, quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit: potest simplicitati eius de indulgentia Domini venia concedi: † nobis vero non poterit ignosci, [i] qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mistum, secundum quod Dominus obtulit, offeramus.

Sent. 4. dist. 10. § sed video. *Lu.* 22. 1 *Cor.* 11.

† *& viderit.*] or.

† Cōcor. l. 1. § si ff. & edē. & l. si qs id. §. doli. ff. de iurisd. om. iud. & in auth. & in stru. cau. & fide. §. hæc aut omnia.

Item ex concilio Martini Bracharensis, cap. LV.

¶ Præter panem, vinum, & aquam in sacramento nihil debe[k] offerri. Cap. IIII.

Non oportet aliquid aliud in sacramento † offerri præter panem, vinum, [k] & aquam; quæ in typo Christi benedicuntur, quia, dum in cruce penderet, de corpo-

† *al. sanctuario.* 10. 19.

f ¶Fecisse.] Vide violentissimum arg. contra Græcos, verissimile enim est, quod Dominus azimis vsus est per ritū Iudæorū, & nos azimis vti debemus. G. tūc in domibus eorū non erant fermenta. verisimile tamen videtur quod alicui doctorum eorum reuelatum fuerit quod cōficerent in fermentatis. arg. contra. inf. di. 13. nosse.

Græci cō ficiūt in panib. fermētatis.

g ¶Ignoranter.] Arg quod ignorantia iuris excusat, i. su. 24. q. 1. si quis dederit. su. dist. 4. consuetudo. 31. q. 1. de his. su. dist. 52. solicitudo.

h ¶Vel simpliciter.] Sed nonne exemplum Domini ita potuit eos instruere sicut & nos? quare ergo excusabantur? Sed dic quod eos docuerunt patrum sacræ scripturæ de ipso Christo, quas tunc ipsi non habuerunt. ADDITIO. Arg supra 36 dist. in scripturis,

i ¶Ignosci.] Arg post admonitionem nō esse parcendum 12 q 2 indigne.

1 Scilicet partim, sed nō ex toto. Arc.

Non oportet.] CASVS. Hoc cap patet [In typo,] Id est in figura & significatione [Hæc tria vnū sunt] id est in vnum corpus Christi transeunt. Similiter sequens cap patet.

k ¶Præter panem vinum.] Quæritur an vinū & aqua transeant in sanguine tantum? respondit sic. e. t. c. de

est. mis. cum Marthæ. §. verum. Alij dicunt quod non: sed vinum in sanguinem, & aqua in aquã, * id est, vitalẽ humorem aquaticũ: sicut enim in humano corpore quattuor humores sunt ad instar quattuor elementorum extra c. in quadã, sic in corpore Christi, unde sic ex-

*Aqua vertitur in vinum & vinũ in sanguinẽ S. Th. ex Innocẽtio III. p. 3. q. 74. art. 8. in corp.

re eius sanguis effluxit & aqua. Hæc tria unum [a] sunt in Christo Iesu: hæc hostia [b] & oblatio Dei in odorem suavitatis.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 24.

Et in Afric. c. 4.

¶De eodem. Cap. V.

† al. Sacramẽtis. Burc l. 5. c. 3. & 14.

IN sacramento † corporis & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus tradidit, [c] hoc est panis, & vinum aquæ mistum, *& infra.* ¶Nec amplius in sacrificijs † offeratur, quàm de uvis, & frumentis. [d]

† al. primitijs.

Item ex sexta synodo, c. 28.

¶Oblationis sacrificio uvas nemo coniungat. C. VI.

DIdicimus, quòd in quibusdam ecclesijs sacerdotes sacrificio oblationis coniungũt uvas, quæ secundũ usum in altari offeruntur: & sic simul utraque populo dispensent. Præcipimus igitur, ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat: sed in remissionem peccatorum populo oblationẽ solam distribuat: & uvas seorsum benedictas [e] populus, qui petierit, accipiat, & fructuum α gratias agat.

¶*Est quasi summa quadam canonis citati. Nam in eo plura aliquãto verba sunt, sed eodem fere sensu.*

α ¶Et fructuum *Græce est,* πρὸς τὴν τοῦ δοτῆρος τῶν καρπῶν εὐχαριστίαν, *id est,* ad reddendas gratias fructuum datori.

Item Iulius Papa episcopis per Aegyptum. β

β ¶Per Aegyptum. *Apud cæteros collectores legitur,* per Aegyptũ missis. *Sed in Micrologo, c. 19 citatur ex eodem Iulio episcopis Aegypti. Eadem autem fere habentur nunc in Bracharensi, 3. c. 1. est sententia summatim collecta in Vuormaciensi, c. 4.*

¶De his, qui sacrificando varie errabant. Cap. VII.

Poly l. 3. tit. 9. Ans. l. 9. c. 53. Burc. l. 5. c. 1. Iuo p. 2. c. 11. & 12. & 15. Pann. l. 1. c. 147.

CVm omne crimen [f] atque peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur, [g] quid de cætero pro delictorũ expiatione Domino dabitur, quando in ipsa sacrificij oblatione erratur? [h] Audiuimus enim quosdam, schismatica ambitione detentos, contra diuinos ordines, & Apostolicas institutiones lac pro vino in diuinis sacrificijs dedicare: alios quoque intinctam Eucharistiam populis pro cõplemento cõmunionis porrigere: quosdã etiã expressum. [i]

expone: hæc tria sunt unũ in uno Christo, & hæc tria sunt tria, & tantum tria: quia vinum in sanguinem, & aqua in aquam, & panis in corpus conuertitur.

a ¶Unum]Id est, in unum transeunt corpus Christi: tamen hoc in illud, & illud in aliud, & tertium, in aliud conuertitur: & tamẽ pro uno reputatur, ut infra ea. l. comperimus.

b ¶Hostia.] & nihil ibi conuertitur.

Dñs miscuit aquam cũ vino.

c IN sacramento. ¶Tradidit.] ergo quod Dominus miscuit aquam cum vino, su. ea. l. scriptura & nos miscere debemus: quia docti viri cautela, &c. 81. distin legitur.

d ¶Et frumẽtis.] Id est, panem frumentaceũ: quia Christus fuit granum frumenti, de pœ. dist 2. cum sanctam, sed sicut dicitur ab eis, qui experti sunt, loliũ de frumento nascitur, ut dist 56 nasci nunquid si de lolio fiat panis. ille per verba transubstantiatur? non, nunquid si frumento addatur piper, conuertitur in corpus Christi? non, sed reliquũ tantum, quare non ita reliquum conuertitur si fermẽtum addatur? * quia ibi nihil est animi, cuius possit fieri consecratio: & ideo nihil conuertitur argu. 24. q. 3. resecandæ.

piper frumẽto additum nõ transit in corpus.

*Immo etiam in fermentato cõficitur, peccaret tamẽ presbyter in ecclesia latina cõficiens de pane fermentato. S. Thom. p. 3 q. 74. art. 4. in cor.

DIdicimus.] CASUS. Hu. sic ponit hunc casum. Hæc cõsuetudo erat apud quosdam quòd uvas benedicebant benedictione sanguinis: & simul cũ corpore Christi populo distribuebant, quod ne de cætero fiat, præcipit synodus.

e ¶Benedictas.] Benedictione vulgari, non illa speciali appropriata Eucharistiæ. inf. ead. accipite, & solet uva benedici in festo sancti Sixti.

CVm omne crimen.] CASUS. Hu. sic ponit hunc casum in hoc ca. Iulius Papa quosdã in sacrificij oblatione errantes reprehendit. Quidam enim lac pro vino offerebant. Alij intinctam Eucharistiam populo distribuebant. Alij botrum integrũ sacrificabant: & postea exacinatum uel expressum in calice dabant. Alij pannum lineum tinctum musto per totum annum reseruantes, tempore sacrificij partem eius in aqua lauabãt: & sic offerebant. ponit ergo prius istos quattuor errores: postea per ordinem destruit, & remouet omnes tales errores, asserens in oblatione sacrificij nihil esse offerendum nisi panem, & vinũ, & aquã: ergo non lac, nec uva ibi dẽt offerri. Item nec aqua sola debet offerri, qd vñr facere illi, qui prædictum pãnũ lauant [Vinũ expressũ.] Id est, Botrũ: vel uvã expressã quasi degranatã & exacinatã in calice. Vel vinũ expressum, de botro post consecrationẽ, vel ante consecrationem, sed non apponebant aquam.

f ¶Cum omne crimen.] Quattuor errores extirpantur in canone isto.

g ¶Deleatur] i. cũ ad hoc sacrificiũ offeratur, ut per ipsum peccatũ deleat. inf. ea di. species & similitudo.

h ¶Erratur.] quod fit in calice.

i ¶Expressum.] i. degranatum botrum, nam ex vino

expresso licenter hoc fieret. Vel expressum post consecrationē, vt tunc vice sanguinis sumatur. ante enim liceret i vt infra ea. dicitur, sanguis n. Domini prelo crucis. & cęteris instrumentis passionis de corpore eius pressus emanauit. extra de celebra. Miss. cum Marthæ. versi. aliquibus.

cum etiā dixerit: tu dixisti. Alij dicunt quòd in aure Ioannis dixit: qui intingit, &c. vel dic, ꝙ nō prodidit quia dixit talibus, qui poterant prodesse, & nō obesse. 22. q. 1. hoc videtur. 10.

g ¶De expresso.] Hic de tertio errore, scilicet post cōsecrationem. Vel expresso, id est, non misto cū aqua.

i Hic vult dicere, ꝙ ante cōsecrationē bene licet exprimere: & sic consecrare. Arch.

a ¶Quod quàm sit Euangelicæ.] hæc omnia prædicta respicit: & sic vltimum prohibetur: si enim non esset illicitū, hoc inter alia reprehensibilia non cōnumeraretur: cū omnia, quæ simul in prohibitione veniunt, simul prohibita intelligamur. ar. 7. q. 1. denique. ver ad dendo ff de verb. obl. Titia. & ff de iur & fact. ign regula § vlt. & vltimo loco postea per se prohibetur. Vel refertur tātum ad vltimum: & sic expresse vltimum prohibetur. Dicunt tamen quidam, quòd vltimum hic non prohibetur.

b ¶Cum enim magister.] Hic extirpat primum errorem.

c ¶Illud vero]& ita extirpat errorem secundum.

d ¶Intinctā.] vt inf. ea no. super cap presbyter, contra ibi dicitur, ꝙ seruari debet intincta ad opus infirmorum, quod non reprobo: licet non necesse sit quod intingatur, sed Hug. dicit illud esse abrogatum.

e ¶Et seorsum.] Sed nunquid verum est, ꝙ separatim consecretur corpus Christi, & separatim sanguis? Dicunt quidam ꝙ non fit transubstantiatio nisi in vltima syllaba totius formæ prolata. Alij uero dicunt, ut Hu quod cum dicit, Hoc est corpus meum, quod transubstantiatur sub illa conditione, s. si statim subiungat, Hic est sanguis meus, aliter non. Alij dicunt, incertum esse in rerum natura vtrum incontinenti sit corpus Christi. ff. de iudi. sed & si § vlt Sed ego dico, ꝙ si per copulatiuam duo dicuntur, tunc in prolatione huius vocis, Hoc est corpus meum, trāsubstantiatur corpus,* & in prolatione consequentis vocis, siue locutionis transubstantiatur sanguis, sed si per copulatiuam tantum vnum dicatur, tunc fiet tantum in vltima littera transubstantiatio. De hoc not. inf ea quia corpus.

f ¶Proditorem.]Cum dixit, hic me tradet. Sed cessat oppositum de proditione: quia Dominus non prodidit eum, non est enim proditio de futuro, sed de præterito: nam tradet, futurum est: si ergo propalauit, nō prodidit. Vel dicendum ꝙ hoc fecit ad instantiā eius,

Corpus Christi & sāguis an consecret separatim

* Ex vi verborū consecrationis separatim panis trā substātiatur in carnem, & vinum in sanguinē: sed ex vi naturalis cōsecutionis, transubstantiato pane in carnē totus adest christus, item quo transubstātiato vino in sanguinē.

Cur eius verū Iudā prodiderit.

vinum in sacramento Dominici calicis offerre: alios vero pannum ß lineum musto intinctum per totum annum reseruare, & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare, & sic offerre. Quod quàm sit Euangelicæ,[a] & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ aduersum; non difficile ab ipso fonte veritatis probabitur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt. Cum enim magister [b] veritatis verum salutis nostræ sacrificium suis commendaret discipulis; non illis lac, sed panem tantum, & calicem sub hoc sacramento cognouimus dedisse. Legitur enim in Euangelica veritate: [Accepit Iesus panem, & calicem, & benedicens dedit discipulis suis.] Cesset ergo lac sacrificando † offerri: quia manifestum, & euidens Euangelicæ veritatis exemplum illuxit, quòd præter panem & vinum, aliud offerri non licet. † Illud vero, [c] quod pro complemento Communionis intinctam [d] tradunt Eucharistiam populis, nec hoc prolatum ex Euangelio testimonium recipit, † vbi Apostolis corpus suum & sanguinem commendauit. Seorsum enim panis, & seorsum [e] calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo, quem intincta buccella, magistri proditorem [f] ostenderet, non quæ Sacramenti huius institutionem signaret. Nam quòd de expresso [g] botro, id est, de vuarum granis populus communicatur, † valde est omnino confusum: sed si necesse sit, botrus in calice comprimatur, [h] & aqua misceatur: qua calix Dominicus iuxta canonum præcepta vino, & aqua permistus debet offerri: quia videmus in aqua populum intelligi, [i] in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in calice vino aqua miscetur; Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ, & vini sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa non possit separari. Nam si vinum tantum quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis: [k] Si vero aqua sit sola: plebs incipit esse sine Christo. Ergo, quando botrus [l] solus offertur

Io. 13.

† al. in sacrificio.

† al. finis

† al. receperit

† al. communicat.

Sent. 4. dist. 10.

h ¶Comprimatur.] Arg. quòd vini defęcatio nō est necessaria ad confectionem.

i ¶Intelligi.]Nā legitur in Apoc. Aquæ multæ populi multi. Item aqua dicitur pœnitentia sup. di. 6 testamentum. quandoque dicitur scriptura 32 q 5. si Paulus, quandoque dicitur aqua tentatio, Vt Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę, &c.

tudine primo nascitur granum: portatur ad aream, trituratur, in horreo ponitur, postea molitur, postea aqua conspergitur, & sic fit panis. Ita est de nobis, quod ex ipsa littera facile est assignare. Secundo ostendit, quod debemus esse vnum, sicut ille panis est vnum ex multis granis & vinum

retici accipiunt corpus Christi, contra se accipiunt, cum iste panis significet vnitatem: & ipsi quærunt diuisionem. In tertia dicitur, quod quicunque baptizatus particeps efficitur corporis Domini, etsi ante decedat, quam de pane illo edat, vel de calice bibat.

sus [a] est Dominus pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento corpus & sanguinem suum: quod etiam fecit [b] & nos ipsos. [c] Nam & nos ipsius corpus facti sumus, [d] & per misericordiam [e] eius, quod accipimus, nos sumus. Recordamini: & vos non fuistis, & creati estis, ad aream Dominicam comportati estis laboribus boum, id est, annuncianttium Euangelium, triturati estis, quando catechumeni differebamini; in horreo [f] seruabamini, nomina vestra dedistis: [g] cœpistis [h] moli ieiunijs, & exorcismis, postea ad aquam venistis, & conspersi estis, & panis [i] Dominicus facti estis. Ecce, quod accepistis. Quomodo ergo videtis esse vnum, [k] quod factum est; sic vnum estote vos, diligendo vos, tenendo vnam fidem, vnam spem, indiuiduam charitatem. Hæretici, quando hoc accipiunt, testimonium contra se accipiunt; quia illi quærunt diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem. sic & vinum [l] in multis racemis post pressuram torcularis. Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem, & contritionem cordis iam in nomine Christi, tanquam ad calicem Domini venistis: & ibi vos estis in mensa, & ibi vos estis in calice, nobiscum vos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuimus. *Item in sermone de infantibus.* ¶ Ita Dominus Iesus Christus nos significauit, nos ad se pertinere uoluit, mysterium pacis, & vnitatis [m] nostræ in sua mensa consecrauit. Qui accipit mysterium vnitatis, & non tenet vinculum pacis; non mysterium accipit pro se, sed testimonium [n] contra se. Nulli est [β] aliquatenus ambigendum tunc vnumquemque fidelium corporis [o] & sanguinis Dominici fieri participem, quando in baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis, calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc sæculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio non priuatur, quando in se † hoc, quod illud sacramentum significat, [p] inuenit. †

Beda ibidem paulo superius ex Aug. in serm. ad infantes ad altare de sacramento. inf. ead. q. mãducat. Sent. 4. dist. 8. inf. dist. 4. nulli Sent. 4. dist. 9. poly. l. 3. ti. 10.

† al. ipse
† al. inuenitur.

b ¶ Quod etiam fecit.] hæc simplex est relatio, nam refertur ad ecclesiam, non ad corpus suum sumptum de Virgine, de quo sermo præcessit. non ergo fecit nos corpus suum quod natum est de Virgine, & sumitur in altari sub specie panis & vini, sed fecit nos corpus suum spirituale, s. ecclesiam fidelium: vt infr. ead. commendauit. sed ideo dicit spirituale, licet consistet de corporalibus partibus, s. fidelibus, quia partes eius non corporali, sed spirituali vinculo charitatis in eius compositione vniuntur, licet corpora sequestrentur. inf. ead. hoc sacramentum. immo & per illud digne sumptum efficimur vnum cum Christo et in natura. inf. ea. in Christo pater.

Christus fecit nos corpus suum.

c ¶ Nosipsos] participatione corporis sui fecit nos dignos beatitudine æterna, qua fruitur eius humanitas.
d ¶ Facti sumus.] Per fidem & charitatem. extra de sum. trin. & fide cath. damnamus.
e ¶ Per misericordiam.] id est, remissionem peccatorum.
f ¶ In horreo.] Id est, in ecclesia.
g ¶ Dedistis.] In scriptis, vt olim fiebat, vel voce, vt fit hodie. inf. dist. 4. baptizandi.
h ¶ Cœpistis.] arg. contra inf. di. 3. sine pænitentia sed hoc in reuerentiam sacramenti.
i ¶ Et panis] Id est, de corpore ecclesiæ, quod per Dominicum corpus figuratur.

Ecclesia ex pluribus adunatur.

k ¶ Vnum.] Siue vnum panem ex pluribus granis, siue vnum corpus Christi ex pluribus membris purissimis, cuius figuratum est ecclesia sacrosancta, qua ex pluribus personis adunatur.
l ¶ Vinum] Id est potabile.
m ¶ Mysterium vnitatis.] Scilicet corporis Domini, quod est signum vnitatis, vt inf. ea. hoc sacramentum.
n ¶ Sed testimonium] inf. dist. 4. nulli est aliquatenus.
o ¶ Corporis] Id est, vnitatis ecclesiæ per corpus Christi significata infra, ead. hoc est.
p ¶ Significat.] Nam ipsi sunt etiam ipsa ecclesia sup. 24. q. 3 schisma. & c. omnibus.

α ¶ Vnum est.] *Ita emendatum hoc ex Beda, quemadmodum & multa alia. Huius vero lectionis vestigium erat in manuscriptis, & apud Iuonem. In vulgatis legebatur* Vnum in sua natiuitate, calix post, &c.

β ¶ Nulli est.] *Hæc usque ad finem habentur infra dist. 4. ca. nullis. & in Polycarpo citantur ex Innocentio.*

& vinum ex multis racemis vnum, & sicut vinum post pressuram est potabile, sic nos post pressuram sumus digni potare calicem. Tertio ostendit, quod hoc sacramentum est vnitas: vnde qui accipit hoc, & non est in vnitate, testimonium accipit contra se: qui vero in vnitate est, quamuis hoc sacramentum non accipiat sacramentaliter, eius tamen beneficio non priuatur. Sequens capitulum patet.
a ¶ Quia passus] In prima parte dicitur nobis ideo Dominum corpus suum in sacramento commendasse: quia illud pro nobis obtulit passioni: & nos fecit illud corpus, & dicit qualiter. In secunda parte dicitur quod si hæ-

Corpus Christi nunquid erat totũ ãn fractionem sub qualibet parte hostiæ.

a Cvm frangitur Hostia.] Hoc totũ referas ad species exteriores, & secundũ hoc dices ipsa accidentia frãgi, & dare sonitũ. Sed nũquid ante fractionẽ totũ corpus erat sub qualibet parte illius hostiæ, vel pars corporis cõmẽsurabat se parti hostiæ? Si nõ fuit sub qualibet parte hostiæ, ergo sequitur ꝙ aliquid modo est sacramentum Eucharistiæ, quod priu nõ fuit, quia cum forma integra fuit, nulla pars eius poterat dici sacramentum, quia sub nulla tunc erat corpus. Si dicis ꝙ corpus Christi est in qualibet parte hostiæ; ex hoc sequitur, ꝙ idem corpus sit quantumlibet magnũ, & quantũlibet paruum, & qđ corpus ipsum cõem formã habeat, & sic totũ rotundum & quadratũ secũdum ꝙ est sacramentum. Sed his obiectionibus inde per similitudinem speculi quod frangitur: vbi eadem forma resplendet in paruo & in magno speculo.

1 Sed nũquid sumimus ĩ eadẽ forma, qua fuit passus? non, sed tantũ sumimus corpus qđ habet eãdẽ formã, quã vbicũque sumit, habet eãdẽ formam; sed apparenter in vno loco est in illa forma secũdũ H. B. & L. Et not. ꝙ ecclesia tãtũ ꝓ suis orat, uel laudat Deũ, qñdicit sanctus, sanctus, sanctus, quasi dicat, sãctus pro his, q regnant in cœlo. sanctus pro his, q patiũtur in purgatorio. sanctus ꝓ his, q peregrinãt in mũdo. Et pp hãc eãdẽ canonẽ hostia sacrata diuiditur in tres partes in altari secũdũ Hostiẽ q hoc sẽtit in sũma d poe. & remis. §. qbus mortuis. ver. tertio Arch.

I N quibus] Hæc est 15. pars. q. in qua probat ꝙ in sacramẽto altaris est corpus Christi, cui angeli assistunt, & hoc probat per 4. canones. Ioan. de Fan.

CASVS. Bene sic ponit hunc casum. Reprehendũtur hic qui dam hæretici. qui nõ credebant in sacramẽto Eucharistiæ esse corpus Christi, quod apud nos sciunt pueri. ibi enim carnem Christi verã comedimus, & verũ eius sanguinẽ bibimus: vt in corpus eius spiritua le transeamus, & in æternũ viuamus, qđ contra naturam fit ꝑ miraculũ: sicut ipse contra naturam fuit natus de Virgine.

b ¶ In qbus] Reprehenduntur quidã clerici, qui nõ credebant verum corpus & sanguinem Christi sub illis speciebus latere, cum nullus laicus sit qui ignoret hoc, Domino dicente: Caro mea vere est cibus, & infra ead. cibus.

c ¶ Infantium.] Id est, populariũ. qui infantibus collatione clericorum comparantur. dist. 4. denique. Vnde quærendo dicit: Quomodo clerici ignorant qđ laici sciunt? 1. q. 1. vilissimus.

d ¶ In carnem.] Spiritualem, id est, in corpus spirituale à carne figuratum, id est ecclesiæ vnitatem 3. q. 4. Engeltrudam. sup. ea. quia passus.

e ¶ Caro.] Id est, homo habens carnem nostram.

f ¶ Idem est cibus.] Id est, similis.

g ¶ Aquilæ. Lãfrancus ibidem.

Item in libro sententiarum Prosperi.

¶ Dum Hostia frangitur, passio Christi ad memoriam redit. Cap. XXXVII.

CVm † frangitur Hostia, a dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud, quam Dominici corporis in cruce immolatio, eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Alg l. 1. cap. 19. Iuo p. 2 cap. 9. Pannor. l. 1 c. 140. †al. Dũ

¶ *Apud Lanfrancum (apud quem fere habentur, quę à Gratiano citantur ex libro sententiarum Prosperi, aut ex Aug. in lib. sententiarum Prosperi) hæc antecedunt.* Sacramenta enim illarum rerum, quarum sunt sacramenta, semper similitudinem gerunt, sicut in sacramento, de quo hæc quæstio uentilatur, dum frangitur Hostia, &c.

Item Leo episcopus, & sancta synodus, quæ in vrbe Romana conuenit clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli, ita scribit. Leo. I. epist. 23 al. 22.

¶ De ueritate corporis, & sanguinis Christi ambigere nõ licet. Cap. XXXVIII.

15 IN quibus b isti ignorantiæ tenebris, in quo actenus desidiæ torpore iacuere? vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei, in omnium ore tã consonum est; vt nec ab infantium c linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur: quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur. vt accipientes uirtutem cælestis cibi, in carnem d ipsius qui caro e nostra factus est, transeamus! Idem † est cibus f a refectionis, est cibus sanguinis. Sicut enim caro Domini vere est cibus, ita sanguis vere noster est potus. *Idem.* ¶ Est etiam corpus, de quo dictũ est, [caro mea uera est cibus, & sanguis meus vere est potus.] Circa hoc corpus aquilæ g sunt, quæ alis circumuolitant spiritualibus. *Idem* ¶ Vnde & corpus Christi edimus ut vitæ æternæ possimus esse participes. *Idem.* ¶ Cuius β clare h argumentis utimur, suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterij veritatem. *& infra.* ¶ Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus Christus partus ex Virgine? Ansl. l. 9. cap. 6. & 7. † al Item.] Est cibus. Ioan. 6. Amb in c. 17. Lucę. l. 8. cap. 7. Ad c. 22 Lucę lib 10. capit 9. De iis, qui initiantur cap. 9. Iuo par. 2. ca 7. inf ead. reuera. Sent. 4. dist. 10.

a ¶ Idem est cibus.] *In aliquot vetustis codicibus.* Idem Leo Papa est cibus, &c.] *Eundem que Leonem citat Anselmus. Cæterum apud Beatum Leonem non sunt inuenta, sed apud Beatum Ambrosium cuius etiam sunt sequentia varijs ex locis collecta.*

β ¶ Cuius clare, *Gratianus infra cap. reuera si. refert ex Ambrosio.* Sed quis argumentis utimur? suis utamur exemplis, incarnationis, &c *Et ita etiam Algerus. Iuo reliqua eodem*

g ¶ Aquilæ] Angeli vel fideles, quorum iuuentus, vt aquilæ renouatur, vt 23. q. 4. cum in lege. 24. q. 1. quoniam vetus. Fideles dicuntur & quilę.

h ¶ Clare.] Id est, sicut ille carnẽ nostram sumpsit, ita & nos sumamus carnem illius, uel id est, cuius verba

ba sumimus in argumentum, hęc scilicet caro mea vere est cibus &c. de illo sumamus exemplum incarnationis suæ infra ca reuera.

PAnis & calix] CASVS Eucharistia verborum certa forma cõsecratur, non qualibet: nec hoc fit à natura nec humana institutione, nec confert ad salutem propter humanam benedictioem [Non nascitur.] Id est, non fit nobis mysticus a natura, sed consecratione Euangelica consecratur, quamuis sit panis ante consecrationem, vel id est, quamuis videtur species panis & vini, quæ iam non sunt, sed fuerũt. [Nõ religionis.] Supple tantum, id est, religiose tractandum & sumendum: non quod benedicimus in mensa. Sequentia duo c. patent.

modo tantummodo in hac discrepat, quod habet, incarnationisque nouitate. *Sed retenta est Gratiani lectio cum ob glossam, tum quoniam Lanfrancus fere concordat cum Gratiano ubi expositam à se catholicam veritatem confirmat B Ambrosii verbis.*

Item Ambrosius in libro de catechizandis rudibus.

¶Non natura nascitur, sed consecratione nobis conficitur corpus & sanguis Christi. Cap. XXXIX.

PAnis & calix non qualibet, sed certa [a] consecratione mysticus fit nobis, [b] non nascitur. [c] Proindè, quod ita fit nobis, [d] quamuis sit panis & calix, alimentum est resurrectionis, [e] non sacramentum religionis, non, quod benedicimus, [f] gratiasque agimus Domino in omni eius munere, [g] non tantum spiritali, [h] verumetiam corporali.

¶*Iuo citat ex Augustino in libro de catechizandis rudibus. Beda ad cap 10 prima ad Corinthios, & Algerus citant ex B. Augustino contra Faustum, habeturque libro 20. contra Faustum cap. 13 Verum apud Algerum, & Iuonem est in summam redactum; apud Gratianum multis praeterea locis deprauatum; quæ ob glossam correcta non sunt. Verba Beati Augustini sunt hæc.* Non autem panis & calix non quilibet, quasi propter Christum in spicis, & in sarmentis ligatum, sicut illi desipiunt; sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. Proinde, quod non ita fit; quãuis sit panis & calix, alimentum est refectionis: non sacramentum religionis; nisi, quòd benedicimus gratiasque agimus Domino in omni eius munere non solum spiritali, uerumetiam corporali.

Item Ambrosius in libro de ijs, qui mysterijs initiantur, cap. 9.

¶Quod ante benedictionem panis & vinum est, post benedictionem est corpus, & sanguis Christi. Cap. XL.

ANte benedictionem verborum cœlestium alia speces nominatur, post benedictionem † corpus significatur: [i] *Item ibidem* ¶In illo sacramento Christus est. *Item libro 4. de sacramentis, c. 5.* ¶Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum. [k]

Item Augustinus in libro sententiarum Prosperi.

¶Sub specie panis & vini inuisibilem Christi carnem & sanguinem honoramus. Cap. XLI.

NOs autem in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est, Christi carnem & sanguinem honoramus, nec similiter comprehendimus [l] † has duas species, ex quibus consecratur Dominicum corpus, quemadmodũ ante consecrationem comprehendebamus: † cum fideliter fateamur ante consecrationem esse panẽ & vinum, [a] quod natura formauit; post consecrationem uero Christi carnem & sanguinem, quod benedictio consecrauit.

a ¶Et vinum.] *Apud Lanfrancum, dum verba Augustini in libro de catechizandis rudibus ab aduersario sibi obiecta interpretatur, sic legitur*: esse panem, vinumque i. eas res; quas natura formauit; inter sacrandum vero conuerti in Christi carnem

a ¶Sed certa.] Id est, diuina.
b ¶Fit nobis.] Id est, ad nostrã vtilitatem.
c ¶Non nascitur.] Id est, non ex natura, sed miraculose conficitur extra c. Marthæ, ver. cedit r.
d ¶Quod ita fit nobis.] Id est, quod ita consecretur nobis corpus Christi.
e ¶Resurrectionis] Id est, spiritualis refectio animæ a peccato resurgentis. de pœ distin. 1. §. hoc idem resuscitatus.
f ¶Non quod benedicimus.] Gratiasque agimus, id est, non est sicut corporalis esca, quam benedicimus, & gratias Deo agimus: quod quidem facimus in omni munere, &c. 2.
g ¶Munere.] quod agere debemus.
h ¶Spiritali.] Id est, aliquid significante.
i ANte benedictionem] ¶Significatur.] Et licet verba successiue proferantur: non tamen successiue consecratio fit: sed in vno instanti corrumpitur panis, scilicet in vltimo instanti plationis verborum, & licet panis sit corpus cõpositum, momẽtanea est tamen eius corruptio supr. ea quia corpus. versi. ergo.
k ¶Peccatorum] Venialium, uel etiam mortalium; scilicet per fidem, ut supr. ea. cum omne. & sup. ea. species.
l NOs autem.] ¶Comprehendimus] Id est, intelligimus vel accipimus, nam vbi erat verus panis ante, & verum vinum, modo sunt

1 Scilicet fit misticus, & cõsecratione Euangelica cõsecratur. H.

2 Vt sup. eod. dicimus Vel aliter, i. non ideo fit panis & calix mysticus, quod i. quia ipsũ benedicimus quacunque benedictione, sed quia tali benedictione benediximus, quæ à Deo est instituta. Arc.

3 Dum tũ pœnituerit. alias grauaret potius, quam iuuaretur sup. e quotidie, &c. qui scelerate Arch.

Beda. 1. Cor 10. Alcuinus de diui. officijs f. 17. Alger. lib 1. c. 6. Iuo p. 2. c. 1. Pann. l. 1. c. 123.

infr. ea. reuera. Sent. 4. dist. 10. Alg. lib. 1. ca. 9. Iuo p. 2 c. 7. Pann. l. 1. c. 124.

† al. consecrationẽ.

Habetur apud Lãfrancum ex August. in li. de catechiz. rud. Cassiodorus in ps 109. Sent. ibidem. Alg. l. 1. cap. 7. & 10. Iuo p. 2. c. 9. Pann. lib. 2. 125.

† pendimus] vera lectio.

† pẽdebamus] uera lectio.

tantum accidentia, ut sup. ead. dist. species & infra ea. dist. panis est in altari.

EGo Berengarius]Hæc est 16 pars dist. in qua probat per 9. cap. q in sacramento altaris non solum sacramentum, sed verum corpus, & verus sanguis: tamen sub speciebus panis & vini adopertum: est tamen idem corpus quod est de Virgine natum. Ioan. de Fant.

nia referas ad species ipsas, nō de Christi corpore partes non fecimus, vt infra ead qui manducat. Partes sūt ō corpore Christi.

f ¶Homousion] id est, eiusdem substantiæ. ADDITIO. Homon in Græco, idē est, quod idem, vel vnum. Vsia, id est, substantia: ideo dicitur Trinitas homousion,

& sanguinem; quas vtrasque res benedictio consecrauit. *Iuo autem habet fere vt Gratianus.*

¶ Confessio† Berengarij. Cap. XLII.

Ex actis syno. Róm. sub Nicolao ii. Lanfran. ibid. Alg. l. 1. c. 19. Sent. 4. dist. 12. Iuo p. 2. c. 10. Pann. l. 1. c. 126.

16 EGo Berengarius indignus Sancti Mauritij Andegauensis ecclesiæ diaconus cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem [a] hæresim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus sum: quæ astruere conatur, panem [b] & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse; [c] nec posse sensualiter, nisi in solo Sacramento manibus Sacerdotum tractari, uel frangi, [d] aut fidelium dentibus [e] atteri. Consentio autem Sanctæ Romanæ, & Apostolicę sedi: & ore, & corde profiteor de sacramentis Dominicæ mensæ eandem fidem me tenere, quam dominus, & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus auctoritate Euangelica, & Apostolica tenendam tradidit, mihique firmauit: † scilicet, panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, & sensualiter non solum sacramento, † sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri; iurans per sanctam, & homousion [f] Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus, & sectatoribus suis æterno anathemate dignos esse pronuncio. Quòd si ego ipse aliquando contra hæc aliquid sentire, aut prædicare præsumpsero; subiaceam canonum seueritati. Lecto [g] & perlecto sponte subscripsi. ¶ Hanc confessionem fidei de corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi a Berengario Romæ coram cxij. episcopis factam, misit [h] Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunque loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit: vt ecclesiæ, quæ prius doluerant de auerso, atque peruerso; a postea gauderent de reuerso, [i] atque conuerso. [k]

† al. Iuramentum.

† al. formauit

† al. in sacramento.

Lanfrancus, & Iuo ibidem.

¶ In regesto Gregorij VII. lib. 3. & 6. in synodo an. Dom. 1079. habetur alia eiusdem Berengarij abiuratio. Cui repetitioni quid causam dederit, exponitur in scholijs conciliorum, quæ Coloniæ quatuor tomis sunt impressa.

a ¶Peruerso.] *Ita etiam Iuo Lanfrancus habet,* aduerso.

Item Ambrosius libro de officijs.

1. 6. de sacramentis, c. 1. & ex eo Lanfrancus, & Iuo, sed paulo aliter.

CASVS Berēgarius iste fuerat infamatus de illa hæresi, quæ astruit post consecrationem non esse in altari verū corpus Christi, & verum sanguinem, sed tantum sacramentum corporis & sanguinis Christi. Vnde Berengarius in plena synodo coram Nicolao Papa se purgauit, & prætatæ hæresi in totum abrenunciauit, & confessus est, quòd sub specie panis, & vini verum corpus Christi, & verus sanguis lateat, & sumatur à fidelibus, non tantum in sacramento, sed in rei ueritate: & confessus est se credere de corpore Christi quod catholica tenet ecclesia. Et hanc confessionem, quam fecit, mittit Papa episcopis per diuersas prouincias.

a ¶Omnem.] Hoc fecit ex abundantia [a], quia non tenetur se purgare nisi de hæresi, de qua erat infamatus. argum. 2. q. presbyter si à plebe. 1. et fit argu contra, quia qui deliquit in uno, factus est omnium reus, supra de pę. dist. 5. c. vltim. & errat in tota Trinitate, qui erret in vna persona infra distinct. 4. in synodo. Ioan.

a Arg. ad hoc C. de testa. testamētū, sed arg. cōtra ff. vt leg. not. hæc stipulatio §. diuus Arc.

b ¶Panem.] Id est, species panis & vini esse sacramentum tantum.

c ¶Christi esse.] Idest, continere sub se verum corpus Christi, & verum sanguinem post consecrationem.

d Vel frangi] Id est, fractis, aut tritis speciebus sumi.

d ¶Vel frangi.]Id est, non tm̄ pōdus, & reliquas sacramenti qualitates sensibus corporis percip: fateor, sed etiam sub illis speciebus fractis & attritis partibus totum & integrum Christi corpus esse profiteor, totum manducari, totum sumi, infra ead. qui manducat.

e ¶Dentibus.]Nisi sane intelligas verba Berēgarii in maiorem incides hęresim q̄ ipse habuit: & ideo omnia referas ad species ipsas, nō de Christi corpore partes non fecimus, vt infra ead qui manducat.

monision, id est, vnius substantiæ. Archid.

g ¶Lecto.] Hucusque verba Berengarii fuerunt: ea quæ sequuntur, sunt verba notarii.

h ¶Misit.]Ergo sicut excōmunicationis epistola mitti debet, &c 11. quæst. 3. curæ. ita & absolutionis, ut 6. q. 4. ita quæstione vltima cap. vnico 2.

a Sic 15. q. 5. de crimine. ar. de pæ. dist. 1. agite supr. 1. q. 7. didici. Arch.

i ¶De reuerso.] Ad fidem.

k Conuerso.]Ad Deum arg. de pœn. distin. 1. agite 1. q. 7. didici.

Fos-

¶ Quare elementorum species reseruentur, cum uere sit corpus Christi, & sanguis. Cap. XLIII.

Lifrancus ibidem. Iuo par 2.c. 7. pann.l.1.c.127.

FOrte a dicas, quomodo uera caro, quomodo, uerus sanguis, b qui similitudinem non uideo α carnis, non uideo sanguis ueritatē? Primo omnium dixi [c] tibi de sermone Christi, qui operatur, ut possit mutare, [d] & conuertere genera, & instituta naturæ. Deinde, ubi non tulerunt sermonē Christi, discipuli eius: sed audientes, quòd carnem suā daret manducare, & sanguinem suum bibendum, recedebant; solus autem Petrus: dixit, [Verba uitæ [e] æternæ habes, & ego à te quo recedam?] ne igitur plures hoc dicerēt, [f] & ueluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia [g] redemptoris; † ideo in similitudine [h] quidem accipis sacramentum; sed ueræ naturæ [i] gratiam, uirtutemque consequeris: [Ego sum, inquit, panis uiuus, qui de cœlo descendi.]

Io. 6. — † al. redemptionis. — Io. 6.

α ¶Non video.] *Eodem fere modo est apud Iuonem. In originali autem, nec multo secus apud Lanfrancum, hic locus sic habet.* Forte dicas: quomodo vera? qui similitudinem video, non video sanguinis veritatem.

Item Augustinus in expositione ps. 54.

¶ Non carnaliter, sed spiritualiter Christi corpus, & sanguinem debemus accipere. Cap. XLIIII.

Lifran. ibidē. Alg. l.1.c.11.& 21. Iuo p.2.c.8. Pann.l.1.c.133. Io. 6. Sent.4.dist.10. Tract.27. ī Io. & in Ps. 98.

PRima [k] quidem, *inquit.* [l] hæresis in discipulis Christi, uelut à duritia eius [m] sermonis facta est. Cum enim diceret, [Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit uitam æternam.] illi non intelligentes dixerunt ad inuicem, [Durus est hic sermo; quis potest eum audire?] dicentes, quia durus est hic sermo, separauerunt se ab illo: remansit cum duodecim. Discedentibus illis instruxit eos, qui remanserunt. Spiritus [n] est, inquit, qui uiuificat, [o] caro [p] nihil prodest.

FOrte.] CASVS. quidam mirabantur quomodo in sacramento sit caro Christi & sanguis: cū ibi nō appareat forma carnis & sanguinis Christi. Et respōdet Ambro hoc fieri verbo, & virtute Dei, vt sub aliena specie sumerei corpus & sanguis Christi, ne viderentur homines carnem humanam sumere, & sāguinem, & dicerent sicut Apostoli dixerūt: Durus est hic sermo, & recesserunt à Christo.

a ¶Forte.] Sunt quidam, qui nō credunt corpus Christi esse in altari, quia impossibile eis videtur quod dicitur: prætεrea quia non vr̄ nisi species panis & vini. In prima ergo parte ponit eorū dubitationem. In scd̄a ostendit nō esse impossibile, & quare sub specie panis & vini corpus & sanguis sint in altari.

b ¶Sanguis.] est in altari, vel creditur.

c ¶Dixi.] in alia parte capituli quę nō est hic, sed est cap. reuera.

d ¶ Mutare.] Infra ea. reuera. & sup. ead. quia corpus.

e ¶Verba vitæ.] Id est, tu ipse es vita, & ita qui digne te sumit, sumit vitam æternam & propter hanc ꝯfessionem meruit Petrus consortium cælestis habitaculi. 50. distin. fidelior.

f ¶ Hoc dicerent.] scilicet, durus est hic sermo, & qs potest eū capere? & ita scādalizati de fide recesserūt, quia fides non habet meritum cui humana ratio p̄bet experimentum. arg de pęn. dist. 4 in domo. Tribus ergo de causis sumitur corpus Christi sub alia specie, & non sub sua visibiliter, scilicet ut fides habere meritum vt hic. Et ne esset horror carnis & sanguinis Et ne rediculum fieret paganis. inf ea. panis, &c.i. Quarta etiam causa potest notari ibi, ne igitur plures &c. Item quia non habemus in vsu carnē crudam comedere. infra ead. quid sit. in fine. Sed quare potius sumitur sub illis speciebus panis & vini, quàm sub aliis? quia istæ duę species sunt magis amicæ humanæ naturæ, præterea sicut corpus principaliter his duobus cibis nutritur, ita principaliter anima illo cibo, scilicet corpore Christi & sanguine pascitur. Ioan.

Corpus Christi sub alia specie sumitur triplici rōne. 1 Istę duę causę assignāt hic & inf. ea. quod sit. & hoc e. panis.

g ¶Gratia.] Id est, gratis corpus datum.

h ¶In similitudine.] Id est, in specie panis & uini.

i ¶Naturæ.] scilicet corporis Christi.

PRima quidem.] CASVS. Dicitur in hoc c. 1. quod in nouo testamento male senserunt de corpore Christi quidam eius discipuli. cum enim diceret: Nisi quis manducauerit carnem meam, &c. illi qui carnaliter intelligebant, recesserunt ab eo, Dicentes, Durus est hic sermo, &c. duodecim remanserunt, quos ipse docuit, quod huiusmodi verbum est spiritualiter intelligendum, & spiritualiter sumptum reficere valet. & quòd spiritualiter intelligi debeat, patet ex eo, ꝙ dixit se ascensurum vbi erat prius, & intelligetur, ꝙ integer ascensurus erat, & ꝙ non dat corpus suum ad comedendum in propria forma, sed in sacramento, vt corpus nō minueretur aliquo modo.

K ¶prima] 1. q. 1. fertur 2. contra. ibi dicitur, ꝙ simonia fuit prima hæresis in ecclesia, sed dic prima, idest, præcipua. 1. q. vlt. patet.

2 Et c. cū liqueat. vbi d̄ hoc

l ¶Inquit.] CASVS. Dum Dn̄s faceret sermonem præsentibus Apostolis, & discipulis aliis, inter alia dixit, Nisi quis manducauerit carnē meā, & biberit sanguinem meum, non habebit Vitam ęternā quidā discipuli propter duritiam sermonis recesserunt. tunc instruxit Dn̄s qualiter hoc esset intelligēdū, & maxime per id quod dixit: Cum videritis filium hominis ascendētem, &c. ipsi enim intellexerunt ꝙ per partes, & in eadem forma deberent accipere corpus Christi, & p̄terea ꝙ consumerent illud comedendo, hoc non esse faciendum declarat.

m ¶Eius.] Scilicet Christi.

n ¶Spiritus.] Id est, spiritualis intellectus.

o ¶Qui viuificat.] Id est, prodest ad salutem.

p ¶Caro.] Id est, carnalis intellectus.

a ¶Et vita sunt.]Id est, spiritualem vitam conferunt. Vel spiritualiter intelligenti vita confertur.
b ¶Et vita.]Non enim carnaliter intelligendi sūt spiritus & uita.
c ¶Hoc corpus.]Id est, non in eadem specie vel grossitie vel repræsentatione, in qua me videtis & pati videbitis, mãducabitis carnẽ meã, & sanguinem meum bibetis; sed in sacramento infra ead. ca. prox. &c. omnia.

NOn hoc corpus.]CASVS. Hæc sunt verba Aug. exponentis illud verbum Euangelij: Spiritus est qui uiuificat. caro aũt non prodest quidquam, & loquitur Aug. in persona Domini, quasi ipse Christus exponat dicẽs, Non hoc corpus, &c. Nec sumetis corpus in propria

verba, quæ locutus sum ad vos, spiritus & vita sunt.] a Intellexistis spiritualiter? spiritus & vita sunt. Intellexistis carnaliter? etiam sic illa spiritus & vita b sunt: sed tibi non spiritus & vita, qui spiritualiter non intelligis, spiritaliter intelligite, quæ locutus sum Non hoc corpus, c quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui, spiritaliter intellectum viuificabit uos. Caro autem d non prodest quidquam: sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt; e quomodo in cadauere venditur, a aut in macello dilaniatur: [Sciens autem Iesus ait, hoc vos f scandalizat, quia dixi, do vobis carnem meam manducare, & sanguinem meum bibere? Si ergo g videritis filium hominis ascendentem, ubi prius erat?] Quid est hoc? Hinc soluit, quod illos mouerat: hinc aperit, unde fuerant scandalizati: hinc plane, si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utique integrum. Cum uideritis h filium hominis ascendentem, vbi erat prius; certe vel tunc videbitis, quia non eo modo, quo putatis, erogat corpus i suum: vel tunc intelligetis, quia gratia k eius non consumitur morsibus. *Item tractatu 30 in Ioannem.* ¶ Donec sæculum finiatur, sursum est Dominus, sed tamen hic etiam nobiscum est veritas Dominus: Corpus enim Domini, in quo l resurrexit, vno loco esse oportet: m veritas n autem eius ubique diffusa est.

In Psal. 54.

Tract. 27. I 10.

a ¶In cadauere venditur.] *Ita etiam Algerus, & Iuo, apud quem totum hoc caput eodem modo atque apud Gratianum habetur, scilicet hinc inde collectum, verbis interdum transpositis in summam redactis, mutatis. Beatus autem Augustinus, & Lanfrancus hoc loco sic habent,* quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur.

d Caro autem.] Id est, carnalis intellectus carnalem intellectum vocat eorum intelligentiam, qui dicunt vel credunt corpus Christi per partes diuidi. Vnde subdit, sed quomodo, &c.
e Intellexerunt.] Scilicet discipuli recedentes
f Hoc vos.] Verba Christi vsque ibi, si ergo Vel suspenditur vsque illuc, vbi erat.
g Si ergo, &c.] Supple tunc intelligetis quid est hoc quod corpus meum in sacramento do: & tunc legitur sine interrogatione. Vel sic, supple tunc intelligetis quod d dictũ est. postea verba sunt Aug. interrogatiue dicentis, quid est hoc? i. q d. quid sibi vult hoc verbum Domini, & statim subiungit solutionem dicẽs, hinc, &c.
h Cum videritis.] interrogando hoc inserit Aug.
i Corpus.] In tali forma, & per partes.
k Quia gratia.] Id est, corpus suum gratis nobis datum.
l In quo.] Scilicet sub illa specie, in qua resurrexit.
m Oportet.] In illa s. forma & repræsentatione, in qua humanis & corporeis sẽsibus subiici non valet licet enim vbique sit etiam in altari quolibet in vera forma, quã de Virgine sumpsit, non tamen subiicitur corporeis sensibus.
n Veritas.]Id est verũ corpus in forma panis in altari quolibet vbi consecratur, & hoc est vbiq; s. in quolibet altari vbi consecratur Vel veritas, i. diuinitas.
ADDITIO. Vnde dicit ipse: cælum & terram ego impleo & alibi dr̃, Si ascendero in cælum, &c Lau. Et ex istis verbis Au. rñ quod Christus siue eius corpus sit locale, vel sit in loco, vel facit loci distantiam, vel sit in loco loci diffinitione. De hoc satis no. hic Hug.

z Et subest hic aposiopesis: idest, defectus locutionis secũdũ Lau

Item Augustinus in epistola ad Irenæum.

¶ Quomodo Christi corpus, quod in cruce pependit, accipitur, & quomodo non. Cap. XLV.

NOn hoc corpus, o quod uidetis, manducaturi estis, & bibituri illum sanguinem, quem fusuri sunt illi, qui me crucifigent: ipsum quidem, & non ipsum, ipsum p inuisibiliter, q & non ipsum r uisibiliter. Vnde & subditur, etsi necesse est illud uisibiliter celebrari, necesse est tamen illud uisibiliter inteligi.

sup. ex. prima. Beda. i Cor. 11. Lanfran. ibidẽ Al l. 1. c. 9 & 11. Guitmũd. l. 2. Sẽt. 4. dist. 10. Iuo p. 2. cap. 8. et 9. Pann. l. 1. c. 134.

pria hac visibili forma, sed sub alia specie inuisibiliter. [Et si necesse est,] Id est, quan. uis.
o Non hoc corpus.] In hac grossa substantia, & non in tali forma.
p Ipsum.] 38. dist. indignum.
q Inuisibiliter.] Id est, sub specie, sub qua non videtur, id est, sub specie panis & uini.
r Non ipsum.] In sua scilicet specie, vt in ea sensibus corporeis subiiciatur.

Quid

QVid est.] CASVS. Ostendit August. in hoc c. quòd Christus dupliciter sumitur, scilicet sacramentaliter, & spiritualiter. sacramentaliter ab indignis: & spiritualiter, vt à dignis, qui enim manducat, scilicet digne: sed si accipit, indigne. a ¶Quid

uinitas vel anima. Alij vt B. dicunt* quòd sumendo corpus, sumo deitatem & animam: quia tu qui accipis carnem diuinæ substantiæ eius, in illo participas alimento. infra ead sicut verus.

* Et vere dicũt, vt notatur in additio ne.

ADDITIO. Et melius etiam secundum theologos: quia etsi ibi non sit diuinitas per transsubstantiationem, est tamen per concomitantiam ibi, ut not. supra ea comperimus. Archid.

¶Eodem modo & bis citat, & fere etiam refert Algerus, id est, ex Augustino ad Irenaeum: Iuo p 2. c. 9. refert eodem modo: sed citat ex homilia in ps. 98 (sic enim corrigendum est mendum ex c 8.) ex qua etiam Beda affert propria verba ad 11. c. prima ad Corinthios. Qua Lanfrancus, quoniam à Berẽgario catholicis obijciebantur plenius explicat, quàm in hoc capite fiat; potissimum, vbi incipit exponere fidem sanctæ ecclesiæ. Hoc idem fere habetur in epistola Iuonis episcopi Carnotensis ad Haymericum, eadem B. Augustini verba in psal 98 interpretantis: qua epistola habetur impressa apud Ioannẽ Garetium, & alibi.

Beda 1. Cor. 11.

Item Augustinus in sermone de verbis Euangelij.

¶Quid sit corpus Christi manducare, & sanguinem eius bibere. Cap. XLVI.

Sent 4 dist. 9. Iuo p. 2. c. 8. Pann l. 1 c. 135. 1. Cor. 11.

QVid est [a] Christum manducare? non hoc solum [b] est, in sacramento corpus eius accipere. Multi enim indigne accipiunt, de quibus ait Apostolus: [Qui manducat panem, & bibit calicem [c] Domini indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.] Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: [Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem [e] meum, in me manet, [f] & ego in eo.] Si itaque α in me manet, & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo; & si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum.

Io. 6.

α ¶Si itaque.] *Locupletatus est hic locus ex Beda, Magistro, & Iuone.*

Item Augustinus.

¶Citabatur ex libro de pœnitentiæ remedio, & apud Algerum ex 2. l. de pœnitentia. Videtur autem confectum ex duobus B. Augustini locis, in tractatu 25 & tract 26 in Ioannem: ex qua expositione citat Iuo: sed coniuncte cum ijs, qua attulerat ex libro de pœnitentia remedio.

¶Credere in Christum est manducare & bibere Christum. Cap. XLVII.

inf. ea. credere. Alge. l. 1. c. 6. Iuo p 2. c 4. Pann l. 1. c. 137.

VT quid paras dentes, & ventrem? g Crede, & manducasti. Credere enim in eum hoc est panem viuum β manducare. Qui credit in eum, manducat eum: inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur.

β ¶Panem viuum.] *In vulgatis legebatur,* panem, & vinum. *Restituta est lectio ex plerisque vetustis, originali, & Iuone; quemadmodum & infra ea. c. credere. Nonnulla praterea hic addita, qua apud Iuonem quoque sunt.*

Christus manducatur duob. modis.

Item Augustinus in libro sententiarum Prosperi.

b ¶Solũ.] Id est, corpus Christi, quamuis enim sit ibi deitas & humanitas, id est, anima & caro: solam tamen eius carnem semel in Cruce immolatam quotidie in altari manducamus, siue bibimus, non deitatem, non animam. In solam enim carnem panis conuertitur, & vinum in sanguinem.

c ¶Calicem.] Totus integer manducatur & sumitur. inf. ea. inuitat, non tamen anima vel deitas: quia illa non pertinent ad cibum & potum. H.

d ¶Ipse dicit.] Vnde conceditur ista: totus Christus fuit in sepulchro, id est persona illa humana, scilicet secundum naturam humanitatis nostræ secũdum corpus, non tamen hic conceditur ista: totum id quod Christus erat, in sepulchro erat: quia non eius anima: & ita secundum B. licet quis sumat totum Christum: non tamen eius animam, vel animalitatem.

e ¶Sanguinem.] Per fidem & charitatem quasi, qui est de unitate ecclesiæ, quam caro & sanguis meus significat.

f ¶Manet.] Id est, mihi per dilectionem adhæret: & ergo per gratiam inhabitantem in eo maneo. de pœniten dist. 1. §. hoc idem. ver. resuscitamus.

VT quid.] CASVS. Dicitur hic, quod vbi non potest haberi corpus Christi sicut in sacramento conficitur, sufficit sola fides: quia & tunc dicitur quis Christum manducare.

Corpus Christi utrũ sumatur cũ diuinitate, & anima.

a. ¶Quid est.] CASVS. Duobus modis mãducat Christus. Vno modo sacramẽtaliter: quod competit bonis & malis. Alio modo spiritualiter cum per fidem & dilectionem cooperantẽ accipitur, hoc est tm̃ bonorum. Quæri autem solet hic, vtrum Christi corpus sumatur cum diuinitate & anima? H. d. quod non sumitur ibi di-

g ¶Ventrem.] Vnde subaudi, tantum: Vel vbi non potest haberi copia corporis Domini: sed non prohibet sacramentaliter accipi corpus Domini: sed quia necessitate instãte ei nõ obest si nõ accipit, ex quo per

¶ Sacramentum, & res ſacramenti ſacrificium eccleſiæ conficiunt. Cap. XLVIII.

HOc eſt [a] quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus; ſacrificium ſcilicet eccleſiæ duob. [b] confici, duobus conſtare, viſibili elementorum ſpecie, & inuiſibili Domini noſtri Ieſu Chriſti carne & ſanguine; ſacramento & re ſacramenti, [c] id eſt, corpore [d] Chriſti, ſicut Chriſti perſona conſtat, [e] & conficitur Deo, & homine: cum ipſe Chriſtus verus ſit Deus, & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam, & veritatem in ſe continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem ſacrificium eccleſiæ ſacramento, & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti. Eſt igitur ſacramentum, & res ſacramenti, id eſt corpus Chriſti. *Item.* ¶Caro eius eſt, quam forma [f] panis opertam in ſacramento accipimus, & ſanguis eius, quem ſub vini ſpecie, & ſapore potamus. Caro [g] videlicet carnis, & ſanguis [h] ſacramentum eſt ſanguinis: carne & ſanguine, vtroque inuiſibili, [i] intelligibili, ſpirituali ſignificatur viſibile [k] Domini † noſtri Ieſu Chriſti corpus, palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina maieſtate. *Item* ¶Sicut ergo cæleſtis [l] panis, qui † vere Chriſti caro eſt, ſuo modo vocatur corpus Chriſti, cum reuera ſit ſacramentum corporis Chriſti, illius videlicet, quod viſibile, palpabile, mortale, in cruce eſt ſuſpenſum, vocaturque ipſa immolatio carnis, quæ ſacerdotis manibus fit, Chriſti paſſio, [m] mors, crucifixio, non rei veritate, ſed ſignificante myſterio; ſic ſacramentum fidei, quod baptiſmus intelligitur, fides [n] eſt.

Lanfrācus ibi. Al.l.1 c 5.& 11. Sent.4 diſt.10. Iuo p.2.c.9. Pann.l.1. c.138

Lanf. paulo ſuperius.

† *al. redēptoris corpus.*

Lanf. ibidem. Aug. epi. 23. ad Bonifacium.

† *al. quæ vere.*

eum non ſtat: cum enim credit, manducat ſpiritualiter, ſed non ſacramentaliter. ſup. cap. prox.

HOc eſt quod.] CASVS Dicitur hic, ꝙ ſacrificiū eccleſiæ ex duobus conficitur, ſcilicet ſacramento, i. ſpecie panis & vini: & re ſacramenti, id eſt corpore Chriſti, ſicut.n. duę ſunt naturæ in Chriſto, qui eſt Deus & homo: ita in ſacrificio eſt ſacramentum, & res ſacramenti, id eſt, corpus Chriſti, qđ ſpiritualiter intellectum ſub ſpecie panis & vini ſignificat corpus Chriſti olim viſibile & palpabile, & in humana forma intellectum. Immolatio quæ fit a presbytero improprie appellatur Chriſti paſſio, vel mors, vel crucifixio: non, ꝙ ſit illa, ſed quia illā ſignificat, ſecundum eandem improprietatem appellamus fidem ſacramentum fidei, i. baptiſma.

a ¶Hoc eſt.] CASVS. In prima parte dicitur, ꝙ ſacramentum eccleſiæ conſtat ex duobus: ex viſibili elementorum ſpecie & inuiſibili corpore, & ſanguine Chriſti: quod probat per ſimilitudinem inductam ex perſona Chriſti, quæ ex Deo & homine conſtat. In ſecunda parte dicitur, ꝙ veram carnem & verū ſanguinē accipimus ſub ſpecie panis & vini. In tertia parte dicitur, quod cœleſte ſacramentum quod eſt in altari, improprie dicitur corpus Chriſti: ſicut baptiſmus improprie dicitur fides In quarta 1 dicitur duobus modis accipi corpus Chriſti.

1 Hanc quartam partē nō video. Archi.

b ¶Duobus.] id eſt, duo continere, id eſt, duo ſimul eſſe in conſecratione facta, ſcilicet ſpecies uiſibilis, & corpus inuiſibile.

c ¶Et re ſacramenti] Id eſt, poſt conſecrationē ſacerdotis, quæ ſacrificium dicitur, duo ſunt ibi, ſcilicet ſacramentum, & res ſacramenti: quæ ante conſecrationem ibi non erant.

c ¶Et re ſacramenti] Siue ſacrificium hic dicatur ipſum ſacramentum, ſ. ſpecies viſibilis ipſa, ſiue corpus Chriſti, ſiue ipſa immolatio corporis Chriſti, non eſt uerum quod hic dicit, ſcilicet, ꝙ conſtat ex ſacramēto & re ſacramenti: quia ex his nihil conficitur: ſed tenetur collectiue pro ipſo ſacramento, & re ſacramēti. Et eſt impropria locutio, id eſt, illa duo: ſicut & probatio eſt valde impropria, quæ ſequitur, Chriſti perſona conficitur ex Deo & homine, i. Chriſtus eſt verus Deus & homo, non enim ex Deo & homine aliquid conſtituitur* vnde Auguſt. Chriſtus eſt una perſona geminæ ſubſtantiæ: quia Deus & homo: nec Deus huius perſonæ pars dici poteſt.

* *Vide S. Th. 3. p. q. 2. ar. 4.*

d ¶Corpore.] Quaſi in ſe habet diuinitatem & humanitatem: alterum naturaliter: alterum per vnionem non enim ex homine & Deo aliquid conſtituitur: ſed ſicut ad conſtitutionem alicuius totius exiguntur ad minus duo: ita & ad hoc ut Chriſtus ſit De⁹ & homo exigitur vt illa duo ſint in eo, id eſt, humana natura & diuina Nam & hac ſimilitudine dicitur conſtare ex illis ſimiliter ex ſacramento & re ſacramenti nihil conſtituitur; ſed dicitur cōſtare ex illis ſacrificium totaliter acceptū, ſcilicet, vt quaſi collectiue accipiatur: quia ad hoc ut plenum ſit ſacrificium, illa duo oportet adeſſe.

e ¶Conſtat.] id eſt, eſt Deus & homo. extra de hære. cum Chriſtus.

f ¶Quam forma.] Et ita non eſt panis. arg. inf. ead. panis. arg. contra infra, ead. qui manducat.

g ¶Caro.] Id eſt, ſpecies panis, ſub qua latet corpus Chriſti, eſt ſacramentum carnis Chriſti.

h ¶Et ſanguis] Id eſt, ſpecies vini, ſub qua latet ſanguis Chriſti, eſt ſacramentum ſanguinis Chriſti.

i ¶Inuiſibili.] Dupliciter quidem manducatur Chriſtus, ſcilicet in ſacramento: quod boni & mali faciūt, per fidem cooperantē, & per dilectionem, quod bonorum eſt duntaxat. H. Et nota ꝙ in ſacramētis duæ ſunt res, corpus Chriſti, & unitas eccleſiæ, ſecundum quod notantur hic duo modi manducandi, ſacramētalis & ſpiritualis, extra eod. cum Marthæ.

Manducat Chriſtus dupliciter.

k ¶Viſibile.] Scilicet quondam.

l ¶Cœleſtis.] Id eſt, cęleſte ſacramentum, quod vere repræſentat Chriſti carnem, dicitur corpus Chriſti, ſed improprie. Vnde dicitur ſuo modo, ſed non rei ueritate, ſed ſignificante myſterio, ut ſit ſenſus, Vocatur Chriſti corpus, id eſt, ſignificat.

m ¶Paſſio.] Sub hac appellatione accipe carnem Chriſti & ſanguinem.

n ¶Fides.] Id eſt, fides vocatur, cū enim dicitur, in fide parentū paruuli ſaluantur, intelligitur, id eſt, in baptiſmo ſuſcepto in fide parentū; ſimiliter pueri dicuntur fide-

pueri dicuntur fideles.

fideles, non a fidei virtute, sed a sacramēto fidei, vt in fra, dist. 4 nihil.
ADDITIO. Adde ꝙ baptismus dicitur fides, quia est sacramentum fidei, vt habetur sup. 45. dist. de Iudęis. 47. distinctio. capitu. I. Archid.
Dupli.

b Quia morte.] ¶Huius.] s. mortis & passionis Christi, in cuius memoriam hoc sacramentū institutum est sup. eo. quia corpus. Arch.
c ¶Oblata.] Non est in eadem forma.
Semel Christus.] Hęc est 17. pars dist. in qua probat ꝙ Chrs semel mortuus amplius mori non potest. veritas carnis eius & sanguinis semper est in sacramento altaris. & probatur hoc per tria cap. Ioan. de Fant.

¶Hæc eadem habentur apud Lanfrancum [ex quo citat Iuo] & apud Algerum [qui idem ac Gratianus ex libro sententiarum Prosperi] non tamen eodem ordine collocata. Ex quibus quidem auctoribus nonnulla sunt emendata.

Ibidē gl. ordi.

Hieronymus in epistolam ad Ephesios, ad c. I.

Tom. 6. Alg. l. 1. c. 17. Sen. 4. dist. viij. Iuo p ij. c 5. Pan. l. 1. c. 139.

¶Quot modis caro Christi intelligatur. Cap. XLIX.

DVpliciter intelligitur [a] caro Christi & sanguis; vel spiritualis illa atque diuina, de qua ipse ait: [Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.] &: [nisi manducaueritis carnem meam: & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam æternam;] vel caro, quæ crucifixa est, & sanguis, qui militis effusus est lancea.

Ibidē gl. ordi.

Item Ambrosius ad c. 11. primæ ad Corinthios.

¶Citabatur ex Augustinus in libro de Trinitate ad Corinthios. Algerus etiam citat ex Augustino de Trinitate. Sed aliquot vetusta Gratiani exemplaria habent, Ambrosius: *cuius vere est, & ipsum citat Iuo, quamuis statim postquam citarat librum de Trinitate.*

Alg. l. 1. c. 19. Iuo p. 2. cap 7. Pan. l. 1 c. 142.

¶De eodem. Cap. L.

QVia morte Domini liberati sumus, huius [b] rei memores in edendo, & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata [c] sunt, significamus.

In præfatione. 2. expositionis.

Item Augustinus in psalmum vigesimum primum.

¶Quomodo Christus sit immolatus semel, & quomodo quotidie immoletur. Cap. LI.

† Pet. 3. † al. spe de. Sent 4. dist. 12. Iuo p. 2. c. 8. Pan. l. 1. c. 148. Rom 6. † obliuiscamur] orig. † al. moueri

17 SEmel Christus mortuus est, iustus pro iniustis: & scimus, [d] & certum habemus, & spe † immobili retinemus, quia Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur. Verba ista Apostoli sunt: tamen, ne obliuiscamini, † [e] quod factum est semel, in memoria nostra omni anno fit. Quoties Pascha celebratur, nunquid toties Christus moritur? sed tamen anniuersaria recordatio quasi repræsentat [f] quod olim factum est: & sic nos facit moueri, † tanquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes, sed credentes.

Beda in q. q. 15. Lanfr. Ibidē. Alg. l. 1. c. 16. & 18. Sent. 4. dist. 12. Iuo p. 2. c. 9. & quarto. Pan. l 1. c. 144.

Item in libro sententiarum Prosperi.

Cap. LII.

SEmel immolatus est Christus in semetipso, [g] & tamen quotidie immolatur [h] in sacramento. Quod [i] ita intelli-

CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quāuis Christus semel passus fuerit. & postquam resurrexit, secundum Apostolum sit immortalis, tamen semel in anno repręsentatur mors eius in ecclesia in Pascha: in qua repræsentatione sic afficimur, ac si fieret corā nobis.
d ¶Et scimus.] xxii. q. 5. hoc videtur.
e ¶Ne obliuiscamini.] Arg propter memoriā multa fieri sup. eo di. & dixit. Clauditur hoc vase nostri pia victima phase.
Viua, salutaris, semel in cruce, semp in aris
Quos recreas Iesu tā sacri corporis esu
A vitiis munda sacratis sanguinis vnda.
Hic editur Iesus, remanet tamen integer esus.
Res occultatur: quare? quia si videatur,
Forsitam horreres, & manducare timeres
Vt sine subiecto dependet in aere nubes.
Et centrū terræ pelagi sustentat abyssos:
Sic vini color & sapor est pondus quoque panis.
f ¶Repræsentat.] qa tūc legitur passio Dni & plenius oia, quę in eius passione acta sūt ad memoriā reducūtur. Forte dicit de his quæ fiunt in Parasceue, & de salutatione crucis, vel secundum aliquarum ecclesiarū consuetudinem, quę solent passionem repræsentare & resurrectionem.

Carmina singularia circa Eucharistię sacram.

DVpliciter CASVS.] Dicitur in hoc c. ꝙ dupliciter intelligitur caro & sanguis Christi. Vno modo intelligitur spiritualiter. Vnde dicit Dominus, Caro mea vere est cibus, &c. alio modo intelligitur de carne, quam assumpsit de virgine, & quæ crucifixa fuit in cruce. Seq. c patet.
a ¶Dupliciter intelligitur.] Id est, potest intelligi, secundum illam formam & quantitatem, quam habuit in cruce: vel secundum quantitatem corporis glorificati, quod spiritualiter videtur, quod nulli sensui subiacet infra, ea. in illo sacramento.

SEmel] CASVS. Dr hic ꝙ Christus semel immolatur in seipso, idest, in humana & visibili forma, efficax & sufficiens hostia fuit pro omnibus, quos redimendos esse prædestinauit, & licet tm semel fuerit passus, tamen quotidie immolatur in sacramento.
g ¶In semetipso] idest, passus in propria persona, in forma humana.
h ¶Immolatur.] idest eius immolatio repræsentatur & fit memoria passionis.
i ¶Quod.] Scilicet, quod semel, &c.

a ¶aliter

Christus pro omnibus mortuus est.

a ¶Altitudo.] Christus mortuus est pro omnibus quo ad sufficientiam, non quo ad effectum. efficax enim fuit quantum in redimente, sed pro eos stetit qui se indignos fecerunt: mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prędestinatis quo ad effectum: sed quo ad sufficientiam pro omnibus. I

† 8.q.1.in scriptu-ris.

b ¶Præsciuit.] in bona significatione. I.

IN Christo.] CASVS Hug. sic ponit hunc casum. Dicit Ambr. in hoc c. quod hostia, quæ semel pro nobis oblata est in ara crucis, quotidie offertur in sacramento: & licet in multis locis offeratur, vna est tamen hostia, & non plures: vnum est sacrificium, & non plura. ad memoriam & repręsentationem illius, quod olim factum est, quotidie & in pluribus locis iteratur semper id ipsum immutabile.

c ¶Oblata.] Idest, corpus Christi oblatum est in ara crucis.

d ¶Offerimus.] Quotidie offerendo.

e ¶Et vna est] Id est, vnius passionis repręsentatio, non multarum: sicut dicitur vna fides. 2

a Id est, de vno, nam tot sunt fides quot sunt homines fideles secundum Lau.

f ¶Idipsum.] Immutabile & perpetuum, supra ead. di. cap quia corpus, vt perpetua esset redemptionis oblatio, quia huic aliud sacrificium non succedit, vt sacrificijs legalibus, quibus sacrificium noui test. successit. q. d. illud non mutatur, quia idem est quod fuit, & ideo ipsum semper idipsum B.

g ¶Plenus.] Quia in qualibet parte est totus. i. ea. vbi pars est.

h ¶Vnum.] Idest, vna forma confectum, & tamen plura sunt sacrificia.

i ¶Ille] vt s. eo. quia.

k ¶Hostiam] s. seipsum. vnde versus.

Christus seipsum communicauit.

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Iteratur.] Hæc est 22. pars distin. in qua probatur, quòd iteratur hostia quotidie in altari in commemorationem: quia quotidie peccatur saltem venialiter: vt eius memoriam habeamus, & per hoc salui simus, vtpote, quia ad preces sacerdotum aperitur cœlum, & cœlestia iunguntur imis, & hoc probat per 11. capitulo Ioannes de Fant.

CASVS Cum Christus semel passus sit, & vna passione mundum redemit, quæritur quare sacramentum Eucharistiæ conficiat quotidie: & respondetur, quòd licet in baptismo peccata sint nobis dimissa, tamen sæpe peccamus saltem venialiter, remanente in nobis peccati fomite, & ideo hoc sacramentum iteratur, ut per ipsum peccata dimittatur, & vt mors eius semper à nobis habeat in memoria.

d ¶Iteratur.] Quotidie sumimus corpus Christi: quia quotidie egemus, ut remittantur nobis peccata: licet enim per baptismum sublata sunt, tamen propter fomitē originalis peccati quotidie recidiuamus. Item alia ratione, ut poneris nostris notificemur mortem Domini, & qualiter dilexeris nos.

Corpus Christi quotidie sumim⁹.

e ¶Quotidie.] Infra dist. 5. sabbato.
f ¶Infirmitas.] Id est, origo peccati
g ¶Labimur.] saltē uenialiter. de pœn. distin. 2. si enim.
h ¶Quotidie.] Præterquam in die Sancto veneris, & in sequenti sabbato infra dist. 5. sabbato.
i ¶Immolatur.] Christi immolatio facta pro nobis in sacramento corporis & sanguinis eius repræsentatur.
k ¶Vt qui.] Duę causæ hic notãtur huius sacramenti: deletio uenialium peccatorum, & memoria passionis Domini.
l ¶Recidiua.] Id est recidiua delicta, i. recidentia per iterationem.
m ¶Iteratur.] Ob commemorationem supra ea. dist. cap. cum omne.
n ¶Interdū.] i. interim donec veniat Dñs ad iudiciū.
o ¶Rependere.] Vnde propheta. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi calicem, &c. extra de test. cum in officiis.
p ¶Cum essemus.] Id est, quāuis non dilexerit nos in eo

& postea quid manducemus, non inueniamus. Manducatur Christus: viuit manducatus: quia surrexit [a] occisus, nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [b] sic fit, & norunt fideles, quemadmodum [c] manducent carnem Christi: vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur: per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in Sacramento, & manet integer totus in cœlo: manet integer totus in corde tuo. — supra ead. quî manducant. — 1. q. 1 Saluator. § sed beatus.

Item Pascasius in libro de corpore † et sanguine Christi, cap. 9. — † *al. de sacramento altaris*

¶Quotidianum sacrificium non reiteratio est passionis Christi, sed commemoratio. Cap. LXXI.

22 Iteratur [d] quotidie [e] hæc oblatio, licet Christus semel passus in carne per vnam eamdemque mortis passionem semel saluauerit mundum: ex qua morte idem resurgens ad vitam, mors ei vltra non dominabitur: quia profecto sapientia Dei patris pro multis causis necessarium hoc prouidit. Primo quidem, quia quotidie peccamus, saltem in peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest: quia licet omnia peccata donata sint in baptismo, infirmitas [f] tamen peccati adhuc in carne manet. Vnde psalmista, [a] [Benedic anima mea Domino, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.] Et ideo, quia quotidie labimur, [g] quotidie [h] Christus pro nobis mystice immolatur, [i] & passio Christi in mysterio traditur, ut qui [k] semel moriendo mortem vicerat, quotidie recidiua [l] delictorum per hæc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde oramus, dimitte nobis debita nostra; [quia si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] *Item infra eod. capite.* Iteratur [m] hoc mysterium ob commemorationem passionis Christi, sicut ipse ait. [Hæc quotiescūque feceritis, in meam commemorationem facite: Quotiescunque ergo hunc panem sumitis, & bibitis hunc calicem, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.] Non vtique sic est accipiendum, donec mors Christi veniat, quia iam vltra non moriatur: sed donec ipse Dominus ad iudicium veniat. Interdum † [n] autem semper mors Christi pro sæculi vita posteris nuntianda est, vt discant, qua charitate dilexit suos: qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vices debemus rependere [o] charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus [p] gehennæ filij, vt dilegeremus eum à morte iam liberati.

Raban⁹ de sac. Euch. c. 22. inf. c. proximo. — *Rom. 6.* — *Ps. 102.* — *Matt. 6.* — *1. Io. 1.* — *Luc. 22.* — *1 Cor. 11.* — † *interim*] uera lectio.

a ¶Vnde psalmista.] *Hæc propheta verba, & nonnulla alia,*

Christus qualiter nos dilexit.

eo quòd essemus gehennæ filij, dilexit tamen nos in eo quòd creatura. Vnde dicitur, nihil eorum odisti, quæ fecisti.

VTrum sub figura.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc cap. Augu. ex verbis Christi probat quod in sa- merito consecrantis, sed in verbo creatoris. Tertio exponit verba, quæ dicuntur in secreta Missæ. Quarto, dicit, quòd propter derisionem paganorum non sumimus in vera forma corpus Christi. Quinto quod in verbis Christi sacramenta conficiãtur. reliqua enim sunt de solẽnitate. supra. ead. panis.

que neque apud Paschasium, neque apud Beatum Thomam, qui in opusculo de sacramento altaris illum citat, leguntur, habentur tamẽ in eodem libro edito Rabani nomine.

Item Augustinus.

Pasch.) Raba (disperse Algerus)

¶ Non solum sub figura, sed & in ueritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.

Cap. LXXII.

Ioan. 6.

VTrum sub figura, a an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Alioqui quomodo magnum † a erit, [Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mũdi vita, nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari b dentibus c fas non est, uoluit Dominus hunc panem, & vinum in mysterio d vere carnem suam, & sanguinem suum consecratione spiritus sancti potentialiter creari, e & quotidie pro mundi vita mystice immolari: vt sic ut de Virgine per spiritũ sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis, & vini mystice idem corpus f Christi consecretur. Corpus Christi & veritas, & figura est: veritas, g dum corpus Christi, h & sanguis virtute spiritus sancti in virtute † i ipsius ex panis & vini substantia efficitur: figura uero est id, quod exterius sentitur. Iteratur autem quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non potest. Et ideo quia quotidie labimur, Christus quoque mystice pro nobis immolatur. Intra catholicam Ecclesiam in mysterio k corporis Christi nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito l consecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem, sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc m suam efficit carnem, & transit ¶ n vinum in sanguinem. Vnde & sacerdos, o [Iube p inquit, q hæc perferri r per manus Angeli tui

Marginal notes: † al. uerum. — † al. uerbo. — supra ea. iteratur. — 1. q. 1. intra catholicam. Sent. 4. dist. 13. Poly. l. 3. titu 9. ex Paschasio.

a ¶ Magnum.] Scilicet miraculum.
b ¶ Vorari.] sup. ead. di. ego Berengarius. contra. sed ibi hyperbolice locutus est, & veritatem excessit.
c ¶ Dentibus.] id est in figura, vel forma humana.
d ¶ In mysterio.] Id est, sacramento.
e ¶ Creari.] Id est in veram carnem & sanguinẽ Christi transubstantiari.
f ¶ Idem corpus.] Id est in sacramẽto sub quo latet corpus Christi.
g ¶ Veritas.] Id est cũ panis & vinum sacrificantur in corpus & sanguinem Domini, ibi est veritas, quæ corpus est & figura, quæ species est, & est res sacramenti figurans. f sacramentum sanguinis, & sacramẽtũ unitatis, vt sup. ea. quia passus vnde & alibi dicitur sacramẽtum sacramentorum, vt supra ead. tribus in princ.

Veritas & figura & res sacramenti sũt in altaris sacramẽto.

h ¶ Corpus Christi.] Id est sub appellatione ista, corpus Christi species panis & vini, & uerum corpus Christi continetur. supra ead. hoc est. circa finem.
i ¶ In uirtute.] su. eadi. corpus & sanguis.
k ¶ In mysterio.] Id est, sacramento conficiendo.

in sacramento altaris est verum corpus & verus sanguis Christi essentialiter sub specie panis & vini, non autem per figuram tantum, vt dixit Beregen. Ostendit etiam, quod virtute, & potentia diuina panis, & vinũ transubstantiantur in corpus & sanguinem Christi, & fit hoc tam ministerio mali sacerdotis, quã boni. Interserit etiam quare quotidie immolatur corpus Christi, exponit etiam quædam verba, quæ continentur in canone Missę, tandem supponit in quibus verbis conficiatur hoc sacramentum. H. sic ponit hũc casum ego tamen hoc addo ad casum Hug. vbi dicit. sub specie panis & vini, & sup. ibi non in sua specie. quia horribile esset. & irriderẽt nos pagani, si sanguinem occisi hominis biberemus. In fine casus Hu. supple, similiter alia quæ sacerdos dicit vel clerus canit, laudes sunt & oratiões ¶ Vtrum sub figura.] CASVS. Dicit primo, quòd Christum non voramus, sed eum in mysterio sumimus: est tamen vita, veritas, & figura. Secundo dicit, quod æque cõficit malus vt bonus, quia consecratio non consistit in

l ¶ In merito.] scilicet, vt transubstantiaretur.
m ¶ Hanc.] substantiam panis & vini.
n ¶ Et transit.] Id est, transire facit.
o ¶ Sacerdos.] Id est, ad ostendendum, quod non in merito sacerdotis, &c.
p ¶ Iube.] Id est, fac.
q ¶ Inquit.] Per cõsecrationẽ. hoc continetur in secreta.
r ¶ perferri.] Id est, transubstantiari, vel. perferri, id est, sursum efferri, id est conuerti in sanctum altare tuũ, i. corpus tuum super choros Angelorũ exaltatũ. Sed cõtra videtur, quod oratio hæc sit superflua, quia hæc dicitur post verba, quorũ virtute cõficitur i. corpus Christi, & ita de eo quod iam factũ est superflua est oratio. Respõ. scriptura nõ attendit huiusmodi angustias tẽporis, sed sacerdos cũ nõ possit multa simul proferre, ita loquitur ac si tẽpus staret, & essent adhuc faciẽda quæ in principio sermonis nõdũ erãt facta simile nota. 35. dist. sexto, versus prin. & verba non ad tempus suæ prolationis, sed per conceptionem, vel per con-

Oratio quæ post consecrationem dicitur, superflua non est.

i Vt not. supra ca. panis.

sancti in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt quid perferenda [a] in lucem [b] deposcit, nisi vt intelligatur, quod ista fiant in eius sacerdotio? [c] Hanc igitur γ oblationem [d] benedictam, per quam nos benedicamur; ad scripturam, [e] per quam omnes in cœlo adscribamur, ratam, per quam in visceribus Christi esse censeamur, rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur, acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam similitudinem [f] mortis eius in baptismo accepimus; similitudinem quoque carnis eius sumamus, & similitudine pretiosi sanguinis potemur, ita vt & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, quòd cruorem occisi hominis bibamus. Si enim discipuli patienter [g] ferre nequiuerunt, quod [Dominus dixit, qui manducat meam carnem, &c.] Sed dixerunt; [durus est hic sermo,] quomodo ergo ferrent ista increduli? Credendum est, quòd in verbis [h] Christi sacramenta cóficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtique verbo ad melius procreantur. † Reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut clericus chori cantat, nihil aliud, quàm laudes, [i] & gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes, [k] & fidelium petitiones. Vnde & sacerdos dicit prius Euangelistarum verba assumens, [qui pridie, quam pateretur, &c.] Porro deinceps ð sunt verba Dei, potestate, & omni efficientia plena: [Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.] In hoc ergo creatur illud corpus.

Io 6.

† recreantur.

α ¶ Vtrum sub figura.] *Apud Paschasium ex cuius locis videtur confectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis,* Vtrum sub figura, an in veritate hoc mysterium vera caro, & verus sanguis Christi fiat. *Caput autem sic incipit* Quod in veritate corpus & sanguis fiat consecratione mysterij, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c.

Algerus autem qui c. 16 hæc eadem fere habet, citat & ipse Augustinum ex libro de sacramento altaris, & hoc facit initium Veritas ait, &c.

β ¶ Transit.] *Paschasius, & Polycarpus ex Paschasio ad Placidũ habẽt*, transfudit sanguinem *sed ob glossam non est mutatum.*

γ ¶ Hanc igitur.] *Ad Paschasium & Rabanum (idem enim fere opus est huius atque illius nomine inscriptum) integra est oratio.* Sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus, Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur, adscriptam, per quam nos omnes in cælo conscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi censeamur: rationabilem, per quam à bestiali sensu exuamur, acceptabilemque facere degnetur, † quatenus & nos per hoc, quod in nobis displicuimus, acceptabiles in eius vnico filio simus.

† digneris] polyc.

ð ¶ Porro deinceps. *Sunt hæc addita ex Paschasio, c. 15. vsque ad vers.* In hoc ergo *ut sunt etiam ipsa percipientur.*

Item Gregorius Papa in homilia Paschali, id est 22. Euang.

¶ In sanguine agni, Christi sanguis, qui vere nunc sumitur, olim præfigurabatur. Cap. LXXIII.

Lãfrancus ibi. Guitmũdus l. 1. Al. l. 2. c. 1. & 12.

QVid sit san-

---

templationem loquutis sunt referenda, ut si dicam, manus mea est clausa, &c. Vel intellige [1] de spirituali corpore ecclesiæ, ut per hoc sacramentum associetur triumphali ecclesiæ vnde sequitur in secreta, vt quotquot inde sumpserimus, cælesti gratia repleamur.

1 Iste fortè est melior intellectus. Archi.

a ¶ Perferenda.] Idest, transubstantianda.
b ¶ In lucem.] Idest, in lucidum corpus Christi.
c ¶ In eius sacerdotio.] Id est, in eius mysterio vel sacramento, id est, in virtute spiritus sancti.
d ¶ Oblationem.] expostulat sacerdos fieri: vel supple ut in secretis, id est, facere digneris.
e ¶ Adscriptam.] non enim Aug. his vtitur verbis ut suis, sed assumit ea de secretis, vt exponat. Ioan.
f ¶ Similitudinem.] ut inf. dist. 4. de trina.
g ¶ Patienter.] Colligitur contra quosdam, qui maiores doctores reprehẽdũt, cũ ad hoc in suæ nouitatis incredulitate teneãtur.

Doctores reprehendẽdi non sunt.

h ¶ In verbis.] supra ea. quia corpus. supra ead. panis & supra e. non omnis.
i ¶ Quam laudes.] supra. 11. dist. ecclesiasticarum. infra. dist. 4. non est aliud.
k ¶ Obsecrationes.] vt no. supra dist. .1. de hymnis.

QVid sit sanguis.] CASVS Ostendit Gre. in hoc cap. quod corpus Christi ore & corde dẽt sumi, & hoc sacramentum in memoriam mortis Christi sæpe conficitur à Sacerdote per miraculum in præsentia angelorum, vt ibi sit verum corpus Christi, quod in virgine sumpsit, quod dedit Apostolis, qđ i pluribus locis est totũ, & quãcumq. de ipso accipiunt non minuunt, sed integrũ totũ manet, quotidie comedit & bibitur: sed sub alia specie, quia non habemus in vsu carnẽ crudam

um comedere, & sanguinem bibere. [Sūma & ima.] ima, sc. panis & vinum, transire in summa, id est, corpus Christi, & vnum ex visibilibus fieri: quia visibilia, scilicet panis & vinum transeunt in corpus Christi, inuisibile nobis.

f ¶ In populi salutem patitur.] Id est passio repręsentatur, vt mors facta pro salute populi.
g ¶ In manus infidelium.] Vt in passione.
h Imitatur.] Id est, repręsentat.
i In ipsa.] subaudi contingat.

a ¶ Quid
Exo. 10.

guis [a] agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super vtrumque postem [b] ponitur; quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur.

Sent. 4. dist. 11. Iuo p. 2. c. 9. Rom. 6. † al. singularis.

Item dial. libro 4. cap. 58. Hæc salutaris † victima [c] illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat: [d] qui licet resurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur. [e] Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur, [f] † eius sanguis non iam in manus infidelium, [g] sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. [h] Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa [i] immolationis hora ad Sacerdotis vocem [k] cœlos [l] aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse? [m] summa † [n] & ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumque [o] ex inuisibilibus [p] atque visibilibus fieri? *Idem.*

† patitur] vera lectio.

† summis ima

Alcuinus de diuinis offi. pag. 86. & 87. Remigius eps Antisiod. in c. non emisse.

¶ Vno [q], inquit, eodemque tempore, ac momento [q] in cœlo rapitur ministerio Angelorum corpori Christi consociandum: & ante oculos Sacerdotis in altari videtur. *& infra.*

¶ Tanta est ecclesiæ unitas in Christo, ut vnus ubique sit panis [r] corporis Christi, & vnus sit calix sanguinis eius. Calix [s] enim, quem sacerdos catholicus [t] sacrificat, nō est alius, nisi ipse, quem Dominus Apostolis tradidit: quia sicut diuinitas [u] uerbi Dei una est, quæ totum implet mundum: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud consecretur corpus, non sunt tamen multa corpora Christi; neque multi calices, sed unum corpus Christi, & unus sanguis cum illo, quod sumpsit in utero Virginis, & quod dedit Apostolis. Diuinitas enim uerbi replet [x] illud, quod ubique est, & coniungit, & facit, ut sicut ipsa una est, ita coniungatur corpori Christi, & unum corpus eius sit in ueritate. Vnde animaduertendum est: quia siue plus, siue minus quis inde percipiat, omnes ęqualiter corpus Christi integerrime sumunt, & generaliter omnes, & specialiter unusquisque. *Item.* ¶ Mysterium fidei dicitur: † quia credere debes, quod ibi salus nostra consistit. Prouidens enim nobis Dominus dedit hoc Sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non po-

† al. est.

k Ad sacerdotis vocē.] Id est, ad sermonem Christi voce sacerdotis enunciatum panis & vini substantia in carnem Christi sedentis ad dexteram patris in cœlis transubstantiari ministerio Angelorum: vnde subditur, summa, &c.

Transubstantiatio fit ad vocem sacerdotis.

l Cœlos.] Id est, per id quod verbo sacerdotis consecratur, aditum ad cęlestia fieri, vel panem, vel vinū in id, quod super cœlos est, transire.
m Angelorum choros adesse.] Scilicet hominibus consecrātibus, vel digne, vel indigne.
n Summa.] Id est, panem & vinum in corpus & sanguinem Christi transubstantiari.
o Vnumque.] Scilicet sacrificium, scilicet celebrationem & immolationem altaris fieri.
p Ex inuisibilibus.] Id est, ex ipsis sacramentis & rebus sacramentorum: hoc est, quod exponendo subdit, vno inquit, id est, vno & eodem momēto panis trāsit in corpus Christi ministerio Angelorum, & in altari vi. per speciem: quasi quod est eius species, vt eo tpe, &c.
q Momento.] Id est eo tēpore quo Christus est in quolibet altari totus in cœlo est verus Deus & homo in præsentia Angelorum, facta commutatione in verum corpus & sanguinem.
r Pani.] intransitiuè id est vnum corpus Christi vbique est vbi est consecratum: & sic de sanguine

z Arg. cō tra 15. q. 1. cap. vlt. in fine.

a Quid sit sanguis.] Primo dicit quod corde & ore sumendum est corpus Christi, quia super vtrunque postem fuit positus sanguis. Secundo dicit, quòd ad vocē sacerdotis in ipsa hora immolationis aperiuntur cœli & adest chorus Angelorū, & vniuntur cęlestia terrenis. Tertio dicit, quod idem corpus & sanguis, qui datus fuit discipulis, conficitur in altari.
b Postem.] Oris & cordis. z
c Victima.] Id est, sacramentum victimæ salutaris.
d Reparat.] i. ad memoriam reducit, vel repręsentat.
e Moritur.] Id est, eius mors repręsentatur, vt sup. eadem frangitur.

z Vñ subditur, quādo, &c.

s Calix.] Id est sanguis, qui in calice continetur.
t Catholicus.] Hinc collige sacerdotem non catholicum corpus Domini conficere non posse z. * sup. ead. c. prox. & 24 q 1. schisma.
ADDITIO. Et plane hoc leg. 1. q 1. si quis inquit. ver. constat &c seq. Arch.
u Diuinitas.] verbi, quę est verbum, id est, Christus, qui sub his speciebus latet: cum ipse est qui mirabilia fecit in oculis nostris.
x Replet.] Donis spiritualibus.

* *Nam vere conficit si cætera requisita adsint licet ad suam dānationē.*

a ¶ Sed cum mysterium.] Id est, quamuis sit mysterium vnum quod ibi latet, id est, Christus. vel quamuis panis & vinum sit vnius rei mysterium quod latet, id est, Christus: tamen corpus & sanguis dicitur propter pluralitatem specierum.
a ¶ Crudam.] su. ea. forte.

Omnia quęcumque. CASVS Ostēdit Amb. in hoc ca. quod post consecrationem sub specie panis vel vini nil aliud est nisi caro & sanguis Christi, & est illa caro quam de virgine pro salute mundi suscepit: & illud corpus sumimus in sacramento illo, quod natum est de Virgine. quod mortuum est, & resurrexit, & sedet ad dexteram Dei patris, & vnus panis est tantum, & non duo.
c ¶ Omnia quæcunque] In prima parte Ambrosius probat verum corpus & sanguinem latere sub illis speciebus in altari. In secunda ostēdit quòd ille idem panis, qui ante consecrationem est cibus angelorū, factus est cibus hominum. Tertio dicit, quòd idem corpus quod natum est de virgine, quod pependit in cruce, & positum est in sepulcro, fit in altari.
d ¶ Caro.] Argumē. quòd panis transubstantiatur in corpus Christi.
e ¶ Pro mundi] Assumpta.
f ¶ Sententijs] Id est auctoritatibus.
g ¶ Panis.] Id est, caro Christi, quæ dicitur panis humanus.

tost; per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem consequamur. Quotidie enim ipse comeditur, & bibitur in veritate. sed integer, & viuus, atq; immaculatus manet: γ & ideo magnum, & pauendum est mysterium: quia aliud videtur, & aliud intelligitur. Sed cum mysterium [a] sit, unde corpus & sanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vsu carnem crudam [b] comedere, & bibere sanguinem.

¶ Moritur.] *In originali est*, sacræ oblationis immolatur. *Sed ob glossam non est mutatum.*
β ¶ Vno, inquit.] *Hæc habentur apud Alcuinum in libro de diuinis officijs, c. de celebratione Missæ, qui Gregorium citat.*
γ ¶ Manet.] *Quæ post hoc verbum sequuntur apud Alcuinum, sic habent*, Mysterium est, quod aliud videtur, & aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sed cum mysterium sit, vnde corpus & sanguis Christi dicitur? Consulens omnipotens Deus infirmitati nostræ, qui non habemus usum comedere carnem crudam, & sanguinem bibere; facit, ut in pristina remaneant forma illa duo munera, & est in ueritate corpus Christi, & sanguis, sicut ipse dicit.

Item Ambrosius. Ex lib. 4 de sacramentis ca. 4. & 6.

¶ Post consecrationem licet figura panis & vini remaneat; tamen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi.
Cap. LXXIIII.

Omnia quæcumque [c] voluit Dominus, fecit in Cælo, & in terra.] Et quia voluit, licet figura panis & vini hic sit; omnino nihil aliud, quam caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt. Vnde ipsa veritas ad discipulos: [Hæc, inquit, caro mea est, pro mundi vita.] Et, vt mirabilius loquar, non alia plane, quàm quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulcro, hæc inquam, ipsa est. Et ideo Christi caro est, quæ pro mundi uita adhuc hodie offertur, & cum digne percipitur, vitam † vtique æternam in nobis operatur. Panem δ quidem istum, quem sumimus in mysterio, illum vtique intelligo panem, qui manu sancti spiritus formatus est in vtero Virginis, & igne passionis decoctus in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus hominum: unde ipse ait: [Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.] & item: [Panis, quem ego dabo, caro [d] mea est, pro mundi [e] uita.] Ex his namque duabus sententijs [f] aperte datur intelligi: quia panis [g] iste & ille, non duo, sed unus panis, & una caro proculdubio unum corpus efficitur: illud uere, illud sane, quod sumptum est de Virgine, quod passum est, & sepultum, quod surrexit, & in cœlum ascēdit, & sedet ad dexteram Dei patris, & quod est uenturum iudicare uiuos & mortuos.

Paschasius in eodem l. ca. 1. Rabanus c. 4. in Ps. 134
† Io. 9.
† al. vita æterna in nobis reparatur.
Petrus Chrysologus serm. 67.
Ps. 77.
Io. 6.

δ ¶ Panem quidem] *Hęc vsque ad finem, quæ à Magistro etiam referuntur, non loquuntur hoc loco apud Paschasium, aut Rabanum. Sed simile quiddam habetur apud Petrum Chrysologum, sermone 67.*

Item Augustinus ex sermone de uerbis Domini. Beda 1. cor. 10. & ibi gloss. or.

QVi manducat. CASVS Quidā corpus Christi nolebant comedere timentes ne deficere possit. Dicit Aug. q non debent hoc timere, quia Christ. viuit manducatus: qa & occisus resurrexit. nec partes fiunt de ipso in sacramēto: sed sub eis sumit, integer tā manet.

DE hac.] Idest, sub specie, sub qua est in sacro. [Commemoratione.] Scilicet passionis & mortis eius, sup. ea. quia passus, [Fit.] Idest, transubstantiaf. [Obtulit.] In forma humana. [Secundum se.] Secundum suā formā vel speciē: vel in eo statu in quo apparebat cum inter nos conuersabatur visione corporali. Archid.

¶Quamuis quotidie manducatur Christus, integer tamen permanet viuus. Cap. LXXV.

sup. ea. inuitat. Iuo p. 2. cap 8.

QVi manducat [a] me, viuit [b] propter me.] Non ergo fratres timeamus manducare panē illum, ne forte finiamus illum, [c] & postea, quod manducemus, non inueniamus. Manducetur Christus; viuit manducatus, quia surrexit occisus: nec quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [d] sic fit. Et norunt fideles, quemadmodum [e] manducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam; vnde & ipsa gratia partes vocantur Per partes manducatur, & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus, in cœlo: manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in Virginem; impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, vt eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, ut Angelos pasceret.

¶Hac eadem fere habentur supra c. qui manducat, &c. inuitat.

Origenes hom 7 super Leuiticum. Michiusl. 2 c. 2. super Leuiticū

Item Hieronymus in Leuiticum.

¶Corpus & sanguinem Christi secundum se nulli edere licet. Cap. LXXVI.

DE hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet; de illa vero, quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet.

Item in sermone Dominicæ quintæ post Epiphaniam.

† al Teophaniam.

¶Habetur in missali Ambrosiano in præfatione Dominicæ quintæ post Epiphaniam, † & in antiquis etiam præfationibus in præfatione eiusdem Dominicæ Ex Ambrosio citant Algerus, & Iuo, quamuis Magister Ex Hieronymo. Guitmundus ait esse ex præfatione, qua per totum orbem latenum decantatur.

¶Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt. Cap. LXXVII.

Algerus. l. 1. cap. 15. Guitmundus lib. 1. col. 6. Sen. 4. dist. 12.

SInguli accipiunt Christum Dominum: & in singulis [f] portionibus totus est: nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

Item Hilarius.

Simile apud Eusebium Emissenum hom. 14. quæ est quinta de Pascha, seu de corpore, & sanguine.

¶De eodem. Cap. XXVIII.

VBi pars est [g] corporis; est & totum. Eadem ratio [i] est in corpore Domini, quæ in manna, quod in eius figura præcessit: de quo dicitur: [Qui plus collegerat, non habuit amplius; [k] neque qui minus [l] parauerat, inuenit minus.]

S Inguli.] ¶Singulis.] Quasi dicat sub qualibet portione speciei est totus per singulos homines. Archid.

VBi pars.] CASVS. Credebant quidā simplices sub maiori specie panis & vini plus esse de corpore Christi. hi in hoc cap. reprehenduntur. nam totum corpus est vbi est aliqua eius pars; sicut de manna æqualiter habuerunt, qui inæqualiter collegerunt.

g ¶Vbi pars est.] Dicunt quidam: q quælibet pars hostiæ, licet ipsa integre consecretur, conuertitur tamen in totum corpus, non pars in partem, nam alias non video qualiter in fractione sumeretur totum corpus sub parte prima. sed secundum hoc videtur, quod vbi pars est, ibi est totum. & secundum hoc videtur q pes & nasus sunt coniuncti. quod non credo Ad hoc dicunt quidam, q si hæc dictio, vbi, denotat locum, vera est. nam in quocunque loco est vna pars corporis Domini, est & alia: & ita erit in corpore glorificato. si vero dicas, q vbi, idest, in quacunque corporis parte est pes, est & oculus: falsa est.

1 Vt L. & l qui dñt hoc audacter esse tenendū.

pes & nasus an sint in Eucharistia coniuncti.

h ¶Corporis.] Idest, sacramenti, sub quo latet corpus. Sed obijcio: corpus Christi nō est punctabile si eni est in puncto loci; ergo oportet vt repleat aliquantulum locum. assignetur ergo quantum, si tantum locū replet corpus, ergo minorem locum pars corporis: propterea melius videtur dicendū, q corpus Christi non circumscribitur loco, quia non est tantus locus, quin in minori esse possit. & secundum hoc non sequitur q totum & pars sint in eodem loco. Ioan.

Corpus Christi an circunscribat loco.

net totus: sicut totus descendit in Virginem, & totus remansit apud patrem. Sequentia duo cap plana sunt.
[sm se, Id est, secundum formam humanam.
a ¶Qui manducat.] pone casum per c. sup. qui manducant.
b ¶Viuit.] supra ead. sicut Iudas.
c ¶Finiamus illum.) Id est, consumamus.
d In sacramento.] Quia sacramentum per partes diuiditur, sed non ipsum corpus.
e ¶Quemadmodum.] Quia in sacramento.

i ¶Eadem ratio.] Non tamen quo ad omnia, sed quo ad hoc quod sequitur.
k ¶Amplius.] Quam gomor, idest, vnam mensuram.
l ¶Minus.] Quia recipiebat ab eo qui abundabat.

a ¶Ecce

a ¶Æstimanda.] Non est sic quantitas æstimanda, vt sub minori quantitate minus sit corpus Christi, & sub maiori maius: quia vbicunque est pars, siue dicas pars speciei, totum corpus est: siue pars corporis Christi, id est pes vel manus, totum corpus est: non tñ dicendum est q̃ omnia membra mista sunt: & vbi caput, ibi misti pes vel manus: sed vbi pars ibi totum, quia non maiorem locum occupat totum, quam pars, & econuerso, cũ sit quasi spirituale, qđ est de omni corpore, quod resurrexit ad immortalitatem. H.

Membra in sancta Eucharistia non sũt mista.

INquit Apostolus.] CASVS. Docet apostolus in epistola ad Cor. q̃ patres nostri eandẽ escã spiritualẽ manducauerunt nobiscum & eundem potum spiritualem biberunt, sed corporalem aliam, nam illi mãna & aquam de petra, nos carnẽ Christi & sanguinẽ sed

nus.] Non est omnino quantitas visibilis in hoc æstimenda [a] mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Idem.

¶Iuo etiam citat ex Hilario. & infra ea. c. in Christo. in extremo, refertur vna cum verbis Hilarij: apud quem tamen non est inuentum. Algerus citat Augustinum de sacramento altaris; idem fere habetur apud Paschasium, c. 4. & cæteros, qui hoc idem argumentum tractant.

¶Corpus Christi, quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substantia. Cap. LXXIX.

COrpus Christi, [b] quod sumitur de altari, figura est, dũ panis & vinum extra videtur: veritas [c] autem, dũ corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur. inf. ea. in Chřo. Paschasius. c. 4. Raba. ca. 12. Alge. l. 1. cap 4. Iuo p. 2. cap. 7.

Item ex simbolo Ephesino. [d]

¶Carnem viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam in altari accipimus. Cap. LXXX.

Ex epistola Cyrili, & synodi Alexãdrina ad Nestoriũ, quæ præponit Ephesino conc. Paschasius in epistola ad Furdegardum. Lanfrancus. Guitmũd⁹. l. 3. Algerus l. 1. c. 2. Iuo p. 2. c. 4.

NEcessario igitur & hoc adijcimus. Annunciantes enim secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, idest, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cœlos ascensionẽ pariter confitentes, incruentam [e] celebramus in ecclesijs sacrificij seruitutem. [f] Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamus participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; ut communem [g] carnem percipientes (quod absit) nec, vt uiri sanctificati, & verbo [h] coniuncti ſm dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem, sed uere uiuificatricem, & ipsius uerbi propriam factam.

¶Caput hoc in nimias angustias conclusum suæ integritati restitutum est potissimum ex originali.

Item Augustinus tract. 26. ad c. 6. Ioannis.

¶Quomodo manna, & aqua de petra fuit idem cum nostro cibo, & potu. Cap. LXXXI.

INquit Apostolus. [i] Omnes [i] eandem escam spiritalem manducauerunt.] spiritalem utique eandem: nam corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud. Et adiungit: §& omnes eundem potum spiritalem biberunt. § Aliud illi, aliud nos: sed specie uisibili. Quod tamen idem [k] est uirtute spiritali. [l] Iuo p 2. cap. 4. 1. Cor. 10. Beda. 1. Cor. x.

¶Plenius hæc res a B. August.no exponitur. Sed Iuo habet fere vt Gratianus.

Item Hilarius de Trinitate, lib. octauo.

COrpus Christi.] CASVS. Dicitur q̃ corpus Christi qđ sumitur de altari, latet sub figura. nam aliud exterius videtur, & aliud intrinsecus latet.

b ¶Corpus Christi, &c.] idest, sacrificium corporis Christi: alias falsum est quod dicit.

Sacrificiũ Deo offerimus, nõ in forma carnis neque sanguinis.

c ¶Veritas.] inf. ead. in Christo in fi. & sup. ead. dist. vtrum.

d ¶Symbolo Ephesino.] Tertio, scilicet vbi Nestorius damnatus fuit, vt 15. dist. c. 1. 2. & 3.

NEcessario.] CASVS. Nestorius dicebat Verbum Dei assumpsisse quendam hominem, & sanctificasse illũ, & vniuisse sibi illum in vnitate dignitatis, & illum hominẽ aliam esse personã a verbo Dñi, & non esse verbum Domini. Contra eum in Ephesina synodo dicitur a sanctis patrib. q̃ carnem Christi sumimus in sacramento, non vt alicuius viri sanctificati, sed propriam carnem verbi Dei. [Seruitutem] idest, sacrificium, in quo seruimus Deo.

e ¶Incruentam.] idest, non in specie cruoris.

f ¶Sacrificij seruitutem.] Idest, sacrificium in quo Deo seruimus q. d. licet non seruientes Deo offeramus ei sacrificium non in forma carnis, neque sanguinis in altari: tamen est ibi vera caro & sanguis Christi.

g ¶Non vt communem.] Id est, quasi in cõmuni vsu habetur ad manducandum, nec [i] percipiens carnem alicuius viri sanctificati, idest, sancti.

[i] Hic textum respicit quem ordinare melius intelligat.

h ¶Et verbo.] Non per vnionem personæ, vt dicebant quidam hæretici: sed secundum charitatis dignitatem & iustitiæ 24. q. 3. quidam, ver. Nestoriani.

manducauerunt nobiscum, sed eundem habuerunt intellectum spiritualem, & littera Apostoli exponitur hic ab Aug.

i ¶Omnes] Tam nos quam patres vete. testa. sed dissimiliter; quia illi in figura, nos in veritate.

k ¶Quod tñ idem.] Idest, significat idem hoc quod illud. illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit signum sanguinis Christi.

Aqua de petra fuit signum sãguinis Christi.

l ¶Spiritali] i. ſm spiritalem intellectum idem manducauerunt isti spiritualiter quod nos. non q̃ sub manna

na lateret corpus Christi, ut nunc in speciebus sacramentalibus, sed quia manna illud significabat.

a IN Christo pater.] Hæc est 23 pars dist. in qua extirpatur hæreticorum error dicētiū filiū nō esse per essentiam vnum cū patre, sed collectiue, nec nos esse vnum

bis, ut ostendatur Christum esse in patre secundū unitatem substantiæ, nos uero sumus vnū cū Christo per humanā carnē, quam assumpsit, & ipse in nobis vnū est per propriam carnem, quam in sacro eius sumimus. hanc solam Hilarius obscuris verbis ponit: & ut Hier. inclytus doctor Gallicano cothurno [1] extollitur, longisq; periodis inuoluitur, & a locutione simplicium fratrum procul est.

¶ Quòd ueritatem Dominici corporis, & sanguinis sumimus.
C. LXXXII.

23 IN Christo pater, a & Christus in nobis unum [b] in his esse [c] nos faciunt. Si uere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit, & uere homo [d] ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque uere sub mysterio carnem corporis eius sumimus, & per hoc unum erimus, [e] quia pater in eo est, & ille in nobis; quomodo uoluntatis unitas asseritur, [f] cum naturalis [g] per sacramentum [h] proprietas perfectæ [i] sacramentum sit unitatis? Non est humano, [k] aut sæculi in sensu in Dei rebus loquendum, neque per uiolentam, † [l] atque impudentem [m] prædicationem, dictorum cælestium sanitati, [n] alienæ, atque impiæ intelligentiæ peruersitas est extorquenda. [o] Quæ a scripta sunt, legamus; & quæ legerimus, intelligamus; & tunc perfectæ fidei officio fungemur; De naturali [p] enim in nobis Christi veritate, quæ dicimus, nisi ab eo didicimus, † stulte, atque impie dicimus. Ipse enim ait: Caro mea uere esca est, & sanguis meus uere est potus. Qui edit carnem meā, & bibit sanguinem meum, in me manet: & ego in eo.] De veritate carnis, & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc enim & ipsius Domini professione, & fide nostra uere caro est, & uere sanguis est: & hæc accepta, [q]

Alger⁹. l. 1. c. 3. Guitmūd⁹. l. 3. Iuo par. 2. ca. 4.

† al. uiolentiam

† al. dicimus

Io. 6.

b ¶ Vnum.] Cum. n. pater & Christus vnū sint, i. eiusdem substantiæ & naturæ unitate, & nos vnum cum Christo per eius carnem quā accipimus, & ipse nobiscū unum sit per carnem nostrā, quam assumpsit, patet q̄ mediante Christo unum sumus cum patre.

c ¶ In his esse] Id est cū patre & filio, per hoc. s. quòd pater est in Christo, &c.

d ¶ Homo.] Extra de hæret. cum Christus.

e Erimus] Id est, sumus. nam quandoq; se habet ad præsens. ut 21. disti. in nouo. & ff de verb. sig. verbum aliquādo præteritum pro futuro, ut 50. dist. ponderet. aliquando ponitur presens pro preterito. 35 dist. sexto die, & hoc verbum sit, quandoque se habet ad futurum. ff. ne qd in loco pub. l. 2. §. deinde. e conuerso autem ponitur presens pro futuro infra dist. prox. peruenit. ibi dicit vult, id est, uolet.

1 Dicit H. q̄ cothurnus gen⁹ est calciamēti, quo vtebantur tragœdire citaturi, in theatro, & est huiusmodi calceamētū, vt utrique pedi conueniat & factum in modū crepidarum.

Tēpus vnū pro altero sæpe ponitur.

vnum cum Christo nisi sola uoluntate Ioan. de Fant.

CASUS Beneuentanus sic ponit hunc casum; Arriani dicebant tres esse substantias in trinitate: & illud q̄d dixit Christus in Euangelio, Ego & pater unum sumus: de unitate uoluntatis intelligendum esse dicebant: & exemplum inducebant. Homines dicuntur unum esse in Christo, unitate tamē uoluntatis, quia nō uolunt contraria Deo: ita Christus dicitur unus cum patre sua uoluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falsum esse eorum simile. Homines n. dicuntur unum esse cum Christo non tantum uoluntate, sed quia sumus Deo uniti naturaliter, & hoc dupliciter. quia nostram carnem assumpsit de Virgine factus verus homo, & nos naturalē & propriam eius carnem sumimus in sacramento. Secundo ostendit, q̄ alio modo dicimur, nos esse unū cum Christo, & alio modo Christus unum cum patre: & propter hanc diuersitatem ostendendam dixit Apostolus gradatim, & quodā ordine, ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis, ut ostenderet Christum esse in patre per naturam deitatis, & unitatem substātiæ, nos vero esse in Christo per humanam naturam, quā ipse assumpsit, & ipse in nobis per propriam carnē eius, quam in sacramento sumimus. Ponitur etiam iste casus in apparatu, sed magis breuiter.

a In Christo pater.] Arriani dicebant tres esse substantias in Trinitate: & illud quod dr̄ in Euangelio, Ego & pater unū sumus, dicebant non intelligendum esse de unitate essentiæ, sed de unione voluntatis, quasi filius non uelit contraria patri, sicut dicitur, Nos sumus unū cum Christo, s. unitate uoluntatis. cōtra istos loquitur hic Hilarius, & dicit similitudinem istorum falsam esse, & dicit, q̄ alio modo dicimur nos vnum cum Christo: & alio modo ipse Christus est unū cum patre. & illam diuersitatem ostēdit per hunc ordinem verborū, cū dixit, Ego sum in patre meo, vos in me, & ego in vo-

ADDITIO. Quod not. inf. dist. 4. eo tpe 32. q. 5. si Paulus. in gl. verba sunt 54 dist. fraternitatē iusta fi. Arch.

f ¶ Asseritur.] Ab ipsis hæreticis Arrio, & eius sequacibus, qui tres substantias in Trinitate asserunt, ut 24. q. 1 quidam uer. Arriani.

g ¶ Naturalis.] Id est, naturalis & propria caro Christi sumpta.

h ¶ per sacramentum.] per sanguinem, quem in sacramento sumimus, sic, &c.

i ¶ Perfectæ] perfectæ dicit, quia ante vnitas naturæ etiam erat inter nos & Christum per assumptam nostram carnem, sed non erat perfecta, nam per illā nos sumus vniti ei, sed non ipse nobis & sic per sacramētum altaris perfecta vnitas est inter nos & eum.

k ¶ Humano] Quasi dicat auctoritate Domini volo probare quod intendo, non meo ingenio, q̄ illud sequitur cursum naturæ.

l ¶ per violentiam.] Id est, per hanc tantam præuaricationem, quæ recte violentia dicitur.

m ¶ Impudentem] Id est, circumspectam & improuidam locutionem Arrianorum, qui male interpretātur illud, vt in nobis unum sint sicut tu pater in me.

n ¶ Sanitati.] Id est, sanitate. Vel legatur acquisitiue, s. peruerse sana.

o ¶ Extorquenda] Hoc vult dicere, diuersitas vel peruersitas interpretationis non extorquenda est à sanctitate dictorum celestium, id est, à sanctis dictis celestibus.

p ¶ De naturali.] Id est, quod dicimus Christi naturā in nobis esse, habemus ab eo.

b ¶ accepta] A Christo. a

Vnitas perfecta est inter nos & Christū.

a Scilicet utero virginali. H.

a ¶ Hu-

atque hausta [a] id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? Contingat plane his uerum non esse, qui Christum Iesum uerum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo; dum secundum hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quòd autem in eo per sacramentum communicatę carnis, & sanguinis simus; ipse testatur dicens; [Et hic mundus iam me non uidet: uos autem me uidebitis, quoniam ego uiuo, & uos uiuetis, quoniam ego in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.] Si uoluntatis tantum unitatem intelligi uellet, cur gradum [b] quendam, atque ordinem consummandæ vnitatis exposuit? nisi, ut cum ille in patre per naturam [c] diuinitatis esset, nos contra [d] in eo [e] per corporalem eius natiuitatem, [f] & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorem unitas doceretur: cum nobis in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis: & ita ad unitatem patris proficeremus cum eo, qui [g] naturaliter [h] secundum natiuitatem [i] inest, nos quoque in eo [k] naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quòd autem in nobis naturalis hæc unitas sit, ipse ita testatus est: [Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.] Non enim [l] quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. [m] Perfectæ autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat dicens: [Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo per † patrem, & qui manducauerit meam carnem, & ipse uiuet per me. [n]] Viuit ergo per patrem: & quomodo per patrem [o] uiuit, eodem modo nos per carnem eius uiuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. Hęc ergo uitæ nostræ causa est, quòd in nobis carnalibus manentem per carnem Christum habemus, victuris nobis per eum ea conditione, qua uiuit ille per patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum uiuimus, id est, naturam suæ carnis adepti, quomodo [p] non naturaliter secundum spiritum in se [q] patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? *Item infra.* ¶Hæc [r] autem idcirco commemorata a nobis sunt: quia

Io. 14.

Io. 6.

Io. 6.

† *al. propter.*

Christus est in nobis, et nos sumus in Christo.

a ¶ Hausta.] Id est, a nobis sumpta. sed utrumq; uerum est. s. n. ipse in nobis est per carnē assumptā a se, eodē modo & nos in eo. Item nos sumus in eo per carnem cōicatam, similiter & ipse est in nobis. vnde dr, quia ego viuo, s. naturaliter: quia eiusdem substantiæ cū patre est, & non in eo tanquam uas vel liquor in uase, ut mentiuntur quidam hæretici, vt 24. q. vlt. quidā. ver. Metangi.

b ¶ Cur gradū.] Gradatim & ordinate dixit, ego in patre & uos in me, & ego in uobis. si enim uoluntate tantum in unum essemus, nō oporteret dixisse, nisi quia ego & pater & uos unum sumus, scilicet per uoluntatem: non fecisset gradum dicēdo sigillatim unumquemque. ordo enim & distinctio nominū multum operatur: & est ff. si quis cau. sed & si §. quæsitum. 43. distinct. sit rector. extra de refer. cum dilecta. nam & si seruus cōis distinctis nominibus dominorum stipuletur pro uirilibus portionibus eis acquiritur. si tacitis nominibus, pro ea tantū parte, qua quisque dominus est. ff. de stip. ser. si communis seruus ita stipuletur.

Ordo nominum multum operatur. 1 Qd. no. 63. dis. metropolitano. Arch.

c per naturam.] Sicut. n. ipse est unum cum patre natura diuinitatis, ita unum est nobiscum humanitatis natura.

Christus est nobiscum unū.

d Nos contra.] Idest, econuerso.

e In eo.] Scilicet filio inessemus.

f Natiuitatem.] Et ita quoque ipse in nobis, sed consummatius & plenius per id quod sequitur. Et sic innuitur hic Christum esse in nobis per carnem in sacramento communicatam, & nos in eo per carnem Virginis assumptam. Sed innuitur contrarium ibi, cum eo qui. ubi dicitur ꝙ est in nobis per carnem. ibi, quòd autem, quòd nos sumus in eo per sacramentum altaris communicatū sed vtrumque potest esse uerum, cū hic insit eadem caro supra ea omnia.

g Qui.] Scilicet filius per naturam assumptā a Christo in Vergine, uel a nobis in sacramento.

h Naturaliter.] Per naturā diuinā inest. sic. n. intelligi debet, pater est in filio, & filius in patre, id est, iste est eiusdem naturæ uel substantiæ cū illo, & econuerso.

i Secundum natiuitatem.] Id est, de patre nascendo, uel secundum natiuitatem, idest, diuinitatē, quę est natiuitas.

pater est in filio, & e qualiter intelligitur.

k ¶ In eo.] Scilicet filio.

l ¶ Non enim.] Hic vult dicere, ꝙ malus non fiat unū cum Deo per assumptionē corporis Christi, licet eius, id est, mali Christus habeat in se carnem assumptam.

m ¶ Sumpserit.] Per incarnationem in Virgine.

n ¶ per me.] Hoc ex patre habet uiuere, qui ex eo natiuitatē habet, homo uero non habet natiuitatem a Christo, sed ab homine, a quo gignitur & nascitur. & ideo non est ibi omnimoda similitudo.

Homo habet natiuitatem a Christo

o Per patrem.] Id est, a patre secundum diuinitatem.

p Quomodo non naturaliter.] Id est, sicut Christus est unum cum patre.

q In se.] Id est, secundum naturam diuinam, quæ spiritus est, q. d. quoniam non habet naturam cum patre, vt sit idem cum eo, & sic uere Dei filius est unum & idem cum patre unitate substantiæ, non uoluntatis, &c.

r Hæc autem.] Scilicet superiora, alias supradicta.

a Et

a ¶Et per honorē.] Id est, honorabile sacramentum nobis datum a Christo in cœna.
b IN calicē.] Hec est 24. pars dist. in qua ratio redditur quare aqua mittitur in vinum. Io. de Fant. CASVS. Casus iste ponitur sic: Melchisedech corpus Chri prefigurauit qn panē & vinū obtulit, sed aquam obtulisse non legitur. & ideo quæritur quare in sacrificio aqua ponitur. Et respōdet Ambrosius duas de hoc rationes assignans. Vna est, quia aqua de petra fluxit, quæ hoc sacramentum significauit: alia est quia de latere Christi aqua fluxit & sanguis: & assignat rationem quare de latere postea ponit multas auctoritates per quas corpus Christi multipliciter commēdat Diuidit in prima parte dicit quare aquā in sacrificio offeramus. In scdā cōmēdat sacrificiū multiplici auctoritate hoc fecit. sup. ea. scrip ura. Quarta quia populus per aquam significatur, & per mistionem aquæ cum vino populo redemptio. supra ead. cum omne. secundum Hug.

voluntatis tantum inter patrem, & filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebatur exemplo, tanquam nobis ad filium, & per filium ad patrem obsequio tantum, ac voluntate religionis vnitis, nulla per sacramentum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur: cum & per honorem [a] nobis datum Dei filij, & permanentem in nobis carnaliter filium, & in eo nobis corporaliter, & inseparabiliter unitatis mysterium ueræ, ac naturalis vnitis sit prędicandum. *Idem.* β ¶Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura est, dum panis & uinum extra uidetur: ueritas autem, dum corpus & sanguis Christi in ueritate interius creditur.

sup. ea. corpus.

α ¶Quæ scripta.] *Addita hæc sunt vsque ad ver.* De naturali. *ex ipso originali, itemque alia nonnulla, quæ facere videbantur ad sententię integritatem.*
β ¶Idem. *Antea legebatur*, id est, *Emendatum est ex vetustis codicibus: De hoc autem loco notatum est sup. ead. c. corpus.*

Item Ambrosius in lib. 5. de sacramentis, c. 1.

¶Quare in sacrificio aqua vino misceatur. Cap. LXXXIII.

Gen. 14.

24 IN calicem [b] mittitur vinum: & quid aliud? aqua. Sed tu mihi dices, quomodo ergo Melchisedech panem, & uinum [c] obtulit? [d] Quid sibi uult admistio aquæ? Rationem accipe. *& paucis interiectis.* ¶Iussit Deus Moysi, ut tangeret petram de uirga: tetigit petram, & petra undam maximam fudit, sicut Apostolus ait, { bibebant autem de consequenti [e] eos petra petra autem erat Christus. } Non immobilis petra, quæ populum sequebatur. Et tu bibe, ut te Christus sequatur. Vide mysterium. Moyses, hoc est, propheta: [f] uirga, [g] hoc est uerbum Dei. Sacerdos uerbo Dei tangit petram; & fluit aqua, & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit [i] in uitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est Didicisti ergo hoc. Accipe [k] & aliud. *& paucis interiectis.*

1. Cor. 10.

¶De latere eius aqua fluxit, & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua, ut emundaret; [l] sanguis, ut redimeret. Quare de latere? quia unde culpa, [m] inde gratia: culpa per fœminam, gratia per Dominum Iesum Christum. *Item cap. 3.*

Ioan 19.
Gen. 4.

¶Audi psalmum. Vide, quemadmodum aptus sit cœlestibus

Psal. 22.

c ¶Et vinū.] expressum aūt nō est q obtulerit aquam. psumitur tn̄ q & si non aquam vino miscuisset, vinū tn̄ lymphatū obtulit; quia prohibitū erat sacerdotib. in tēplo ne purū vinū haberēt. vnde Apostolus Nolite inebriari vino, &c. similiter de Christo credendum est, 1 quia magister est abstinentiæ. 1. quæstio. 2. quam pio.

Melchisedech vinū lymphatum obtulit.

1 Hoc expressum. sup. ea. in sacramento.

d ¶Obtulit.] Ideo forte quia fatigatis non purum vinum, sed cum aqua mistum solemus offerre.
Pentecostes [a] ex aduentu Spiritus sancti sacra † solennitas, quæ de Paschalis festi pendet articulo, & cum ad alios [b] dies alia festa pertineant, hæc semper ad eum diem, qui resurrectione Domini est insignis, occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratiæ manum, & † eos quos à die Paschæ aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut nauigationis difficultas interclusit, inuitat, [α] vt quibuslibet necessitatibus impediti, desiderij sui effectum dono Spiritus sancti consequant. *& infra c. 4* ¶ Hoc autem nos nō ex nostra [c] persuasione defendere, sed ex Apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum Apostolū Petrum, qui in eo die, quo omnium † credentium numerum promissus Spiritus sancti repleuit aduentus, trium millium [d] populum sua prædicatione conuersum lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura, quæ Apostolorum actus continet, fideli historia docet dicens: [His auditis cōpuncti sunt corde; & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus [e] vero ad illos: pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem † peccatorum; & accipietis donum Spiritus sancti.

† *al.* ver. ij. orig.

† *al.* omnem

act. 2.

† *al.* remediū

α ¶ Inuitat.] *Iuo habet*, inuitans. *Sed in originali est*, interclusit inuitos, aut quibuslibet necessitatibus impeditos, desiderij, &c.

1 Arg. cōtra infra, c. prima. ver. toto corpore.

ADDITIO Hoc etiā no. Gof. in summa de baptismo § Itē quæritur quid si, & Innocen. extra, de baptismo debitum. Arch.

e ¶ Petrus.] supra ead. distinct. 2. tūc eis.

f ¶ Sicut quis.] aliā gratiam.] Et ita non omnis Christi actio nostra est lectio. arg. sup distin. 2. liquido. quia ex eo non esset remissio peccatorum 2 vt inf ead. dist non regenerabantur.

Item in eadem Epistola, c. 6.

De eodem. Cap. XIIII.

Iuo p. 1. c. 47. Pann. l. 1. c. 16.

SI quis autem Epiphaniæ festiuitatem (quæ in suo ordine debito honore venerāda est) ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quia hoc quidam putant, quòd in eadem die Dominus ad baptismum sancti Ioannis accesserit; sciat illius baptismi aliam gratiam, [f] aliam fuisse rationem, nec ad eandem pertinuisse virtutem; qua per Spiritum sanctū renascuntur, de quibus dicitur, [qui non ex sanguinibus, neq. ex voluntate [g] carnis, [h] neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati; nec quærens remedium renascendi, [i] sic uoluit baptizari, quomodo voluit circuncidi, hostiamque pro se emundationis offerri, vt qui factus erat ex muliere (sicut Apostolus ait) fieret & sub lege, quam non venerat soluere, sed adimplere, & implendo finire, sicut beatus Apostolus prædicat dicens, [k] [finis [l] autem legis Christus [m] ad iustititam ommi credenti.] Baptismi autem sui in se condidit [n] ad sacramentum, quia in omnibus primatum tenens, se docuit esse principium, & tunc regenerationis potentiam [o] sanxit, quando de latere ipsius profluxerunt sanguis redemptionis, & aqua baptismatis.

Io 1.

Rom 10.

Matt. 5.

Rom. 10.

2 Nam per illud baptisma tātū corpus lauabat ex eius, nō mundabatur Interius à peccato. Arch.

g ¶ ex voluntate.] Id est, ex concupiscentia.

g ¶ Carnis.] Id est, fœminæ, quæ de carne Adę est facta. propterea dicitur fœmina caro quæ regitur, vir spiritus, qui regit.

i ¶ Renascendi.] scilicet pro nobis, quomodo & circumcidi.

K ¶ Dicens] in epistola ad Corinthios.

l ¶ Finis.] scilicet cōsummationis implet enim in se & in nobis quod lex prædixerat.

m ¶ Christus ē.] Christus dico valens ad iustitiam omni credēti. de pœ. dist. 2 si enim.

n ¶ Condidit.] Id est, nunciauit & instituit.

o ¶ potentiam] Id est, plenam efficacia, quia tunc ianua cœli fuit aperta, extra e. maiores. Io. De hoc supra, ead. proprie.

Item ex concilio Gerundensi, c. 4.

DE catechuminis baptizandis.] Quid si sacerdos catechumenos sanos à baptismo repellat: & ipsi interim ante constitutum tempus sine baptismo decedant: nunquid imputabitur sacerdoti? non videtur. absit. n. vt ea, quæ propter bonum & licitum facimus. &c. vt 23. q. de occidendis. 2.

a ¶ Infirmi] Vel etiam paruuli supra distin. 5. baptizari.

b ¶ Si qui.] ¶ Vrgentur.] ff. si quis caut. l. 2. sup. 18 dist. placuit ff. de diuer. & tem. præs. l. 1. alijs etiam modis in necessitate quis adstringitur. 18. dist. si episcopus.

c ¶ VEnerabilis baptismi.] Cum præter baptismum salus nulla infantibus permittatur, vt inf. ca. di. nulla. non vr circa eos obseruandum quod in istis ca. continetur, vt præter statuta tempora paschę & pentecostes baptizari non debeant, ne præueniente morte, qui regenerari possint non inueniantur, vt dist. 5. c. 2. in ambiguis autem sequendum est quod certius æstimatur, vt supr. di. 95. presbyteri. hoc etiam consuetudo eccl. etiam obseruat in paruulis, secus in adultis, in quibus simile periculum non timetur, quia in eis conuersio mentis ad Deum baptismi vicem supplere non dubitatur, vt infra ca baptismi vicem.

BAptizandi,] s. solenniter, & est ratio quare in istis duobus diebus, vt Christo mortuo commoriamur, & sepulto consepeliamur, & resurgenti consurgamus. Arch.

COnstat,] CASVS. quæsitum fuit ab Isid. ad quem spectat officium baptizandi, & respondetur, quod ad solum sacerdotem, sed in necessitate presbytero vel episcopo absente potest baptizare diaconus, vel etiam laicus. Sequ. tria capit. plana sunt.

d ¶ Baptisma] Id est, baptismi mysterium vnde ad expositionem eius sequitur, eiusque mysterium.

e ¶ Sacerdotibus.] Infra ca sanctum. contra: vbi dr, quod auctoritas traditionis baptismi etiam ad laicos pertinet Christianos, sed illud in necessitate verum est, vt hic subiungit. & sibi in exemplo de pœnitente & catechumeno declaratur.

f ¶ Mysterium.] supra de pæ. dist. 1. quem pœnitet.

g ¶ Vel presbytero.] Idest, licentia supra dist. 93. diaconos, & cap. diaconi. contra. dic vt ibi.

h ¶ Quod & laicis.] Supra. 30. q. 1. ad limina. 3. quæst. 2. quod quidam.

Catechumenus si moriatur sine baptismo, an sit imputandum presbytero. 2. De hoc est leg. & not. 18. distin. per uenit. in fi. vbi vide Arch.

Paruuli possunt in omni tempore baptizari.

¶ In solennitate Paschali, & Pentecostes catechumeni baptizentur. Cap. XV.

DE catechumenis baptizandis id statutum est, vt in Paschę solennitate, vel Pentecostes, quanto maioris celebritatis maior celebritas est, tanto magis ad baptizandum veniant: cæteris solennitatibus infirmi [a] tantummodo debeant baptizari: quibus quocumque tempore conuenit baptismum non negari. Iuo p. 1. c. 60. Pann. l. 1 c. 20.

¶ *Restitutum caput est ex suo originali.*

Item Leo Papa, epist. 4. c. 6.

¶ Necessitate cogente, quolibet tempore baptizare licet. Cap. XVI.

SI qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij vrgentur, [b] omni tempore debent baptizari. Burch. l. 4. c. 2. Iuo p. 1. c. 197. Pann. l. 1. c. 18.

¶ *Apud B. Leonem sententia huius capitis est post c. duo tempora. & ante c. si quis autem supra ead.*

Item Gelasius Papa clero, et plebi Tarent.

¶ Nisi necessitate cogente inter Pascha & Pentecostem nullus baptizare præsumat. Cap. XVII.

VEnerabilis baptismi [c] sacramentum non nisi in festiuitate Paschali, & Pentecostes tradere præsumat episcopus; exceptis ijs, quibus vrgente mortis periculo, talibus oportet, ne in æternum pereat, remedijs subueniri. In epi. Gregorij II. clero, & plebi Turingiæ, & in cōc. Vuormaciensi, c. 1. Burch. l. 4. c. 7. Iuo p. 1. c. 63. & 202. Pann. l. 1. c. 21.

¶ *In epistola Gregorij secundi clero, & plebi Turingiæ. vnde citat Iuo quamuis & Gelasij esse potuerit; & in concilio Vuormaciensi. vnde Burchardus, legitur,* Sacrosancti baptismi. *Itemque apud Iuonem, c. 202. In capite autem 63 est,* Generalis, *& in margine,* Venerabilis.

Idem Gelasius epistola ad episcopos Lucaniæ, c. 12. Cōc. Parisien. c. 7.

¶ De eodem. Cap. XVIII.

BAptizandi sibi quispiam passim, quocumque tempore nullam credat inesse fiduciam, pręter Paschale festum, & Pentecostes venerabile sacramentum, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu; in quo verendum est, ne morbi crescente periculo, sine remedio salutari fortassis ægrotans exitio pręuentus abscedat.

Item Isidorus de officijs, l. 2. c. 24.

¶ Non nisi sacerdos baptizare præsumat. Cap. XIX. Sent. 4. dist. 6. Iuo p. 1. c. 67. Pann. l. 1. c. 23.

COnstat baptisma [d] solis sacerdotibus [e] esse tractandum: eiusdem mysterium [f] nec ipsis diaconis explere est licitum absque episcopo, vel presbytero: [g] nisi his procul absentibus, vltima languoris necessitas cogat. Quod & laicis [h] fidelibus plerumque permittitur, ne quispiam sine remedio salutari de sæculo euocetur. *Item Gelasius Papa.*

Mulier

MVlier.]Hæc est 3. pars distin. in qua probat per 12. c. ꝙ in necessitate potest fieri baptismus a quocũque. Io. de Fan.
a ¶ Mulier.]Supr. 35. q 5 mulierem. 23. dist. mulier.
b ¶ Super quibus]supr. eo. q. 3. super quibus.

c IN necessitate.]¶ Etiam laicos]Supra 1. q. 1. neque & cap si quis per ignorantiam. & c. quod quidã. supra 93. dist. diaconos.
d QVicumque.]Sup. 1. q 1. neq. & c. si quis per ignorantiam.

c In

sup. dist. 93 diaconos propriã.

¶ Diaconos quoque propriam, *&c. ut supra in tractatu ordinandorum, ubi de reuerentia diaconorum erga sacerdotes agitur.*

sup. distin. 23. mulier. Sent. 4. disti. 6. Burc. l. 3. c. 83. Iuo p. 1. c. 65. Pann. l. 1. c. 25. 30. q. 3. super quibus.

Item ex concilio Carthaginensi 4 q 99. & 100.

¶Non præsumat mulier baptizare. C. XX.

MVlier, [a] quamuis docta, & sancta uiros in conuentu docere, uel aliquos baptizare non præsumat.

Nisi necessitate cogente. Vnde Vrbanus Papa II [*super quibus* [b] *consuluit,*] *lege ut supra in tractatu coniugij, ubi de compatribus agitur.*

Item Augustinus ad Fortunatum.

¶Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt.

C. XXI.

Iuo p. 1. c. 191. Pann. l. 1. c. 26.

IN necessitate, cum episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur, & urget periculũ eius, qui petit, ne sine isto sacramento hanc uitam finiat, etiam laicos [c] solere dare sacramentum, quod acceperunt, solemus audire.

† al. Martiniani.

Item ex decreto Martini † Papæ III.

¶De eodem. C. XXII.

Poly. l. 3 tit. 10. Ans. l. 9. c. 54. Burc. l. 4. c. 47. Iuo p. 1. c 241. † al. occasione.

QVicunque [d] presbyter in prouincia propria, uel in alia uel vbicumque inuentus fuerit, commẽdatum sibi infirmum baptizare noluerit, uel pro intentione itineris, uel de alia aliqua excusatione, † & sic sine baptismo moritur; deponatur.

Item Isidorus.

¶Non reiteratur baptisma, quod a pagano ministratur.

C XXIII.

1. q 1. si quis per ignorantiam. capit. l 5 c. 4. Sent 4. distin. 5. Alger. l. 3. c. 6.

ROmanus [e] Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat; sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi; licet paganus sit, qui baptizat.

¶ *De hoc capite dictum est supra 1. q. 1. si quis per ignorantiam.*

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 140.

¶De eodem. C. XXIIII.

Sent. 4. distin. 5. Alg l. 3. c. 6. Iuo p. 1 c. 148. Pann. l. 1. c 29.

AQuodam Iudæo [α] nescitis, vtrum christiano, an pagano, multos in patria uestra baptizatos asseritis, & quid de iis sit agendum consulitis. Hi profecto, si in nomine sanctæ Trinitatis, [f] uel tantum in Christi nomine, sicut in actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe idem est, sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuo baptizandos.

Act. 2. & 19. Amb. l. 1. de spiritu sancto, c. 3.

α ¶ Iudæo.] *Apud Algerum est,* ut audio. *Verum in originali post hoc caput sequuntur verba hæc,* sed primum, utrum Christianus, an paganus ipse Iudæus extiterit, uel si postmodum factus fuerit Christianus, inuestigandum est.

Item Augustinus contra Cresconium grammaticum, libro 3. c. 6.

ROmanus.] CASVS. paganus quidã baptizauit hominem in forma ecclesiæ, quare quæsitũ fuit quid esset faciendum. Et respondet Isidorus, ꝙ Papa non attendit baptizantẽ hominem, sed Dei uirtutem in baptismo.
e ¶ Romanus.] Infra ea. disti. quos a paganis contra ibi, non in forma ecclesiæ supra di 62. nulla ratio, sup. 1 q 1. c. 1. G. cõtra, ibi, n. dicitur, ꝙ nemo dare potest quod nõ habet, ut inf. ea. quomodo. in prin. quomodo ergo baptismum paganus tradere dr̃? sic creditor dominiũ rei sibi obligatæ post biennium in alium transfert, quod tamen non habet inst. quibus alienare licet uel non § 1. Arg. contra ff. de acqui. rerum do. traditio. iuris ergo auctoritate permittente potest quis alium transferre qđ non habuit. & hoc casuale, illud uero regulare 1. q 7. Daibertum. — Dare põt quis qđ non hẽt.
AQuodam.] CASVS. Quidam baptizati fuerunt a quodã: sed nesciebatur vtrũ esset Iudæus. Paganus, uel Christianus, quare quæsitum fuit a Nicolao quid de his esset faciendũ. Qui respondens dicit, ꝙ si in nomine patris & filii & spiritus sancti fuerunt baptizati non debent iterum baptizari.
f Trinitatis.] Infra ea. di. sanctũ & c. si nõ sanctificat cõtra infr. ea. dist multi. & c. si re uera. & c. in synodo. cõtra. Sed hic expone Trinitatis explicite infra eo. dist. agũt hoĩes inf. ea. dist. postquam nos. Contra. Et quare potius baptizatur quis in nomine Christi, q̃ in nomine Trinitatis. Tu dic, ꝙ in nomine Trinitatis non intelligitur nisi trium personarum essentiæ vnitas, & in nomine — Baptizat q̃s in nomine Christi, nõ autem ĩ nomine Trinitatis.

¶Sicut per bonum, ita per malum ministrum æque baptisma ministratur. Cap. XXV.

Iuo p. 1 c. 160. Pan. l. 1. c. 30.

SI inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus, qui per meliorem datur; nullo modo est malus, qui etiam per malum datur: quando idem baptismus datur & ideo per ministros dispares Dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

Idem super Ioannem in parte prima, tract. 5. ad c. 1.

¶Non merita ministrorum, sed uirtus Christi in baptismate operatur. Cap. XXVI.

infra ea. aliud Sent. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 156. 157. 158. 159. Pan. l. 1. ca. 31.

† Baptisma tale] Orig.

BAptismus † talis est qualis ille est, in cuius potestate datur, non qualis est ille, per cuius ministerium datur. *Item ibidem.* ¶Quid nouerat Ioannes Baptista? Dominum. Quid non nouerat? potestatem [a] Dominici baptismi in nullū hominem a Domino transituram: sed ministerium plane trāsiturum, potestatem a Domino in neminem ministrorum, ministerium & in bonos, & in malos. Non exhorreat [b] columba [c] ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat malus minister, vbi [d] bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi beneuolus est iudex? *Item infra.* ¶Neque [e] qui plantat [f] est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum [g] dat Deus. *Item ibidem.* ¶Ego [h] dico, [α] & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse omnes, per quos baptizatur: iustos oportet esse tanti iudicis ministros, si ministrare iuste voluerint. Si autem noluerint esse iusti, qui in chathedra Moysi sedent: securum me fuit magister meus de quo spiritus eius dixit: { Hic est qui baptizat, [i] } *Item infra.* ¶Non timeo adulterum, non ebriosum; [k] non homicidam, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: (hic est, qui baptizat.

sup. dist. 32. præter hoc.

1. Cor. 3.

Matth. 23.

Ioan 1.

α ¶Ego dico.] *Sic etiam Iuo, sed in originali,* Et ego, & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si volunt. Si autem noluerint, &c. *Sunt autem partes huius capitis ex eodem tractatu quinto hic inde collecta.*

Idem in tractatu 6. ad cap. 1. Ioannis.

¶De eodem. Cap. XXVII.

Sen. 4. dist. 5. Iuo p. 1. c. 160.

CVm baptizat malus ex aliqua vel ignorantia ecclesiæ, vel tolerantia (aut enim ignorantur mali, aut tolerantur [l] vt palea, quousque in vltimo ventiletur area:) illud, quod datum est, vnum est: nec impar propter impares ministros; sed par, & æquale propter [hic est, qui baptizat.

Ioan 1.

Christi intelligitur vnctus, vngens, & a quo vngitur. Dicit ergo Grat. [1] cōcessum fuisse Apostolis baptizare in nomine Christi pp nomen Christi ampliandū hoc est abrogatum per contraria hic signata infra ea. in synodo. & c si non sanctificatur. hoc non credo, cum hoc cap Nicolai posterius sit. Dico, ergo φ non debet quis baptizari in nomine Christi, si tñ baptizatur, valet baptismus. [2] & hoc innuit hic illa littera, quia non illorum scilicet qui baptizant, &c.

1 vt Bar. sm G.

2 Idem no inf. c. multi. ibi dicam. Archid.

SI inter bonos.] CASVS. quæsitū fuit vtrum baptismus per malum datus sit malus, vel non æque bonus vt datus per bonum. Et respōdet Au. φ non ideo melior est, quod per bonum vel malum datur, quia non baptizantis, sed Dei est.

BAptismus.] CASVS Dicitur hic, φ solus Deus retinet potestatem baptizandi, per ministerium vero baptizat sacerdos bonus vel malus: & licet homo baptizet exterius, interius tñ nullam potestatem exercet, quia Deus est qui baptizat interius. quod probatur auctoritate apostoli dicentis: Neque qui plantat, &c. & ad hoc etiā inducūtur verba Ioannis Baptistæ, quæ sunt in euangelio Io. scilicet. Vidi spiritum descendentem de cœlo sicut columbam, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Quæ verba exponit Augu. & dicit, φ nesciebat eum, i. nesciebat, φ potestatem baptizandi sibi retinebat, sed tantum ministerium baptizandi tradidit bonis & malis.

a Potestatem] Cum dixit, Vidi spiritum descendentē de cœlo sicut columbam, & māsit super eū, & ego nesciebam, hoc exponit Augu. φ Io. nesciebat eum, idest, nesciebat quod sibi potestatem illam retinuisset Dominus. sed tantum ministerium baptizandi tradidit Dominus.

b Non exhorreat.] Supr. dist. 23. §. verum, sup. 1. q. 1. neque in homine.

c Columba.] Idest, ecclesia 24. q. 1. loquitur.

d Vbi] 26. q. 7. allegant.

e Neque] Vt sup. dist. 19. secundum.

f Qui plantat.] Prædicando, ad fidem conuertendo.

g Qui incrementum.] Idest, infusionem gratiæ, & remissionem peccatorum. 1. q. 1. si fuerit.

h Item ibidē ego.] rūdet tacite obiectioni, q. d. licet malus minister officiat vel baptizet, nihilominus tñ debent esse boni.

Ministri sacrorum debent esse boni.

i Qui baptizat.] Interius absoluendo a peccatis: nam illius est baptismus, non a baptizandis sup c. a quodā.

k Ebriosum.] Dum tamen intelligat quod agit; cōsuetudinem hic notat hoc nomen, non actum. extra c. maiores. ver illud vero.

l CVm baptizat.] ¶Aut tolerātur.] Sup. 23. q. 7. ca. 1.

3 De hoc et leg. & no. sup. 1. q. 1. dedit ibi videas. Arc.

† al. dogmatibus.

Idem de ecclesiasticis regulis, † *c.52.*

¶ Non reiteratur baptisma, quod in nomine sanctæ Trinitatis ministratur. Cap. XXVIII.

Burch. l.4.c.39. Iuo p.1.ca.160. & 233. ex Rhotomagensi.

SI qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis a confessione b baptizant, & ueniunt ad nos; recipiantur quidem ut baptizati, ne sanctæ Trinitatis inuocatio, vel confessio annulletur: sed doceantur integre, & instruantur, quo sensu sanctæ Trinitatis mysterium in ecclesia teneatur, & si consentiunt c credere, vel acquiescunt confiteri; purgati iam fide integritate confirmentur manus impositione. Si vero paruuli sunt, vel † hebetes, qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis, qui eos offerunt, iuxta morem † baptizandi. Et sic per α manus d impositionem chrismate communicati, e Eucharistiæ f mysterijs admittantur.

† al. &

† al. nomen.] Orig.

α ¶ Per manus impositionem] *In originali est,* Et sic manus impositione, & chrismate communiti, Eucharistiæ, &c. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Idem ad Orosium in libro 65. quæst. dialog. quæst. 59.

Sent. 4. dist.6. Iuo p.1.c.160. Pann.l.1.c.28.

QVamuis vnum baptisma sit, & hæreticorum (eorum scilicet, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti babtizantur,) & ecclesiæ catholicæ; tamen quia foris, & extra ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem, g sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti β, virtutem autem eius abnegantes. Et ideo eos ecclesia non rebaptizat, quia in nomine Trinitatis h baptizati sunt. Ipsa est profecto forma sacramenti. Ideo, cum reuersi fuerint, accipiunt virtutem spiritus sancti, quem † ij, qui extra ecclesiam baptizantur, nondum habent.

† al. quam.

β ¶ Formam sacramenti.] *Ita etiam apud Iuonem. In originali est,* habentes quidem speciem pietatis, uirtutem tamen eius abnegantes. *& rursum.* Animales, inquam, spiritum non habentes. *Et idcirco eos ecclesia, &c. Vtitur autem B. Pauli uerbis 2. Tim.3. & Iudæ apostoli, c.1.*

Item Pelagius Papa Gaudentio episcopo.

inf. c. multi sũt. Iuo p.1.c.161. Pann.l.1.c.62. S.T.3. quæstio. 66. ar.6.

¶ Baptizantur qui tantum in nomine Domini baptizati probantur. Cap. XXX.

SI reuera hi de hæreticis, qui in locis tuæ dilectioni † uicinis commorari † dicuntur, solummodo se in nomine Domini baptizatos fuisse forsitan confitentur; i sine cuiusquam dubitationis ambiguo, eos ad catholicam

† al. destinatis vicinis.] Iuo.
† al. cõmorati

SI qui.] CASVS. Quidam ab hæreticis in forma ecclesiæ baptizati Volebant ab ecclesia redire. quærebatur vtrum essent baptizandi. Et respondentur quod nõ. sed debent integre instrui in fide, & ecclesiæ per manus impositionem reconciliari. Si vero sunt paruuli, vel tales, qui instrui non possint, dẽt chrismari, & patrini debent respõdere pro eis, & confessionem facere. [Cõmunicati.] idest, vncti vel communioni redditi.

a ¶ Trinitatis.] Supr. 1.q.2 neque in nomine.

b ¶ Confessione.] idest, inuocatione.

c ¶ Et si consentiunt.] Hoc de adultis.

d ¶ Per manus impositionem] Confirmatoriam, quæ etiam in hoc casu reconciliatoria est infra ead. dist. ab antiqua. & 1.q.1.§ ecce.

d ¶ Per manus.] Sed nunquid de furioso iudicat secundum illum statum mentis, quem habebat cũ in furorem incidit? Nam si volũtatem habuit baptizandi, & incurrit furorẽ: valebit ei baptismus in furore collatus: alias non. extra c. maiores. §. vlt. Secus in puero, quia puer non habuit voluntatem vnquam: & tamen saluabit baptizatus infra ead. quæris.

Baptism' an possit conferri furioso.

e ¶ Communicati.] Idest peruncti.

f ¶ Eucharistiæ.] Hoc de adultis, quia paruulis nõ dat corp' Christi, vt inf. e.c. in ecclesia nisi forte vbi consuetudo est, quod infunditur per ora eorũ sãguis Christi, non corpus, secundũ quosdã.

Corpus Domini nõ datur paruulis.

QVamuis.] CASVS. Dicit hic, quod licet unum sit baptisma hæreticorũ baptizantium in forma ecclesiæ, & catholicorum, tamẽ qui extra ecclesiam baptizãtur, gratiam Dei non cõsequuntur: & ideo si ad fidẽ reuertũtur, reconciliari debent, & non rebaptizari.

g ¶ Ad salutem.] Hoc dr̃ de illis, qui scienter ab hæreticis baptizãtur, & eorũ errores imitantur: sed in necessitate mortis melius esset à talibus baptismum accipere quam sine perceptione talis sacramenti decedere: 1 quia si euaserint per manus impositionẽ, & cætera quæ sequũtur in catholica ecclesia recipiunt, vt inf. ea. sanctum est. in fin. paruulis hoc non nocet. 1.q.4 placuit.

1 vt 32. di. §. uerũ. c. ad hoc.

h ¶ Trinitatis.] i. patris & filij & spiritus sancti supr. ead. pp.

SI reuera.] CASVS. Quidam erant ab hæreticis baptizati. quærebatur vtrum rebaptizari deberẽt? Et respondetur: si dicunt se baptizatos tantum in nomine Domini, debent iterum baptizari, si uerò in nomine Trinitatis explicite, scilicet, in nomine patris & filij & spiritus sancti, sufficit si recõcilientur: quia forma euangelica iterari non debet.

i ¶ Confitentur.] Hic creditur eis pro se, quia nulli fit præiudicium. 2

2 Quod dicit l. & no inf. ea. placuit de infantibus

minata, vt 1.q.1.§.ecce nam etiam inuitus qs baptizatur, vt 45. dist. de Iudæis. Ad hoc dico ꝙ si baptizās intendit baptizare, qualemcunque intētionem baptizatus habeat, recipit sacramētum, sed si non intendit baptizare, licet verba proferat, non est baptizatus, 1 qa ver-

Baptizās debet habere intētionē baptizandi. 1 Hoc probat Au ꝗ dicit, ꝙ intentio requirit̄ ad omne sacramētū, & sine intentione faciēdi nihil fit in sacramento. Arch.

mo, quia sicut baptizatus ab ecclesia transiens ad hęresim non amittit baptisma, sic nō amittit ordinē illum in quo habet officiū baptizandi. Secundo probat ꝙ nō, ducendo eos ad inconueniens, nā cū fictus accedit ad baptismū, aut dimittuntur ei peccata, aut non: si dimittuntur: ergo falsum est quod dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Si non dimittuntur, qđ verū est: ergo homo sæpe baptizaretur, & verum baptisma reciperet, nec tamen peccata dimitterentur, quod fatuum esset dicere, & ita sine remissione peccatorum verum baptisma suscipitur.

auctor glossa videtur non satis percepisse.

Item libro 1. contra Donatistas. c. 7.

¶ Non reiteratur baptisma, quod in fide sanctæ Trinitatis in hæreticis præstatur. C. XXXII.

Iuo ibidem.

5 OStenditur illos impie [a] facere, qui rebaptizare conantur orbis [b] vnitatem, [c] & nos recte facere, qui Dei sacramenta improbare nec in ipso chrismate audemus. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo etiam nobiscum sunt. In eo autem à nobis recesserunt, in quo à nobis dissentiunt. *Item paulo superius.* ¶ Sacramentum [d] baptismi est, quod habet, qui baptizatur, & sacramentum dandi baptismi est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria [e] facienda est. Si discedit [f] à malis, vtrumque discedit, si permanet in malis, vtrumque permanet. Sicut † ergo acceptatur baptismus, quem non potuit amittere, qui ab vnitate discesserat, sic acceptandus est baptismus, quem dedit ille, qui sacramentum dandi, cum discederet, non amiserat. *Idem eodem libro, c. 12* ¶ Si ad baptismū fictus accessit, dimissa sunt ei peccata, an non sunt dimissa? Eligant quod volunt, vtrumlibet elegerint, sufficiet nobis. Si dimissa dixerint, quomodo ergo Spiritus [g] sanctus disciplinæ effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum. Si dixerint non esse dimissa, quæro si postea fictionem suam corde concusso, & vero dolore fateretur, an denuo baptizandus iudicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur vero baptismo Christi baptizari posse hominem, & tamen cor eius [h] in malitia, vel sacrilegio [i] perseuerans peccatorum abolitionem non sinere fieri, atque ita intelligat in communionibus [k] ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur, & sumitur, qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum quis † reconciliatus vnitati, sacrilegio [l] dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebantur, & dimitti non sinebantur.

Pan. l. 1. c. 87. — † al. Si — Sent. 4. dist. 4. — Sap. 1. — † al quisque

a Impie.] Nam iniuria fit sacramento. extra de apost. ex litterarum.

b Orbis] Idest, ecclesiæ, quæ diffusa est per totum orbem. 1

c Vnitatem.] Idest, illos qui baptizati sunt ab hæreticis in vnitate ecclesię, idest, in forma ecclesiæ, quæ est: Ego baptizo te in nomine patris, & filij & Spiritus sancti, supra eo. c. proprie.

d Sacramentum.] Idest, potestas & ordo supra 1. quæst. 1. quod quidam. & cap. sicut Christus.

e Iniuria.] Iniuria videtur fieri sacramento, si secūdo baptizaretur vel ordinaretur quia videt fieri quasi iam non fuisset baptizatus vel ordinatus, vt 1. q. 1. sacramenta. tamen pœnitentia bene iteratur, licet sit sacramentū. de pœ. dist. 3. quouis. §. quod autem per pęnitentiam. Similiter vnctio in quibusdam ecclesiis. sup. de pœn. distin 3. quamuis.

ADDITIO. quod no. 48. dist. §. quod ergo. & 95. distin § sed istud. & extra de secun. nupt. vir autem. ibi videas.

1 Vt 24. q. 1. loquitur & 21. dist. q̄uis & hoc qđ hic dicit faciebant Donatistę & Nouatiani, qui rebaptizabant catholicos ¶ ad eorum hęresim transeuntes. 24. q. 3. quidā ver. Nouatiani. & ver. Donatistæ. Archid. Pęnitētia licet sacramentum sit, bene iteratur.

Idem in epistola 23. ad Bonifacium.

inf. ea. quæris. Sentē. 4. dist. 6. Pan. l. 1. c. 95. Poly. l. 3. tit. 10. Iuo p. 1. c. 171. — † al. Nec

¶ Valet ad salutem baptisma, & si non ea fide paruuli offeruntur. C. XXXIII.

6 NOn † illud te moueat, quòd quidam non ea fide

verba debent seruire intentioni, vt 22. quæst. 5. humanæ. argumen. ad hoc inf ead. retulerunt. Nam qui ioco, vel ludendo dicunt talia uerba, spondes? spondeo: non obligant sibi alios, vt ff. de actio. & oblig obligationum, in fin. & dic vt dicto §. ecce.

OStenditur.] Hæc est quinta pars distin. secundum Io de Fant.

CASVS. Quidam dicebant baptizatos ab hæreticis iterum baptizandos, si ad ecclesiam reuertuntur, & hoc ideo, quia peccata non fuerant eis dimissa. quos Aug. in hoc c. reprehendit, & probat ꝙ nō, duplici rōne Pri-

f Discedit.] Quasi dicat, si alterutro istorum sacramentorum malos carere dicis, dicas carere & reliquis.

g Spiritus sanctus disciplinæ.] Idest, spiritus disciplinans & instruens.

h Cor eius.] infra ea. quomodo contra.

i Sacrilegio.] infra ead. distinct. nullus autem. &c. tunc valere.

K In communionibus.] idest, in conuentibus.

l Sacrilegio.] idest, sacrilegii dissensione.

NOn illud] Hæc est sexta pars distinct. secundum Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam dicebant, ꝙ paruuli non erant baptizati si offerebantur ea intentione vt sanitatem corporis reciperent, & non ut consequantur gratiam Dei. Et certe dicit Aug ꝙ non ideo minus paruuli sunt baptizati, nec nocet eis si ea intentione offerantur. non enim propterea non regenerantur, sed regenerantur.

h Credidit.] sup. de pœn. dist. 7. nullus.
i ¶ Apostolus.] in epistola ad Romanos.
k Corde.] id est, fide, quæ est in corde, id est, mẽte credit quisquis: quod est ei ad remissionem peccatorum. id est, per fidem cordis iustificatur aliquis, id est, de impio fit pius.

ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam: sed quòd eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. [a] Non enim propterea illi non regenerantur quia non ab istis hac intentione [b] offeruntur.

a ¶ Sanitatem.] extra de aposta. c 2.
b ¶ Intentione.] Error enim talis nõ nocet paruulis inf. cap. satis ostendimus intelliguntur enim offerri ab ipsa ecclesia, vt inf. c. quæris à me.

Item de unico baptismo contra Donatistas, l. 4. c. 22.

¶ Effusio sanguinis implet uicem baptismi.
C. XXXIIII.

7 Baptismi [c] vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: [hodie mecum eris in paradiso,] non leue documentum idem beatus Cyprianus [d] assumit. Quod etiam atque etiam considerans inuenio, non tantum passionem pro nomine Christi id, quod ex baptismo [e] deerat, posse supplere, sed etiam fidem, [f] conuersionemque † cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, [g] sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit, [h] passus est; sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat etiam sine uisibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: [i] [corde [k] creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem,] in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis [l] excludit, *& inf. c.* 24. ¶ Et sicut in illo latrone, quod ex baptismi sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia, uel contemptu, sed necessitate defuerat, sic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est; quod non ex impia uoluntate, sed ex ætatis indigentia nec corde credere [m] ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alij pro eis respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utique ad eorum cõsecrationem, quia ipsi respondere [n] non possunt, *Item contra Iulianum Pelagianum, lib 6 c 4.* Alienum quippe opus est, cum credit [o] per alterum; sicut alienum [p] opus fuit, [q] cum peccauit in altero. *Item eodem 4 lib contra Donatistas, cap. 23.*

Sent. 4. dist. 4. Iuo p. c. 177. Pãn. l. 1. c. 109.
Luc. 23.
Ad Iubaianũ.
† *al. confessionemque.*
Rom. 10.
Vide lib. 2. re. tract. 18.
inf. ead. cũ pro paruulis.

Baptismi vicem] Hæc est 7 pars di. in qua probat triplicẽ esse baptismum, & hoc probat per quattuor c. Io de Fant.

CASVS. probat Aug. in hoc ca. ꝙ quamuis ad baptismũ duo sit necessaria, s. sacramẽtũ baptismi, & fides Christi: si vnũ deficit ex necessitate, reliquum sufficere põt: qđ apparet in latrone: cui Dominus peccatum dimisit in cruce. Et per illũ probat Cyprianus, quod passio cum fide, in casu valet; quod probatur auctoritate Apostoli: sicut & econuerso in paruulo, qui non potest credere corde, nec confiteri ore, sufficit sacramentum: si uero alterum prædictorum alicuius volũtate desit, propter cõtemptum suũ reatus eum inuoluit. B.

c ¶ Baptismi.] CASVS. Quidam per illã auctoritatẽ. Nisi quis fuerit renatus, &c. dicebant, ꝙ semper baptismus aquæ esset necessarius, quorũ opinionẽ reprobat Aug. exemplo latronis, cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso.

d ¶ Cyprianus.] Etiam in testimonium inducẽs, dicit ergo baptismi defectũ supplere passionem, vt in illo latrone: vel fidem cõuersi vbi necessitas baptismum excludit. sicut in puero sufficit, quæ baptismus solus: quia ætatis necessitas fidẽ excludit: ita similiter adulto sola fides sufficit, cũ necessitas excludit aq̃ baptismũ.
e ¶ Baptismo] Baptismus consistit in tribus, in aqua, in passione, & in cordis contritione.
f ¶ Sed etiam fidem] infra ead. catechumenum. contra. Sed hic de fide informata charitate: ibi de informi. 1. q. 1. vide.
g ¶ Crucifixus est,] supra de pœni dist. 1. importuna. contra, sed dicitur ibi martyr, id est, cõfitens Martyr enim interpretatur confitens, de hoc 50. dist. & purgabit, si tamen passus est pro Christo.

Passio supplet defectũ baptismi.

Martyr dicitur confitens.

l ¶ Necessitatis.] poterit quis seipsum in necessitate baptizare? non. s. extra de bapt. & eius esse debitum. ar. inf. ca. sanctũ. ibi, nec aliquis, &c. Nihil enim proderit ei vt de pœnitente, qui sibi peccata non põt confiteri, nec seipsum reconciliare. Item nunquid alio liquore ab aqua? Nõ. nunquid si permista sit alij liquori sit baptismus? si aqua præualet, baptizatur, alias non 4 q. 1. c hermaphroditus.
m ¶ Credere.] sup. 15. q. 1. §. vt itaque.
n Respondere.] inf. ead. nihil est aliud.
o Credit.] idest saluatur sic per alterum, s. infans.
p Alienum.] quasi dic. 1, ex alieno opere causam sui peccati contraxit sup. c 2. & 3.
q Fuit.] s. adę Nam omnis res per quascunque causas cunabitur, &c. extra de reaus omnis res. de pę. d. 1. quem

Baptizare seipsũ nemo potest.
1 Not. hic Hugo. ꝙ talis poterit se baptizare: & nõ erit baptizandus exemplo sãctorum quorundã, q seipsos baptizasse legũtur, sed hęc opin. corrigit p hãc decr. debitum. Rõ: qa nemo a se nascit. arch.

quem pœnitet.circa princ. ver. sed qui per vos.
a ¶Quia per pietatem.] idest, fidem & confessionem illius B.
b ¶Misticis.] idest, significantibus miserias præsentis vitæ, quem ingrediuntur, sunt enim in signum futuræ miseriæ & laboris.
c ¶Compleri.] cum facultas adest.
d ¶Et illud.] infra.ea.dist.sicut in sacramentis.Illud, idest. baptisma sine fide.
e Et hoc.] idest, fides sine baptismo.
f ¶Ex voluntate.] secus si ex ignorantia. extra de præs.non bap.c 2.
g ¶Contemnitur.] infra,ea.non dubito.

¶Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatem [a] spiritualiter affuit; sic & cum ipsa præsto est, si per necessitatem desit, quod latroni affuit: perficitur salus. Quod traditum tenet vniuersitas ecclesiæ, cum paruuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit: quin etiam flendo, & vagiendo, cum in eis mysterium celebratur, mysticis [b] ipsis uocibus obstrepunt: & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. *Item cap. 25.*

Quibus rebus [α] omnibus ostenditur, aliud esse sacramentum baptismi, aliud conuersionem cordis; sed salutem hominis ex vtroque compleri. [c] Nec si vnum eorum defuerit; ideo putare debemus consequens esse vt & alterum desit; quia & illud [d] sine isto potest esse in infante: & hoc [e] sine illo potuit esse in latrone, complente Deo siue in illo, siue in isto, quod non ex voluntate [f] defuisset: Cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuolui. Et Baptismus quidem potest inesse, vbi conuersio cordis fuerit. Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque enim vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contemnitur. [g]

α ¶Quibus rebus.] *His verbis apud B. Augustinum antecedunt ea quæ leguntur infra ead. cum pro paruulis*

Idem contra Iulianum, lib.6.cap.6.

¶Non baptizatur in homine, quidquid in eo est.
Cap. XXXV.

Iuo p.1. c. 184. SI quidquid [h] in homine est, quando baptizatur, baptizari, & sanctificari putandum est; dicturus es & ipsa in illo baptizari, & sanctificari, quæ in intestinis, & vesica sunt per digestionem corporis digerenda: dicturus es baptizari, & sanctificari hominem in matris vtero constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere, [i] qui nascitur. [k] postremo dicturus es & ipsas baptizari, & sanctificari febres, quando baptizantur ægroti.

Idem ad Fortunatum.

¶Valet baptisma, & si per laicos ministretur.
Cap. XXXXVI.

Iuo p.1. c.191. SAnctum est baptisma per seipsum, quod datum est in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: ita ut in eodem sacramento sit etiam auctoritas [m] traditionis per Dominum nostrum ad Apostolos, per illos autem ad epi-

SI quidquid.] CASVS. Dicebatur Iulia quod vbi baptizai prægnans mulier, nō dēt cū natus fuerit puer baptizari; quia quidquid est in homine, baptizatur, & sanctificatur. quod Aug. reprobat in hoc c. quia secundum hoc inducuntur baptizari quæ in interioribus digeruntur & eadem ratione si homo febricitat, febris baptizatur.
h ¶Si quidquid.] si. ff.de euic. si prægnans & l.vaccæ. nam ibi dicitur, quod si vendidi tibi ancillam prægnantem, & partus euincantur; non tenor de euictione: quia non intelligitur eum vendidisse. arg. ff. de vsucapi. si aliena in fin. pro Iuliano tamen facit ff.de ven. inspi l. 1. §. 1. vbi dicitur, quod partus est pars viscerum. Argum. contra. ff. de verbo. significa. partus.
i ¶Non debere.] sup. 24 q. 3 si habes.
K ¶Qui nascitur.] tamen si mater est libera in tempore conceptionis, & partus est liber. ff. de sta. ho. l. vltim.

Venditor non tenetur de partu euicto.

SAnctū ē] CASVS. Quæritur an in forma ecclesiæ possit laicus baptizare? Et respondet Aug. quod potest. Et ad hoc probandum inducit tale exemplum. Nam in quadam naui in naufragij periculo posita volebat quidam baptizari: non erat ibi Christianus, nisi pœnitens vnus, pœnitens eum baptizauit: & a baptizante reconciliationem accepit Hoc si aliquis non credit, quia in auctoritate non inuenitur: certum est quod hoc contingere potest, nec possit aliquis tale factum reprobare: sed dicetur Dei consilio factum esse. [Traditoris & tradendi.] sed melior littera est traditionis.
l ¶Per seipsum.] non merito conferentis.
m ¶ Auctoritas.] i. prouenienes ex auctoritate Dñi, qui tradidit formam baptizandi Apostolis, & per eos alijs ēt laicis. Sed ꝯ sup. eo. dist. contra. sup. 1. q. 1. quod quidam.

Baptism' an possit dari per laicos.

quidam. Sed hæc auctoritas dicitur permissio, vel licẽtia. de permissione ecclesiæ in articulo necessitatis possunt baptizare laici Christiani, vt dicitur sup. ea. cõstat. in baptismo infidelitatis tolerantia sup. ea. Romanus. in baptismo sacerdotis auctoritas, vel melius mysterii. j. eo. quõ. Sed F. & B. non probant istam notulam, immo laicum hereticum in necessitate a Deo habere potestatem baptizandi, vt dicunt; nec ecclesiam facere posse, quin ipsi etiam sine necessitate baptizarent, & tamen peccarent 23. distin. § verum.

a ¶ Et sacramenti.] Id est, baptismi.

b ¶ Aliquis.] vt qui nec baptismum nec formam nouerat. Nã primo erat ibi recurrendum ad Christianum: & ita non erat qui ita competenter posset dare sicut ille, qui acceperat: & hoc est quod sequitur, acceperat.

c ¶ Acceperat.] Scilicet sacramentum baptismi.

d ¶ pœnitentiam.] inf. ea. dist. sine pœnitentia. contra. Sed forsan pœnitens iste pro aliquo graui peccato compunctus baptisma petierit: quo suscepto iterum in idẽ peccatũ relapsus est, vnde postea publice meruit supponi pœnitentiæ. 26. q. 6. c. si.

ADDITIO. Et secundum hunc intellectũ debet fieri punctus in hoc verbo pœnitentiam.

e ¶ Reconciliaret.] j. de pœn. dist. 1. quem pœnitet. & dist. 2 1. inferior. contra. Sed quo ad hoc superior erat iste post baptismum. quia ille non indigebat reconciliatione, ille sic. Assignatur & aliud contra 24 q. 1 § sed istud. Nam ibi dicitur, quod a laico non debet reconciliationem accipere, sed dic quod illud succumbit.

1 Dic me liusq hęc necessitas excusat, q legem nõ hẽt, vt j. eo. dist. 1. sicut em. 30. de Fã. nec tñ est recõciliatio sacramentalis.

i ¶ Non credit.] Arg. q fama non inducit probãtionem, nec pattem [2] probõnis, nec exemplum: sed lex, &c. C. de sen. & inter. om. iud. l. nemo. arg. quod quis asserit, per ius scriptum probare debet 324. q. 2. legatur.

Fama nõ probat.

2 arg. j. 4. q. 3. sæpe fit. ibi de hoc.

3 De hoc 11. q. 3. nolite timere, iuxta fi. Acch.

C Atechumenum.] CASVS. Dicitur in hoc c. q catechu-

scopos, & olios sacerdotes, vel etiam laicos Christianos ab eadem origine, & stirpe venientes. *& infra* a ¶ Nam cum illa historia narratur, omnes qui audiunt, prope ad lachrymas mouet. Cum in naui quadam fidelis nullus esset præter vnum pœnitentem, cœpit imminere naufragium. Erat ibi quidam non immemor salutis suę, & sacramenti [a] vehementissimus flagitator; nec erat aliquis, [b] quo dare posset, nisi pœnitens ille. Acceperat [c] enim: sed pro peccato, de quo agebat pœnitentiam, amiserat sanctitatem, sed non amiserat sacramentum. Nam si hoc amittunt peccantes, cum reconciliantur post pœnitentiam, [d] quare non iterum baptizantur? Dedit ergo quod acceperat: & ne periculose vitam finiret non reconciliatus, petijt ab eo ipso, quem baptizauerat, vt eum reconciliaret: [e] & factum est: naufragium euaserunt. Cognitum habes, quod fecerunt. Nemo extitit eorum, qui non pium [f] animum ita crederet, vt consilij eorum in illo periculo Dominum crederet affuisse. Motus enim animus religiosus, & supplex ab homine exegit sacramentum, a Deo ipse impetrauit sanctitatem. Quod si forte hoc, qđ narraui de his, qui naufragio imminente periclitabantur, non vult aliquis credere (non enim hoc scripturarum diuinarum auctoritas, sed incerto auctore fama commendat,) non repugnabo: sed interrogabo, si tale aliquid contingat, quid futurum est? Non enim potest quisquam [g] dicere relinquendum esse illum, qui morte imminente baptizari desiderat. Quem baptizatum a pœnitente [h] quisquis non credit [i] contigisse, oportet, vt credat posse contingere.

a ¶ Et infra.] *Hic apud Iuonem inseruntur verba capitis, in necessitate supra ead.*

Idem in eundem.

Habetur in libro de dogmatibus eccl. c. 74.

¶ Quamuis recte uiuat catechumenus, sine baptismo non potest saluari. Cap. XXXVII.

Sent. 4. dist. 4. Poly. l. 3. tit. 10. Burch. l. 4. c. 16. Iuo p. 1. c. 211. Pan. l. 1. ca. 107. & 108.

C Atechumenum, quamuis in bonis [k] operibus defunctum uitam [l] æternam habere non credimus, excepto a martyrio, ubi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem suam, & interrogatus respondet. Ille post confessionem uel aspergitur aqua, vel intingitur. Et hic uel aspergitur sanguine, uel contingitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum

f ¶ Qui non pium] Id est, qui non credunt animum eorum fuisse ita pium.

g ¶ Quisquam.] Non potest quisquam dicere relinquendum illum esse, & non baptizandum, qui morte imminente petit baptizari.

h ¶ A pœnitente.] Quisquis non credit contingere quem id est, aliquem baptizandum esse, oportet vt credat, &c.

chumenus non saluatur nisi martyrium vel fides suppleat in eo baptismi vicẽ: postea multa in hoc c. enumerantur, in quibus martyrium adæquatur baptismo.

k ¶ In bonis.] Patet hoc esse intelligẽdum de adulto. nam paruulus bona opera habere non potest.

l ¶ Vitam.] inf. ea. non dubito. contra. Sed hoc de eo, qui baptizari non quærit, vel est in peccato aliquo, ille si adultus est. 4

4 Item j. sup. eo baptismi. & ibi soluitur.

Hi

HI de quibus.] Hæc est 8. pars distinct. secundum Ioan. de Fan.
CASVS Quidam dubitabant vtrum baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi? Et respondet eis Leo, quod nõ: dummodo in forma ecclesiæ fuerint baptizati: sed debent ecclesiæ per manus impositionem reconciliari,

stus, Iam mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis: & nõ dixit propter baptismum: quia in baptismo operatur verbum Dei: in quo iustus minister Petro vel Paulo est adæquandus.

sanctum: hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dũ non est ipse, qui loquitur, sed spiritus patris, qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiæ in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renunciaturum: hic ipsi renunciat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur: in isto extinguuntur.

a ¶ Excepto.] *Emendatum est ex originali & Magistro. Antea legebatur*, excepto duntaxat, nisi martyrii compleat sacramentum.

Item Leo Papa, epist. 90. ad Rusticum, c. 16.

¶Non reiteratur baptisma, cuius formam constat integre collatam. C. XXXVIII.

Poly. ibidem. Ans. l. 9. c. 6. Burc. l. 4. c. 41. Iuo p. 1. c. 236. Pann. l. 1. c. 91.

8 HI, de quibus scripsisti, qui se baptizatos sciunt, sed cuius [a] fidei fuerit, qui eos baptizauere, se nescire profitentur; quolibet modo [b] formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt; sed per manus impositionem [c] inuocata uirtute spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerũt, catholicis copulandi sunt.

Item Augustinus super Ioannem, tractatu 5. ad c. 1.

¶Et per bonos, & malos ministros æque baptizat Christus. C. XXXIX.

Sent. 4. dist. 5.

9 ALiud est [d] baptizare per ministerium: [e] aliud baptizare per potestatem. α [f] *Item infra*. ¶ Ergo baptizabant [g] discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizat Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterum baptizati sunt; Plane iterum, sed non idem erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioannes; baptizauit [h] Ioannes: [i] quos autem baptizauit Iudas, Christus baptizauit. [k] *Itẽ tractatu sexto.*

a ¶ Sed cuius] Supr. 1. q. 1. si quis per ignorantiam. §.
b ¶ Quolibet modo.] etiam cum barbarismis & solœcismis infr. ead. retulerunt.

Reconciliatio siue matris impositio qualiter fiat.

c ¶ Impositionem.] Reconciliatio sic fiet, imponetur ei manus ab epõ, & dicetur, Accipe spiritum sanctum sicut in actibus Apostolorum factum esse legitur baptizatis a Ioanne cum ipsi dicerent Apostolis, Neque si spiritus sanctus sit audiuimus, manus ei Apostoli imponebant, dicentes, Accipite spiritum sanctum, si non fuerant crismati, chrismabantur.

ALiud est.] hæc est 9. pars dist. in qua probatur per tria quod malitia baptizantis non nocet baptizato. Io. de Fan.
CASVS. In hoc c. ostẽditur, quod Christus solus potestatẽ baptizandi retinuit. vnde nõ sunt iterũ baptizati quos Iudas baptizauit, secus de iis quos Ioãnes baptizauit, suo baptismo. per hãc igitur potestatem stat unitas ecclesiæ, quæ una est sicut unus est baptismus, quã potestatẽ, si Christus ministris dedisset, tot essent baptismi quot ministri, & sic non staret unitas baptismi. Postea ostenditur qualiter & quõ Ioannes cognouit, quod Christus prædictam potestatem erat retenturus, & non daturus aliis. s. postquam columba descendit super Christum, & mansit super eum de qua potestate dixit Chri

d ¶ Aliud est.] CASVS. Intendit probare Augu. quod qui baptizat in forma ecclesiæ siue bonus siue malus, quòd baptismus confertur: quod ex eo probat, quia baptizati a Iuda non sunt rebaptizati: præterea quia potestatẽ baptismi apud se retinuit Christus, nõ infudit in alium, per quam potestatem vnitas constat ecclesiæ, nam vna est colũba, &c.
e ¶ Per ministeriũ.] quod facit sacerdos.
f ¶ Per potestatem.] quod facit Christus.
g ¶ Itẽ infra ergo baptizabant.] hic colligitur baptismum ante passionẽ fuisse institutum, quia non est ratio quare baptizati a Iuda non sunt iterũ baptizati, sicut a Ioanne baptizati, nisi quia Ioannes non baptizabat in forma, quã dederat Iesus discipulis, quod faciebat Iudas. Vnde colligitur necessario, quod baptismus ante passionem fuit institutus, cum Iudas post passionem neminẽ baptizauit; sed plenam efficaciã non habuit usque ad passionem, & quod Iesus ante passionẽ formã baptizãdi dederat discipulis. Sed superius cap. s. proprie in morte, aperte dicit, quod post resurrectionem dedit formã illam. Ad hoc dicendum, quod ante passionem & post dedit formam baptizandi, licet ante nõ ita generalẽ, forte ut baptizarent tantum Iudeos. unde dictum est eis, In viam gentium ne abieritis. 7. q. 1. denique. post generalem, forte ut baptizarent omnes gẽtes. Si quæras in qua forma Verborum baptizabat Ioannes, dicendũ in hac. s. in nomine venturi, scilicet ad prædicationem, ad passionem, ad mortem, & ad iudicium, & in tali forma baptizauit Christum.

Babtism⁹ vtrum ante passionem fuit institutus

h ¶ Baptizauit.] Id est, simpliciter lauauit.
i ¶ Ioannes.] Baptismus ille Ioannis fuit quasi præcursorius, & præparatorius veri baptismi, ut eo quasi quodam præludio baptizari assuescerent, ideoq non erat remissionis operatiuus, ut inf. ea. dis. non regenerabantur. Sed nunquid rebaptizauit Christus quos baptizauit Ioannes? an non erat ille baptismus a Deo, cũ omne quod est bonum, a Deo est, & Deum habet auctorem. 1. q. 1. quam pios? Quod aũt baptismus Ioannis bonus fuerit, nullus dubitat, sed nõ dicitur Christi, quia non est sacramentum redemptionis nostræ, nec Deus per illum baptismum remissionem peccatorum operatus est. Vel quia non fuit collatus in forma Christi, sed Ioannis. unde & Ioannis dicitur.

Baptism⁹ Ioannis non fuit remissionis operatiuus.

K ¶ Christus baptizauit.] Non solum Iudas.

a ¶ Per

VEnit sacerdos.] CASVS. primo dicitur in hoc c. quid facere debeat sacerdos cum ad fontem baptismatis primo uenit. Secundo dicitur, quod ubi homo baptizatur secundum formam Euangelicam, adest presentia Trinitatis, operatur Dei filius. descendit spiritus sanctus. Sed in baptismo Christi propter incredulos descendit in specie uisibili, qui similiter in Apostolos descendit propter hoc in linguis igneis. nos autē non percipimus eum uisibiliter, sed per fidem.

b ¶ primo.] idest, olim in baptismo Christi.

c ¶ Descendit.] in specie columbæ. 1

d ¶ Sed per fidem.] ut legitur de pe. dist. 2. quærendum & c. pēnata animalia. Io.

1 De hoc supra ea. ca. aliud. Hu.

SI non sanctificat.] Hæc est 12 pars distin. secundum Io. de Fan.

CASVS. Quidam presbyteri qui aquam baptismatis benedicunt vitiosas preces per imperitiam proferunt. quare quæsitum fuit ab Aug utrum ualeat benedictio non obstante uitio locutionis, uel quæ hæresim sapit? & certe probat Aug. ꝙ valet, nā si aliqs fuerit baptizatus in forma ecclesiæ in aqua vbi fuerunt dictæ preces: ille tñ non iteratur baptismus, & hoc qa precantis affectus superat vitiosam locutionem & hoc fit per verba Euangelica, sine quibus baptisma fieri nō potest Nam si hæreticus in forma ecclesiæ baptizat: qui charitatis affectum non habet: licet preces offerat vitiosas: tamen vere baptizat. Idem etiam est in quolibet malo sacerdote, qui cum forma baptismi profert preces vitiosas ab hæreticis vel ab aliis compositas [Quid ita,] idest, cur ita est quasi cur nō iubetur denuo? [quia plerūque, &c.] nam vtique hæc locutio suspensiue est vsque ibi, [nec tamē.] Si [.i. quāuis.

e ¶ Si nō sanctificatur] pone casum per illa c. inf. ead. dist. retulerunt. & sup. dist. 35. sedulo.

f ¶ Contra catholicā fidem] .i. contra sectam verborum formam in ecclesia catholica constitutā. Vel cū dicit, baptizo te in nomine Trinitatis, & diaboli.

ADDITIO. Hoc etiam fuit dictum Lau. Vel dic ꝯ fidē, i. contra bonos mores, q̄ scilicet sapiunt hęresim. sed sacerdos simplex imperitus sic nō intelligit, immo credit eas sanū & rectū intellectū cōtinere. Io. de Fā.

g ¶ Affectus] idest, bonitas hominis superat vitium locutionis. q d non, sed potius verbum Christi.

h ¶ Nam vtique.] probat ꝙ vitium precū pp affectū bonū non emendatur in baptismo: sed verbum Christi operatur virtutē. nam hæreticus bonum affectum non

¶ Quare a sacerdote inunguntur. Cap. LXX.

DEinde [a] a † sacerdote inungitur, ut sacrum baptisma cū fide accepta custodiatur. Vngitur tunc illius pectus de oleo sanctificato cum inuocatione sanctæ Trinitatis, ut nullæ reliquiæ latentis inimici in eo reside ant: sed in fide sanctæ Trinitatis mens eius confortetur. Vngitur & inter scapulas de eodem oleo, ut undique muniatur: & ad bona opera facienda per Dei gratiam † roboretur *Item c. 18.* ¶Cōsecratur post hæc fons: & ad ipsum baptismum cathecumenus accedit.

Iuo p. 1. c. 101. Pann. l. 1. c. 50.

† al. benedictione sacerdotali munitur.

† al. gloriam.

Iuo p. 1. c. 52. Pann l. 1. c. 52.

Item Ambrosius in lib. 2. de sacramentis, c. 5.

¶ Quomodo fontem baptismi Trinitatis præsentia consecrat. C. LXXI.

VEnit sacerdos ad † fontem: dicit precem; inuocat patris nomen, prę sentiam filij, & spiritus sancti; vtitur uerbis cęlestibus. Cęlestia uerba, quę Christi sunt. Pręsentia Trinitatis adest, operatur sermo ęternus, ubi descendit spiritus, primo [b] quasi columba descendit, [c] ut increduli uocarentur ad fidem. In principio signum debuit esse: in posterioribus debet esse perfectio. Apostolis enim spiritus sanctus datus est in igneis linguis propter incredulos: nobis iā in plenitudine ecclesiæ non per signa, sed per fidem [d] ueritas est colligenda.

Iuo p. 1. c. 110.

† precem dicit ad fontem. Ior.

¶ *Caput hoc aliquot locis in nimias prope angustias conclusum est. Quare præstat originale ipsum adire.*

Item Augustinus de unico baptismo, lib. 6. c. 25.

¶ Verba erroris per imperitiam prolata non impediunt aquæ sanctificationem. C. LXXII.

12 SI non sanctificatur [e] aqua, cum aliqua erroris uerba per imperitiā precator effundit, multi non solū mali, sed etiā boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificāt aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatæ: & multa in eis reperiuntur contra catholicam [f] fidem. Numquid, si manifestetur aliquos baptizatos, cum illæ preces dictę super aquam fuissent, iubebuntur de uno baptizari? Quid itaquia plerumque precis uitium superat precantis affectus: [g] & quia illa certa Euangelica uerba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tā tum valent, ut per illa sic euacuentur, quæcumque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam vtique [h]

Alg l. 3. c. 15. Iuo p. 1. c. 115. Pann. l. 1. c. 52. & 53.

Baptiſm' non vitiatur precũ vitio.

non habet, & quamuis vitium precum afferat, non tamen minus baptiſmus ſuum effectum habebit, quia tantum valent illa certa verba Euãgelii, vt quantumcumq; preces aliæ vitioſæ ſint, formam tamen à Chriſto inſtitutam non poſſint euacuare, immo potius quantum

de teſt. hæredes palam. §. vlt vbi diſtinguitur an interponatur actus extraneus. & c rea hoc eſt omne verbũ extraneum à forma. qđ non concedo, qui. n. dicit, baptizo te in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, & omnium ſanctorum: non dicit, baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſanct: quia ſecundũ hoc duo diceret, qđ eſt impoſſibile. & eadem ratione deberes dicere cum dicitur, non ego baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpũs ſancti, ꝙ eſſet baptizatus, q̃a verba baptizãdi protulit, quod patet falsũ eſſe. Sed pone ꝙ mutat ordinem baptizãdi, an baptizabit? vt ſi dicat baptizo te in nomine patris, & ſpiritus ſancti & filii, videtur ꝙ ſic. extra de reſcrip. cauſam ar. C. de teſt præpoſteri. nec enim ſcripturæ obſeruandus eſt ordo ff. de ſol. nec enim contrarium tamen dicitur arg C de ſen. & inter. l prolatã. Dico enim ordinem verborũ eſſe de forma Si autem mora interponaĩ naturalis & compendioſa ut de reſpirãdo vel tuſſiendo vel excreãdo, nõ obeſt. aliàs contra. C. de teſt cum antiquitas & de tempore hoc, & de actu qui interponitur, diſtingue per l ff de duob. reis conſt. duos reos. § vlt. & pe & de verb obl continuus. nam modicum interuallum non impedit, quod tamen magis intellectu, quàm locutione, &c. ff. de ſol. ratum. Et hoc etiam attendas circa formam Euchariſtiç. Pone enim ꝙ dicit formam panis, demum poſt aliquantulum ſpatium formam vini, nunquid tranſubſtantiatur ibi panis, vel uinum? Reſp. vt pręmiſi t mẽ quæſtio non procederet ſecundum eos, qui dicunt eſſe duas formas, vt notaui ſup diſt. 2. quia paſſus.

vt ſequitur & idẽ tenet hic H. & illorũ fuit hæc ſnia uſq; ibi, q non concedo, &c. ubi adde qđ hoc fuit dictũ Io. uſque ibi ſed pone, &c. & ſecutus eſt ipſe Ioan. magiſtrũ Petrũ, qui dixit ꝙ in talib nõ eſt forma ſeruata. Aliud eſt enim dicere i nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti & diaboli, & aliud ſignatur. Arch.

hæreticus ſi afferat [a] precem vitioſam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo poſſit illa imperitia ſuperari, & ideo ſimilis eſt ei, quicũque in ipſa catholica eccleſia inuidus & maleuolus, quales arguit illic Cyprianus, [b] afferat etiam, vt fieri ſolet, aliquam precem, in qua loquatur contra regulam [c] fidei (multi [d] quippe irruunt in preces non ſolum ab imperitis loquacibus, ſed etiam ab hæreticis compoſitas, & per ignorantiæ ſimplicitatem non eas valentes diſcernere, vtuntur eis, arbitrantes quòd bonæ ſint,) nec tamen quòd in eis quòd peruerſum eſt, euacuat illa, quæ ibi recta ſunt, ſed ab eis potius euacuatur. [e]

Item Auguſtinus ad Neophytos, homil. 3.

¶ Quid ſignificant myſteria, quæ in fonte baptiſmatis celebrantur. C. LXXIII.

Iuo p. 1. c. 194. Pan. l. 1. c. 55.

13 Prima igitur, & ſecunda prædicatione de his tantum locuti ſumus, quæ vobis, priuſquam ad fontem ſanctum veniretis, iuxta catholicæ eccleſiç † inſtituta tradidimus. Et quod ſignificaret vnctio, quæ diuerſis corporis noſtri adhibita partibus diuerſum intellectum deſignat (prout Dominus donare dignatus eſt) interpretati ſumus, cum oſtenderemus vos per oleum ſanctificationis ad auditum plenæ fidei præparatos, & ad bonum Chriſti odorem vocatos, ex toto corde ad abrenuntiandum diabolo eſſe commonitos. Nunc vero de interioribus iam myſterijs locuturi ſumus, quæ in ipſo ſacro fonte celebrata ſunt. Emiſſa enim certiſſima cautione, [f] qua vos abrenuntiare omnibus

† al. regula.

2. Cor. 2.

Sent. 4. diſt. 6.

quantum ſpectat ad baptiſmum omnes euacuentur ab euangelicis verbis, & hoc eſt, nam vtique.

a ¶ Si afferat.] ſi, id eſt, quamuis.

b ¶ Cyprianus.] Cypriano. n. & lxxx epĩs viſum eſt baptiſmũ Chriſti nõ poſſe eſſe apud hæreticos, vel apud ſchiſmaticos, qui etiã baptiſma hæreticorũ lauacrum diaboli appellabant. ſup. ea. diſt. q̃uo. & diſt. 32. § verũ.

c Regulam.] non enim debent uerba cęleſtis Dei reſtringi ſub regulis Donati 38 diſt. indignum. palea eſt. q. d. ſi virtus verborum excludit dæmonium, ita & precum vitium.

Vtile non debet per inutile vitiari.

d Multi] parentheſis eſt, id eſt, interpoſitio vſque ibi non tamen.

e Euacuatur.] argu. ꝙ vtilia non vitiantur per inutilia ſup. diſt. in 37 turbat. ſup. 23 q 4. quid ergo. C. de do. ſancimus ſup. 1 q 1. nonne Sodomitæ &c. Dñs declarauit ſup diſt 37. ſi quid veri. ar. tamen contra. ff. de aqua quotid & æſti. l. 1 § item quæritur. ſup diſ. 23. quorundam ſup. diſt 9. ſi ad ſacras. ſup. 3. q 9 pura.

Baptiſmi forma an vitietur ſi aliquid ſuperfluum apponaĩ, aut ſi ipſius ordo mutetur.

e Euacuatur.] ex hoc ca. colligitur ꝙ non vitiatur forma baptiſmi ſi quid in ea apponatur ſuperfluum, qđ admittunt quidam. 1 vt ſi dicatur, baptizo te in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, & diaboli. vel [Arma virumq; cano, vel quidquid ſequatur baptizatus eſt arg contra. ff de ver. obl. quæ extrinſecus. Idem eſt ſi quid præmittatur antea formã, vt ſi dicãtur:] Arma u[illegible]mque cano, & ego baptizo te in nomine patris, & [illegible]lii, & ſpiritus ſancti. Si vero aliquid interponatur, vt ſi dicatur baptizo te, & Deus eſt in noĩe patris, & filii, & ſpiritus ſancti, &c. non eſt baptizatus. arg. ff.

1 Vt Lan. qđ dicit verũ, ſi illud oppoſitum ſub ſequatur,

Prima igitur.] Hæc eſt 13 pars diſt ſm Ioã de Fant. CASVS. Beneuen. ſic ponit hunc caſum prædicauerat Auguſt. ſemel & iterum nephitis & expoſuerat illis de exorciſmis, qui dicuntur & fiunt circa baptizandos: Hic oſtẽditur, qui baptizantur qualiter interrogentur, & reſpondeant de articulis fidei, & qualiter reſponſiones debeant intelligi H vero ſic ponit hunc caſum. In hoc c. oſtendit Aug ſe in ſuperioribus tractaſſe de his quæ fiũt pueris in catechiſmo & exorciſmo. Secundo dicit ſe nunc velle de his tractare, quę fiunt circa pueros in ipſo baptiſmo, & dicit ꝙ in baptiſmo præcedit interrogatio & r̃ſio de ſymbolo Inde ſequitur immerſio in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti: ſicut docuit Chriſtus, ſed q̃a non inuenitur in ſymbolo, ſed ſanctam eccleſiam. Aug. credit eſſe repetendum ter, vt dicatur: credo ſanctam eccleſiam. ſicut ibi, credo in Deum, &c. Ad vltimum ſubiungit ꝙ in alio ſenſu dr̃, credo in Deum, & in alio ſenſu dicitur, credo eccleſiam catholicã. Sequen duo. c. plana ſunt.

f Cautione] hic ergo intercedit ſtipulatio & obligantur pueri ex promiſſione patrinorum, licet nõ intelli

Stipulatio intercedit in baptiſmo per quam obligãtur paruuli.

gant, quod ſpeciale eſt in baptiſmo: illud autem eſt loco ſtipulationis, credis in Deum, tenetur ergo obſeruare fidem puer factus adultus. 45. diſtinct. de Iudæis. & obligantur, licet nihil intelligant. C. de fal. mon. l. 1. imò ſi bene inſpexerimus, potius liberatur a diabolo, quàm obligetur. nam ignorans per alium bene liberatur. Item ex eo quòd dicit certiſſima, eſt argum. quòd ſimplex cautio, idonea cautio dicit, tamen lex dicit, quod cum dicitur idonea cautio, intelligendum eſt pignus, uel fideiuſſor, ut ff. de fideicom. liber. l. 4. § addici.

Cautio idonea, quæ eſt.

a ¶ Ergo.] uocabulum ſemel poſitum poteſt accipi proprie & improprie, arg. diſt. 28. presbyterum.

b Quaſi in Deum.] Crede Deo, credaſque Deum, plus credo ualere, Si credas in eum quàm quod ei, vel eum.

& ignoranti etiam actio acquiratur. ff. ſi cert. petat. ſi à furioſo.

g AEgrotantes.] ¶ Sui] ſcilicet amici.

h Dixerit.] uel dici fecerit: uel per ſigna, uel dic ſui, ſcilicet uoluntatis.

Ni- pompis diaboli, & omnibus operibus eius, & omni fornicationi diabolicæ ſpopondiſtis, deſcendiſtis in fontem ſacrum, fontem redemptionis, fontem ſanctificatum virtute cœleſti. In hoc ergo fonte antequam vos toto corpore tingeremus; interrogauimus; Credis in Deum patrem omnipotentem? Reſpondiſtis, Credo. Rurſus interrogauimus, Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius, qui natus eſt de ſpiritu ſancto ex Maria Virgine? Reſpondiſtis ſinguli, Credo. Iterum interrogauimus, Credis & in ſpiritum ſanctum? Reſpondiſtis ſimiliter, Credo. Hoc autem fecimus iuxta Domini noſtri Ieſu Chriſti ſaluatoris imperium, qui, cum ad patrem in cœlum aſcenderet, diſcipulis ſuis, ideſt Apoſtolis mandauit dicens: [Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.] Item ¶ Quod autem interrogauimus, Credis a ſanctam eccleſiam, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, non eo modo interrogauimus, vt quomodo in Deum creditur, ſic & in eccleſiam ſanctam catholicam, quæ propterea ſancta & catholica eſt, quia recte credit in Deum. Non ergo [a] diximus, vt in eccleſiam, quaſi in Deum [b] crederetis, ſed intelligite nos dicere, & dixiſſe, vt in eccleſia ſancta catholica conuerſantes in Deum crederetis, crederetis etiam reſurrectionem carnis, quæ futura eſt.

1 Scilicet per alium qui eius voluntatē probauit. 26. q. 6. q recedunt. & c. ſe. de pœ. diſt. 1. multiplex. Archid.

Matth. 28.

Sermo. 181. de tempo. c. 11.

a ¶ Cred s ſanctam.] *Legebatur, in ſanctam. Inducta eſt particula, In, ex aliquot vetuſtis, & Iuone. Atque ita loquendum docet ſæpe Auguſtinus.*

PAruuli.] Hæc eſt 14. pars di. in qua pro at per ſex ca. quod ſolus baptiſmus ſufficit paruulis, qui alias non poſſunt credere niſi per ſacramentum fidei. Io. de Fant.

c Loqui.] Aliter ſi poſſunt loqui. vnde Auguſt. in epiſtola ad Renatum epiſcopum. Septennis ætatis pueri & mentiri & verum dicere, confiteri & negare iam poſſunt, & ideo cum baptizãtur, iam ſymbolum reddant, & ipſi pro ſe ad interrogationem reſpondeant.

Pueri ſeptennes poſſunt mentiri, & verum dicere.

Item Iſidorus de officijs, lib. 2. c. 24.

¶ Aliorum fide, & profeſſione paruuli baptizantur.
C. LXXIV.

Sent. ibidem.

14 PAruuli alio profitente baptizantur, quia adhuc loqui, [c] vel credere [d] neſciant, ſicut etiam ægri, muti, [e] & ſurdi, quorum vice [f] alius profitetur, vt pro eis, dum baptizantur, reſpondeat.

Et in Afr. c. 12.

d Vel credere.] ar. quod habet puer fidē, ſed neſcit ea vti, vt extra ca. maiores. ver. à pleriſque.

e Muti.] vel etiam furioſi. pupillus enim infans, vel infantiæ proximus non multum à furioſo diſtat. inſtitu. de inuti. ſtip. §. pupillus differentiam tamen dixi inter infantem & furioſum ſup. ea. hi qui.

Obligat' per alium liberari poteſt.

f ¶ Vice.] nam ſatis conueniens eſt, vt qui per alium obligatur etiam liberetur per alium inf. cap. quæris. Item dicit lex quod pro ignorante fideiubere poſſum. ff. de fideiuſ. fideiubere.

Item ex concilio Carthaginenſi. 3. c. 34.

¶ Aliorum teſtimonio ægrotantes ſunt baptizandi.
C. LXXV.

Burc. l. 4. c. 16. Iuo p. 1. c. 125. Pan. l. 1. c. 14.

AEgrotantes, g ſi pro ſe reſpondere non poſſunt, cum β voluntas eorum teſtimonium ſui dixerit, [h] baptizentur. Similiter & de pœnitentibus agendum eſt.

β ¶ Voluntas eorum.] *Nihil mutatum eſt ob gloſſam in verbo,* dixerit *ſed in omnibus vetuſtis Gratiani exemplaribus, & in concilio Carthaginenſi tertio, & concilio Africano in corpore conciliorum tribus tomis impreſſo, & apud Iuonem, qui citat Iſidorum, legitur:* Cum voluntatis eorum teſtimonium ſui dixerint. *In eodem autem Africano in codice canonum, & in Carthaginenſi recentioris editionis conciliorum, & apud Burchardum eſt,* Cum voluntatis eorum teſtimonium hi, qui ſuis periculo proprio affuere, dixerint, *In Carthaginenſi autem Græco,* ὅτε τῇ αὐτῶν προαιρέσει τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν κινδύνῳ ἰδίῳ εἴπωσιν.

Nihil est aliud.] CASVS. quæsitum fuit ab Aug. quare ꝑ paruulo cum interrogat, credis in Deu, respondeant patrini, credo: cum paruulus fidei articu los non intelligat? & respondet, quod talis respon sio adhibetur, vt sacramentorum solennitas im pleatur.

d ¶Sacramentum] Baptismus dr̄ sacrum fidei: quia in fide Christi consecratur; & in fide ecclesiæ confer tur, vel quia noīe Trinitatis cōfertur, q̄ offerentes 3 & obligati tenentur credere, & confiteri. Vel qa signum est, ꝑ suscipiens fidem habeat, etiam si non habeat, aliquo impediente.

Baptismus est sacr. fidei. 3 Quod de istis offerentib. dr̄, non vr esse de substātia. inf. ea. in baptisma te. in litte ra rubea. Arch.

Item Augustinus epistola 23. ad Bonifacium.

¶Sacramentum fidei, non ipsa fides paruulum facit fidelem.

Cap. LXXVI.

Sent. ibidem. Iuo p. 1. c. 187. Pann. l. 1. c. 56.

Nihil est aliud credere, quam fidem [a] habere: ac per hoc, cum respōdetur paruulum credere, qui fidei nō dum habet effectum, † respondetur fidem habere [b] propter fidei sacramentum, & conuertere se ad Deum propter con uersionis sacramentum: quia & ipsa responsio ad celebratio nem † pertinet sacramenti. *Item infra.* ¶Paruulum etsi [c] nō dum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum [d] fidelem [e] facit. Nam sicut credere rn̄detur, ita etiam fidelis vocatur, non rem ipsam [f] mente annuendo, † sed ipsius rei sacramentum percipiendo.

† al. effectum. † al. celebritatem. j. ea. c. quæris. † al. abnuendo.

e ¶Fideles] sunt qui dicunt ipsos fideles dici, quia fidem habent habitu nō vsu. i. nō exercitio, & sic de alijs virtutibus. Illi sic illud intellegūt: fides illa, quæ, &c. non facit fidelē vsu, i. exer citio. inf. eo. paruuli. & sic de alijs.

f ¶Non rem ipsam.] sicut virtutem.

Item in lib 4. de baptismo, c. 24.

¶Alterius professio non valet ei, qui per se respondere potest.

Cap. LXXVII.

Cum pro paruulis alij rn̄dent, vt impleatur, erga eos ce lebratio sacramenti, valet vtique ad eorum cōsecratio nem, quia ipsi respondere [g] non possunt. At si pro eo, qui re spondere potest, alius respondeat, non itidem [h] valet. Ex qua regula illud in Euangelio dictū est, quod omnes cū legitur, naturaliter mouet, [Aetatem habet, ipse pro se loquatur.]

i. eo. Baptis. vicē. Sent. ibid. Iuo p. 1. c. 124. Pan. l. 1. c. 15. Ioan. 9.

Cum ꝑ paruulis.] CASVS. Dī hic, quod alij respondent pro paruulis vt sacramentum celebratur, & valet pro eis talis rn̄sio: quia per se respondere non pn̄t, si autem possent pro se respondere: talis respōsio non valeret eis, quod probatur auctoritate Euāgelij.

g ¶Respondere.] sic distinguit lex ff. de ad mini. tuto. leg. 1. § vlt.

h ¶Itidem.] i. tantum, & hoc quo ad præsum ptionē. 4 Arg. ꝙ taci turnitas non habetur pro consensu sup. dist. 63. tanta. sup. dist. 27. diaconus. sup. dist. 54. si seruus, sed ꝫ sup. 2. q. 6. biduum.

4 Subaudi quia non ꝑsumitur tm̄ valere quo ad remissionem peccatorum. Io de Fāt. Tacēs nō cōsentit.

Item Augustinus in homilia tertia.

¶Quare trina mersio in baptismate celebretur.

Cap. LXXVIII.

Sent. 4. dist. 3. Iuo p. 1. c. 194. Pan. l. 1. c. 57.

Postquam [i] vos credere promisistis, tertio capita vestra in sacro fonte demersimus. Qui ordo baptismatis dupli ci [k] mysterij significatione celebratur. Rectè. n. tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis. Rectè tertio mersi estis, qui accepistis baptismum in nomi ne Iesu Christi, qui die tertia resurrexit a mortuis: illa enim tertio repetita demersio typum Dominicæ exprimit sepultu ræ? per quam Christo consepulti [l] estis in baptismo, & cum Christi resurrexistis in fide: vt peccatis abluti in sanctitate virtutum Christum imitando, viuatis.

Rom. 6.

Postquam.] CASVS In hoc ca. duplex ratio assignat quare hō ter immergi tur in baptismo. Vna est, qu. a baptizatur in nomine patris & filij & spiritus sancti. Alia est, quia Christus tertia die resurrexit a mortuis, cum quo etiam moritur in baptismo.

Baptizandus ter debet immergi.

i ¶Postquam.] de forma baptizandi & modo tractat vsque ad c. venisti.

k ¶Duplici.] & ter mergitur: & quia fit inuocatio Trinitatis: & quia Christus tertia die resurrexit, ut inf. sequitur.

l ¶Consepulti] quantum ad vitia.

Item ex canonibus Apostolorum, c. 50.

¶De his, qui semel, non tertio in baptismate merguntur.

Cap. LXXIX.

Burc. l. 4. ca. 23. Iuo p. 1. c. 128. Pan. l. 1. cap. 58.

Si quis presbyter, † aut episcopus non trinam mersio nem [m] vnius mysterij celebret, sed semel mergat in ba

† episc. aut presbyter. Orig.

pleatur & pp sacramentum fidei per quod paruulus dr̄ fidem habere, & credere, vnde fides uocatur, licet fidei veritatem non habeat in actu, sed in habitu.

a ¶Quam fidem] i. sacramenti fidei professionē, sed non virtutem: sed si non habent charitatem, quomo do ergo ibunt in patriam post mortē? 1 hoc eis datur 2 a Deo Alij dicuntur quod habent eam in habitu ex tra de baptis. & eius effe c. 1. sed & per alios dicuntur credere inf. eadem in ecclesia.

b ¶Habere] infra ead quæris sup. 15. q. 1. §. vt itaque. sup dist 1 hoc est, quod dicimus.

c ¶Etsi] idest, quamuis

1 vt supra c. solet. 2 Scilicet charitas, sine qua nemo saluatur.

ADDITIO. Hoc sup ca. c proprie.

Si quis presbyter.] CASVS. Quidam in baptismo se mel tantum hominem immergebant, & dicebāt, Baptizo te in mortem Domini: dr̄ quod tales de bent deponi: quia formam non consequuntur.

m ¶Trinā mersionē.] j. eo. c. pat. ꝫ. sed aliud est semel immergi sub illa verborū forma: baptizo te in morte Dn̄i: qd̄ hic interdicit. Aliud in nomine Trinitatis vni ca mersione: qd̄ ibi in ecclesia quoquidā permittitur.

a ¶ In morte.] idest, ad inuocationem 1 mortis eius.

1 Alias i. in memoriam, vel ad similitudinem mortis, sec. m Ioan. de Fāt.

DE trina.] Hæc est 15. pars dist. in qua dr̄, q non est contra fidem si semel immergitur puer in nomine patris & filij, & spiritus sancti propter vnionem Trinitatis. Ioan. de Fant.

CASVS. Quidam in baptismo ter immergebant: quidā semel vtriq. in forma ecclesiæ. quærebatur quid iuris esset: & respondet, q bona est vtraq; consuetudo: quia trina mersio & eleuatio mortem Christi significat, & resurrectionē tertia die & trinitatē personarū, quę in vna substantia cōsistūt: una vero immersio vnitatē substantię designat. Sequens c. patet.

b ¶ Consuetudo.] 7. dist. 12. scit sancta. Am. lib 3. de forma. 7. dist. 76 c. pen. & vlt.

ADDITIO. Vel dic consuetudo, scilicet immergendi semel, vel ter dummodo forma ecclesiæ obseruetur. Archid.

c ¶ In tribus.] videtur contrarium huic c quod Amb. dicit de Cypriano. In suo sensu abūdat Cyprianus, cum semel immergeret pueros, qui quod intelligebat, studiose adimplebat bonis operibus abundando, licet in hoc nescius delinqueret, sed post correctus a Domino abūdauit altiori sensu, ter illos immergēdo. Sol. Forte ille n. semel debere immergere dogmatizabat: vel ibi erat consuetudo semel immergere.

Cyprian' semel tantū immergebat.

d EOdem modo.] idest in nomine patris & filij & spiritus sancti.

e ¶ Et ter.] i. ter immergitur in baptismo: & ita tres mersiones sunt vnum sacramentum, sicut plures voces 2 vnum nomē. ar. extra de re iur. omnis.

2 Dicēdo in nomine patris & filij & spiritus sancti.

MVlti sunt.] CASVS. Quidam in Christi nomine baptizabāt, & semel. n immergebant, qui in hoc capite reprehenduntur, quia iuxta Euangelium ter debemus immergere in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Amen.

f ¶ Multi sunt.] non prohibet baptizari in nomine Christi, sed reprehendit illos, qui dicebant q debet baptizari tantum vna immersione, & tantum sub vna forma verborum in nomine Christi.

g ¶ Trinitatis.] explicite Nūquid & Greci hent eādē formam.

Baptism' an possit dari in nomine Christi.

Baptism' forma apud Grecos & latinos est eadem.

ptismate (quod α dari a quibusdam iubetur in morte a Domini) deponatur. Non enim dixit nobis Dominus, in morte mea baptizate; sed euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. *Matth. 28.*

α ¶ Quod dari] *Prisca versio hoc tantum loco discrepat a Gratiano. Sic enim in ea legitur,* quod dari videtur in morte Domini. *eodem modo apud Burchardum. Iuo habet*, quod dari iubetur in Domini mortem. *Græce autem est, ἀλλ' ἓν βάπτισμα τοῖς τὸν θάνατον τοῦ κυρίου διδόμενον,* sed vnicam mersionem quæ in mortem Domini datur.

Item Gregorius Leandro episcopo Hispaniarum, lib. 1. epi. 41.

Et in Tole 4. c. 5. & in Vuormacensi, c. 5. Sent. ibidem. Poly. l. 3 tit. 10. Ans l. 9. cap. 16. Iuo p. 1. c. 130. Pann. l. 1 c. 60.

¶ De eodem. Cap. LXXX.

15 DE trina mersione baptismatis nihil responderi verius potest, quā quod ipsi sensistis: quia in vna fide nihil officit sanctæ ecclesiæ consuetudo b diuersa. Nos autem: quod tertio mergimus, triduanæ sepulturæ sacramenta signamus: vt dum tertio infans ab aquis educitur; resurrectio triduani temporis exprimatur. Quod si quis forte etiam pro summæ Trinitatis veneratione existimet fieri, neque istud aliquid obsit baptizandos semel in aquis mergere; quia dum in tribus personis † vna substantia est, reprehensibile esse nullateuns potest infantem in baptismate vel ter, vel semel immergere: quando & in tribus c mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari.

† *al subsistentijs.*

Item Hieronymus super epistolam ad Ephesios, lib. 2. ad capit. 4.

Ad verb. [vnus Dominus.] Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 61.

¶ De eodem. Cap. LXXXI.

EOdem modo d & in patrem, & filium, & in spiritum sanctum baptizamur, & ter e mergimur, vt Trinitatis vnum appareat sacramentū, & non baptizamur in nominibus patris, & filij, & spiritus sancti, sed in vno nomine quod intelligitur Deus. *Item infra* ¶ Potest vnum baptisma & ita dicit, quod licet ter baptizemur propter mysterium Trinitatis, tamen vnum baptisma reputetur.

¶ *Locupletatum, & emendatum est caput hoc ex originali.*

Item Pelagius Papa, Gaudentio episcopo.

De his, qui in nomine Christi semel tantum mergunt.

Cap. LXXXII.

Iuo p. 1. c. 161. Pann. l. 1. c. 62.

MVlti sunt, f qui in nomine solummodo Christi vna etiā mersione se asserunt baptizare. Euangelicum vero pceptum ipso Deo, & domino saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis, g trina etiam mersione sanctum baptisma vnicuique tribuere, dicente Domino discipulis suis; (Item, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & spiritus α sancti.) *Ioan. 6.*

α ¶ Spiritus sancti.] *Hic videtur sequi c. Si reuera supra ead.*

Item Zacharias Papa Bonifacio episc. in epist. cuius initium: [Sacris liminibus.]

formalis. Sic quia idē est effectus, vox ast nō eadem vt dicit Ar. vnde Græcus huc veniens baptizatur in lingua sua, & latinus in linqua sua quia apostoli varijs linguis loquebantur, & iuxta illud. qui probant & qui sequebantur, clamabant, Osanna, & ibi forma rea.

fieri baptismus, sed sic nō baptizatur in nomine paternitatis & filiationis, &c. Itē si omittit hoc pronomen, ego. & dicit baptizo te, &c. bñ baptizat: qa subintelligitur pnomē. Ar. C. de fideic. verbū volo. maxime qm̄ nec Christus apposuit pronomē, cū dixit: Itē baptizate &c. non est ꝯ extra de bap. c. 1. 1. quia ibi etiā verbū emisit. Sic autē nō baptizatur, mergo te in noie patris, &c. qa non est synonymū cū illo verbo baptizo, nec per hanc uocem baptizo te in nomine trium personarum. Ibi vide quod ibi plene notatur per Io. Arch.

¶ In inuocatione Trinitatis tertio in baptismate mergere debemus. C. LCXXXIII.

Sent. 4. disti. 4. Iuo p. 1. c. 169. Pann. l. 1. c. 63.

16 IN synodo Anglorum decretū, & iudicium firmissime præceptū, & diligenter demonstratū esse dinoscitur, vt quicunque sine inuocatione Trinitatis mersus fuisset, sacramentum regenerationis non haberet. Quod omnino uerum est: quia si locus in fronte baptismatis quis fuerit sine inuocatione Trinitatis, perfectus Christianus non est, nisi in nomine patris, & filii, & spiritus sancti fuerit baptizatus. Hoc quoq. obseruari in prædicta synodo sacerdotes voluerunt, ut qui vel unam de Trinitate personam in baptisma non nominaret, illud baptisma esse uerum non posset. Quod pro certo uerū est: quia qui unam ex sancti Trinitate cōfessus non fuerit, Perfectus Christianus esse non potest. Qui enim confitetur patrem, & filium, si confessus non fuerit & spiritum sanctum, neque patrem habet, neque filium, & qui confessus fuerit patrem, & spiritum sanctum, & filium non fuerit confessus, neque patrem habet, neque spiritum sanctum, sed uacuus est à diuina gratia.

IN synodo.] Hæc est 16. pars distī. in qua probat, φ forma baptizandi debet seruari, & qui vnū de Trinitate cōfessus non est siue negauerit, non est Christianus. Io. de Fan. CASVS. Quidā erant qui in baptismo non nominabant oēs tres personas, ꝯ quos in synodo Anglorū est diffinitum φ non dicitur aliquis uere baptizatus nisi in nomine patris & filii & spiritus sancti amē, fuerit baptizatus, nam si quis duas psona fuerit confessus, & tertiā negauerit, duarum confessio nihil ei prodest.

Item Gregorius Quirino episc. in Iberia, lib. 9. epist. 16.

¶ Rebaptizātur, qui in nomine Trinitatis baptizati non fuerint. C. LXXXIIII.

† Bonosiani.

1. q. 1. quis. Iuo p. 1. c. 153. Pann. l. 1. c. 64.

HI uero hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosyani †, [a] & Cataphryges (quia & illi Christum Dominum non credunt, & isti [b] sanctum spiritum peruerso sensu esse quemdam prauum hominem Montantum credunt: quorum similes multi sunt) & alii tales, cum ad sanctam ecclesiam ueniunt, baptizantur, quia baptisma non fuit, quod in errore positi in sanctæ Trinitatis nomine minime perceperunt.

HI vero hæretici.] CASVS. Bonosiani non credebant filiū esse Deū, nec Cataphrigæ spiritum sanctum, ideo in nomine Trinitatis non baptizabant ipsi, nec multi alii unde sic baptizatis dicitur, φ si ad ecclesiam venerint dēnt rebaptizari. Sequēs c. patet [Simplā.] idest, vnicam uel vniformem.

a ¶ Bonosiani] sup. 24 q. 3 quidā. uer. Bonosiani. Hi dicebant Christum adoptiuum filium Dei, non proprium.

b ¶ Et isti] alias tamē exprimitur eorum error, 24 q. 3 quidam ver. Cataphrygis, qa auctores eorum dixerunt spiritum sanctum in se descēdisse, non in Apostolos.

Item ex concilio Toletano 4. c. 5.

¶ Semel baptismate mergere licet. C. LXXXV.

Iuo. p. 1. c. 129. Pann. l. c. 59.

PRopter uitandum schismatis scādalum, uel hæretici dogmatis usum, amplam [c] teneamus baptismi mersionem.

Item Zacharias Papa, Bonifacio episcopo in epistola decretali.

¶ De sacerdote qui per ignorantiam linguæ latinæ in inuocatione Trinitatis deliquit. C. LXXXVI.

Burch l. 4. c. 41. Iuo p. 1. c. 237. Pann. l. 1. c. 65.

REtulerunt nuntii tui, quòd fuerit in eadem prouincia sacerdos, qui latinam linguam penitus ignorabat dum baptizaret, nesciens latini eloqui, infringēs linguā dice

realis est attēdenda, & nō uocalis. ſ. ea. retulerunt. Itē pone φ aliquis dicit: baptizo te in nomine genitoris & nati, & sancti flaminis, an baptizetur, Vī φ sic: quia nō refert vtrū ex æquipollentibus qs dixerit. arg. ff. de verb. obl. quæ extrinsecus, & l. si sub vna & ff si cer. pe. l. certū qd̄ cōcedo. & sub nominibus synonymis bñ pt baptizare in nomine genitoris, &c. in nalcas.

c PRopter.] ¶ Amplam.] alludit consuetudini loci. Vel simplam idest, uniformem. Et ita est argu. φ omnes debemus baptizari in nomine patris & filii & spiritus sancti sub eo. proprie.

REtulerunt.] CASVS. Quidam presbyter imperitus in arte grammatica, in baptizando uerba baptismi &

mi,& formam corrupte proferebat, episcopus loci uolebat rebaptizare eos, quos iste baptizauerat. vnde super hoc consuluit Papam: qui respondet, dicens, quod tales non debeant iterum baptizari, si sacerdos ille errorem uel hæresim introducere non intendebat: sed tantum ex ignorantia sic corrupte proferebat. Sequentia ca. patent. [Ministerium,] id est, chrisma. [Signaculum] id est, sacramentum confirmationis. [Sacerdotes.] id est, episcopi.

a ¶ introducens.] Inde unius syllabæ error nõ nocet. ff. de manu. test. qui habebat.

b ¶ Aut hæresim.] maxime, quia si errorem induceret, dummodo in forma ecclesiæ baptizaret, teneret baptismus, ut sup eo. satis.

x Vel dic quod faciet mētionē de errore quia si erraret quia aliud dicere uel facere intēderet, quā dicāt uel faciāt catholici, talis error impediret. B. Hisp.

Paracollers quia lecta fuerat epistola de aduentu spiritus sancti in Apostolos.

n ¶ Sacerdotis.] id est, episcopi, eo quia solus episcopus facit hanc inuocationem inf dis. 5. manus.

ADDITIO. vt inf ead. presbyteri. & c. seq. Archid.

post

tet, baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritu sancta. Ac per hoc tua reuerēda fraternitas cōsiderauit eos rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille, qui baptizauit, non errorem introducens,[a] aut hæresim:[b] sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, ut supra fati sumus, baptizans dixisset, non possumus consentire, vt denuo baptizētur.

α ¶ Nuntii tui.] *Hæ duæ uoces additæ uidentur a Gratiano (quamquam Vergilius, & Sidonius, qui hoc retulerant proprie nuntij Bonifacij non fuisse) ne ea, quæ in epistola antecedunt, referre cogeretur, quod tamen Burchardus, & Iuo fecerunt.*

Item Ambrosius de sacramentis, seu lib. 1. c. 2.

¶ Quare baptizati a sacerdote vngantur. C. LXXXVII.

Iuo p. 1. c. 109. Pann. l. 1. c. 51.

17 VEnisti† ad fontem, ingressus es; considera, quid †uideris,[d] quid locutus sis, considera, repete[c] diligenter; occurrit tibi leuita, occurrit presbyter; unctus es,[f] quasi athleta Christi, ut α ad baptismum catechumenus accedas.

† al Venimus. † quæ] uera lectio.

β ¶ Vt ad baptismum.] *Ita etiam Iuo, & auctor glossæ ad ver. Vnctus. videtur huc spectasse, sed tota hæc clausula abest ab originali: in quo huius loco sunt uerba hæc*, quasi lecturã huius sæculi luctatus, professus es luctaminis tui certamine.

VEnisti.] Hæc est 17 pars distinc. in qua interpretatur verba sacerdotis, quæ dicit in exorcizando & baptizando. & uestes quid significent. Io. de Fant.

c ¶ Venisti.] de iis quæ in baptismi celebratione sūt dictum est; nunc principaliter sequitur de iis, quæ post lauacrū sequunt. s. quæ post baptismū baptizato fieri debeāt & 6. capit. annectit. in postremo tamē habetur quæ circa ipsum facta sunt prius.

d ¶ Quid uideris.] i. quid audieris, nam sub uisu omnis sensus continetur 2.

Item Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 28.

¶ Quare baptizatus a presbytero, vngatur in cerebro. C. LXXXVIII.

Iuo p. 1. c. 140. Pann. l. 1. c. 66.

POstquam[g] ascenderit baptizatus de fonte, statim signatur in cerebro a presbytero cum sacro chrismate sequente simul & oratione, ut regni Christi particeps fiat, & a Christo Christianus[h] possit uocari.

Item Ambrosius de sacramentis, tract seu. lib. 2. c. 7.

¶ Quid super baptizatum a sacerdote dicatur. C. LXXXIX.

Iuo p. 1. c. 141. Pann. l. 1. c. 67.

EMersisti, γ[i] uenisti ad sacerdotē. Quid tibi dixit? [Deus, inquit, pater omnipotens, qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te vngat in vitam æternam.] Vide, ubi[k] unctus es, in vitam, inquit, æternam.

z ad hoc facit optime qd legitur & no. 1. q. 9. testes. 91. di. diaconi sūt. uer. ipse ēt. & fuit ista glo. L. & Io. de Fā.

e ¶ Repete] ostendit quę circa ipsum prius facta sunt vsque ad c. Iudæi.

f ¶ Vnctus es.] sputo, non oleo, scilicet, in catechisma.

g POstquā] inf. eo. distin 5. nouissime inf. ea. presbyteri. & cap. nullus ministrorum.

h ¶ Christianus.] sup. 8. q. 1. olim.

γ ¶ Emersisti.] *Sic apud Iuonem. In originali est*: Ergo mersisti *eodem sensu, quem elicit auctor glossæ ex uerbo*, Emersisti. *Frequens autem est apud B. Ambrosium istius uocabuli in hanc sententiam vsus.*

Idem in libro 3. de sacramentis, c. 1. & 2.

¶ Quare unguentum super caput baptizati ponatur. C. XC.

Iuo p. 1. c. 142. Pann. l. 1. c. 68. Eccl. 2.

ACcepisti misterium, hoc est, unguentum supra caput. Quare supra caput? quia sensus sapientis in capite[l] eius *& infra. c. 2.* ¶ Sequitur spiritale signaculū, qd audisti hodie[m] legi; quia post fontem superest, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdotis[n] spiritus sanctus infunditur.

i EMersisti.] idem, emersus fuisti.

k ¶ Vbi.] id est, ad quod.

l ACcepisti.] ¶ In capite] i. anima. sup de pæ. dist. il le rex. & ita anima habet sedem in capite. alias non bene cōcordaret littera.

m ¶ Hodie.] s. in die

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c. 29.

POst baptismum.] CASVS. Quæsitum fuit quid significet vestis candida, qua baptizatus induitur? Rñdetur ꝙ significat munditiam & puritatem, q̃ ablutus a peccatis vsq; in diẽ iudicij dẽt seruare, significat ẽt gloriosã resurrectionẽ fideliũ, & regnũ futurũ: regitur

b ¶Innocentiam.] Candor enim munditiã designat. 30.q.vlt.fœminæ.

c ¶Ad mysterium.] Designandum. per hoc.n.designatur futura resurrectio corporum gloriosa & animarum. vel etiam nunc a peccatis.

Candor munditiã designat.

¶Quare cancidida vestis traditur Christianis. Cap. XCI.

POst baptismum[a] traditur Christiano vestis candida, designans innocentiam,[b] & puritatem Christianam; quã post ablutas veteres maculas studio sanctæ conuersationis immaculatam seruare debet repræsentandam † ante tribunal Christi. Cuncti vero renati albis induuntur vestibus ad mysterium[c] resurgentis ecclesiæ. *Item ibidem.* ¶Vtuntur ergo baptizati albis vestibus: vt quorum primæ natiuitatis faciem † vetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis gloriæ præferat indumẽtum. Tegitur enim post sacram vnctionem caput eius mystico velamine, vt intelligat,[d] se diademate[e] regni, & sacerdotali dignitate potiri.

† al. ad præsentandam

† al. infantiã

Item Ambrosius in libro de ijs, qui initiantur mysterijs, capitulo 7.

Iuo p.1.c.144. Pann.l.1.c.70.

¶De eodem. Cap. XCII.

ACcepisti post baptismum uestimenta candida, ut esset indicium,[f] quod exueris inuolucrum † peccatorum, & indueris innocentiæ castra uelamina.[g]

† al. veluprate al. voluntate

Item ex concilio Agathensi, cap. 34.

Burc.l.4.ca.81. Iuo p.1.c.275. Pan.l.1.c.71.

¶Quot mensibus Iudæi inter catechumenos habeantur. Cap. XCIII.

18 IVdæi, quorum perfidia frequenter ad uomitum redit si ad legem catholicam uenire uoluerint, octo menses[i] inter catechumenos[k] ecclesiæ limen introeat: & si pura[l] fide noscuntur venire; tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod, si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurrerint, & desperati fuerint, baptizentur.

Item ex concilio Tholetano. 4. cap. 58.

Burch.l.4.c.85. Iuo p.1.c.279. Pan.l.1.c.75.

¶De Iudæis plerisque frequenter ad iudaismum redeuntibus. Cap. XCIIII.

PLerique ex Iudæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum, non solum iudaicos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones[m] exercere præsumpserunt. De quibus consultu pijssimi, ac religiosissimi domini nostri Sisemundi regis hoc sanctum decreuit concilium, ut huiusmodi transgressores pontificali auctoritate correcti ad cultum Christiani dogmatis reuocentur: vt quos propria uoluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem, quos circumciderunt, si filij eorum sunt, a parentum

d ¶ Vt intelligat.] Istud sacramentum est regni & sacerdotij. Quilibet.n.fidelis rex debet esse & sacerdos; rex, quia se & alios virtutibus regere debet; sacerdos, quia cor contritum & humiliatum, qđ est vera obligatio, idest, se debet offerre Deo.

Fidelis q̃libet dẽt esse rex & sacerdos.

e ¶ Diademate.] Supra.12.q.1.duo sunt.

f ACcepisti.] ¶Indicium] Qualis vestis, talia corda gerit 41.dist. §. si.

g ¶Velamina.] Forte de hoc velamine dixit 24.q.1.quoniam vetus.[1]

1 Subau. ibi olim Chr̃i vestimentũ suscepi.

IVdæi.] Hæc est 18. pars dist. in qua dicitur qualiter Iudæi & alii baptizãtur, & quæ sunt dona baptismi, Ioan de Fant.

h ¶ Iudæi de] baptizandi examinatione vel pœnitẽtia agit vsque ad ca. non plures

i ¶Octo menses] Hoc cap. corrigitur per illud, quod sequitur infra ca. ne quod absit.

k ¶ Catechumenos.] per hoc c. intelliguntur oĩa illa c. quæ dñt quod infideles pñt esse vsque ad missam: s. catechumenorum in ecclesia non contra dicit 21. distin. cleros. in fin. quia illud de infidelibus, qui parati si sunt reprehendere. 43. dist in mandatis. & ita non dico ea abrogata, secundum ꝙ quidam dicunt & est ratio, quare hoc fiat, vt audientes prædicationẽ in ecclesia facilius cõuertãtur; vel loquitur de præcisis. Ioan.

Infideles pñt esse i ecclesia vsque ad missam catechumenorũ.

a De hoc ẽt notat 35.q.3.de his. & hr̃, de hoc ĩ. eo.dist. 1. ep̃s nullum. arg.

l ¶Et si pura.] Vĩ ergo ꝙ vsurarius Iudæus nõ debeat baptizari, nisi vsuras restituat supra de pœ.dis.1.falsas. quia obligationes in baptismo non tolluntur.

PLeriq. ex Iudæis.] CASVS. Aliqui Iudæorum facti fuerunt Christiani, qui postea ad ritũ Iudæorum reuersi, filios suos & seruos circũcidãt: vnde præcipitur hic, vt fidem seruare cogantur, filij vero circũcisi ab eis auferant: serui aũt liberi efficiantur.

m ¶ Circumcisiones.] Circumcidendo aliquos.

tegitur caput eius mystico velamine, vt intelligat, se debere potiri corona regni, & dignitate sacerdotali Sequentia duo capitula patent.

a ¶Post baptismum.] CASVS. Dicitur cuiusmodi vestis traditur: quia alba, & quare.

a ¶Con-

a ¶Consortio.] Et viris religiosis aleni tradentur, vt 28.q.1.Iudæorum de paternis tamen bonis alēdi sunt. C.de alen.lib.3.

b ¶Separentur] Et bonorum proscriptione & perpetuo exilio damnabuntur, C. de Iudæ & cœ. Iudæi. sed hoc si suæ sectæ sunt mancipia; alias enim capite puniuntur.C.de man.Christianum. l. vna. C. de cunu.l.1.

(vos ante omnia.] patent.

l ¶Longa.] Octo mensium est longa.sup.ead. distin. cap. Iudæi.

m ¶Aut die Dominico.] Non obuiat quod dictum est sup.ead.c.duo.quod tantum bis in anno baptismus.debet celebrari.

Baptism⁹ solennis bis tantū in anno celebrat.

Filij Iudæorum baptizati, sunt a parentibus separandi.

consortio [a] separentur; [b] si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur. [c]

Item Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c.27.

¶Ante baptismum diabolo, & eius operibus renunciare debemus. Cap. XCV.

PRimum interrogatur paganus, si abrenunciat diabolo, & omnibus damnosis operibus eius, atque fallacibus pompis: vt primum respuat errorem: & sic appropinquet ad veritatem; possitque iuxta Apostolum [d] deponere veterem hominem secundum pristinam conuersationem; qui corrumpitur [e] secundum desideria erroris, abnegans impietatem, & sæcularia desideria.

Iuo p.1.c.98. Pan.l.1.cap.76. *Eph.* 4. *Coloss.* 3. *Tit.* 2.

Item Augustinus in libro de pœnitētiæ medicina c 2.

¶Non transit in nouam vitam, quem non pænitet veteris vitæ. Cap. XCVI.

OMnis, [f] qui iam suæ voluntatis factus est arbiter, [g] cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, [h] nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizantur, soli paruuli † immunes sunt. Nondum enim vti possunt libero arbitrio.

De pę.di.1 tres sūt] & qs aliqn̄ Iuo p.1.cap.76. Pan l 1.cap 35. † *al. pueri.*

Item ad Seleucianam, epist.108.

¶Ante baptisma pœnitentiam agere debemus. Cap. XCVII.

AGunt homines ante baptismum pœnitentiam [i] de suis prioribus [k] peccatis; ita tamen, vt etiam baptizentur; sicut scriptum est in actibus Apostolorum loquente Petro ad Iudæos, ac dicente:] Agite pœnitentiam: & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Iesu Christi.

Sent.4. dist. 16. Iuo p.1. ca. 77. Pan.l.1.c. 36. *Act.* 2.

Item Gregorius Fantino Defensori, lib.7.epist.24.

¶Quadraginta dierum abstinentia Iudæis baptizandis indicatur. Cap. XCVIII.

NE, quod absit, longa [l] dilatio Iudæorum retro possit animos reuocare, cum fratre nostro episcopo loci ipsius loquere, vt pœnitentia, ac abstinentia quadraginta dierum indicta, aut die Dominico, [m] aut si celeberrima festiuitas fortassis occurrerit, eos omnipotentis Dei misericordia protegente baptizes.†

† *baptizet.*

Item Ambrosius super epistolam ad Romanos, ad capitulum 11.

Iuo. Glo ord. ibi

¶Pœnitentia non est necessaria baptizandis. Cap. XC.IX.

SIne pœnitentia [n] sunt dona, & uocatio Dei: quia gra-

De pęn. dist. 1. quis aliquādo

3 Dic q̄ Iudæis filios suos circuncidere licet, si alios circuncideꝛent pœna ca[?]rantis tenerent, vt ff.ad legē Cor.de si.c.l.circū cidere. Hic autē cum eis mitius agitur q̄ ibi dictū sit quia ad fidem cum pœnitentia reuocantur. Archid.

c ¶Tradantur] sup. dist 54.cap. nulla. &c. fraternitatem. sed cōtra sup.17. q.vlt Iudas.

PRimum.] CASVS. Dicitur hic, q̄ ante baptismum debet paganus interrogari si abrenunciat diabolo & omnibus malis operibus, vt sic ad veritatē possit peruenire: & iuxta apostolum veterem hominem deponere, idest, vetustatem peccati.

d ¶Apostolum] Ad Ephesios scribentem.

e ¶Qui corrūpitur.] Scilicet vetus homo. de pę dist. 1. tres sunt.

OMnis qui.] CASVS. Dicitur hic q̄ homini intelligenti quando baptizat, si non pænitet, peccata non dimittuntur: sed hmōi pœnitentia paruulo non est necessaria: quia libero nō vtitur arbitrio: sed sacramentum baptismi, per quod homines efficiuntur fideles.

f ¶Omnis.] Supra de pę.dist.1. tres sunt.

g ¶Arbiter.] si est discretus.H

h ¶Veteris.] Quod hominē reddit vetustum. & quidem interior pœnitētia necessaria est in adulto: exterior non exigitur. j. ead.fine.

AGunt homines.] CASVS. Dicitur hic q̄ homines primo debent agere pœnitētiam, & postea baptizari: quod probatur auctoritate Petri dicente in actibus Apostolorum. Agite pœnitentiam, &c.

i ¶Pœnitentiam.] Id est, pœnitudinem.

k ¶De suis prioribus.] Nunquid est p̄ceptio vel suasio de hac pœnitentia agēda? sed cui hoc præciperet? nunquid gentili iubere poterat? non, sed duntaxat monere 47.dist.§.necesse.

NE quod absit.] CASVS. Quidam Iudæi volebant baptizari, prohibetur hic ne longa pęnitentia eis imponatur, sed tantū 40. dierum ne forte velint a proposito resilire. Omnia cap. quæ sequuntur vsq; ibi

bet celebrari. Illud enim de solenni intelligitur, idest, quod consecratur tanta solennitate. sup.ead.venerabilis.& cap.seq.

n SIne pœnitentia.] Idest, sine satisfactione exteriori & afflictione, q̄ solet exigi in pnia, nam sine interiori i adultis vacuū est baptismi mysteriū: & ita non c̄dicit de pęn.dist.1.tres.§.eo.omnis q. ꝓxi. capit.contra. Sed istud generaliter in alijs, quam in Iudæis; illud specialiter fiebat quondam in Iudæis, non pro-

Baptism⁹ adultorū an valeat sine satisfactione.

propter satisfactionem peccati: sed propter reuerentiam baptismi, quod Iudæi per operationem circuncisionis & aliorum legalium sacramentorum non adeo appretiabantur.

a ¶ Gratia.] Supra de pœ. dist. 7. nullus expectet.

b ¶ In

tamen temporalis satisfactio: in baptismo non. Nam tanta est vis sacramenti, quod nec etiã temporalis satisfactio in baptismo remanet pro peccatis. ideo nõ est mirum si infamia qualibet ibi dimittatur: quod non est in pœnitentia, vt de pœ. distin. vit. si quis.

tit [a] Dei in baptismate [b] non requirit gemitum, non requirit planctum, uel opus aliquod: sed solam fidem, ⁂ & omnia gratis condonat.

⁂ ¶ Sed solam fidem. *Sic in glossa ordinaria: Vnde potius uidetur hoc loco sumpsisse Gratianus, quam ex Ambrosio, apud quem legitur,* nisi solam ex corde professionem *quemadmodum etiam refertur supra de pœnitentia, dist. 1. c quis aliquando, in uer. Gratia Dei.*

Item Higinus Papa.

¶ Necessitate cogente, in catechismo, & confirmatione idem compater esse potest. C. C.

Burch. l. 4. c. 24. Iuo p. 1. c. 218. Pann. l. 1. c. 77.

19 IN catechismo, [c] & in baptismo, & in confirmatione vnus patrinus [d] fieri potest, si necessitas cogit. Non est tamen consuetudo Romana: sed per singulos singuli suscipiunt. [e]

Item ex decreto Leonis Papæ

¶ *Cæteri collectores citant ex decretis Leonis Papæ apud S. Medardum.*

¶ Non plures, sed vnus paruulum in baptismate suscipiat. C. CI.

Poly. l. 3. ca. 10. Ans. l. 9. ca. 19 Burc. l. 4. ca. 25. Iuo p. 1. c. 213. Pann. l. 1. c. 78.

NOn plures [f] ad suscipiendum de baptismo infantem accedant quàm vnus, siue vir siue mulier. In confirmatione quoque id ipsum fiat.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Qui nõ est baptizatus, nec cõfirmatus, aliũ in chrismate, uel baptismate tenere non debet. C. CII.

Burc. l. 4. c. 26. Iuo p. 1. c. 220. Pann. l. 1. c. 79.

IN baptismate, uel in chrismate non potest alium suscipere [g] in filiorum, qui non est ipse baptizatus, [h] uel confirmatus.

Item ex concilio Antissiodorensi, c. 25.

¶ Abbati uel monacho non licet commatres habere. C. CIII.

Iuo. p. 1. c. 132. Pann. l. c. 80.

NOn licet abbati, uel monacho [i] de baptismo suscipere filios, nec commatres [k] habere.

Item ex libro capitulorum.

¶ De eodem. C. CIIII.

Iuo p. 1. c. 133. Pann. l. 1. c. 81.

MOnachi sibi compatres commatresue non faciant: nec osculentur [l] fœminas.

¶ *In indice septimi libri capitularium, numero 494 (nam capita ipsa a 476. usque ad 558 in uolumine, quod ex Gallia habitum est, desiderantur) hæc leguntur.* Nec sibi compatres, & commatres monachi faciant.

Item ex sermone S. Augustini post Pascha, qui sic incipit: Hodiernus dies.

Baptismo est efficacior pœnitentia.

b ¶ In baptismate.] Hoc ideo dicit, quia in pœnitentia etsi dimittatur peccatum per contritionem, remanet forte tangit consuetudinem alicuius loci, ubi compatres osculabantur commatres.

ADDITIO. Arg. contra sup. 32. q. 1. quod autẽ in fi. ver. de hoc & extra de diuor. gaudemus in fin. ibi videas. Archi.

IN catechismo.] Hæc est 19 pars dist. in qua probat quid iuris sit de patrinis & filiis spiritualibus. Io. de Fant.

c ¶ In catechismo.] De materia ista dixi 30. q. 1. peruenit.

d ¶ Patrinus] Baz. dixit in his tantum cõtrahi cõpaternitatem: sed H. dixit in omnibus eã contrahi, quæ baptismũ præcedunt: sed tamen compaternitas in catechismo contracta non est tanti momenti ut matrimoniũ dissoluat, cum vix etiam impediat. ex de cogna. spi. contracto.

Cõpaternitas contrahitur per catechismum.

e ¶ Suscipiunt.] Et ita latius se extenderet charitas. 35. q. 1. cum igitur.

f NOn plures.] Supra, 30. q. 4. quod autem uxor. contra Sol ibi.

Placuit] CASVS. Quidam dicebant quod paruuli ex parētibus peccatum non contrahunt, & ideo non sunt baptizandi, & si baptizentur, non fit in eis vera remissio peccatorū. Hæc hæresis damnatur auctoritate Apostoli & constitutione ecclesię. Sequens c. planum est.

e ¶ Placuit.]CASVS. Excōmunicātur quidam hæretici, qui dicebant paruulos non esse baptizādos, quia nihil peccati contraxerunt ab Adā, quod in baptismo esset delendum. nam quod male dicāt, probatur auctoritate Apostoli.

f ¶ Vnde fit.] idest, ex hoc sequitur.

g ¶ Sed falsa] idest, sine effectu

Cyp. epi. 1. c. 10. *Item eiusdem, c. 3.*

a PLacuit. [¶ Ad adiutorium.] supra ea. gratia.
ADDITIO. In primo statu in quo fuit Adam potuit homo mori. & potuit non mori: hic in secūdo statu potest mori, sed non potest non mori: quia est mortalitas, id est necessitas. In tertio, scilicet in patria non potest mori, & non potest mori.

d ¶ Omnes.] hic secundum quosdam incipit. 5. distin. sed competentius (vt quidam dicunt) incipit ab illo c. conuenit inf. ea. Nam abinde agit de officiis ecclesiasticis & ieiuniis.
e ¶ Post baptismum.] vnde hostia prius lauabatur in litto-

¶ Gratia & peccata remittit, & ne reiterentur, adiuuat. C. CLIV.

PLacuit, vt quicunque dixerit, gratiam Dei, qua † iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium, [a] vt non committantur, anathema sit. (Burc. l. 20. c. 11. Iuo. p. 17. c. 36.) († al. in qua.)

Item eiusdem, c. 4. (In Afr. c. 79 de dogm. c. 29.)

¶ Quid sit peccatum, gratia docet, & vt vitetur, facit. C. CLV.

QVisquis [b] dixerit, eandem gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum, vt sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouerimus, etiam facere diligamus, atque ualeamus, anathema sit. (Burch. ibidem Iuo p. 17. c. 29.) (In Afric. c. 80.)

Item eiusdem, c. 5.

¶ Sine gratia diuina mandata impleri non possunt. C. CLVI.

32 PLacuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam [c] iustificationis dari, ut quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possumus implere per gratiam, tanquam etiam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possumus etiam sine illa implere diuina mandata, anathema sit. (Burch. ibidem Iuo p. 17. c. 30.)

Item Vrbanus Papa omnibus christianis. epist. 1. c. 7.

DISTINCTIO V.

¶ Post baptisma, confirmationis sacramentum præstetur. C. I.



OMnes [d] fideles per manus impositionem episcoporum, spiritumsanctum post baptismum [e] accipere debent, ut pleni † [f] Christiani inueniantur: quia, cum spiritussanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam & constantiam dilatatur. (Poly. l. 3. tit. 10. Ansl. 9. c. 23. Burc. l. 4. c. 66. Iuo p. 1. ca. 260. & 295. Pann. l. 1. c. 113.) († plene] orig.)

Item Melchiades Papa in epist. ad episcopos Hisp. c. 2.

¶ Quid conferat spiritussanctus in baptismate, quid in confirmatione. C. II.

SPiritussanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit [g] illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad inno- (Eusebi⁹ Emissenus in hom. in die Pentecostes. Poly. l. 3. tit. 10. Ansl. l. 9. ca. 31.)

b QVisq; dixerit.] CASVS. Est igitur casus illius capitulis. Excommunicantur hic quidam hæretici, qui dicebant quod gratia Dei non iuuat nos ad vitationē peccati, nisi quantum ad hoc, quod dat nobis cognitionem boni & mali. nō autem iuuat nos, vt per eā faciamus, bonum vel malum.
b ¶ Quisquis.] quidā volentes vitare correctionem præcedentis ca. incidunt in aliud malum. & ideo reprehenduntur.
PLacuit.] Hæc est 32. pars distin. in qua dicitur, quòd sine gratia nullus saluatur, quæ etiam adiuuat ad non peccandum. Io. de Fant.
c ¶ Gratiā.] ad quod ergo valet liberum arbitrium, cū per illud non possit saluari? Nā primam gratiam non potest quis promereri, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. Sed dic quod per liberum arbitriū homo habilem se potest reddere, vt ei Dominus gratiam infundat. (Arbitriū liberū ad quid valeat.)
OMnes.] Hæc dist. diuiditur in 13. partes. In quarum prima agitur de confirmatione, de ieiuniis, & de aliis: secunda ibi, [Nunquid] Tertia ibi, [Omni die,] Quarta ibi, [Conuenit.] Quinta ibi, [Quadragesima.] Sexta ibi, [Cōtraria] Septima ibi, [Quia.] Octaua ibi, [Carnē.] Nona ibi [In omnibus] Decima ibi, [Nullus.] Vndecima ibi. [Non oportet.] Duodecima ibi, [Fucare,] Tertiadecima ibi, [De spiritu. Ioan. de Fant.
d ¶ Omnes.] Expleto tractatu de baptismate, subiungit magister distinctionem istā, in qua tractat de confirmatione, quæ in fronte fit, & merito vltimo loco de hoc sacro quia vltimum est inter alia sacramenta necessitatis præter vnctionem infirmorum, quæ non ita proprie dicitur sacrm * maxime secundum opinionem eorum, qui dicunt eam iterari posse, nam sacramenta non iterantur, vt sup. prox. di. ostenditur. præterea alia rōne, quia hoc sacrm tanquam dignius à solis episcopis confertur, vt inf. ead. capit. manus.

(* Immo & ipsa proprie sacramētū est, Conci. Trid. sess. 7. ca. 1 & possunt iterari sacramenta illa quæ nō imprimūt characterē. S. Th. p. 3. q. 73. art. 6.) (Cōfirmatio à solis episcopis confertur.)

littore, & postea offerebatur in holocaustum.
f ¶ Vt pleni.] quia si contemnerent, peccarent mortaliter hoc de adultis, nam puero sufficit baptismus. supra dist. prox. quæris. Ioan. de Fant.
SPiritussanctus.] CASVS Dicitur in hoc cap quod peccata remittuntur in baptismo, sed in confirmatione homo recipit augmentum gratiæ, & quāuis baptismus sufficiat ad salutem statim morituris, confirmatio tamen victuris est necessaria vt confirmentur, & corroborentur contra vitia & peccata, vt possint diabolo resistere
g ¶ Descendit] conferendo vim regeneratiuam aquis supra dist. 4. nunquam. (g Vt supra d. 21 cap. prox. per aquā. &c. aliud & ca. veni. Archid.)

a ¶ Ad innocentiam.] vnde & datur puero vestis candida post baptismum, ut ȝ dist. prox. accepisti. & c. venit.
b ¶ Armat.] idest, instituit.
c ¶ Et instruit.] hic habes ad quid valeat cōfirmatio.
d ¶ Non potest.] in hac enim uita uel meritū comparamus, uel culpam. 13. q. 2. tempus.

scopi uocantur. 12. dist. si episcopus. sed tamen Papa hodie summus pōtifex appellatur. Et dic usq. adeo est accōmodatum, ꝙ non nisi a maioribus, & c. Et est hic argumentum aliqid dici maius ratione ipsius conferentis. arg. contra sup. distin. 2. nihil in sacrificio. de quo ibi notatur.

centiam [a]; in confirmatione augmentum præstat ad gratiā. Et quia in hoc mundo tota ætate uicturis inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est, in baptismo regeneramur ad uitam, post baptismum confirmamur ad pugnā; in baptismo abluimur, † post baptismum roboramur. Et quāuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen necessaria sunt cōfirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace α beati sæculi recipiēdos confirmatio autem armat [b], & instruit [c] ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non potest [d] peccare post mortem.

† al. alimur

α ¶ Pace beati.] *Sic est emendatum ex manuscriptis, originali, & Polycarpo. Antea legebatur*, pace baptismi, uel sæculi.

Idem Ibidem.

¶ Manus impositionis sacramentum dignius est sacramento baptismi. C. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 4. c. 32. Burc. l. 4. c. 61. Iuo. p. 1. c. 255. Pann. l. 1. c. 114.

DE his uero, super quibus rogastis vos informari, idest, utrum maius esset sacramentum, manus impositio, episcoporum, aut baptismus: scitote vtrumque magnum esse sacramentum; & sicut unum a maioribus fit idest, a summis [e] pontificibus, quod a minoribus fieri non potest: ita & maiori ueneratione uenerandum, & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, ut ab inuicē (nisi morte præueniente) nullatenus possint segregari; & unum sine altero rite perfici [f] non potest.

Item Eusebius Papa epist. 3. ad episcopos Tusciæ, & Campaniæ.

¶ Non ab alijs, quàm ab episcopis manus impositionis sacramentum perfici potest. C. III.

Poly. ibidem. Burc. l. 4. c. 63. Iuo. p. 1. c. 257. & 297. Pann. l. 1. c. 115.

MAnus quoque impositionis sacramentum magna ueneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorū ab alijs, quā ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractū [g] esse; nec ab alijs, quā ab illis, qui eorum tenent [h] locū, umquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsūptū fuerit, irritum [i] habeatur, & uacuum, & inter ecclesiastica numquam reputabitur sacramenta.

Item Rabanus de institutione cleric. l. 1. c. 30.

¶ Quare confirmationis sacramentum baptizato tradatur. C. V.

NOuissime a summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato, ut roboretur per

f ¶ Perfici.] i. Christianum facere plenū & perfectum, ut supra. ead. distin. cap. 1. Ioan. 1.

MAnus quoque.] CASVS. dicitur hic, ꝙ tempore Apostolorum soli confirmabant apostoli. & hodie successores eorum, idest, episcopi debent confirmare: & si alius confirmauerit, sacramentum non tenebit.

† Ad idē. i. e. ut lenius. Vel dic, i. meritorie re cipi al. e. ro cōtēpto. Arch.

g ¶ Peractum.] contra 95. dist ca. 1. sol. ibi. Vel hoc non inuenimus de iure communi actū esse: secus ex dispensatione.

h ¶ Tenēt.] alibi monachi dicūtur tenere locum xii. Apostolorū quo ad renūtiationē proprietatis. 16. q. ... ex auctoritate alibi sacerdotes quo ad cōfectionem Eucharistiæ. 25. q. 3. absit.

i ¶ Irritum.] tamen ex demandatione papæ quilibet conferre potest quod habet. Vnde ordinatus ordinem quem habet conferre posset, & cōfirmatus confirmationem sup. distin. proxi. n. illa 10. alias non 2. ut sup. 1. q. 1 gratia. & q. 7. Daibertū. Vnde nota ꝙ cū collatio sacramenti competit alicui ratione ordinis & officii, etiam prohibitus conferre potest, ut 9. quæst. 1 ordinationes. 1. q. 1. quod quidam. vbi vero ex administratione ordinis & demādatione, & ut confirmatio in fronte sacerdoti, vel collatio ordinis competit, non epis, ut 95. dist. peruenit & 65 dist. cap 1. in eo casu prohibitus nihil agit, ut hic in cap manus.

Monachi quo ad renūtiationē ꝓprietatis tenēt locū Apostol.

DE his uero.] CASVS. Quæsitum fuit a Melchiade, an maius sit sacramētū confirmationis ꝙ baptismi? Et ibi dicit ꝙ vtrumq. sacramētū ē magnū: sacramētū tñ cōfirmationis i maiori ueneratione est habēdū, ga non pt conferri uel ꝑfici nisi a maioribus. i. episcopis.
e ¶ A summis.] idest, episcopis qui sum mi dicuntur, quia ultra eos nullus est ordo, nā metropolitani episcopi uocantur. 12. dist. si episcopus.

NOuissime.] CASVS. Dicitur hic ꝙ spūs sāctus traditur homini ab epō, ut confirmetur ad ꝑdicādū alijs, i. ad donum ꝑdicādi: ꝙ per gratiam in baptismate habuit donatus uitæ æternæ. Secundo ostendit qd significet, ꝙ baptizatus inungitur chrismate a ꝑ bytero in vertice, & ab episcopo in frōte. Sequētia duo c. patent, & supplentur in principio c seq. hatuimus, uel præcipimus, ut reluni, & c.

factum, quis sic sit, quia in modum crucis fit solennis baptismus, non aliter sup proxi dist sal.
a ¶ Sine crucis.] auctoritas illa docet nos facere signũ crucis. 1 Egressus a patre, regressus eius ad patrem excursus eius vsq; ad inferos, recursus vsq; ad sedem Dei.

1 Vel dic ut no. 11. dist. ecclesiarum.

vel mensis alienationes mentis patiuntur.
c NEophyti] quia nuper baptizatos dissolute viuentes solebant demones energumenos, idest arreptitios facere ideo subiungit. à quibus neophyti debeant abstinere.

vt cætera prætereamus, sine crucis [a] signaculo quis sacerdotij gradus ascendit?

Item ex concilio Chartaginensi 4. c.90. & sequentib.

¶ Energumeni omnibus diebus exorcizentur. C. XI.

Burc. l.1. c.223. Iuo p. 6. c. 291.

OMni die exorcistæ energumenis [b] manus imponant. Energumeni vero pauimenta domorum Dei verrant. Quibus assidentibus in domo Dei victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore ministretur.

Item ex eodem, c.86.

¶ A quibus neophyti obstinare debent. C. XII.

Burc. l.4. c.12. Iuo p.1. c.267.

NEophyti [c] aliquandiu à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant.

Item ex concilio Agathensi, c.30.

¶ De ordine officiorum. C. XIII.

d CONuenit [a] ordinem ecclesię ab omnibus æqualiter [e] custodiri. Vnde studendum est, sicut vbique fit, vt post antiphonas collationes † [f] per ordinem ab episcopis vel presbyteris dicantur, & hymni matutini, vel vespertini diebus omnibus decantentur, & in conclusione matutinarum, vel vespertinarum missarum † post hymnos capitula † de psalmis dicantur, & plebs collecta [g] oratione ad vesperam ab episcopo cum benedictione mittatur.

† al. collectiones.
† al. & missarum.
† al. capitella.

Item ex concilio Gerundensi, c.10.

¶ De eodem. C. XIV.

ID semper placuit obseruari, vt omnib. diebus post matutinas & vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur. [h]

Item Gregor. VII. in generali synodo residens statuit.

¶ De eodem. C. XV.

Poly. l.3. tit.17. Ansl. l.6 c.221.

IN die resurrectionis usque in sabbatum in albis, & in die Pentecostes usque in sabbatum eiusdem tres [i] psalmos tantum ad nocturnas, † tresque lectiones antiquo more cantamus, & legimus. Omnibus diebus alijs per totum annum, si festiuitas est, nouem psalmos, & nouem lectiones dicimus. Alijs uero diebus duodecim psalmos, & tres lectiones recitamus. In Dominicis diebus xviij. psalmos, (excepto die Paschæ, & Pentecostes) & nouem lectiones dicimus. Illi autem qui in quotidianis diebus tres tantummodo psalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex regula sanctorum patrum sed ex fastidio, & negligentia probantur hoc facere. Romani vero diuerso modo agere cęperunt, maximo à tempore quo Teutonicis concessum est regimen † nostrę ecclesiæ: Nos autem & ordinem Romanum [k] inuestigantes, & antiquum morem nostræ ecclesiæ, imitantes antiquos patres, statuimus fieri sicut superius prænotauimus.

† al. noctum.
† al. regnum.

COnuenit.] Hæc est quarta pars distin. in qua dicitur quod orationes, & collectas debemus facere siue pferre in ecclesia. Io. CASVS. Incipit hic tractare de officiis ecclesiæ, & de ieiuniis. Dicit ergo hic quem ordinem clerici debeãt in diuinis officiis obseruare. Seq. c. patet.
d ¶ Conuenit.] de officiis & diuinis & ieiunio tractare inc pit: & ponit tria cap.
e ¶ Aequaliter.] sup. 12. dist. c. vlt.
f ¶ Collationes.] idest collectæ, & sunt quædam capitula quæ dicũtur ab episcopis. a
g ¶ Collecta.] idest, expleta. nam tũc omnia colligantur oratione dicta, vel plebs collecta oratione, id est orationis causa.
h ID semper.] ¶ Proferatur.] i. dicatur silenter, vel dic alta voce loco orationis, & hæc erat cõsuetudo in primitiua ecclesia secundum H.
IN die Resurrectionis.] CASVS. Ostendit in hoc capit. quot psalmi, & lectiones debeãt dici quolibet die in matutinis, & reprehenduntur illi qui in diebus quotidianis tantum tres psalmos & tres lectiones dicebant in matutinis, & reprehenduntur hic Romani, qui mutauerũt morẽ solitũ postquã regnũ Italiæ Teutonicis fuit cõcessum.
i ¶ Tres.] solet quæri quare diebus illis seruatur ternarius iste tã in lectionibus, quàm in aliis? potest dici quod hic fit quia per hoc notatur triduana Domini sepultura, vel hoc fit propter honorem Trinitatis. Vel ideo quia eo tempore

a Scilicet illorũ dierum, & legantur sine iube Domine, ac absq; benedictione sacerdotali, secũdum Hu.

psalmi tres & lectiones totidem dicunt vt in hebdomada Paschę & Pentecostes.

Dei, per dexteram partem, sedem Dei: per sinistram inferos intellige.
OMni die.] Hęc est tertia pars di. in qua dicitur quid iuris sit energumenis s. eo. dist. manus Io. de Fan.
b ¶ Energumenis.] sup. 73. dist. exorcista. qui. s. a demonibus sunt obsessi. vel energumenis, ab erge, quod est labor, & mene, quod est defectus: quia, s. in defectu lunæ

Energumeni, qui sunt.

per precedens ieiunium sunt facti homines emaceriati, & afflicti, vnde eis parcitur in illis temporibus, & hæc fit causa quare expleto hoc volumine non compellantur magistri legere decretales.
k ¶ Romanum.] argum. quod per duo extrema colligitur medium, & reprobatur arg. 35. di. ab exordio. arg. contra 24. di. quia sunt.

¶ *Iisdem verbis hoc habetur apud Radulfum propositione decima ex Gregorio VII. itemque magna ex parte in Micrologo, c. 54.*

Item ex homilia Gregorij Papæ.

¶ De obseruatione Quadragesimæ. C. XVI.

Poly. l. 3 ti. 25. Burc. l. 13. c. 1. Iuo p. 4. c. 34. Pan. l. 2. c. 182.

5 QVadragesima summa obseruatione est obseruanda, vt ieiunium in ea, præter dies Dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quem infirmitas [a] impedierit nullatenus soluatur: quia ipsi dies decimæ sunt anni. A prima igitur Dominica Quadragesimæ vsque in Pascha Domini sex hebdomadæ computantur. [b] quarum videlicet dies quadraginta & duo fiunt. Ex quibus dum sex Dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, non plus in abstinentia, quàm triginta & sex dies remanent. Verbi gratia, si per 365. dies [c] annus voluitur, † & nos per triginta, & sex dies affligimur, quasi anni [d] decimas Deo damus. Sed vt facer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauit, quattuor dies prioris hebdomadæ ad supplementum quadraginta dierum tolluntur, [e] idest, quarta feria, quæ caput ieiunij subnotatur, & quinta feria sequens, & sexta, & sabbatum. Nisi enim illos dies quattuor superioribus triginta sex adiunxerimus, quadraginta dies in abstinentia non habemus. Iubemur [f] etiam ab omnipotenti Deo omnium bonorum [g] nostrorum decimas dare, &c.

† al. ducitur.

Annus quot dies habet.

Ieiunium quadragesimale est decima dierum.

¶ *Caput hoc quomodo à collectoribus refertur, sumptum quidem aliqua ex parte videri potest ex homilia 16. B. Gregorij. Sed multa hic sunt, quæ ibi non leguntur, & vicissim multa ibi, quæ hic non sunt.*

Item Eusebius † Papa.

† al. Siluerius

¶ Ieiunia legitima non soluantur absque necessitate probabili. C. XVII.

IEiunia in ecclesia à sacerdotibus constituta sine necessitate rationabili non soluantur.

Poly. ibidem Burc. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 49. Aug. serm. 63. de tempore.

Item Hieronymus.

¶ Quotidiana ieiunia duplicatis, vel triplicatis sunt præferenda. C. XVIII.

NOn dico [h] hebdomadas, non duplicata, [i] non multiplicata ieiunia, sed vel singulos dies absque ciborum luxuria † transigamus.

Iuo p. 4. c. 54. Iuo p. 4. c. 54.

† nimietate.

Item Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis.

¶ De eodem. C. XIX.

SInt [k] tibi quotidiana [l] ieiunia, & refectio satietatem

Aug. Burc. l. 13. c. 25. Iuo p. 4. c. 55. Pan. l. 2. c. 185. Burc. l. 13. c. 22.

QVadragesima.] Hæc est quinta pars dist. in qua ponuntur 5. c. de abstinentia ieiunij. Ioan.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Gregor. papæ quare 40. dies abstinentiæ & ieiunio deputentur, & non plures vel pauciores, & respondet, quod ideo fit, quia iubemur Deo dare decimas omnium bonorum nostrorum, & 36 dies sunt decimæ totius anni, quibus quattuor additi sunt vt adimpleatur quadragenarius, quem Dominus suo sacro ieiunio consecrauit. Sequi. c. patet.

a ¶ Infirmitas.] quæ legi non subiacet. sup. ead. distinct. o. : sicut non alij.

b ¶ Computantur.] sup. dist. 4. Quadragesima.

c ¶ Dies.] supple & sex horas, de quibus sex horis in vno quadriennio vnus dies efficitur. vnde fit bissextus, nam dies naturalis constat ex 24. horis. hoc idem dicit lex, quod annus per tot dies voluitur. ff. de sta lib. cum hæres § si Stichus. vnde cum ieiunamus quasi decimam partem totius anni, pro decima 365. dierum ieiunamus, 36. dies remanent 5. dies & sex horæ. de istis 5. diebus ieiunamus quattuor, sed alio respectu, scilicet vt sacer numerus compleatur: remanet ergo vnus dies indecimatus, & sex horæ licitæ. Et ita sunt xxx. horæ indecimatæ, sed pro decima illarum horarum in sabbato maiore tardius cœnamus. immo alio respectu ieiunamus. & illi 5. dies non videntur quod decimentur. Et ita est argum. quod si rusticus habet 15 corbes vini, non debet decimare nisi decem.

d ¶ Anni.] arg. quod si rustico post decimas datas remanens 5. corbes quod de illis non debet dare decimam.

e ¶ Tolluntur.] idest accipiuntur.

f ¶ Iubemur.] sup. 16. q. 1 decimas.

g ¶ Bonorum.] idest, de actionibus & possessionibus nostris, quia & illæ in bonis nostris computantur. ff. de verb. signi. bonorum.

NOn dico] CASVS. Nõ præcipitur, vt per septimanam, vel per duos dies ieiunetur sine cibo, sed in quolibet die moderate cibo fruamur. Seq. tria c. patent (Præcepta) intellige quædam, & non omnia. Lucubrare idest, de nocte vigilare.

h ¶ Non dico hebdomadas.] esse ieiunandas, nõ sumpto cibo.

i ¶ Duplicata.] sicut quando abstinemus duobus diebus continue quod fieri numquam debet vt extra de temp. ord. litteras. Romani vero diuerso modo agere cœperunt, maxime à tempore quo Teutonicis concessum est regnum nostræ ecclesiæ de quo habetur. 36. dist. Hadrianus, in fin.

Cõtinuũ dicitur quod cuius intersallũ habet.

k SInt] Arg. contra. 35. dist. ab exordio.

l Quotidiana] nota quod aliquid dicitur cõtinuum, licet

licet ibi sit aliquod interuallum, nam dicit continue, & tamen dieb. Dominicis non ieiunamus, verba n. ciuili modo sunt intelligenda ff. de fer. l. si cui.
a ¶Si post pariter q. d. si tantum postea vna vice comedas, quantum debet tibi sufficere tribus vicib. vel plu-

d ¶Sed modico.] arg. contra 35. dist. ab exordio.
Contraria.] Hæc est sexta pars dist. in qua probat per x. c. quod nō debemus nos multum dare medicinis, nec multum affligere nos rōne medicinæ, nec malos comedere cibos nec vltra mensuram, Io. de Fant.

figiens. Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem; si post pariter [a] obstruatur. † [b]

† al. obseruatur

Idem.

¶ De eodem. C. XX.

1. Tim. 5. Burc. l. 13. cap. 24. & 25. Iuo p. 4. cap. 56. & 57. Pann. l. 2. c. 186.

Sint tibi ieiunia pura, & continua, moderataque, id est, quotidie esurire, & quotidie [c] prandere. Apostolus inquit: Noli adhuc aquā bibere; sed modico [d] vtere vino propter infirmitates tuas. Curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium.

¶ *Burchardus citat ex dictis Pamenij eremitæ: & habetur in vitis Patrum par. 2. §. 50. ex pamen o. Apud Hieronymum de vita clericorum ad nepotianum hæc habentur.* Sint tibi pura, casta, simplicia, moderata, & non superstitiosa ieiunia.

Item Ambrosius in psalmum cxviij. serm. 22. ad ver. Concupiui salutare.

¶ Medicinæ præcepta diuinæ sunt cognitioni contraria. C. XXI.

Poly. l. 3. tit. 29.

6 Contraria [e] studiose sunt diuinę cognitioni pręcepta medicinæ. A ieiunio reuocant, lucubrare [f] non finunt, ab omni intentione meditationis [g] abducunt. Itaque qui se medicis dederit: seipsum sibi abnegat.

Et glossa ord. Gen. 25.

Item Gregorius in expositione beati Iob, lib. 30. c. 27.

¶ Quot modis vitium gulæ nos tentat. C. XXII.

Quinque modis nos gulę [h] vitium tentat. Aliquando nāque indigentiæ tempora præuenit, aliquando vero tpś non pręuenit, [i] sed cibos [k] lautiores quærit: aliqñ quæ sumenda sint, præparari accuratius expetit: [l] aliquando autē & qualitati ciborum, & tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatæ refectionis excedit. Nonnumquam vero & abiectius est, quod desiderat: [m] & tamen ipso æstu immensi desiderij deterius peccat.

3. de pœn. dist. 3. nihil prodest. Poly. l. 3. tit. 25. Poly. l. 3. tit. 25.

Item pius Papa epistola 1.

¶ Absque puritate mentis, ieiunia, & orationes non prosunt. C. XXIII.

Nihil enim prodest [n] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Poly. l. 3. tit. 25. sine auctoris nomine.

Item Hieronymus.

¶ Mediocre bonum non est magno præferendum. C. XXIIII.

Non mediocriter errant, [o] qui bono magno [p] præferunt mediocre bonū. Nonne rationabilis homo dignitatē amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias prafert sensus integritati, vt propter abstinentiam [q] immoderatam, q

e ¶Contraria.] contra 7. quæstio. 2. cap. vlt. & 26. q. 2. illud.
f ¶Lucubrare.] idest, flere peccatum, vel in nocte vigilare. 1
g ¶Meditationis.] cū suadent cōtraria Deo, maxime sanis.

1 Vel i. ß. liari sum pan.

Quinque modis.] CASVS. Dī hic, quod golosi quinque modis delinquunt: vel quia nimis cito comedunt, vel quia cibos nimis ptiosos, vel nimia cura paratos, vel nimis sufficipiunt de cibo, vel cū ardore nimio. Seq. e. planum est.
h ¶Gulæ.] nā gula a paradiso expulit quē abstinētia reuocauit. sup. dist. 35. sexto.
i ¶Præuenit.] sup. ea dist. 1. solent.
k ¶Cibos lautiores.] 3 dist. 41. ca. 1. 2. & 3. 2
l ¶Expellit.] sup. dist. 50. de his vero. & hoc cum fine causa facit sup dist. 41. c. 1. 2. & 3.
m ¶Quod desiderat.] nam satius est more Domini pisce vesci, &c. 41. dist. cap. c.
n Nihil. n. prodest.] ad vitā æternam, vt de pę dist. 3 §. poten, &c si quis aūt, quod est enim quo ad temporalia. sup. 22. q. 2. si quælibet.

2 Istæ c. videnī contrariari quod hic dī sed dic quod hoc intelligit qū facit S ne iusta cā: sed ex cā hoc licitum est, vt ibi: modus. n. vid di est in culpa; nō cibi natura.

Non mediocriter.] CASVS. In hoc reprehendunē quidā, qui nimis ieiunant, orant & vigilant: charitati tamē & eleemosynis non insistunt. Ex nimia enī psalmorū decantatione incurritur amentia, vel tristitia, vel corporis ægritudo. Deus ēt magis cōsiderat intentionem, quam multitudinem orationum. Cū ergo pro centum defunctis oratur, tantum vnicuique confertur ac si pro vno solo oraretur

3 Subaudi vt est charitas & ceterę virtutes, & earū opera vt credere in Deū & diligere Deū, & huiusmodi. arch.

pluribus: quod quidam faciunt.
b ¶Obstruatur.] idest, repleatur postea per crapulam vsque ad summum.
c Sint.] ¶ Et quotidie.] & ita vr, quod non debet per totum diem abstinere, nisi forte ex causa, vt 75. dist. quod a patribus, quod faciunt Saraceni.

& ideo nullus in talibus debet corpus suum nimis affligere, quod probatur auctoritate b. Ier., & apostoli.
o ¶Non mediocriter errāt.] nam inter bonos semper sunt meliores 16 q si clericatus, &c. sic viue
p ¶Bono magno.] hoc quo nō pōt hri salus æterna. 1
q ¶Immoderatā.] ar. quod idē facit plus qd minus extra de

de offi cusso. c. 1. Arg. ℥. ff. de sec. vt. præ. si arborem.

Melācholia tristitiam inducit.

a ¶ Tristitia.] Melancholiæ, quæ tristitiam inducit, & ponitur symptoma morbi pro morbo.

b ¶ Deus.] nam hō flecti pōt verborū multitudine, nā importunitate quōque quis obtinet. de pœ. di. 1. inportuna. Insta. n. opportune & importune. 14. distin. sic rector. immo & quandoque a Deo obtinet. 8. q. 1. audacter. Et est arg. hic ℥ testium multitudinem, in authen. de referendarijs. §. 2. coll. 2.

c ¶ Dum igitur.] sed numquid est hoc ita verum? Dīt quidam ꝙ sic, & est in sacramentis speciale hoc ꝑꝑ sanctū spiritum, qui non datur ad mēsuram, vt sup. proxi. dist. nec quamquam, sed omnia facit communia. supra proxi. di. quæris. Vel hoc referas ad ipsum celebrantem: quia tantū valet ei vt missam celebret pro centum sicut pro vno, &c. Vel referas hoc ad casum in quo canon loquitur. s. ꝙ non minus valet vna missa cum hilaritate mentis dicta pro centum quam si pro quolibet diceretur cum anxietate.

Missa vna an tm̄ pro sit omnibus quantum vni.

d ¶ Ne feceritis.] s. in delicijs & desiderijs, q. dicat superflua ꝓhibet non necessaria ℥. dist. 3. peruenit.

Ieiunium autem.] CASVS. sic ponit hunc casum, In hoc cap. Aug. loquitur de ieiunio spirituali qđ est verum & perfectum ieiuniū, & semper ab oīb. tenendum toto tempore ipsius vitæ: sicut enim corporaliter in quadragesima ieiunamus ante pascha, & post Pascha in lætitia celebramus quinquagesimā quasi accepta mercede præcedētis laboris; sic in hac vita quasi in quadragesima ieiunamus post hanc vitā in lætitia recepturi mercedē, cū denarius nobis vitæ æternæ ad dei, quadragenarius. n. numerus hanc vitā laboriosam significat, denarius vitā æternam: qui post hāc vitā addit pro mercede, ad qđ significandū quinquagesimam, quæ fit ex denario addito quadragenario, in lætitia celebramus, sequen. duo c. plana sunt.

e ¶ Ieiunium.] CASVS. Tota vita nostra est quædam Quadragesima: per quam si bene ieiunauerimus, accepturi sumus mercedē, i. denarium: quod ex eo designatur, quia denarius adiunctus quadragenario, fit quinquagenarius, vnde cum labore Quadragesimam celebramus ante Pascha: cum lætitia vero quinquagesimam post Pascha, idest, accepta mercede, quod etiam ipse Dominus significauit.

f ¶ Quadraginta diebus.] ℥. 76. di. §. nō abs, & c. scite, ℥. vbi dī per l. dies. fuit. Sed ibi l. pro xl. ponuntur.

g ¶ Discipulos.] ¶ Spicas] Est ergo differentia inter furtum

atque indiscretam psalmorum, vel officiorū decantationem aut amentiæ, aut tristitiæ [a] notam incurrat? Numquid verborum multitudine flecti Deus [b] vt homo potest? Non enim verbis tantum, † sed corde orandus est Deus. Melior est quinque † psalmorum declaratio cum cordis puritate, & serenitate, & spirituali hilaritate, quā totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, & tristitia. Cum igitur [c] pro cunctis † animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus, quā si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur. Audiant itaque, qui ea, quæ necessaria sunt corpori subtrahunt, illud, quod per prophetam Dominus loquitur: Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum. De rapina vero holocaustum offert, qui siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderate affligit. Videat itaq; quid Apostolus dicat: Carnis curā ne feceritis [d] in cōcupiscentijs, &c.

In regula Monac. apud Hieron. ca. de contemplat. oratione, & lect. — † abest ab orig. — † al. septē — 1. Co. 14. — † al. centum. — Esa. 61. — Rom. 13. — Gal. 5.

a ¶ Abstinentiam] *Sic emendatum ex manuscriptis, & Polycarpo. Antea legebatur,* innocentiam.

Item Augustinus super Ioannem, tract. 17.

¶ Non à cibis, sed ab iniquitatibus abstinere, est magnum & generale ieiunium. C. XXV.

Et sen. 24. ad fratres in eremo.

IEiunium [e] autē magnum generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sęculi; quod est pfectum ieiunium. *& infra.* ¶ In hoc ergo sæculo quasi Quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & illicitis voluptatib. abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatā illam spem, & reuelationem gloriæ magni Dei & Saluatoris Iesu Christi. In illa spe, cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. *& infra* ¶ Denarius ergo, qui accepit nomen a numero decem, redditur, † & coniunctus quadragenario fit quinquagenarius. Vnde cum labore celebramus Quadragesimam ante Pascha: cum lætitia vero, tamquam accepta mercede, Quinquagesimam post Pascha. Nam huic tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenariū numerū, additur quietis & facilitatis denarius, vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse Dominus Iesus multo apertius, quando post resurrectionē quadraginta diebus [f] conuersatus est in terra cum discipulis suis: quadragesimo autem die, cum ascendisset in cœlum, peractis decem diebus misit mercedem spiritus sancti.

Tit. 2. — † al. additur. — Ioan. 14. — Act. 1.

Item ex dictis Apollonij.

¶ Raptorem, vel furem non facit necessitas, sed voluntas. C. XXVI.

DIscipulos, cū per segetes trāseundo vellerent spicas, [g]

furtum, & furtum. arg. ff. de offi. præsi. plebiscita. non tamen quia furtum spicæ committatur, sed nō cōmittitur quo ad pœnam. arg. extra de fur. si quis. in prin.
a ¶ Et ederent,] hoc licebat, sed non falcem in messem alienam mittere. 6. q. 3. scriptum.
AD. ex delict. nas. §. furtum. ff. de furtis. qui.
c ¶ Quidquid &c.] Quasi dicat, non est meritorium. 33. q. 6. ex his in princ. Vel dic ꝙ id quod propter necessitatem fit cito soluitur, idest, solui cito dēt, scilicet cessante necessitate. 1. q. 7. quod pro remedio Ioan.

& ederent, [a] ipsius Christi uox innocentes uocat, quia coacti fame [b] hoc fecerunt.

Item Hieronymus in c. 7. Oseæ.

¶ Non necessitas, sed uolūtas facit perseuerantiā. C. XXVII.

QVidquid [c] enim necessitate fit, cito soluitur: quod uoluntate arripitur, perseuerat.

Itē Ioānes os aureū, hom 29. ad e. epist. ad Hebræos.

¶ Ciborum temperantia salutem, abundantia contiarum parit. C. XXVIII.

NIhil enim [d] sic iucūdum est, sicut cibus bene digestus & decoctus. Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat & voluptatem: [e] abundantia uero morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim [f] fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hoīem, & liberat de hac [a] vita pęnali: excessus uero cibōrū consumit, & putrefacit corpus humanū, & macerat ægritudine diuturna: & tunc enim morte crudeli consumit.

a ¶ De hac vita pœnali.] *Absunt hæc ab originali græco, sed sunt in uersione Scholastici, quam satis tolerabilem sequitur Gratianus.*

Item Hieronymus aduersus Iouinianum, libro secundo.

¶ Ciborum delitiæ, si abundauerint, lædunt. C. XXIX.

NE tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere, aut comesos, magno partos, & perditos labore [g] doleamus: olerum, pomorum, ac leguminum & facilior apparatus est, & arte, impendijsque coquorum non indiget: & sine cura substentat humanum corpus, moderateq. sumptus (quia nec auide deuoratur, [h] quòd irritamenta gulæ non habet) leuiori digestione conquoquiritur. Nemo enim vno, [i] aut duobus cibis, hisque vilibus usque ad inflationem uentris oneratur: quæ diuersitate carnium, & saporis delectatione percipitur. Cum uariis nidoribus [k] fumant patinæ: adesum sui expleta esurie, quasi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex saturitate nimia concitantur, multique impatientiam gulæ, uomitu remediantur: [l] & quod turpiter ingresserunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphorismis [m] docet crassa, & obesa [n] corpora, quæ crescendi

par. 1. Aphoris.

NIhil enim.] CASVS. Dī hic ꝙ leues & digestibiles cibi sunt sumendi. Cibus n. moderate sumptus bene nutrit: sanum & lætū hominē fac. t. Cibus aūt nimius morbos inducit, & crudelius hoīem interficit q̃ fames: nam fames hominem cito perimit: nimius uero cibus hoīem longa ægritudine macerat.

d ¶ Nihil enim.] curauit Gratianus animas, modo vult curare corpora. sup. 15. q. 1. non est.

e ¶ Voluptatem.] Id est, hilaritatem.

f ¶ Quod. n. fames. &c.] argu. ex duobus contrariis eumdem sequi effectum.

NE tales.] CASVS. Beneu. sic ponit hūc casū. Cōmēdatur hic cibi parcitas, & reprehēditur gulositas: & ostenditur quæ sint commoda parcitatis, & quæ incommoda gulositatis. cum. n. homo nimis repletus est si sanguinem non minuat (s̄m Hippocratē) morbum incurrit. Nā cum homo non possit in eodem statu manere, oportet eū, qui est in summo decrescere. Vnde & Galenus dicit ꝙ athletæ qui nimis comedunt, diu uiuere non possunt, nec esse alias subtilis ingenii. [patinæ.] i. coquinæ uel paropsides magnę ad usum sui, alias ad visum suę libidinis explendæ, alias ad esum [Animal] i. hominem, alias animā.

ADDITIO Quia lex vetus hoc permittebat: sed Pharisæi reprehēdebāt eos, q̄a i sabbato hoc faciebāt. Ar.

Necessitate vrgēte multa licent, quæ alias non licerent.

b ¶ Fame.] necessitas famis excusat a furto, vt hic, & extra de fur. ca. si quis. quia necessitas non hēt legem vt sup. dist. 1 sicut. sic propter necessitatē famis David comedit panes propositionis. 25. q. 1. §. his itaque. nā ob necessitatem famis potest pater distrahere filios, vt C. de patribus. qui filios dist. l. 2. & est ratio, quia in necessitate, omnia debent esse cōmunia, vt 47. dist. sicut hi & maxime cibaria. vt ff. ad legem Rhod. de iac. l. 2. §. cum in eadem naui in fin. Item quia ipse Dominus præcepit, tenetur pascere esurientem. vt 86. dist. pasce vnde talis fur iuste potuit credere Dominum hoc permissurum, & sic non deliquit, vt instit. de oblig. quæ

g ¶ Labore.] ne breuis hora cōsumat victū longi t̄pis extra de cē. cū Apostolus. Ad hoc inuitat monachos cū ipse monachus fuerit, nō alios. at. 41. dis. nō cogant.

h ¶ Deuorat.] non hēt in se causam auide deuorādi.

i ¶ Vno] vel v. no.

k ¶ Nidoribus.] Nidor proprie dicitur quidam odor carnium assat. s̄ū il nidor est eo, ꝙ nebula leuatur.

Nidor q̄d significat.

l ¶ Remediantur.] idest remedium habent.

m ¶ Aphorismis.] Aphorismus dicitur ab a, quod est de, & phoras, idest, terminatio, inde aphorismus quasi determinatio, uel sermo determinatus uel dī ab, a q̄d est sine, & phoros, q̄d est defectus. inde aphorismus, quasi sermo breuis, paucis verbis: diues sententiis

Aphorismus unde dicatur.

n ¶ Obesa.] idest, rotunda.

a ¶ Ma-

a ¶ Manere.] nihil enim est quod mutabilitatem nõ sentiat. in auth. de non alie. aut permutare § nos igit coll 2. & quotidie recedũt de corpore nostro quædam particulæ: & aliæ statim succedũt ff. de iu. proponebat.
b ¶ Animal.] idest, hominem animatum: & ita in parte intelligitur totũ. Arg. cõtra. ff. de euic. si dictum § in stipulatione alias animal.
c ¶ Hippocratis.] vt dicit Hippocrates in aphorismis. Repletiones in vltimo existentes difficile sunt.
d ¶ Quorũ vita.] ad hoc comedere dẽt vt viuãt, non viuere vt comedant.
e ¶ Sagina est.) Iuuenalis:] Genialis agatur. Ista dies, stomachum propera laxare saginis.

Mutabilia sunt omnia.

lineis abstineré, & semper aliquid operari. Io. de Fan. m ¶ Carnem.] de abstinentia & studio monachorum duobus c. interserit.
n ¶ Monacho.) moniales vinum vt venenum fugiãt. 35. dist. in palea, vinolentum.
o ¶ Seruato

Moniales vinũ non bibant.

mensuram compleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim, & pessima morborũ genera erũpere; & idcirco esse necessariã demptionẽ, ut rursus habeant in quæ possint crescere: non enim manere [a] in uno statu naturã corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere; nec posse viuere animal, [b] nisi crescendi capax sit. Vnde & Galenus vir doctissimus Hippocratis [c] interpres athletas, quorũ uita [d] & ars sagina est, [e] dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sanos esse, animasq; eorũ ita nimio sãguine & adipibus, quasi luto inuolutas nihil tenue, nihil cæleste, sed semper de carnib. & ructu, & uentris ingluuie cogitare.

Item ibidem paulo inferius.

¶ Multorum infirmitates ieiunia sanant. C. XXX.

Legimus quosdã morbo articulari, [f] & podagræ humoribus laborantes proscriptione [g] bonorũ ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos conualuisse. [h] Caruerant enim solicitudine dispensandæ domus, & epularũ [i] largitate: quæ & corpus frangũt, & animã. Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam.

Sperne voluptates, &c.

Li. 1. epist.

Item Gregorius VII. in synodo celebrata Romæ anno sui Pontif. VI. c. 8.

¶ Die sabbatorum a carnibus abstinere debemus.

C. XXXI.

Poly l. 3. tit. 29.

7 Quia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorumdem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus, [l] ut quicunque se Christianæ religionis participem esse desiderat, ab esu carniũ eadem die (nisi maiori festiuitate interueniente, uel infirmitate impediente) abstineat.

Item Fructuosus episcopus.

¶ Monacho carnem gustare non licet. C. XXXII.

Smaragdus in expositione regulæ S. Benedicti, c. 39. ex Fructuoso.

8 Carnem [m] cuiquam monacho [n] nec sumendi, nec gustandi est concessa licentia, non quod creaturam Dei iudicemus indignam, sed quòd carnis abstinentia utilis, & apta monachis æstimetur, seruato [o] tamen moderamine pietatis erga ægrotos. &c. *& infra* ¶ Quòd si quis monachus violauerit, [p] & contra sanctionem regulæ, usumque ueterum * vesci carnibus præsumpserit, sex mensium spatio retrusioni, & pœnitentiæ subiacebit.

* al. ueterem.

Itẽ Hieronymus ad Rusticũ monachũ de uiuẽdi forma.

Legimus quosdã.] CASVS. Quidam cũ diuitiis affluerent, patiebatur podagrã; postea amissis bonis oportebat eũ vti sagitis tenui dieta: & sic curatus est a prodagra: prius enim nocebat solicitudo & uenus, q̃ frangit corpus & animũ: similiter cibus nimius nocebat, quem deridet Horatius dicens: Sperne voluptatẽ, nocet empta dolore voluptas.
f ¶ Articulari] idest, gutta artetica, quę fit in iuncturis: & qñ fit in pedib. dicit podagra: & in manibus dicitur chiragra, & in aliis membris similiter dicitur artetica.
g ¶ Proscriptione.] i. amissione: uel qa ipsi se priuabant cibis cõsilio medicorum.
h ¶ Conualuisse. Argu. q contraria contrariis curantur, de pœ. dist. 2. c. 1.
i ¶ Epularum.] alias & puellarum.
k ¶ Irridet] dicẽs, sic [Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.] & alibi, [Me pinguem & nitidum bene curata cute uises. Cũ uidere uoles Epicuri de grege porcum.

Voluptas est spernenda testimonio Horat.

Quia dies sabbati] Hæc est 7. pars dist. in qua probat de æquitate, q carnes non sunt comedendæ die sabbati. Io. de Fan.
CASVS. Auctoritate sanctorũ patrũ monemur I hoc c. abstinere a carnib. die, sabbati, nisi cũ infirmitatis vł nisi ea die magna festiuitas interueniat. Seq. c. patet.
l ¶ Admonemus.] & ita consilium est, nisi ubi cõsuetudo est q abstineãt: tũc enim est pceptũ ut de obser ieiu. si sũ. Dicã illis ut dixi ĩ dis. 3 ã esu & 2. dis. illa.
Carnẽ. Hæc est 8. pars dist. in qua ponit regula monachis, q se debent semper a carnibus & a pãnis

o ¶ Seruato tñ.] aduertendũ est istũ canonẽ p Gratianũ detruncatũ fuisse. Sic eñi habebat originale. Seruato tñ moderamine pietatis erga ægrotorũ necessitudines. aut lõge profiscicẽtiũ, vt ex volatilib. subtrẽtentur & in lõginquo itineri destinatis. Si ãt a principe uel epo inuitent. pro benedictione & obedientia degustare nõ metuant, seruãtes apud se cõtinẽtiã consuetam. Quòd si qs monachus &c ut in textu. Testes sũt Bernardus Casinẽsis abbas, & Ioannes de Turrecremata Cardinalis doctor theologus super regulã Benedicti.
p ¶ Violauerit.] ex hoc colligit H. q monachus factꝰ episcopus non debet carnes comedere. Alii econtra. cum absolutus sit. ar. sup. 18. q. 1. c. vnico.

Additio notabilis.

Monachꝰ epũs an carnes comedere debea

Num-

NVmq̃ de manu.] CASVS. Dicit Hie. in hoc c. ꝙ monachus nõ dēt esse otiosus: sed semper legere vel manib. operari: sicut laborabãt Apostoli, q̃uis de sua prędicatione viuere possent. Monachus igit tantũ sibi necessaria facere dēt; hortos colere: arbores inserere: apibus aluearia fabricare, & earum opera attendere: & retia texere pro piscibus capiendis: libros scribere, vnde in Ægypto non recipitur monachus nisi in aliquo opere sit peritus. Quod autem de monacho hic dr, ad clericos non pertinet: quia de his non agitur. [Fiscellam.] vas est de iuncis, & rotundum. [Scatebris,] i. ebullitionibus. [Fabricare,] deponens est hic. vel supple disce, scilicet fabricare.

a ¶Numquã.] Chorus cõstitutus. ar. 36. dist. si quis vult.

b ¶Ad verbum.] i. iuxta verbum, s. vt mens & intentio ad id quod di, dirigatur, non ad alia euagetur, vel ad verbum, idest non transcursim: non transiliendo: sed tractim singula dicendo arg. sup. ea. non mediocriter. arg. ad primum. sup. dist. 2. reuera.

¶De quotidianis operibus monachorum. C. XXXIII.

Iuo p. 7. c. 9.

† discatur] vera lectio.

† al. vanis.

NVmquã [a] de manu tua, & occulis tuis recedat liber: discatur † psalteriũ ad verbũ: [b] oratio sine intermissione. Vigil sensus fit, nec vagis † cogitationibus patens: corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia, Ama scientiam scripturarum: & carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationib. quę, si pectori insederint, dominabuntur tui; & te deducent ad delictum maximum. Facito aliquid [c] operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & alijs tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia; cur tu in vsus tuos cessura non præpares? Vel fiscellam texe iunco: vel canistrum lentis plecte viminibus: sarriatur humus areolæ æquo limite diuidantur: in quibus cum olerum iacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum [d] versuum spectator assistas.

Psal. 81.

Pan. l. 7. c. 178.

1 Thes. 2.

1 Cor. 9.

Vir. Georg. l. 1.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit, illa cadens raucum per læuia murmur
Saxa ciet, [e] scatebrisque [f] arentia temperat arua.

Prouer. 6.

Inserantur infructuosę arbores vel gemmis, [g] vel surculis, vt paruo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apũ fabricare aluearia, ad quas te remittunt Salomonis [h] prouerbia, & monasteriorum ordinem, ac regiam disciplinam in paruis disce corporibus. Texantur & lina capiendis piscib. Scribantur libri, vt & manus operetur cibum & animus lectione [i] saturetur. In desiderijs est omnis ociosus. [k] Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, vt nullum absque operis labore suscipiant, non tam propter victus necessitatem, quam propter animæ salutem, ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricet pedes suos *& in sequentibus.*

Prouer. 13. secundum lxx.

Ezec. 16.

¶Quid? ergo omnes peribunt, qui in vrbibus habitant? Ecce illi fruuntur suis rebus, ministrãt ecclesijs, adeunt balneas, vnguenta non spernũt, [l] & in oĩum flore † versantur. Ad qđ & ante rñdi, & nunc breuiter rñdeo, me in præsenti opusculo non de clericis disputare, sed monachum instituere.

† Sic vetustus Hieronymi codex: vulgati habẽt [ore]

c ¶Aliquid.] sup. dist. 1. q̃ã aũt. sup. 42. dist. §. 1. contra, ibi ad modicum. Sed illud intelligitur sine pietate respectu eorum per quæ habetur vita æterna. 86. dist. non satis.

d ¶Pulcherrimorũ.] versuum, s. Virgilij, quibus illud ostenditur. Arg. contra. sup 37. dist. legimus.

Virgilius in Georgicis.

e ¶Ciet.] idest, mouet.

f ¶Scatebrisque.] idest, ebullitionibus.

g ¶Vel gemmis] gẽmæ dicuntur nodi virgarum vnde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, ꝙ quædam arbores dicuntur gẽmaleę. † vt ff. sol mat. diuortio §. si fundum. Surculus est nodus. Truncus vbi arbores inseruntur: arg. 23. q. 5. ipsa pietas.

Gemmæ sunt nodi virgarũ.

† geminales.

h ¶Salomonis dicentis, Vade ad apem: & disce quomodo operatrix sit, & castrum opus faciat.

i ¶Lectione.] & dicit lex, ꝙ libertus similiter põt præstare operas dominis diuersis: quia põt scribere vni, & custodire domum alij. ff. de ope. lib. duorum.

Libertus dñis poterit seruire duob.

K ¶Omnis otiosus.] quæritur Egistus quare sit factus adulter? In promptu causa est desidiosus erat. extra de renun. nisi cum pridem.

l ¶Non spernunt.] peccant tamen, & episcopo tradendi sunt. 1. 21. q. 4. c. 1.

Item in lib. 5. capitul. 115.

Et in Moguat. sub Carolo, cap. 9.

Iuo p 6. c. 402.

† al. vel clerici.

¶Absque pręlati sui licentia canonicis nihil agere licet. C. XXXIIII.

9 IN omnibus [m] igitur (quantum humana permittit fragilitas) decernimus, vt canonici, [n] clerici † canonice

IN omnibus igitur.] Hęc est nona pars di. in qua dr, quod canonici simul debent comedere, dormire, & iacere in vno conciaulo de Fant.

CASVS. In hoc c. dicitur qualiter canonici regulares viuere debent. Debẽt eñ s̃m regulam viuere, & documenta sanctorum patrum seruare in episcopali ecclesia (si fieri põt) simul manducent & dormiant, & prælatis suis obediant. põt etiam hoc intelligi de omnibus clericis collegiatis.

m ¶In omnib.] de modestia clericorum & sobrietate 4. c. continuat.

n ¶Vt canonici.] regulares. Nam canon nuncupatur regula. dist. 3. c. canon.

Canon dr regula.

a ¶In,

viuant, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam, & documēta sanctorum patrum: & nihil sine licentia epi sui, vel magistri eorum incomposite [a] † agere presumant, in vnoquoque [b] episcopatu vt simul manducent, & dormiant, [c] vbi his id faciendi suppetit: vel qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt, in suo † claustro maneant: & singulis diebus mane primo ad lectionem venian[t], & audiant, [d] quid eis imperetur. Ad mensam vero similiter lectionem audiant, & obediētiam secundum canones suis [e] ministris α [f] exhibeant.

† al. composite.

† al. vno.

α ¶ Ministris.] *In originali, & apud Iuonem est*, magistris. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item ex concilio Nannetensi, † *c.* 10.

† al. matiscēsi.

¶ Presbyteri, qui simul couueniunt, ebrietatem, & comessationes summopere vitent. C. XXXV.

10 NVllus presbyterorum, qñ ad anniuersarium [g] diem trigesimum, vel septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat: nec precatus in amore sanctorum, vel alicuius animæ bibere, vel alios ad bibendum cogere, [h] vel se aliena precatione ingurgitare, nec plausus & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat; vel turpia ioca, vel vrso, vel tornatricibus [i] ante se fieri patiatur: nec laruas [k] dęmonum ante se ferri consentiat; quia hoc diabolicum est, & a sacris canonibus prohibitum.

sup dist. 44. ca nullus.
Burch. l. 1. c. 61.
Iuo p. 6. c. 252.

Item ex concilio Laodicensi, c. 42. *&* 41.

¶ Clericus vel laicus sine iussione episcopi non peregrinetur. C. XXXVI.

11 NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos præter iussionem [l] episcopi ad peregrinandum [m] proficisci. Laicum β etiam sine [n] canonicis litteris, *idest, formata.* ¶ Similiter non oportet alicubi proficisci. [o]

Burch l. c. 45.
Iuo p. 6. c. 146.

Cap. 41.

β Laicum etiam.] *In codice græco hic est canon quadragesimus primus, quemadmodum superior huius capitis pars est canon* 42. *Sed in neutro canone fit mentio laici [sicuti neque in versione Dionisij, quam afferunt Burchardus, & Iuo] sed vtrobique est*, ἱερατικὸν ἢ κληρικόν, *idest*, sacerdotalem vel clericum. *In prisca tamen versione canon* 41. *sic habet* Nō oportet ministrū altaris, vel ēt laicū.

Item ex eodem, c. 54.

Et in Aquisgr. c. 73.

¶ Quibus spectaculis clericus interesse non debet. C. XXXVII.

Iuo p. 12. c. 78.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis [p] aliquibus, quæ aut in nuptijs, aut scenis † [q] exhibentur, interesse, sed antequam thymelici [r] ingrediantur, surgere eos de conuiuio, & abire.

† colis] orig.

Thymelici q sint.

a ¶ Incomposite.] maxime: quoniam & si bonū agat, pœnam meretur. ff. de re mil. l. 3. §. in bello.
b ¶ In vnoquoque.] idest, episcopali sede.
c ¶ Et dormiant] s. dist. 32. si quis ℨ. 1. q. 2. sacerdos. Sed hic de regularibus. Vel est derogatū. dist. 4. leges 1
d ¶ Audiāt] q2 cōuiuiū eorū nō debet esse sine lectione. s 44. dist. pro reuerentia.
e ¶ Suis.] alias essent acephal. 93. dist. nulla.
f ¶ Ministris.] prælatis, q2 subditis ministrāt verbum Dei. 36. dist si quis 2

NVll[us] p̄sbyterorū.] Hęc est 10. pars. dist fm Io. de Fant. CASVS. Reprehendūtur hic presbyteri, qui in conuiuijs, q̄ fiebant p defunctis, comedebant nimium & bibebāt, turpes cantilenas cantabāt, & turpes ludos corā se fieri pmittebāt. [Tornatricib] idest ioculatricib quæ ad modū torni se voluunt. Sequentia duo c patent. [Thymelici.] thymele Græce, Latine dr̄ pulpitum, inde thymelici dñr histriones & cantatores, quia olim in scena super pulpitum cantabat, & spectaculum sui corporis præbebant.
g ¶ Anniuersariū.] s. 13. q. 2. quia alij.
h ¶ Cogere.] arg ℨA nglicos, vt ex. de vita & hone. cle. a crapula.
i ¶ Vel tornatricib.] i. ioculatricibus, quæ voluuntur vt torni.
k ¶ Nec laruas.] ex̄ de vit & hone. cle. qm̄. & c. cum decorem.

NOn oportet]Hęc est 11. pars dist. fm Io de Fant.
l. ¶ Iussionē.] nec episcopum præter iussionem patriarchæ.
m ¶ Ad peregrinādū.] vt C de epis & cler. si qua p calumniā in fi.
n ¶ Sine canonicis litteris] hoc de cruce signatis, qui debent ire vltra mare. vel de pœnitentibus. B
n ¶ Sine canonicis litteris] in auth. de san. epis. §. interdicimus. coll. 9 ex̄ de voto, magnę. nec ēt priuatus aliqs principē adire pōt sine auctoritate iudicis. C. de decu. li qs decurio lib 10. Et q alias fieri dicit iussionē, intellige petitā & obtētā: nā epō ℨ dicente nec clericus nec laicus ire dēt arg 11. q. 3. qd ergo nec ad iudiciū alterius epi 3. q. 6 non licet. de pœn di 6. placuit: q est § Grat. q dixit p l. ff de iud. l. 2. & ff. de iurisd om. iud. si couenerit. ℨtum, quia leges nō dedignātur sacros canones imitari. in auth. vt cler. apud propri. epi. male. n. de sui epi iudicio præsumit, & c. 11. q. 1. placuit, & cōtumeliā facit iudici, qui eum omittit, & ad alium vadit. ff de excep. litigatores.
o ¶ Proficisci.] si autem clericus tādiu absit q dubitetur an viuat an mortuus sit, desinit habere liberam administrationem. insti. de vsucap § quod autem.
p NOn oportet.] ¶ Spectaculis] s. dist. 34 p̄sbyteri.
q ¶ Scenis.] quid sit scena, Labeo definiuit. ff. de his qui no. infam l. 2. §. vlt.
r ¶ Thymelici.] a thymela, qd̄ ē pulpitū imò Thymelici dñr, q ministrāt ludētib. ff. de his q no. infa. athletas.

1 Dic vt extra de vit. & ho cler. quoniam vt.

Clericus perdit administrationē per diutinam absentiā.

a Vt in Euangelio: q maior vestiū est, sit minister vester. Arch.

Thymele Thymelici.

Episcopi litteras hēant qui peregrinari volunt.

Facere

Fucare figmentis.] Hæc est 12 pars. dist. in qua dicitur, quod nullus debet ponere vnguentum in faciē, ligaturas in aures. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic viri, qui medicamentis & colore quodam volūt apparere pulchri, quia nec viri vo- lunt ab vxoribus sic decipi: nā Christiani debent moribus ornari, & nō fallo colore, nec pretiosa veste: superstitiosas vero ligaturas inter quas inaures deputantur portare non debent.

flātin & et Greci dicūt, spiritū sanctū a solo patre procedere, nō a filio. quod volebāt arguere ex verbis Dñi dicētis. s. de spiritu sancto, ille me clarificabit, quia a patre procedit. Hmōi error extirpatur hic nā synodus interpretatur illa verba Christi, ille me clarificabit, & c. ostēdēs spiritū sāctū procedere a patre, & a filio. In aliis etiam errauit Nestorius episcopus 24 q. 3 quidā. vel Nestoriani.

¶ *Hoc caput non est in canonū volumine græce Parisiis anno 1540. impresso habetur, tamen apud Balsamonem, & videtur indicari ca. 24. sex ta synodi Gratianus autem recitat ex prisca versione.*

Item Augustinus ad Posidium, & qui cum eo sunt fratres, epist. 73.

¶ Colorum fucis mulieres uti non debent. C. XXXVIII.

† *Fucari.] st.*

12 FVcare† [a] pigmentis, quo vel rubicundior, uel candidior appareat, adulterina fallacia est, quia non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittēdæ sunt fœminæ ornari, secundum veniam, non secundum imperium. Nam verus ornatus, maxime Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, verum ne auri quidem, vestisque pompa, sed mores boni sunt. Execranda aūt superstitiosarū ligaturarū (in qbus [b] ēt inaures virorū, [c] in summis ex vna parte auriculis suspensæ deputētur) non ad placendū hominibus, sed ad seruiendū dæmonibus adhibetur.

26. q. 2. illud.

Item ex symbolis Ephesini concilij cc. episcoporum, quod habitum est contra Nestorium.

In epist. synodi ea Cyrili, quæ probata est cōcilio Ephesino. suo p. 1. c. 3.

¶ Quod spiritus sanctus procedit a patre & filio. C. XXXIX.

13 DE spiritu [e] dicit Dominus in Euangelio, Ille me clarificabit. [f] Hoc rectissime sentientes, unū Christū Dominum & filium, non velut alterius egētem gloria confitemur a spiritu sancto gloriam consecutum, quia eius spiritus nec melior nec superior ipso est: sed quia mira opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii spiritus utebatur, ab ipso dicitur clarificari: quòd uirtus sua, [g] uel disciplina qualibet unumquemq. clarificet. Quamuis enim in sua sit substantia spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, [h] iuxta id, quod spiritus est, & non filius; attamen ab illo alienus [i] non est. Nam spiritus appellatus est ueritatis; [k] & ueritas Christus est. [l] Vnde & ab isto similiter, sicut ex Deo [l] patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum glorificauit Iesum Christum, postquam ascendit in cœlum. Nā creditus est Christus natura Deus existere † per suum spiritum virtutes efficiens;

Ioan. 6.

Io. 6.

† *al. existens.*

DE spiritu dicit.] Hæc est 13. pars dist. in qua dicitur, quod a spiritu sancto omnia perficiuntur, & sine illo nullum bonū est: & ideo Gratia. posuit in fine ista duo c. de spiritu sancto, vt etiā reprobaret quosdā hæreticos, qui dicunt, quod spiritus sanctus non procedit a filio: qui male dicūt. Ioannes de Fan.

CASVS. Quærebatur Nestorio hæretico, quare Christus in Euangelio dixerit de spiritu sācto, ille me clarificabit, cum ipse nō indigeat clarificatione alterius nec spiritus sanctus sit eo maior, ut ei gratiā dare possit. Et respōdetur quod hoc iō dicitur, quia per opera, quæ in virtute spiritus sancti fecit, deitatem suam omnibus manifestauit, sicut aliqs virtute propria uel doctrina clarificari dicitur. eius n. spiritus idem est cum eo in substātia, & procedit ab eo sicut a patre spiritus sanctus per Apostolos miracula faciēs Christū eis manifestauit, postquam in cœlum ascendit.

e ¶ De spiritu.] cum omnia sacramēta in virtute spiritus sancti perficiantur: non rite ipsa sacramenta ministrantur, si in spiritus sancti processione non recte sentitur, de qua subdit duo c. sup. dist. 2. cum omne.

Sacramēta oia in virtute spiritus sancti perficiuntur.

f ¶ Clarificabit.] idest, opera quæ faciam in virtute eius manifestabunt me hominibus.

g ¶ Sua.] idest, Christi, qui est eiusdē substantiæ cū eo.

h ¶ proprietas.] discretio quia personaliter ab eo est distinctus.

i ¶ Alienus.] idest, aliud in essentia, immo idem.

k ¶ Veritatis.] idest, a veritate, idest, a filio procedens.

l ¶ Ex Deo patre.] mirum est. cū Ephesinū concilium fuerit in Græcis celebratū, & de quatuor principalibus sit unū, ut 15 dist. canones. quō Græci audēt dicere spiritū sanctū a solo patre procedere, cū hic dī contrariū: in ductis sūt ad hoc dicēdū duab. de causis s. quia Christus loquens de processione spūs sācti, solū patrē nolat dicens. Qui a patre procedit. Itē et quia in symbolo fidei apud eos edito simpliciter continetur, Qui a patre procedit.

Spiritus sanctus a patre, & filio procedit, quid qd dicāt Græci.

Versus. a ¶ Fucare.] i. tingere. C. q. res vend. nō possit. l. 1. versus.
Si uitium frontis alienus fucus inuret.
Gloria frontis obit, cum color hospes abit.

b ¶ In quibus.] id est, inter quas.

c ¶ virorū.] i. a uiris data. Sed vi, quod nec in talibus teneat donatio: quia dicit lex quod si uir dat vxori margaritas extricatas i. si ipsas pertorauerit, tenetur lege Aqui. ff. ad leg Aquil. letutus §. si cū maritus. Sed illud exaudi cum uolunt in eam transferre dominium alias si dat ei vnguēta vel pocunia ad ea emendāda. tenet donatio ff. de do inter vi. & vxor quadam §. t. Idē est si dat ei ornamenta. ff. de auro. & arg. leg. argumentum §. ornamenta.

Donatio in aliqb. tenet qua maritus vxori facit.

s Idest, ab inuicē separatus: sm Accursiū.

d ¶ Cōtra Nestoriū.] CASVS. D. cebat Nestoriꝰ eps Cō-

cedit:nos addimus,filioque:sed in fine symboli apud eos sub anathemate prohibetur,vt nullus de fide Trinitatis aliud docere vel aliter prædicare quā ibi cōtinetur,audeat.unde dicunt nos anathematizatos, qa ibi addimus,filioque:Sed Christus ideo ita dixit, qa patri voluit attribuere auctoritatē inspirādi.Itē in anathemate ponitur aliud pro ꝯtrio, sed non est ꝯtriū, sed idem: cū filius cū patre sit idē in substātia,ergo quod a patre procedit, & a filio.& sic non addimus,sed potius declaramus.

h ¶ patrem.]in Euangelio tamen exponitur,pater dicit vel loquitur de filio,id est, gignit filiū Pater uel filius loquitur de spiritu sancto,idest, inspirat spiritum sanctū Filius audit patrem,idest, gignitur ab eo spiritus audit a patre vel filio,i.inspirat ab eo.& hæc expositio

pater loquitur de filio, quid significat

ideoq.dicebat:De meo [a] accipiet & annuntiabit nobis.

Ibidem.

Item Dydimus in lib. 2. de spiritu sancto,contra errores Græcorum.

paulo post medi. inter opera B.H.er.

¶ De eodem. C. XL.

SAluator, [α] qui & veritas,ait: Non enim loquetur a semet ipso:hoc est,non sine me, & sine meo & patris arbitrio: quia inseparabilis[b] a mea & patris est uolūtate [c]. *& amplius* [d] † ¶ Quia non ex se est [e] sed ex patre, & me est. Hoc enim ipsum,quod subsistit,& loquitur a patre,& me illi† est: Ego veritatem loquor idest,inspiro quæ loquitur,si quidem spiritus ueritatis est.Dicere autem,& loqui in Trinitate,non secūdū consuetudinē nostrā,qua ad nos inuicem sermocinamur, & loquimur,accipiendum: sed iuxta [f] formam incorporaliū naturarum,& maxime Trinitatis, quæ uoluntatem suam inserit [g] in corde credentium,& eorum,qui eam audire sunt digni:hoc est dicere & loqui.*& infra* ¶ Loqui ergo patrē, [h] & audire filium, vel econtrario filio loquente, audire patrem, eiusdē naturæ [i] in patre,& filio,consensusque significatio est. Spiritus quoq.sanctus qui est spiritus ueritatis, & spiritus sapiētiæ, non pōt filio loquente audire quæ nescit, cum hoc ipsum sit,quod profertur à filio, idest,procedens à veritate, cōsolatore,manans de consolatore.Deus de Deo spiritus ueritatis procedens. Denique, ne quis illum a patris & filij uoluntate,& societate discerneret [k],scriptum est, Nō enim à semetipso [l] loquetur,sed sicut audiet,loquetur. Cui etiam simile de seipso Saluator ait,Sicut [m] audio,& iudico. & alibi,Non potest filius facere quidquam,nisi quod viderit patrem facientem [n].

Io.14. & 16.

† absunt ab or

†*al.,ille.*

Ioan.14.

Ioan. 16.

Ioan.5.

α ¶ Saluator.] *In originali hæc ante ceduntur.* De hinc in cōsequentibus de spiritu veritatis,qui a patre mittatur,& sit paracletus,Saluator,&c.

a ¶ De meo.] idest a me, & a patre meo procedit. C. de sum. trinit. l. inter claras. Io.de Fan.

SAluator.] CASVS. Iste sic cōsueuit poni cōmuniter. Loquitur hic Didymus cōtra Græcos,qui errori Nestoris adhærētes dicūt spiritum sanctū a filio non procedere vt colligitur inf.ead. versi.denique.& in argumentum suum assumit auctoritatē Domini dicētis, Non.n. loquitur a semetipso sed sicut audit,loquitur. Secundo exponit qualiter ista uerba sunt circa Trinitatē intelligēda,s.dicere,loqui,audire: quia aliter recipiūtur quam secundum cōsuetudinem, qua nos loquimur. Tertio dicit, ꝙ spiritus sāctus nō pt aliquid audire a filio quod ipse nesciat.

Opera Trinitatis qualiter sunt inseparabilia.

b ¶ Inseparabilis.]per hoc exaudi quod dicitur, Inseparabilia sūt opera Trinitatis, ut 24.q.1.sic enim ut intelligatur de inseparabilitate uoluntatis & operationis.nam quod operatur pater,operatur & filius & spiritus sanctus.

c ¶ Voluntate.] quia vult alias falsum esset ꝙ gignit pater,non filius,comedit filius, non aūt spiritus sanctus,arg.sup.ea.dist.2.c.vlt Mihi enim videtur esse distinguendum inter opera operata, & opera operantia, sed male,nisi intelligas opera operata idest, actus ipsos,vel accidens qđ est in subiecto. Si enim intelligas opera operata secundum ꝙ effectus est a sua causa,nil operatur vna persona quod tota Trinitas non causetur,iuxta illud, Acto displicuit, passio grata fuit.

Opera sūt duplicia.

d ¶ Et amplius.] alia expositio est Io.

e ¶ Quia non ex se est.]idest,non procedit ex se,idest ex persona sua.

f ¶ Sed iuxta formam,&c.] sicut & ad iura corporalia restituitur quis,non aūt ad incorporalia. ff.de vsucap sequitur. §. si viam & ita aliter loquuntur leges de his,quam de illis.

g ¶ Inserit.]quia hoc liquidum est hic esse, &c.

sitio vsitatior est,quam ea,quæ hic ponitur.

i ¶ Eiusdē naturæ]secūdario. principaliter enim sic notatur personarū distinctio:immo principaliter.nec est ibi inuenire prius vel posterius, & omnia quæ in Trinitate personas distinguūt,essentiam innuunt,& essentialiter intelliguntur,& accipiuntur.Vnde Aug. Non est Deo aliud esse personam,& aliud esse substātiam,cum hoc nomen,persona,principaliter editum sit ad notandum distinctionem personarum.

k ¶ Discerneret.]dicēdo,quod non procederet ab eo.

l ¶ Semetipso.] legitur in Euangelio Io. Cū uenerit paracletus spiritus ueritatis, ille vos docebit omnē veritatem.non.n. loquetur a semetipso,sed quæcunq audiet loquetur, & q uētura sunt annūtiabit uobis.

m ¶ Sicut audio.]idest,intelligo & scio:dicitur enim filius,scientia,& quidquid habet filius,habet a patre, & spiritus sanctus a patre & filio.

Filius in diuinis qđ quid hēt, a patre habet.

n ¶ Facientē.]sæpe solet similis filius esse patri. & Itē magistro discipulus.14.q.1.cum beatissimus.Ioannes

FINIS.

Immortali Deo immortales gratias.

CANONES POENITENTIALES.

Quorum notitia viris ecclesiasticis est valde necessaria. Sunt enim quædam regulæ directiuę ad pœnitentias delinquentibus imponendas.



Considerandum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est, ꝙ sicut est in scientiis practicis, quæ versantur circa opera, ꝙ sermo in vniuersali est incertus & dubius: sed cum applicatur ad singularia, incipit, quodammodo habere certitudinem, ut qui non considerat circunstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet. ut patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligendum in proposito, ꝙ canones instruunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda. sed descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circunstantias personarum attendentes ad canones, sicut ad regulas directiuas, quia si ꝫ canones imponant, non recte imponunt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid, ꝙ possit patrum regulis obuiare. dist. 38. nulli. In canonibus autem maxime determinatur pęnitentia quo ad tempus, & magis, quam quo ad modum: quia illa determinatio est certior, & communior, hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter sicut dictum est supra, septennis est pro peccato mortali pænitentia ponenda, & hoc non tantum ꝓpter temporis diuturnitatem. sed magis propter significationem. In veteri enim lege Maria soror Moysi lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus Numeri 12. Maria significat pęnitentem. Interpretatur n. amarum mare. Hæc pęnituit septē dieb. sed nunc pænitet septem annis: quod significatum est Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi.

Si quæratur, quare pœnitentia sit aggrauata, cum lex noua sit lex misericordiæ? Respond. ꝙ hic est maior ingratitudo pp maiorem gratiam, & maior cōtemptus, pp maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum pp statum peccantis, qui debet esse perfectior. Et vlterius satisfactio in lege noua, debet esse perfecta, ut in pristinum statum reducat. Et quia Sol in una die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies conuersus est in annum. Rursum, Quia perfectū remedium est lege noua, ideo annos multiplicari debet per septē, pp septem dona Spiritus sancti recuperanda, & pp septem dotes, s. tres aiæ, & quattuor corporis obtinendas. Huiusmodi aūt pænitentia nō est oībus imponenda, nec tñ infirmanda: sed insinuāda, vt cognoscatur quā grauis est culpa. hæc Bonauen. Licet aūt ꝓ singulis peccatis criminalibus sit statuta talis pœnitentia, debet tñ imponi magis, vel minus aspera, ꝓut maioritas vel minoritas criminis cū cęteris circunstantijs hoc exposcit, vt in sequentib. patet. A pdicta nāque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus pp dignitatem peccantis, vel criminis enormitatē, imponitur pœnitentia maior aliqñ & ex varijs causis minor. Ad hoc ergo, ꝙ presbyter circa pęnitentias disponendo cautius arbitretur, notādi sunt casus, in quib. p canones certæ pęnitentiæ imponuntur, quos. s. canones tenetur presbyter scire, vt dictum est ē. Sunt autem isti.

Primus est, ꝙ si presbyter fornicationem fecerit pænitentiam 10. ann. faciat hoc modo, s. ꝙ sit inclusus, siue a cæteris in aliquo loco remotus, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiam Dei iugiter implorās. Primis tribus mensib. cōtinuis à vespere in vesperā pane & aqua vtatur, exceptis dominicis dieb. & festis pręcipuis, in quib. modico vino, pisciculis, & leguminib. recrectur. Elapsis aūt sic tribus primis mēsibus de illo loco exeat: nō tamen in publicū ꝓcedat, ne populus in eū scādalizet. Et per hoc videtur ꝙ in plublico crimine loquat. Post hoc resumptis virib. aliquantulum, vnum annum & dimidium in pane & aqua expleat, exceptis dominicis, & alijs pręcipuis festis, in quib. vino sagimine, ouis & caseo poterit vti. Finito sic primo anno & dimidio, particeps sit corporis Dñi. & ad pacem veniat, & ad psalmos cum alijs fratribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad cornu tamen altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat: deinde vsque ad completionem septimi anni tres legitimas ferias, s. secundam, quartam, & sextā, exceptis dieb. paschalib. q. sunt quinquagesima, in pane & aqua ieiunet, secundam tamen feriā uno psalterio, uel denario si sit operarius, redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, potest eum episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamen ꝙ in trib. annis sequentib. sine vlla redemptione omni sexta feria in pane & aqua ieiunet. Et eadem pænitentia imponēda est presbytero de omnib. alijs peccatis, quæ depositionē inducunt. Probantur autem hæc omnia. 82. distin. presbyter si fornicationem: quod intelligunt quidam de simplici fornicatione, alii forte melius secundum Ray. de adulterio, uel incestu: puta, quia cognouit coniugatam, consanguineam, uel affinem. Legitimę ferię sunt tres.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spūalem, quam. s. baptizauit, uel in baptismo, uel in confirmatione tenuit, uel quę sibi confessa fuit: debet pœnitentiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando 5. annis pæniteat. & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Epūs vero q. talia commisit pæniteat 15. annis. Ipsa uero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q. 1. si quis sacerdos & c. non debet.

Tertius est, ꝙ quicūque filiam suam spūalem, vel matrem cognoscit, septem annis pæniteat, & similiter ei consentientes 30 q. 1. non oportet.

Quartus est, ꝙ qui contraxit cum aliqua alii desponsata per uerba de præsenti, ipsa dimissa 40. dieb. ieiunet in pane, & aqua, & sequentib. septem annis pæniteat extra alię sponsa. duo. accepit.

Quintus est, ꝙ qui cognoscit duas commatres, uel sorores, siue vxor viuat, siue non, ad minus 7. annis pęniteat, liceat plus deberet. 30 q. 4 si presbyter.

Sextus est, ꝙ qui cognouerit monialem, siue donatā, decem annis pæniteat, & similiter ipsa secundum formam traditam 27. q. 1. c. de filia & c. deuotam. In quorum primo c. dicitur, ꝙ si filia epi, vel presbyteri vel diaconi post uotum solenne contraxerit matrimonium, nō admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pęnitentiam egerit, si autē eo uiuente decesserit, & pænitentiā egerit, & communionē petierit, tātum in fine uitæ recipiet eā. In secundo

cap. dicitur, quod, deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pænitentiam x. annis, postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo, qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem & filiam, vel amitam & neptem: pæniteat septem annis Si autem scienter, perpetuo priuet coniugio. xxxiiij. q. iiij. si quis cum duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorem eam quā polluit per adulterium, pæniteat v. ann. xxxi. q. j. si qua vidua.

Nonus est, quod quam contra naturam peccauit, si sit clericus, dēt deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendā. Si uero sit laicus, a cœtu fidelium, usque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, extra de excess. prælat. clerici Hoc enim uitium maius est, quā cognoscere matrē xxxij. q. vij. adulterij. & ait Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio peius enim est cum matre, quam cum aliena uxore concumbere, sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si uir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti hæc Augustinus Quocūque autem modo tale factum exerceatur, præterꝗ inter uirum & fœminam ordinate & in uase debito, uitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, ut dicit Ray.

Decimus est ꝙ qui coierit cum brutis, pæniteat plusquam septem annis: & similiter pro incestu. xxxij. q ij hoc ipsum & § seq.

Vndecimus est, ꝙ presbyter, qui interest clādestinis nuptiis, triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur extra de clandest. despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, ꝙ qui uotum simplex violauerit, pæniteat tribus annis xxxvii. distin. si uir.

Decimus tertius est, ꝙ qui excommunicatus celebrauerit, debet triennio pænitere, & per 2. 4 & 6 feriam a uino, & carnibus abstinere 11. q 3. de his. De pœna vero degradati celebrantis, habetur distinctio. 50. accedens.

Decimus quartus est, ꝙ homicida uoluntarius, siue spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis 50 distinct. miror.

Decimus quintus est, ꝙ homicida casualis pæniteat v. annis & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. distin. 50. eos et duobus cap sequent.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidium per necessitatem euitabilem, pœniteat duob annis. dist. 50. c. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50. dist. quia te. Quod uerum est, quo ad culpam, sed bonum esset, quod pæniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam. extra de homi. c. 2. §. vlt Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario, sicut in casuali & vtrum culpa præcesserit necessitatem, vel non. Arg. dist. 50. de his. not. ext. de homici. interfecisti. Sed & si quis per insaniam cōmittat homicidium, non ei imputatur. 3. q 4. iudicas, quinetiam qui in tantu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur extra de homi. presbyterum 15. q. 1 si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit. deponitur. extra de homi. suscepimus Qui autem latronem occultum occidit, quem viuum comprehendere potuit, quadraginta diebus non intret ecclesiam, & aliàs pænitere debet. extra eod tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui uero paganum, vel Iudæum occidit, pæniteat quadraginta diebus. dist 50. c qui vero odij.

Decimusseptimus est, ꝙ matricida pæniteat 10. annis secundum formam satis aperte traditam 33 q. 2. latorem Vxoricidæ vero grauior pænitentia dēt imponi Talis enim, & qui dominum occidit, nūquam equitat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, vsque ad 10 annos, carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia quæ habentur 33 q. 2. admonere & c. quicumque Imponitur autem pœnitentia maior uxoricidæ, non quia illud peccatum sit grauius alio, sed quia homines promptiores sūt ad occidēdum uxores quā matres Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm uxorem, ut dicit Bonauen. in 4. Sent & communiter omnes doctores. Gui. vero Duran. tenet contrarium in repTono, pro eo, ꝙ uxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sntia aliorum. Sed qualē pænitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respon. aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerūt, & sic dēt eis imponi pænitētia maior, quā pro alio homicidio. Argum. extra eo c. vlt. in tex & glo. & de homi cum iuramēto. de pænit. dist. 1. aut facta. In hoc tamē casu uir vxorem recuperat, quam coactos abiurauerat: & ipse pænitentiam agit secundū arbitrium epi, ita ꝙ si habet alios filios pacifice gubernare possit eos uxor. extra eo intelleximus. ꝙ si uirum nō habet, induci debet, ut intret religionem, ad quod si non potest induci, tutius est ei dare licētiā nubendi, ut extra eo veniēs Et hoc quando timetur de incontinentia, alias non, ut patet 32. q 2. in adolescētia. Et si pater sit clericus, ab officio altaris dēt perpetuo abstinere, & ei grauior quā laico, non tamen publica (nisi ueniat in publicum) pænitentia debet imponi, ut extra de pæn. quæsitū. Aut certum est, ꝙ non interfecerunt sponte, nec in culpa fuerūt, sed casu fortuito cōtingit & sic de stricto iure in nullo tenent. Argum. extra de homi. ex literis 2. c. Ioannes & c. vlt. Nisi uelint ad cautelam pænitere. In dubio tamen præsumitur, quòd nō hoc ex certa scientia, sed potius ex incuria prouenerit extra de præsump. afferte. Aut certum est quod non exhibuerunt omnem diligētiam quam potuerunt, & debuerunt: & sic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, ut si posuit puerum in medio utriusque, secundum arbitrium pænitentiarii imponitur pænitentia quinque, uel septem annorum 50. dist. si qua fœmina. & c. seq. & c. si quis sponte occulta, si sit occultum: publica, si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis & maior presbytero Græco quam laico, ut habetur extra de pænit. quæsitum Et licet dispensetur quo ad pænitentiam, quæ est arbitraria, et dicitur ibidem, non tamen quo ad ordines propter homicidium, ꝙ est delictum enorme & indispensabile. dist. 50. miror. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, ut si posuit puerum in eodem lecto, longe tamē a se, imponitur pænitentia trium annorum. Secundum hoc intellige illud extra eodem, de infantibus Monendi ergo sunt parentes, ꝙ tam tenellos secum in uno non collocent lecto, ne qualibet negligētia interueniente opprimantur, & suffocentur, ut 2 q 5. consuluisti Et hoc modo distinguit Host & Bern. extra de infan. Quid de illis qui filios, uel seruos suos infantes, uel etiam adultos languidos relegata pietate exponūt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, ut aliq moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore uel consanguineas ideo exponēs tenetur de hoc peccato pænitere, & est puniendus, sicut expositus si sciēter cum tali cōtraheret puniretur. extra de pæn officiis, secundum Host. Talis enim secūdum Ray. est tanquam homicida iudicandus, q hominem sibi ita coniunctum periculo mortis exponit. Cōsideratis tamen circumstātiis, & utrum ob hoc mors secuta fuerit uel non fuerit,

fuerit, pęnitentia moderanda erit. Erunt autem tales irregulares, ſecundum Ray. ſi mors inde ſit ſecuta, quia ſcilicet fuerunt in culpa eos exponẽdo, vel alimenta negando. Tamen ſecundum Ro. ſi in nulla culpa fuiſſent, quia forte nec eleemoſynas quærendo, nec aliter eos alere poſſunt, irregulares non eſſent, nec peccarent.

18 Eſt, quòd qui presbyterum interfecit pœniteat 12. annis. extra de pęni. & remiſ. c. 2. De pœnitentia vero eius, qui occidit monachum, vel clericũ ſubdiaconum, vel diaconum, habetur 17 q. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini ſui, vel in regimen eius, habetur 23. q. vlt. § ſi quis.

19 Eſt, quòd qui iniuſte alium ad mortem accuſat, 40. diebus in pane & aqua per 7. annos ieiunet & pęniteat, & hoc ſi accuſatus ſit occiſus. Si autem tantum membrum perdiderit, triennio pęniteat. extra de accu. accuſatis. Hoſtien. vero, & Io. de Deo in ieiunando intellexerunt, quòd primus pœniteat per 7 annos, quolibet anno ieiunando 40 diebus in pane & aqua. ſecundus vero per tres annos. G. vero Duran. intellexit, prout littera magis ſonat, ſcilicet, quòd primus ieiunabit 40. diebus in pane & aqua: ſiue continue ſiue interpellate, & per 7. annos ieiunabit, & pęnitebit, non tamen in pane & aqua, ſed ad arbitrium presbyteri, ſecundus vero per tres quadrageſimas. Prima ante natalem Domini, ſecunda ante Paſcha, Tertia ante ſanctum Ioannem: has enim inſtituit beatus Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane & aqua. Probantur hæc ſecundum Hoſtien. 22. quæſtio. 5. capitulo primo, ſecundo, & 3.

20 Eſt, quòd periurus 40 diebus in pane & aqua ieiunet, & 7 annis ſequentibus pęniteat, & ſemper debet eſſe in pęnitentia, ſcilicet interiori. 6 quæſtio 1. quicunque.

21 Eſt, quòd qui compulſus conditionaliter à domino ſcienter peierat, ſi liber ſit, 40. diebus in pane & aqua, & hoc ſecundum glo. intellige, vel continue vel interpollate, pęniteat 7. annis ſequentibus, non tamen in pane & aqua vt dicit gloſ. Si vero ſeruus ſit eius, qui eum coegit, tribus quadrageſimis & legitimis feriis. [illegible] 4. & 6. quæſtione quinta, qui compulſus.

22 Eſt, quòd qui peierat in manu epiſcopi, vel in cruce conſecrata, pęniteat tribus annis. Si vero in cruce non conſecrata, vno anno. Qui vero coactus, & ignorans ignorantia iuris, & poſtea cognoſcit, pęniteat tribus quadrageſimis 22. q. 5. c. 2. Qui vero coactus pro vita redimenda. vel qualibet cauſa, vel neceſſitate peierat, quia corpus plus quàm animam dilexit, tribus quadrageſimis pęniteat. ead. q. 5 cap. ſi quis coactus. Alii inducunt tres annos, & vnum ex his in pane & aqua.

23 Eſt, quòd qui falſum ſcienter iurat, vel alium iurare cogit, diebus 40. pęniteat in pane & aqua, & 7. ſequentibus annis nunquam ſit ſine pęnitentia, ſcilicet interiori. Alii etiam, ſi conſcii fuerint, ſimiliter pęniteant 22 q. 5 ſi quis conuictus.

24 Eſt, quòd qui menſurat in falſa menſura. 30. diebus in pane & aqua ieiunet. extra de contrah. empt. vt menſuræ. De pęna uero falſarii litterarum habetur extra eo. ad audientiam. & c. dura. & c. falſariorum & de uerb. ſign. nouimus.

25 Eſt, quòd qui frangunt pęnitentiam ſolemnem ſiue redeundo ad crimina priora, vel ſimilia, ſiue redeundo ad negotiationem, vel militiam ſæcularem, quæ ſibi fuerant interdicta, ſola inter ecclesiam fidelibus oratione iunguntur, à communione ſuſpenduntur, a catholicorum conuiuiis ſeparantur, & pęnitere debent 10. annis, & communicent in fine vitæ. 33. q. 2. de his vero. & de pęni. diſtinctio. 5 ſi quis vero.

26 Eſt, quòd qui canit miſſam, & non communicat, debet vno anno pęnitere, & interim miſſas non cantare. de conſecr. diſtin. 2. relatum.

27 Eſt, quòd presbyter, qui mortuum clericum inuoluit in palla altaris, pęniteat 10. annis, & menſib. 5. diaconus vero triennio, & dimidio. de conſec. diſt. 1. nemo per ignorantiam.

28 Eſt, quòd qui committit ſacrilegium eccleſiam violando, vel chriſma ſiue calicem ſacrum pollutis manibus accipit, vel ſimilia ſacrilegia committit, pęniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeterium, quod violauit conſiſtat, ſecundo anno ante fores eccleſiæ, tertio in eccleſia, & in hoc triennio carnes non commedat: vinum non bibat, niſi in paſca vel natali, nõ offerat, nec communionem accipiat quarto anno communicabit & in iſto. & in quinto, & in ſexto, in ſeptimo, tribus feriis à carnibus, & vino abſtineat ieiunando. decimoſecundo, quæſtione ſecunda, dam. n. Comburens autem eccleſiam, quindecim annis pœniteat, & eam reſtituat. decimoſeptimo, quæſtione quarta, 5. ſi quis in uer maius. de pęna uero raptoris, ſiue furis rei eccleſiaſticæ, & de pęna furis, & effractoris tam clerici quàm laici, habetur eadem quæſtione. § peccata. & capitulo, ſi quis clericus.

29 Eſt, quòd ſi parentes frangunt ſponſalia filiorum, à communione triennio ſeparentur, & ſimiliter filii, ſi ſint in culpa: ſi tamen filii ſecundum promiſſionem factam contraxerint, excuſantur utique, ſcilicet quo ad pęnam eccleſiæ, ſed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium. 31. q. tertia, ſi qui parentes. argumen. de pęnitent. diſtinctio. 1. ſi cui.

30 Eſt, quòd qui blaſphemauerit publice Deum, uel aliquem ſanctorum, & maxime beatam Virginem, illi debet epiſcopus hanc pœnitentiam iniungere, ſcilicet vt 7. diebus dominicis præ foribus eccleſiæ in manifeſto dum miſſa cantatur, exiſtat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & ſeptem præcedentibus ſextis feriis in pane & aqua ieiunet, eccleſiam nullatenus ingreſſurus, & quolibet prędictorum dierum tres pauperes, uel duos, uel ſaltem unum reficiat, ſi poteſt, & ſi non poteſt hæc pœna in aliam commutetur, quòd ſi renuerit agere, omnia ſupradicta, interdicatur ſibi eccleſia, & in morte priuetur eccleſiaſtica ſepultura extra de maled. ſtatuimus. Item blaſphemus, ſi diues fuerit 40. alioquin 30. vel 20. & ſi ad [illegible] non ſufficit, quinque ſolidorum vſualis monetę pœna mulctetur nullamque miſericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, ſcilicet, quin ſoluat 5 ſolidos, quos ſi nõ habet, currat per ciuitatem, vel commutetur in pœnam aliam temporalem. Hęc autem pęna ſoluetur ei, qui condemnat, id eſt poteſtati ſęculari, hanc enim pęnam temporalem præcipit Papa imponi per poteſtatem temporalem, quòd ſi neglexerit, per epiſcopum pręcipitur cogi. hęc Hoſti. Habet autem prędicta pęna locum ſecundum Goffred. cum quis blaſphemat non ex ira, uel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur 2. quęſt. 3. ſi quis iratus. § notandum. Secundum vero Hoſtien. hęc pęna eſt ſpecialiter inducta contra eos, qui Deum blaſphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blaſphemat Deum, niſi iratus. Tanta tamen poſſet eſſe iracundia, quod ęquipararetur dementię, & tunc illud quod dicit Goffred. locum poſſet habere. hæc Hoſt.

Quid ſi quis iuret per caput, vel per uentrem, uel per corpus, uel capillum? Reſpon. Hoſtien. quòd ſi faciat hoc affirmando, vel iurando non habet locum hęc pęna, ſecus eſt ſi faciat hoc deteſtãdo uel uituperando, licet iratus. Item ſecũdum Goff. & Hoſt. hęc quæ dicuntur de pœna temporali, fiunt iudice pro tribu-

nali sedente. In iudicio autem animæ presbyter discretus molliendo rigorem, dispensare poterit ex causa circa pœnam spiritualem superiorem 25 q. 6. pœnitentibus hæc Hostien. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinctio. 46. clericus.

Notandum vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, vt in auth. vt non luxu contra natu. circa medium. col 6. Secundum vero canonē antiquum clericus erat degradandus, & laicus excommunicandus 22. q. 1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam supradictam, scilicet illius canonis, statuimus, & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pęnitebit publice, vt puto. Clericus vero hodie est corrigendus pęna arbitraria & occulta, non illa quæ est publica. Clericus enim publice non debet pęnitere. Si autem rebellis fuerit vel sæpius hoc commiserit, locum habet pęna legis scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, idest, ecclesiæ ingressus sibi interdicatur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, Clericus vero degradetur hæc Hostien. tit. de maledicis.

31 Est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus peregrinari de pœnit. dist. 6. sacerdos.

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officiis diuinis discrepat à consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ. 6. mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. distinct. de his.

33 Est, quòd episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inuitum, aut reclamantem, vel penitus inuitum, absolute suspenditur anno uno. 74 distinctio. cap. 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de vēditione ministeriorum dissimulat, duobus mēsibus presbyter, 4. diaconus, 3 subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debeat. 1. q. 1. quicquid inuisibilis.

35 Est, quòd sortilegus. 40. diebus pœniteat. extra de sortileg. requisisti.

36 Est, quod qui videt in astrolabio, pœniteat duobus annis extra de sorti ex tuarum.

37 Est de stilla sanguinis altaris cadentis super terrā, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 40 diebus. Si cecidit super pallio altaris pœniteat 4. diebus. de consecr. dist. 2. c. si per negligentiam.

38 Est, quòd si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, si laicus, pęniteat. 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, uel diaconus, pœniteat 60. diebus. Si episcopus, pęniteat 90. diebus. Et debet euomitura comburi, & iuxta altare collocari. Si uero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pœniteat de consecr. distin. 2. si quis propter ebrietatem.

39 Est, quando mus corrodit, uel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, ubi sit notata de cons. dist. 21. circa finem.

40 Est, ꝙ qui domum uel aream voluntarie succēdit, sublata uel incensa omnia restituat, & tribus annis pœniteat. extra de iniur. si quis domum. Canon tamen dicit, ꝙ si ex odio, uel iniuria hoc fecerit, excōmunicari debet, nec absolui donec satisfecerit, & iurauerit ꝙ ignem de cętero non apponet. Imponitur autem sibi, ut Hierosolymam uel in Hispaniā uadat in Dei seruitio, anno integro ibi moraturus. Si quis autem archiepiscopus uel episcopus hoc relaxauerit, damnū restituat, & ab officio episcopali per annū abstineat 22 q 8 pessimam. Hodie autem postquā sunt denunciati, non possunt, citra sedem Apostolicam absolui extra de sent excom. tua nos. Imo tex. loquitur de incendiariis indistincte, postquam sunt publicati. Et Ber. hoc idem dicit expresse, & Gra extra de sen. excom quicumque, & Goff. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subiicitur bestiis, si sit in aliquo gradu, decapitatur, uel in insulā relegatur ff de incen. rui & nau. l. fin. Qui uero alibi, ut in uillis, uel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, combaretur. Et hoc intelligendum secundum Hostien si sit humilis. Si autem hoc ex sua negligentia contigerit, resarciet damnum, uel si minus idoneus sit, parum uel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit uel receperit communionē ab heretico, & nescit hoc esse prohibitū ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat uno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, uel secundum quosdam. 7. uel secundū alios 5. Qui uero permittit hæreticum missam celebrare in ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat 40 diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro cōsuetudine Romanorum proiiciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10 annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos trāsierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat 12. annis, tribus extra ecclesiā 7. inter audientes, duobus extra communionem & sic duodecimo anno communionem, siue oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.

42 Est, ꝙ patronus qui res ecclesiæ dilapidat, uno anno pœniteat. 17 q. 4. c. filiis.

43 Est, ꝙ qui domum suam magicis & incantatorib. lustrat, uel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis 5. pœniteat. 17. q. 5 qui diuinatores. & c. non liceat.

44 Est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurat, anno vno pœniteat, & ad pacem redeat 22 q. 2. qui sacramento.

45 Est, ꝙ pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentia regulariter 7 anni, & similiter pro fornicatione, licet non ita aspera pęnitentia iniungantur. 22. q. 1. prædicandum. 33 q. 1. hoc ipsum, & § sequenti.

46 Est, ꝙ qui scienter rebaptizatur, 7. annis pœniteat: & feria 4. & 6. in pane & aqua ieiunando, tres quadragesimas facit. & hoc si fecit pro hęresi introducenda. Si autem pro mūditia, idest, pro salute corporis obtinenda, ut extra de apost. c. 2 tribus annis pęniteat, de cons. dist 4. qui bis. & talis qui bis baptizatur, vel confirmatur, fit de foro ecclesiæ, & cogitur fieri irregularis. di. 54. dictum est. De pęna autem talium habetur de cons. di 4 eos. Cuius capituli sententiam prætermitto gratia breuitatis.

47 Est, quod qui vxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, 3. annis pœniteat 31. q. 2 si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2. annis ea. q. si quis primo. Quomodo uero pęnitentia iniungenda sit mulieri partum alterius supponenti, uel etiam de non suo viro concipienti, habetur extra de pęni. & re officij.

Ad regulas igitur prædictas inspiciendo, poterit studiosus indagator procedere ad pęnitentias, pro diuersis criminalibus secundum canones imponendas, & ex causa consideratis circunstantijs vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circunstantię sint diligenter attendendæ, principaliter tamen qualitates personę, & præcipue vtrū sit persona obnoxia alicui aliquo uinculo seruitutis. Nā circa tales personas cauere debet pro posse presbyter, ne talem pęnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt adstrictæ, præiudicium fiat, maxime

circa

circa coniugatos:unde si seruus sit, & timore peccauerit, obediens domino suo in atrocioribus, est mitius puniendus. 22. q. 5. qui compulsus, obedire tamē non tenebatur in talibus. 11. q. 3. si dñs. Si autem uoluntarie peccauerit corpore punietur, & acrius, quā alius. 24. q. 1. qui ꝫ pacem. Nec est seruo iniungēda peregrinatio, per quā Dñs eius, qui non est in culpa, illius seruitio defraudetur. extra de sent. exc. relatū. Si vero liber sit, tota pœnitentia canonis, si potest facere, dēt imponi. 16. q. 1. sacerdotes pœnitentiam. Sed ex causa poterit eam presbyter moderari.

Considerandum etiam erit, vtrum sit persona noua in fide, quia nouis in fide minor dēt ēt pœnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et similiter considerandæ erunt aliæ personarum circunstantiæ, de quibus ad pręsens supersedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, ꝙ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2. 4 & 6. dist. 31 presbyter. de conse. dist. 3. ieiunia. Aliqui tamen ut dicit Rom. pro 4. feria ponunt sabbatum.

Insuper notādum est, ꝙ si pœnitentia in pane, & aqua imponatur nō habēti ꝑ iꝗ pōt loco panis leguminib. & pisciculis vesci: & ēt aliis, si necessitas illud requirat, extra de pę & re. licet in tex. & gl. alias nō licet.

Notandum ēt secundum Ioan. si pœnitentia sit imposita a canone, liberatur quis a ieiunio dādo denariū uel legendo psalterium propria auctoritate. Inno. vero dicit, ꝙ ieiunia necessaria, ut quatuor temporū, & huiusmodi non possunt redimi nisi subsit rationabilis causa, voluntaria uero redimi possunt, etiā sine auctoritate superioris. Ieiunia an possint redimi.

Ad hoc ēt nota ꝙ ubi imponitur pœnitentia aliquot annorum, siue quadragesimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pænitentiæ sint arbitrariæ, ut dictū est sup. ipse enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendum secundum canones. 50. dist. de his clericis extra de homi ca 2 & in multis aliis iuribus. Et sic intelligitur illud. extra de accus. accusatis. & de spon. dilectus. & similia.

Explicant Canones pęnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM Per Clementem à Petro Apostolo Romæ ordinatum episcopum in vnum congesti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut tribus episcopis ordinator.

2 Presbyter ab uno episcopo ordinator, itē diaconus, & reliqui clerici.

3 Si quis eps, aut presbyter pręter ordinationem Dñi, quā de sacrificio instituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino sicerā, aut confecta quædā, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina supra altare obtulerit, ut qui ꝫ ordinationem Dñi faciat, deponitor: excepto nouo frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non esse aliud quidpiam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ episcopo, & presbyteris domum mittuntor, non super altare. manifestum est autem quod eps, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, uxorē suam prætextu religionis non abiicito: si abiicit, segregator a communione: si perseuerat, deponitor.

6 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, sæculares curas non suscipito, alioquin deponitor.

7 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus sanctum diem Paschæ ante vernum ęquinoctium cū Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex sacerdotali consortio, oblatione facta, non communicauerit, causam dicito. Et si bona ratione subnixa sit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offensionis fuerit, mota contra eū suspicione, qui obtulit.

9 Quicumque fideles ecclesiam ingrediuntur, & scripturas audiunt, neque apud preces, & sanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in ecclesia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, ille communione priuator.

11 Si quis cum deposito clerico, ut cum clerico, preces coniunxerit, deponitor, & ipse.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione segregatus, seu nondum in communionem receptus, ad aliam profectus ciuitatem, sine commendatitiis litteris receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit quam qui receptus est. Si excommunicatus fuerit, in lōgius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Episcopo, qui parochiam suam dereliquerit, alteri insilire nefas esto, licet a pluribus ad hoc compellatur, nisi rōnabilis aliqua causa subsit, quæ hoc ipsū facere vi adigat, nempe ꝙ plus lucri, & utilitatis his qui illic constituti sint, verbo pietatis conferre possit, neque hoc tamen a seipso, sed multorum episcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tandem de clericorum consortio, relicta parochia sua in aliam concesserit, & omnino transmigratione facta pręter voluntatem sui episcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in ministerio publico sit ecclesię: maxime si accersente ipsum episcopo eius, redire contemnat, peruerso illic ordine perseuerans, vt laicus tamen ibi locorum in communione admittitor.

15 Quòd si episcopus, ad quem accesserint, pro nihilo reputata vacationis a ministerio ecclesiastico pęna, quæ contra eos definita est, ipsos ut clericos susceperit, a communione excluditor, ut peruersi ordinis magister

16 Qui post baptismum duabus implicitus fuit nuptiis, aut concubinam habuit, is episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in consortio sacerdotali esse non potest

17 Qui viduam duxit, aut diuortio separatam a uir aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quę publicis mancipata sit spectaculis, episcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex consortio sacerdotali esse non potest.

18 Qui duas sorores duxit, aut consobrinam, clericus

cus eſſe non poteſt.

19. Clericus, qui fideiuſſiones dat, deponitor.

20. Si quis humana uiolentia eunuchus factus eſt, aut in perſecutionem amputata ei ſunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus eſt, efficitor epiſcopus.

21. Qui ſibi virilia amputauit, clericus non efficitor, ſui enim ipſius homicida eſt, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus eſſet, virilia ſibi ipſi amputauerit, deponitor, homicida etenim ſui ipſius eſt.

23. Laicus, qui ſeipſum mutilauit, per tres annos a communione eijcitor. puta, quia ipſe uitæ ſuæ poſuit inſidias.

24. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehenſus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim ſcriptura: Bis de eodem delicto vindictam nō exiges. Eidem cōditioni conſimiliter & reliqui clerici ſubduntor.

25. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus ut lectores tantum, & cantores (ſi velint) nuptias contrahant.

26. Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorem ipſius per huiuſmodi vult incutere, deponi præcipimus. Nuſquam enim dominus hoc nos docuit. Imo vero contra, cum ipſe percuteretur, non repercutiebat: cum laceſſeretur conuicijs, non regerebat conuicium: cum pateretur, non comminabatur.

27. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iuſte depoſitus, attingere miniſteriū, quod aliquando tractauerat, præſumpſerit: omnino hic ab eccleſia abſcinditor.

28. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipſe, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abſcinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

29. Si quis epiſcopus ſęcularium magiſtratuum familiaritate uſus, per ipſos eccleſiam nactus fuerit, deponitor. ſegregator quoque a communione, quicū que cum ipſo communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aſpernatus epiſcopū, ſeorſum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine epiſcopum in pietate, ac iuſtitia cōdemnarit, deponitor, quaſi qui principatū ambiat: tyrannus enim eſt. Conſimiliter, & reliqui clerici, qui ſuum illi calculum apponunt. Laici vero a cōmunione ſegregantor. Atque hæc poſt unam, & item alteram, ac tertiam epiſcopi adhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per epiſcopum a communione excluſus ſit, hunc neutiquam ab alio fas eſto ſuſcipi, quam ab eo, qui ipſum a communione excluſit: niſi forte fortuna epiſcopus, qui ipſū a communione ſegregauit, defunctus ſit.

32. Nemo peregrinorum epiſcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum ſine commendatitiis ſuſcipitor litteris, & ſi eas obtulerit, attentius in diſquiſitionem vocantor. Et quidem ſi prædicatores pietatis fuerint, ſuſcipiuntor: ſin minus, ijs, quæ neceſſaria ipſis ſuppeditaueritis, ad communionem, & ulteriorē ipſos conſuetudinem non admittote. multa enim ꝑ obreptionem fiunt.

33. Cuiuſque gentis epiſcopos oportet ſcire, quinam inter ipſos primus ſit, habereque ipſum quodammodo pro capite neque ſine vllius voluntate quicquam agere inſolitum. illa autem ſola quemque pro ſe tractare, quę ad parochiam eius, & loca ipſi ſubdita attinent. Sed neque ille citra omnium uoluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in ſancto ſpiritu.

34. Epiſcopus extra terminos ſuos in ciuitatibus, & regionibus ſibi non ſubiectis, ordinationes facere non præſumito. Si vero præter uoluntatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id feciſſe conuictus fuerit, deponitor tam ipſe, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus epiſcopus miniſterium, & curā populi ſibi commiſſam non ſuſceperit, hic a cōmunione ſeiunctus eſto tādiu, donec ſuſceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem, & presbyter, & diaconus. Si uero non præ uoluntate ſua, ſed præ malitia populi non ſuſceperit; maneto ipſe quidem epiſcopus, clerus uero eius ciuitatis a communione ſegregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno epiſcoporum celebrator ſynodus, ac pietatis inter ſe dogmata in diſquiſitionem uocanto, neque non in eccleſiis incidentes contradictiones dirimunto: ſemel quidem quarta feria † Pentecoſtes, ſecundo duodecimā Hyperberetei.*

† al. hebdomadę. * Hyperberetæus apud Aſiæ populos, & Macedones. Octob. Græce dictus.

37. Omnium rerum eccleſiaſticarum curam epiſcopus gerito, & eas diſpenſato, quaſi inſpectante Deo. Non licitum autem ei eſto, quidpiam ex ijs ſibi tanquam proprium aſſumere, aut cognatis ſuis elargiri, quæ Deo dedicata ſunt. Quod ſi pauperes illi ſint, ut pauperibus ſubminiſtrato: non tamen horū prætextu res eccleſiæ uenundato.

38. Presbyteri, & diaconi abſque uoluntate epiſcopi nihil peragunto. ipſius enim fidei populus domini commiſſus eſt, & pro eorum animabus ab ipſo repetetur ratio.

39. Manifeſtæ ſunto priuatę res epiſcopi (ſi modo & priuatas habet) manifeſtę item ſunto Dominicæ, vt priuatas quidem res epiſcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occaſione eccleſiaſticarum rerum intercidant res epiſcopi, qui nonnunquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut ſeruos habet. Iuſtum enim eſt apud Deum pariter & homines, ſimul ne eccleſia per ignorationem rerum epiſcopi damni aliquid ſuſtineat, ſimul ne epiſcopus, aut cognati eius prætextu eccleſiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiuſque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus ut epiſcopus res eccleſiæ in poteſtate habeat. Nam ſi pretioſæ hominum animæ, fidei eius committendæ ſunt, multo utique magis oportuerit, & de pecuniis mandatum dare, vt illius arbitratu diſpenſentur, neque ea cum timore Dei, ſummaque ſollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogentur in pauperes. Percipiat autem & ipſe (ſi modo indiget) quantum ad neceſſarios ſuos, & hoſpitio exceptorum fratrum uſus opus habet, ne quo modo ipſe poſteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei, vt qui altari inſeruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites unquam ſuis annonis arma hoſtibus inferant.

41. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatibus indulget, vel deſiſtito, uel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui conſimilia facit: vel deſiſtito, vel a communione ſeiūgitor. Similiter & laici.

43. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vſuras a mutuum accipientibus exigit: vel deſiſtito, vel deponitor.

44. Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces cōiunxerit, duntaxat a communione ſuſpenditor. Si vero etiam ipſos tanquam clericos aliquid agere permiſerit, deponitor.

45. Epiſcopum, aut presbyterum, qui hæreticorū baptiſma, aut ſacrificium ſuſceperit, deponi pręcipimus. Quę etenim cōuentio inter Chriſtum & Belial? aut quæ

quæ particula fideli cum infideli.

46 Episcopus aut presbyter si eum, qui verum baptisma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impiis non baptizauerit; deponitur, vt qui crucem & mortem Domini derideat. Neque discernat veros sacerdotes, à sacerdotibus impostoribus.

47 Si quis laicus, cum suam à se vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimissam, a communione segregator.

48 Si quis episcopus, aut presbyter secundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem & Filium, & Spiritumsanctũ, sed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitur.

49 Si quis episcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immersiones, sed vna duntaxat, quæ in mortem dom ni detur, peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, In mortem meam baptizate: sed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

50 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de sacerdotali consortio, nuptiis, & carnibus, & uino abstinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, sed propter abominationem, oblitus quòd omnia pulchra valde & quòd masculum & fœminam Deus creauit hominem, sed diffamationibus lacessens creationem Dei uocat ad calumniam, aut corrigitor aut deponitor, & ex ecclesia reiicitor. Consimiliter & laicus.

51 Si quis episcopus, aut presbyter eum, qui à peccato reuertitur, non recipit, sed reiicit, deponitor, eo quod Christum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui resipiscat, gaudium oboriri in cœlo.

52 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus & uino festiuis diebus non utatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conscientiam, & multis auctor sit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehensus fuerit, à communione excluditor. excepto tamen eo, qui necessario in itinere in commune diuerterit hospitium.

54 Si quis clericus episcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum aut diaconum à communione segregator.

56 Si quis mancum, aut mutum surdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitiosus incessus est, subsannauerit, communione priuator. Consimiliter & laicus.

57 Episcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, à communione segregator. Si vero in eo socordia perseuerauerit, deponitor.

58 Si quis episcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti necessaria non suppeditauerit, à communione reiicitor. sin perseuerat, deponitor, vt qui fratrem suum necaue it.

59 Si quis falso inscriptos impiorum libros tanquam sacros in ecclesia ad populi & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accusatio contra fidelem instituatur de fornicatione aut adulterio aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, si quidem nomen Christi, ab ecclesia reiicitor. si vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, uel laicus recipitor.

62 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex sacerdotali consortio comederit carnes in sanguine animæ eius, aut à bestijs abreptum, aut suffocatum, deponitor. hæc enim lex prohibuit Sin vero laicus fuerit à communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, synagogam Iudæorum aut hæreticorum, conuenticulum ingressus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & a communione secluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulsaue rit, & uno ictu ac pulsatione interemerit, deponitor propter temeritatem suam. Si vero laicus sit, arcetor a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, sin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem sibi non desponsatam, admota vi detinet, à communione suspenditor. Non licitum autem esto ei aliam ducere sed eam detineto, quam solicitauit, quamuis paupercula sit.

67 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus secundam ab aliquo ordinationem susceperit, deponitor tam ipse, quam qui ipsum ordinauit. nisi forte constet ordinationem eum habere ab hereticis Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati sunt, hi neque fideles, neque clerici esse possunt.

68 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus aut lector, aut cantor sacram quadragesimam Paschæ, aut quartam feriam, aut Parasceuem non ieiunauerit, deponitor, præterquam si imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus sit, communione priuator.

69 Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum consortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem festum diem cum ipsis egerit, aut lautia festi, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis susceperit, deponitor, si laicus, a communione segregator.

70 Si quis Christianus oleum ad sacra gentilium, aut in synagogam Iudæorum in festis eorum detulerit, aut lucernas incẽderit a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram aut oleum, ex sancta surripiat ecclesia, a communione seiungitor.

72 Vas aureum & argentum sanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in suos usus assumito, iniquum enim est Cæterum si quis deprehensus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Episcopum de aliquo per fide dignos accusatum homines ab episcopis vocari necessarium est. Et si quidem comparuerit, & confessus conuictus ve fuerit: censura irrogator ecclesiastica. Si uero vocatus non obtemperauerit secunda quoque uice vocator: missis duobus ad ipsum episcopis Quòd si per contumaciã ne sic quidem comparuerit, synodus suam contra ipsum pronunciato sententiam, ne quid tergiuersando detractandoque iudi ium lucrifacere videatur.

74 In dictionem testimonii contra episcopum, hæreticus non admittitor, sed neque fidelis, si solus sit. In ore enim duorum, aut trium testium consistet omne dictum.

75 Item non oportet episcopum fratri aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu Neque enim ecclesiam Dei cõferre debet in hæredes Enim vero si quis id fecerit, irrita permaneto ord natio, ipse autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obtuso crure existat & dignus sit, episcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipsum polluit, sed inquinat o animæ.

77 Qui vero mutus surdusve & cæcus est, episcopus non efficitor, non quia oblæso corpore est, sed ne ecclesiastica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, sed neque cum fidelibus preces fundito Mundatus vero recipitor, & si dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex vita gentili aduenerit, & baptizatus est,

aut ex conuerſatione praua, eum iuſtum nō eſt protinus promoueri in epiſcopum. Iniurium enim eſt eum, qui non prius ſpecimen & documentum de ſe præbuerit, aliorum doctorem exiſtere, niſi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 Dicimus, ꝙ non oporteat epiſcopum, aut presbyterum publicis ſe adminiſtrationib immittere, ſed vacare, & commodum ſe exhibere vſibus eccleſiaſticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim poteſt duobus dominis ſeruire, iuxta præceptum Dominicum.

81 Serui in clerum promoueantur citra dominorum voluntatem: hoc ipſum operatur redhibitionem. Si quando vero ſeruus quoque gradus ordinatione dignus videatur, qualis & noſter Oneſimus apparuit & domini conſenſerint, manuque emiſerint, & domo ſua ablegauerint, efficitor.

82 Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & ſimul vtrumque retinere voluerit, tam officium Romanum, quàm functionem ſacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæſaris ſunt, Cæſari, & quæ Dei, Deo.

83 Quiſquis Imperatorem aut magiſtrum contumelia affecerit, ſupplicium luito & quidem ſi clericus ſit, deponitor: ſi laicus, a communione remouetor.

84 Sunto omnibus vobis, clericis ſimul & laicis venerandi ac ſacri libri, veteris quidam teſtamenti Moſis quinque, Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ieſu filij Naue vnus, Iudicum vnus, Ruth vnus, Regum quattuor, Derelictorum ex libro dierum, duo, Heſter vnus: De Machabæorum geſtis tres, Iob vnus. Pſalterium vnus, Salomonis tres, Prouerbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, prophetarum duodecim, vnus Eſaiæ, Hieremiæ vnus, Ezechiel vnus, Daniel vnus. Inquiritor autem a uobis extrinſecus, vt adoleſcentes veſtri addiſcant Item Sapientiam eruditi Syrach. Noſtra vero, hoc eſt noui teſtamenti, Euangelia quattuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epiſtolæ quattuordecim: Petri epiſtolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi vna, Iudæ una, Clementis epiſtolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis epiſcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ ſunt, quæ omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in ſe continent, Et Actiones noſtras Apoſtolorum.


Finis Apoſtolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Flosculus totius Decreti.



Voniam inter cætera, quę vtilia sunt, præuidi Legistis et Canonistis, qui propter temporis breuitatem seu libri prolixitatem, vel penuriam videre in Decretis nequeunt, hoc opus fore vtile. Et quia quæ quis bene scit, ita memoriæ commendare non potest, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hispanus, professor iuris canonici & ciuilis, ad summariam totius libri, quam breuissime potui Deo suum auxilium præbente, collegi, quę flos Decreti merito dici potest. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legum tam de text. quam de notatis, vt mihi memoriæ occurrebant inferendas decreui. Summaque totius libri, hæc est; quia per partes diuisus est. Et prima pars est diuisa in capit. & distinctiones: modos quarum seu intentionem sigillatim & summatim in hoc opere declarabo. Secunda pars est diuisa in 36. causas quorũ quælibet habet sub se certas & cõnumeratas species, quarum omnium solutiones & sententię in hoc opere breuiter patefiunt. In hac secunda parte in 36. causas, & quõ inter ipsas causas inseritur tractatus de pęnitẽtia, qui a quibusdam, tertia pars ipsius libri dr, quod non placet: quia in 7 dist est diuisus, quarũ mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & vlti. pars est de consecratione diuisa in 5. di. quarũ mens hic summeriæ p̃libat. Sumant itaq; dñi mei Legistæ & Decretistæ hoc donum sui amici, quod quãuis exiguũ, commendatum tamen ab eis, si memores erunt illius dicti quod philosophus ait: Exiguũ munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponitur hic versus. Centũ dist & vna causæ sunt triadena & sex. pœna tenet septem, de consecr. quoque quinque.

Distinctio prima.



Vmanũ genus duobus modis regitur, &c.

Tractaturus in hoc libro magister Gratianus de iure canonico, incipiens quasdam iuris diuisiones pręmittit vsque ad quartam dist. In primis, prima quæstio cum auctoritatibus sequentibus ponit, & probat differentiam, quæ est inter ius diuinum & humanũ, seu legem diuinam & humanam, quæ est vsque ad 1. dist.

Prima distinctio ponit dr̃iam inter ius scriptum & non scriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis sumitur, vel accipitur apud Canonistas.

Secunda distinctio ponit, & probat differentias inter leges & plebiscita seu consulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iust. & iu. & de legi. & constit. & seq. per totum.

Tertia dist. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta distinctio, ponit & docet causam, quare factæ sunt leges & canones: & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat. de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta distinct. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale & ciuile, & cætera iura.

Sexta distinctio, quærit vagando extra materiam aliquantulum, & exponit superfluitatem naturæ, quæ accidit huomini in somnis, an ad peccatum imputetur.

Septima distinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris; & qualiter incepit ius: & hoc melius ff. de orig. iur. C. de vet. iur. enuc. per totum.

Octaua distinct. ponit differentiam inter ius naturale & consuetudinem; & qualiter consuetudo cedit iuri naturali: & quod ius naturale vincit alia iura: & de hoc extra de consuetu per totum. ff. de legi. & constit. l. de quibus, & leg. sequentibus

Nona dist. probat, q̃ quælibet consuetudines debent cedere iuri naturali, & q̃ ius naturale pręiudicat humano.

Decima distinctione probatur consuetudines principum, seu leges Canonibus non pręponi. vbi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia sunt dignę de hoc de secund. nupt. c. si & de operis noui nun. cap. 1. C de sacrosan. eccle. priuilegia.

Vndecima distinctione probatur, quòd consuetudo, quæ non obuiat legibus vel canonibus, seruanda est, & quòd consuetudo praua cedit legi.

Duodecima distinctio ponit, q̃ nõ licet nouitatẽ inducere, & alterius quam Romanę ecclesiæ cõsuetudinem seruari, & quę consuetudo sit seruanda.

Decimatertia distinct. ponit, quòd aduersus ius naturale nulla admittitur dispensatio, nisi forte duo mala vrgeant: & necessariũ sit alterum eligi.

Decimaquarta distinctio quærit & soluit, vtrum liceat nobis minora peccata cõmittere, vt alij grauiora vitent; & dicit quod non. de hoc 22. quæstio. 2. ne quis arbitretur.

Decimaquinta dist. ponit originẽ & auctoritatem ecclesiasticarũ constitutionum: & quę opuscula sunt admittenda.

Decimasexta distinct. ponit, q̃ canones apostolorum sunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia: & quorum tempore celebrata sunt; & quorum auctoritas præemineat.

Decimaseptima distinctio ponit, q̃ generalia concilia non sunt congreganda, nec habent vim nisi auctoritate Apostolicæ sedis.

Decimaoctaua distinctio tractat de concilijs archiepiscoporum, in quibus tractabantur causæ antiquitus, vt hic docetur, & cæterorum prelatorum maxime episcoporum, & quo tempore celebranda sunt, & quantam vim habeant.

Decimanona distinct. docet & probat, q̃ ecclesiasticæ epistolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ sunt.

Vigesima distinctione probatur, q̃ decretis Romanorum pontificũ & sacris canonibus conciliorum ecclesiæ negotia terminantur, in quibus terminandus potestas & scientia necessaria est, & in q̃tum præemineant decreta & canones expositionibus aliorum, qui sacram paginam glossarunt. & sic an dicta expositorum sacrę paginæ præferantur constitutionibus Papalibus.

Vigesimaprima distinct. probat, qui sunt executores ministri canonũ a maiori, vsque ad infimum, & differentias ministrorum locorũ assignat probans, quod maior a minori iudicari non debet. & de ecclesiasticis ordinibus, & ipsorum ordine.

Vigesima secunda distinctio docet. quod inter omnes ecclesias Romana obtinet principatum, & quod sunt quattuor patriarchales sedes, & de ordinatione maiorum ecclesiarum, & primatu Romanæ Ecclesiæ.

Vigesimatertia distinct. probat, & docet, qualiter quis minister in ecclesia Dei promoueri & ordinari dẽt, incipiens a summo Pontifice, vsque ad inferiorem gradum, vel ordinem, qui psalmista appellatur

Vigesimaquarta & quinta distinct. probat, quid ad episcopũ, & quid ad vnumquemque inferiorem pertineat

pertineat & sic de clericorū ordinatorum examinatione, & ꝙ qui est epūs sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo, nunc videndum, & quot modis crimē accipitur, quæ regula apostolica 11 habet capitula, quæ prosequitur vsque ad 49. dist. & hic prosequitur primū c in § nunc autem, & per singulos circa ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quòd ordinandi in episcopum, vel sacerdotem, debent esse vnius vxoris viri, & quod bigamia nō tollitur per baptismū; sed peccata delentur: & incipit ibi 2 capit. apostoli & de eo tractat vsque ad 25 dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quòd nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promouendi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne: & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto vti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere vxorē non licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat: & in qua ætate, & in quibus ordinib promouendi sunt: & vtrum laicus in episcopum promoueri possit in c de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare non debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula quòd ex causa, loco & tempore consecrādi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in tribus præmissis proxima distin discordare videbantur, quorum quidā dicebant, quòd clerico licet habere vxorem. quidam a contrario asserebant

Trigesima distinct probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quòd ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exēpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine concludit ꝙ ab omnibus est seruanda continentia, præter quam ab orientalibus, & dicit ꝙ continentia clericorum cœpit ex tempore, & ponit de causa continentię, ponens de superstitionib. quorumdam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quòd a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic postea probat contrarium & illud tenet. Item probatur, quòd laicus vxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de cohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia distinct. probat, ꝙ non solum illi, qui duas vxores hēnt promouendi non sunt: sed et ille qui vnam vxorem habuit, & alteram concubinam, n si ex dispensatione, vel uxorem tantū meretricē ad sacros ordines promouendus non est, vel illi, qui morbo epileptico, vel dæmoniaco furore, vel simili, quandoque laborant, seruata dist ibidem posita in notatis.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum vitare nimiam familiaritatem domesticarum personarū: & quod non licet venari, & iterum reuertitur, quod non licet clerico habere concubinam vel vxorē meretricem, etsi laico licet habere concubinam id est vxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio. probat quòd ordinandum in episcopū oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non violentū, & hoc infra distinct. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta distinct. probat. ꝙ oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinctione.

Trigesimaseptima distinctio. quęrit, & ponit quod sęcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dum modo non ad voluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis & clericis

Trigesimaoctaua distin. probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & vltimo reprobat ignorantiam, ponens, ꝙ voluntaria ignorantia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene Latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sæculariū negotiorum & peritia: & quod nimia simplicitas repellit a promotione: & sunt ibi multa bona capitula ad probandum quod bona est scientia.

Quadragesima distinct. probat, ꝙ oportet episcopum ornatum esse moribus & virtutibus; & ꝙ non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede, & ibi incipit 5 c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat ꝙ oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu, & cibis. de hoc de vita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda distin. probat, ꝙ oportet sacerdotē esse hospitalem. extra de præbend. de monacha, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum Item ꝙ debet esse pudicus, & ibi sunt 6. capit. apostolicę regulæ.

Quadragesimatertia distinctio probat, ꝙ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commissationibus & ebrietatibus, nec in conuiuiis, de hoc extra de vi. & honest. cle. a crapula.

Quadragesimaquinta distinct probat, quòd non debet esse episcopus percussor hominum, non irascibilis, sed patiens, de hoc extr. de sent excommu. vniuersitatis, & eodem titulo, in vo untate. nec debet per vim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maioris. vltra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat, quòd litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio verba, Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tum deintonant: quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarii vel maledici promouendi non sunt, & est cā quare non debent esse episcopi: quia tales vel sunt adulatores, vel detractores, vel discordiam seminantes, vt extra de cleri maled. per totum de exces. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus & vsurarius non ordinatur, extra de præbē. cum iamdudum. & 47. dist sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suę, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua dist prohibētur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est, nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in eadem distin c. fina.

Quadragesimanona dist. ponit casus & rōnes, quare criminosi & vitiosi non debeant in epos promoueri, qui in prędicta regula aposto-

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctio. 2 aliquando nouimus. quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur. irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quod cæci & torto naso, magno, vel paruo promouendi nõ sunt. & qualiter promotus in episcopũ vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tract. c 13. cap. apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pænitẽtiam in propriis ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascẽdere valeant. & probatur quòd sic: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip. dist. & eius diffinitione secũdum varias opi. de hoc etiam de temp. ord. c. si. vltimo tractat, de homicidis & publice pænitentibus ad sacros ordines non promouendos: ut extra de bigamis. cap. r. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima. dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouendi non sũt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltũ promoto, qui in ordine suscepto nõ ministrat, nisi prius habeat ordinem quẽ omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia disti. probat, quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat. quod corpore vitiati, illitterati, bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec sollenniter pænitens, bigamus, & cęteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis sit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ęgritudine nõ ordinatur: quia eius fides non est uoluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ secularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel. mo. cap. 1. & c sequen.

Quinquagesimanona disti. probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl. distin. § nunc autem quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum uel præpositum uel episcopum sint aligendi. de hoc extra de æta & quali. a multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quòd laici non sunt in episcopos promouendi uel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quòd electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest. de hoc extra de ele. cum inter. & c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, vt in sequenti § & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: qa populus docendus est non sequendus. de hoc plenius de causa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de electi. quisquis. & capitu. sacro. sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporũ debet fieri intra tres mẽses, in quibus sedes uacauerit, & a maiori parte capituli. de hoc extra de electio. ne pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ & de iuramento quòd imperator præstat papæ.

Sexagesimaquarta distinctio. probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi cõsecrari de hoc extra de tempo. or. si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quòd præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo. de hoc extra de tempo ordi. si archiepiscopus & quòd primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem de off ordin duo in text & in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius uniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus. & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima distin. probat, ꝙ ceteri prælati & chorepi, & sacerdotes possunt ab uno solo episcopo consecrari uel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illum honorem conferre sed non solus auferre. de hoc extra de transla. tion. c. 2. in principio.

Sexagesimaoctaua distinct. probat. ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesiis de hoc titulo de baptismo. c. 1. & de consecratione eccle. ca. 1. & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quàm a tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. probat. ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup neg. prala. c. 1. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist. probat. ꝙ clericus sine titulo ordinari non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi unum titulum, per cap. sanctorum. de quo habetur, extra de elect. dudum & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima disti. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos, cum litteris proprii episcopi. de hoc extra de temp. ord.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum, de quibus habetur, de cler pere. per totum. & de cle. non resi. fraterni tati.

Septuagesimatertia distinct probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distinct. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum. extra de electionibus cum in cunctis. ultra medium, & de ætate & qualitate. capitul. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses. de hoc habetur extra de tempor. ordina. litteras. & ꝙ ceterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quattuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capitul. tertio.

Septuagesimasexta distinct. probat quare prædicta quattuor tempora sunt ieiunanda, & quibus tẽporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinc. probat, qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitiis tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum usque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi. de hoc extra de electio.cum in cunctis & de ęta. & qual.per totum.

Septuagesimanona distinctio, probatur, quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus.de e est licet.& unus de Cardinalibus uiuente apostolico, electione non tractet & per quem gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeāt primates & patriarchæ institui, & in quib.episcopi, & ꝙ non multum debet distare una sedes episcopalis ab altera de hoc extra de priuil c.1. & quo tempore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 25 disti.de regula apostolica, & de hoc tractat usque ad 21 distin.ca.3.& sub epilogo alio ordine reiterat, ca apo.regulę & docet quòd ordinandus in episcopum debet esse sine crimine. nec dēnt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto fiant depositi de vi. & ho per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ꝙ episcopus his, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videtur repetere illa, vnius uxoris uirum. & de cōtinentia clericorum & de incōtinentia puniēda, & de pænitentia, & dispen. quæ cum eis fieri potest, & de fornicationis peccato, seu aliis criminibus de hoc extra de iud at si

Octuagesimatertia distinct. docetur ꝙ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorū cōsentire non debet: quia error cui non resistitur approbatur. de hoc extra de homi.sicut dignum. & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quòd debet esse vigilans circa defensionem pauperum releuationem oppressorum, & curationem monasteriorū, & iterum de munditia castitatis, quę dēt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari extra de p.ębendis. cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin probatur ꝙ episcopum oportet esse doctorē, vt sciat corrigere subditos, & ꝙ doct.ina sua debet p̄ferre sacram scripturā non litteras sæculares. item liberalē patientibus necessitatē, non tamen histrionibus Item non percussorem, non venatorem, clementem & cōpati calamitatibus, non credere facile, operib. illicitis non instare non turpis lucri cupidus sit, subueniat viduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ꝙ viduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidium & pupillis.

Octuagesimaoctaua distin. probatur, quòd cuncti cupiditatis causa negotiatores esse non debent sed pietatis causa curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler vel mo. c.v.de vita & hone clericorum c.fi.

Octuagesimanona distinct. probat. ꝙ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, ut sciat in dispensatione ueram ecclesiæ regulam esse obseruandā, ꝙ singula officia singulis personis committat: & ꝙ œconomum vel vicedominū habere debet.& quòd propinquis, vel fauore sibi coniunctis nō cōmittat ecclesiastica officia, sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist.probatur, quare religiosus ordinandus est, & qualiter litigiosi corripiendi sunt & non ordinandi:& quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin.probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & ꝙ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ꝙ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc extr. ne cle uel monac c.1.

Nonagesimasecunda dist.probatur ꝙ magis corde quam vocibus cantandum est in ecclesia Dei, & nō cum organo, uel melodiis vt populum delectet, sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ꝙ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua. possūt in aliis suis parochiis officiū presbyteri exercere. & priora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de elect. cum in cūctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare in micis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno uisitare per se, cæteri uero per nuncios extra de iureiuran ego N. et lt. qui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, vel tenuerit. extra de maio. & obedien capitulo secundo & capitulo statuimus & quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinct.o. probatur, quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quòd legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet archidiaconus super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quòd etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quā uis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socii: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesima sexta distinctio.probatur, quòd laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, vel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo. de hoc extra de iudic. nouit.de maio & obediend. solitæ.& de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quòd preč bus ecclesiæ Imperator & cæteri principes possunt in pręsumptores animaduertere, & ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ordi.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiendi nō sunt. de hoc extra de cler pereg.per totum.

Nonagesimanona distinctio docet iterum, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quòd maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarii, duo & de diuisione prouinciarū aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & vsu eius, de quo habetur de electione, significasti & capi. quod sicut & de transla. capitulo secundo, de vsu pal. per totum.

Centesimaprima distinctio probatur, quòd una prouincia non debet diuidi in duas. de hoc extra de præbend. maioribus. nec vna prouincia dēt habere duos archi-

archiepiscopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat causas, in quarum prima de simoniaco, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. ecclesiasticis, & de ordinibus superius sufficienter monstratum erat.

Causa prima.

Quidã habens filium obtulit cum ditissimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras soluit.

HÆc est prima causa, tractans de simonia, quod inter cetera crimina maximum est, & in sequẽtibus duabus causis, de criminalibus tractabit simpliciter, prætermittens Gratianus has tres causas criminales. Et habet hæc cã 7 quæstio. & incidentia quædã extra simoniam more suo interferens.

In prima quæritur, an sit peccatũ emere spiritualia, Gratianus primo allegat ad probãdum quod sic, vsque ad § sed obijcitur. ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones, quibus respondet, & responsiones auctoritatib. probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma ecclesiæ tenent, distinguẽs in § signo inter sacramentũ necessitatis, & sacramentum dignitatis, & eam prosequitur vsque ad § ex his. ibi transfert se ad hæreticos, & de eorum sacramentis varie constat, vsque ad §. cõstat, ibi ad principale propositum redit, & tractat de simonia, vsque ad finẽ quæstion s, & de hoc, extra de simo. per totum. & de renun nisi cum pridem. super. §. secundo. probat etiam qualiter simoniaci remanent in ordinibus suis dispensatiue, & quidã non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptismo, & eius effectu de hoc extra de baptismo, per totum, & de Eucharistia de quo extra de celeb. miss. per totum. Tractat etiam incidenter, quod non sunt sacramenta in peccatoribus prælatis despicienda, vsque ad § duo autem. de quo extra, de vita & honestate cleric. vestra. deinde accedit ad probãdum per capit. quidam dicunt & § obijcitur, quod baptisma & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma ecclesiæ: sed non ad effectum, vel executionem, nisi ignorãter recipiantur: quia tunc bene quo ad executionem & effectum conferuntur, vsque ad § constat. A §. constat. vsque ad §. sicut. probatur, quod pro nullo sacramento recipi potest pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de simonia. non satis, & eo tit. cum in ecclesiæ, & cap. cum sit Romana postmodum distinguit inter illos, qui scienter a simoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter: & de pœna: & ignorãtia eorum: in c statuimus: probans in capitulo, ordinationes. quot modis simonia cõmittatur: quia aliud est munus ob obsequia: &c & in c sunt nonnulli. dicens ad finem quæstiones: quod qui ab ordinãdo: vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet sicut qui promittit pecuniam ob accusandum: vel ob iudicandum: vel ob testimonium ferendum: vel non ferendum, punitur quasi simoniam committat, vt 1. quæstio. 3. videntes.

Secunda quæstio. quæritur, vtrum pro ingressu monasterij pecunia sit exigenda, vel ẽt exacta psoluenda? docetur quod non: ostendẽs primo, quod ecclesia non debet construi, nisi primo dos ei constituatur, de hoc extra de eccle. ædi. cap penul. Si tamen aliquid sine petitione fuerit oblatum, recipi potest. de hoc extra de simon & si quæstiones in authen. de sanct. ili. episco. §. si quis autem clericos probat insuper, quod beneficia ecclesiastica non sunt danda diuitibus, sed pauperibus: per capitu. clericos ; & capitu pastor. qui alias vnde viuat habet, & beneficium ecclesiæ receperit: sacrilegium committit: & iudicium sibi manducat & bibit.

Tertia quæstio quæritur: an ingressum ecclesiæ vel præbendam emere sit simoniacum: docetur quod sic: quia nec speciale: nec spirituali annexum emere licet: nisi in casibus de quibus habetur extra ne prælati vices suas. querelam: & hic in nat. pri. & super capitu. 2. Item de pœna talium ementium & vendentium ostendit, docet ẽt quod si iudex pro iudicando pecuniam receperit, simoniam committit per capitu. vendentes. de hoc extra de vita & honestate clericorum, cum ab omni: & Innocen. super cap. non solum.

Quarta quæst. quæritur: an paternum crimen filio imputetur, qđ eo ignorante cõstat esse admissum: docetur primo quod ignorantia excusat multis auctoritatib. n. si filij imitantur vitia paterna: vel nisi quantum ad eos peruenit extra de renun. n. si cum pridem: vltra medium, de vsu. si. tua distinguens in §. notandum. inter ignorantiam iuris & facti: & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. cap. 1.

Quinta quæstio. quæritur, an liceat ei esse in ecclesia: vel fungi eo ordine, quẽ sic paterna pecunia est assecutus, probatur quod sic, dispensatiue renunciando episcopatui. de hoc extra de simo. nobis, põt ẽt promoueri isti ignorantes, & ẽt dicendum est si per vim etiam arctetur simoniam intercedere: vt in c fin.

Sexta quæstio quæritur: vtrum illis qui ab illo simoniaco ignorãter ordinẽ receperunt sint abijciendi? respondetur quod non: per cap si quis. quod est in 1. q huius causæ, si quis a simoniacis. Itẽ docetur in eadem quæstione: quod dare aliquid vt eligantur: vel vt electio eius confirmetur: simoniacum est per capitu. sicut in iniuitus. & C. de epis. & cler. si quemquam.

Septima quæstio. quæritur: an iste renuncians suæ hæresi sit recipiendus iterum in episcopali dignitate suadẽte ecclesiæ necessitate: vel vtilitate: & ibi super §. nisi rigor. tractatur de dispensatione ad plenum, tractatur ẽt de hæreticis quando reuertuntur ad ecclesiam: & qualiter: & sub qua forma recipiendi sunt: & quod necessaria est quandoque dispẽsatio, per capit. dispensationes, ad finem probat, qualiter ordinati ab ecclesia sunt ab hæreticis recipiendi, concludens per capit. fin quod cætera crimina respectu simoniacæ prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc extra de sim. cap. tanta.

Causa secunda.

Quæritur, quidam episcopus delapsu carnis a laico impetitur: Duo monachi, vnus, &c.

ISta causa habet 8 qõnes In prima quæstio. tractatur, qualiter circa iudicia, & causas in occultis, & qualiter in notorijs sit procedendum.

Secunda quæstio. tractatur, quod spoliatus ante restitutionem suis spoliatoribus respondere non cogitur, de hoc extra de ordine cognitio.

Tertia quæstio. tractatur, qua pœna feriendi sunt calumniatores, & de abolitionibus, de hoc extra de accusatio. super his, & de collusione.

Quarta quæstio. tractatur, quot testes in qualibet causa sufficiant, de hoc melius de testi per totum titu. & præsertim in cap. licet.

Quinta

Quinta quæstio tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.

Sexta quæstio tractatur qualiter & quando sit appellatum, de hoc extra de appellationibus, & C. & ff & in authentica.

Septima quæstio probatur quod laici contra clericos, in accusatione regulariter audiendi non sunt, nec inferior clericus contra maiorem de hoc, extra de hære. excommunicamus, de testi. de cætero, & de accusat. c. 1.

Octaua quæstio ponitur, qualiter accusans se debet subscribere, & libellum formare, de hoc extra de procur. cap. tuæ.

Causa Tertia.

Quidam episcopus de propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem, &c.

HÆc est tertia Causa, in qua tractat in sui principio de restit. spol. & habet 10. quæstio.

In prima quæritur, an restitutio sit danda omnibus spoliatis, probatur quòd spoliati restituendi sunt ante ingressum causæ principalis, de hoc, extra de restitutione spolia per totum.

Secunda quæstio tractatur de induciis, quæ debent dari ipsis restitutis, antequam ad iudicium reuocentur, & dic breuiter hodie, quod sunt arbitrariæ docetur in hac, quod cum agitur contra prælatum de dilapidatione, interim debet more tutorum, vel curatorum ab officio suspendi. de hoc extra de offic. deleg. venerabili. & de simo. licet Heli.

Tertia quæstio. probatur, quod induciæ sunt dandæ, postquam ad iudicium sunt vocati.

Quarta quæstio probatur, quod infames, & non legitime coniuncti accusationem admitti non debent, & qualiter, qui admittendi non sunt ad accusationem.

Quinta quæstio. tractatur, quod testes de domo actorum producendi non sunt, & et de suspectis iudicibus tractat, & de testibus, & qui a testimonio & accusatione repellantur. de hoc extra de accusa. c. 1. & de testib. c. fi.

Sexta quæstio. probatur, quod actor debet sequi forum rei, & quod nemo de prouincia in prouinciam debet in ius vocari: sed hæc quæstio plenius examinatur, extra de foro compet. per totum, & de rapto. cap. 1. & quod episcopi deponendi non sunt, nisi auctoritate Papæ, & quod alij iudices vel prælati vocati sunt in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

Septima quæstione probatur, quod criminosi & infames iudices aliorum esse non debent, nec ad uocati, & super hoc inducit totum titulum ff. de postula. & C. tamen dum in administratione tolerantur, non potest eorum iudicium declinari, & de hoc plenius de postula C. ff. & extra de rescript. scifcitatur.

Octaua quæstione probatur, quando ad episcopum deponendum accusatum, ad minus debent interesse duodecim episcopi cum metropolitano, vt assessores, non vt iudices, de hoc extra de re iudi. c non potest.

Nona quæstione docetur, quod accusatus contra accusatum absentem, vel testis in absentia illius quem deponit, audiendi non sunt, & qualiter testes, de quibus deponere debent sunt, instruendi. de hoc extra de testi. c. 1.

Decima quæstione probatur, quod testis vel accusator, qui differunt in vno casu, in alio audiendi nō sunt, quia præsumuntur calumniosi, de hoc extra de accusa. cum P.

Vndecima quæstio. probatur, quod in criminibus reaccusatio non habet locum, nisi in casibus, de hoc melius. C qui accusare non possunt l. 1. & l. neganda, & extra de iudi. at si clerici.

Causa Quarta.

Quidam vir in excommunicatione constitutus episcopum accusare disponit, & c.

HÆc est quarta Causa & habet sex quōnes. In prima quæritur vtrum excōmunicatus possit aliquem accusare, & probatur quòd non, de hoc, extra de iudi. intelleximus.

Secunda & tertia quæstio. insimul examinantur, & tractant, qui & quales, & qua ætate debeāt esse testes, & qualiter examinari debeant de hoc plenius ff. & C. de test. & extra de testi. & per tot.

Quarta quæstio. tractatur, quod in iudicio quattuor personæ sunt necessariæ. Et quod alius debet esse accusator, & alius testis. Et quod inscriptio in accusatione præcedere debet, nisi in casibus, de quibus extra de verb. sig. forus & de accusa. super his.

Quinta quæstio. tractatur, quod si accusator ad diem vel terminum sibi assignatum non venerit, potest excōmunicari de hoc, vt licet non contenta per totum: de verbo. sign. ex parte.

Sexta quæstione tractatur: quod ille qui ab accusatione repelluntur si suam vel suorum iniuriam prosequuntur, bene admittuntur de hoc extra de testi. de cætero.

Causa Quinta.

Infamia cuiusdam episcopi chartula accusatoris inscribitur, &c.

HÆc est quinta Causa, & habet quinque quæstio. In prima quō. tractatur, quæ pęna feriendi sunt, qui libellos famosos in occulto contra aliquem scribunt: de hoc C. de fal. libel. per totum.

In secunda quæstio probatur: quod reus edictis legitimis dēt vocari ad causam antequam in eum sententia cōdemnationis proferāt: de hoc extra de dolo & contu per totum; & de malo & obe. inter quattuor ff. de iud l. ad peremptorium: cum l. sequen.

Tertia quæstio. probatur, quod in criminalibus causis non potest interuenire procurator; & nec ad allegandum causas absentiæ: de hoc plenius ff. de procur seruum. §. publice extra de accusationibus. veniens.

Quarta quæstione probatur: quod episcopus absque synodali audientia & auctoritate apostolica: condemnandus non est: & cum fuerit in synodo: dēt mitissima relatione verborum factum suum proponere; non indiscretis vocibus perstrepere: quod si fecerit: dēt de concilio expelli; vt exeat iurgium cum eo.

Quinta quæstione probatur: quod non debet aliquis reputari inimicus eo quòd accusat: quod nō omnis qui osculatur; est amicus: & non omnis qui verberat est inimicus.

Sexta quæstio docet: qua pœna feriendi sunt accusatores: qui non probant quod intendunt; de hoc tractauerat 2 quæstio. 3.

Causa Sexta.

Duo fornicatores, & infamia notati quendam religiosum episcopum de simonia, &c.

HÆc est sexta Causa: & habet quinque quæstiones.

In prima tractat: an infames & criminosi ad accusationem episcopi sunt admittendi. Et respondet quod

quòd non: niſi forte in exceptis criminibus, puta in ſimonia, vel in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis. Et oſtendit quòd maiores a minoribus accuſandi non ſunt, nec iudicandi: quia non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum. Et ponit qui ſint infames, probans quòd quandoque detractio (licet in ſe mala ſit) a Deo permittitur, ne in ſuperbiam eleuetur quandoque.

Secunda quæſtione probatur, quòd non creditur epiſcopo ſoli ſi dicere voluerit aduerſarium ſuũ criminoſum, vel quòd hoc ei cõfeſſus fuerit de hoc extra de teſti. licet & de offi. ord. ſi ſacerdos.

Tertia quæſtione probatur, quòd non licet epiſcopo accuſato ire ad Archiepiſcopum alterius prouinciæ, qui non poteſt eum ligare vel ſoluere, niſi in caſu extra de rap. c. 1. & ibi probatur quę dicatur prouincia, & quot epiſcopos debet habere.

Quarta quæſtione probatur, quòd ſi contingat epiſcopos & Archiepiſcopũ diſcordare in iudicio illius epiſcopi accuſati, ꝙ archiepiſcopus vicinę prouinciæ cum aliquibus de ſua prouincia epiſcopis euocandus eſt, vt cum eis quęſtio dirimatur, vel ſi prouincia habet primatem, recurratur ad eum, quorum quidem ſententia tenebit, niſi ad ſuperiorem fuerit appellatum. de hoc extra de re iud. c. ſi.

Quinta quęſtione probatur, quòd deficiente accuſatore reus non eſt cogendus ad purgationem, niſi fuerit infamatus: quia accuſatore non probante, &c. extra de accu. cum P. & de purg. can. per totum, de ſimo. de hoc, in fi. & c. ſequenti.

Cauſa ſeptima.

Quidam epiſcopus longa ægritudine grauatus, ſibi alium inſtitui rogauit: cuius precibus, &c.

HAec eſt ſeptima cauſa, & habet tres quæſtiones.

In prima quęſtione tractat de clerico ægrotante. In ſui principio ponit, quòd in eccleſia ſua alter aſſumendus non eſt quantumcumq; ſit tempore infirmus, Imo ſchiſmaticus dicitur, qui ſe ad hoc ingerit uſque ad §. ecce. Sed eo petẽte forſan infirmitate grauato, ſurrogetur alius ei, uel detur ei coadiutor & ſi quis deficit in medio miſſę, alius ſacerdos, qui debet ei aſſiſtere, complet ſacramentum. Item quòd epiſcopi uel cęteri pręlati non debent deſerere eccleſias ſuas, & ire ad alienas. de hoc de cle. ægro. & de cle. non reſi per totum & de transla. quanto. Item quod non debet eis pretium conſtitui, ponens caſus quibus prælato viuente, poteſt alius ſubſtitui. de quo habetur extra. de ren. niſi cũ pridam. & c. poſt translationem.

Secunda quæſtione probatur, quòd epiſcopus ex quo renuntiauit, & alius ſubſtitutus eſt: poſtea epiſcopatum ſuum recuperare non poteſt: celebrationem miſſarum, ſi cauſa infirmitatis dimiſerit valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Cauſa octaua.

Quidam epiſcopus agens in extremis, ſucceſſorem ſibi ex teſtamẽto inſtituit, &c.

HAec eſt octaua Cauſa: & hẽt quinque quæſt. Et hæc cauſa habuit ortum ab illo cap. quod eſt ſupra cauſa proxima, quæ 1. petiiſ. vbi fuit conceſſum cuidã epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorem.

In prima quæſtio. probatur, quòd nullus prælatus debet, vel poteſt ſibi eligere ſucceſſorem: quia eccleſia Dei iura hæreditaria poſſideri non debet & de hoc vſque ad §. his omnibus de hoc extra de fil. presby. conquerente. Deinde quędam adiungit ad electionem pertinentia, probans, quòd electus electionem non debet reſpuere, & qualiter eligi debeat. de hoc habetur C. de epiſ. & cle. ſi quemquam. & de renun. niſi cũ pridem. Et hoc propter bonum obedientiæ, quod magnum eſt, de quo extra de ma. & obed. c. 2. & qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat. Interſerit qualis & qualiter eligi debeat, vſque ad § cum autem. probans etiam, quòd quandoq; eliguntur mali prælati, propter peccata ſubditorum: & quam grauiter peccant, qui ſcientes ſe inſufficientes prælaturas aſſumunt, cum aliorũ ſedem, qui magis digni ſunt non dubitant occupare.

Secunda quæſtio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualeſcere non debent: ſed vita & moribus eſt præferendus. Et quòd domini electores de eligẽdo poſſunt iudicare & examinare, po. quam electus fuerit, de eo non poſſunt iudicare. extra, de electio. cum inter.

Tertia quæſtione probatur, quòd non eſt ſimoniacus, qui poſt ſuã electionem pro indemnitate eccleſiæ ſuæ iuramentum præſtat. de hoc extra de ele. ſignificaſti.

Quarta quæſtione probatur, quod pendente accuſatore contra prælatum ante tempus ſententiæ nõ debent ſubditi ab eo diſcedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæſtione probatur, ſi quis prælatus ſuper aliquo crimine ad ſedem apoſtolicam fuerit uocatus, non debet a curia diſcedere ſine litteris Papæ. de hoc extra de iud. c. 2. & de procura. conſtitutus.

Cauſa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiſcopus, aliquot clerico alterius Metropolitani ordinauit quẽdam capellanum ſui ſuffraganei, &c.

HAec eſt nona Cauſa, & habet tres quęſtiones.

In prima quæſtione probatur, q̃d ordinationes factę ab excõmunicatis, & electiones factę ab hęreticis non ſunt recipiendę: quia non habent executionem, niſi fuerit cum ordinatis diſpenſatũ. de hoc de ord. ab epi. cap. ſi.

Secunda quęſtione probatur, quòd nullus epiſcopus debet clericos alterius diœceſis promouere ſine commendatitiis litteris proprii epiſcopi, uel parochianum alicuius recipere ad diuina, vel iudicare de hoc extra de procura. ca. 2 & 3. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio a propriis epiſcopis, vt probat c. Lugdunẽ. & extra de tempo. ord. poſt tranſlationem.

Tertia quæſtione probatur, quòd archiepiſcopi de ſubditis ſuffraganeorum ſuorum non iudicent niſi in caſibus. de hoc extra de offi. ord. c. paſtoralis. quamuis eccleſia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, niſi Deus, imo cuilibet eccleſię poteſt propter prærogatiuam ſuę poteſtatis de prælato prouidere, & eum remouere ſimiliter, ut in c. nunc uero. & dę hoc extra de procura. conſtitutus.

Cauſa decima.

Quidam laicus Baſilicam a ſe factam, a diœceſana lege ſegregare quęrit. Epiſcopus eccleſiam cum omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem, &c.

Hæc

HAec est decima Causa, & habet tres q̃o. In prima quæstione probatur, quòd ecclesia cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ oblationes. & facultates earum a laicorum dispositionibus iubentur esse immunes de hoc extra de sepul. certificari & de offic. ordi. conquerente de relig. do. de xenodochis. de censi cum apostolus. per totum de consti. ecclesia.

Secunda quæst. probatur, ꝙ quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, non tamen habent potestatem dilapidandi, uel vẽdendi bona ipsius, quod probatur per authenticam, hoc ius porrectum, & per alias alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ constituuntur, & reuocantur. de hoc extra de re. eccle. non alienã. c. per totum & alienator tenetur res ipsas ecclesiæ restituere, nihilominus tãquam fur & latro priuatur. extra de elec. quod sicut.

Tertia quæstione probatur; quid nomine cathedratici debent habere epi de ecclesiis parochialibus, & qualiter quartam vel tertiam pro fabrica ecclesiæ reparandã secundum diuersas consuetudines, & de obuentionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatem, quam unam, de hoc extra de his quæ fiunt a maiori parte cap. de sepult. certificari. de elect. c dudum. Item imponit modũ, secundum quem episcopi debeant parochias visitare. de hoc extra de censi. c. cum Apostolus. de offi. archid. c. 3.

Causa Vndecima.

Clericus aduersus clericum quæstionem de prædiis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus, non nisi, &c.

HAec est undecima Causa, in qua tractatur in parte de litigiis, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quòd clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus, de auctoritate tamen sui maioris, de hoc extra de foro compet. ca. per totum. & maxime in capitu. si diligenti. de iudic. at si clerici. ad finem.

Secunda quæstione probatur, quòd suspẽtione dignus est, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit, vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat, irregularis efficitur, & deponi potest. de hoc extra de cleric. excomuni ca. per totum. & quod ideo publicãda est excommunicatio, quia communicantes minori excommunicatione sunt ligati. de hoc extra de sentent. excommuni. capit. per totum, probans qualiter sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta timenda est: dicens postmodum contrarium, quòd iniustæ sententiæ parendum nõ est, nisi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per capit. inter verba laudantium. & ca. non sunt audiẽdi. & ca. iræ, alias væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quãdoq; est iniusta ex ordine, quandoque ex causa: quia sine causa numquã debet quis excommunicari, ut in authentica de san. epi. §. omnibus autẽ episcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de sente. excõmunicatio. ca. sacro. & quatuor sunt, quæ peruertũt humana indicia. & quòd non semper est obediendum maioribus nostris, & qui sunt illi, qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum. ad finem probat qualiter excommunicati sunt absoluendi, &c.

Causa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere uolunt, de suis & ecclesiæ rebus testamentũ conficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur, &c.

HAec est duodecima causa, in qua tractat vtrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quia in superiori causa tractauit de litigiis clericorum, & habet quinque quæstiones.

In prima quæstione tractat, & quæritur, vtrum liceat clericis sæcularibus proprium habere. probatur primo, quòd non vsque ad illud c ego sum. & §. contra uero. deinde probatur, quòd sic: deinde soluit, postmodum quærit ibi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi per pbendas. & soluit quòd sic, & non probat. imo causa super hoc inducta contrarium innuit. Item est in quadam nota in capitu. illi qui, glosſ. in verbo, hic patet. super c. 1 ibi, aut ubi examinatur, verũ illi, qui de patrimonio pñt viuere, possint sine peccato beneficium recipere, & soluit ꝙ sic sed non ad suum vsum, sed ad vsum pauperum, alias sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat: quã Papa scit: & dissimulat, non dico tollerat. de hoc extra de rescrip postulasti.

Secunda quæstione quæritur, an res ecclesiæ donata, uel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes docetur quòd non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ. vt habetur in princi. q in notatis in eius summa, & in casibus, qui sunt C. de sacrosan. eccle l. iubemus. in authenticis ibi positis. Item in casu de quo habetur extra de dona. c. 1. & tunc sine cõsensu capituli, ut videtur, tenet alienatio.

Tertia quæstione quæritur de his, quæ quis postquã fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quæ non habuit ante: respondetur, quòd si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesiæ: cætera redeant ad hæredes. de hoc extra dee testa. capit. 1. & capitulo cum in officiis. & de suc. ab intesta. c. 2.

Quarta quæstione, qua quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliquid acquisiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & ecclesiã diuidi debent, ut dicto capitulo requisisti. & si de pecunia ecclesiæ emit aliquid nomine ecclesiæ, de hoc debet cõficere instrumentũ. de hoc extra de peculio clericorum, c. 1. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamentum de his, quæ habuit antequã ecclesiam acquisiuit: de his quæ postea intuitu suæ personæ, non autem de his quæ ad ecclesiam pertinent. alias tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa decimatertia.

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua transtulerunt in aliã diœcesim, &c.

Haec est decimatertia Causa in qua tractat de decimis, cui ecclesiis sunt soluendæ: & de iure funerandi & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrum illi, qui transferunt se de una parochia in aliam & habēt prędia in alia possint soluere decimas de prædiis in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia soluendę sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia de hoc de parochi. cap. fina. & per totum de deci. per totum & maxime in c. ad hæc. hoc tamen ultimum quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione, qua quęritur, utrum illi parochiani, qui sic se transtulerunt possint eligere sepulturā in prima, uel in alia ad quam se transtulerant: probatur ꝙ in prima regulariter ut extra de sepul. per totum. Item docetur ibi, ꝙ sepultura vendenda non est, ut extra de sepulturis, abolendæ, & inde credo, ꝙ sint extracta illa de decr. Itē docetur, inf. eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesiis sepeliri, vel non, & quot modis aię defunctorū purgantur, & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit ꝓ mortuis vel [illegible]rum exequiis celebrādum, & de eorum exequiis qualiter sint celebrandæ. de quibus cauetur extra de celebratione Missa. cum marthæ ad fin. de testa. c. penul. & quòd eis qui suspendio moriantur sepultura non est neganda, & de hoc septuagesima tertia, quęst. 5. quid ergo, ut quia Deus non punit bis in idipsum, & inf. c. proximo secunda, quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdā ecclesię quæstionē de prędiis mouent: testes ex suis fratribus producunt; negotiatoribus Pecuniam crediderūt, vt ex eorum, &c.

Haec est quartadecima Causa: & habet sex quæstiones.

In prima quęstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quęstione, qua quæritur, an clerici possint clericos suę ecclesię in testes producere, docetur quòd sic: quia non est pro clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testibus, cum Mutius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercibus comparatis de pecunia mutuata. dī ꝙ quicquid vltra sortem accipitur, vsura est, & quodcunque nomen imponatur ei, est vsura.

Quarta quęstione, quæritur, utrum liceat clericis, vel laicis vsuras exigere respondetur ꝙ non: nisi ab hostib. & paganis secundum quosdam, de hoc extra de usu. per totum titu. Item emere vilius, ut carius vendatur, turpe lucrum est, & prohibitum est, & de hoc extra ne clerici, vel monachi cap. 1.

Quinta quæstione, qua quęritur, vtrum de vsuris, & de illicite acquisitis possint fieri eleemosynę, docetur, quòd non, extra de usu. cap. super eo. Item de deci. c. prohibemus Item quòd non est auferendum vni iniuste, vt alii detur, & ideo prohibitum est sacerdotibus aduocare per c. denique. ne per suffragium alterū lędat. de hoc extra de cap. fin. de pollu. Nec obstat illud, quòd mandato domini in Aegypto furta commiserunt & per cap. dicit dominus, per quod tractatur extra de diuor. gaudemus, circa medium, & de eo, quòd medicus & aduocatus acquirit, per c. sane. de hoc infra capitulo prox. quęstione secunda.

Sexta quæstione, qua quæritur, an usurarii possint iuste pœnitere, nisi ablata restituatur, respondetur, ꝙ non, per c. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titu. & in præcedenti quæstio tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & ꝙ non liceat clericis auferre fures quando ducuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de ep. sco. audien, addictos.

Causa decimaquinta.

Quidā sacerdos crimine carnis lapsus esse perhibetur antequam sacerdotalē benedictionem consequeretur: postquam uero, &c.

Haec est quintadecima Causa, & habet octo quæstiones tractans de incontinentia clericorum, pręmittens tractatū de his qua mente alienata fiunt, & de quibusdam aliis.

In prima quæstione, qua quæritur, an quæ mente alienata fiunt, sint imputanda, respondet, ꝙ non nisi culpa sua inciderit in furorē, tractat de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntarium, & non voluntarium, probans, quòd qui in furore, vel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæstione, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio, docetur, quòd sic. extra de postula. capitu. 1. contraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimē commisit, sit credendum. respondetur ꝙ non: quia confitenti de se, de aliorum criminib. credendum non est, vt extra de confes. cap. 1. docens in quibus casibus accusatio, vel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quęstione, qua quæritur, vtrum liceat episcopo die Dominico aliquam causam ventilare, docetur quòd non, tractans ibi de festis.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicēda purgatio. docetur, ꝙ non nisi de illo crimine remanserit infamatus: ut supra 6. q. de hoc melius. de pur. can. 1. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst. ponendi, respondetur, ꝙ non, cōtra. videtur extra de commo. grauis. & quæst. 5. c. vil'icus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus Pontifex potest deponere principes terrarum; sed si iniqui fuerint & inutiles potest absoluere uasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. c. si & de elect. c. venerabilē, & in co illi. nona ad rei memoriam.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sine synodali audientia possit presbyter deponi & condēnari. soluit quòd non, quia licet episcopus honorem dare possit, non tamen potest solus auferre, de hoc extra de trāsla. c. 2. in prin. ci. & quod in depositione epi. 12. episcopi. in depositione presbyteri. 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per cap. si quis durandum, & cap. felix. & c. seq. de hoc extra de re iud. c. 3. Item quod in pertractandis causis alius debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdam ecclesiis. extra de diuor. c. ex litteris.

Octaua quæstione, qua quærit, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante confessio-

nem perpetrauit, possit in suscepto ordine post pœnitentiam ministrare, probatur, quòd non de rigore iuris, nisi ex dispẽsatione cum distinct. quæ est in notatis super princi. quæstio. & qualiter a criminoso possum audire diuina, quòd est de coha cle. vel tra. & quòd filii clericorum suscepti de connubio secundum quosdam, secundum alios etiam de concubina, debent esse serui ecclesiæ illius, vnde erat clericus, qui eos genuit, & est ibi speciale, ut filii puniantur pro peccato patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem, Instituit ibi monachum, ut officium celebraret populo, possedit eam per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones.

In prima quæstione huius causæ probatur, quòd monachi de licẽtia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet eis, quæ aliis sacerdotibus, de hoc extra de stat monach. quod dei, cum similibus.

Item, quòd monachi, qui in monasteriis resident, non tenentur soluere decimas de suis prædiis, nisi sicut alii clerici. de hoc extra de deci c. 1. & c. ex parte & cap. presbyteri.

Item incidenter probatur, quod sicut venire duos episcopatus in unum, & diuidere vnum in duos pertinent ad summum Pontificem: sic venire duas parochias, vel ecclesias pertinet ad epm loci. de hoc extra de religio. do. ca. 7. de exces. prælato. sicut vnire de re. eccle. non alie c. 1.

Item, quòd sedes episcopalis non debet esse ubi nũquam fuit, & vbi fuit, non debet remoueri, nisi ex causa. Item probatur ibi, quod decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de deci. cũ contingat. & qui contra faciunt, excommunicati sunt: ut probatur in capit. in canonibus. vbi sũt illa verba pulcherrima: Ferro abscindenda sunt quæ fomentorum nõ sentiunt disciplinam, & quòd domini prælati nõ debent tantũ esse custodes chartarum: sed quandoque ad facta uenire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam, vel quartam secundum locorum consuetudinem, percipere debent, probat insuper quam graue est ipsas decimas & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est: & quod decimas de cõsensu episcopi possunt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud cap. cum apostolica. extra de his quæ fiunt a præla.

Secunda quæstione probatur per cap. visis. ubi sunt illa verba, quod Diabolus mille modos nocendi habet, & illa, humani moris est illum uereri, &c. & quod capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos pertinet institutio, & destitutio presbyteri: aliis uero quæ ad eos pleno iure non pertinent, idest, quas ipsi monachi in suis uillis fundauerunt præsentatio ad eos, ut patronos: institutio uero ad eos non pertinet, sed ad episcopum loci, hoc idem est de pri. cũ & plã tare. & de capel. monacho c. 1.

Quinta quæstione decimæsextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartam, probatur quod si monachi, uel Clerici construxerunt ecclesias in territoriis, quæ habent in ciuitatibus, vel diœcesibus episcoporum aliquorum, ordinatio illarum ecclesiarũ, in sua diœcesi ad illos epos pertinebit: præsentatio uero ad ædificantes, nisi ędificator fuerit eps: quia tunc vr per cap. primum, quòd institutio ad eum pertineat, etiã in aliena diœcesi, quod facit pro episcopo uero in ecclesia de Ritolis.

Tertia quæstione probatur, qualiter ecclesia aduersus ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio. per totum. de parochia. cap pen. C. de vsufr. lege corruptione. C. de præscriptione triginta, vel 60. annorum, per totum.

Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, per ius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesiis authẽtica, quas electiones. & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatum est, quia antiqui canones, triginta annos de ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione proxi. per capi. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesiis rectores earum non dẽt sua auctoritate vsurpare: quod si fecerint, cadunt a causa. de hoc extra de dolo, c. 1. C. vnde vi, si quis in tantam probatur postmodum quòd delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet extra de except. cum venerabilis. & ibi est quoddam cap. quod malum facit pro eis, qui habent chartas ab epis, vel aliquid de mensa.

Septima quæstione probatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere: quia laici, nec per se, nec per authoritatem epi decimas possidere põt. de hoc extra de deci. c. quamuis & c. prohibemus docens quod decimæ & ecclesiæ omnes constitutæ in diœcesi alicuius de iure cõi ad dispen. episcopi diœces. pertinent. in c. omnes. & in ca. nullus. denuntians excõmunicatos minori excommunicatione secundum Hugo. vel excommunicandos omnes qui de manu laici abbatiam, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicum excommunicatum probat, vel excommunicandum secundum alium casum. de hoc extra de elec. c. quisquis de iure patro. præterea.

Item probat, quod eps non debet habere œconomum laicum nec per manus laicorum res ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, extra de constit ecclesia sanctæ Mariæ. excepto quod possunt habere in ecclesia ius patronatus. ut extra de iure pat. per totum. & qualiter eis competit docet, & in quo patroni teneantur ipsis ecclesiis docens ad finem, quod sicut licitum est monachis decimas male detentas de manu recipere laicorum consensu episcopi, ita & ecclesias recipere possunt, vt extra de his quæ fi a præla. cum apostolica, & de offi. leg. c. dilectus.

Causa Decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri uelle monachum dixit ecclesiæ: & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an reus sit uoti, qui dicit se uelle fieri monachũ, & an liceat ei a proposito cordis discedere. & primo quòd non possit multis auctoritatibus probatur. postmodum in contrariũ allegat, & soluit quod nequaquam habetur uoti reus, extra de uo. c. 1.

Secunda quæstione probat solutionem suam, quam fecit in prima, docens quantum ipse sit ad professionẽ dandũ uolentib. transire

ad

ad religionem. extra de regu. c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, ꝙ ex quo aliquis semel transiuit ad religionē: ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad sæculum, etiā de licentia Abbatis.

Quarta quæstione quæritur, vtrum si aliquis exit de monasterio sint ei sua reddenda, respondetur ꝙ non. de hoc de renun. c. 3. de cle. coniug. quòd à te inducit incidēter, quia de sacrilegio fecit mentionē, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiū ut infra. §. sacrilegium & § qui autem. & §. sequentibus & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de senten. excom. per totum. de foro compe. c. conquestus ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatē: & qualiter non sit aliquis, qui eam confugerit, nisi in casib. extrahendus. & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat. probat etiam quòd Abbas cum cōsensu sui capituli nō potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

Haec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione docetur, ꝙ quequid habeat abbas: ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasterium vnde est abbas: & quicquid lucratur posiquam est episcopus, totum est de iure episcopatus, ad quem transit, de hoc extra de testamenti. cap. 1.

Secunda quæstione docetur, qđ abbas nō per episcopum debet postulari vel eligi, sed per monachos, vt extra de statu mona. c. 1.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transiuerunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

Haec est decimanona Causa & habet tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, si episcopus debet permittere, vt relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur. & soluit quod sic.

Secunda quæstione docetur, quod etiam inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium. de hoc ex. de regu. in cap. licet.

Tertia quæstione qua quæritur, vtrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur ꝙ non: quod est intelligēdū de transeuntib. causa leuitatis. alias esset contra prædictā decre. licet. & illa seruatur. Item quęritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias sæculares, & docetur ꝙ non. extra de relig. do. inter quattuor. de reb. eccl. non alie. possessione. & ne cle. vel mona. relatum. Item probat ibidem: ꝙ ex quo aliquis est ingressus monasterium, non potest testari de rebus suis, nisi cum distinctione illius legis. C. de sacrosan. eccl. auth. si qua mulier. authen. ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritię annos agētes, à parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, aliter spontaneus.

Haec est vigesima Causa, & habet quattuor q̄stiones.

In prima quæstione quæritur, vtrū in pueritiæ annis traditi à parentibus, cogantur propositū religionis tenere. & probatur qđ non.

Secunda quæstione, docetur quod ab adolescentibus, qui præter voluntatem parentum religionis habitū susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserunt exire non licet. & quod nō licet abbatissæ imponere velum monialibus suis, & quando offeruntur infantes monasterijs à parentib. suis sub testimonio multorū dicitur conferri, vt maledicendi actio auferatur. hoc est cōtra minores & prędicatores, qui cōtra voluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæstione, qua quæritur, si quis præter voluntatem suam factus est monachus, utrum sit cogendus ad obseruantiam. probat quod non per ca. pręsens. vbi dicitur quod quis negligit, nec optat profecto nec diligit, qui autem non diligit, facile contemnit, de hoc extra quod metus causa. c. 1.

Quarta quęstio est, qua quæritur, si ab vno monasterio in aliud strictius sit licitum transire. & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decreta. licet extra de reg.

Causa Vegesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesiæ præposituram alterius recipit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

Haec est vigesimaprima Causa & habet quinque quæstiones quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis interposuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima quæstione probatur, ꝙ non potest clericus vnus in duabus ecclesijs intitulari: nisi in casib. de hoc extra de elect. dudū. 2. & ire ad alias sine commendatitiis episcopi sui. & de hoc de cle. non resi. per totum. Et ꝙ ex quo aliquis transfertur de vna ecclesia ad aliam, tunc non habet facere cum prima. de hoc extra de elect. cum in cunctis.

Tertia quæstione prohibetur, ne clerici procuratores sæcularium negotiorum existant. de hoc extra ne cler. vel mona. c. 1. ad fi. & cap. 2.

Quarta quæstione docetur, qđ clerici non debēt vti fulgidis & sæcularibus vestibus, & si moniti non destiterint, per priuationem beneficiorum puniendi sunt, extra de vita & hon. cle. capit. pęn.

Quinta quæstione probatur, quòd ab episcopo correpti per suspensionem vel excommunicationē, non debent ad sęcularem iudicem confugere, quod si fecerint grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidā episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

Haec est vigesimasecūda Causa, & habet quinque q̄stiones. De negotiis clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotiis clericorum sæcularium iungere disponit.

In prima quæstione quęritur, vtrū iuramentum sit præstandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic, & soluit sicut est solutum extra de iureiurā. & si Christus.

Secunda quęstio est, qua quæritur vtrū sit periurus, qui iurauit falsum, quod putat verum. & docetur multis auctoritatibus ꝙ nō: deinde dicit ꝙ sunt duo genera mendacii, & qualiter sācti excusantur à mendacio, puto propter iocum vel simulationem.

Tertia quæstione docetur: quæ-

 litas

liter subditi nõ debent deserere suum prelatum, etiam si sciant eum esse periurum, vel crimino sum vsque ad diffinitiuam sententiam, de quo. 8. q. 4. c. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet: quod fit tribus modis; cũ quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellę in puellari ętate iurant patre postmodum contra dicente: ꝙ probat c. tribus. extra de iureiur. per totum. de hoc in c. quanto de elec. venerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quòd iuramentũ non est seruandum: iuramentum ob seruandum non est, puta in eo qui iurauerit nõ fideiubere, vel nõ esse prelatus, patet, quòd frangitur illa causa quod semper seruandum est, nisi seruatum vergat in dispendium salutis ęternę, vt probat ea. q. cap. inter cæteras, quia illud non videtur frangere, quia in melius illud commutat, in c. veniens, vsque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quòd qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quòd falsum iurat. ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciẽs probat per cap. hoc videtur, in quo cap. probatur, ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nõ obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secũdum illum qui exhibet, cõsiderata qualitate, & ratione vtriusque bona & mala, & quia Deus duplicitatis est aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat & verborũ artem aspernatur, & creat: vt in §. de his omnibus. extra eod. tit. cap. veniens. docens quòd in decimo quarto anno cõpellitur quis iurare in fine formam fidelitatis, quę fit cum iuramento tam à vasallis domino. econtra ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mendacium dicere debemus.

Causa vigesimatertia.

Quidã episcopi cũ plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

HÆc est vigesimatertia Causa habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, vtrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quæritur vtrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædã militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, vel principum militetur propter pacẽ seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glo.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientiæ nõ molestatione corporis, sed in temperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellum, probat, ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, vel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probãs ꝙ a filijs Israel iusta bella gerebantur, eo videlicet, ꝙ viæ publicę negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstione, utrum iniuria sociorum armis propulsanda sit: docetur ꝙ nõ, nisi cui incumbit ratione offici: illi autem tenentur, alii uero non, nisi velint, vbi plene de hoc modo super principa quæst. & extra de senten. excommu. c. quanto. Alii dicunt, ꝙ quemlibet tenetur cum armis propulsare: lias non videtur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi. sicut dignũ & in eam ꝑ item uidetur declinare Gratianus.

Quarta quęstione, qua quęritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ nõ. Post multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos: quia nec dominus Iudã, quãuis malum sciret a conuiuio remouit, de hoc extra de c ffi ord. c. si sacerdos, quia Deus bonos & malos in ecclesia esse uoluit, per cap. qui secundũ carnẽ natus est, quia hęc uita quæ inter Cœlum & Infernũ sita est, oportet, ꝑ conditionem vtriusque loci recipiat, imo hoc ipso præsumitur malus, qui malos tolerare nes. t, per c. quamuis, & c. seq. ꝙ verum est de his quos corrigere nõ possumus: q̃a auctoritatẽ non habemus, vel q̃a peccata probare nõ possumus, & in hoc procedit vsque ad finem. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat, ꝙ si ibi mali sunt pręde stinati, superflua est eorum correctio, si sunt pręsciti, inutilis, & ibi aliquo modo uindicta inferenda non est. In contrariũ post modũ soluit, quòd crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest: & quòd multitudo non sit in causa, & hoc probat vsque ad §. semel vero. item quòd prælatus propriam iniuriã vindicare non debet, per c. inter querelas, deinde redit ad probandum solutiones: docet etiam quòd a § breuiter monstratum est usque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, dein de probat, ꝙ semel culpa dimissa iterum in vltionem venire non debet.

Quinta quæstione, qua quęritur, vtrum sit peccatum iudici reos morti trade. e. cum probatum sit in superiori, quòd crimina tolerari possint, docetur quod non. Item ꝓbatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet c. de occidendis, vsque ad c. nõ est necessariũ deinde in ca regum officium est. de. et, ꝙ propriis principibus reuerẽtiam & fidẽ seruare debemus, & qui nõ facit, apud Deum pręmia inueni re nõ potest: & sicut fidem & reuerentiã eis exhibere cogimur, vt extra de maio. & obed. solitæ. sic proprium eorum est, ut ecclesias tueant, & defendant. & probat per capit. administratores, ꝙ si non fecerint, a prælatis admoniti excommunicari poterunt, ut extra de offic. ordi. c. t. deinde probat, ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hęretici, & excommunicati, vsque ad § si uero rei.

Sexta quæstione qua quæritur, vtrum mali ad bonum sunt cogendi, docetur quod sic, ut supra quæstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hęretici rebus suis sint spoliandi, utrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorum possideant: & idem de Sarracenis, in not. supra prima quæst probatur multis auctoritatibus quòd sic, de hęreticis. excõmunicamus.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, utrum suę auctoritate, vel Romani Pontificis arma, uel bella inferre possint, docetur quod non, nisi hortando; sed illud officium alius committere debent. de hoc extra de excess. præla. capitu. ex litteris, extra de uoto, magnæ ad finem, & in no. ostendens esse differentiam inter prælatos, qui solis decimis & primitiis viuunt, & hi non ita se possunt armis immiscere nisi hortando, & illi qui castra & ciuitates tenent à regibus. hi habent ire ad exercitum, de licentia tamen Papę debent talia facere: quam differentiam probat decre. extra de maio. & obe. solitæ circa prin ci. Docẽs insuper qualiter tributa sunt licita & præstanda principibus & maioribus nostris: etiã ab ipsa nostra ecclesia ꝓ pace tenenda. extra de censib. c. in fi & de pœnitentia: quę imponit incen

diarijs

diarlis tractat. de quibus habetur extra de senten. excommu. c. tua. docens, quòd regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa, si multi vulnerant vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur, & videtur ꝙ quilibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

HÆc est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excommunicare, & soluitur ꝙ nec lapsus in hæresim antiquam, vel nouam, ex quo incepit eam prædicare est excommunicatus, nec potest excommunicare alium, quod multis cap. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus & in c. fin. de eo qui renunt. episco. & est ibi c. quodcunque ligaueris. illa summa qualiter illa verba quodcunque ligaueris, &c. extra. de sent. excom. c. a nobis, & illa summa de fide. ca. hæc est fides, quæ est extra de sum. trin. & fide cath. melius, sed pręsciti bene possunt baptizare, ut in ultimo. §. istius. imo & ordines conferre in forma ecclesiæ, ut sup. in quæstione super §. quid in fi. & c. sequentib. & de hoc extra de summa trinit. c. 1. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortem possit excõicari, & rãdetur ꝙ non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de sentent. excommu. a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, de hoc extra de sepul. ex litteris, & cap. a nobis præalleg.

Tertia quæstione, qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excõicanda. soluitur ꝙ non, per cap. si habes. Item ꝙ sententia excõicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorẽ suum, capitulo, de illicita. cum cap. sequent. & præcedenti. de hoc canetur extra de sent. excomm. sacro. & ca. cum medicinalis, lib. 6. Item tractat an nocentes, vel criminosi sunt maledicendi & primo quod non ad finem. § illicita. ergo vsque ad §. sed quid. deinde probat, ꝙ à sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excommunicatio. probans quòd medicinalis sit excommunicatio, per c. corripiantur, qua pœna nulla maior in ecclesia Dei, vt ibi. & quia nescitur quid de quolibet pariat futura dies, de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a capitu. quia vero. vsque in finem causæ. de hoc extra de hæret. per totum, & de schisma. &c.

Causa vigesimaquinta.

Sãcta Romana ecclesia quãdam ecclesiã muniuit suis priuilegijs, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

HÆc est vigesimaquinta Causa habens sub se duas q̃stiones, tractans quantã ptãtem habeat Romana ecclesia in concedendis priuilegiis aliis ecclesiis, q̃a in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesiæ, similiter in hac tractat plenius, de hoc extra de priuilegiis. per totum.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesiis de prædiis suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis. docetur primo quod non, docens, ꝙ Papa contra canones facere nequit. dist. c. sunt quidam & quod nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur, etiam usque ad effusionẽ sanguinis. & quod contra ecclesiam dispensare non potest, nec contra diuinas scripturas. de hoc extra de bigamis capitulo secundo. In contrarium tamen soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur, vt extra de priuilegijs in pluribus locis.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam derogẽt primis priuilegiis clericorum ecclesiæ baptismalis: docetur primo quòd non, & probat per multos canones, & leges inductas, C. de prec. impe. offeren. & si contra ius, uel utilitatem pub. & titu. sequen. & hoc verum est, nisi ex causa prius priuilegium perderetur, uel reprobaretur. de quibus causis habes extra de dec. suggestum, vel de illis, qui propter suam culpam amittunt suum episcopum. per capitulo Innocens. de hoc melius extra in capitulo prędicto, & de rapt. super literis, & de constitu. cum venissent.

Causa vigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuinceretur apud episcopũ correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

HÆc est vigesimasexta Causa, in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, pręmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur, & habet sub se septem quęstiones.

In prima quęstione quęritur, qui sint sacrilegi, docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quęstione, qua quęritur, an sit peccatum esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ non sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quęstione, quę simul tractantur, quarum prima est a quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera, docetur. Item quę dicitur fuisse matheseos, & quòd vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerunt illi Magi, qui eum prędixerunt, deinde saluati sunt. Item de natura Dęmonum, & qualiter futura prænoscant, ostendit.

Quinta quęstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicãdi, docetur quòd sic, extra de sortileg. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, vel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati à iure.

Sexta quęstione quęritur, utrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui, probatur quòd non, nisi à summo Pontifice, vel metropolitano, sed excommunicati à presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quòd reconciliatio publica, refectio chrismatis, & virginis consecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamen presbyteri excommunicatos à quolibet absoluunt, de officio ordinar. pastoralis, & capitulo conquerente. de sententia excommunicationis per totum.

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pœnitentia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ ubi canon non imponit eas. de his etiam quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per capit. tempora pœnitudinis, & c. sequenti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nā qui die Dominico studiose ieiunat, non creditur esse catholicus ostendēs ꝙ cum magno gaudio & affectu debent recipi pœnitentes, nec debent eis imponere onera grauia, per c. allega. de hoc extra de pœnitent. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit ꝙ dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa Vigesimaseptima.

Quidā uotum castitatis habens desponsauit sibi uxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima causa, hucusq; de negotiis, decætero de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cæteris de eo quotidie quæritur in iudiciis, in his decem causis sequentibus de matrimoniis tractat: & ille tractatus a causis nō separatur, & c. tractans de impedimento voti contra matrimonium.

In prima quæst. & secūda, de spōsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones in quarū prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quòd nō. de hoc clarius extra qui cle. vel uo. per totum. Item inter uiduas & moniales, quæ vouēt solenniter, & postea contrahunt, prosequitur. de hoc extra de reg. vidua, & punit eadem pœna eos, qui cum eis contrahunt, uel qui eas rapiunt, de hoc in præalleg. titulo, qui cle. vel vouen.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum puellæ alteri dispensatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere: tractat primo vtrum inter sponsos sit matrimonium, & probatur quòd sic per diffinitionem matrimonii, & per multa alia capitula, & sic soluitur quòd matrimonium est, sed non ratum, immo nō simpliciter coniugium, interserens quot bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quod unus coniugatorum, post carnis copulam sine consensu alterius nō potest ad religionem transire. de hoc melius extra de cōuer. con per totum, sponsi uero sic. extra de coniug. lepro ex parte. Item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum: sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cogno. consan. uxoris suæ, & de rapto. capitulo finali. Item quæritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sponsis, & soluitur, ꝙ ut eas habeant chariores ad finem soluit quæstio. ꝙ sponsa de futuro possit nubere alii, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa Vigesimaoctaua.

Quidam uir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est: uxor uero eius fidei odio Christianę, &c.

HAec est vigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles: & soluitur quòd sic, & vtrum si vnus infidelis conuersus fuerit ad fidē Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quòd non, nisi in casibus de diuor. quanto, & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, quia si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudęum: vt in capitulo Iudæa, & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quòd filii, qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quòd cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, nec balneari, quamuis cum paganis possumus, 11. quæstione prima, ad mensam, quia illi cibos nostros non discernunt a suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam, quòd si fidelis cum infideli contraha: matrimonium, quòd non ualet nisi infidelis conuerti voluerit ad fidem; designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod non est ex fide, peccatum est, & optime exponit quæ præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimonium admirari videtur Bern.

Secunda quæstio, qua quæritur, vtrum viuente uxore infideli aliam ducere possit, conuersus ad fidem catholicam, & videtur quòd non: nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ: quia tunc habet locum illa auctoritas, si infidelis discedit de hoc in prædictis capitulo, quanto & capitulo, gaudemus. circa finem: secus si unus fidelium transeat ad infidelitatis errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, qui vnā ante baptismum, & aliam post baptismum habuit. respondetur, quod sic. de hoc extra in præallegato capitulo, gaudemus. ad finem. & supra uigesimasexta distinctione per totum.

Causa Vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd à quodā filio cuiusdam nobilis in cóiugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore: & habet sub se duas quęstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrū sit matrimonium inter eum & eam, quem mulier credit liberum & nobilem: & tamen est seruus, respondetur quod non, assignans differentiam inter errorē personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui consensum coniugii non admittat. & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrū liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quē putabat primo liberum. Respōdet quod sic. nisi ex quo sciuit eum seruū cum eo habitare consensit. de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo probatur, quòd si seruus cum ancilla contrahit matrimonium, stabit, & tenet & nihilominus tenentur reddere seruitia dominis suis.

Causa Trigesima.

Quidam uir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere: uxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali proximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimoniis, & habet sub se quinque quæstiones.

AMPLEXVS. Quod amplexus personæ indebitæ præsumptionem inducit lasciuiæ 27. q. 1. nec aliqua. 31 dist. omnino.

ANGELVS. Quod Angelus creatus est in gratuitis de pœn. distin 2. §. principium enim.

Quod principium eius est dissimile principio hominis propter infirmitatem humanæ cōditionis de pœn. distin. 2. §. principium. ante me.

Quod in nouem ordinibus angelorum quantæ sint distinctiones ciuium supernorum, ostenditur de pœn. distin. 2. §. principium. circa medium.

Quod diuersitas Angelorum ordinum Deo obsequentium exemplar est hominibus, ut secundum diuersitatem graduum geratur administratio angelorum. distin. 89 ad hoc.

Quod ab angelis qui præsentes sunt nostris operibus, defuncti quandoque aliqua insinuantur. 13. q. vlti. fatendum. 50 dist. de his vero.

Quod angelus de cœlo quantumcumque de securo loco peccando cecidit. 40. dist. qualibet.

Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cœlo prosternitur. de pœn. dist. 2. circa principi. § quod ergo.

Quod boni angeli ex casu malorū quasi territi, à laude perfecta impediti fuerunt. de conse. distin. 1. hi duo.

Quod ad reparandum angelorum ordinem Deus hominem formauit de conse dist. 1. hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerunt. de pœn. dist. 2 §. quod autem, aliàs, quòd vero.

Quod angeli nisi essent in gratia firmati peccare possent ibid.

Quod angeli nec primus, nec alij sunt in gratia creati. de pœn di. 2. citius post med.

Quod angelus primus nō ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculū similitudinis Dei creatus asseritur. de pœ dist. 2. iuxta si.

Quod angeli tam boni, quàm mali per cœlum figurantur. de pœn. distin. 2. circa finem.

Quod angeli in cœlis gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonaginta nouē iustis, quia fortius homo resurgit post pœnitentiam. 5. dist. quia sanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio, & dæmonum confessio de Christi aduentu, multum distent 37 distin. si quid veri.

ANANIAS. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit, ponitur in exēplum his qui vouendo seipsos Deo, retrocedunt 17. q. 1. Ananias. 12. quæst. 1. dilectissimis, circa medium. 13. quæst. 4. quod Christus, §. potest. 22. distin. quod interrogasti in fine.

ANASTASIVS Quod Anastasius papa secundus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nutu percussus est. 19. dist. Anastasius 1. q. 1 dictum est in fine, & vide adnot. ad cap. Anastasius.

ANATHEMA. Quod anathema nihil aliud est quam separatio a Deo, & ponitur pro excommunicatione. 24 q. 3 certum est.

Quod anathema sit qui canonicæ electioni Romani pontificis contradicere, & resistere, aut ecclesiam Romanam inuadere, & in gradum filiorum eius prorumpere præsumpserit. 78. dist. si quis ex episcopis, & c. si ex sacerdotibus.

Quod anathema dāti, & anathema accipienti, hoc est simoniaca hæresis. 1. q. 1. quicunque sacros ordines & c. placuit.

Quod anathema nō solum a fraterna societate, sed etiam à corpore Christi, quod est ecclesia, & a consortio fideliū repellit 3. q. 4. cap. vlt.

Item sacramentorum perceptione, & sic est maior excommunicatio 5. q 2. præsenti. 17. q. 5. quisquis, §. si quis.

Quod anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticam violat 1. q 7. si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accusare non potest. 2. q. 7. in sanctæ 3. q. 4. nulli, & 6. quæst. 1. illi qui. & cap. omnes.

ANIMA. Quod anima corpori præponitur 31. dist. sedulo. 12. q. 1. præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter non viuit 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod anima non pōt in eo corpore dici, quod sensu caret 12. q. 3. quod vero non formatum.

Quod non infunditur nisi formato corpori. 24 q 2. quod vero non.

Quod non ex traduce, neque cum semine anima infunditur. 32. q. 2. quod vero non.

Quod ut nō credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolos non dicitur in sicco esse, sed in sanguine hominis habitare. 22. q. 2 c. Moyses, in fi.

Quod sicut anima est vita corporis, sic Deus est uita animæ, de pœ. dist. 1. resuscitatus. 6. item si antequā

Quod anima corpori vnita si baptismate lota non fuerit, æternaliter perit. 24. q. 3. si habes. in fine.

Quod magna quæstio est de anima. 32 q. 2 quod vero nō formatum.

Quod anima quæ peccauerit, ipsa morietur 34 q. 3 si habes.

Quod animarum saluti episcopus studere debet. 38. dist. petrus.

Quod animæ salus est aliquando mutare locum: dum enim mutetur locus, mutatur mentis affectus. 81. dist. valet.

Quod illa anima decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet, de pœnit. distin. 2. illa anima.

Quod animæ defunctorum quattuor modis soluantur 13. q. 2. animæ defunctorum.

ANNVS. Quod annus per quattuor voluitur tempora. 76. distin. cap. 1. & 2.

Quod annus noīe fati aliqñ appellatur. 2. q 6. ei qui. §. appellatore.

Item pro anno dies ponitur 35. q. 2. hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus.

ANTIOCHVS. Quod Antiocho vendente Iasoni sacerdotiū ignis qui septuaginta annis Babylonicę captiuitatis vixerat, in detestationem simoniæ extinctus est. 1. q 1. sicut eunuchus.

ANTIQVITAS. Quod antiquitas a sanctis patribus accepta, a modernis est obseruanda. 12. dist. ridiculum

Quod antiquitati defertur in multis scilicet in libris corrigendis. 9. distinctio. vt veterum.

Item in cōsuetudinibus sequendis 12. dist. consuetudo.

Item in dubijs determinandis 50. distinctio domino sancto. vigesima distinctio. de quibus.

Item in prælatis eligendis. 71. distin. statuimus

Item in testificatione. 35. quæst 6 notificamus.

Item in eleemosynis largiendis. 86. dist. consideranda.

Item in suspicionis remotione. 34. dist. fraternitatis.

Item in excusationis admissione. 8. dist. placuit.

Item in pœnę relaxatione, uel mitigatione 46. dist. tanta 26 q 7. tpa.

Quod antiquitas naturę ducit ad defectum. 23 q. 2. ancillam. 20. dist. de quibus.

Quod antiquitas culpę ducit ad interitū. 23 q 1. schisma. 2. q. 7 paulus

Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum sponsi. 61. distinctio. sponsus.

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus. de conse-cra.distinct.4.non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad pronosticandum : multa enim dęmones sciunt ex antiquitate. 26. q.4.sciendum.

ANTICHRISTVS. Quod antichristus vt facilius Christianos, & Iudæos ad ritum suũ attrahat, diem dominicum in fauorem Christianorum, & in fauorem Iudęorum sabbathum custodire faciet, de consecr.dist. 3 peruenit.

ANNVLVS. Quod sponsus sponsam annulo debet desponsare. 30. q.5.nostrates.

Quod annulus sponsę a sponso, & econtra datur in signum mutuæ dilectionis,& fidei coniugalis 30. q 5 fœminæ,circa finem.

Quod ideo annulus quarto digito a sponso sponsæ inseritur, vt sicut vena in illo digito cordi coniũgitur, sic eorum corda coniungantur, 30.q.5.fœminæ, in fine.

APPELLATIO. Quod appellatio est remedium quo causa vitiata subleuatur.2 q. 7.c 1.

Quod appellatur a minori ad maiorem gradatim dist. 90 prouinciæ. 2.q.6 omnes & cap si quis putauerit,cap. placuit cap. decreto. & cap anteriorum. § illo. 9 quæst.3. conquestus.

Quod ad Roma. sedem indistincte appellatur 2 q 6 si quis vestrum, & sex c seq & c.quoties episcopi.

Quod appellationi ad sedem apostolicam interpositę ab omnibus est deferendum 2.q.6. decreto.& ca. quoties episcopi.

Quod appellationis tempus decem dierum assignatur.2 q. 6.anteriorum.c omnino.

Quod tempus exequẽdi appellationem est annus, vel ex causa biennium 2.q.6 si quando, §.temporis.

Quod appellar potest post datam vel ante datam sententiam. 2 q.6. qui scit,§ patet.c. quoties episcopi,& c.si quis iudicem.

Quod ab eo à quo appellatum est debent dare litteræ dimissoriæ, q̃ dicuntur apostoli ei qui appellauit.2.q 6 post appellationem.

Quod ea pendente nihil innouatur. 2.q.6. appellatione interposita, & cap.seq.

Quod appellationi non deferens punitur.2.q 6. decreto, & c.quoties episcopi.

Quod processus post appellationem factus eneruatur. 2. q. 6. quoties episcopi.

Quod post secundam appellationẽ tertio appellans super eadem causa non auditur 2 q 6.si autem pro uocatum,§.si quis in quacumque.

Quod appellationi licet renuntiare. 2.q 6 si quando,§ si vero ia.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur.2.q 6.appellatione. §. forma.

Quod appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est 2. q. 6. non solent.

Quod si vnus appellat, prodest aliis in eodem crimine cum eodem condemnatis 2.q. 6. c si quando, §.quandoque.

Quod iudex à quo appellatur, non potest esse testis in causa appellationis.2.q.6.statutum.

Quod ab executore sententiæ non potest appellari nisi modum excedat executor 2.q.6.si quando,§.ab executore.

Quod possessore appellante bona sequestrantur.2.q.6.quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit nisi tempus redimere,non est audiendus.2. q. 6. quicunque.

Quod a iudicibus de communi consensu electis non licet appellare. 2.q.6.a iudicibus.

Quod iniuste, & frustra appellans punitur in quadruplum expensarum.2 q 6 omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciam se absentantis appellatione recipitur.2.q 6. si quando,§.sunt etiam.

Quod nec notorii malefactoris de crimine conuicti, vel confessi appellatio admittitur.2.q.6 si quando,§.sunt etiam.ver. nullus etiã.

Quod propter plura facinora condẽnatus : si a maiori appellauerit prætermissis aliis, est audiendus. 2 q 6.appellatione,§. si quis ex.

APOCHRYPHA. Quod apochrypha scripta dicuntur, id est, secreta: quia in secreto, & non in publico sunt legenda. 15. dist. & 17. per totum.

Quod apochrypha sunt quorum auctor secretus est: & quandoque si non ignoratur, tamen ab ecclesia non recipitur ibidem.

Quod apochrypha dicuntur quæ in ecclesia recipiuntur,sed in canone scripturarum non computantur,ibi.

APOSTATA. Quod apostata est trãsgressor legis suæ, eiusque uiolator.3 q 4 beatus.

Quod obseruans diuinationes, & sortilegia,sciat se a fide Christi apostatam,retro abeuntem 26.q vl ti.non obseruatis.

Quod fideles sub Iuliano apostata constituti obediebant sibi his quæ erant pro republica,non contra fidem.11.q.3 Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apostasiæ iudicabitur ex pœna Ananię 17 q 1.Ananias.32. q.7. qd in oibus.

Quod apostata a fide no admittitur in testimonium contra aliquem. 2 q.5.nõ potest.3.q.4 alieni. & duobus c.seq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur. 6. q. 1 .infames.3.q.4.alieni. & cap. si quis.

Quod apostasia religionis sit in post positione tonsuræ, & secularis vestis assumptione. 20. quęst. 3.si in qualibet.

Quod canonicus regularis si animi leuitate motus sine sui superioris licentia monachus efficitur, tamquam apostata redire compellitur,& punitur.19 q. 3. mandamus.

Quod vouere Deo religionem, & castitatem,& retrocedere damnabile est 17 q.1.qui bona.27. distin. virgines.20.q.1 puellæ. 32. q. 5. si Paulus post medium

Quod tales apostatæ priores efficiuntur aliis peccatoribus. 47. distin. quantumlibet.16.q.1.

Quod apostatis qui professi sunt, nõ redduntur bona quæ ad ordinem portauerunt. 27 q. vlti. quicunq; vult,§.vlt.

Quod apostatæ cogendi sunt ad redeundum.27.distin quod interrogasti 20.q. 1. quem progenitores. & q.4.si qualibet.& quæst. 3. proclíuus.

Quod reuersus in habitu, & stallo, & in aliis punitur.19.q 3. mandamus.

Quod redire contemnentes excommunicantur.26 q 2.si in qualibet. Item incarcerantur.45. dist. cũ beatus,§ Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagans.

APOSTOLICA. Quod apostolica sedes prælata est omnibus ecclesiis. 63 dist.quanto.

Quod ipsa est prima auctoritate, & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore.21. distin.nunc autem,24.q.1 rogamus.

Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit, nemo dubitare debet.22.dist.de Constantinopolitana.

Quod ipsius in iudiciis est maior auctoritas 9 q.3. patet,& c. ipsi sunt.

Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare 17.q. 4. nemini.21. dist nunc autem.

Quod immediate apostolicæ sedi subiecti, maxime qui propinqui sunt annue se debent præsentare circa idus Maii.93.dist.iuxta, & §. precedenti.

Quod in apostolicam sedem neuter illorum qui ex concertantium temeritate fuerit ordinatus, est permittendus permansurus 79.distin si duo.

Quod apostolica sedes peccatores,& contumaces ad salutem quoquomodo attrahere debet.17. distinct. nec licuit.

Quod sine apostolicæ sedis licentia cõpagnis, idest sodalibus diaconis,& clericis mappulis vti non licet 93.dist peruenit.2. & §. præcedenti, & c illud.

Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt congreganda.17.distin.multis,& c. regula,& cap.concilia.

Quod

Quod ad apostolicam sedem sunt dubia, & ardua referenda. 17. dist. nec licuit. 19. q. 1. frater. 24. q. 1. rogamus, & duobus c. seq.

Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur, & reprobantur. 19 dist. si Romanorũ.

Quod apostolicæ sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum. 3 q 6. dudum.

Item restitutio depositorum. 2. q. 6. ideo huic.

Item congregatio conciliorũ. ibid.

Item restitutio hæreticorum. 1. q. 7. conuenientibus circa princ.

Item exemptio episcoporum. 16. q. 1. frater.

Item determinatio quæstionum. in fide. 24 q 1. quoties.

Item mutatio episcoporum. 7. q. 1. mutationes.

Item diuisio & vnio episcopatuum. 16. q. 1 & temporis.

Item absolutio excommunicatorũ ab eodem 21. dist. inferior.

Item interpretatio antiquorum canonum & scripturarum 17. distin. nec licuit.

Item pallij datio. 100. dist. quoniam.

Item simoniacorum dispensatio 2. q. 3. Paulum.

Item nouarum & difficilium quæstionum diffinitio. 17. dist multis.

Item famæ restitutio. 2. q. 3. Euphemium. § hinc colligitur.

Quod Christianus peccatum infidelitatis, seu paganitatis incurrit, qui sedi apostolicæ obedire contemnit 81 dist. si qui sunt presbyteri in fi. 93. distin. qui cathedram. 22 dist. omnes siue.

Quod apostolicis nolens obedire præceptis a pontificalibus sit alienus officiis, & sit ruinæ suæ dolo prostratus. 9. dist. nulli fas. 22. dist. c. 1. & 19 dist. ita dominus.

Quod apostolicis præceptis non est superbe resistendum, sed eius iugum est pie tolerandum. 12. distin. præceptis apostolicis 19. distin. in memoriam.

Quod ab apostolicis non licet institutis recedere. 11. dist hoc & c. consequens.

Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda & ei obediendum est in memoriam B. Petri apostoli. Et quamuis iniustum videatur quod mandat intolerabile: tamen pia deuotione tolerandum est. 19. dist in memoriam & 31. dist. ante. 83. q 1. quid culpatur.

Quod ex apostolica tuba sonora prædicatione salus omniũ in vniuersum mundũ exiuit 19. dist. in memoriam. 43 dist. sit rector.

Quod quæcunque emanant ab apostolica sede, aut dicuntur decretales epistolę. 19. dist. cap. 1. & cap. in canonis.

Aut sanctiones. ea. dist. c. sic omnes.

Aut iugum vocatur. eadem dist. in memoriam.

Aut instituta & constitutiones, eadem dist. enimuero. & 20. distin. de libellis.

Aut præcepta. 19. dist nulli fas est.

Aut concilium 27. dist. regula.

Aut synodus, eadem dist. nec licuit. & c. multis.

De hac materia vide vbi agitur de ecclesia Romana, & de Papa, & de Dispensatione, & de sede Apostolica.

APOSTOLVS. Quod apostolos, idest, episcopos & presbyteros dominus elegit: diaconus aũt post ascensum Domini in cœlum apostoli sibi constituerunt episcopatus sui ministros 93. dist. dominus noster cap. pen.

Quod apostoli prius docti sunt a Christo, & postea ab ipso ad prædicandum missi in exemplum, q prędicatores prius sacris litteris debent insistere, ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. 36. dist § ecce.

Quod apostoli fuerunt pares Petro in apostolatu, sed non in administratione; & ipsum primum principem voluerunt: & septuaginta duos discipulos elegerunt: loco quorum successerunt episcopi. 21. distin. in nouo. & 22 distin. sacrosancta.

Quod apostolorum princeps Petrus factus est post peccatum in exemplum, q quantumcumq; magnus peccator post pœnitentiam non est repellendus a dignitate. 50 dist. considerandum.

Quod apostoli patres ecclesiæ fuerunt: pro quibus nati sunt ei filij, scilicet episcopi 60. dist. quorum.

Quod apostolorum tempore spiritussanctus visibiliter operabatur in sacramentis. 1 q 1. multæ.

Quod apostolorum tempore multitudinis credentium erat cor vnũ: & nihil erat eis proprium, sed erant eis omnia communia: & omnia ante eorum pedes ponebantur: quia instante persecutione ea possidere eis non licebat. 12. q. 1. dilectus.

Quod apostoli vxores suas quas ante apostolatum duxerunt, sine carnali commistione circũducebant, vt mercede prędicationis sustentarentur ab eis. 31. dist. omnino.

Quod apostoli prædia in Iudæa minime possederunt, sed vendiderunt, & pretia eorum tantummodo ad fouendum egentes seruabant: quia futuram ecclesiam in gentibus præuidebant. 12 q. 1. futuram. & c seq.

Quod apostolos dominus ad prædicandum misit sine auro & virga, vt ab eis incentiua litis, & instrumenta tolleret vltionis. 11. q. 3 ita sæpe.

Quod ipsis omnibus sacramentorum dispensationem commisit. 19. dist. ita dominus.

Quod Christus ipsis vindictam prohibuit: quoniam eos volentes Samaritanos per ignem consumere, compescuit. 23. quæst. 4. quod Christus.

Quod regulares imitatores Apostolorum sunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuum est. 12. q. 1. dilectissimis, 16 q. 1 ex auctoritate.

Quod epi & superiores quantum ad dignitatem, & omnis presbyter quantum ad Eucharistiæ confectionem, & ligandi & soluendi potestatem habent dist. 12. in nouo. 11. q. 3 absit, vt quidquam.

AQVA. Quod aqua cum sale omnibus sacerdotibus benedici præcipitur. de conse. dist. 3 aquam.

Quod in sabbato sancto ante chrismatis immissionem propter aspersionem debet accipi. de conse. dist. 4 in sabbato sancto.

Quod eius, qui huius virtute aspergitũ, venialia delentur, & insidiæ diaboli cum phantasmatibus fugantur. de consecr. dist. 3. aquam.

Quod huius institutionis efficacia in veteri lege est multipliciter prę figurata de conse. dist. 4 nec quemquam.

ARBITER. quod arbitri sunt qui consensu litigantium in iudices eliguntur, vt ipsorum sententiæ stent 2 quæstio 6 a iudicibus. §. quod de arbitris. xi. quæstio. 1. § clericus

Quod non licet ab ipsis appellare. 2. q 6 a iudicibus ver. arbitrarii. & c. placuit 2.

Quod nullus potest esse arbiter in ea causa in qua est iudex. 3. q. 7. infamis ante fi. § si quis vero.

Quod seruus arbiter esse nõ potest. 3 q 7. infamis in fi.

Quod infamis in arbitrio non excluditur, nec etiam filius in re patris. 3 q 7. infamis circa fi.

Quod arbitrii liberi nos condidit Deus, vt nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahamur. de pœn. dist 2. vt cognouerunt. § liberi circa finem

ARCHIDIACONVS. quod archidiaconus nemo debet esse nisi sit diaconus. 60. dist. nullus episcopus duobus c seq.

Quod debet tali conferri cui ętas debita cum prudentia, & vitæ merita suffragatur. dist 60 innouamus. dist 93 degimus post med.

Quod archidiaconus est coadiutor episcopi in ordinatione clericorum 23 dist subdiaconus. & c. seq.

Quod archidiaconi interest ministros ecclesię, & parochiarum, ut officia sua diligenter expleant commonere. 25. dist. perlectis. §. hi sunt.

Quod ipsius est de archipresbytero prouidere 63. dist. si in plebibus.

Quod nõ debet ab archipresbyteris vel presbyteris pecunias vel alias extorquere 94. dist. dictum.

Quod non debet præbendas, vel ecclesias

clesias cum cura animarum sine consensu episcopi conferre. 16. q. 7. nullus omnino.

ARCHIEPISCOPVS. Quod archiepiscopus Græce, summus episcoporum dicitur Latine, 21. distinct. cleros.

Quod archiepiscopus ante pallij receptionem, nec se debet vocare archiepiscopum, nec ea quæ sunt pontificalis dignitatis debet exercere. 100 dist. quoniam quidam.

Quod vltra tres menses consecrationis suæ non debet differre pro pallio laborare 100. dist. quoniam quidam.

Quod accipiens pallium, primo fidem catholicam debet profiteri, & iurare statuta sedis apostolicæ, & conciliorum principalium custodire 100. dist. quoniam.

Quod non potest vti palio nisi intra suam prouinciam, & hoc tantum in missarũ solennijs. dist. 100. dist. pallium tibi. & c. contra morem.

Quod archiepiscopus debet primatibus obedire. 99. dist. c. 1.

Quod episcopi vocati sunt in partẽ solicitudinis archiepiscopi. 9. q. 3. c. 1. & c. seq.

Quod archiepiscopi interest episcopum confirmare & consecrare. 64. dist. episcopi. c. extra. 15. distin. non debet.

Quod ipsius est cogere omnes sub eo diœceses, vt in officio diuino decantando a metropolitana ecclesia non discrepent. 12. distin. de his qui.

Quod episcopi prouinciales debent interesse electioni & confirmationi archiepiscopi. 63. dist. metropolitano. 66. dist. archiepiscopus.

Quod archiepiscopus nõ nisi in sua ciuitate debet a prouincialibus episcopis ibidem conuenientibus consecrari. 51. distinct. qui in aliquo, in fine.

Quod excessus suffraganeorum suorum potest punire. 12. distin. de his qui. 2. q. 3. quia.

Quod omni anno semel prouincialem synodum tenetur facere: sed ibi de suffraganeorum rebus nil dêt extorquere. 18. dist. quoniam.

Quod ipsius est causas dubias suffraganeorum diffinire, alioquin debet eos sedi apostolicæ transmittere. 18. dist. de concilijs 6. q. 4. si inter episcopos.

Quod archiepiscopus non debet iudicare causas eorum qui subsunt episcopis, nisi per consultationem vel per appellationem ad ipsum fuerint deuolutæ 17. dist. multis. 6. q. 3. scitote. 9. q. 6. per peregrina. 9. q. 2 conquestus.

Quod archiepiscopus pôt absoluere quem suus suffraganeus excõicauit ordine non seruato. 11. q. 3. si episcopus forte 2. q. 1. nemo.

Quod de his quæ sunt vtrique cõia, archieps sine consensu epi non debet se intromittere. 9. q. 3. c. 1.

Item nec de his, quæ sunt specialia episcopi, sicut beneficia conferre, deponere, & excõicare, & huiusmodi nisi ad ipsum fuerit appellatum. 9. q. 2. nullus primas. 6. q. 3. scitote. 9. q. 3. conquestus.

Quod si negligẽs esset suffraganeus: præmissa trina admonitione archiepiscopus potest se de aliquibus intromittere. 9. q. 3. cum simus & c. per principalem.

Quod archiepiscopus suam prouinciam diuidere non potest, nec possunt esse duo archiepiscopi in vna prouincia 101. dist peruenit.

Quod solus papa suffraganeum à iurisdictione ipsius eximit. 16. q. 1. frater noster.

ARMA. Quod arma victoriæ antiquorum patrum sunt nobis in exemplum spiritualium bellorum, & victoriarum. 23. quæst. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt in ecclesia legi Iudæorum historias, vt p eas ad arma spiritualia infor memur. 23 q. 1. nisi bella.

Quod contra arma persecutorũ clericus debet se munire armis orationum & lacrimarum 23. q. 8. nõ pila quærant. & c. conueniot. ante med. dist. 36. c. vlt.

Quod Christus in Ægyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Iudæorum cedens, docuit non arma armis, sed fugã persequentibus opponi. 23. q. 3. c. 1. §. 1. per totum.

Quod ideo dictum est Petro, Cõuerte gladium tuum in vaginam, ut clerici & prælati armis bellorum nõ vtantur 23. q. 8. cum a Iudæis. & tribus c. seq.

Quod ecclesia cum a paganis impugnatur, non corporalia arma, sed Christum patienter expectat. 10. q. 3. porro.

Quod laicis ecclesiam, patriam, & socios defensando, licet arma sumere. 23. q. 3. per totum.

Quod prælatis & clericis licet laicos hortari contra inimicos fidei, & contra oppressores. 23. q. 8. igitur. & cap seq.

ARGVMENTATIO. Quod argumentatio quandoque fit de minori ad maius. 38 dist. si in laicis.

Item a maiori ad minus. 32. q. 5. si Paulus.

Item a toto ad partem. 13. q. 5. pænale. circa prin.

Item a parte ad totum. 32. q. 4. meretrices.

Item a nominis interpretatione. 16. q. 1. placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate. 32. q. 1. dixit.

Item a simili. 2. q. 6. qui se scit. 2. q. 1. multi. in fi.

Item ab oppositis vel contrariis. 8. q. 1. sciendum.

ARROGANTIA. Quod arrogantes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes, humiliter nesciunt inferre quod docent. 46. dist c. 1. & seq 49. distin. hinc etenim, circa med.

Quod nihil est impudentius arrogantia rusticorum. 46 dist. c. 1.

ARS. Quod ars liberalium artium debet diligenter doceri, quia per eam manifestantur diuina mandata. 37 dist. de quibusdam.

ASPERITAS. Quod asperitas immoderata correctionem non inducit, nec salutem 45. distin. cum beatus. & cap. recedite & cap. qui syncera. 23. quæst. 1. paratus, post med.

Quod neque multa asperitate exulcerandi sunt subditi, neque nimia benignitate dissoluendi. 45. dist. disciplina.

De hac materia habes vbi agitur de correctione, & austeritate.

AVARITIA. Quod auaritia, quę instituit meum, & tuum, est iuri naturali contraria, quod dictat omnia communia. 8 dist. differt. 47 dist. sicut. 12. q. 1. dilectissimis. & c. duo.

Quod ipsa in terrenis rebus ad sufferendum aduersa fortes facit, in cœlestibus debiles. 47. distinctio. omnes.

Quod excœcat rationem, & gratius intuetur aurum quam solem. 48. dist. sicut, & 17. dist. nonne.

Quod auaritia dicitur idolo atria vel fornicatio. 28. quæst. 1. idololatria. 1. quæst. 1. cum omnis

Quod auaritia facit adulari regibus vt hęreditates captent aliena. 87. dist. nonne.

Quod hæreticus inscius auaro scienti coæquatur. 6 quęst. 1. quæro.

Quod clericis, & maxime prælatis inhibetur. 33. distinct. his igitur. 1. quæstio. 1. cum omnis. 2. q. 1. sunt in ecclesia. 10. q. 1. relata. 12. q. 2. gloria.

Quod clericus aliena rapere conuincitur, qui sibi vltra necessaria retinere probatur. 42. distin. c. 1. & 47. dist sicut hi.

Quod pœna auarorum innuitur. 14. q. 4. ministri. 16. q. 1. reuertimini. post med. & c. seq. circa. fi.

AVDACIA. Quod audacia humana per leges coercetur institutas. 4. dist. factæ sunt.

AVCTORITAS. Quod auctoritas regalis, & sacerdotalis tenetur defendere res ecclesiæ. 23. q. 5. res autem omnes.

Quod auctoritate sacra pontificũ regitur iste mundus. 97. distin. duo sunt.

Quod plenam auctoritatem habent rectores sedis apostolicæ. 11. distin. consequens. & c. seq.

Quod longæuę consuetudinis non vilis auctoritas est, dummodo canonibus non sit contraria. 11. dist. consuetudinis.

Quod auctoritati legis cedere debet vsus siue consuetudo praua, maxime

xime sedis apostolicæ.11.dist. c.1. & cap.seq.

AVGVRIVM Quod augurium quod fit in consideratione auiũ ad scientiam futurorum, est ex tra ditione malorum angelorum.26. q.ii.qui sine.

Quod hanc artẽ excercere uanitas est & superstitio 26.q.ii.sed & illud.

Quod idololatriæ cultus est augurii superstitionibus implicari 26.q.ii. sed & illud.

Quod auguriis deseruiens est ab ecclesia separandus. 26 q.5.auguriis.

AVSTERITAS. Quod austeritas indiscreta in uigiliis,& orationibus reprehenditur.de conse.dis. 5.non mediocriter.

Quod melius est per mansuetudinẽ peccatores ab errore, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere.45.dist. recedite.

Quod cum austeritate imperant qui subditos suos non cum tranquillitate corrigere, sed aspere reflectere festinant.45. dist.cap.vera iustitia.

Quod quia Deus benignus est, dispẽsator eius austerus esse non debet. xxvi.q.7.alligant.

AVRVM. Quod aurum habet ecclesia, ut egentium necessitati,& sibi & captiuorum redemptionibus deseruiat.14.quæst. ii.per totũ cap.

Quod sicut auri fulgor præualet metallo plumbi, sic pontificalis dignitas præualet regum diademati.96.dist.duo.in fi.

Quod ideo Christus sine auro apostolos ad prædicandum misit, ut ipsis subtraheret causam litis.13.q. 3.ira.

Quod cum episcopatus auro emitur, anima perditur. 1.q.1.cum ordinaretur.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem.47.dist. sicut.

Quod auro cito uioletur iustitia.11. q.3.

AVXILIVM Quod auxilium ecclesia contra hostes non propter ultionem, sed propter defensionẽ potest petere a principe xxiii. q.3. Maximianus.

Quod ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis utilitati multorũ seruetur, sicut Paulus apostolus fecit, utile est petere auxiliũ .xxiii. q.3. sex differentiæ, post medium.

Quod episcopi tenentur mutuo sibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda.90.dist præcipimus. & cap.se.

Quod infirmante episcopo ipsi uicini in his quæ spectant ad officiũ Pontificale, auxilium debent ferre 7.q.1.pontifices.ca.3 &c.quam uis

Quod sacerdos qui fuerit de collegio, si in aduersitate suæ ecclesiæ ab auxilio se subtraxerit , magis schismaticus quam sacerdos iudicabitur.7.q.1 nulli.

Quod in præsenti vita consiliorum, & orationum mutua auxilia possunt fieri.13.q.ii.in præsenti de pę. dist.6.§.1.ante med. de consec.dis. 4 quæris.

Quod oppressis non ferentes auxilia cum possint peccant,23.q 3.ostendit & c.non in inferenda.

Quod in damnum alterius nulli auxilium est dandũ.14.q 5.denique.

Quod malefactoribus auxilia non sunt ferenda.14.q.5.per totum.

De hac materia require in titulo de adiutorio.

ASTROLOGIA.Quod astrologia quia nihil confert ad salutẽ, sed potius mittit in errorẽ, a quolibet fideli est postponenda. 37.dist. legimus.§.sed cõtra,26.q.ii. illud quod,circa fin.

BABYLON. Quod Babylonis filia anima esse dicitur , quæ propter lubricas cogitationes filia Dei esse desinit.de pę. dist.3.in salicibus.

Quod amisso gloriæ virginalis designatur in ignominiosa destructione Babylonis.32.q.5 si Paulus, post medium.

Quod ignis qui per septuaginta annos Babylonicę captiuitatis uixerat Iasone vendente sacerdotiũ, in detestationem simoniæ extinctus fuit ii. quæst. 1. sicut eunuchus.

BALAAM. Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab asina corripitur , ponitur in exemplum quod prælatus propter culpam a subdito, & doctus ab indocto potest argui. ii. quæstio. 7. secuti . & cap.nos si incompetenter. & cap. Paulus 2.

BALNEARE. Quod balneare se, perfectis & religiosis licet.24 q. 1.omnis.

Quod in die dominico balneum cõceditur, dummodo nõ fiat per uoluptatem, sed pro necessitate.de consec.dist 3.peruenit.

BALSAMVS. Quod balsamus a clericis sicut chrisma uel baptismus non debet uendi. 1. quæstio. prima, dictum est solere & ca.quibusdam.

Quod episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamum tenentur comparare.1.q.1 statuimus. 1.

Quod episcopus qui balsamum benedictum uendit, simoniam committit, & damnationem perpetuã incurrit.1. q. 1. placuit ut nullus episcoporum.

BAPTISMVS. Quod baptismus triplex, scilicet salutaris specificatur, videlicet fluminis, flaminis,& sanguinis de consecr distinct 4 baptismi . & cap. catechumenum.

Quod tunc prodest sanguinis,& flaminis, cum baptismum fluminis non contemptus religionis , & articulus necessitatis excludit. de consec.dist. 4. baptismi uicem . §. quantum itaque.

Quod latro baptismo flaminis & sãguinis baptizatus est quãdo Christum in cruce confessus est.de pę. dist.7.nullus expectet. circa prin. §.vlt.

Quod baptismus fluminis sumpsit simpliciter virtutem ex passione Christi.de conses dist.4.proprie.

Quod Pharao in aqua submersus designat quod diabolus omnes vires amittit in aqua baptismatis. de consec.dist.4. nec quamquam, antea fin.

Quod baptismi est multiplex prærogatiua.uidelicet quia potest suscipi sine aliis sacramentis sed non alia sine eo.1.q.1. si quis per ignorantiam.

Item quia potest dari a quocunque quod non alia.32.dist. c.præter,§. verum,& § porro per totum.

Item quia est fundamentum, & ianua aliorum sacramentorum .de conse.dist.4.cum itaque.in fi.

Item quia sine eo salus non habetur de conse.dist.4. firmissime.

Item quia per ipsum originale,mortale,& veniale peccatum remittitur, non sic per alia de consec.dist. 4.regenerante, &c.sine pęnitentia.

Item carens eo non potest quis contrahere cũ christiana 28. q 1 caue.

Quod sine inuocatione trinitatis nõ est baptismus.de consec.dist.4.si reuera & cap.in synodo.

Quod uerus est baptismus , licet per imperitiam uerba substãtialia corrupte proferantur. de consec.dist. 4.retulerunt.

Quod accedit uerbum ad elementum,& fit baptismi sacramentum. 1.q.1.detrahe.

Quod non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismo operatur.de consec dist.4. baptismus.

Quod character baptismi non perditur per peccatum. 1. q.1. quòd quidam.ante medium.32.q 7.licite.

Quod baptismus paruulis valet ad salutem,etiam si non secta intentione offerantur de conse. disti. 4. non illud.

Quod in baptismo spiritualiter renascitur homo . & membrum Christi efficitur de conse.distin. 2.quia passus . circa fi. & de conse.disti.4. ad hoc.

Quod nullus potest saluus fieri, si contemnit baptizari. 15. q.1. firmissime.

Quod in hoc quod Christus mundus a peccato baptizari uoluit , exemplum baptizandi nobis in peccato natis dedit .de consecra. dist 4.si baptizata est & c.non regenerabuntur.

Quod apostoli fuerunt baptizati tempore Christi.de conse. distin.4. quando, & c.seq.

Quod uerus baptismus non tantum cõsistit in ablutione corporis, quam tum

tum in fide cordis: & baptismus delet nõ solum originale sed etiã actuale peccatum, de consecr. dis. 4. regenerante.

Quod excepta necessitate baptismus à sacerdotibus debet dari 93. dist. diaconi. de consec. dist 4. constat.

Quod baptizandos catechizandi & exorcizandi debet præuenire officium, de conse. dist. 4. siue paruuli. vsque ad c. uenit sacerdos.

Quod expositio signorum, sufflationum, & vnctionum, & quorumlibet aliorum quæ in exorcismo & catechismo geritur, ponitur. de cõsec. dist. 4. postea, usque ad c. uenit, & c. 1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptismũ, de consec. dist. 4 prima. in fine.

Quod baptizandis adultis indicatur pœnitentia interior, & non exterior, de consec. distin. 4. omnis, & duob. c. seq. & c. sine pœnitentia. ibi.

Quod excepta necessitate, generalis baptismus non debet fieri nisi statutis tẽporibus, scilicet in Pascha & Pentec. de consec. d. 4. non ratione. vsque ad c. constat.

Quod in primitiua ecclesia non licebat nisi prædictis tẽporibus baptizare: modo in necessitate licet omni tempore, & in omni aqua, de consec. dis. 3. celebritatem.

Quod antiquitus baptizãdus dabat votum suum in scriptis. 2. q. 1. legum.

Quod paruuli si ante baptismum decedunt, propter originale peccatũ damnantur. de conse. dist. 4. firmissime.

Quod ordinatus antequam baptizatus nihil accipit, 1. q. 1. si quis per ignorantiam.

Quod baptismus non tollit irregularitatẽ bigamiæ, 34. dist. si quis viduam.

Quod sacerdos vadens ad baptismũ semper chrisma debet portare secum, de consec. dist. 4. nullus ministrorum.

Quod adulti fidem suam ante baptismum debent profiteri. de consec. dist. 4. prima.

Quod paruulis prodest fides offerentium, de conse. dist. 4. illud perscrutari, & c hi, qui apud.

Quod perfidia parentum non obest baptizandis sicut fides prodest, de consec. dist. 4 quæris à me.

Quod monachi in suis monasteriis baptisteria habere prohibentur, 18. q. 2 pridem.

Quod nõ licet monacho baptizare, vel pueros de baptismo suscipere. 16. q. 1. placuit communi, & c. ex auctoritate.

Quod nõ licet abbati vel monacho de baptismate alios suscipere nec commatres habere, de conse. d. 4. non licet, & c seq.

Quod in necessitate licite recipitur baptismus a quocunque, 24. q. 1. si quem. 32. q. 4. iste, & c seq. de consec. dist. 4 constat.

Quod etiam si in necessitate a patre conferatur carnali, non ideo pater in matrimonio suo impeditur 30. q. 1. ad limina.

Quod a Pagano Vel Iudæo si in forma ecclesiæ datur, verus est baptismus. de consecr. dist. 4. Romanus.

Quod a schismatico hæretico si in forma ecclesiæ datur, similiter recipitur. 1. q. 1. dictum est a domino. §. quod uero. cum duob. c. seq.

Quod a quocunque malo & peruerso homine, dummodo non peruerse detur, recipitur, 19. dist secundũ de consec dist. 4. si inter. & duob. c. seq.

Quod quãdoque baptizatur quis in fide dantis, cũ scilicet fidelis adultus baptizat infantem, de consecr. dist. 4. constat.

Quod baptizatur quis in fide tantũ accipientis, vt cum adultus contritus recipit ab infideli. 1. q. 7. qui in qualibet.

Quod baptizatur quis in fide tantũ patrinorum cum paruulus fideliũ præsentatur hæretico baptizãdus, 1. q. 4. placuit.

Quod qui ab hæreticis scienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impositionem manus sunt ecclesiæ reconciliandi. 1. q. 1. quod quidam dicunt, de consec. dist. 4. quamuis.

Quod baptismus simulatorie vel pro sanitate temporali acceptus uerus est, nec reiteratur, de consec. dist. 4. solet etiam, & duob. c. seq.

Quod talis baptismus nõ prodest ad salutem nisi simulatione cessante, de consec. dist. 4. tunc valere incipit.

Quod Simoni mago qui simulatorie baptizatus fuit, & post non pœnituit, baptismus nõ profuit, 27. dist. quod interrogasti.

Quod baptizans & de baptismo suscipiens dicitur pater spiritualis. 30. q. 1. ad limina §. filia.

Quod baptizandus potest ter uel semel immergi secundum diuersas consuetudines terrarum, de cõsec. dist. 4. de trina. & 5. dist. c. seq & c. propter vitandum.

Quod totum corpus est in baptismo immergendum, de conse. distin. 4. prima igitur.

Quod baptizata muliere prægnante fœtus in ea non baptizatur, de cõsec. dist. 4. si ad matris, & duobus c. seq & c si baptizata.

Quod in dubio quisque baptizari debet, de consecr d. 4 paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non potest de fonte suscipere, de conse. dist. 4. in baptismate.

Quod baptizatum non debent plures accipere quam vnus, de consecra. dist. 4. non plures, & c in catechismo.

Quod non decens est, licet non sit prohibitum coniuges simul alterius puerum de baptismo leuare, 30. q 4. quod autem.

Quod vno coniugum suscipiẽte puerum alterius in baptismo, vterque fecisse iudicatur, & vterque compater efficitur, 30. q. 4. sciscitatus, & c. si quis.

Quod an valeat reddere debitũ mulier, quæ proprium filium leuauit de baptismo, vide 30. q. 1. per totum.

Quod in baptizatis manet concupiscentia licet attenuata. de consec. dist. 4 per baptismum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidem quam pro ipsis offerentes spopõderunt, de conse. dis. 4. paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptismo spopõderunt, tenẽtur omnes symbolum & orationem dominicam, & alia bona informare, de consecr. distin. 4. uos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizans, quia ex necessitate videtur fecisse, nõ debet ordinari, 57. dist. si quis in ægritudine.

Quod qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pœnitentiã reformatur, de consec dist. 4. eos quos.

Quod catholicum rebaptizare scienter, manifestissimum scelus est, de consec. dist. 4 rebaptizare.

Quod præcisi siue aliter apostatantes in fide, non sunt rebaptizandi, ne fiat iniuria characteri imperatoris, 23 q. 7. quemadmodum mẽbrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur & punitur, de consec. distin. 4. qui bis, & c seq.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 51. dist. qui in aliquo, 50. dist. confirmandum est, in fi.

BEATITVDO. Quod beatitudo paradisi cœlestis a nemine extra ecclesiam posito percipitur, de consec. dist. 4. ecclesia paradiso.

Quod beatitudo est reuelatio gloriæ magni Dei, & Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, de consec. dist. 5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna solummodo membris Christi paratur, de pœn. dist. 1. omnis qui non diligit.

BELLVM. Quod bellum in hac vita duplex exercetur, scilicet carnale, & spirituale, 23. quæst. 1. nisi bella.

Quod a perfectis bella carnalia non sunt peragenda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios dissuadenda. 23 q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt legi in ecclesia historias Iudæorũ, ut per bella ipsorum quæ gesserũt ad bella spiritualia informemur, 23. q. 1 nisi bella.

Quod ideo bella carnalia plerumque geruntur, ut ad pietatis iustitiæque societatem uictis facilius

consu-

consulatur. 23. q. 1. paratur. in fi. & cap apud.

Quod sicut antiquitus ducibus concessum fuit bellare, sic & modernis, dummodo non bellent desiderio fundendi sanguinem, sed rempublicam pro fide Christi ampliandi, 23. q. 4. si non. & c. displicet, & q. 1. noli.

Quod dicitur iustum bellũ, & quid sit, multipliciter insinuatur 23. q. 2. per totum.

Quod iustum bellum dicitur intuitu præcipientis, qui ipsius ordinariam habet potestatem, 11. quæst. 3. Iulianus.

Quod dicitur iustum bellum intuitu obedientis, vt sit qui obtemperare debeat, 23. q. 1. quid culpatur. & q 8. conuenior.

Quod iustum bellum dicitur intuitu illius contra quẽ fit si meruit, 23 q 2. c vlt & q. 5. de occidendis.

Quod iustum bellum dicitur intuitu eius propter quod fit, puta propter iniuriam propulsandam, vel vindictam inferendam, 23. q. 5. cum homo.

Quod iusta bella pro pacis studio geruntur, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, 23 q. 1. apud veros, & q 4. displicet.

Quod intentio mala licitum bellũ facit iniustum 23 q. 1. militare.

Quod non pax quæritur, vt bellum exerceatur: sed bellum geritur, vt pax acquiratur 23 q. 1. noli.

Quod capto hosti in bello est miserandum, dummodo futurum periculum non timeatur 23. q. 1. noli, in fi. & q. 4 est iniusta.

Quod Sarraceni bellantes contra Christianos iuste a Christianis impugnantur. Iudæi vero quia seruiunt patienter, sustinentur. 23. q. 8. dispar.

Quod possessiones ecclesiarum materiali gladio de mãdato ecclesiæ defendi debent, 15. q. 6. auctoritatem. 23 q 3. Maximianus.

Quod bella pro ecclesia sumpta, & contra excõicatos, & infideles meritoria sunt, 23. q. 5. omnium. & duobus c seq. & q 8. vsque ad § ecce. & q. 4 si ut eccelientiam.

Quod morientes in bello ecclesiæ saluantur, 23. q. 5. omnium. & q. 8. omni timore.

Quod an episcopo liceat ad bellum proficisci sine licentia Papæ. 23 q. 8. si vobis & c. si quis episcopus.

Quod in hoc ꝙ Moses alijs pugnantibus non se immiscuit, sed orauit, exemplum dedit quod prælati bellare non debent, nec belli interesse 36 dist. si quis vult. 16. q 3 porro. 23. q. 8. c. 1. cum tribus seq. & c. conuenior.

Quod prælati propter possessiones temporales principibus obnoxij sunt tributa bellorum siue aliarum rerum exoluere 23. q 8. & ecce. & c seq. vsque ad §. quamuis. & c. si vobis.

BENEDICTIO. Quod benedictio solennis super plebem tantum datur ab episcopis. 26. q. 6. ministrare. de consecr. distin. 1. cum ad celebrãdas.

Quod non solennis potest dari a sacerdote celebrante præsente episcopo, sed non sine eius mandato. 21. dist. denique.

Quod episcopus officio expleto debet dare benedictionem. de conse. dist. 5. conuenit.

Quod lectoris lectionẽ benedictio debet dari. 21. dist. denique.

Quod sacerdotis est benedicere, sed Dei est effectum benedictionis tribuere 1. q. 1 dictum est a domino.

Quod consequens non est vt presbyter alijs benedicat, qui sua vulnera non curat. 28. dist. presbyterum.

Quod minor maiori benedictionẽ non debet dare. 21. dist denique.

Quod die Dominica populus de missa ante benedictionem sacerdotis egredi non præsumant. de consec. dist. 1. missas die & c. seq.

Quod populus non debet detrahere sacerdotibus, a quibus capit benedictionem. 6. q. 1. sacerdotes, 38. dist. seriatim.

Quod coniugium non benedicitur a sacerdote, nisi virgo contrahat 32 dist seriatim.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debeat in virginitate permanere, 23. dist. sponsus.

BENEFACERE. Quod benefit etiam inuitis, quorum vtilitati potius consulitur quam voluntati, 23. q. 1. paratus. post medium, 45. dist. & qui emendat.

Quod benefacit quis latroni membra auferendo: quia ex hoc cogitur a malo opere cessare, 23. q 3 si qs.

Quod medicus benefacit phrenetico ipsum ligando, & pr̃ filium indisciplinatum castigãdo, licet ipsis inuitis, 23. q. 4. ipsa pietas & c. seq q. 1. c paratus ante fi. 5. q. 5. non omnis & c. seq.

Quod benefacere non debet quis alicui in damnum alterius, 13 q 5 denique, & c. forte.

Quod clericis maxime Deo seruientibus benefieri debet 1 q 1 Christianis, 12. q. 1. quia tua.

Quod qui non ex amore, sed timore benefacit, reputatur non facere, 23. q. 5 ad fidem 32. q 5 sicut enim. de consecrat. dist. 5. quicquid. 86. dist. non satis.

Quod benefaciẽti si ex hoc aliquod malum præter suam voluntatem contigerit, non imputatur, 23. q. 5. de occidendis. in fi.

BENEFICIUM. Quod bñficia ecclesiæ danda sunt clericis quibus parentum bona non suffragantur, 1. q 2. clericos, & c. seq.

Quod illis debentur clericis qui in ecclesia vigilanter deseruiunt, 1. q 2. clerici, 86. dist. non satis.

Quod qui parentum bonis sustentari possunt: si beneficia ecclesiastica suscipiunt sacrilegium cõmittunt, 1. q. 2. clericos. & cap. seq. & cap si quis.

Quod prælatus in beneficio conferendo potius debet attendere vitæ meritum, quam consanguinitatis gradum, 8 q. 1. Moses.

Quod sicut anima non viuit corporaliter sine corpore, sic ecclesia nõ proficit sine beneficiis corporalibus, 1. q 3. si quis obiecerit.

Quod pro beneficio ecclesiastico nõ pastillum, nec aliud quantumcũque minimum dare debet, 1. q 3. si quis obiecerit.

Quod illi qui emunt vel vendunt ecclesiastica beneficia, simoniam incurrunt & beneficio frustrantur, 1 q. 3 si quis dator. & c sequẽ.

Quod quia beneficia ecclesiastica domini Dei sunt, ideo vendi nõ possunt, 1. quæst. 3. saluator. ante medium.

Quod clerici criminosi beneficiis ecclesiasticis sunt priuandi, 81. d. c. si quis amodo.

Quod presbytero irregulari beneficium suum ecclesiæ ex dispensatione conceditur, 50. dist. studeat.

BENIGNITAS. Quod benignitas nimia non dẽt resoluere subditos, nec nimia asperitas exulcerare: 45. dist. disciplina, & cap. qui syncera, & c. licet nonnumquam. & c sunt namque.

Quod multa agenda sunt cum inuitis quadam benigna asperitate, 23 q. 1. paratus.

Quod benignitas seruanda est in correctione, 23. q. 4. quod Christus. 45 distin licet nonnumquam.

BIGAMUS. Quod bigamus ad ordines elegi non potest 3 q 1. quomodo, 32 distin. seriatim, 33. & 34. di per totum.

Quod per bigamiã quilibet irregularis efficitur, 32. dist. maritum. 34. dist. cognoscamus, & c. seq.

Quod baptismus non delet irregularitatem bigamiæ ante cõtractæ. 34 distin. si quis viduam, 26. distinctio. acutius. & c. vna 28. q 3. acutius.

Quod bigamus non promouetur, hoc est propter defectum sacramenti, 26. dist. acutius & c. vna.

Item propter prærogatiuam sacerdotalis dignitatis, 26. dist. vna. & §. bigamus.

Item propter suspicionem futuræ incontinentiæ, 32 dist. proposuisti. in fine.

Item quia talis qa matrimonia frequentauit, nõ potest esse orator castitatis. 26. dist vna, & §. bigamus.

Quod an ille sit bigamus qui duxit in vxorem quam prius coitu fornicario corrupit virginem, 30 q. 5. qualis, 14. distin. præcipimus, 34. distinct. qui in aliquo, 34. dist. ... mo. 33. dist. maritum.

Quod ille non est bigamus qui duxit sponsam alterius, non tamen carnae.

carnaliter a primo cognitam. 34. dist. Valentino.
Quod bigamus reputatur qui vxorē suam post adulterium scienter cognoscit 34 dist si cuius. &c.seq.
Quod qui contrahit cum corrupta de facto licet contrahere nō possit de iure: tamquam bigamus reputatur. 28. dist presbyter.
Quod qui credens se cum virgine contrahere inuenit eam cognoscendo corruptam, bigamus reputatur, nec debet promoueri. 51. distin. qui in aliquo.
Quod cum bigamo potest dispensari, & facilius in ordine suscepto quam in suscipiendo 50. dist. quicumque pœnitens.
Quod clericus per bigamiam irregularis effectus retinet priuilegium clericale. 34 dist lector.

De bigamia require vbi agitur de ordine, & vbi agitur de dispensatione.

BLASPHEMVS. Quod blasphemās Deum debet pœnis debitis subiacere 23. quæstio 4 non inuenitur. 11 q 3. imperatores. 25. distinct. qualis.
Quod ille in spiritum sanctum blasphemat, qui sacris canonibus derogat. 25. q. 1. violatores.
Quod verbum domini tunc blasphematur, cum contemnitur. 33. q. 5. cum caput.
Quod Michael angelus qui diabolo noluit inferre blasphemiam, ponitur in exemplum quod a maledictione puri esse debemus. 24. q. 3. si igitur.
Quod blasphemantes baptismum Christi, per potestates debent puniri 23 q. 4 quoniam.
Quod blasphemantes exemplo Apostoli per excommunicationem sathanæ debent tradi 24. q. 3. apostolicæ 23. quæstio. 4. qui peccat. ante medium.
BOS. Quod bos & asinus tunc simul ad arandū coniunguntur, quando diuersę professionis homines in vno officio simul sociantur. 16 q 7. in nona.
Quod Deo ideo cura non est de bobus: quia facta brutorum Deus non discutit. 15. q 1. c. firmissime. §. ex eo.
BRVTVM. Quod brutis animalibus eo quod ratione carent, peccatum non imputatur. 15. q. 1. c. firmissime. §. ex eo.
Quod in lege bruta animalia peccatis hominum sordidata iubentur interfici, non propter peccatum, sed quia replicant memoriam facti. 15. q. 1. mulier.

CAIN. Quod Cain quia præuaricationem propter fratricidium incurrit, sententiam maledictionis reportauit, 24. q. 3. cum ergo, §. sed qui.
Quod Deus despiciendo munera Cain ante damnauit fratricidium mente conceptū quasi opere adimplesset de pœn. dist. 1. numquid.
Quod Cain qui peccatum fratricidii negauit, indignus temporali pęna fuit. de pęn. dist 3 Iudas.
Quod Abel esse renuit quem Cain malitia non exercet. 23. q 4 hæc autem vita.
CHAM. Quod Cham qui ex eo ꝙ patris verenda non operuit, maledictus est: ponitur in exemplū quod maiorem damnationem incurrunt qui spiritualibus patribus non deferunt. 2. q 7 sacerdotes, & reliqui & c sententia & c. plerumque. 15. q 5. de crimine.
CALCVLVS. Quod calculus est carbo: quo purgatus est Esaias propheta. 8. quęstio 1. in scripturis. in fine.
Item calculus est determinatio sententiæ. 6 q. 4. si. inter.
CALIX. Quod calix, & patena nullo modo debent esse de ligno, sicut in primitiua ecclesia, sed ex auro & argento, vel saltē stanno. de consec. dist. 1. vasa. & c vt calix.
Quod ideo prohibetur, ne fiat calix de ligno, quia porosum est. eadem dist.
Item nec de vitro, quia fragile est.
Item nec de cupro, qa prouocat vomitum.
Item nec de aurichalco quod ȝhit rubiginem de cons dist. 1. vasa. & c. vt calix.
Quod sacerdotibus solenniter cum ministris celebrantibus non licet calicem tollere nisi ipsis per diaconos porrigatur. 93. dist. diaconi sunt.
CALVMNIA. Quod calumniari est falsis criminibus intendere. 2. q. 3. si quem § notandum.
Quod inconsultus calor ex impetu mentis proueniens calumniæ vitio caret 2 q. 3 si quem. §. notandum. post medium.
Quod calumniantes ad vindictam poscit similitudo suppli ii. 2. q. 3. quisquis. 5. q. 6. qui calumniam. & c. sequens.
Quod vestis quæ nō propter necessitatem, sed propter venustatem accipitur elationis habet calumniam. 11. q 4 c. 1.
CANON. Quod canon græce, latine regula nuncupatur. distin. 3. canon.
Quod sancti patres canones diuino instinctu sanxerunt. 33. q. 2. hoc ipsum. 25 q. 1. violatores.
Quod liber canonum apostolorum inter apochryphos ponitur 15. distinct. sancta Romana. 16. dist. canones.
Quod violare canones patrum, est spiritum sanctum blasphemare. 25. q 1. violatores.
Quod secundum canones ecclesiæ Romanę tenentur viuere alię ecclesiæ, quia ab ipsa habent priuilegium. 11. dist. nolite.
Quod canones tamquam catholici ab omnibus sunt recipiendi, & qui non. 16. distin. per totum 20. dist. de libellis, & duobus c. seq.
Quod si canones sibi quandoque cōtradicunt, illis est standum quorum antiquior & potior est auctoritas 33. q 2. hoc ipsum.
CANONICI. Quod canonici canonice viuere debent de consec. dist. 5. in omnibus.
CANTVS. Quod cantus ecclesiæ inuentus est vt ad compunctionē vocet animos audientium 21 dist. cleros, ante finem. de consec dist. 5 non mediocriter.
Quod in ecclesia deuotione cordis est cantandum. & theatrales cantus non sunt exercendi 92. distin. cantantes. de consecrat dist. 5 non mediocriter. 38. distin. sedulo 12. q. 1 quia.
Quod secundum solennitatem temporum cantus est exercendus. 25. dist. perlectis ante fin.
Quod plerumque dum in cantando ad fauorem populi blanda vox quæritur, congrua vita deseritur. 92. dist in sancta
Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, non semper est cantandum de cōsec dist. 1 hi duo.
Quod diaconi Romanæ ecclesię, quia solennioribus officiis debent deseruire: cantare tempore officii prohibentur. 92. distinct. in sancta.
Quod clericus vel prebyter inter epulas mensæ cantans, est excommunicandus. 23 q 1. clericum.
Quod clerici cœtibus non in sistantur, vbi amatoria, & turpia decantantur. de consecr. distin. 5. nullus presbyterorum
Quod inter festum Paschæ, & Pentecostes, tantum tres psalmos ad nocturnos canimus, per totum annum, si festum est, nouem: si vero feria, duodecim recitamus. de consec. dist. 5. in die.
Quod nemo dēt obedire episcopis vel abbatibus cum mandant cantari missas pro hæreticis 21. q 3. si quis episcopus aut abbas.

De qua materia habes vbi agitur de missa, & vbi agitur de officio.

CAPVT. Quod caput sequi debent membra 12 dist. non decet 11. dist. nolite. de consecr. distin. 3 celebritatem.
Quod indecens est si membra perfectiora sunt capite. 61. distinctio. miramur.
Quod capite languescente facilius membra corporis inficiuntur. 6. q 1. sunt plurimi. § verum & c. ex merito.
Quod totum corpus morbis inuaditur si languor in capite curatus non fuerit 2. q. 7. sicut inquit.
Quod caput dr Romana ecclesia, 12. dist. c. 1. & seq. 3. q 6. dudum.

CHA-

CHARACTER. Quod character in baptismo imprimitur. 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod character baptismi non perditur ex quocumque peccato, 32. q. 7. licite 1. q. 1. quod quidam. ante medium. 23. quæst. 4. displicet circa medium.

Quod apostatæ a fide non sunt rebaptizandi, ne iniuria fiat characteri Imperatoris 23. q. 7. quemadmodum.

Quod schismaticus qui ab hæretico vel econuerso in forma ecclesiæ baptizatur, characterem recipit. de consec. dist. 4. quomodo, ante medium.

CARDINALIS. Quod Sanctus Silnester primus videtur fuisse q ministros domini papæ collaterales appellauit Cardinales. 2. q. 5. præsul

Quod Cardinali diacono a subdiacono vsque ad lectores omnes exhibere debent honorem 93. dist. a subdiacono.

Quod vacante sede Apostolica episcopi Cardinales aliis sibi adiunctis debeant sine dilatione Papam eligere 23. dist. in nomine Domini 79. dist per totum.

Quod summus pontifex non nisi a Cardinalibus & a clericis religiosis est inthronizandus. 79. d. c. 1.

Quod qui sine canonica electione Cardinalium & clericorũ religiosorũ præsentia inthronizatus fuerit, nõ apostolicus sed apostaticus habeatur 79. dist. c. 1.

Quod olim non eligebant Papã nisi presbyteri & diaconi Cardinales 79. dist. oportebat. & duobus c. seq.

Quod Cardinales episcopi in consecratione Papæ vice funguntur metropolitanorum 23. dist. in nomine Domini.

Quod Cardinalibus conceditur cũ aliis clericis & laicis inuasorẽ sedis Apostolicæ anathematizare. 79. dist si quis pecunia.

De hac materia habes ubi agitur de electione Papæ.

CHARITAS. Charitas quid sit, & de diuersis eius effectibus, de pœn. dist 2. per totum.

Quod præcepta charitatis duo sunt, scilicet amor Dei, & amor proximi, 8. quæstio. 1. in scripturis. ante finem.

Quod vbi charitas non est, non potest esse iustitia. 24 q 1. vbi sana.

Quod qui charitatis iussa spernit: Deum qui charitas est, tanquam Iudas prodit. 11 q. 3 abiit.

Quod charitas quæ operit multitudinem peccatorum, proprium est donum bonorum. 1 q. 1 multæ autem.

Quod qui sunt in charitate, participes sunt omnium bonorum ecclesiæ. de consecr. dist. 4. ecclesiæ charitas.

Quod tunc perfecta charitas est in homine quando nihil aliud quã Christum quærit. de pœnit. dist. 2. charitas est. in fi.

Quod uerba sunt postponenda quæ ueritatem inflãt, & charitatẽ vulnerant. 99 dist. ecce.

Quod non est charitas, sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes.

CAROLVS. Quod Carolus Imperator primus vocatus fuit ab Hadriano Papa pro defensione ecclesiæ, 63. dist. Hadrianus 23. q. 8. hortatu.

CASTITAS. quod castitas sine continentia Deo placet, quam nõ facit necessitas, sed voluntas 33. q. 5. tunc saluabitur. circa med.

Quod absque castitate omnia opera sunt imperfecta. 33. q. 5. tunc saluabitur.

Quod castitas non aliter quam inspiratiue habetur. 28. dist de his.

Quod ipsam seruare est uiam arctissimam & difficilem incedere 28. dist. de his, & 33 q. 5. tunc saluabitur circa medium.

Quod pauci casti & sine carnali uitio inueniuntur 50. dist. quia sanctitas tua. in fi.

Quod nemo potest gloriari se castũ cor habere. de pœn. dist. 2. §. fugerat sanctus Dauid circa med.

Quod castitas mentis non aufertur per uiolentiam illatam corpori 33. q. 5. per totum fere.

Quod non corrumpitur corpus nisi primum animus corrumpitur. 32. quæstio. 5. non potest, & quinque c. seq.

Quod virgo violenter oppressa nõ debet se sacris virginibus coæquare. 32 q 5. illæ.

Quod sine tactu impudico castitas corporis perditur. 32 q. 5 nec solo.

De hoc require ubi agitur de pudicitia.

Quod in virginali & viduali castitate excellentiam inuenire ampliorem quam in matrimonio experitur. 27. q. 1. nuptiarum.

Quod ordini sacro castitas est annexa. 84. dist. cum in præterito, & 31. dist. aliter.

Quod quia tempore gratiæ non generis successio, sed uitæ perfectio quæritur, ideo sacerdotibus continentiæ castitas imperatur. 32. q. 4. recurrat §. his itaque. in fi.

Quod clerici orientalis ecclesiæ ante sacros ordines matrimonio coniuncti, etiam post in sacris cũ uxoribus licite possunt stare. 31. distin. c. quoniam §. hoc autem, & c. seq. & 32. dist. si quis.

Quod tempore Sancti Gregorii subdiaconis & supra, præcepta est cõtinentia. 31 dist. ante triennium.

Quod sicut episcopi, ita ministri altaris debent esse casti. 32. dist lex cõtinentiæ.

Quod nullus ad altaris ministerium debet accedere nisi castitas eius ante fuerit approbata. distin. 31. ante triennium.

Quod qui fidem castitatis Deo uouerunt, irritam faciendo, damnationem incurrunt. 27. quæstio. 1. ca. 1.

Quod post professam continentiam clericus sæcularis uel monachus matrimonium contrahere non potest. 27 q. 1. per totum.

CASVS. Quod casum appetit qui ad summi loci fastigia propositis gradib. per abrupta ascensum quærit. 48. dis. sicut.

Quod est malum cadere a proposito & postea simulare propositum. 12. q. 1. certe.

Quod casus aliorum nullum debet retrahere a bono proposito. 17. q. 1. qui bona.

Quod inordinatus zelus ad emendandum subditum deterius interdum facit cadere prælatũ. 24. q. 3. non in perpetuum.

Quod septies cadit iustus, & toties surgit. de pœn. d 3. septies cadit.

Quod iusti uocabulum non amittit qui quoties cadit, toties surgit, de pœn. d. 3. quamuis §. hac, in fi.

Quod timor æternæ pœnæ cadere facit per pœnitentiam de vertice superbiæ. 50. dist. quid est.

Quod si altissima sublimitas cecidit, quis cadere non possit, de pœ. d. 2. vt cognouerũt. § opponitur, in fi. 40. dist. quælibet.

Quod qui casu occidunt, non eis imputatur. 55. dist. qui partem. 50. distin. hi qui arborem. 15. q. 1. illa cauenda.

Item virgo si ceciderit per corruptionem, non est qui suscitet eam redintegrando. 32 q. 5 si paulus.

CATHEDRA quod cathedra nõ sacerdotem, sed sacerdos cathedrã facit 40 dist. multi.

Quod cathedra Petri super quã stat ecclesia non est deserenda 93. dist. qui cathedram.

Quod prælatis, qui super cathedam Petri resident, est obediendũ, 1. q. 1. non quales.

CATHEDRATICVM. Quod cathedraticum dictum est ab honore cathedræ pontificalis. 10. q. 3. cap. 1.

Quod episcopus nomine cathedratici ultra duos solidos non debet accipere 10 q 3 illud te, & c. seq & c. inter & c. vlt.

CAVSA. Quod causa dicitur proprie illius uel ad quem damnum vel emolumentum spectat. 1. q. 6. biduum.

Quod cessante causa debet cessare id, quod factum est propter causam. 1. quæstio. 7. quod pro remedio.

Quod qui causa utilitatis ad aliã ecclesiam transfertur, ad priorem redire non debet. 7. q. 1. pastoralis. §. quod uero.

Quod coniugium quod fit causa

pro-

procreandi, cessante causa non soluitur 32 q.7.tantum.

Quod pēdente relatione ad superiorem in causa nil est commutandū. 2 q.1 nomen, & q.7.quoties post, &c.quoties episcopi.

Quod non licet episcopo causam sāguinis agitare 23. quæst. vlti. his a quibus.

Quod episcopus nec pro ciuili, nec pro criminali causa coram iudice sæculari est accusandus, 11 quæstio.1.nullus episcopus.& c.si que causæ.

Quod si in mala causa pauperi assistitur, tanto ex hoc nequior efficitur, 23.q 4 ne amisso.

Quod episcopi viduarum causas impensius fouere debent. 87. distin. licet.

Quod si iustus in causam ecciderit, potius est addiuuandus quam alteri, 86.dist.non satis.

Quod causarum ecclesiasticarū alia est ciuilis, de qua habetur, 14.q 2. super prudentia. alia criminalis, qua habetur 16 q.1. frater, post medium.

CAVTELA Quod cautela laudabilis est, in qua non furor, sed ratio totum agit, 11.q.3. illa præpositorum.

Quod nihil quod ad cautelam pertinet, est omittendum. 63.dis.quanto.

Quod cautela præcauet vt iter duo mala leuius committatur, 96.dist. secunda, & c seq.

Quod cautela est habenda in cauendo peccato 41.disti.sæpe.

Item in prædicando & docēdo, 43. dist sit rector, ante medium.

Item in regendis subditis 39.distin. Petrus.

Item pro rebus ecclesiæ conseruandis, 28.dist.de Syracusanæ.

Quod multa fiunt ad cautelam futurorum, ut noui iuris promulgatio, 28.dist.c.1.

Item singularis prohibitio, 89.decēter, 23.q.vlt pessimam.

Item conditionis per scripturā professio, 12.q.2 longinquitate.

Item specialis libelli conscriptio, 1. q 7.quoties.

Item iuramētorum obligatio, 11.q. vlt.cum aliquis.

Item specialis pro reb ecclesiæ cautio, 28 dist de Syracusanæ.

CÆCVS. Quod cæcus, idest indoctus non est ordinandus, 45.disti. cap.vlt.

Quod cæcus dicitur qui supernæ cōtemplationis lucem ignorat 46. dist hinc etenim.

Quod cæcum natū illuminauit Christus, 24 q.3.§ 1.

CELEBRATIO Quod celebratio missarum absque magna necessitate non debet fieri nisi in locis sacris.de consec. distin. 1.§.1.& c. sicut.

Quod sanctius est missa carere, quā in locis non sacris sine necessitate cantare vel audire. de consec.dis. 1 sicut, & c.seq & c.nullus, & cap. vnicuique.

Quod nullus debet missas celebrare extra ecclesiam sine licentia episcopi de consec.dist.1.missarum.

Quod episcopus etiam magnis personis missas celebrari extra ecclesiam cum diffi ultate debet cōcedere, de conse dist.1.certum.

Quod in calice ligneo vel vitreo nullus debet celebrare, de conse. dist. 1 vasa, & c.se.

Quod sacerdoti missam celebrare et non communicare, est peccatum grauissimum, de conse.dist. 2 relatum.

Quod caduco morbo laborans, a celebratione missarum est prohibēdus 7.quæst 2 in tuis literis, & ca. seq.

Quod sacerdos propter fortuitos casus sine adiutoribus non debet celebrare, 7 q 1.illud.

Quod sacerdos qui pro defunctis ut viui moriantur celebrauerit, est deponendus, 26.quæstio.5.quicunque.

Quod nullo casu pransus debet celebrare 7.q 1.nihil. de conse.disti 2. liquido.

Quod sciēter indigne celebrans idolatris comparatur.32.dist.præter hoc autem § porro.

Quod sacerdos infamis, est a celebratione missæ prohibendus 50.disti. si post.

Quod quādo quis potest post nocturnam pollutionem celebrare uel communicare, habetur 7. disti testamentum.

Quod presbyter non debet celebrare missam eo die in altari, in quo episcopus cantauit.de conse.disti. 2.c.vlt.

Quod in casu quando episcopus pre infirmitate missam non potest explere, presbyter potest in eodem altari incœptam missam finire. 7 q. 1.nihil.

Quod in parasceue & in sabbato sancto nō sunt missæ communiter celebrandæ: quia Apostoli tunc propter metum Iudæorum incussum non celebraretur, de consec. disti. 3.sabbato.

De hac materia require ubi agitur de Eucharistia, & ubi agitur de Missa.

CÆNA DOMINI. Quod cœnæ Domini dies est solenniter celebranda, de consec distin. 3.litteris.

Quod eo die reconcilientur publice pœnitentes, 50.dist.in capite. in fi. de conse.dist 2 in cœna.

Quod illo die singulis annis est chrisma consecrandum, de conse.dis. 3. in litteris.

Quod in ipso die est tantum semel comedendum.de conse.dist.3.non liceat.& c.seq.

CENSVS. Quod census pro agro ecclesiastico a clericis non est persoluendus. 23.q.8 secundum.

Quod debitum tributū personæ ecclesiasticæ dom no temporali nō debent denegare, 12.q 1.si tributū, & c.seq 23 q.8.conuenior. & c.tributum.

CEPHAS Quod Cephas dicitur Petrus 22 dist sacrosancta.

CIBVS Quod cibus corporalis nō culpatur, sed cibi libido, 48 disti. quisquis.

Quod nihil ita sensuum acumē operatur, nihil sic ęg itudinem fugat sicut cibus digestius de conse. dis. 5.nihil et seq

Quod excessus ciborum putrescere facit corpus, & macerat ægritudine diuturna.de consec disti.5.nihil & c.ne tales. per totum.

Quod ægritudo ex delicatis cibis cōtracta per pauperes cibos curatur. de conse dist.5.legimus.

Quod cibum presbyterorum & clericorum debet præcedere benedictio, inter cibum lectio, post cibū gratiarum actio. 44.dist quando autem.

Quod diuites non debēt cogi uti cibis pauperum, ne propter consuetudinem contrariorum infirmentur, 41.dist non cogantur.

Quod non est attendenda in pauperibus ciborum multiplicitas uel paucitas, sed animi syncetitas, 41. dist quod dicit.

Quod similiter verum est de comessatione & conuiuio.

COEMETERIVM. Quod cœmeteria sunt circa ecclesias ab episcopis ab aliis locis diuidenda, & consecranda. 11 q 1.c 1.

Quod propter tumulationem fidelium cœmeteria sunt ampliando. 12.q 2.aurum post medium.

Quod sicut ecclesiæ sic & cœmeterii uiolator sacrilegus dicitur, 17. q.4.si quis contumax & c. seq.

CIRCVMCISIO Quod circūcisio legem non obseruanti præputium facta est, 22 q.2 quæritur. post medium.

Quod magis ualet apud nos baptismus quam apud ueteres circuncisio, de conse.distin.5.quod autem apud & c.seq.

Quod circuncisio carnis erat figurā iustificationis & purgationis animæ.de conse dist 4 ex quo.

CIRCVMSTANTIA. Quod circunstantię attendens sunt in factis & in faciendis. 23 quæst.8 occidit.

Quod non possumus ad ueritatem facti peruenire nisi tempus, personam, causam, respiciamus & uoluntatem, ibidem.

Item in pœnitentia facienda uel imponenda circunstantiæ sunt pensandæ de pœn.dis.6.§ 1.

CITATIO. Quod citatio debet fieri in scriptis 5 q 2.uocatio.

Quod legitima citatio est quæ ex amore procedit spatiis temporum

ad

ad hoc statutis obseruatis.v. q.ii. in præsenti.

Quod citatio debet significare causam per litteras, vt ad responsionẽ venire valeat præparatus.v.q.2.si primates.

Quod eiecti vel spoliati antequam restituantur nec citari debent nec æmulis respondere, v.q.2.si primates.

Quod non debent iudicari absentes nisi citati venire contempserint, v.q.2. relatum.

Quod qui post trinam vel post vnã peremptoriam citationem non cõparuerit, contumax iudicatur.24.q.3.de illis ita.circa medium.

CLAVES. Quod claues Petrus quando accepit ecclesiam sanctã accepisse significat xxiiii.q prima. quodcumque de pœnit.distin prima, quem pœnitet.

Quod claues, quas ecclesia accepit, non sunt contemnendę. 24. q. prima.oibus.xi.q.3.nemo contemnat.

Quod qui claue non errante soluit vel ligat in terra, erit legatus vel solutus in cælo. xi q. 3 cępulli. 24. q. prima, manet.

Quod ligandi vel soluendi potestate se priuant qui hanc iniuste exercent.11.q. 3. illud c. ipse ligandi.

De hac materia plura inuenies de excommunicatione, vbi agitur de sententia.

CLEMENS. Quod Clemens papa primus multipliciter commendatur.8.q 1 si Petrus,& c oportet, & c Clemens.

CLERICVS. Quod clericus dicitur à cleros Græce, quod Latine sors dicitur, xii.q prima, clericus xxi.distin. cleros in prin.

Quod ideo clerici dicti sunt, quia in sortem Domini vocati sunt, xii.q. prima. duo sunt.

Quod ab ostiariis vsque ad summũ ordinem cuiuscunque dignitatis clericorũ nomine clerici designantur, xxi dist.cleros 72.dist clericum. i.q.prima. de persona.

Quod signum clericale est corona rasa in modum sphęræ in capite.xii. q.prima, duo sunt.

Quod non tonsuratus per episcopũ siue laicus siue monachus in missa publice legere non debet.96.distin quoniam.

Quod clerici comam nutrire non debent, sed desuper caput in modum sphæræ tondere.xxiii. distin. prohibere.

Quod clerici professionem suam in habitu & incessu & in moribus repręsentare debẽt 41. dist. clericus 23.dist.his igitur 35.dist. ecclesiæ. 41.dist.episcopus.44 dist. per totũ. xii q.1 quoniam. xxi.q.4. per totũ. de consecr.dist.v .in omnibus.

Quod clerici communem vitam in manducando & dormiendo circa ecclesiam debent ducere. 32 dist. præter hoc.12.q.1. omnis, de consecra.distin. quinta, in omnibus.

Quod clerici cuiuscũque ordinis in exemplum debent esse laicis, vt habetur 8. q.1. qualis.6.q. 1. beatus.in medio.

Quod sicut loco ita & religione debent in ieiuniorum obseruatione laicos præcellere.4. distin. statuimus,& duobus.c seq.

Quod vt melius possint vacare diuinis officiis, secularibus negotiis non debent implicari, 21 q 3. de molliciis,& duobus c. seq. 11. q 1. te quidem.14.q 4.clerici ab indignis 86.dist.peruenit.88. dist. per totum.

Quod horas statutas diurnas atque nocturnas distinctis temporibus deuote debent explere.91. distinc. Eleutherius.

Quod exẽplo Apostoli propriis manibus possunt laborare, dummodo diuinum officium non negligant,91.distin.c.1. & c. sequen. & c.clericus.

Quod clerici semper studio litterarum intendere debent. 16 q.1. sic viue.38.dist.sicut,& duobus capit. sequen.

Quod clerico nulla ætas sera debet esse ad addiscendum 24 quæst.4. si habes, circa medium.

Quod assumpti vel assumendi ad regimen animarum docti debẽt esse in scripturis.36. distinctio. per totum 37. distinctio.cap.ideo prohibetur §. vt itaque.

Quod quia res clericorũ pauperum sunt, prę cæteris tenẽtur hospitalitati & eleemosynis intẽdere.16. q 1 quoniam quidquid.42. d § 1. &c. quiescamus.

De castitate clericorum,& continentia eorum,28.distinct. per totum. 31 dist.à primo c.vsque ad c. si laicus 32 dist per totum, 82.dist.proposuisti,&c.seq.84. distin. cum in præterito.

Quod clericus fęminarum suspectarum frequentans domicilia est deponendus, 81.dist. clericus.

Quod non debẽt clerici mulieribus cohabitare,32.dist interdixit,&c. seq 81.dist.clericus,&c seq.

Quod clerici cũ matre & sorore habitare permittuntur, 81.distin.volumus.

Quod fornicarii deprehẽsi iuxta canones sunt puniendi,27 dist.presbyteris,diaconis,78. dist.decernimus,&c.de his,& cap. presbyter, 32.dist eos,&c.erubescant, 33. distin habuisse, 81.dist. si quis amodo,& tribus c seq.82.dist. fere per totum.

Quod ipsorum officium quando per sententiam sunt damnati, audiri non debet.15 q.vlt c.vlt.81,dist. si qui sine, xxxii.dist c.nullus, &c. præter hoc.

Quod concubinæ eorum vendi vel in seruitutem redigi debent,32.distin eos,81.dist quidam.

Quod filii ipsorum in seruitutẽ ecclesiæ vbi nati sunt debent deputari,15.q 8.cum multæ.

Quod moniales cognoscẽtes debẽt deponi, 27.q.1. si quis episcopus.

Quod nõ debent interesse spectaculis vanis vel nuptiis,28.distin presbyterum,44.dist. nullus, de consecr.dist.5. non oportet.

Quod tabernas sine necessitate non debent intrare, 44 dist. non oportet clericos,&c. clerici ibidem, & c. nullus.

Quod magicis artibus, auguriis, vel incantationibus intendentes debent deponi, 26.q5. non oportet, & duob. c seq.

Quod clerici arma ferre non debẽt, 25.q 8.clerici,&c. seq.

Quod nec vere nec iocose pugnare debent, 23.q.8. quicũque clericus.

Quod nec debent iudicium sanguinis ferre, 23.q.8.sæpe principes, &c. his.

De libertate clericorum data per Imperatores, 16 q.1. generaliter, 23. q.8.c tributum § quamuis.

Quod qui ad solius Dei iudicium reseruantur, à nullo iudice sæculari debent iudicari, 11 q 1. sacerdotibus.circa medium, 12. quæstio.1. futuram.

Quod defenduntur ab ecclesia, 24. q. 3.paternarum.

Quod non accusantur a laicis, 11.q 1.nemo.

Quod non debent trahi ad iudiciũ sæculare, maxime sine consensu episcopi, 11.q 1. nullus iudicum vsque ad c.iudices,& c.peruenit, vsque ad c.clericum.

Quod clericus quandoque debet respondere coram iudice laico, uidelicet cum ipse se subiicit ex permissione episcopi,11. q.1.clericum.

Item 10. si causa per papam fuerit delegata.q 3 relatum. 11.q.1.istud. 23.q.5 non uos. post medium, & trib c seq.

Quod clerici corã episcopo sũt conueniendi,11.q.1. si qui. & cap de persona,& duob c.seq 16 q.7.filiis.

Quod clerici alios clericos ad iudicium sæculare trahentes puniuntur,11. q.1.inolita, & duob.c. seq. 11.q.3.si quis clericus.

Quod ex causa capi & legari possũt à laicis 23 q.5.non vos. post medium,& tribus c seq.

Quod clericus episcopum suum cõtemnens vel coniurationem procurans degradatus traditur iudici sęculari, 11. q.1. si quis sacerdotũ, &c. coniurationum,& quattuor, cap.sequen.

Quod de ordinatione clericorũ habet 24 distin. per totum. Et de hoc infra vbi agitur de ordine.

Quod clerici antequam ordinent, debent examinari,& debent promittere fidelitatem & castitatem. 23.distin.quamquam. 28.distinct. nullum.&c. quando, &c.de his, & tribus c.seq.

Quod non debent intitulari i duabus ecclesiis.21.q 1. c.1.& seq.
Quod uitiati corpore promoueri non debent.36. dist. illiteratos.55. dist. c.1.3.4.5.& 6.quæst.1.infames.circa finem.
Quod uitiati corpore sine culpa promouentur.55. dist.qui partem.
Quod serui non promouentur nisi prius libertate donentur. 54. dist. c.1.& quinque c seq & c.si seruus, & quattuor c seq.
Quod si seruus sine scire domini ordinatur in clericum, reddetur domino repetenti.54. dist nullus, & c.de rebus § cęterum, & quattuor c seq.&c.si seruus.
Quod qui coniugium perfecerunt cū non virginibus, non promouētur 34.dist curandum,& sex c.seq.
Quod coniugati nisi prius continentiam vouerint non promouentur, nec ministrare debēt in sacris. 28. dist.assumi,&c.seq & c.de Syracusanę,& xxxii.dist.eos, &c placuit.
Quod curiales & histriones non promouentur, 51.dist.per totum. 53.distin. legem.
Quod ab illicitis quæstibus debent abstinere,14.q 3. clerici & duob. c seq 47. dist.omnes.
Quod clerici pro beneficio medicinæ Dei munera non debent accipere,xxiii. dist.his igitur.
Quod vsurarii non debent esse,& deprehensi,puniantur. 14 q.4. si quis oblitus,46.distin. seditionarios,& duobus c.seq.47. dist.episcopus.
Quod clerici debent res ecclesię bene dispensare,& non superflue expendere, 14.q.1.episcopus.
Quod non licet ei de sumptibus ecclesiæ filios in studio philosophię procurare,37.distinct. legant. & c. sequen.
Quod clericus de rebus hæreditatis, Vt de laboribus conquisitis potest filiis uel proximis subuenire. xii. q.11.episcopus qui filios, & quæstio.3.placuit.
Quod non licet clerico habere beneficium cui sufficit patrimonium. 16.q.1.c.vlt.in fi.
Quod parochias vel ius alterius, clericus non debet vsurpare, 13. q. 1. ecclesias.circa prin.
Quod peregrinari non debet sine licentia episcopi,10 q 1. cunctis, de consec.d.st.5.non oportet 1.
Quod non residens punitur, 7.q 1. peruenit, & tribus cap.seq. &c si quis in clero.
Quod clericus non de rebus ecclesię sed de rebus per ipsum acquisitis potest facere testamētum, 12 q.3. c.1.& duob.c.seq. & q.3.c. 1. & q. 5.fere per totum.
Quod si intestatus decesserit,in omnibus rebus succedit ecclesiæ. xii. q.tertia,quicumque,& q.5.sicubi. & c seq.
Quod clerici extranei non debent suscipi sine litteris sui episcopi, 71. distin.extraneo, & c.seq.72 distin. clericum, 93.dist.nulla,19.quæst.2. alienum.
Quod transmarini clerici cum pluri mis 1 forum testimoniis sunt recipiendi.98.dist. per totū.
Quod clericis non est iniungenda solennis pænitentia,50. dist. confirmādum,& § prox.supra.
Quod clerici vix vel numquam pęnitent,de pœn. dist.1. mensuram.
Quod melius est habere paucos bonos clericos,quam multos inutiles,23.dist tales.

COACTIO. Quod coactio voluntati contrar a excusat peccatum,15.q.1.quod autem.§ sed hoc, &c. merito.
Quod seruitia coacta Deo non placent,xxiii.q 6.iam uero.
Quod confessio per coactionem extorta nō prejudicat,15.q.6. si quandoque à sacerdotibus.
Quod Iudæi ad fidem Christi non sunt cogendi.54. dist. de Iudęis.
Quod hæretici redi e ad ecclesiam coguntur:nam medicus bene ligat phreneticum,& excitat lethargicum.33.q.4.ipsa pietas &c.quid faciet.
Quod medicus bene vulnera incidit ferro ignito,quæ fomenta non sētiunt,1 q 1.reperiuntur.
Quod bene castigat pater filium indisciplinatum,& magister discipulum, 33.q. 4.ipsa pietas.
Quod Paulus per violentiam intrare ecclesiam est compulsus, 23 q.4. nimium,&c. displicet.
Quod in Euangelio ad nuptias nolētes compelluntur intrare, 33 q.4. ipsa pietas.
Quod Angelus Agar ancillam ad dominam suam reuerti cōpulit,23. q.4.quando.
Quod Apostolus tradidit hominem in interitū carnis, vt spiritus eius esset saluus,xxiii.q.4 qui peccat.
Quod qui legitime in voto suo non permansit, vt ad aliud reuertatur est cogendus,27.dist quod interrogasti,45 distinc.de Iudæis, 16.q.1. quidam.
Quod coactus monasterium intrans si post numquam consenserit,liber exit,20 q 3.præsens.
Quod nemo propter iuramentū imminente necessitate factum, reus esse debet iuramenti, xxii.q.4 inter cætera.
Quod apostatantes in fide & alii peruersi cogendi sunt per flagella malum relinquere, 24. q.4 displicet, vsque ad finem quęstionis, & q 5. per totum.

Eadem materia est de inimicis.

COADIVTOR. Quod coadiutor datur episcopo propter infirmitatem & senectutem,7. q.1.scripsit mihi, & quattuor, c. sequen, &c quamuis.

COGITATIO. quod cogitatio non meretur pœna lege etiam ciuili, cum suis terminis est contenta de pœn distin.1.c. vulgaris. § cogitatio,& supra ea. distin.cogitationis.
Quod cogitatio peccati mortalis cū consensu etiam sine opere nefario lege diuina dānatur, 49. dist. hinc etenim. ante fin.
Quod cum ex immunda cogitatione sequitur pollutio, culpa cogitationis lacrymis lauanda. 6 dist. testamentum,&c.seq.
Quod dum in cogitatione voluptas non reperitur, etiam in actione dominatur dist.45.hinc etenim.
Quod cogitationis statum exigere non valet quem vsus terrenæ solicitudinis curuum tenet, 49. distin. hinc etenim: ante med.um.

COGNATIO. Quod cognatio spiritualis non est consanguinitas, sed inter filios spirituales quædam proximitas, 30.q 3.c.1.& 1.
Quod contrahitur in baptismo aliquem suscipiendo, vel ad chrisma retinendo, 30. quęst 4.si quis ex uno.
Quod propter vnionem carnis ad vnionem spiritus non transitur 30. q 4 post vxoris.

De hac materia require de affinitate.

COGNITIO. Quod cognitio Dei in pręsenti habetur per fidei soliditatem.xxiiii q. prima, quia.
Quod ad cognoscendam veri luminis claritatem,intellectus nostri aciem,per bonam operationem adiuuamus.49 di. hinc, circa mediū.
Quod qui infirmitatem suam cognoscens humiliter iacet, per consolationem Dei ad tertia opera surgit, xxxxx.dist quid est. in fi.
Quod qui sibi per arrogantiam candorem iustitię seu sapientię tribuit à luce supernæ cognitionis se excludit,49. dist.hinc, circa medium.
Quod pro fide & vtilitate ecclesię sęculares principes quandoque ad concilia admittuntur,xxi.dist nos, & c.seq
Quod archiepiscopus potest facere cōcilia prouincialia sua auctoritate,18.dist.si ep scopus.&c seq.
Quod episcopi secundum tempus ordinationis suæ,loca in conciliis debent tenere,17.dist. episcopus.

COLVMBA. quod columba dicitur materialiter, 2. quæst.7 non omnis.
Itē dicitur spiritus sanctus, vt illud, Descendit Spiritus sanctus, vt columba super ipsum. de consecra. dist.4 aliud.
Item dicitur gratia Spiritus sancti,vt illud: Eiecit uendentes & ementes columbas,1 q.3. saluator. post medium.
Item dicitur ecclesia columba,vt illud,Vna est columba mea, de cōs. d.st.4 aliud.1.q. 1.remissionem.
Item dicitur co'ūba simplicitas mentis.16.q.1 si cupis.6.q. 1.ex merito,

to, in fi. 36. distinct. in ecclesiasticis § ecce.

Item dicitur columba vita contemplatiua, vt illud, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ. 7. q. 1. aduersitas, ante finem.

Quod sicut columba gemens à molestijs quærit volare, sic bonus cupit dissolui, & esse cum Christo 7. q. 1. aduersitas. ante finem.

Quod cathedras columbarum vendunt, qui indignis ecclesiæ beneficia conferunt. 17 q. 7. & hoc. circa medium.

Quod columbas vendunt qui sacros ordines largiendo pretium pecuniæ, vel laudis quærunt. 1. q. 3 non solum. & c. saluator. ante finem. c ex multis.

Quod per gemitum columbæ, id est, ecclesiæ remissio peccatorum datur 1. q 1 remissionem.

Quod non omnis qui dicit pax vobis, quasi columba est audiendus. 2. q. 7. non omnis.

Quod omnes simplicitatem columbæ debent habere 9 q. 1. ex merito 36. dist. qui ecclesiasticis, §. ecce, in fine.

COMMESSATIO. Quod commessatio est gulæ intemperantia. 44. dist §. 1. & c seq.

Quod gulosi festa sanctorum se indigne celebrare putant, nisi comessationibus deseruiant. 44 dist. c. 1. in fi & c. comessationes.

Item cōmessationes laicis damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam 44. dist. non liceat § seq.

Similis materia est vbi agitur de cibo & conuiuio.

COMMVNICATIO. Quod communicatio malorum non maculat aliquem, sed consensio factorū. 23. q 4. si quis à catholica.

Quod cōicatur malo quando facto eius consortium approbationis adiungitur. 23 q 4. a malis.

Quod exemplo Christi cōmunicare debemus peccatoribus, vt ipsos lucremur. 23. q 4. infideles.

Quod participes efficiuntur pœnæ qui se a communione malorum non separant. 24. q. 1. dicimus circa medium.

Quod nota contra adherentes inimicis Dei, & Ecclesiæ.

COMPASSIO. Quod compassio est quantum ad pœnam quoddam genus persecutionis. 7. q. 1. aduersitas, ante med.

Quod vera iustitia cōpassionem hēt 45 dist vera. 23. q 4. est iniusta.

Quod compassio siue ad peccatores, siue ad egentes debet esse cum discretione 23. q. 4. duo 86. distinct. pulchra.

Quod peccantibus in infirmitate cōpatiendum est. 3. q. 9. indicas. 45 distin. recedite.

Quod arguūtur prælati, qui in subditos deseuiunt seueritate magis quàm compassione. 45. distinct. recedere.

Quod vacuum nomē Christi tenet, qui necessitatem patientibus non compatitur. 86. dist. fratrum. & ca. no satis. 7. q 1. omnes.

COMPATERNITAS. Quod compaternitas efficitur vno coniugum alterum aliquem in baptismo vel chrismate tenente. 30. q 4. si quis.

Quod abbates vel monachi non debent esse compatres, de consecra. dist. 4. non licet abbati. & cap. seq. 16 quæst. 1. placuit communi nostro. 18. q. 2 peruenit.

Quod vxorem compatris quis ducere potest, cuius ipsa commater nō fuit 30. q. 4 qui spiritualem.

Quod compaternitas dicitur recta, vt cum quis filium alterius leuat de fonte 30 q 3. ita.

Quod dicitur compaternitas indirecta uel emergens, vt cum sola vxor filium alterius leuat de fonte, vbi vir compater dicitur 30. quæst. 4. si quis ex vno.

Quod si compaternitas carnalem copulam præcedit, potest quis duas commatres habere. 30. q 4. post vxoris. § prox.

Quod si alter uel uterque suscipit filium alicuius, cum illa non potest contrahere. 30. q. 4. suscitatur.

Quod si filius vxoris tūn suscipitur à Berta, vir pōt habere Bertam sua mortua. 30. q. 4. qui spiritualem.

De compaternitate inuenies 30. q. 4 per totum.

COMPENSATIO. Quod compensatio fit in pœnitentia per ecclesiam, quia in temporalem pœnam æterna supplicia commutatur. de pœn dist. 1 porro.

Quod Loth per filias compensare malum voluit, vt per minus malum maius euitaretur 14. distinct. Quod ait. 32 q 7. offerebat.

Quod obstetricum mendacium in temporalem mercedem est compensatum. 22. q. 2. si quælibet.

COMPOSITIO. Quod incompositio corporis indicat qualitatē mentis. 41. dist. §. vlt. sicut ergo 23. dist. his igitur. circa medium.

CONCILIVM. Quod pro fide, & vtilitate ecclesiæ sæculares principes quandoque ad concilia admittuntur. 96. dist. nos. & c. seq.

Quod archiepiscopus potest facere concilia prouincialia sua auctoritate 18. dist. si episcopus, & c. seq.

Quod episcopi secundum tempus ordinationis suæ loca in concilijs debent tenere 17. dist. episcopos.

Quod concilium prouinciale requirit prouinciam archiepiscopi 92. dist. si quis episcopus vacans.

Quod prouinciale concilium per archiepiscopum cum suffraganeis bis in anno debet fieri 18. dist. propter ecclesiasticos.

Quod omnes episcopi ad concilia tenentur venire, vel se quare non venerunt per litteras debent excusare. 16. dist. placuit.

Quod ad concilium non venientes, vel de ipso ante tempus excedentes, excommunicātur: & vsque ad sequens conciliū debent remanere suspensi. 18. dist. si quis autem.

Quod episcopus concilium per singulos annos bis debet celebrare. 18. dist. de concilijs. & c. peruenit.

Quod sine omni exceptione saltem semel in anno episcopus debet facere concilium. 18. dist. quoniam.

Quod episcopus in suo concilio debet presbyteris, & clericis notificare statuta concilii prouincialis, & hoc non faciens per duos menses est suspendendus. 18. distinct. decernimus.

Quod episcoporū concilia ante quadragesimā, & circa carnispriuiū debent celebrari. 18. dist. habeatur.

Quod qui tumultu, vel risu concilium perturbauerit, excommunicationis sententia punitur. 6. q. 4. in loco.

Quod non debent cogi subditi a prælatis suis munera ad concilia deferre 18. dist. de eulogiis.

Quod concilium ex communi intentione dictum est, eo quod in vnum dirigat communem mentis obtutum. 15 dist. 5 synodus autem.

Quod quattuor concilia, videlicet, Nicænum, Constantinopolitanum, Ephesinum & Calcedonense, sunt tanquam quattuor Euangelia seruanda. 15 distin. canones. ante medium.

De octo conciliis generalibus, quæ ad prædicta quatuor reducuntur. 15 dist sancta & c. seq.

De 24 conciliis & de temporalibus & de auctoritatibus eorundem. 6. dist prima, annotatio.

Quod cum gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilij debet teneri sententia, cuius antiquior, & potior extat auctoritas. 50. d. domino sancto. in fi.

Quod solius est Papæ priuilegium posse congregare generale concilium 17. dist. ca. 1. & cap. sequen. 2. q 6. ideo.

Quod concilium sine auctoritate Papæ factum nullum habet firmamentum 22. distin per totum.

CONCORDIA. Quod concordia vera diuersitatem personarū, & officiorum sub uno respectu connectit, vt differentiæ ordo sub vna ratione possit subsistere. 89. distin. ad hoc.

Quod vnitas cōcordiam, & dualitas discordiā inducit. 7 q 1. in apibus.

Quod in concordia membrorum ecclesiæ gloriatur Deus 9 q 3. archiepiscopus.

Quod episcopi est discordantes ad concordiam reuocare. 90. dist. discordantes.

Quod magis debet prælatus discor-

dantes subditos ad concordiã quã ad iudicium prouocare 90. dist. stu dendum. 4 q. 2. primates.

Quod oblationes discordantium quia non Deo placent, non sunt recipiendæ. 90. dist. oblationes, & cap. seq.

CONCVBINA. Quod concubina dicitur quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu tenetur 34. dist. quorundam, §. concubina. & c seq.

Quod habens concubinam non debet promoueri ad ordinem, nisi forte cum dispensatione. 33. distinctio. si quis, & cap. maritum.

De dispensatione talium habetur. 34. distinct. Christiano, & capit. sequen.

An liceat non habenti vxorem tenere concubinam 34. distin. si quis & cap. Christiano.

De concubinis clericorum habes vbi agitur de clericis.

CONCVPISCENTIA. Quod concupiscentia absque culpa est in corpore non consentiente. 15. q. 1. si concupiscentia.

Quod concupiscentia innata, per baptismum Christi non euacuatur, vt non sit, sed vt non obsit. de consecrat. distinct. 4. per baptismum Christi.

Quod non est alienæ rei concupiscentia etsi ecclesia cœpit possidere vbi persecutores prius regnabant. 23. q. 7. si de rebus.

Quod ecclesia non dicitur aliena cõcupiscere, cum per temporalia quę infidelibus aufert, quærit ipsos sibi vnire. 23. quæstio. 7. quod autem.

CONDITIO. Quod conditio non bonæ, & illicita etiam si iuramento sit vallata, non est adimplenda. 22. q. 4. c. 1.

Quod conditiones positæ licitæ honestæ seruandæ sunt 18. q. 2. Eleutherius.

Quod sub aliquali conditione ordinanous est quis in episcopum. 23. distinctione qui episcopus.

Quod omnes de limo terræ habemus principium. 8. dist. quo iure.

CONFESSIO. Quod confessio peccati necessaria est ad salutem de pœn. dist. 1. fere per totum.

Quod vbi est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. de pœniten. distinctione prima, §. taciturnitas.

Quod sola contritio nõ delet peccatum si confessio contẽnitur. de pœ. dist. 1. voluissent. § ex his itaque & c. mensurã §. 1. & duobus c. seq

Quod melior est in malis humilis confessio, quam in bonis superba gloriatio. 11. q. 3 initium. circa fi.

Quod circunstantiæ peccatorũ sunt confitendæ. de pœniten. distin. 5. §. 1. qui est in cap aut facta.

Quod propter verecundiam nullus debet diuidere confessionem, ut diuersis diuersa dicat. de pœ dist. 5. § 1. ante fi. 5. dist. cautus sit, §. 1.

Quod erubescentia in confessione peccatorum magna pars est satisfactionis de pœ di. 1. quẽ pœnitet.

Quod per confessionem illud quod fuit mortale, sit veniale. de pœn. dist. 1. quem pœnitet.

Quod non est necesse, ut qui semel bene confessi sumus, denuo confiteamur, de pœnit. distin. 1. cap. mensuram, § non ita.

Quod non per nuncium, vel perscriptum, sed proprio ore quis debet confiteri de pœ. di. 1. que pœnitet.

Quod vera confessio in vltimo tempore potest esse. 26. quæstio. 6. si presbyter & cap. sequen.

Quod confitens debet se totum ponere arbitrio sacerdotis de pœnit. dist. 5 consideret. post medium.

Quod perito sacerdoti qui sciat soluere, confitendum. de pœ di. 1. quẽ pœnitet post medium, & di. 6. c. 1.

Quod an quis possit audire cõfessionem alterius parochiani eo inuito. de pœ dist. 6 § 1. ibidem, & c. sacerdos, §. proxi.

Quod in articulo mortis si presbyter non habetur, quisque potest alteri confiteri. 26. q. 6. si presbyter, & cap. agnouimus

Quod Græci solummodo Deo confitendum dicunt, sed sancta ecclesia Deo, & sacerdoti confiteri statuit. de pœ di 1. circa fi c quidã.

Quod confessio peccati occulta nulli penitus est reuelenda. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod in foro iudicij confessus de crimine, pro conuicto habetur. 15. q. 1. presbyter, & cap. 1.

Quod scelus non dicitur manifestum nisi sponte confessum, aut per testes conuictum. 15. quæst. 5. presbyter.

Quod mitius est agendum cum eo, qui commissum facinus facili cõfessione est confessus dist. 15. presbyterum 12 q. 2. non dicatis. 19. q. 8 si quis, 56. dist. qa 82. di. presbyter.

Quod confessio per pœnam extorta non præiudicat. 15. q. 4. si quandoque a sacerdotibus.

Quod manifestum est cõfiteri de crimine cum qui per contumaciam non comparet. 3. q. 9 decernimus.

Quod qui socius est criminis, eius cõfessio contra socium nisi in certis casibus nõ admittitur. 24. quæst. 3. § vlti.

Quod quandocumque bonum agimus Deum confitemur. 11. q. 3. existimant. in fi.

Quod qui verbo, & opere Christum confitetur, ipsius testis efficitur. 11. q. 1. existimant, in fi.

Quod quanta uita est cõfiteri Christum, tanta mors est negare. 11. q 3. non solum.

Quod latro tunc baptizatus est quã do Christum in Cruce confessus est. de pœn. dist. 7. §. vltimo.

CONFIRMATIO. Quod confirmatio sacramentalis omnibus fidelibus est necessaria. de cons. di. 5. c. 1.

Quod in hoc Sacramento Spiritus sancti augmentatur gratia, ut confirmemur ad pugnandum, de consecra. dist. 5. Spiritus Sanctus, & c. nouissime.

Quod ideo confirmatio in fronte imponitur, vt ab accipiente fides Christi sine erubescentia prædicetur, de consecr. distinct. 5. nouissime.

Quod sacramentum excedit alia in veneratione, quia a maiori ministro scilicet ab episcopo tantum datur, de consecr. dist. 5. de his vero, & c. seq. 68. distin. quamuis. & 95. dist presbyteros.

Quod excepta necessitate hoc sacramentum episcopi ieiuni debent dare, & ieiuni, & confessi, si sunt adulti, debent accipere. de consec. dist 5. ut ieiuni, & c. seq.

Quod vnctio confirmationis debet fieri per signum Crucis, de consec. dist. 5. nunquid.

Quod confirmatio non est iteranda sicut nec baptismus, & iterans grauiter punitur, de consec. dist. 5. dictum, & c. sequen.

Quod confirmatio inducit compaternitatem quemadmodum, & baptismus 30 q. 4. si quis ex uno.

Quod confirmatum non plures suscipere debent nisi vnus, sicut nec baptizatum, de consec. dist. 4. non plures.

Quod in necessitate idem potest esse compater in confirmatione, & baptismo, aliter non, de conse. dis. 4 in catechismo.

Quod qui non est baptizatus non potest suscipere confirmatum, de cõsec. dist 4 in baptismate.

Quod qui in cõfirmatione filiastros ignoranter tenent, a matrimonio separantur. 30. q. 1. de his.

CONFORMATIO. Quod conformare se debet quilibet illis inter quos viuit, in his, quæ nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores 12. dist. c. illa autem.

Quod qui strictius rebus vtitur quã se habent mores eorum cum quibus viuit, superstitiosus est. 41. dist. quisquis.

Quod non interest quid alimentorũ sumat quis, dummodo conueniat cum his cum quibus sibi uiuendũ est. 41. dist. quod dicit.

Quod incantando, & legendo subditæ diœceses debent se metropolitanę ecclesię cõfirmare. 12. di. de his.

CONIVGIVM. De hoc require in tractatu de matrimonio, &c.

CONIVRATIO. Quod coniuratio dicitur quando clerici, uel monachi rebelles auctoritate interdicenti, se in vnum coniuratione intercedente collegerint, aut iuramenta inter se dederint 11. q 1. si qui clericorum.

Quod coniuratio, & conspiratio pro

vno

vno eodemque crimine accipiun tur.11.q.1. coniurationum.

Quod in prædicto crimine inuenti, in nulla accusatione sunt recipiē di.3 q.4.conspiratores.

Quod clerici contra episcopum, vel monachi contra abbatem in prędicto crimine inuenti, à proprio gradu cadunt. 11. q.1. coniurationum,& tribus.c.seq.

Quod non solum de hoc crimine conuicti,sed etiam consentientes infames efficiuntur. 11.q.1. conspirationū ibidē, &c statuimus.

CONSANGVINITAS.quod consanguinitas antiquos patres in coniugio propter propagationem non impediebat, sicut impedit modo.35. quæstio. 1. per totum.

Quod olim consanguinitatis gradus vsque ad septimam generationē computabatur.35.q.3. de affinitate,&c.nullum.&c.progeniem. vsque ad finem quæstionis.

Quod ideo consanguinitas per septem gradus computantur, quia mundi generatio, & hominis status tot ætatibus finitur. 30.q.4.c.i.

De computatione graduum consāguinitatis.35. quæst.5.per totum.

Quod æqualiter computatur consanguinitas descendens in posteros ex parte mulieris, sicut ex parte viri.32.q.3 de propinquis, &c.seq &c. æqualiter.cum c.seq.

Quod consanguineam cognoscens dicitur incestuosus, & est talis ab omnibus detestandus. 35. q.2. de incestis,& c.seq.

Quod infames sunt,& ab hæreditate repelluntur,qui consanguineas ducunt in vxores 35.q 2. coniunctiores.

Quæ personæ admitti debeāt ad accusandum vel ad testificandum consanguinitatem inter coniunctos.35.q 6 per totum.

De hac materia habes vbi agitur de matrimonio.

CONSCIENTIA. Quod conscientia sola si accusat, liber sine accusatione esse non potest.11.q. 3.in cunctis.

Quod dum cōscientia in oculis domini non accusat,sentiant homines quidquid libet .1 q 3. senti.

Quod quem de libro vitæ non delet iniqua conscientia,nec delere potest humana ignorantia.11.q 3. quid obest.

Quod qui confidens de conscientia sua famam suam negligit,crudelis est,12 q.1.nolo 11.q 3. non sunt.

Quod conscientia nobis est necessaria,fama proximo.12.q.1.nolo.

Quod quādo Deus iudex erit, alius testis quam conscientia nostra nō erit.11.q 3.custodi.

Quod tunc gloria nostra est testimonium conscientiæ nostrę, quando de quo homines nos vituperant, nostra conscientia liberos nos demonstrat.11. q.3. Iter verba.

Quod in præceptis, & prohibitionibus quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam 28. q.1.omnes,§. ex his.

CONSECRATIO. Quod consecratio ecclesiæ non debet fieri nisi cum missæ celebratione. de conse.dist.1.c.1 &c.de fabrica.

Quod altari maiori in quo sunt reliquię,non violata ecclesia etiam à fundamentis reparata sine missa consecrari potest, alias non, de consec.distin.prima de fabrica.

Quod sine reliquiis sanctorum ecclesiæ vel altaria non sunt consecranda de consec.dis prima de fabrica,&c.placuit.

Quod funera mortuorum maxime infidelium ante consecrationem ecclesiæ de ecclesia sunt eijcienda de conse.distinct.prima, ecclesiam in qua.

Quod quādiu paganus vel infidelis iacet in ecclesia, non est consecrāda.de cōse.dis prima.ecclesia.

Quod dotari dēt ecclesia antequam cōsecret 16. q.7 piæ,& ca si plures. de cons.dist.prima, nemo.

Quod ecclesiam, quam patronus nō ꝓ deuotione,sed ꝓ quæstu costruxerit, episcopus non debet consecrare, nisi omni contradictione cōtraria exclusa.de conse.dis.prima, si qs basilicā.16 q.7.piæ,& duobus c seq 10.q prima,si quidam.

Quod ecclesia quocūque casu lęsa manētibus parietibus consecratis nō debet reconsecrari.de cōse dis. prima si motum,&c.seq.

Quod si igne fuerit consumpta, est reconsecranda.de consecr.dist.prima, ecclesiis.

Item si parietes à fundamento fuerint reparati.de conse. distin. prima de fabrica.

Quod si ecclesia homicidio vel fornicatione,polluta fuerit, aqua benedicta sale respersa reconciliabitur de conse.dis.prima, si motum.

Quod vbi nec scriptura,nec testes inueniuntur, propter dubium ecclesia est consecranda de conse. dist. prima,solennitates prima.

Quod signa ecclesiæ consecratę ad vsum religiosorum non laicorum debent admitti de consecra. dist. prima,lingua.

Quod anniuersarius ecclesię vel episcopi maxime per annos singulos est agendus.de cons.dist.prima,solēnitates.1.& 2.

Quod consecrare dicitur simul sacrare.14.q prima,pudenda.

Quod ille archiepiscopus vel episcopus consecratus non dicitur, sed execratus, quem simul sacrare cō iunctis membris non agnoscit ecclesia.24 q prima,pudenda.

Quod consecrationi archiep.scopi omnes comprouinciales epi debēt interesse.66.dis.archieps.

Quod electus in archiepū vel epm inter tres menses debet consecrare.100.dist.quoniam quidam.

Quod electus in archiepiscopū (etiamsi sit episcopus) ante receptionem pallij non potest alios consecrare 100.dist §. 1.

Quod qui est consecratus ab illo q non habuit ius consecrandi, iterū est consecrandus.68.dist. sicut, & cap.seq.

Quod in epm non cōsecratur,in cuius domum hospitalitatis causa amicus numquam intrauit.85.di. archidiaconum Florentinū.

Quod cum multa discussione in episcopum.quis debet consecrari 61. dist de persona,&c.seq.23. distin. illud.

Quod episcopus ante consecrationem ad finem catholicam tenendam,& ad plura alia se obligat. 23.dist.quamquam.

Quod episcopus cum assensu prouincialium episcoporum ad minus cum tribus episcopis die dominica vbi archiepiscopo placuerit debet consecrari.51.distin.qui in aliquo.circa finem.75.dist.ordinationes.

Quod electus in episcopum si intra quinque menses negligit consecrari, archiepiscopus debet sibi de alio prouidere,100.distin. quoniā quidam.

Quod ante 25 . annos virgines non sunt consecrandæ.77.dist.placuit.

Quod diaconissa nisi sit 40. annor. non est cōsecranda.72.dist.nemo.

Quod corrupta non est consecrāda. 26.dis acutius 20.q.1.deuotis.

Quod non consecrantur nisi per episcopum 24.q 6.c.1.

Quod debet consecrari in ueste ꝓfessionis suæ, quam semper debet deferre.23 dist sanctimonialis.

Quod excepta necessitate infirmitatis virgines non sunt consecrādę nisi in epiphania, & ꝑ hebdomadam paschæ, & in festis Apostolorum.20.q 1.deuotis.

De hac materia habes vbi agitur de Velo.

CONSENSVS. quod consensus est uoluntati eius quem quis diligit obsecundare, & auertere se ab eo quem ipsi sentit aduersū. 53 dist.si inimicus.

Quod consentire dicitur qui peccāti amabilem se præbet, 91. dist.si inimicus in medio.86 dist odio.

De consensu malo habes 12. q 2. si quis,& 2.q.1 in primis.

Quod communio malorum nō maculat,sed consensio factorū. xxv. questio 4.si quis a catholica.

Quod secundum prophetam immūdum non tangit qui malorum cū quibus habitat actibus non consensit.xx3.q.4. tolerandi sūt &c. ecce inquiunt.

Quod non prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti.83.dist consentire, & c.quid enim prodest.

Quod error cui non resistitur, approbatur. & negligere cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fauere 83.dist.error 2.q.7.negligere 17.q 3.§.1.

Quod qui peccantem nō arguit, sed defendit, acrius quam ille qui peccauit, coercendus est. 11. q.3. qui consentit 24.q.3.qui negligūt,

Quod episcopus qui criminibus cōsentit aliorum, ab officio est deponendus.83.dist. si quis episcopus, &c.seq.

Quod facientem,& consentientem par pœna constringit.2. q 1. notum sit in fi.3.quęst.4. consanguineorum.

Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant,nec cōscientiam ligant 15.q.1. illa cauenda.

Quod non est crimen ꝙ infertur reluctanti, & non consentienti 15. q.1.non est,&c vltimo.

Quod sicut culpa non est concupiscentia in corpore dormientis, multo magis est absque culpa in corpore non consentiētis.15.q. . si concupiscentia.

Quod pudicitia potius vult quæ licet mala tolerare,quam malo cōsentire.32.q.5.ita.

Quod in ordinatione archiepiscopi consensus aliorum episcoporum comprouincialium si non sunt pręsentes,per litteras est habendus 64.dist.episcopi.

Quod infantes cum consensu parētum ad religionem debent suscipi.20.q.2.oportet.

Quod parentes filiam duodecim annos habentem de monasterio extrahere non possunt, si per annum, & diem eam ibi esse consenserunt.20 q 2 puella.

CONSILIVM. Quod consilia euangelij non sunt in præcepto, sed in hominis arbitrio. 14. q. 1. quisquis.&c.seq.

Quod consilium est voluntatis. præceptum autem necessitatis.14.q.1. §.quod præcipitur.

Quod qui consilio domini non vtitur, minus boni adipiscitur .14. quæst.1.quisquis.

Quod homines in dubiis requirere debent consilia.16 q.2.visis,& 20. dist.c.vlt.11.q.3.excellentissimus.

Quod experti, grauesque moribus pro consilio sunt requirendi. 1. q 1 estote.

Quod malorum potius consulendum est vtilitati, quam uolūtati, 23 q.1. paratus.post medium.

Quod merito arguitur qui consilia sapientum, & recta suadentium non vult suscipere 84. dist.c.1.

Quod qui dat bonum consiliū,præsentis vitę habet subsidium, & æternę remunerationis consequitur pręmium.12 q.2.bonæ.

Quod propter malum consilium cōsiliari puniūtur.86 dist tanta.in fi.

Quod pro consilio dato potest recipi temporalis remuneratio. 11. q.3.non licet.14.q.5.non sane.

Quod homicidę dicuntur per quorū consilium homines extinguūtur.de pæ.di.1. periculose, &c. noli.

Quod archiepiscopus in diœcesi suffraganei absque eius consilio nil agere debet.11.q 3.fere per totum.

CONSCRIPTIO. Quod omnis conspiratio (præcipue clericorum,& religiosorum) damnatur. 11 q.1.coniurationum.

Quod conspiratio notata est in coniuratione.

CONSTANTIA Quod constātia seruanda est in iuramentis,& promissis. 22. q 4. innocens in fi.

Quod omnibus in Christo viuere volētibus necessaria est constantia in ꝑsecutionibus 7.q.1 suggestū.

Quod tanta debet esse fidelium cōstantia, ut prius auferatur vita quàm fides.23.q 8.conuenior.ante finem.

Quod vbi non prælatus, sed fides quęritur, cōstantia prælatis præcipitur.7.q.1 aduersitas ante med.

Quod qui suis meritis constans,& firmus est, non turbatur alienis. 24 quęst.1.non turbatur.

CONSTANTINVS.Quod cōstantinus Imperator Christianus factus publice dedit licentiam christianos fieri,& ecclesias fabricari 12.q.1 futuram.

Quod iste Constantinus ecclesiam beati Petri apostoli construxit, & sedem Imperialem successoribus beati Petri reliquit 12 q 1. futuram.96 dist. Constantinus.

De reuerentia ipsius maxime ad clericos,& presbyteros.96. distin in scripturis 12.q.1 futuram. 96 dist. Constantinus 11 q.1. continua. §. Imperator Constantinus, &c. sacerdotibus.

Quod Palatium Lateranense,& Romanam vrbem omniumque Italiæ, & occidentalium regionum prouincias successoribus B. Petri assignauit 96.distin.Cōstantinus.

Quod Beatus Gregorius ostendit eum feliciter vitam terminasse,dicens piæ memoriæ, contra illos qui mendaciter asserunt ipsum rebaptizatum.11 q 1 sacerdotibus 12.q 1 futuram.vbi dicitur religiosissimus fuisse

Quod dedit priuilegiū, vt sicut Romanus Imperator esset caput totius mundi, sic & Romanus pontifex esset caput omnium ecclesiarum 96 distin Constantinus

CONSTITVTIO Quod constitutio est quod Rex vel Imperator constituit 2.dist.cōstitutio.

Quod cōstitutio debet esse honesta tempori,& loco conueniens. 4.di. erit autem lex.

Quod constitutionis causa est humanam coercere audaciam, & nocendi facultatē refrenare 4.di.§ 1.

Quod tenenda est pro lege vbi sacra scriptura non contradicit.11. dist. in his 10. distin.lege.

Quod illicita est,quæ est cōtra Apostolos,& Euāgelia, vel alias sacras scripturas.10.dist.non licet.

Quod triplex est origo constitutionum ecclesiasticarum 11 dist. ecclesiasticarum.

Quod constitutiones ecclesiæ,maxime Romanæ, sunt seruandæ. 11. dist nolite,&c.hoc vestræ 38.dist. nulli.

Quod earum trangressores puniuntur.12.distin.præceptis 55. distin. nullus.6 quęst.1.infames.

Quod constitutiones regum,& principum obsequi debent ecclesiasticis institutis 10.dist. lege. &c seq.

Quod pró loci,temporis & personarum qualitate mutatur constitutio.50. dist. vt constitueretur. 61. dist.e his, 10 q. apriscis.&c.seq. 11 dist.catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis,

CONSVETVDO. Quod consuetudo est ius moribus institutum,quod lege deficiente pro lege suscipitur.1 dist consuetudo.

Quod longæua consuetudo,quæ nō est contraria canonibus, est seruandā.11.dist. consuetudinis. 11. dist.scit sancta Romana, & quinque.c.seq 10.q 1 decreuimus.

Quod consuetudo peruersa ex diuturnitate non leuigat crimen, sed auget 24.q 1.schisma.

Quod binus actus consuetudo dicitur 25.q.vlt.ita nos.

Quod ratio & veritas consuetudinē semper excludunt.8 dist.veritate, & duobus capit seq.11.dist.capit.1. & sequen.

Quod quando consuetudini veritas suffragatur,nil ea firmius dēt teneri.8.distin frustra.12. distin. illuc vsque ad §.hoc autem.

Quod diuersitas consuetudinem ꝓ loco,& tempore (dummodo non sint veritati contrariæ)non est reprobanda.12 dist.scit sancta.& canonis &c. seq.

Quod consuetudo illorum cum quibus conuersamur,si nō est peruersa,obseruanda est 12.dist. illa.

Quod consuetudo in ita non minus quàm perniciosa corruptela est vitanda 8.dist.mala.12 distin omnia talia.16.q.3 licet.

Quod consuetudines Romanę ecclesię maxime sunt seruandę 11.dist. quis,in fi 12.dist c.1.in fi.

Quod in ecclesia multa sacramentalia sicut aquę aspersio,ad orientem adoratio,& huiusmodi,consuetudine magis quàm scripto sunt roborata.11. distinct. ecclesiasticarum.

Quod in portionibus ecclesiarū dādis obseruanda est consuetudo 10.q.3 nec numerus.

Quod contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi.11 distinct in his rebus.

Quod episcopi sunt sola ꝯsuetudine maiores

maiores presbyteris.95. dist. olim.
Quod an consuetudo faciat mortale quod est in se veniale.25. distinct. vnum §. alias, ante med. Vide quę ibi notantur in gl. in ver. crimina le ex B. Thoma.
Quod consuetudo ordinaria cõfert iurisdictionem.9.q.3. conquestus.
Quod iure consuetudinis hoc meũ, illud alterius iudicatur 8.dist.§.1.
Quod qui maledicendi consuetudinem habet immunditiam labiorum contrahunt. 24. quæst.3. qui negligunt.
Quod sub prætextu consuetudinis, nec ante, nec post, pro sacramento est aliquid accipiendum.1.q.3.si quis præbendas.
De hac materia habes vbi agitur de Moribus.

CONTEMPTVS. Quod contemnere debet suos, & sua, qui seruire Deo eligit.12.q.1. cui portio, &c. præcipimus.
Quod nihil miserius est, quàm propter nummum Deum deserere. 14 q 1.duo sunt, in fine.
Quod capitis ratio, & clericorum corona designant, quòd ipsi debent contemnere temporalia. 12. quæstio.1.duo.
Quod socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit, ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere volumus, temporalia contemnamus. 12.q.2. gloria episcopi, in fine.
Quod stultus est qui in dignitate primum se existimans bona quæ viderit discere contemnit.22.distin. de Constantinopolitana.18.distin. non oportet.38 dist. nullus episcopus 24 q 1 si habes.
Quod peccatũ paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contemnit.81.dist.si qui sunt, in fi.
Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobedientes sunt ecclesię, verumetiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur.23 q. 8. hortatu. & 63.dist. Hadrianus.
Quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita.1.q.1.multi.37 dist. sedulo.
Quod manumissio iteratur cum liberti ecclesiæ alij adhærentes eam contemnunt.12.q 2 liberti.

CONTENTIOSVS Quod contentiosus prohibetur ordinari.46. dist.§ 1.& c.seditionarios.
Quod diuersitas cultus maxime contentiones & ęmulationes inducit 90.dist.perlatum.
Quod clerici vel monachi in synodo, vel cap accusando, vel referendo non debent perstrepere vocibus contentiosis.5.q.4. in loco.
Quod cõtentiosus monachus à priori suo secundum qualitatem culpę est puniendus.90.distin. si quis monachus.
Quod perfectus in iudicio sæculari non debet contendere.14.quæst.1. episcopus.
Quod res ecclesiæ non per contentiones, sed iudicio debent defendi 16 q 6.consuetudo.

CONTESTATIO. Quod contestatio litis quomodo fieri dêat, & infra quod tẽpus facta valeat, habes 3.q.3.inducię. vsque ad finẽ quæstionis.
Quod ordine iudiciario primo libellus porrigendus, deinde debet fieri litis contestatio.3.q. 3. induciæ. § libellum.
Quod iudex reo libellum nõ debet auferre nisi actor promittat se intra duos menses litem contestaturũ, & expensas in duplum restituturum.3 q.3.induciæ, § libellum.
Quod contra absentem per contumaciam procedetur cum lis est contestata, & liqueat de causa 3.q. 9.decernimus.4 q 6.c.1.
Quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula.11.q.3. rursus. & cap. quicumque.
Quod litis contestatio recusari non põt.3.q. 3. induciæ, § libel ũ.in fi.
Quod in causa criminali, vel ciuili criminaliter mota ante litem cõtestatam testes non sunt recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda.3.q 9. per totum. in summa.
Quod plures sunt casus, in quibus sine litis contestatione testes possunt recipi, scilicet in hæresi post mortem.24 q.2.sane. & c seq.
Item in quæstione electionis episcopi, & in causa matrimonij, ne propter moram periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.
Item prelatus ex officio procedit per inquisitionem de excessibus subditorum.
Item quando testes ad perpetuam memoriam recipiuntur.
De his & alijs pluribus casibus habes extra, vt lite non contest. quoniam frequenter, &c. seq.

CONTINENTIA. Quod continentia nõ ferro, sed religione quærenda est.33 q 5 tunc saluabitur.
De hac materia habes in titulo de Castitate.

CONTRITIO Quod contritio contemptis alijs partibus pœnitentiæ non delet peccatum.de pę. nit.dist.1.resuscitatus.§.alij. econtra.ibi, & c.mensuram.
Quod dũ cõfessio non contemnitur, per contritionẽ peccati venia indulgetur de pę.dist. 1. mensuram.
Quod quantumcunque adsunt alia, sine cordis contritione nullum peccatum dimittitur.de pœn. distin. 1.§.econtrario.
Quod lachrymę, quæ ex vera contritione fluunt, æterni ignis incendia extinguũt.de pœn.dist. 1.porro.
Quod vbi non est contentio, sed cordis duritia, Deus orationem pro talibus non accipit.de pœn.dist.1. quamobrem in fi.

CONTVMAX. Quod contumax dicitur qui post vnam, vel trinam peremptoriam vocationem coram iudice comparere contemnit.24.q.3.de illicita.
Quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperant, per episcopos extra communionem poni debẽt. 2.q 6 quisquis.
Quod qui ad synodum vocatus venire, aut ibi constitutus obedire cõtemnit, aut ante finem recesserit, est excommunicandus.11.q.3.certum est.
Quod contra absentem per cõtumaciam tanquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam 3. quæst.9.absens, &c.decernimus.24.q 3. de illicita.
Quod si excommunicatus intra annum suam causam purgare contempserit, post nullatenus audiatur.11.q 3.rursus.& c. seq.
Quod qui iubẽte sacerdote pro qua cũque culpa ab ecclesia exire cõtempserit, tardius recipitur ad veniam 11.q.3. qui iubente.
Quod contumaces prælati præter dignitatis subtractionem puniuntur.74.dist. honoratus.in fi.34.distin.quorumdam.
Quod contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. 50. dist. contumaces. 7.q.1.si quis presbyter. 11.q. 1 petimus & q 3 si quis presbyter.
Quod sicut in contumacia persistentibus seueritas est ostendenda, sic humiliantibus per pœnitentiam venia non est deneganda. 2. q. 4. quanto.

CONVENTICVLVM. Quod conuenticulum dicitur congregatio subditorum sine consensu prælatorum.17.dist mult:s.
Quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debent 24.q.3. clericus.& c. cum quibus.

CONVERSATIO quod conuersatio cum Iudæis in conuiuiis & balneis clericis, & laicis inhibetur, nec etiam medicinas ab eis debent recipere.28 q 1. nullus.
Quod etiam cum parentibus, vel propinquis conuersari nõ debemus, si per ipsos fidem Christi perdere timemus.28 q ... si infidelis.
Quod sæpe malorũ conuersatio corrumpit bonos mores.24.q. 1. sępe.
Quod neophyti, vt in fide, & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari.28. q.1.Iudæorum.

CONVERSIO. Quod conuersio dicitur quasi vndique cordis versio.de pœ.dist.1.§. hoc idem. & distin. vlt.nullus expectet. §. quod quamuis.circa princ.

fit euacuat. 26. q. 5. episcopi. ante medium.

Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus, numero, 4 q. 3. per totum.

Quod innocens semper bene credit, & bene iudicat de alijs. xxij. q. 4. innocens.

Quod mala de alijs non cito neque de facili debemus credere. 86. dist. si quid.

Quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur. 2. q. 1. Deus. 30. q. 5. iudicantem. 11. q. 3. in cunctis. & c. quamuis.

CREDITOR. quod creditor non est dicendus vsurarius. x. q. 2. casellas § hoc ius.

CRIMEN. Quod crimen est graue peccatum accusatione & damnatione dignissimum. 81. distinctio. apostolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia. 25. dist. vnum orarium.

Quod crimen quandoque ponitur pro omni delicto siue mortali, siue veniali, 25. dist. unum orarium, § nomine autem.

Quod manifesta crimina accusatione non indigent. 2. q. 1. quę Lotharius. § in manifestis. & c. seq.

Quod magis nocet qui crimē celat, quam qui illud amicabiliter ad corrigendum indicat, 5. q. 5. non vos. & quattuor c. seq.

Quod fraudolentus reputatur qui causa diffamationis, uel uindictæ occultum crimen reuelat. 5. q. 5. qui ambulat 6. q. 1. summa.

Quod grauiter peccat, qui crimen quod solus nouit, publicat. 2 q. 1. si peccauerit.

Quod meritorium est ibi crimen publicare, vbi possit prodesse. 22. q. 6. hoc videtur. in fi.

Quod nullum crimen maculat nescientem. 23 q 4. nimium sunt.

Quod crimen paternum nullam maculam potest infligere successoris nisi committat, vel consentiat. 1. q. 4. crimen.

Quod nemini præterquam de crimine læsę maiestatis de se confesso contra alium creditur. 15. quæst. 3. nemini.

Quod graui punitur pœna crimen læsæ maiestatis. 6. quęst. 1. quæro. § si quis.

Quod crimen læsæ maiestatis & vitium simoniæ pari pœna puniuntur. 15. q. 3. sane.

CHRISMA. quod chrisma in cœna domini quolibet anno est conficiendum: & vetus intra ecclesiam est exurendum. de consecrat. dist. 3. litteris.

Quod solius episcopi est chrisma cōficere. 95. distinct illud. 26. q. 6. si iubet.

Quod archiepiscopi ab episcopis suis, & alii clerici ab archispbyteris chrisma debent petere. 95. dist. presbyteri. de cons. dist. 4. presbyteri.

Quod clericus vendēs chrisma simoniam committit. 1. q. 3. si quis præbēdas 1. q 1. dictū est in quibusdā.

Quod presbyteri chrisma accepturi nil debent dare episcopis. 1. q. 2. statuimus.

Quod omnis presbyter ad baptizandum vadens, cum chrismate debet progredi. de consec. dist 4 nullus ministrorum.

Quod signare in fronte cum chrismate, est tantum episcoporum de consecr. dist. 4. presbyteri. 95. distin. presbyteros.

Quod cum vertice chrismate non licet inungere nisi in necessitate. de consec. dist. 4 si quis de alio.

Quod qui in necessitate a presbytero non fuit in baptismo chrismatus in vertice, debet per presbyterum suppleri. de consec. distin 4 nullus ministrorum.

CRVDELITAS. Quod crudelitas non est crimina punire, sed pietas. 23. q 8. legi. & c. seq.

Quod falsa mansuetudo est crudelitas, quando scilicet delinquens nō corripitur. 23. q 4 ipsa pietas.

Quod iudex nō est crudelis qui crudeles iugulat, licet patientib. crudelis esse videatur. 23. q. 5. non est crudelis.

Quod proximi vulnus crudeliter tegitur, & vt sanetur, misericorditer indicatur. 5. q. 5. non vos.

Quod crudelis est, qui famam suam negligit. 12. q. 1 nolo.

Quod vlciscendi crudelitas iure culpatur 23. q. 1. quid culpatur.

Quod libidinosa crudelitas est venena sterelitatis procurare. 32. q. 2. aliquando.

Quod crudelitatem omnium prędonum superat qui res ecclesiæ quæ pauperum sunt defraudat. 12. q. 2. gloria circa med.

Quod qui pauperem fœnore cruciat, & qui diuiti aliqua rapit, ęquales sunt in crudelitate. 14 q. 4. quid dicam.

CRVX. quod crux a cruciatu dicitur, & magnum cruciatum sustinet qui eam patitur. 3. q 1. nulli. in fine.

Quod qui diuitias mundi lutū reputat, crucem Christi portat. 12. q. 2. gloria. circa med 12. q. 1. clericus.

Quod sacerdotalis gradus, & alia sacramenta crucis figura perficiuntur. de consec. dist. 5. numquid.

Quod salubre est fideles crucis signaculo insigniri. 11. di ecclesiasticarū.

Quod ideo cruce signantur baptizandi & alij, ut diabolus per interemptionis suæ signum vas suū pristinum sciat deinceps sibi esse alienum de consec. distin. 4. postea signatur.

Quod ignominia est Christum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod dominum crucifigunt qui eū in sacerdotibus suis persequuntur. 3. q 1. nulli.

Quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Maij. de consec. dist. 3. crucis.

CVPIDITAS. Quod cupiditas est mater vsurarum 47 dist. virum.

Quod cupidi ordinari prohibentur, qa tales de facili a vero deuiant. 47. dist. virum. 8. q. 2. dilectissimi.

Quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ, quæ radix est omnium malorum, non abscindit. 47. dist. bonorum. & c seq.

Quod gratius intuetur cupidus aurum quam solem 47. dist. sicut.

Quod quantumcunque aurum auro cumuletur, satietas numquam aderit cupiditati. 47. dist sicut.

Quod nemo cupiditati damnādi inflammatus desiderat habere consortem. 23 q. 7 quod autem.

Quod cupidi breuem in præsenti possident fructum, & post æternum incurrunt supplicium. 1. q. 1. cum ordinaretur & c. cito.

CVRATOR. quod curator propter infirmitatem datur. 3. q. 7. infaqies.

CVRIALIS. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur. 37. dist. nonne. & 51. dist qui in aliquo.

Quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem, nisi cum magna discussione. 53. dist. legem.

Quod curialis non debet in episcopum ordinari. 50. dist. non confidant. 51. dist. qui in aliquo.

Quod curialis qui in ciuilibus causis, vel pecuniarijs officium impendit, potest in episcopum postulari. 16. distin. Osius. & § sed aliud est.

CVRIOSITAS. Quod curiositas est postpositis diuino, & sanctorum eloquijs. scriptis Philosophorum, & poetarum ratione vanitatis, vel delectationis intendere. 37. distin. sacerdotes. & c. seq

Quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem, sed secundum sæcularem sapientiam, & sensus sui vanitatem exponitur. xxxvii. dist. vino.

Quod curiosi dicuntur clerici, qui filios suos ecclesiasticis sumptibus potius sæcularibus scientijs quam salubribus erudiunt 37. distin. legant.

CVSTODIRE. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorum quę sua auctoritate confirmauit 25. q. 1. c. 1.

Quod si iurisdictio episcopi a superiore non seruatur, ordo ecclesiasticus, quem superior custodire tenet, cōfunditur. 11. q. 1. peruenitur.

Quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potentibus, sed diligenter custodire 23. q. 7 conuenior.

Quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur. 32. q. 5. custodi.

DALMA-

DALMATICA. Quod dalmatica nec episcopis, nec archidiaconis antiquitus sine concessione Papę licebat vti 23. distinct. communis.

Quod licet nō omnes diaconi vtantur dalmaticis ex consuetudine, nō tamen debent ipsis vti nisi in solennitate. 76 dist. de ieiunio.

DAMASVS. Quod Damasus Papa primus accusatus de adulterio cū 42. episcopis se purgauit. 2. q. 7. nos si incompetenter in fine.

DAMNVM. Quod damnum morum multum distat a damno temporalium 6 quæst. 1. sunt plurimi. in fine.

Quod deteriores sunt qui vitam moresque bonorum detrahendo corrumpunt, his qui substantias aliorum prædiaque diripiunt. 6. q. 1. ex merito.

Quod nulli in alterius damnum est subueniendum. 14. q. 5. denique. 22 q. 2. primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum. 23 q. 6. quod etrauerat.

Quod piissimi rectores reputantur qui in graui scelere constitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt. 23 quæst. 5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam, vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excommunicati. 17 q 4 diffiniuit.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto. 23 q. vlti. pessimam. 14. q. 6. si res.

DATVM. Quod datum aliquod ex pietate præcipue ecclesiæ, non potest reuocari. 12. q. 2. sacrorum. 14. q. 6. comperimus. 16. q 2. vitis. & q. 6. illud. 18. q 3. sunt qui.

Quod dare ecclesię propter defectū hęredis, laudabiliter danti redduntur habito hærede. 17. quæst. vlt. cap. vlt.

Quod qui res ecclesiis vel monasteriis in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores 13. q. 2. clerici

Quod non sufficit oratio & lectio nisi adsit & eleemosynæ datio. 86. dist. fratrem. & duodecim cap seq.

Quod habenti dari nil aliud est quā perdere 1 q. 2. pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare. 12. q. 2. si episcopus. & c. seq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non potest. 1. q. 1. qui perfectionem. & c. seq.

DAVID. Quod Dauid qui ex compassione omnes] refugas recipiebat, ponitur in exemplum quod patientibus est compatiendum. 7. q. 1 omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem se pręcidisse, ponitur in exemplum quod subditus quātumcumque sanctus in malum prelatum quamdiu sustinetur non debet insurgere 2. quest. 7. plerumque. §. item. de pœnit. distinct. 2. §. opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus insinuatur. de pœnit. distin. 2. §. opponitur. post medium.

Quod inter duo mala minus eligēs potius voluit iuramentum frangere, quam sanguinem humanum fundere 22 quæstio. 4. quod Dauid. & c seq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod sacramenta in deprauato non annihilatur. 1 q. 1. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templum ædificare propter sanguinem quem effuderat. de consec. dist. 1. § 1. in princ.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis sententiā contra seipsum dedit, innuitur quod malus prælatus per sententiam quā profert in subditum seipsum condemnat. 3. q. 7. sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterij, & homicidij peccato consecutus est veniam. de pœnit. distin. 3. § Dauid.

Quod in eo quod post peccatum spiritum sanctum rehabuit, in honore permansit, innuitur ꝙ lapsi per pœnitentiam in pristinum statum reparantur. 50. distin. si post. §. econtra. & c. ponderet.

Quod occiso Vria propter adulteriū Bethsabeæ ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in cōsequentiam 31 q. 1. ca. si qua fuerit vidua. §. sed obiicitur.

Quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum præbuit testimonium, innuitur quod & plerique bella exercentes Deo placere possunt. xxiij. q. 1 noli.

DECANVS. Quod decanus non debet fieri nisi primum fuerit presbyter ordinatus 60. dist. c. 1. & duobus c. seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuetur 60. dist. innouamus.

Quod nemo in decanum debet eligi nisi qui ætate, & moribus est maturus 60. dist innouamus.

DECIMÆ. Quod decimæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum 16. quæstio. 1. quis.

Quod decimę sunt tributa egentiū animarum xvi. q. 1 decimę.

Quod decimę iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. xvii. q 7 decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica 16. q. prima decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. xvi. q. prima reuertimini. & q. 7. cap primo.

Item iubentur dari lege canonica. xvi q. 7. c. 1 & c. quicumque.

Quod decimę sunt dandę de grano & de uino, de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione. xvi. q. 7. quicumque. & c seq

Quod a laicis fideliter sunt dandę, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendæ. 32. distin præter hoc. 16. q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus, nec minus offerre. 16. q. 7. quicumque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ ubi baptisma, & alia sacramenta percipiuntur. 16. q 1. quicumque. c. de decimis & c. in sacris 13. q. 1. ecclesias §. de decimis.

Quod aliis ecclesiis non sunt dandæ præter consensum episcopi. xvi. q 1. statuimus. & c. seq.

Quod propter nouas ecclesias priori ecclesię non sunt subtrahendæ. 16. q. 1. si quis laicus. & c. de decimis §. si ergo.

Quod decimę concedi possunt monasteriis & hospitalibus. 16. q 1. quoniam.

Quod monachis de territoriis, quæ propriis manib excolunt, concessæ sunt decimæ 16. q. 1. cunctus §. de his. & c. questi.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis. 16. q. 1. cunctis. §. de his. in fi.

Quod non fructus, sed ius decimę vendere, vel emere simoniacum est 1. q. 1. presbyter.

Quod decimæ a laicis [quia pauperum sunt] possideri non possunt. 16. q. 1 c. vlt. & q. 7. c. 1.

Quod nō sunt a laicis aliquo munere redimēdę. 16. q. 7. decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ [quia ecclesiæ sunt] non sunt retinendæ. 16. quęstio. 6. si episcopum

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicandi 16. q. 7. omnes decimæ.

Quod qui decimas non tribuit sacrilegium committit, & ęternæ damnationis periculum incurrit. 16. q. 7. c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt. 16. q. 1. reuertimini.

Quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorum. 16. quæst. 1. decimæ.

Quod qui decimas diligenter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cęlestia promeret 16. q. 1. decimæ.

Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata soluunt Deo decimæ pro tempore totius anni. de consec. dist. 5. quadragesima.

DECRETALES. Quod decretales summorum Pontificum sunt eius-

sunt eiusdem auctoritatis sicut decreta; quæ sunt in corpore canonum. 19. dist. per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam. 25. q. 2. §. quod scripsi.

Item quę dirigitur ad vnam ecclesiam 16. q. 1. hinc est etiam.

Item quæ dirigitur ad vnam personam 7. q. 1. petisti. & hæc non trahitur ad consequentiam, sicut habes in prædictis cap.

Alia est generalis, quæ omnibus dirigitur 25. q. 1. omnia. & c. seq. & hęc quia distinxit, trahitur ad consequentiam. 25. q. 1. hac corona.

Si imperat uel prohibet, necessitatē infert 14. q. 1. quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad consequentiam. 14. q. 5. dixit.

Si permittit vel consulit, liberā habet obseruātiam. 14. q. 1. quisquis.

DEDICATIO Quod dedicatio ecclesiæ debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione. 1. q. 1. statuimus.

Quod episcopi dedicaturi ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere. 1. q. 2. placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quā dedicanda. ibid.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia. 19. q. 3. quæ semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis, de consecrat. dist. 1. solennitates.

De hac materia require de consecratione Ecclesiæ.

DEFENSIO Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesiæ. 23. q. 3. Maximianus. & q. 4. per totum.

Quod ecclesia pro malefactorib. debet intercedere, non eos defendere, 14. q. 6. hi qui. 12. q. 5. si quis cuiuslibet. & c. seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria, 23. q. 3. non inferenda, & c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quos suscipit defendendos, 87 dist. irreligiosum.

Quod qui potest & non repellit a socio iniuriam, tam est in uitio quā ille qui facit, 23. q. 3. non inferenda & c. seq.

Quod qui peccātem defendit, acrius arcendus est quam qui peccauit. 11. q. 3. qui consentit.

Quod qui desinit obuiare cū potest, consentit, 23. q. 3. ostendit.

Quod perfectus iniuriā propriā & suorum non debet defendere, sed diuino examini reseruare. 23. q. 1. §. 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate, 23. q. 3. per totum, & q. 5. de occidēdis. usq; ad fin. quæst.

Quod qui non defendit ueritatē, proditor est ueritatis, 11. q. 3. nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem, 23. q. 8. quicumq; § his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cœleste præmiū consequitur, 23. q. 8. omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur, 81. dist. sacerdos, & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cū præsentes esse non possunt, per alium reputantur præsentes 94. distinct. valde.

Quod delegatus sicut ille cuius tenet locū, est honorandus 93. d. præcipimus, 97. dist. nobilissimus.

Quod debet litteras cōmissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare 97. dist. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius, qui impetitur auctoritate superioris, 11. quæstio. 1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnib. est necessaria, quæ indiscussos hominum calores pōt refrænare 2. q. 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cum qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vēdicat, 11 q. 3. illa præpositorum, & c. seq.

Quod non sunt pręcipitanda consilia & opera, tempore enim indigemus ad deliberādum, ut maturius agamus 50 distin. ponderet. circa principium.

Quod maxime ecclesiæ negotia cum deliberatione sunt expienda, 45. dist licet 1.

Quod iudices diffinitiuam sententiā cum magna deliberatione debēt proferre, 11. quæst. 3. cum apud, & c seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta vtrum quiescēdum sit ab ea, est deliberandum. 2. q. 6 anteriorum.

Quod q ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ videntur habere cadunt, 17. q. 1. qui bona.

Quod in tantum quidam moram deliberationis extendunt, quod bonum quod consequi intendebāt, perdunt, 17. q. 1. qui bona

Quod pro conuitio non est habendū quod sine deliberatione est illatū 2. q. 3. si quis iratus.

DELICIÆ. Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt, 41. dist. delicię.

Quod deliciæ ciborum computrescere faciunt corpus humanum, de consec. dist. 5. nihil. & c. seq.

Quod diuites dolere debent si propter consuetudinē non aliter quā delicate possunt viuere 41. dist. nō cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vsus, sed libido culpatur 41. dist. quisquis.

Quod aliquando sine uoracitatis uitio pretiosissimo sapiens utitur cibo, & insipiens vilissimum cum gulæ flamma exardescit cibum, 41. dist. quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus deliciis affluere qui Christum pauperem debent prędicare 35. disti ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in deliciis meritorum quā mensarum 41. dist. episcopus.

Quod detestabile est in tugurio rusticano natum & milio nutritū in religione simila & mella fastidire, 12. q 2. gloria episcopi.

DEMENTIA. Quod dementia si est perseuerans excusat a culpa in ipsa commissa, 5 q. 1. aliquos, 32. q. 7. quemadmodum.

Quod si euenit ex ꝓpria culpa: postquam ad sanam mentem redierit, imponenda est ei pro commissa, licet minor quam aliis pœnitentia. 15. q. 1. si quis insaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime in sacerdotum, qui aliquando insaniuit 33 dist. cōmuniter, & duob. c. seq. 15. q. 1. c. vlti. § sicut.

Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & postea ad sanitatem redierit celebrare non potest 15. q. vlt. si qs insaniens, in fi. & c seq.

Quod dementes vel furiosi cōtinue, nec matrimonio, nec religioni possunt obligari. 32. quæst. 7. neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur. 32. q. 7. hi qui.

DÆMON. Quod dæmones acumine sensus, & celeritate mentis omnia quęcumque animalia excedunt 26 q. 4 sciendum.

Quod propter longum tempus uitæ, eorū maior est experientia quam hominum. 26 q 4 sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænunciantes ab hominibus propter terreni sensus tarditatem videntur futura prædicere. 26. quæst 4 sciendum, per totum cap.

Quod dæmones futura, de quibus nullum vestigium haberi potest, cognoscere non possunt. 26. q 4. sciendum. post medium.

Quod mali modo fiunt quæ per ipsos fiunt cum non sint, hominibus videntur signa & miracula. 26 q 5. nec mirum, ꝗ a medio vsque in finem c.

Quod in arte magica et in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deluditur curiositas humana, dū appetit scire quod non conuenit inuestigare, 26 q. 5 nec mirū. ante medium.

Quod necromātia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes arte

arte dæmonum est inuenta, ut faciant eos suæ damnationis participes. 26. q. 2. qui sine.

Quod an illusionibus dæmonũ quædam mulieres sceleratæ credãt se in corpore multa terrarum spatia transire, vel hoc solum spiritus in fidelis patiatur. 26. q. 5. episcopi.

Quod dæmones, vt frequentes sunt ministri & vltores iræ Dei. 23. q. 5. non solum.

Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri. 33. dist. maritum, & tribus, c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissime cogitationes hominum cognoscunt, 26. q. 4. sciendum in fi. & c. quodam loco.

Quod dæmon cum mẽtem alicuius per infidelitatem subiicit, illi siue dormienti, siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit: & per illas animam hominis deludit, 26. q. 5. episcopi post medium.

Quod dæmones hominibus illudere non possunt nisi Deo permittẽte, 26. q. 5. nec mirum. circa mediũ

De hac materia require ubi agitur de Diabolo, & ubi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponuntur uel degradãtur prælati vel clerici domicila fœminarum etiam post admonitionem frequentantes, 81. dist. clericus, & c. archidiaconum.

Item aleis & inhonestis ludis, & ebrietatibus sine cessatione deseruientes 35 dist. episcopus. 34. dist. quorumdam in fi.

Item tabernas, & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes, 44. dist. nulli, 14. q. 4. c. 1. & 3.

Item vsuras exercentes, 48. dist. c. 1. & seq. 14. q. 4. si quis oblatus.

Item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes, 27. q. 1. si quis episcopus, & ca. si quis rapuerit 30. q. 1. omnes, & duobus c. seq.

Item publica incontinentia laborantes, 50. dist. qui semel. 81. dist Maximianus, & cap. si quis clericus, & duob. c. seq. & c. si quis clericus, & tribus c. seq. & 83. dist. proposuisti. 15. q. 8. hi qui altario.

Item qui sine examinatione promouetur, xxiiij. dist. si quis presbyter, 81. dist. si qui sine.

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt, xxiiij. dist. si quis presbyter, 81. dist. tantis, & c. seq. 15. q. 8. si quis.

Item qui scienter criminosos ordinauerit, 81. dist. tantis, & 41 dist. aliquantos in fi.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt. 7. q. 1 si quis presbyter, & c. si quis episcopus, & c. seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores contumaciter insurgunt, xxj. dist. intantum. 11. q. 1 si quis sacerdotum, & c. cũ iurationum, & c. seq.

Item deponitur qui peierauerit, aut in homicidio, aut in alio magno crimine inuentus fuerit, 81. dist. in. presbyter, & c. seq.

Item qui publice crimen in apostolicæ totius ecclesiæ scandalum fouerit. 11. q. 1. ex merito, 11. q. Teugualdum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplantauerit, 7. q. 1. præsentium, & c. factus, & c. seq.

Item qui in aliena diœcesi uel ecclesia officia exercere vsurpauerit, 9. q. 11. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit, 10. q. ij. si quis episcopus. 12. q. 2. diaconi, & c abbatibus, 17. q. 4. quicumque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit, 16 q. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine uero quẽ solus dedit, solus non potest deponere, 15. q. 7. c. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est, a tribus episcopis, si presbyter, a sex, si episcopus, a duodecim est discutienda, 15. q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat sæculariter, locũ ubi agat pœnitentiam debet assignare. 81. dist. sacerdos 50. dist. accedens. circa fin.

Quod depositus ex culpa ab ordine, si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui, 82. dist presbyter.

Quod siue iuste siue iniuste depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ cum ordinaretur præceperat, 11 q. 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi, 7. q. 1. cap. 1. & tribus c. seq.

Quod deponuntur reges nõ solum ex crimine, sed propter insufficientiam, 15 q. 6. alius.

DERISIO. Quod derisio prælatorũ a subditis facta damnatur. 2. q. 7. sententia 15. q 5. ca. 1. in fin. de pœn dist. 2 §. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, pp quod sterilis facta est.

Quod humilis habitus pie uiuentiũ deridetur a peruersis, 41. quæst. 4. omnis.

DESPERATIO. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas. 26. q 6. agnouimus.

Quod nemo est desperandus, quãdiu est in hoc corpore constitutus. 24. q. 3. corripiantur 32. q ii. ancillam. de pœn. dist 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator pro pter culpam contemnitur, in desperationem labitur. 45. dist. recedite.

Quod pœnitentia a confessore est tẽperanda, ne peccator pp desperationem cogatur facere deteriora, 26. q. 7. de his, & c. alligant.

DETRACTIO. Quod detractor dicitur non solum ille qui aliis detrahit, sed etiam qui detrahentes audit, 6 q. 1. ex merito, 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est a detratione linguam custodire, quia tales cuncta quæ de aliis loquuntur, sua sẽtentia iudicabuntur 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt, 6. q. 1 deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere, quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est, 6 q. 1. summa de pœn dist. 1 homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculũ esse alicui detrahendo mẽtiri, quã sanguinem fundi, 11 q 3. nemo pe ritorum.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum, 6. q. 1. sacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bonis detractionem fieri, ut si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore uituperantium suffocetur, 6. q 1. oues § ipsa, & c sũt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciũt, nisi in puluerum sufflant, & in oculos suos terram excitant, ut unde plus detractionis perflant, inde magis nihil ueritatis uideant, 11. q. 3 inter.

Quod nihil prodest ieiunare, uel orare, uel alia bona facere, nisi mens prius a detractione reuocetur, de consecr. dist. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahendũ, nõ admittitur ad accusandum uel ad testificandum. 3. q 4. detractores, & q. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, a vindicibus flammis exuretur, 11. q. 7. accusatio.

DEVS. Quod Deus unus est, licet tres sint personæ in deitate, de consecr. dist. 3. c. ult.

Quod licet tres personæ sint una deitas & una essentia, tamen aliquid est quod soli patri attribuitur, aliquid quod soli filio, aliquid quod soli spiritui sancto, de consecr. dist. 3. c. vlt.

Quod Deus animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator 56. dist. nati.

Quod occulta opera Dei iudicio sũt seruanda. 6. q. 1. si omnia.

Quod quãdo scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis uel alterius creaturæ, per similitudinẽ loquitur, non per proprietatem. 24. q. 1 odi.

Quod

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quam aliorum. 11.q 3. ad mensam.

DIABOLVS. Quod diabolus non fuit malus creatus: sed in veritate & charitate. de pœnt. dist 2. citius. §. quod vero. vbi inuenies pro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem. de sui status excellentia cecidit. de pœnit. d. 2. §. quod vero, fere per totum.

Quod diabolus post casum suum conatur vnitatem ecclesiæ scindere, & humanum genus euertere. 16. q. 2 visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio, & Deo familiarios magis impugnat 3 q. 1. nulli.

Quod versutus hostis dicit quia mille modos nocendi habet. 16 q. 2. visis.

Quod ex subtilitate naturæ hoc perpendit de homine, quod ipse homo non perpendit. 26. q. 5. nec mirum. post med.

Quod vt melius decipiat, in angelum lucis se transformat 26. q 5. nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, vt neminem possidere possit nisi se prius peccatorum ære vendiderit. 15 q. 1. non est.

Quod ipse potestatem exercet in malis tamquam in suo pecore. 24. q. 1. miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

DIACONVS. Quod diaconus Græce, Latine minister dicitur. 21. distin. cleros.

Quod apostoli post ascensionem domini diaconos sibi statuerunt in ministros 93. dist. Dominus.

Quod commendantur diaconi respectu præfigurationis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debent exercere. 13. distinct. diaconi sunt, quos.

Quod diaconi sunt tamquam oculi episcopi oberrantes, & circumlustrantes. 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur, vel verbo Dei detrahatur. 93. dist. diaconi qui.

Quod non debent præsente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramenta conferre. 93. dist. peruenit. & c diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur 25. dist. perlectis ante med. 93. dist diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus sine diacono non debet solemniter celebrare, nec calicem nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre 93. dist diaconi sunt.

Quod absurdum est auditu. diaconum extolli super episcopum & presbyterum. 93. dist. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se præfert, a proprio gradu cadere debet. 93. dist. cap. vlt.

Quod diaconi debent corporalia, & pallas lauare. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

DIALECTICA. Quod qui dialectica arte diebus & noctibus torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur. 37. dist. nonne.

Quod dialecticorum tendicula, sunt quædem phantasmata & vmbræ, quę cito resoluunt. 37 dist. vino.

Quod garrulitas ranarum quib. percussa est Ægyptus, garrulitatem dialecticorũ & sophistica argumẽta designat 37. dist. legimus.

Quod nõ in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione. 37. distinct. omnem.

DIES. Quod dies festinandi exprimuntur de consec. dist. 3. § 1.

Quod qui dies sunt a iudicijs, & placitis, custodiendi. 15 q 4. placita.

Quod die dominico nil est agendũ nisi Deo, vacandum. de consec. distin. 3. ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus, quia in ipso mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Christi vita accepit principium 75. dist. quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi. ibi.

Quod episcopus die dominico non debet abesse sua ecclesia. de conse. dist. 3 episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa de consec. dist. 3. quoniam sunt 30 dist. si quis presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda. de consec dist. 1 missas.

Quod nullus episcopus, vel intra positus. die dominico causas audire præsumat 15. q 4. per totum. de consec. dist 3. c. 1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei euangelia debet iurare. 22. q 5. decreuit.

Quod die dominico nõ est ieiunandum, de consecra. dist. 3. ieiunium. c. seq 30. dist. si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis delicijs solent intendere. 4. dist. denique.

Quod Antichristus diem dñicum, & diem sabbati faciet custodiri, vt ei hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat. de consec. dist 3. peruenit.

Quod die sabbati abstinendum est a carnibus. de consec dist. 5. qua dies.

Quod die Iouis non sequamur errores Gentiliũ, non est ieiunãdum. de consec. dist 3. ieiunium.

DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari 25. q. 2. cum die.

Quod diffinitiua sententia quę condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. 2. q. 6. et qui. §. diffinitiua.

DILAPIDATIO. Dilapidatio quando fit bona, & qñ non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solum suspectus submouetur, & vsque ad discussionem facti detrahetur. 3. q. 2. si episcopus. § quod si. & c. seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est, quod sequestratur possessio a possessore, antequam conuictus sit. 3. q. 2 quia.

Quod si episcopus, vel presbyter, qui res ecclesiæ, quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus 12. q. 2. apostolicos. 17. q. 4. nullus res.

DILECTIO. Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus de pœnit. dist. 2. si quis semel. § charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari, animo concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odiũ, mundi fastidium. ibidem.

Quod ordinem dilectionis peruertunt, qui aut mundum qui contemnendus est diligũt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile resistere, bonis operibus abundare, sęculari blandimenta contemnere, & omnia quæ humanę fragilitati sunt difficilia perficere, dist. 2. §. charitas est.

Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus. de pœn. dist 2. § charitas est.

Quod illi Deum plus quam se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt. de pœn. distin. 2. §. charitas est.

Quod homo proximum sicut seipsum diligit, quando quantum potest laborat vt eum adducat ad Deum colendum. 23 quæst. 4. debet homo.

Quod tũc proximos diligimus sicut nos, quando non propter sperata beneficia, vel propter consanguinitatem, sed propter hoc tantum qđ nostræ naturæ sunt participes diligimus. de pœn. distinct. 2. §. charitas est.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorum perditione doleamus, & ad eorum correctionem quotidie laboremus. 23. q. 4. non potest § seq.

Quod non est signum veræ dilectionis ad proximum, quando dimittitur peccatum inpunitum. 23 q. 4. quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus.

tus habetur. 16.q.1.cum pro vtilitate & q.3.licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguuntur, quædam vero non.16.q. 3. licet,§. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta alijs participare.16.q.3. licet in fi.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica. 16. q.1.& temporis, &c seq.

Quod qñ excreuit fidelium multitudo diœceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt 16.q.1.præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionem tolli possunt,quædam vero non.16.q.3.licet. §. hoc multipliciter.

DISCERE Quod discere debet qui libet antequam doceat 23.dis.his. 16 q.1 sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur.38. distin.nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. 16. q.1.si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus,aut repudiemus 37.dist. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias seculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint,ad vsum sacræ eruditionis conuertunt.37.dist turbat.

Quod clerici sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant discere,cum ex officio alios debẽt docere. 36. dist. qui ecclesiasticis. §.ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existũt quia veritatis discipuli nõ fuerunt.24.q.3. quid autem.

Quod discẽdum est a minoribus licentiam verecundia. 38 dist.nullus 24.q.3.si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primum existimat, bona quæ viderit discere contemnit 22. dist. de Constantinopolitana.24.dist. peruenit.23.q 3 si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod disciplina vltrix est malæ vitæ.23 q 5.ad fidem. & c.non putes.

Quod mali vt ad bonam disciplinã perueniant, p flagella sunt corrigendi.23 q.4.displicet.circa med. & cap.vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur.23.q.5. non putes.

Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina, eleemosynam facit.45. dist.& qui.

Quod huic officio hominis inuigilet disciplina, videlicet epõ regẽti plebem suam, pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam,marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. 23. q 4.duo.

Quod disciplina, vel misericordia multum destituitur,si vna sine altera teneatur.45.dist.disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus nõ debet esse super magistrum. 6 q. 1. sacerdotes.

Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nedum didicit esse discipulus.48.dist.prohibentur 61. dist. miserum. 16.q.1. si clericatus.

Quod 72.discipuli ab Apostolis sunt electi.21.dist in nouo in fi.

DISCORDIA Quod discordia mentium tam inter fratres carnales, quam spirituales inducit frequenter separationem corporis.56.dist. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia, cum prælatus negligit conuitia. 23 q 3 iustum.

Quod diuersitas cultus plurimũ est materia discordiæ.90. dist perlatũ.

Quod qui societatem fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deũ qui charitas est, tamquam Iudas prodit.11 q.3 abijt.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur, quia tales ad concordiam non valent prouocare. 50. dist.c.1.

Quod prælatorum interest discordãtes ad concordiam reuocare. 61. distin c.vlt.90.dist.discordantes.

Quod discordantium munera, vel oblationes nec Deus suscipit, nec a sacerdotibus sunt suscipiendæ. 90.dist.oblationes.1.q.7.in grauib.

De hac materia habes vbi agitur de concordia.

DISCRETIO. Quod discretio est mater virtutum omnium.1. q. 5. præsentium.

Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo 50.dist ponderet

Quod correctio quandoque habere debet plus de asperitate quam de benignitate quandoque debet esse mista cum vtroque 45. dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori in docendo.43 dist.dispensatio.§ pariter.in fi.

Quod debet esse doctor discretus,vt ne tacenda,proferat,aut proferenda reticescat.43 distinct sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitatem auditoris modetur sermo prædicationis. 8. q. 1. oportet.

Quod necessaria est discretio cõfessori in ligando & soluendo. 23.q. 4. si is qui.de pœnit,dist.1 § quem pœnitet.

Quod necessaria est discretio omnibus in viuendo, vt scilicet virtutes eligamus,& vitia reprobemus. 49 dist.hinc etenim.

DISPENSATIO. Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum.23. dist §.1.

Quod necessitas inducit dispensationẽ. 34.dis. fraternitatis & c.lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia.55. distin. priscis.

Quod non est pro regula assumendũ quod ex dispensatione specialiter est concessum 56 dist.Ceuomanen.1 q.7.& si illa.9.q.1. ordinationes.

Quod pro necessitate temporum fit quandoque dispensatio contra decreta.1.q 7 requiritis.& tribus cap. seq.& c.si illa.32. q.4. recurrat. §. his itaque

Quod multa tolerantur ex dispensatione,quæ canonis rigor condemnat 24.dist.fraternitatis.

Quod sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum : sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum.1.q 1. dispensationes

Quod secundum diuersitatem excessus dispensatio quanque protrahitur, quandoque acceleratur. 25. q.8.hi qui.

Quod dispensatur quandoque ratione multitudinis 50. dist vt constitueretur.9 q. 1. ordinationes in fi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis. 1.q.7.dispensationes.

Quandoque ratione personæ.1. q. 7. didici.& c.tali.

Quandoque ratione meriti,& prærogatiuæ scientiæ.1.q. 7 tali.

Quandoque ratione religionis 50. dist.si quis diaconus.

Quod quandoque dispensatur ad vnum ordinem, & non ad alios. 34.dist lector.9. q.1. ab excommunicatis.

Quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur,vt in suscepto ordine maneat 50. dist.clerico.

Quod cum directe homicida non dispensatur ad sacerdotium.50.dist. miror & duobus c. seq.

Quod cum illo dispensatur, qui flagellando aliqñ præter intentionẽ ipsum occiderit 50 dist. studeat.

Quod an dispensat Papa contra Apostolum, vt in bigamia 34 dist.lector.& vide quæ ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante, vt post decennalem pœnitentiam ad pristinum redeat honorem 81 dist presbyter.

Item solus papa dispensat in gradu consanguinitatis,& affinitatis 35. q. 3 quædam § quod scripsi.

Item solus Papa restituit episcopos, & dispensat cum eisdẽ.2 q.6.ideo.

Item

Item solus papa dispensat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratum habente siue sit in ordine, siue in beneficio 1 q 1. erga.

Item solus Papa dispensat contra canones qui præcipiunt pœnitentiã vel satisfactionem pro enormib. 12 q. 2 de viro.

Item solus Papa dispensat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficiũ. 11. q. 3. si quis episcopus damnatur, & c. seq.

Item solus papa dispensat cum illegitime natis ad beneficia, quæ sũt cum cura 56. dist. Cœnomanen.

Quod Papa non inuenitur dispensasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionem ecclesiæ ordinantur. 1. q. 7. conuenientibus. circa fin.

Item cum eo qui scienter a simoniaco simoniace est promotus. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus uel reordinatus. 1 q. 7. saluberrimum in fine. de consecr. dist. 4. qui bis.

Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus 9 q. 1 ordinationes.

Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignorante parentes, ut promoueretur ad ordines uel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1 q 1. præsentium, & cap. quicumque.

Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero sacrilego, vel hæretico, vel schismatico, ne desperent, 50 distinctio si quis presbyter. & c. presbyteros, & c. ut constitueretur.

Item dispensat Episcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & aliis capitalibus de criminibus, dũmodo sint occulta, quia si sunt publica debet deponi 50. distinct de his uero.

Item dispensat episcopus in pœnitẽtiis, quas canones statuerunt. 26. quæstio 7. pœnitentibus, & c. tempora pœnitudinis, & duobus cap. seq.

Item dispensat episcopus cum eo qui prætermisso subdiaconatu diaconus uel presbyter efficitur, supplendo ordinem prætermissum. 52. dist. solicitudo.

Quod varia dispensatio, quæ episcopis conceditur, coepiscopis prohibetur 68. dist. quamuis, & capitu. seq.

Quod dispensat Abbas cum monacho ut extra monasterium, tamen sub sua obedientia specialem cellam habere possit. 20. quæst. 4 monachum.

Item dispensat cum monacho, ut carnes comedere possit. de conse. dis. 5. carnem.

DIVITIÆ. Quod diuitiæ temporales si sunt cum studio, & affectu singulari, ignominiosæ sunt, 12. q. 2. gloria.

Quod dilectores diuitiarum fortes sunt in terrenis, debiles in cœlesti. bus 47. dist.

Quod diues, cupidus gratius intuetur aurum quem solem 47. dist. sicut hi.

Quod iniuste possidet diuitias qui ipsis male vtitur 14. quæst. 4 quid dicam.

Quod nihil facit diuitias sic contemni sicut recordatio pauperis, finis, & principii. 48. dist sicut hi.

Quod fideli homini totus mundus est diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14. q. 4 quid dicam.

Quod diuites nisi rebus temporalibus si abundant iustia, & operibus bonis non sunt adiiciendi. 30. distin. hæc autem scripsimus. in fine.

Quod diuitiæ ecclesiarum sunt bona pauperum, & redemptio captiuorum. 12. q ii. aurum.

DIVINATIO. Quod diuinatio numquam in bonam partem acci pitur. 1. q 1. numquam.

Quod diuinatio a persis est inuenta. 26. q. iiii. igitur circa fi.

Quod secundum quosdam quattuor sunt generata diuinationis, uideli cet ex terra, aqua, igne, aere. 26. q. 4. c. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex coniectura mentis suæ incerta, futurorum quasi uera pronuntiant. 37. dist. uino.

Quod multi modi sunt, & multa genera per quæ diuinatores futura inuestigant, quæ ponuntur. ii. q. 4. igitur. per totum, & quæst. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione sint firmi. 26 q. 5 nec, in fi.

Quod diuinatores propter detestationem criminis in accusatione non admittatur 11. q. 8. quisquis.

Item sunt excõmunicãdi. 26. q. 1. §. 1.

Item si clerici fuerint, & se corrigere noluerint sunt deponendi. 26. q 5. si quis episcopus.

De hac materia habes ubi agitur de Incantatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium proprie dicitur inter carnaliter commiscentes, uel commisceri appetentes. unde inter Mariam, & Iosep non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commẽdata 7. q ii. quod autem. §. Item si coniuges.

Quod quos Deus coniunxit, homo non debet separare, subaudi uiolenter, uel sine ratione. 31. quæst. 4. quos Deus.

Quod frigiditas viri uere probata causat diuortium. 2. q. 4. consului. si, §. hoc autem. 27. q. ii. quod autẽ. 33. q. 1. §. 1.

Quod affinitas post contractum matrimonium superueniens non accusat diuortium. 27. quæstio. ii. quod autem. § proxi.

Quod conuersus ad fidem potest diuortiari ab vxore non conuersa quæ ipsum nititur a fide Christi deducere. 28. quæst. 1. idolatria, & ca. seq.

Quod fornicatio carnalis, & spiritualis causæ diuortium 28. q. 1. idolotria, & c. seq.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter cõtrahendum matrimonium causat diuortium. 31. q. 1. si qua & § seq.

Quod diuortium non debet fieri pro quacumque infirmitate, vel deformitate, uel senio, vel sterilitate. 32. q. 5. si uxorem, & q. 7. tantum.

Quod causa consanguinitatis non licet quem dimittere uxorem nisi prius consanguinitas eorum coram episcopo approbata fuerit, 35. q. 6 multorum.

Quod adulter vel adultera ab adulterio diuortiari nõ potest. 32. q. 6. §. 1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta et frequentius iterata non inducit diuortium sine iudicio. 35. q. 3. extraordinaria.

Quod diuortium sine iudicio, & sine consensu episcopi non debet fieri 27 q. ii. si uir. 33. q ii. sæcularis. 35. q. 6. multorum.

Quod uxor sine iudicio ecclesiæ dimissa, primo restituenda est antequam de diuortio agatur 33. q ii. historia, & c. seq.

Quod vir, & mulier quantum ad causas diuortii æqualiter iudicantur, 32 q. 5. Christiana.

Quod si post diuortium propter fragilitatem vir aliam nouerit, propter doli præsumptionem compellendus est redire ad primam. 33. q. 1. quod autem. in fine.

De hac materia habes ubi agitur de Matrimonio infra.

DOMINIVM. Quod dominium rei trãsfertur ratione ordinis, unde licet si quis seruus alterius in presbyterum ordinatur. 54 di frequẽs.

Item ratione consecrationis, ut si res consecrata ab aliquo repetitur, nõ ipsa redditur, sed compensatur. 14. q. 6. comperimus.

Item propter religionem, cum scilicet per religionis ingressum contigerit vacare beneficium. 17 q. 2. Gõsaldus.

Item ratione Christianitatis, vt scilicet cum seruus Iudæi, vel pagani Christianus efficitur. 54 dist. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, sicut sedes Constantinopolitana, licet posterior sit quam Alexandrina, tamen prior numero debet poni, 22. dist. renouantes.

Item auctoritate superioris, sicut quãdo iubente Domino Iudæi thæsauros Aegyptiorum deportauerunt. 14. q. 5. dixit Dominus.

DONVM. De dono require ubi agitur de dato.

DVBIVM. Quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an nō, facit ordinatos reordinari. 68. dist. presbyteri.
Quod in re dubia auctoritas ecclesiæ est requirenda. 11. dist. palam.
Quod in rebus dubiis absolute non dēt ferri sentētia. 33 dist. habuisse.
Quod quando emergit dubitatio in persona, in facto, & in iure, tunc nullo modo procedendum est in sententia. 30. q 5. iudicantem. & §. sequen.
Cum emergit in persona tantum vbi certum est ius & factum, tunc certa datur sententia. 5. q 1. quidam.
Cum in facto emergit dubitatio, vbi certum est ius & persona, tunc non potest certa ferri sententia. 5. q. 1. quidam.
Cum in iure emergit dubitatio vbi certum est factum & persona, tum consulenda est sacra scriptura, & seniores prouinciæ, & papa. xx. di. de quibus. xxiiij. q. 4 quoties.
Quod qui dubitat se baptizatum, debet baptizari. de consecr. 4. dist. 4. paruulos. & c. seq. placuit.
Quod si dubium est de consecratione ecclesiæ vel altaris, debent consecrari de consec. dist. 1. ecclesiæ.
DVPLICITAS quod duplex monasterium pro monachis, & monialibus fieri in vno prohibetur. 18. q. ii. diffinimus
Quod monachus duplex officium suæ professioni contrarium, nō debet exercere. 16. q. 1. nemo. & capitu. de præsentium. & cap. presbyteros.
Quod nemo potest esse accusator & testis 4. q. 4. nullus.
Quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. xxi q. 1. c. 1. 2. & 3. & 16 q 7. per laicos. in fi.
Quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere. xxi. quæst. ii. sicut.
Quod qui bene præsunt, duplici honore honorandi sunt. 95. distin. ecce.
Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba sua mutat. xxii. q. ii. ne quis. in fin.
Quod duplex tribulatio non consurget super illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam. de pœniten. dist. 3. hac auctoritate. 23. q 5 quid ergo. post medium.

De duplicitate habes ubi agitur de simulatione & hypocrisi.

DVRITIA. Quod duritia obstinationis est, quando quis bonitatem Dei contemnens vsque ad mortem in peccatis perdurat. 93. dist. diaconi sunt. in fine.
Quod duro collo stamus si spreta longa Dei pietate in peccatis usque ad mortem perduramus. 93 dist. diaconi sunt. in fi.
De duritia require in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuium ignorabatur 35. dist. sexto die.
Quod ebrietas a Noe inuenta est, q primus vineam plantauit. 35 dist. sexto die.
Quod ebrietas est fomes, & nutrix omnium uitiorum. 35. distin. ante omnia & 15. q. 1 sane.
Quod Loth, quem Sodoma non uicit, uina uicerunt. 35. dist. §. 1.
Quod ebrietas suadet ad iurgia, & maledicta, sicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit. 35. dist. sexto die.
Quod tumultuosa est ebrietas. 35. distin. luxuriosa.
Quod ubi ebrietas, ibi libido & furor. 35. dist. uenter.
Quod ebrietas obcęcat conscientiā, & sepelit rationem. 15. q. 1. sane.
Quod proprium est ebrietatis fęmora denudare, & ad luxuriam incitare. 35. dist. sexto die.
Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode, & Ioanne Baptista. 22. q. 2. unusquisque.
Quod ebrietas excusat culpam a tanto, sed non a toto. 15. q. 1. sane. & c. inebriarunt.
Quod ebrietas assuefacta est mortale peccatum. 25. dist. vnum. §. criminis appellatio. alias 35. distinct. episcopus.
Quod cum ebriosis non solum cibus non est sumendus, sed etiam sunt vitandi. 11 q 3. ad mensam.
Quod clerici quorum sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debet abstinere. 35. dist. §. 1. & c. seq.
Quod episcopus, aut presbyter ebriosus deponit, inferiores clerici corona priuantur. 34. dist. episcopus.
ECCLESIA. Quod ecclesia catholica dicitur fidelium multitudo fide & charitate unita. 93. disti. legimus circa med. 1. q. 1. multę. in fi. 24. 1. loquitur.
Quod omnes episcopi, & omnes fideles sunt vna ecclesia. 93. dist. legimus in fi.
Quod ipsa non solum ratione virginitatis, sed etiam ratione omniū fidelium tota virgo dicitur. 27. q. 1. nuptiarum ante finem.
Quod sponsa Christi dicitur pudica, & incorrupta, quę adulterari non potest. 24. q. 1. loquitur. in fine. & c. omnibus.
Quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta 1. q. 1. ex catholica. 24. q. 1. quia ex sola.
Quod extra eam salus non habetur 24. q. 1. alienus &c. quicumque & c. quia ea.
Quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisi ab ecclesia. 23. quæst 4. ipsa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obstinata.

Quod ritus ipsius a scriptura, & a traditione apostolica, & a consuetudine sancta pullulauerūt 11. distin. ecclesiasticarum. & capit. catholica.
Quod status eius alter fuit tempore apostolorum & martyrum, alter modo. 12 q 1 futuram. 23. q. 4. non inuenitur. post prin.
Quod ipsa malos quibus ius iusta est, tāquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat. 12. q. 1. exemplum 23 q. 4. quantus & ca. seq. & cap quidam. de consecrat. distin. 4 est unitas.
Quod ipsa propter malorum opera quæ sunt in ipsa spelunca latronum dicitur. 16. quæst. 7. & hoc circa med.
Quod licite possidet facultates temporales, quas nō reputat proprias, sed communes 12. quæst. 1 exemplum. & c. seq & c. habebat.
Quod quandoque soluit sæculari potestati tributa. 23. q 8. conuenior. & c tributum.
Quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23 q. 5 non nos.
Quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum 12. di. c. 1. & seq. 3 q 6. dudum.
Quod ipsa est prima sedes non habens maculam, neque rugam 21. dist. quamuis.
Quod ipsa tamquam magistra est in omnibus sequenda. 11. dist. quis. in fine. 12. dist. cap. 1. & seq. xxii. di. omnes.
Quod ipsa est in speculum omnibus 19. dist. enim uero.
Quod qui derogando ei contra ipsā loquitur hæreticus reputatur. 22. dist. omnes. Notent hoc peruersi q continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.
Quod ipsa habet plenitudinem potestatis: aliæ ecclesiæ vocatę sunt per ipsam in partem solicitudinis. 3. q. 6. multum.
Quod ipse a tramite apostolicæ traditionis numquam errauit. 24. q. 1. a recta. c. in sede c. hæc est. & c. cū beatissimus.
Quod custodit statuta conciliorum quæ ipsa confirmauit. 25. q. 1. de conse. dist. basilicas.
Quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporum, vel in toto, uel in parte mutat. 25. q. vl ti. c postea. § his ita.
Quod sententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat, 35. q. 9. sententiam & c seq.
Quod ad Romanam ecclesiam oīb. sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur. 11. q. 6. ad Romanam. & trib. c seq 9 q 3. cuncta.
Quod ipsa ualet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9. quæst. 3. episcopo §. sola. 17. q. 4. nemini.
Quod in dubiis, & arduis ad ipsam est

est recurrendum, 11. distin. palam. 12 distin praeceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrũ ordinem acceperit, ad seruiendũ remanebit, 1. q. 1. filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis non debet construi sine consensu episcopi. 16 q. 1. quicumque. & q 5. lator, 18. q. 2. quidam de consecr. dist. 1. nemo.

Quod propter nullius somnia construendae sunt ecclesię vel altaria. de consecr. dist. 1. placuit.

Quod propter nouarum ecclesiarũ constructionem priores ecclesiae non debent decimas amittere 16. q 1 quicumque.

Quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate & quantitate debet prouidere. de consecr. distin. 1. omnes basilicae.

Quod ecclesia maior debet habere 40. passus in circuitu, minor, 30. 17. q. 4. sicut antiquitus.

Quod consecrari debent à dioecesano, & non nisi prius dotentur, 16. q 7. piae, & duob. cap. sequen.

Quod pro consecratione ecclesiae episcopus nil debet exquirere, 1. q. 2. placuit.

De consecratione plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesiis nil incõgruũ vel inhonestum agi debet, 42. dist. nulli, & duob. c. seq. 16 q. 7. & hoc diximus.

Quod ecclesiae debent seruari mundae, adeo vt resplendeãt, 26. distin. pulchra.

Quod ecclesiae non debent transferri nisi tribus de causis, videlicet ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis, de consecr. distinct. 1. tribus.

Quod non debent à laicis incastellari, 10 q. 1. sanctorum.

Quod debent ecclesię ab episcopis annuis vicibus visitari, & indigentes reparatione, ipsius solicitudine debent reparari, 10. q. 1 decreuimus. & duob. c seq.

Quod ecclesia materialis tunc honoratur quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur, 17 q. 4. reum.

Quod reus ad ecclesiam confugiens nõ restituitur nisi de securitate vitae & membrorum recepta cautione, 17. q. 4. reum, 22. q. 5. reos, 36. q. 1 de raptoribus.

Quod seruus ad ecclesiam cõfugiẽs redditur cum cautione, 17 q. 4. metuentes, & c. id constituimus.

Quod preter publicum latronẽ nullus trahi debet de ecclesia, 17. q 4. sicut.

Quod ille etiam frustra implorat ecclesiae auxilium, qui in ipsam deliquit, 17. quaest 4. ad episcopos.

Quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturae, 17. q 4 diffiniuit.

Quod violatores ecclesiasticę immunitatis puniuntur excommunicatione & poena pecuniaria, 17. q. 4. sicut antiquitus, & quinque c. seq. & c. nullus, cum pluribus seq.

Quod mulier eadem hora qua genuit & qua hora patitur menstrua ecclesiam intrare non est prohibẽda, 5 dist. cum enixa, §. nam si mulier, &c. ad eius vero.

Quod ecclesia materialis ad exẽplar triumphalis ecclesię decoratur officiorum ac ministrorum sibi subseruientium diuersitate, 89. dist. ad hoc &c. singula.

De diuersitate ministrorum ecclesię ac officiorum eorum, 25. dist. perlectis.

Quod quicumque de ministris ecclesiae, siue sit episcopus, siue alter, per laicos intrat ecclesiam: tanquam sacrilegus debet deponi, 16 q. 7. si quis deinceps, & 12. c seq.

Quod vna ecclesia non debet habere duos pastores, 7. q. 1. in apibus, 16. q. 7 si plures.

Quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia, non est sponsa, sed scortũ, 21. q. 2. sicut.

Quod duo patroni vnius ecclesiae cõpellendi sunt ad vnum presbyterum habendum, 16. q. 7. si plures.

Quod vno rectore ecclesiae viuente alter non substituitur, 7 q. 1. in apibus §. seq.

Quod sicut inter virum, & mulierẽ est inseparabile matrimonium: sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem, 7. quaest. 1. sicut alterius.

Quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officiare eam, 10 quaestio 3. vnio.

Quod nullus debet esse praebendatus in duabus ecclesiis nisi ex dispẽsatione, 70 dist. sanctorum, 10. q 3. vnio, in fi 21 q. 1. c. 1.

Quod incongruum est ꝙ cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter qui non potest explere, ad duo videatur idoneus, 16. q. 1 presbyteros.

Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias, 16. quaestio. 7 per laicos.

Quod cadit à priori ecclesia qui se de altera intromisit, 21. quaestio 2. placuit.

Quod vnus potest habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliã commendatam, 21. quaestio 1. qui plures.

Quod quis potest habere duas ex priuilegio, 16 q. 1 & temporis, 21. q 1. relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarum, paucitatem clericorum, 21. q 1 ca. 1. in fi. 55 dist. priscis.

Itẽ possunt haberi duę propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quàm decem homines, 10 q. 3 vnio.

Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum. 16. q. 2. sane in fi & q. 7. si plures §. vt ergo.

Quod pastor non est qui sine consẽsu episcopi gubernat ecclesiam 16. q. 7. nullus omnino, & ca. laicis. & c seq.

Quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi, 71. distinct. clericos.

Quod ecclesię conductitiis presbyteris sub annuo censu, sunt cõmittendae, 21 q. 2. praecipimus.

Quod praesumitur ecclesia ecclesiae subiecta, si soluat ei cathedraticũ. 10. q 3. illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita, 16. q. 7. omnes basilicae.

Item si decimam vel quartam in eadem percipit, 10. quaest 3 priscis. & cap seq.

Item si ab eo pro officio conuiuium accipit, 10. quaest. 3 illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit, 10 q. 3. relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiae seruata fuerit, 9. q. 2. c. 1.

Itẽ si mortuos eius sepeliuerit, 23. q 5. placuit.

DE REBVS ECCLESIAE.

Quod ecclesiae vestimenta sacrata, & vasa vetustate consumpta debẽt exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus nõ possunt conculcari, sunt ponendi, de consec. dist. 1. altaris.

Quod ligna ecclesiae non vsibus laicorum, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri, de consecr. distin. 1. ligna.

Quod vestes sacrae et vasa nec ꝑ mortuis, neque viuis saecularibus sũt commodandae, de consecr. dist. 1. nemo per ignorantiam, & duobus cap. seq.

Quod vestes sacrę & vasa nec cõtingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis, de consecr. distin. 1. nemo per ignorantiam &c seq. 4. distin. omnis presbyter.

Quod sicut anima sine corpore non viuit corporaliter, sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit 1. q 3 si quis.

Quod res ecclesiae diligẽter sunt seruandę, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandae. 10. q. 1. quaecumque. & q 2. c. 1. 12. quaestio. 1. expedit. vsque in finem quaestionis & quaestio. 2. placuit.

Quod pro earum conseruatione oeconomus est habendus. 89. distinct. quia & cap. sequen. 12. quęstio. 2. vobis.

Quod sunt expendendae pro indigen

tia pauperum, & redemptione captiuorum, 12. qu. 2. res, & quattuor c. seq. 12. q. 4. episcopus.

Quod res ecclesiæ sunt per episcopũ in quattuor vel tres partes diuidẽdæ, ita vt vnapars sit pro fabrica ecclesiæ. secunda pars episcopi. tertia clericorum obsequentium ecclesiæ. quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari, 12. q. 2. vobis, & c. concesso. & quattuor cap. seq. 16 qu. 1. constitutum, cap. ad hoc.

Quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione. 28. dist. de Syracusanę.

Item in clericorum & religiosorum prouisione, 12 quæst. 2. statuimus & duobus c. seq. cap. sæpe. & duobus c. sequen. 16. quæst. 1. possessiones.

Item in nouarum ecclesiarum constructione, 16. q. 1. si quis laicus. & duob. c. seq.

Quod non debent res ecclesiæ illicite alienari, 12. quæstio. 2. nulli liceat, & capit. diaconi, & duobus cap. seq.

Quod episcopo de rebus ecclesiæ ꝑdialibus sine consensu clericorũ non licet vendere, 12. quæstio, 2. placuit.

Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimam in monasteriorum constructione & aliarum ecclesiarum regularium centesimam, potest dare, 12. quæstio, 2. bonæ rei.

Quod res minores potest per se episcopus alienare, 12. quæstio, 2. terrulas.

Quod episcopus res ecclesiæ illicite suis propinquis, non debet committere, 89. dist. dicentes. 10. q. 2. episcopus.

Quod nec laicis nec sæcularibus sũt committendæ personis, 89. distin. indicatum.

Quod nõ licet abbatibus & aliis personis sine consensu episcopi res ecclesię alienare, 18. quæstio. 2. abbatibus.

Quod res ecclesiæ non vi manuum, sed iudicio sunt repetendæ, 16. q. 6. consuetudo.

Quod res ecclesiæ alienatæ male, ipso iure sunt reuocatæ, 12. q. 2. monemus, c. quisquis, & c. vobis.

Item debent restitui, 12. q. 2. Augustino. & duobus c. seq. c. in legib. & c. seq. & cap. statuimus, & quattuor c. seq.

Quod contractus indebiti & scripturæ factæ de rebus ecclesiæ rescinduntur, 12. q. 2. apostolicos. 15 q. 6. auctoritatem, 16. quæst. 1. si quis laicus.

Quod prælatus alienans res ecclesiæ indebite, tamquam dilapidator deponitur, 10. quæstio. 2. apostolicos, cap. monemus, & quattuor cap. seq.

Quod minores prælati excommunicãtur, 12. q. 2. statuimus. & c. sequẽ.

Quod inuasor ecclesię vel defraudator, à Christo iudice homicida iudicabitur, 12. quæstio 2. qui Christi.

Item sacrilegus iudicatur, 12. q. 2. nulli liceat, & c. indigne.

Quod septena pœnitentia puniũtur qui res ecclesiæ diripiunt, 16 q. 1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra, de alienatione.

EDICTVM. Quod edictum est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit, 2. dist. constitutio.

ELEEMOSYNA. quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lędenti, & corrigere delinquentem, 45 dist. tria, & c. seq.

Quod eleemosinæ datio, quæ in pauperes exercetur, beatificatur, 41. distin. parsimoniam.

Quod Deus in eleemosyna plus pẽsat animum benignum, quàm datum, 24 dist. quiescamus. in fi 45. distin. duę. 3 q 7. in grauibus, de pœn distinct. 5. §. dolendum. post medium.

Quod facta eleemosyna ex fide, causa, loco & tempore commendatur 86. dist. non satis.

Quod eleemosyna habet promissionem præsentis vitæ & futurę. 42. dist. §. 1. 33. q. 5. secundum, in fin.

Quod plerumque ex Dei ira, mundus, fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosyna subtrahitur, 16. q. 1. reuertimini, circa medium.

Quod Deo non placet eleemosyna cum scelere mista, 15 q. 5. scriptũ.

Quod nemo de eleemosyne facienda excusatur. 36 dist. in singulis.

Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosyna largitio. 86. dist. fratrem.

Quod diuites ieiunia quæ non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare, 41. distin. non cogantur.

Quod qui sua timide conseruando eleemosynam procrastinat, aliena numquam fideliter sparget. 12. q. 2. gloria episcopi. §. Socrates.

Quod eleemosyna non debet fieri de male acquisitis 1. q. 1. non est putanda, 14. q. 5. per totum.

Quod de turpi lucro, cuius non cõpetit repetitio, post fieri eleemosyna. 14. quęstio. 5. qui habetis. & c seq.

Quod eleemosyna consanguineis & propinquis citius est danda quàm aliis, tamen cum prudentia. 86. distinct. fratrem §. in ipsa, & cap. in singulis.

Quod in necessitate primum est dãda iustis, demum peccatoribus, non quia peccatores sed quia homines, 86. dist. fratrem §. in ipsa.

Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit, ipsum occidit. 86. dist pasce.

quod qui negat eleemosynam fugientibus & necessitatem patientibus. ipsum Christum, qui est misericordia negãt, 7. q. 1. omnis qui.

Quod minus peccatum est auferri habenti, quam denegare indigenti, 47. dist. sicut. 2.

Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42. dist. quiescamus.

Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est. 25. distin. vnum. §. alias, 86. dist. pulchra. circa med. 41 dist. non cogantur.

Quod non vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarũ distribuenda est eleemosyna. 86. dist fratrem, & c. dominus.

Quod malo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit, 5 q. 5. non omnis.

Quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis, 13. q. 2. non existimemus, & c. animæ. & c. tempus, 24. q. 2. sane quod. 26 q. 7. ab infirmis. de pæn. dist 6. §. 1. ante medium.

ELECTIO. Quod electio spectat ad collegium, etiã si duo vel tres fuerint in congregatione. 63. dist. Hadrianus, & c. nosse, & c non licet §. his 19. q. 7. c vlt. 18. q. 2. abbatem. & duob. c seq.

Quod electio ab hæreticis facta non valet 9 q. 1. nos.

Quod electio nõ debet fieri nisi post tertium diem sepulturę, siue Papæ, siue alterius prælati defuncti. 89. dist. nullus pontifice.

Quod electio clandestina omnino reprobatur. 79. dist. si quis.

Quod electio potius debet fieri de gremio quam de extraneis, 61 distin. nec meritis, & quattuor cap. seq. 18 q 2. abbatem monasterio, & c. seq. & c. abbas.

Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis, & tandem ď tota diœcesis electio debet fieri, 61 dist. nullus, & 63 dist. sacrorum.

Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedram ecclesiam vel ciuitatem, 23 distin. in nomine, 63. dist. quanto 79. distin. si quis pecunia.

Quod in electionibus considerãda est maior dignitas vel grauitas ꝑsonarum, & bonus zelus 19. distin. in canonicis.

Quod in electione habendus est cõsensus electi, 7. q. 1. sicut alterius.

Quod nullus propriam vtilitatem, sed communem debet prospicere. 8 q. 2. dilectissimi

Quod in electione non debent interuenire munera vel patrocinia laicorum, 8 q. 2. illud.

Quod electioni prælati non debent se ingerere principes, vel quicumque laici, 63. dist. c. nullus.

Quod electio prælati debet fieri cũ concilio religiosorum ibidẽ assiden-

post med. 3. q. 6. accusatus, & cap. seq & c. dudũ. 7 q. 1. factus, & pluribus cap. seq.

Quod intrusus per laicam potestatem a principalibus episcopis non est recipiendus. 63. distin. si per ordinationem.

Quod inconsulto Romano pontifice nemo potest episcopum deponere 3. q 6. accusatus, & c. seq.

Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani Pontificis suam ecclesiam relinquere, vel ad aliam transire 7. quæst. 1. non oportet, & multis c seq. vsque ad finem quæstionis.

Quod exigente vtilitate, vel necessitate auctoritate Apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi 7. quæst. 1. mutationes, & duobus cap. sequen.

Quod episcopus propter infirmitatem vel senium non destituitur, sed datur ei coadiutor 7 q. 1. scripsit, vsque ad c sicut vir, §. ecce, & c. qualiter. & c quamuis sit.

Quod episcopus quandoque ad propriam instantiam absoluitur ab episcopatu 7. q 1. nihil, § ecce, & c. qualiter, & cap quamuis.

Quod neophytus prohibetur promoueri in episcopum propter incontinentiam vitæ, quæ contrariatur officio pontificali, 48. distinct. prohibetur.

Quod episcopus debet esse sine crimine, vt alios possit liberius arguere. 25. dist. primum.

Quod criminosus episcopus magis est dicendus canis impudicus quã episcopus 2. q. 7. qui nec.

Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax uobis, est sicut colũba: sed potius sicut coruus audiendus 2. q 7. non omnis.

Quod episcopi debent esse ætate antiqui, fide integri, in pressura probati, & qui magis velint rerum suarum proscriptionem pati, quàm ecclesiam suam deserere 7. q. 1. Nouatianus.

Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere 7. q. 1. suggestum, & duobus ca. seq.

Quod episcopo non licet monachũ fieri sine consensu Papæ 7. q. 1. temporis, § item.

Quod episcopus intrans religionem non resumitur ad episcopatum, 7. q. 1. hoc, & cap. seq.

Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur. 93. distin. legimus. in fi. 95. dist. ecce ego. ante finem.

Quod epi debẽt se scire presbyteros non dños, nec debent in clero dñari 95. dist. esto, & tribus c. seq.

Quod epi nouerint se magis consuetudine quam dispensatione maiores presbyteris 95. dist. olim, in fi. & duobus c. seq.

Quod episcopus in ecclesia sit sublimior, in domo sit collega sacerdotum 95. dist episcopus in ecclesia.

Quod episcopus se sedente presbyterum non permittat stare distin. 95. episcopus in quolibet.

Quod episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitam: sed sicut est honore super illos: sic & vita debet esse præstantior. 8. q. 1. nec sufficere.

Quod episcopus in eo, quòd alijs præficitur, non debet se præsumere alijs sanctiorem. 8. quæst. 1. illud inferendum.

Quod plus laudatur patiẽtia episcopi in aduersitate, quàm quies in religione 7. q. 1. suggestum

Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis, quam ex religiosis tam in cubiculo quam in monasterio socios propter bonum testimonium. 2. q 7. cum pastoris, & duobus c. seq. de consec. dist. 1. episcopus Deo, & c seq.

Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi 41 dist. episcopus

Quod episcopus in mensa nõ debet resplendere vasis aureis & argenteis, sed fidei meritis 41. dist. eps.

Quod in mensa episcopi non debẽt esse fabulæ, sed lectio sacræ scripturæ 14. dist. pro reuerentia.

Quod non licet episcopo intendere venationi, nec cosanguineorũ familiaritati 54. dist. quorundam.

Quod in primitiua ecclesia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationum 10. q 1. antiquos post successiue tertiam partem, 10 q. 1. de his. Tãdem habuerunt quartam partem. 12. quæst. 2. quatuor. Modo vero de oblationibus nihil debent habere, sed alijs contenti esse 10. q. 3 placuit.

Quod episcopus in multis det requirere consilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione 24. dist. episcopus sine.

Item in causarum definitione. 15. q. 7. si quid, & c. episcopus nullus. 86. dist. si quid.

Item in ecclesiasticarum rerum alienatione 12. q. 2. sine exceptione.

Item in dignitatum collatione. 93. dist. legimus. 12 q. 2. alienationes.

Item in ecclesiasticarum rerum dispensatione 12 q. 1. episcopus ecclesiasticarum.

De monachis & religiosis episcopis factis qualiter debeãt se habere habes vbi agitur de Monachis.

DE POTESTATE EPISCOPI.

Quod sine licentia episcopi nullus presbyter in sua diœcesi potest missam cantare vel baptizare: vel aliud consimile facere. 16. quæstio prima cunctis, & capitu. multis.

Quod sine consensu eius non debet ædificari monasterium vel oratorium. 18. q. 2. quidam, & c. seq.

Quod iurisdictionem habet in religiosorum monasteria. 16. q. 2. c. 1.

Quod presbyter & clerici religiosi suæ diœcesis ipsius subiacent potestati 18. q. 2. quidam.

Quod episcopi est in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros inuestire 16. q 7. sane, & cap. nullus. & c. constitutiones, & duobus capitu seq.

Quod episcopi est monialibus, & alijs religiosis fœminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione 18. q 2. qui religiosis, & duobus c sequen.

Quod iudices, vel officiales Papæ de iurisdictione episcopi ideo se nõ debent intromittere, ne ecclesiasticus ordo confundatur 11. quæst. 1. peruenit.

Quod episcopus omnem principem excõicare potest, 11. q. 3. si autem.

Quod potest falsarium Papæ cuiuscunque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papæ incarcerare. 19 distin. memoriam.

Quod non potest episcopus in aliena diœcesi sine consensu diœcesani pontificalia exercere 92 distin. non liceat, § de episcopis, & quinque c seq.

Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per concilium prouinciale. 92. si quis eps.

Quod episcopus solus sacerdotij honorem dare potest, solus auferre non potest 67. distin. episcopus. 15. q. 7 felix, & cap sequen.

Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias transferre 7 q. 1. Eps de loco.

Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cum suffraganeis perquirere potest, sed sine Papa determinare non potest, 3. quæst. 6 accusatus.

Quod cum multa discussione contra episcopum debet proferri iudicium 2 q. 7. accusatio quoque. & quinque cap. seq.

Quod episcopi sunt oculi Dei: ideo a subditis non sunt iudicandi. 6. q. 1. oues.

Quod episcopum subditi, nec arguere, nec accusare possunt, 2. quæst 7. oues, & duobus c. seq.

Quod episcopus inutilis est deponendus nec est ei dandus coadiutor 15. q 6 alius, § quod etiam.

Quod sine licentia sui episcopi clerici non debent peregrinari, de cõsec. dist. 5. non oportet.

Quod episcopus alterius diœcesis clericum, nec recipere, nec ordinare potest sine consensu sui episcopi, & litteris dimissorijs 71. dist. per totum 9 q. 2. per totum.

Quod an episcopus possit compellere aliquem clericum ad suscipiendum ordinem vel dignitatem 74. dist per totum.

Quod clericus non teneatur episcopo seruire in opere seruili 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus de cõsensu clericorũ potest diuidere parochiales ecclesias

ecclesias, & venire. 16. q. 1. præcipimus, § sicut.

Quod episcopus in dando ecclesiã debet requirere consensum patroni, 16. q. 7. filiis vel nepotibus, & c. monasterium, & c. seq.

Quod episcopus inconsulto Papa ad bellum non debet proficisci, 23. q. 8. quo ausu.

Quod eo die quod episcopus celebrauit in eodẽ altari sacerdos non debet celebrare. de consec. dist. 2. c. vlt.

Quod præsente episcopo sacerdos nisi de suo mandato non debet benedicere nec signare, de consecr. distinct. 1. cum ad.

Vtrum possit episcopus successorem sibi ex testamento instituere. 7 q. prima. petisti.

Quod de propriis vel acquisitis potest episcopus testamentum facere, de aliis vero non: quia cedunt ecclesiæ, 12 q. 1. episcopi, & c. seq. & q. 3. pontifices, & q. 5. per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro pontifice conseruari debent: diripientes illas anathema incurrunt. 12. q. 2. hæc huius, & c. non liceat charitatem, & c. de laicis, & c. illud.

Quod duo episcopatus per papã in vnum coniunguntur, 16. q. 1. postquam.

Quod in duos per eundem diuiditur, 16. q. 1 præcipimus, § sicut

DE OFFICIO EPISCOPI. Quod officium episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare: chrisma conficere, & cum ipso confirmare, 78. dist. quamuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarum, & distributor spiritualium existat. 11. c. 1. clericum, § ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens, & doctus, qui alios tenetur docere. 86. dist § . 1. 36 dist. qui ecclesiasticis, & c. si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire. 38 dist omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam à minus peritis discere negligat. 38 dist. nullus episcopus. 24. quæst 3. si habes. circa medium.

Quod episcopo nõ sufficit innocens vita, nisi adsit, & doctrina, 43. dist. § 1 & c. seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam vel philosophiam 6. dist. ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi, & prędicationi, 88. dist episcopus nullã. 3 q 1. epi.

Quod episcopo non sufficit lectio, vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio, 86 dist. fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare, 90. distin. per totum.

Quod episcopus vigilanter, & sollicite debet regere sibi commissos. 100 dist rationis. 7. q. 1. suggestum. & c. seq.

Quod sibi non licet aliquem propriis manibus cædere vel flagellare, 86 dist. non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis. 86. distin. quando necessitas.

Quod episcopi est locũ assignare degradato in quo pœniteat. 81. dist. sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorum debet ordinandis pronunciare. 38. distinct. placuit.

Quod episcopi est ẽt ordinare, vt in ecclesiis baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in liberalibus, & in aliis vtilibus doceant. 37. distinct. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam, & episcopum est spirituale matrimonium, 7. q. prima, sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesię ad dispensandum non ad inuiscandum, 12. q. 1. episcopus, & c. expetit, & c. res ecclesiæ. cum duobus cap. sequen.

Quod ipse debet occupationes sæculares abiicere, ne præfocatus curis negotiorum Dei verbo non possit vacare, 11. quæstio. 1. te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor. 88. distin. episcopus tuitionem, & quattuor cap. sequen. 11. q. 1 te quidem.

Quod nec per se nec per laicum, sed per œconomum clericus debet tẽporalia gerere, 10. quæst. 7 quoniã in quibusdam, cap sequen. 88. distinctio. volumus, & tribus ca. seq. 8 q. 1. si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere, 79. distin. decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis. 42. distin § hospitalem, vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur

Quod de rebus ecclesiæ debet primum sibi, postea ministris, demum aliis fidelibus prouidere, 12. q. 1. nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ, 12 quęs. 1. res ecclesię.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum, 2. q. 7. accusatio quoque, 16. quęst. 1. similiter.

Quod redditur episcopo ratio de rebus ecclesiæ, 10. q. 3. c. 1.

Quod episcopus debet pauperibus, & oppressis prouidere sollicite, & eos defẽdere. 28. distinctio. episcopus, 24. dist. peruenit. 86. dist. fratrem. 87. dist per totum. 12. q. 1. videntes & c. his, & duobus ca. seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed beatius apud Deum si bene agatur, 40. distinctio. ante omnia.

De episcopi electione vel de electo habes in titulo de Electione.

Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.

Et de dispensatione in titulo dispensationis.

Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies.

De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

Quod chorepiscopi officium in pluribus cum officio episcopi conueniebat, 68. dist. quamuis.

Quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia extirpatum. 68. dist. chorepiscopi.

ERMAPHRODITVS. quod ermaphroditus habens vtrumque sexum, an ad testimoniũ adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis demonstrabit, quia si calore prędominante pro viro se gesserit, recipitur in testem, aliàs non. 4. q. 3. c. 1. post medium.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur, & nõ põt esse aduocatus. 3. q. 7. infames, § item in digesto.

ERROR. Quod error cui non resistitur approbatur, 83. dist. error.

Quod errare est aliud pro alio putare 22. q 2. in quibus, 38. distinct. quamuis.

Quod non est consequens. vt erret continuo quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit. 38 dist. quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum p̃fert de consec. distinct. 5. non mediocriter.

Quod errorem suum licet cuilibet corrigere, & illicite commissa in melius reuocare. 35. quęst. 9. loci, § seq.

Quod error fortunæ, & qualitatis coniugium nõ excludit, error vero personę, & conditionis excludit, 29. q 1. per totum.

ESAV. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quod non cibus, sed auiditas cibi imputatur, 41. dist. quisquis & tribus c seq.

Quod multi de semine Esau saluati sunt, 1. quæst. 4. ecclesia, quæ § his ita in fin.

AETAS. Quod ætas certa, & à canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis. 77. dist. per totam.

Quod ante 25. annũ ętatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo ĩ monacham consecrari, 20 quęs 1. placuit.

Quod puella intra 12. annum ętatis suę, & masculus intra 14. ad religionem non obligatur. 20 q. 1. puellę, § cum ergo, & quæstio. 2.

ſi in qualibet,&c. puella.

Quod in pueris ætas diſcretionis eſt 14 anni 22.q.5.pueri.

Quod ante annos diſcretionis nemo cogendus eſt iurare, nec teſtis eſſe.22 q 5 honeſtum, 2.q 7 teſtes.

Quod ſex ætatibus mundus & ſtatus hominis finitur, 35.q.4. capitul.1.

Quælibet ætas diſtinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis temporibus contigerunt.

Prima ætas ab Adam propter creationē mūdi & durat vſq; ad Noe.

Secunda à Noe propter aquę diluuium,& durat vſque ad Abrahā.

Tertia ab Abraham propter circūciſionem,& durat vſque ad Dauid.

Quarta à Dauid propter regalem vnctionem, & durat vſque ad Babylonis tranſmigrationem.

Quinta à tranſmigratione Babylonis propter filiorum Iſrael liberationem,& durat vſque ad aduentum Domini Chriſti.

Sexta ab aduentu Chriſti propter humani generis liberationem,& durat vſque ad finem ſæculi.

Septima eſt in ſepulchris quieſcentium.

Octaua eſt ad vitam reſurgentium.

EVANGELIVM. Quod Euangelium Chriſti eſt audiendū ſtando, & cum reuerentia. de conſec. diſt.1.apoſtolica.

Quod ſine cuſtodia euangelii non habetur ſpiritus ſanctus.1.quæſt 1. Marchion.

Quod euangelii cuſtodia non conſiſtit in verborū foliis,ſed in ſenſu, & medulla cordis,1.q.1.Marchiō.

Quod quantum ad perfectionē magna & multa eſt differentia euāgelii ad legem Moyſi,23.q 4.hæc autem, § ex his.

Quod lex Moyſi incæpit à terrore, Chriſti euāgeliū a māſuetudine.

Item ſub lege peccantibus pœna corporalis ſtatuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.

Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud,morte moriatur. In euāgelio.Gaudeo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.

Item in lege populus ſeruili timore ad bonum cogebatur, in euāgelio populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur

Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli,23.q.4.diſplicet,circa finem.

Quod Papa poteſt euangelium interpretari,2. quæſt.5. §.1.33 quæſt.2. quos Deus.

EVCHARSITIA Quod Euchariſtia Græce, Latine bona gratia interpretatur, 1.q.1.multi.

Item dicitur myſterium,eo ꝙ ſecretam & reconditam habeat diſpenſationem.ante med.

Item dicitur ſacramentum,quia ſub tegumento corporalium rerū diuina virtus ſecretius veri corporis & ſanguinis Chriſti operatur effectum. de conſecrat. diſtinctione ſecunda, ego Berengarius.

Quod Eucharaſtia propter corporis, & ſanguinis Chriſti exiſtentiam excellentior eſt omnibus oblationibus, & ſacramentis, de conſecr. diſt.2. nihil.

Quod ex pane,& vino cum aqua mixto efficitur Euchariſtia. de conſecrat.diſt.2.cum omne,in fin.

Quod forma verborum prolata ſit tranſubſtantiatio Euchariſtiæ virtute diuina.de conſec. diſt.2. quia corpus,& cap panis.&c.tenera. ante finem.

Quod de forma verborum non eſt plus niſi, Hoc eſt corpus meum,& Hic eſt ſanguis meus, de conſecr. diſt.1. quia corpus.

Quod licet vno & eodem tempore in diuerſis immoletur, tamen ſicut eſt vna diuinitas cui vnitur, ſic non diuerſum,ſed vnum idemque corpus conficitur, de conſec. diſtinct.2.quid ſit,poſt medium.& cap. vtrum.

Quod in hora conſecrationis ima ſummis ſociantur ad vocem ſacerdotis,de conſec. diſt.2. quid ſit.

Quod Eucharaſtia ſit oblatio benedicta,aſcripta, & rata. de conſecr. diſt.2.vtrum,poſt med.

Quod tres partes de Euchariſtia factæ triformem ſtatum corporis Chriſti, videlicet peregrinationis, ſepulturæ, & reſurrectionis deſignant,de conſecr diſt.2.ſinguli.

Quod licet in Euchariſtia Chriſtus per partes manducetur, tamen manet integer vbique totus, de conſec.diſt.2.qui manducat.

Quod in ſingulis portionibus ſpecierum ſinguli Chriſtum accipiunt. de conſe.diſt 2 ſinguli.

Quod Euchariſtia eſt idem corpus quod ſumptum eſt de virgine, quod paſſum eſt, quod ſepultum eſt, quod reſurrexit, & in cœlum aſcendit,de conſecr diſtinct.2. omnia,in.fin.

Quod corpus quod Chriſtus dedit in cœna, idem fuit quod paſſum eſt in cruce, quantum ad naturā, ſed diuerſum quantum ad formam,de conſecr.diſt.2.prima. & cap.ſeq

Quod cū Euchariſtia non ſunt vuę, nec aliqua grana leguminis benedicenda,de conſe.diſ.2.didicimus.

Quod intincta hoſtia populo nō detur,nec lac pro vino offeratur, & ne ex intincto pane,vinum ad offerendū exprimatur, prohibetur. de conſe diſt.2. cum omne.

Quod Euchariſtia offertur,& datur ſub alia ſpecie, nec abhorreamus cruoris & carnis ſumptionem. de conſec.diſt 2.forte,& c.panis.

Item vt vitaremus paganorum & infidelium deriſionem, de conſecr. diſt.2. verum.ante fin.

Quod euchariſtia eſt pura conſcientia offerenda & pura mente. de cōſecr.diſt 2 nihil.

Quod nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur, 1. quæſtio. 1. multi. poſt. med

Quod nō cōſecrationi Euchariſtiæ, ſed affectui bonæ vitæ ſacerdotis neceſſaria intelligenda eſt, 1.q.1. interrogo,§.cum vita.

Quod ſacerdoti pranſo non licet celebrare,7 q 1. nihil poſt medium. de conſec. diſt. 1 ſacramenta.

Quod ſacerdos hoſtiam conſecrans, & non communicans per annum à celebratione ſuſpenditur.de conſecratione,diſtinctio. 2 relatum.

Quod ſacerdos corpus Chriſti ſumens, & non ſanguinem grande ſacrilegium committit,de conſec. diſtinct. ſecunda. comperimus.

Quod officium eſt ſacerdotis Euchariſtiam diſtribuere, 93. diſt. diaconi,cap. peruenit. &c. pręſente.

Quod à laicis perſonis nullatenus debet contrectari, de conſecr. diſtin. ſecunda peruenit

Quod ſacerdos ſemper Euchariſtiā paratam debet habere propter infirmantes de conſecratione,diſtin. ſecunda presbyter.

Quod ſacerdos qui à mure vel ab aliquo animali Euchariſtiam non cuſtodierit,40 diebus pœnitebit. de conſecr diſt.2. qui bene

Quod ſi per negligentiam de ſanguine aliquid ſuper terram ſtillauerit,40.diebus pœnitebit de conſ. diſt.2 ſi per negligentiam.

Quod tabula lignea ſuper quā ſanguis Chriſti ſtillauerit, eſt radenda,& raſura per ignem cinis effecta intra altare eſt recondenda ipſi propter idem ter ſunt ſuper calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda,de conſec. diſt 2. ſi ꝑ negligentiam.

Quod melius eſt mori ſine Euchariſtia, quam de manu hæretici ſacerdotis communicari,24. quæſt. prima. cœpit.

Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui ſcienter vel ignoranter de manu hæretici ſumit Euchariſtiam,23.q.1. ſi quis deſerit.

Quod Euchariſtię digna ſumptio eſt pœnarum relaxatio, de conſec diſtinctio 2 cum omne. & cap.panē de altari

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur,quotidie Euchariſtia iteratur,de conſecr.diſt.2. vtrum &c iteratur.

Quod quamdiu Euchariſtia non recipitur,cor non recipientis induratur, 2 diſt.presbyter. circa med.

Quod tribus feſtis præcipuis, ſcilicet in Paſcha,& Pētecoſte,& in Natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum eſt de conſecr. diſt 2. & ſi non frequentius

Quod ſi quis in prędictis tribus feſtis non communicauerit, a cœtu fidelium eſt ſeparandus,de conſe. diſt.2 ſi quis intrat &c. ſeq.

Quod in cœna domini eſt etiam à fidelibus Chriſti Euchariſtia percipienda.

plenda. de consecr. dist. 2. in cœna.

Quod excepta necessitate Eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de consec. dist. 2. liquido. 26 q. 6. si quis de corpore, & octo ca. seq.

Quod ante Eucharistiæ susceptionẽ tribus quattuor aut octo diebus ab vxore propria est abstinendum. de consecr. distin. 2. omnis homo. q. 4. sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesię sunt, accipitur sacramentaliter. de consec. distin. 2. quia passus. in fi. & cap. quid est, & cap. seq. & cap. dupliciter.

Quod licet Eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indigne sumenti. de consecr. dist. 2. & sancta, & c. sicut Iudas, & c. quid est, & cap. qui manducant

Quod indigne sumens Eucharistiã plus polluitur quàm purificatur. de conse. dist. 2. quotidie. & c. qui scelerato & c. qui discordat.

Quod homo quantum in se est Eucharistiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. 1. q. 1. multi. ante fi.

Quod in hoc quòd Christus Eucharistiam Iudę dedit, innuit, quod occultis peccatoribus cum eam exigunt, non est neganda, de consec. dist. 2. non prohibeat & c. sicut Iudas, & 7 q. 1. aduersitas in fine. 1. q. 1. Christus.

Quod illis qui enormiter publice deliquerunt, Eucharistia non statim est danda, de conse. dist. 2. pro dilectione, de pœn dist. 1. in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ. 12. q. 2. indigne & c. de vino.

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula, uel cogitatione immunda, ab Eucharistia abstineat 6. dist. testamentũ. & cap. non est.

Quod tempore menstrui & ante purificationem partus fœminę possunt communicare 5. dist. ad eius vero concubitum.

Quod pęnitentibus in morte Eucharistia non est neganda. 50. dist. pœnitentes 27 q. 1. virgines 1. q. 1. si quis hæreticę. § ecce. 2. q. 1. in primis, post medium 46. dist. accusatores 25 q. 6. si quis de corpore, & 4 cap. seq.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est deneganda Eucharistia 16 dist. tanta.

Quod his qui in patibulis suspendũtur si pœnituerint, non est eis deneganda Eucharistia, nec sepultura 13. q. 2. c. quæsitum est.

Quod abstinens se quãdoq; ab Eucharistia propter sacramenti reuerentiam, non est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus 5. dist. ad eius vero concubitum. in fi. 12. distin. illa, de conse. dist. 2. quotidie.

Quod communio Eucharistiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione 2. q. 5. sępe.

Quod post susceptionem Eucharistiæ, corporalis cibus non statim sumendus est, de consec. distin. 2. tribus gradibus.

Quod qui propter ebrietatẽ vomit Eucharistiam, grauiter punitur: propter infirmitatem, minus; quia infirmus si nauseam se habere sciuit, sumere non debuit, de consecr. distin. 2. si quis per ebrietatem.

Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei audiuit, quàm qui reuerendum corpus Christi per negligentiam in terram cadere permittit. 1. quæst. 1. interrogo.

EVNVCHVS. Quod eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius amputata sunt virilia, vel per ægritudinem, vel sic natus est, & est dignus, potest promoueri etiam ad episcopatum, quinquagesimaquinta distinct. Eunuchus, & cap. seq.

Quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel puluerem semper secum portet 50 distinct. Eunuchus.

Quod non potest promoueri qui vt carnis lubricum vitaret seipsum castrauit. 55. dist. si quis absciderit. & quattuor cap. seq.

Quod illi Eunuchi placẽt Deo, quos non castrat necessitas, sed voluntas. 33. q. 5. tunc saluabitur §. qui sitit.

EXACTIO. Quod exactio licitè potest fieri in subditum, ut ab obstinatione indebita compescatur, vigesimatertia quæstio. 6. iam vero.

Quod episcopi propter iura sua clericos exactionibus grauare non debent. 10. q. 3. per totum 16. q. 1. prædicator.

Quod illi qui Romipetas, uel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant, anathema incurrunt 24 quæstio. 3. si quis Romipetas

Quod illi qui nouas exactiones in pauperes faciunt, per excommunicationem sunt reprimendi 24. q. 3. illi qui.

EXAMINATIO. Quod examinatio conscientiæ, & bonæ vitæ debet consecrationem episcopi præcedere. 23 dist. qui episcopus. 24 dist. episcopi.

Quod examinandus est de fide quãtum ad ea quæ in diuinis Trinitatem, & vnitatem personarum consequuntur. 23. distinct. qui episcopus.

Item examinari debet de Christi incarnatione, & de multis alijs articulis, qui in symbolo continentur 23. distinctio. qui episcopus. post med

Quod nullus clericus sine examinatione est ordinandus. 24. distinct. nullus.

Quod episcop' de latere suo bonos & discretos viros debet eligere, qui ordinandos clericos in vita, & scientia debeant examinare 25. distin. quando.

Quod sine examinatione ordinati a clero penitus abijciendi sunt. 81. dist. si qui sine.

EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi & probari 3 quæst. 6. si quis episcopum & § seq.

Quod peremptorias exceptiones sufficit in principio litis contestari. 3. quæst. 6. si quis episcoporum. & cap. seq.

EXCOMMVNICATIO. quod excommunicatio dicitur extra cõmunionem ecclesiæ separatio. 11. q. 3. nihil & c. canonica. 27. q. 1. viduas. 24. q. 3 tam sacerdotes.

Quod omnis impius si non ab ecclesia, tamen a Deo est separatus 24. q. 3. certum.

Quod excommunicationem ecclesia traxit ab Apostolo, qui Corinthium satanæ tradidit. 24. q. 3 Apostolicæ. 11 q 3 omnis.

Quod tunc traduntur peccatores satanæ, cum pe. excommunicationem a corpore Christi separantur. 11 q. 3 audi. & c omnis.

Quod sicut putridæ carnes sunt resecandæ, & ouis scabiosa, ne cęteras inficiat a caulis est repellenda, sic mali ne bonos inficiant per sententiam extra ecclesiam sunt ponendi 24 q 3. resecandæ, & octo cap seq.

Quod nulla pœna maior est in ecclesia quam excommunicatio. 24. q. 3 corripiantur. 11 q 3. absit.

Quod multiplex est damnum quod excõicatio inducit: videlicet, quia a Deo separat. 24 q. 3 certum.

Item satanæ tradit. 11. q. 3. audi.

Item peccatorum absolutionem impedit 24 q 1 quicunque.

Item ab ecclesia fidelium remouet. 11 q 3 omnis & c. seq.

Item a fidelitate iuramẽti absoluit. 15. q 6 nos sanctorum. & cap. seq.

Item omnia bona opera in ea facta mortificat 23 q 4. si quis & q. 7. quemadmodum.

Item suffragia ecclesiæ siue in vita siue post mortem tollit. 11. q. 3. quicumque intra 24. q. 2. de communione, & c. seq.

Item ęternam damnationem inducit 11 q 3 nemo episcoporum.

Quod excommunicatio non debet ferri pro leuibus excessibus, sed pro grauibus 11. q 3 nemo epõrũ.

Quod non debet esse mortalis, sed medicinalis. 2. quæst. 1. multi. in prin. 11 q 3 audi. 24. q. 3. certum, & c. corripiantur.

Quod excommunicatio non est propriam propter iniuriam ferenda. 23. q 4. inter querelas

Quod non debet deferri cum impetu, sed cum deliberatione, & causæ cognitione. 11. quæst. 3. si quis

nem. 11. q. 3. si quis laicus & c. excellentissimus. 24. q. 2. sane quod.

Quod ideo non est communicandū excommunicato, vt confusus citius laboret reconciliari. 93. dist. si inimicus. & 11. q. 3. audi.

Quod cum pagano magis licet communicare quam cum excommunicato 11. q. 3. ad mensam.

Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & tacere vt a suis vitetur. 11. q. 3. cura sit.

Quod sine culpa communicat excommunicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11. q. 3. quoniam multos. & c. excellentissimus.

Item qui communicat propter spē correctionis. 11. q. 3. antecessor, Vnde versus.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse,

Hac anathema quidem faciunt ne possit obesse.

Quod viator vel peregrino transeūti in terra excommunicatorū emere, & pauperi mendicare conc. ditur. 11. q. 3. quoniam multos.

Quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publice eum excommunicatum 6. q. 2. si tantum. & cap. seq.

Quod publice excommunicato intrante ecclesiā omnes debent exire. 23. q. 5. omnis qui. & 11. q. 3. sicut apostoli.

Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excōcatum, in ea non debet relinquere imperfectam 7. q. 1. nihil.

Quod mortuo suffragia a viuis non debent exhiberi, q propter excōicationem viuus non communicauit. 11. q. 3. quicunque tutra.

Quod tali excommunicato possumus communicare mortuo, qui viués petiuit absolui. 24. q. 2. de communione. & c. nec quisquam.

Quod communicans excommunicato indebite, excommunicationē incurrit 11. quęst. 3. præcipue. & c. si quis episcopus & c. seq. & c. sicut apostoli & c. cū & cap. placuit.

Quod episcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur 1. q. 3. Teugaldum. & c. quicumque contra. ..

Quod episcopus cōione priuatur, qui soli sibi cognitum publicat excommunicatum 6. q. 2. placuit.

Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro 11. q. 3. cum aliquis. & 12. q. 2. de viro, in fi.

Quod absoluitur quis ab excommunicatione absens per litteras. 24. q. 3. comperimus.

Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit. 24. quæst. 2. nec quisquam.

Quod de excommunicatione papę quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere. 16. q. 1. frater noster.

Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur. 11. q. 3. debent.

EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicite possident, vel principes, vel parentes, se excusant. 16. q. 1. in canonibus. ante finem.

Quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum. 14. quæst. 5. dixit dominus.

Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis. 11. q. 3. si dominus. & c seq.

Quod iudęi a furto excusātur Ægyptiorum, quia iubente Deo parueruat 14. q. 5. dixit dominus.

Quod ebrietas excusat culpam a tāto, sed non a toto 15. q. 1. sane. & c. inebriauerunt.

EXECVTIO. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsq; ad triginta dies, propter deliberationem. 11. q. 3 cum apud.

Quod ab executoris sentētia appellare non licet, nisi ipse modum executionis excedat. 2. q. 6. si quando §. ab executore.

Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur 11. q. 3. cum excommunicato.

Quod executores testamentorum propter negligentiam debent excommunicari. 13. q. 2. clerici.

EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quam in factis perspicaciter sunt recordanda. 10. distinctio. de quibus 23. q. 6. vides.

Quod ratio sana est exemplis pondeda. 9. dist sana.

Quod superiores inferioribus exēplum bonum tenentur dare. 8. q. 1. qualis 12. q. 1. nolo.

Quod vita pastoris in exemplum debet esse discipulis. 2. q. 7. cum pastoris 81. dist nemo.

Quod prælati tot mortibus digni sunt, quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt. 11. quæstio. 3. precipue.

Quod senior ibi stricta increpatione est feriendus, vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet. 2. q. 7. paulus dicit. 93. dist. peruenit ad nos, in fi.

Quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia status peccator honoratur. 83. dist. nemo.

Quod quilibet quantūcumque magnus subditos & minores se paratus sit in bono imitari. 22. dist. de Constantinopolitana.

Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit a statu perfectionis quem aggredi intendebant 17. q. 1. qui bona.

Quod mali qui emēdari despiciūt ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida ca ro omnibus sunt præscindendi. 24. q. 3. ecce.

Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici. 44. dist. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

EXEMPTIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis a suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam 16. quæstio. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.

Quod exemptus non potest iudicari nisi a solo Papa. 16. q. 1. frater.

Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquam potestatem. 18. q. 2. luminoso.

Quod prælatus qui exemptioni papæ insurgere conatur communione, vsque ad extremum vitæ suæ priuatur. 16. q. 1. frater. ante med.

EXEQVIÆ. Quod exequiæ pompaticę plus sunt solatia viuorum, quam subsidia mortuorum. 13. q. 2. animę.

Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequiis diligentia hominum persoluit 23. q. 2. animę.

Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt, vel non prosunt exequię, ideo pro nullo debemus eas omittere. 13. quæstio. 2. non extimemus.

EXHÆREDATIO. Quod exhæreditatio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem. 17. q. vlt. c. vlt.

Quod successor qui nō adimplevit voluntatem defuncti, debet exhęredari. 11. q. 1. Siluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pœna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis 16. q. 1. probinum 2. q. 7. in primis.

Quod sacrilegiorū pęna est carcer, vel exilium. 17. quæstio. 4. attendendum.

Quod ignobiles pacem ecclesię turbantes, in perpetuum exilium relegantur 24. q. 3. qui contra.

EXITVS. Quod exitus malitiæ, virtutis operatur ingressum eodemque studio quo crimē excluditur, innocentia copulatur. 12. q. 1. cum renunciatur.

Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit quando a fide & charitate recedit 24. q. 3. cum aliquis.

Quod tunc boni a malis exire dicuntur quando etiam cum ipsis corporaliter conuersatur, mente a factis eorum recedunt. 23. quæstio 4. tolerandi sunt. & c. ecce. & cap. a malis.

Quod

Quod a malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere. 13 q. 4. recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & c. fertur §. cum ergo, in fi.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunque miseratione collectus post decem dies a dño non potest repeti 87 dist. si expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatẽ linguarum, de quibus sunt translatæ. 38 dist. locutio

Quod exponenda est scriptura secundum varietatem causarum, personarum, temporum, & locorum. 29. dist. per totum.

De expositione scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod exorcistæ in Græco, in Latino adiurantes vocantur. 21. dist. clericos.

Quod exorcistę est officium manus super energumenos, & cathecumenos in exorcizando imponere. 25. dist. perlectis.

FABVLA. Quod fabulas sæcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44. distin. conuiuia, &c. seq.

Quod in mensis clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi pcipitur, vt fabulosa, & curiosa, & otiosa vitentur. 44. dist. pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant ad incẽdia libidinum, prohibetur Christianis legere figmenta poetarum 37. dist. ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23 q. 4 est iniusta in fi.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quam quæ de infirmitate vel tenuitate procedit 22. q 2 beatus, §. ille ergo.

Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro & paulo 22 q. 2 beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat, 22. q. 2. beatus, §. ille ergo.

Quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimũ est peccatum 22 q. 2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus quam falli in articulis fidei 22 quæstio. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo contra se vel proximum dicere debet. 23 quæstio. quinta si non. ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detruduntur 24. q. 3. itaque 50 dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatẽ, sic boni in malis non persequuntur nisi malum. 23. q. 4 qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dr qui litteras defert, quę licet vere fuerint tamen de cõscientia papæ non emanarunt. 19. dist. in memoriam, vbi nota glo quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item falsarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat. 50. dist. si epicopus

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat. 25. quæst. 2. dicente.

Quod charta super beneficijs personalibus si non habet datam, falsa iudicatur 25. q. 2 §. si qua bñficia.

Quod licet episcopo falsarium domini papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod falsarius litterarum domini Papę si est clericus, est ab ordine deponendus, & in monasterium perpetuo detrudendus. 50. dist. si episcopus.

FALX Quod falx in alienam messem mittitur, quando fructus ecclesiæ non a vero, sed alieno pastore tollitur 13 q 1. c. 1. §. in diœcesi, ante medium.

Quod Deus in messem falcem mittit, cum vniuscuiusque vitam temporalem per mortis sententiam incidit. de pœn. distin. 2. cum sanctam. circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios. 11. q. 3. non sunt audiendi. 12. quæst. 1. nolo, & q 2 quattuor. in fine.

Quod quisquis custodit famam suam, in alijs est misericors. 11. q. 3 non sunt audiendi.

Quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, pręsentibus prebyteris expurgatur. 15. q. 5. cap. 1.

Quod prædicator honus officium suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bona famam 6. q. 2. sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur, quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur. 16 q 1. reuertimini. post medium.

Quod qui fame laboranti non succurrit, graue peccatum incurrit. 86. dist satis.

Quod qui fame morientem non pauit, quasi ipsum propria manu occidit 86. dist. pasce.

Quod iudex ecclesię licet teneatur se dare panis famem, & sitim aquæ, magis tamẽ famem audiendi verbum Dei. 1. q. 2. audacter. in fine.

Quod fames pristina sermoni domini præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. 76. distinctio. ieiunium in fine.

Quod fames curat morbos, quos gula infert de consecr. distinctio. 5. nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari 47. dist. sicut hi, § necesse.

Quod non culpatur paterfamilias faciens quod dẽt, si aliquis in familia manet incorrigibilis. 48. dist. quantumlibet.

Quod episcopus debet cauere ne aliquem in familia habeat indisciplinatum 47 dist. sicut hi, §. necesse.

Quod a principio in omni familia, bona fuit aliquis malus, incorrigibilis 47. dist. quantumlibet.

Quod propter culpam familię negligens paterfamilia punitur, tam temporaliter quam æternaliter, sicut patet de Hely. 47. distin. sicut hi, §. necesse

Quod domino excommunicato, indebite fertur sententia contra familiam 24. quæstio. 3 si habes. §. vt ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem 3 quęstio. 5. consanguinei & cap seq.

Quod familiaritas mulierum nimia, omnibus clericis, & religiosis prohibetur 81. dist. interdixit, & duobus cap. seq 34. dist. quorumdam. 81. dist. clericus. vsque ad fin. dist. 18. q 2. cognouimus & cap. seq.

Quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis non desunt. 81. dist. oportet.

Quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur, a frequenti earum accessu, & colloquio arceantur. 18. quæstio. 2. in decima, cap. seq.

FATVM. Quod fatum est genus diuinationis, cui qui intendit, dãnationem animę suæ incurrit 26. q. vlt. non obseruetis.

FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati. 63 dist. porro.

Quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri. 1. q 1 pueri.

Quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur. 1. q. 1. sunt quidam.

Quod nõ corrigere peruersos nihil aliud est quam fauere 83. distinctio. nemo & cap. sequen. 11. quæstio. 6. si res post medium, 23. q. 4. quisquis.

Quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos. 23. q 3. qui potest. & c. ostendit.

Quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur 23. quęstio. 4. ita. & capitu. a malis.

Quod qui consentit peccantibus, & defen-

defendit delinquentes: apud Deũ & homines est maledictus, 11. q. 3. qui consentit.

Quod fauorem dantes maleficiis sũt excommunicandi, 21. q. 5. placuit, & tribus c. seq.

De hac materia require ubi agitur de Consensu.

FAX. quod sicut fax accensa sibi detrimentum praestat, aliis uero lumen in tenebris administrat, sic malus praelatus vel praedicator, 15. q. 8. sciscitantibus.

Quod sicut superuacuis laborat impendiis qui solem cernat facibus adiuuare, sic qui zelum Dei dicit se habere, & in corrigẽdo exequitur indebite, 6. q. 1. si omnia.

FOELICITAS Quod fęlicitate peccantium nihil est infoelicius, 23. q. 1. paratus.

FOEMINA. Quod foemina non debet esse iudex, 3. q. 7. infam. 1, §. tria.

Quod fęmina propter verecundiam sexus nisi in sua & suorum causa non permittitur pro aliquo aduocare, 15. q. 3 §. 1. & quatuor capit. seq.

Quod foemina nisi in crimine laesae maiestatis, & in haresi, & in simonia non pmittitur accusare, 15. q. 3. certis de causis, & trib. c. seq.

Quod foemina quantumcunque docta & sancta in conuentu virorum non debet praedicare, 23. disti. mulier 33. q. vlt. c. vlt. de conse. disti. 3. mulier.

Quod monachae uel quantumcumq; sanctae foeminae non licet pallas altaris uel uasa sacra contingere, 23. dist. sacratas.

An foemina possit ordinem & characterem ordinis recipere, 27 q. 1. diaconissam.

Quod foemina sancta mente est diligenda, non corporali frequentia, 32 dist. hospitiolum.

Quod foemina extranea non debet clerico cohabitare, 81 dist. cũ omnibus, & c. seq.

Quod non possunt Deo pleno corde coniungi qui foeminarum accessibus copulantur, 32 distin. hospitiolum.

Quod clerico prohibetur cohabitatio foeminarum nisi forte sint mater uel soror uel consimilis persona carens suspicione 32 dist. inter dixit 23 dist. igitur, 81. d. s. clericus, & c. seq.

Quod beatus August. etiam cum sorore habitare noluit propter coniunctarum personarum societatẽ, 81 dist. legitur.

Quod religio non permittit ut solus cum sola loquatur, 81. dist. in omnibus.

Quod ut excludatur mala suspicio, nullus clericus nisi certis locis & temporibus debet loqui cum foemina 81 dist. in omnibus.

Quod confabulatio clerici cum foemina debet esse per modica & cõpẽdiosa uerba, 18. q. 2. diffinimus & c seq.

Quod etiam abbati non licet loqui cum fęminis, nisi sub duorum uel trium monachorum testimoniis, 18. q. 2. in decima.

Quod monachi & monachae in uno monasterio non debent cohabitare, 18 q. 2. diffinimus.

Quod abbatissa uolens loqui cũ aliquo, debet associari per vetulam monacham, 18. q. 2. diffinimus.

Quod non licet clericis, & aliis Christianis balneare se cum foeminis. dist 81 non oportet.

Quod de formis foeminarum nõ est disputandũ 41 dist. hospitiolum.

Quod foemina in signum subiectionis & uerecundiae peccati quod induxit, debet velari cap. 15 q. 3. uerbis itaque, 33. q. vlt. c. vlt. & c. haec imago.

Quod foemina nec comam amputare, nec ueste uirili propter luxum vti debet, 30 distinc. si qua mulier suo, & c. quęcunque.

Quod enixae uel menstruatae fęminae non debet prohiberi introitus ecclesiae, 5 dist §. 1 & c. seq.

Quod deterior est conditio mulieris quam uiri quantum ad subiectionem, 33. q. 5. haec imago, & ca. seq.

Item quantum ad uoti fractionem, quia uir uotum eius reuocare potest, sed non econtrario, 33. q. 5. noluit.

Item quantũad ordinis susceptionẽ, 32 distinc. mulieres, 15 quaestio. 3. §. 1.

Item quantum ad accusationem & testificationem, 15. q 3. §. 1.

FERIAE. Quod feriae legitimae ad festiuandum & non ad placita saecularia exercenda ponuntur, 15 q. 4 per totum.

Quod feriae legitimae ad ieiunadũ sunt secũda feria, quarta & sexta, 82. dis. presbyter, 1. q. vl. de illis, 22. q. 5 qui compulsus, de consec. dist. 3 ieiunia.

Quod ab aduentu Domini usque ad octauam Epiphaniae, & alia tempora feriata sunt quo ad celebrationem nuptiarum, 33. quaestio 4 non oportet, & tribus capit. seq. Vide quod sanciuit conc. Trid. de hac re.

Quod qui dies uel quae tempora ferianda sunt per circuitum anni. de consec dist 3. §. 1.

FESTIVITAS. Quod festiuitas sanctorum quando sit festiuanda, laicis est pronuntiandum de cons. dist. 3 §. 1.

Quod festiuitate per anni circulum sunt celebrandae, innuitur, de consec. dist 3 pronuntiandum, & c. rogationes.

Quod in sanctorũ festiuitatibus maxime solent homines uacare comessationibus, 44. distin. comessationes.

Quod maxime clerici festiuitates sanctorum cum deuotione tenentur peragere, 44 distin. nullus, 15. q. 4 per totum, 16. q. 7. & hoc diximus.

Quod in festiuitatibus prohibendi sunt laici per sacerdotes a chorearum saltationibus, de cons. disti. 3. irreligiosa.

De hac materia habes ubi agitur de die Dominico.

FESTINANTIA. Quod festinantia in quibus sit bona, & in quibus mala, habes ubi agitur de acceleratione.

FINGERE. quod decuplex inuenitur de canone fictio consona cum decem praedicamentis, nam quandoque fingitur esse qui non est, ut Iacob finxit se esse Esau. 22. q. 2 quaeritur, §. item opponitur, ubi nota praedicamentum substantiae.

Item quandoque fingitur quis esse minor quam sit, 2. quaest 7 quamquam. Exemplum de Augustino, & Hieronymo, ubi nota praedicamentum quantitatis.

Item quandoque fingitur quis talis esse qualis non est, 29. q. 1 §. 1. vbi nota praedicamentum qualitatis.

Item quandoque quis fingitur esse pater qui non est. 27. q. 2. institutũ, §. iuxta, ubi Ioseph dicitur pater Christi, ubi nota praedicamentum relationis.

Item quandoque fingitur quis agere quod non agit, 22 q. 2. cum humilitatis, ubi not. praedicamentum actionis.

Item quandoque fingitur quis pati qui non patitur, 32 q 5 proposito, ubi nota praedicamentum passionis.

Item quandoque fingitur quis esse eo tpe quo non est de poen. dist. 1. periculose, ubi nota praedicamentum temporis.

Item quandoque fingitur situm esse quod non est, 13. dist. duo & c. nerui, ubi nota praedicamentum situs.

Item quandoque fingitur non habere quod habet, 31 distin lex continentiae, ubi nota praedicamentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco ubi non est, 7. q. 1. mutationem, ubi nota praedicamentum ubi.

FIDES Quod fides est de uno uisis, & ideo habet meritum, de pę. dist. 4. in domo.

Quod fides est quae per dilectionem operatur, de pę. dist. 2 firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis, de consecr. dis. 4 nihil.

Quod illud apostoli, quidquid non est ex fide, peccatum est, sic accipitur quod quidquid fit contra conscientiam, ędificat ad gehennam, 28. q. 2 omnes, §. ex his.

Quod fides non tantum est liberi arbitrii, sed donum Dei. de consecrat. dist. 4 gratia.
Quod fides sine operibus non valet. 2. q. 1. sicut vrgeri, &c. fertur, de pœnit dist. 2. § non est mirum.
Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit, de pœnit. dist. 2. § hæc quæ.
Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur, 13. dist. qui episcopus, de consecratio. distin. 4 prima.
Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum, de cõsecr. dist. 4 symbolum.
Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopum, ante acceptionem pallii est profitendum, 100. distin. optatum.
Quod est multiplex effectus fidei, nã fides in vnum connectit quos diuersitas meritorum tenet, 43. dist. sit rector post med.
Item fides omnia purgat, 15. q. vlt. c. vlt. 24 q. 1 si Petrus.
Item omnes procellas militantis ecclesię superat, 24. q. 1. non turbatur. in fi.
Item fides rempublicam magis quã sudores corporales gubernat, 23. q. 8. tributum, § quamuis.
Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit, 24. q. 1 non turbatur, in fi.
Quod fides supplet ubi baptismus vel aliud sacramentum haberi nõ potest, de consec. distin. 4. baptismi.
Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium, de consec. dist. 4 illud.
Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit, 30 q. 1. quia.
Item ubi sana fides non est, non potest esse iustitia, 24. q. 1. ubi.
Quod sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus, 28. q. 1. omnes, § ex his.
Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum, 21. dist § 1. in fi.
Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tanquam ad magistram recurritur, 11. dist. palam, 22. dis. omnes.
Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere, 96. distin. nos, &c ubinam.
Quod non habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur detrahere, 24. q. 1. aduocauit.
Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt, 2. q. 7. non potest, 51. dist episcopum.
Quod qui diuinationibus & magicis illusionibus credit, fidem perdit, 26 q 5. episcopi.
Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, ut ipsorum erga Deum fides probetur 26 q 5 nec mirum, in fi.
Quod fides cum promittitur, etiam hosti est seruanda, 23 q 1. noli.
Quod in promissione stulte facta uel vi extorta fides non est seruanda, 22. quæst. 4. in malis, 15. q 6. cap. 1. & c. seq.
Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo, 22. q. 4. si ad peccatum.
Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogendus 45. dist. quid cap. qui syncera, & c. de Iudæis.
Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare, 45. d. s. de Iudæis, 23. q. 5. ad fidem.
FIDELITAS. Quod fidelitas seruanda est domino temporali, 24. q. 5. si apud.
Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque discolis dominis fidelitas non seruatur, 15. q 6 nos sanctorum, et c. seq.
Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos a iuramento fidelitatis, 15. q. 6. alius.
Quod Imperator tenetur Papæ iurare fidelitatem, 63. distin. tibi Domino.
Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, uidelicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile, 22. q. 5. de forma.
Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio, 2. quæst. 4. alieni.
Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione, 2. q. 7. pagani.
Item in matrimonii contractione, 28. q. 1. iam nunc, & c. seq. & c. Iudæi, & c. seq.
Item in ciborum perceptione, 28. q 1. nullus, & c. seq.
Item in mutua cohabitatione, 28. q. 1. Iudæi, & c. seq.
Item in ieiunorum obseruatione, de consecr. dist. 3. ieiunium.
Item in temporis præscriptione, 16. q. 3 porro.
Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis, 2. q. 7. nõ potest.
Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra, 1 q. 1 ut euidenter, 24. q. vlt. de illis, in fi.
Quod talis plus nociuus est ecclesiæ quam directe infidelis, 11 q. 3. noli te, in fi.
Item peior est infideli, 6. q. 1. quæro.
Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis, 32. q. 4. in eo.
Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quam pœna infidelis, 12. q. 1. scimus, 1. q 1. nonne.
Quod talis tolerandus est, non imitãdus quamdiu ab ecclesia per sententiam non præscinditur, 23. q. 4. forte, & c. infidelis.
FILIVS. Quod filius dicitur per carnis propagationem, per morum imitationem, 22. q. 2. quæritur, § item opponitur.
Quod filii Dei dicuntur tripliciter, uel prædestinatione tantum, uel prædestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ, de pœn. dist. 4. si ex bono.
Quod filii spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut a baptismo per leuationem, aut per confessionem. 30. q. 1. omnes, & c. ad limina.
Quod filii diaboli dicuntur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem, 1. quæstio. 1. cito.
Quod filii liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt orti. Naturales autem cõcubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii, 32. q. 4. c. ult.
Quod illi non reputantur filii, nec debent in bonis succedere patris; qui nati sunt de incestu, 35. q 7. per totum.
Quod filii legitimi dicuntur, qui uel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt, 28 quæstio. 1 num quid.
Quod filii sequuntur conditionem ventris 32. q. 4. cap. ult. 28 quæst. 1. Iudæi.
Quod pater carnalis de filiis temporalem curam debet habere, 30. dis. si quis reliquerit.
Quod tenetur filios suos verbo, & exemplo a uitiis ad uirtutum studia prouocare 47. dis. sicut hi, § necesse, usque in fin.
Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare, 5. quæst. 5. non osculatur.
Quod gloria patris est filius sapiens, 95 dist. esto, in fi.
Quod tunc pro patribus nati sunt filii, quando pro apostolis surrexerunt episcopi, 68. dist. quorum.
Quod filii presbyterorum, si paternæ incontinentiæ sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouẽdi, 56. dist. presbyterorum.
Quod quandoque filiis peccata parẽtum imputantur, quandoque non, 61. dist per totum.
Quod filii illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum, 14. q. 3. cum multæ.
FISCVS. Quod fiscus tollit quod non accepit Christus, 16. q. 7. maiores, & quæstio. 1. decimæ circa med.
Quod res cõuictorum, & unitati pertinaciter resistentium, fisco uendicantur, 23. quæstio 4. nimirum, in fi.
FLAGELLVM. Quod flagellum Domini quãdoque est ad uindictam, quandoque ad hominis purgationem, 7. quæst. 1. cum percussio.
Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errãtes per flagella sunt reducendi, 23 quæst io. 4. nimium, post medium, & c. displicet, per totum, & cap. debet.

quod

1940

Quod flagellato non est addenda afflictio. 7 q. 1 cum percussio
Quod flagellatio, vt proficiat, debet esse discreta. 45 dist. cum beatus.
De hac materia require vbi agitur de correctione disciplinæ, & vbi agitur de percussione.

FLAMINES. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentiliũ, a filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines, 21. distinct. cleros. circa medium.
Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt Patriarchas. vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 1. distinctio. in illis.

FLETVS Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorum, quia ipsos per mortem non amittimus, 13. q. 2 quam præposterum.
Quod flere mortuum indebite, prouenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quam ex pietate. 13. q. 2. vbicumque & 4. seq.
Quod dominus nõ fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandum 13. q. 2. quia diuina.
Quod Petrus fleuit, & flẽdo peccata deleuit. de pœn. dist. 1. circa princ.
Quod peccator flere debet cogitando quia iniuste peccando Deum suũ offendit. de pœ. dist. 5. defleat.
Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis perseuerauit. de pœn. dist. 1. § 1. circa princ.
Item fleat non solum quia peccauit sed quia interim virtute se priuauit de pœniten. dist. 5. §. 1. ver. dolendum.
Item fleat quod proximum suũ malo exemplo corrupit de pænit. distin. 5 § 1. ver animaduertere.
De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

FOMES. Quod fomes est languor naturæ, qui carnis concupiscentia appellatur, 15. q. 1 §. itaque.
Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quæ verius animæ infirmitas dici potest; sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animæ ex coniunctæ carnis corruptione, 15. q. 1 itaque.
Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati. 15. q. 1 §. 1.
Quod fomes in baptismo nõ deletur, sed debilitatur. de consecrat. dist. 4. per baptismum. & cap. non ex quo.
Quod fomes semper repugnat legi mentis, etiam in perfectis. 32. q. 5. si Paulus.

FONS. Quod fons signatus, & puteus aquæ viuæ dicitur ecclesia. 24. quæstio. 1. omnibus. & capit. quoniam.
Quod sicut a fonte præcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus. 24. q. 1. loquitur ante fi.
Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quam de riuulis est quærenda. 76. distin. ieiunium. circa princ.
Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua. 2 q. 7. sicuti in fi.
Quod charitas dicitur fons. 20. q. 1. in scripturis ante fin.
Quod dicitur fons baptisma. 18 q. 2. pridem.

FORMA. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorum. 94 dist. dictum. 95. distinct. esto 16 q. 1. prædicatur. 21. q. 4 præcipimus.
Quod forma ecclesiasticæ vitæ est in clericorum castitate. 82. dist. proposuisti in fi.
Quod forma perfecta est, vt non totum sibi arripiat, sed quod habet, cum pauperibus partiatur, 86. dist. in singulis.
Quod forma appellationis & apostolorum habetur. 2 q. 6 post appellationem, § forma.
Item forma reconciliationis excommunicati. 11. quæst. vlt. quod prædecessor, §. excommunicationis. & c. seq.
Item forma fidelitatis iuratur. 22. q. 5. forma.
Item forma verborũ qua transubstantiatur corpus, & sanguis Christi. de consecratio. distinct. secunda, quia corpus, & capit. qui manducat.
Item forma separationis, & reconciliationis coniugum 35. quæst. 6. ab isto, & c. seq.

FORNICATIO. Quod fornicatio, est duplex, scilicet spiritualis & corporalis, seu carnalis. 28. q. 1. idololatria. 32. q. 7. non solum.
Quod omnis pollutio immunda est carnalis fornicatio, 32 quæst. 7. per totum.
Quod fornicatio licet videatur esse genus cuiuslibet coitus tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, meretricum, vel concubinarum. 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.
Quod fornicatio carnalis nulli impune conceditur 27. q. 1. nubendi.
Quod simplex fornicatio, quæ est soluti cum soluta, prohibetur. 32. q 4. dicat, & cap. meretrices.
Quod propter maius malum vitandum non est multum exaggeranda. 32. q 2. ancillam.
Quod fornicatio non est diuersa, siue pulchra sit, siue turpis quam quis cognoscit. 14. q. vlt c vlt.
Quod fornicatio maximum peccatum est, propter templi Dei violationem 32 q 4. in eo, & q. 7. non solum.
Quod fœminæ fornicantes cum clericis debeant in seruitutem redigi. 32. dist. eos, qui.
De materia clericorum inuenies vbi agitur de Clericis.
Quod episcopus vel presbyter fornicans cum sua filia spirituali, si publicum est, debet deponi: si occultum, episcopus 15. annis, & presbyter. 12 debet pænitere. 30. q. 1. omnes. & duobus c. seq.
Quod maritus sic cõtinere debet vt non det vxori occasionem fornicandi, 27. q 1. nubendi.
Quod propter solam causam fornicationis vxor dimittitur quantum ad cohabitationem. 32. q 1. dixit Dominus.
Quod fornicatio spiritualis est idololatria, quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio. 28. q 1. idololatria.
Quod fornicatio animi est seruitus idolorum 32. q. 7. non solum.
Quod auaritia quę est idolorum seruitus fornicatio spiritualis dicitur. 28. q. 1. idololatria.
Quod fornicatio spiritualis dicitur consensu mentis ad fornicandum iuxta illud, Qui viderit mulierẽ, &c 32. q. 7 non solum.

FORTITVDO. Quod fortitudo corporalis si pro afflictione in malignantes exercetur, bona & laudabilis est 23. q. 3 fortitudo.
Exemplum de Moyse qui Ægyptiũ malignantem occidit. 23. q. 3. non inferenda.
Quod ille prodest furi vel piratæ qui fortitudinem membrorum suorum ne peius agant debilitat. 23. q 5 si quis.
Quod dilectores huius sęculi fortes sunt in iis quæ sunt ad mundum, & debiles in his quę sunt ad Deũ, 47 dist. omnis.

FORVS. Quod forus est exercendarum litium locus, sicut innuitur. 11 q 1 clericus siue.
Quod actor debet sequi forum pulsati, 11. q 1 si quisquam.
Quod siue clericus, siue laicus pro crimine pulsatus non nisi in foro suo debet audiri, 11. q. 1. clericus. & c seq.
Quod clericus pulsatus in episcopali iudicio forum competit. 11 q. 1. si quisquam.
Quod excepta sede apostolica nemo potest trahi extra suam diœcesim vel prouinciam pro causę litigio 6. quæst 3 & 21. q. 3 fere per totum.
Quod ratione criminis commissi efficitur quis de foro alieno. 3. quæstio. cap. vlt.
Quod ibi causa agenda est, vbi crimen committitur. 3. q. 6. peregrina. sex c. seq.
Quod si quis mutat domicilium ibi forum sortiatur sub eat vbi habitationem elegit. 13. q. 2 vbicumque, § quia ergo.

Quod qui causam, siue iustam, siue iniustam ad alterius fidei iudicis forum euocat, est excommunicandus. 2 q. 6. catholicus.

Quod clericus ab episcopo depositus si principem sæcularem adeat, amplius non auditur, sed spem recipiendi gradus in futurum amittit 21. q. 5. c. 1 & c. vlt.

Quod clericus si extra prouinciam [excepta sede apostolica] iudicia expectat, est deponendus, 3 q. 6. non liceat, 11. q. 1. si quis clericus & c. seq. & c. inolita. & c. de diuersis.

FRATER. Quod dicitur quis frater fide. 2. q. 1. multi circa med. 11. q 3. ad mensam.

Item frater dicitur consanguinitate 35. q. 3. quædam lex.

Item dicitur frater iuris interpretatione, 18. q. 1. numquid.

Item dicitur frater dignitatis communione, 51. dist præterea. de pœn. dist. 5. fratres nostros.

Item dicitur frater religione. 16. q. 1. vos autem.

Item dicitur frater religionis professione 10. q. 2. episcopus habeat.

Item dicitur frater nomine naturæ. 6. q. 1. ex merito.

Item dicitur frater similitudine. de consec. dist. 1. Iacobus frater Dñi.

Item dicitur frater facti comparatione, 14. q. 5. immolans in fine.

FRAVS. Quod fraus proprie committitur quando res ad speciales vsus missa retinetur, vel indebite expenditur. 16. q. 1. reuertimini.

Quod amico rapere furtum est, ecclesiamq; defraudare sacrilegium est 12. q. 1. gloria. in fi. 13. q. 2. qui oblationes in fi.

Quod cum pauperibus eleemosyna subtrahitur, Deus qui res ad hoc contulit, de sua parte defraudari conqueritur 16. q. 1. reuertimini.

Quod qui defraudat panem egentium, homo sanguinis est. 14 q. 5. immolans.

Quod qui legata morientium retinent: egenos & mortuos consolatione defraudant. 13. quæst. 2. qui oblationes.

Quod qui defraudat ecclesiæ res, in quadruplum debet restituere. 12. q. 2. in antiquis.

Quod clericus qui res ecclesiæ, quæ sunt pauperum defraudat, est corripiendus: si vero episcopus est, deponendus est, 10 q. 2. episcopus. & cap seq.

Quod qui furem & latronem, vel raptorem aliena cum possit, vt restituat nō compellit, est socius fraudis vel criminis 14. q. vlt. si res.

De hac materia require vbi agitur de Diuortio.

FRVCTVS Quod fructus digni pœnitentiæ sunt incipientium, videlicet de peccatis dolere, & de futuris malis cauere. de pœniten. distin. 5. circa finem, 50. distinct. quia sanctitas.

Quod fructus virtutum sunt proficientium, quorum est de virtute in virtutem progredi. de pœn. distin. 5. in fi.

Quod fructus spiritus sunt perfectorum, quorum est beatitudinibus insistere, videlicet voluntariam paupertatem diligere, mansuetudinem tenere, pro æterno desiderio lugere, iustitiam esurire & sitire, misericordiam, & munditiam ad tranquillitatem pacis amplecti, & pro obseruatione iustitię persecutionem pati, & cæteris fructibus spiritus insistere. de pœnit dist. 2. si quis semel.

FVGA. Quod fuga peccatum est elongare se a terrenis & propinquis, 12. q. 1. c. cui portio.

Quod fugiendi sunt honores, & fugientibus offerendi. 8. quæst. 1. in scripturis.

Quod si a persecutoribus prælati persona quæritur, debet fugere: si autem fides vel grex quæritur, se obijcere 7. q. 1. aduersitas. §. hoc etiam tunc.

Quod qui iudicium fugit, constat illum de iustitia diffidere 11. quęst. 1. Christianis, in fi.

Quod hæretici & schismatici in prouincia permanentes sunt fugiendi. 24 q 1. omnis.

Quod ecclesiam fugientes sunt ab ecclesia protegendi. 87. dist. eos.

FVROR. quod furor commotionis tempore iustum putat omne quod facit 11. q. 3. illa.

Quod laudabile est in præpositis si non furentur, sed ratio dominetur in ipsis. 11. q. 3. illa.

Quod furor in sapiente talia facit, de quibus post multum solet pœnitere. 11. q. 3. cum apud.

Quod rectores aliorum non cum leuitate vel furore debent pcipitare sententiam. 11. q. 3. summopere.

Quod qui post sacerdotium furere incępit, sacerdotio non carebit, nisi in furia sit perseuerans. 15. q. 1. si quis non in fine.

FVRTVM. Quod furtum est omnis illicita alienæ rei alienatio. 14. q. 5. pœnale. 32 q 4 meretrices, circa finem.

Quod fur reputatur qui volens furari propter timorem humanum non furatur de pœnit. distinct. 1. si propterea.

Quod nō permisit rapinam qui furtum prohibuit 32. q. 4. meretrices.

Quod furti nomine rapina, & quidquid proximo aufertur illicite, in prohibitione decalogi continetur 14. q. 5 pœnale.

Quod quantumcumque parū quis abstulerit, furti nomen incurrit, 14 quæst. 6. c. vlt. de pœn. distin. 1. vulgaris.

Quod non furtum, sed mens furantis attenditur 14. quæstio. vltima, cap. vltim.

Quod furtum non facit necessitas, sed voluntas. de consecratione dist. 5. discipulos.

Quod cum pro necessitate vitę alienum tollitur, quia tunc omnia sunt communia, furtum non committitur. ibid.

Quod qui vt eleemosynam faciat alienum accipit, furtum committit. 14. quæst. 5 forte 32 quęst. 4. sic non sunt.

Quod non est furtum accipere ab inuito sibi debitum 14. quæstio. 5. non sane.

Quod res Ægyptiorum asportando furtum non commiserunt filii Israel, quia Domino omnium iubente paruerunt, 14. quæst. 5. dixit Dominus.

Quod furem vel raptorem nullus debet defendere, sed humanitatis causa potest pro ipso intercedere. 14 q. 6 c. si res & c hi qui.

Quod fures vel latrones. quia infames sunt, nec accusare, nec testis esse possunt. 3. quæstio. quinta, constituimus.

Quod furtum ex auaritia cōmissum grauius punitur, quam quod fit ex inopia 12. q. 2. fraternitas.

Quod episcopus rerum ecclesiæ dilapidator tanquam fur a suo honore est deponendus. 2 q. 2 ca. vlt. 12. q. 2 in legibus.

Quod presbyter in furto deprehensus, ab omni honore deponitur, 82 dist. presbyter

Quod prælatus est fur, qui non curat de ouibus, vel intrat per ostiū in officium prælaturæ. 25. q. 4. tres personas.

Quod furtiua vsurpatio præiudiciū non generat, 91. dist. illud.

FVTVRVM. Quod futura scire expedit: & modo debito sunt inquirenda. 1 q 7. conuenientibus. in princ.

Quod futura nō sunt per sortilegia inuestiganda. 26. q 2 non statim. & duobus c. seq.

Quod curiositas est per constellationes futura inuestigare 26. q. 7. non §. his ita.

Quod futura non sunt inuestiganda per auguria, vel per aliarum artium magicarum documenta, 26. q. 2. illud.

Quod omnia prædicta futura inquirere est idololatriæ deseruire, 26. q. 2. sed & illud.

Quod auspicia & augurationes oracula, & metropolitana per quæ homines futura inquirunt, inualuerunt ex arte dæmoniaca, 26. q. 2. qui sine Saluatore.

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quęrenda 26. q 5. aliquanti.

Quod dęmones cum ex acumine sensus & celeritate motus, & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videntur prędicere. 26 q. 4. sciendum per totum capitulum.

GENE.

1941

GENERATIO. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est a patrib. per successionem, & spiritualis, quę fit per baptismi generationem. 32. q. 4 recurrat. de consec. dist. 4. regenerante.

Quod in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali, 32. q. 4. recurrit, 47. dist. quãtumlibet, 56. dist. nasciante fi.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit 56. dist. nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 56. di. vndecũque. &c Dominus noster.

Quod multi summi Pontifices & episcopi sunt ex presbyteris generati. 56 dist. c 1. Osius.

Quod ideo quidam vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multiplic. ter successio generationis aboleat. 1. q. 1. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionẽ omnium peccatorum. de consecr. dist. 4. regenerante.

Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem. de consec. dist. 4. non regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de consec. dist. 3. nõ regenerabantur.

GENVA Quod genua a festo Paschæ usque ad festum pentecostes inclusiue in signum resurrectionis domini. & ad horas non sunt flectenda 76. dist c ieiunium, § nõ autem. & cap. ferre 30. dist. si quis presbyter, § similiter.

Qd nec in die dominico, nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando. 30. dist. si quis presbyter. de consec. distinct. 3 quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26. q. 7. sacerdos.

GESTVS. Quod gestus exterior, corporis qualitatem indicat mentis. 41. distinctione clericus, §. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis, si dissolutus uel mollis est, indicat lasciuiam; si fructus, indicat superbiã. si citus, indicat impetuositatem, si tardus, indicat pigritiam. 41. dist. parsimoniam. & cap. clericus, §. sicut ergo.

GLADIVS. quod gladius est duplex, scillicet materialis, & spiritualis. 23. q. 8. §. 1. 15. q. 6. auctoritatem. circa fi.

Quod Christus non uenit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem. 33. q. 3. interfectores, § in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia non occidit sed uiuificat 33. q. 3. inter hæc. 16. q. 2 visis. in fi. 24. q. 1. si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis uero qui est uerbũ Dei exerceri præcipitur. 33. q. 1. §. 1. & q. 8. § 1.

Quod ecclesia criminosos non materiali, sed spirituali gladio feriri iubet. 33. quæst. 2 interfectores. §. in hoc.

Quod prælati ecclesiæ de mandato Papæ possunt res ecclesiæ materiali gladio defendere. 15. q. 6. auctoritatem. circa fi.

Quod potestates sæculares ideo non sine causa gladiũ materialem portant, quia in malefactores iræ Dei existunt ministri 23 q. 5. non solũ. & c. sunt quædam. & q 4. quæsitũ. & c. sicut, in fi.

Quod sæcularis potestas cum gladium vindictæ respuit, occasionẽ peccãdi tribuit 23 q 4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cũ culpa accipit, qui sine potestate cõcessa a superiore in sanguinem alterius armatur. 23 quæst. 4. ille gladium.

GLORIA. Quod gloria episcopi est pauperibus subuenire, 12. q 2. gloria.

Quod prædicator gloriam suam euacuat quando non pro æterno, sed pro fructu temporali laborat. 1 q. 2 sacerdos, in fi.

Quod in lata gente est gloria regis, in diminutione plebis est contritio principis, 1. q. 4. ecclesiæ, §. item Dauid. post med.

Quod nihil est illo pastore deterius qui luporum laudibus gloriatur, 83 distin nihil. 6. quæst. 1. sunt plurimi.

Quod melior est malefactis humilis confessio quam in bonis superba gloriatio, 11. q. 3 iniustum.

GRATIA. quod gratia dicitur eo quòd gratis datur vel recipitur, gratia aliter non est, 1. q. 1. c. 1.

Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute paratur. 40. distin illud.

Quod nullus nisi purgetur a vitiis, gratiam Dei potest accipere. de pæn. dist. 1 non potest quisquam.

Quod sicut sol ęquali luce super omnes radiat, sic gratia Dei sine acceptione personarum æqualiter omnibus infunditur. de conse. dist. 4. nec quemquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmẽta. 6. q. 1. si omnia.

Quod quantumcunque occulta loca animam sine gratia saluare nõ possunt, quia de paradiso homo, et angelus de cęlo peccando cecidit. 40. dist. qualibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum. de consec. dist. 4. gratia quę.

Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonũ facere. de consec. dist. placuit. &c. seq.

Quod gratias Deo, & hominibus pro beneficiis agere debemus, 16. q. 1 reuertimini.

Quod de aduersitatibus & passionibus Deo gratias referre debemus. 21. q. vlt. cap. vlt.

Quod sine gratia mãdata Dei adimpleri non possunt. de consec. disti. 4. c. vlt.

GRADVS. Quod gradus in ecclesia diuersi, & status unitatem ecclesiæ conseruant. distin. 89. ad hoc 93. dist. a subdiacono. 50. disti. in capite.

Quod in singulis gradibus ordinũ conferendis dilationis tempora sunt obseruanda. 77. dist. in singulis. & c. seq.

Quod ad singulos gradus ordinum recipientium ętas est seruanda. 77. dist. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & supra, nemo est promouendus, nisi præeunte continentia fuerit approbatus. 77. dist. quicumque.

Quod ad superiorem gradum sacerdotii nullus debet exponi nisi ab inferiori ordine gradatim ascendendo 59. dist. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. quæst. sicut excellentiam.

Quod gradus sunt non solum inter virtutem & virtutem, sed etiam in vna eademq; virtute de pęn. dis. 1. §. ego sum panis, §. hæc quæ. &c. cum sanctam.

Quod nõ solum sunt in virtute gradus, sed etiam in peccato. de pæn. distin 2. sicut tribus & non est mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu de pœn. dist. 2. sciendum & c. sicut tribus.

Quod olim vsque ad septimum gradum consanguinitatis & affinitatis matrimonium contrahi impediebatur 35 q. 3 contradicimus. & q. 5. per totum.

De computatione consanguinitatis & affinitatis habes 35. q. 3. contradicimus & q. 4. & q. 5. per totum.

GRAMMATICA. quod grammatica ad meliores vsus assumpta, animæ saluti non infert detrimẽtum, 37. dist. si quis artem.

Quod episcopo vel alii prælato est reprehensibile omisso Euangelio vel alia sacra scriptura populo grammaticam exponere, 37. dist. turbat, § cum ergo, 86. dist. cum multa.

Quod epi vel presbyteri si eadunt in

gram-

grammaticam, non sunt a sapientibus irridendi, quia plus sunt pẽsanda vitia morum, quam verborum 38. dist. quamuis §. sed licet. & c. sedulo.

Quod si aliquando sancti uiri loquũtur per barbarismos, & solœcismos, non sunt propter hoc despiciendi. 38. distin. sedulo. & c. seq. de conse. dist. 4. retulerunt.

Quod indignum est verba cœlestis oraculi restringi sub regulis Donati. 38. dist. indignũ, 1 q. 1 Marchion.

GREX. quod sicut grex ex una morbida oue polluitur, sic ex prælato immundo plures inficiuntur 45. dis. sed illud in fi.

Quod prælati tamquam arietes ducatum gregi præbere debent. 7. q. 1. sciscitatis.

Quod lãguente pastore grex insidiatorum dentibus laniandus exponitur. 7. q. 1. quamuis.

GVERRA. quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata, 23. q. 5. remittuntur. per totum, 56. dist. si gens.

De hac materia require ubi agitur de Bello.

GVLA. Quod gula est mater luxuriæ, quia venter & genitalia sunt vicina membra. 44 dis. §. 1. cum autem. de consec. dist. 5. nihil.

Quod gula sic in uilibus vt in pretiosis attenditur. 41. dist. quisquis. & c. deliciæ.

Quod quinque sint species gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare, in cibo tempus præuenire, ob cibum nimium æstuare, de cibo plus sumere. de consec. dist. 5. quinque.

Quod gula de paradiso primum hominem expulit 35. dist.

Quod gula grossum sensum generat. 44. dist. non liceat. § si ergo.

Quod gula morbos facit, molestias ingerit, & ægritudines generat, de consec. dist. 5. nihil, & c. ne tales.

Quod gulosi non aliter festa sanctorum putant celebrare, nisi gulę deseruiant, 44 dist. §. 1 in fine.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat. de consecra. dist. 5. legimus.

HABERE. quod habere potest ecclesia proprium, exemplo domini, 12. q. 1. exemplum & cap. seq.

Quod perfecti proprium non habẽt nec habere concupiscunt: qui non suorum, sed cõmunium sunt possessores, 1. q. 2 sacerdos.

Quod religionem professi propriũ habere non debent. 12 q. 1. scimus. & tribus c. seq. & c. habebat. & ca. seq 19 q. 2. quam fit §. nullus.

Quod habentibus eleemosynam dare nihil aliud est quam perdere, 1. q. 2 pastor.

HABITATIO. Quod habitatio uera Christi est ecclesia, quæ fidem ipsius seruat. 24. quæst. 1. quæ dignior.

Quod Deus non habitat in illis qui per superbiæ singularitatem se a melioribus diuidunt, 24. q. 1. audiuimus, ante med.

Quod sicut filii Israel disperdere nõ potuerunt Iebusæos qui in medio ipsorum habitarent, sic boni non possunt euadere falsos Christianos 11. q. 3. nolite recedere, per totum cap.

Quod non possunt cum Deo toto corde habitare, qui fœminarum ac cessibus copulantur. 32. dist. hospitiolum.

Quod nullus clericus cum extranea fœmina debet habitare. 85. distin. clericos. & duobus c. seq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare. 18. q. 2. in nullo loco. & quatuor cap. seq.

Quod habitatores præponuntur extrantis in pluribus in constitutione archidiaconi 93. dist. legimus.

Item in constitutione œconomi. 89. dist. quia.

Item in episcopo eligendo, 7. q. 1. remoto.

Item in abbatis electione, 7. q. 2. quam fit.

Item in episcopi accusatione, 2. q 7 quærendum.

Item in defuncti episcopi rerum cõseruatione 12. q. 2. nõ liceat alicui.

HABITVS. quod habitus clerici non in uestibus, nec in calceamentis decorem debet prætendere, 41. dist. clericus. & § seq. & cap. parsimoniam.

Quod clerici in habitu suo, nec sericis, nec aureis intexturis, nec in summitate vestimentorum uariorum colorum ornamentis uti debent 21. q. 4. omnis iactura. & quatuor cap. seq.

Quod religiosorum habitus non debent esse notabiles, nec diuersi coloris, sed conuenientes pænitentiæ, & deuotioni, 20. q. 1. uidua.

Quod religiosus habitum professionis suę tam in lecto quam in aliis locis debet deferre 20. q. 1 uidua.

Quod mulier quæ propter ludum habitum hominis virilem assumit, anathema incurrit 30. dist. si qua mulier.

HELI Quod Heli sacerdos sanctus fuit, sed quia filios non erudiuit, supinus cecidit, 37 dist. legant.

Quod sicut propter filiorum Heli peccatũ homines a sacrificio Dei detrahebantur, sic prauis exemplis prælatorum quotidie peiores fiunt. 50 dist. de his uero.

Quod sicut ex peccato filiorum Heli in manu hostiũ populus corruit, sic plebs peccata prælatorum luit. 1. q. 4. ecclesia.

HELIAS Quod Helias, ut ostenderet illum uerum Deum esse quẽ colebat, orauit igne cœlesti quinquagenarios consumi, 23. q. 4. si illic § sed obiicitur, & capit. quod Christus & cap. ea uindicta.

Quod precibus Heliæ cœlum clausum fuit annis tribus, & sex mensibus 23. q. 4 si illic, § quòd tunc.

Quod Helias culturam Baal uindicauit, sacerdotes eius occidendo, 23 q. 4. Guilisarius, circa fin.

HELISÆVS. Quod Helisæus aspersione salis sterilitatem aquæ sanauit, de conse. dist. 1. aquã sale.

Quod in exemplum perfectis ad prophetandum uadens, boues & omnem curam domesticam reliquit, 86 dist. dominus.

Quod misit lignum in aquam & ferrum securis contra naturam natauit, de consecr. distin. 2. reuera, post medium.

HÆREDITAS. Quod hæreditas secundum leges ab indignis successoribus potest auferri, 15 q. Siluester.

Quod hæredi non licet sine causa uenire contra factum sui prędecessoris, 11. qu. 1. Siluester, 16. q. 6. illud.

Quod nullus exhæredato filio ecclesiam debet facere hæredẽ 17. q. vlt. c. ult. 23. q. 2. si qui irascitur.

Quod episcopus res quas habuit hæreditario iure, libere potest conferre 12. q. 1. episcopi.

Quod clerici sunt funiculi hæreditatis Christi, 12. q. 1 clericus.

HEREMITA. quod sunt heremitæ qui uere & pure solitariam vitam ducunt, 16. q. 1. qui uere.

Quod Ioannes Baptista fuit de uita eremitica, 2. quæst. 7. c. vlt. §. item Ioannes.

Quod eremitica uita uera, ac pura digna honore iudicatur, 16 quæst. 1. qui uere.

Quod eremitæ ne uideantur esse acephali, debent subesse episcopis, 93. dist. nulla. & capit. seq. 11. q. 1. si, autem.

Quod eremitæ utuntur priuilegio clericali sicut alii religiosi, 16 q. 1. qui uere.

Quod eremita potest habere propriũ, & condere testamentum, 19 q. 3. perlatum §. econtra.

Quod eremitæ ratione proprii imperfectiores sunt monachis, quibus proprium non licet habere, 19 q. 3. perlatum § econtra.

HAERESIS. Quod hæresis Græce ab electione dicitur quod scilicet eam disciplinam quam sibi vnusquisque elegit, putat esse meliorem, 23 q. 3. hæresis.

Quod prima hęresis occasione corporis Christi & sanguinis orta est in discipulis, de consec. dist. 2 prima.

Quod post illa Arriana quę ponebat maioritatem gradus in personis, orta est in clericis, 16. dist. sexta synodus, § prima.

Quod tũc Christianitas in diuersas hæreses scissa est, quando propter fidei persecutores epi ad concilia celebranda in unum non poterãt conuenire, 15. dist. canones.

Dis

Diuersitatem hæresum & multiplicitatem earum, habes 24.q.3 quidam autem hæretici, per totum.
Quod inter hæresim & schisma est illa differentia, videlicet quod hæresis est in peruersa doctrina, sed schisma in separatione ab ecclesia, 24.q.3. inter hæresim.
Quod largo modo simoniaca prauitas dicitur impia hæresis. 1 quæstio, 1. quisquis, cap. cum liqueat. & c. eos.
Quod simoniaca hæresis ortum habuit tempore apostolorum, 1.q 1. fertur.
Quod diuina prouidentia diuersi erroris hæreses esse permittit, vt fideles attutiores reddantur, 24 q. vlt.c.vlt.
Quod nullum peccatum est grauius hæresi, 32.q 7 quid in omnibus. 24 q 4 quid autem. 22. quæstio. 2. primum.
Quod an grauius peccet qui hæresim incurrit ignorans, an qui sciens auaritiæ deseruit, 6.q.5.quarto.
Quod pro nullo alio quam pro hæresi papa potest conueniri, 40. di. si papa.
HAERETICVS. Quod hæreticus est qui falsas ac nouas opiniones gignit vel sequitur, 24 q.3 hæreticus.
Item hæreticus est qui aliter scripturam sacram intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, 24.q.3. hæresis, 38.dist. quamuis
Item hæreticus est qui præcisus est ab vnitate ecclesiæ, 4.quæst.3.c.1. & seq.
Item hæreticus est qui in vnam hæresim damnatam incidit, 24.q.1. Achatius.
Item hæreticus dicitur non qui errat, sed qui errorem contumaciter defendit, 24.q.3. qui in ecclesia.
Item large simoniacus dicitur hæreticus, 1 q.1. quisquis.
Item qui Romanam ecclesiam negat esse caput ecclesiarum, & qui auctoritati eius derogat, est hæreticus, 22.dist.omnes.circa fin.
Item ille qui hæreticos defendit, nō solum hæreticus, sed hæresiarcha dicendus est, 24 quæst. vlt.qui aliorum.
Quod præsumptio sēsus proprii via est ad hæresim. 24.quæst.3. quid autem.
Quod qui in expositione scripturæ locum, tempus, & personam non attendit, de facili in erroris labyrinthum cadit, 29 dist. sciendum.
Quod non sunt inter hæreticos cōputandi qui errorem ab aliis recipientes parati sunt postponere, 24 q.3 dixit.
Quod sicut ipsi hæretici dānati sunt ab ecclesia, sic & scripturæ eorum, 15.distin.in primis. §. Montanus.
Quod hæretici excommunicati sunt ipso iure, 24 q.1.Achatius, & duobus c seq.

Item post mortem excommunicatur, 24.q.2.sane profertur per totum cap.
Quod consortium & communio hæreticorum sunt fugienda, 24.q. 1. aduocauit. & cap.seq. & quæst 3. clericus.
Quod hæreticorum conuenticula, conciliabula sunt appellanda. 24. q 1.clericus.
Quod sacramenta hæreticorum in forma ecclesiæ tradita sunt bona, quia nō sunt humana, sed diuina. 23 q.4.quid faciet.
Quod scienter non debent ab ipsis (etiam in necessitate) sacramenta recipi, 24 q. 1.si quem forte, & duobus cap.seq.
Quod nec danda sunt ipsis à catholicis sacramenta, 24 q 2. nec quisquam.
Quod hæretici non habent salutem in se, nec potestatem in alios, 24. quæstio, 2 quodcumque, & cap. vbi.
Item quod non possunt contra fideles testificari, 2 q.7.non potest. & c.pagani.
Item nec ipsos accusare possunt, nec iudicare, 4 quæst.1.cap.1.c.5. quæstio.1 omne.
Item nec excommunicare possunt, nec cōdemnare, 24.q.1.att. & duobus c.seq.
Quod hæreticos accusare etiam infames personæ possunt, 6 q 1.nos. § sed licet, & c.seq.
Quod hæreticus hæreticum excommunicare potest, non catholicū, 24.q 1.miramur, § 1.
Quod hæreticus excommunicatus ab hæretico propter crimen à catholicis propter detestationē culpæ non est recipiēdus, 24 quæst.1. quisquis, & c.seq.
Quod reges & principes terræ debēt hæreticos persequi, & habent ecclesiam tueri, 23.q 4. non inuenitur, & c.sicut excellentia.
Quod hæretici sunt cogendi & cōpellendi ad fidei quam relinquerūt receptionem, 23 q 4. nimium. vsque ad fin quæstionis.
Item possunt cōpelli per rerum tēporalium spoliationem, 8. distin. quo iure, post medium, 23 q.4. ipsa pietas, & c.qui peccat.
Item sunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem, 23 q.4. displicet, & c. seq & q.5.c.1 & duobus c. seq.
Quod in persecutione eorum nō ad res eorum, sed salutem respectus est habendus, 23.quæst.4.ipsa pietas, in fin.
Quod inuentor hæresis & imitator pari damnatione plectuntur, 24. q.1.c.1.
Quod redeuntes debent recipi cum scriptura, quæ continet detestationem præteriti erroris, & veræ fidei confessionem, 1.quæstio 7. si qui voluerint, c quoties, & c. maximum, & cap.seq. 26.q. 6.his qui tempore in fi. de consec.dist.2. ego Berengarius.
Quod redeuntes ad pristinam dignitatem non admittuntur de iuris rigore, 1.q 7.c.1.
Quod humiliter redeuntes ad pristinam dignitatem restituuntur de benignitate ecclesiæ, 1.quæst.7.cōuenientibus, & c.didici, & c. maximum, 23.q 4 ipsa pietas.
Quod redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem, duodecima distinctio 1.quæst.7. saluberrimum.
HENRICVS. Quod Henricus primus Imperator priuilegio renunciauit quod Romani pontifices propter schismaticos & hæreticos contulerant Imperatoribus super prouisione & super inuestituris episcoporum, 63.distin. constitutio.
HISTRIO. Quod histrio ad accusandum non admittitur, quia infamis est, 4 q.1.diffinimus.
Quod clerici maxime in sacris constituti, in conuiuiis vbi histriones sunt, non debent interesse, 34 dist.presbyteri.
Quod histriones prohibentur ad ordines promoueri, 33. distinct.maritum.
Quod nec Eucharistia in tali statu manentibus dari debet de consecr.dist.2.pro electione.
Quod histrionibus propter suum officium res suas dare, peccatum est immane, 86.dist.donare.
HOLOCAVSTVM. Quod holocaustū spirituale est ieiunare, eleemosynam dare, pudicitiā pollicere, 24.quæstio. 4. odi. & proieci.
HOMICIDIVM. Quod homicidium tres habet species, sunt enim homicidæ interfectores, odium habentes. de pœnitentia. dist. 1.homicidiorum, & quattuor cap.sequen.
Quod primæ speciei homicida est, quia non tantum de facto sed etiā de cōsilio uel fraude aliquē occidit, de pœn.distin.1.periculose.& cap.noli.
Quod omnes vulnerantes tandem mortuum, vel consilium, vel auxilium pbētes, homicidæ iudicantur, 23.q.8.c.vlt.21 q.2, aliquādo.
Quod non habens publicam administrationē, si maleficiū, vel qualemcumque criminosum interfecerit homicida iudicabitur, 23.q. vlt. quicumque percutit. & q.4.ille gladium.
Quod ille minister est homicida qui sponte sua illum occidit, quē scit etiam à iudice occidendū.23.q.5. cum minister.
Quod homicida est qui abortū viuentis animæ procurat. 32.quæst. 2.quod vero.
Item qui sibi voluntarie membrū virile absciderit. 55. dist. si quis absciderit.

1343

hoſpitalitatis exhortetur 32. diſtin. §. 1.

Quod electus in epiſcopum, à confirmatione repellitur propter inhoſpitalitatem 85. diſtin. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hoſpites, qui res exportant hoſpitantium, ſunt ſicut mus in pera, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio: qui male ſuos remunerãt hoſpites 1 3. q. 2. eccleſias, §. ad hæc poſt medium.

Quod hoſpitalium conſtructio, & gubernatio ſpectat ad curam epiſcopi 18 q 2. quidam.

HOSTIARIVS. Quod hoſtiarij in veteri teſtamento ijdem ſunt qđ ianitores 21 diſt. cleros.

Quod hoſtiarij effectus claues eſt eccleſiæ tenere, & omnia quæ ſunt intus, & extra, cuſtodire 25. diſtin. perlectis.

HOSTIS. quod hoſtis interior eſt mala voluntas 23. q. 1. paratus. in fin.

Quod exterius hoſtem pugnantem neceſſitas debet premere non voluntas 23. q 1. noli.

Quod capto hoſti miſericordia debetur, niſi pacis perturbatio timeatur 24. q 1 noli, in fi.

Quod hoſti fides ſi promittitur, eſt ſeruanda 23 q. 1. noli.

Quod in iuſto bello nil refert vtrũ hoſtis aperte vel inſidijs expugnetur 23. q 2 dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas eſt pœnitentiæ fundamentũ. de pœn diſt 2 c. 1. in princ.

Quod humilitatis exercitia ſunt vilioribus officiis ſe ſubdere, & miniſterijs indignioribus ſe tradere. de pœn. diſt 2. §. 1.

Quod humilitas prælatis eſt commendabilis 99 diſt. ecce.

Quod nihil fulget in epiſcopali cerutice ſplendidius, quàm humilitas 100. diſtinct. contra morem. ante finem.

Quod humilitas docendis & diſcendis perſuadetur 38. diſtin ſedulo, & c nullus 40. diſt multi, in fi 24. q. 3. ſi habes.

Quod virginitas cum humilitate eſt admiranda 30. diſtinct. hæc autem ſcripſimus.

Quod Chriſtus verbis & factis exẽplum dedit humilitatis 63. diſtin. dominus 9. quæſtio 3 nullus. ante finem.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen eccleſiæ nõ ſunt aſſumendi 61. diſtinct. ſtatuimus, & §. 1.

Quod boni paſtores potius per humilitatis manſuetudinem ſtudent peccantes reuocare, quàm per auſteritatem in foueam perditionis propellere 45. diſt. recedite.

Quod qui ſibi vult ab aliis humiliter obediri, & ipſe ſuo ſuperiori obediat 2 q 6 qui ſe ſcit.

Quod cum culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus 22. diſt. de Conſtantinopolitana.

Quod humilitatis cauſa non eſt in confeſſione mentiendum 22. q. 2. cum humilitatis.

Quod humilitas non eſt vbi eſt falſitas 22. q. 2. cum humilitatis, & c. incauti.

Quod ficta humilitas eſt cum ſuperbia miſta 8. q. 1 in ſcripturis. in fi.

Quod nemo prælatis ſuis ſic humilitate debet ſubijci, vt cogatur ipſorum vitia venerari 2. quæſt. 7. admonendi.

IACOB. Quod Iacob dicendo ſe primogenitum non eſt mentitus, quia non ad natiuitatem ſed ad ius primogenituræ reſpectum habuit 22 q. 2. quæritur, §. proxi.

Quod non præcedens, ſed ſubſequẽs conſenſus Iacob in Liam fecit eos coniuges 29 quæſt 1. §. ſed obiicitur.

Quod Iacob licet in ſe eſſet bonus: tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit 32 quæſt. 4. recurrat.

Quod in hoc quod vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes, vitam prælatorum actiuam, & cõtemplatiuam deſignat 88. diſtin. decreuit.

IACTARE. quod iactare non debet ſe quis de ſtatu perfectionis ſuæ, quia, & Petrus poſt iactantiã cecidit 6. q. 1. imitare.

Quod omni ornatu qui poſſit iactãtiam inferre, debent carere clerici 21. q 4. c. 1 23. diſt. his igitur.

IDOLOLATRIA. quod idololatria, quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio eſt fornicatio ſpiritualis 28. q. 1. idololatria.

quod idolorum cu'turã ſubtilitas dæmonum adinuenit, 26. q. 4. ſciẽdum, per totum cap.

Quod ille princeps eſt idololatriæ qui res ſuas quas prohibere poteſt, permittit idolis immolari 26. q 2. ſi de area.

Quod eligendum eſt potius fame mori, quàm ob reuerentiam idolorum idolothytis veſci 32. q. 4. ſicut ſatius.

Quod Salomon qui Deo templum conſtruxerat excæcatus luxuria, tẽplum idolis fabricauit 32. quæſt. 4 Salomon.

Quod idololatra fit quis iterpretatiue multipliciter, uidelicet per Euchariſtiæ perceptionem indignã. 32 diſtin. præter hoc, § porro.

Item per rebellum obedientiam 8. q. 1. ſciendum, in fi.

Item per æſtuantem auaritiam 6 q. 1. quæro.

Item per ſortilegiorũ, & diuinationum obſeruantiam 26. quæſtio 2. ſors, §. ſeq. & capitu. ſed & illud, & quæſt. 5. §. 1.

IEIVNIVM. Quod ieiunium eſt duplex ſpirituale, & corporale. de conſecra. diſtinct. quinta, ieiunium.

Quod magnum & præcipuum eſt ieiunium ſpirituale, videlicet à peccatis abſtinere. de conſ. diſtinct. 5. ieiunium, & cap. nihil.

Quod ieiunium corporale, quod eſt à cibis abſtinere, eſt auctorizabile quia primo a Deo in paradiſo eſt præceptum 35. diſtin. 6.

Quod a ſanctis patribus, & ab eccleſia eſt inſtitutũ, de conſecr diſt. 5. ieiunia in eccleſia, & tribus c. ſeq.

Quod ieiunium de quo non eſt pręceptum, ut ſcandalum vitet, ſecundum morem patriæ eſt ſeruandũ. 12. diſt illa 76. diſt. vtinam.

Quod ieiunium ab eccleſia inſtitutum, ſine cauſa non eſt violandum de conſec. diſtinct. 5. ieiunia in eccleſia.

Quod ieiunium quadrageſimale, quod eſt pro decima temporis anni, eſt diligenter ſeruandum 76. diſtin. ſtatuimus, & duobus c. ſeq. de conſe. diſt. 5 ſolent, & 5. diſt. quadrageſima, & c. ieiunium.

quod ieiunium quattuor temporum eſt omnino ab omnibus ſeruandum 76 diſtinct. ieiunium, & ſex c. ſeq.

Quod quibus menſibus, & quibus de cauſis ſeruanda ſunt, in veteri lege ſeruata ſunt ieiunia quatuor temporum, habes 76. diſtin. ſtatuimus, & duobus c. ſeq.

Quod antiquitus primus menſis anni Martius computabatur, & de omni alio tempore quando tempora ieiunabantur 76. diſt. ſtatuimus & c ſeq.

Quod modernis hoc ieiunium, ſit quarta proxima feria poſt diem cinerum, ſecundum in hebdomada pentecoſtes tertium in Septẽbri poſt exaltationem ſanctæ Crucis. quartum in Decembris poſt feſtum ſanctæ Luciæ 7. diſtin. ſtatuimus. Vnde verſus.

Dat Crux, Lucia, Cinerum, queque chriſmatadia.

Vt ſit in angaria quarta ſequens feria.

Quod dies tres rogationum ante aſcenſionem Domini ſunt ieiunandi, de conſecrat. diſtinct. 3. rogationes.

Quod ſicut in memoriam paſſionis ſexta feria ieiunatur, ſic & ſabbato in memoriam ſepulturæ eſt ieiunandum, de conſe diſtin. 4 in ſabbato.

Quod de ieiunio ſabbathi videtur mos patriæ ſeruandus 12. diſtinct. illa.

Quod die ſabbathi eſt a carnibus abſtinendũ. de cõſ. di. 5. quia dies

Quod in cœna domini non eſt ſoluendum ieiunium, de conſec. diſ. 3 non liceat, & c ſeq.

Quod die dominico ne ſequamur errores infidelium, non eſt ieiunandum 30 diſt. ſi quis tamquam, &

c.si quis presbyter 76. distin. ieiunium de consecr. distinct. 3. ieiunium, & cap ne quis.

Quod nec ieiunandum est tempore Paschali vsq; ad Pentecosten. 76. distinct. ieiunium, § non autem, & cap seq.

Quod ieiunantes illo tempore ex deuotione, non sunt arguendi 76. distinct. post, & c. vtinam.

Quod hora meridiana in ieiunijs est comedendum, de consec. dist. 1. solent.

Quod in quadragesima ieiuniū soluit qui antequam vesperas dicit, vel audit, comedit, de cons. dist. 1. solent.

Quod in ieiunijs quatuor temporum, & in vigilia paschę circa vespertinam horam est celebranda, & postea comedendum, de consecra dist 1. solent.

Quod ordinans, & ordinandus debent esse ieiuni 75. dist. quod a patribus, & c. seq.

Quod excepta causa infirmitatis nō debent cōmunicari ieiuni de con se. dist. 2 liquido 50. dist. presbyteros 26. q 6. si quis. de corpore 4. distin denique. in fi.

Quod moderantia cibi est in ieiunijs habenda, de conse. dist. 5. non dico, & c seq.

Quod in ieiunijs (maxime quadragesimæ) est a magnis piscibus, & cibis lasciuis, & potibus abstinendum 1 distin. denique

Quod ieiunium debet esse mundū. 18. distin. habeatur 86. distin quid prodest.

Quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo 35. dist. 6.

Quod ieiunium delinquentis uulnera curat, & curatos sanctificat, de conse dist. 5. sint tibi ieiunia.

Item satisfacit pro commissis 76. distin igitur.

Quod viuentiū ieiunia sunt defunctorum auxilia 13 q 2 animæ.

Quod ieiunium ex causa redimitur eleemosyna 82. dist. presbyter. ante finem.

Quod duorum vel plurium dierum absque cibo ieiunia prohibentur. de conse dist. 5. non dico, & duobus c. seq.

Quod an melius ieiunat qui septuparum, quàm qui ingurgitando lautius tarius comedit, de conse. dist. 5 non dico, & duobus c seq.

De hac materia require ubi agitur de Abstinentia.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat stupro sui corporis ad immolandum idolis 23. q. 4 si illic. § quod tunc.

IGNIS. Quod est ignis intensæ deuotionis, qui inflamat sacrificia deprecantium. 1. q 1 cum scriptura.

Quod est ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur, & purificantur pœnitentes: 7. quæst. 1. impudicas

Quod est ignis indebitæ vltionis, à quo prohibiti sunt Apostoli ne exurerent Samaritanos 23. quæst. 4 quid faciet in fin. & c. seq.

Quod est ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus coniugatus positus nescit ardere 33. q. 4. vlt cū propria, in fine.

Quod est ignis ambitionis, & cupiditatis: qui tamquam ignis alienus exurit, & mundat de pœ. dis. 1. inter hæc.

Quod est ignis diuinæ consolationis, qui culpam exurit, non hominem, & sanat pure confitentes, de peniten. distin. 3. inter hæc.

Quod est ignis futuræ purgationis, qui excedit omnem præsentem pœnam 25. dist. qui in aliud. de pœn. dist. nullus expectet.

Quod ignis purgatorius post hanc vitam credendus sit 25. dist. qualis, in fi. 33. q. 2. admonere, circa med. 3. q 3. peruenit. de pœn. distin. vlt. nullus expectet.

IGNORANTIA. Quod ignorantia est triplex, videlicet bona, mala, & indifferens. 38. dist. quamuis. & 3. seq.

Quod bona est ignorantia eorum qui dant occasionem ad peccandum, quæ nescire melius est quā scire 58 dist. quamuis.

Quod mala est ignorantia quando ea quæ Dei sunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur. 38. dis. qui ea.

Quod indifferens ignorantia est in his in quibus nihil interest ad regnum Dei verum sciantur an nō. 22. q 2. in quibus.

Quod alia est ignorantia facti, alia iuris. 1. q. 4 turbatur, § notandum. 22. q. 4. innocens.

Item ignorantia facti alia simplex, alia probabilis, alia crassa, & supina.

Ignorantia simplex est uera, & non simulata, in qua peccantibus est parcendum 11. q. 3. excellentissimus, & cap sequen. 16 q. 2. c uis 1. q 4. §. vlti. ubi agitur de idolothytis.

Ignorantia probabilis est, quæ probari potest ex hoc, quod excusabilis est pro tanto 1. quæst. 1. si qui a simoniacis.

Ignorantia crassa, & supina est quādo factum omnibus publicū ignoratur: quæ neminem excusat sicut Iudæi non excusantur, quia Christum aduenisse ignorant. 1. q. 4. c. vlti. 22. q. 2. qui, & dominus. 23 q 1. paratus, circa med. 13. q. 3. cuiq 16. quæst. 7. licet ergo. 20 distinct si decreta. 16. distin. quod dicitis.

Ignorātia iuris alia est iuris naturalis, quæ omnibus adultis & discernentibus est dānabilis: iuris ciuilis, & canonici, quæ quibusdam permittitur ignorare quibusdam non: 1 quæst. 4. § vlt. in fine.

Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excusat a tanto 34 quæstio. 1 si quis dederit 32 quæst. 6. quemadmodum. 6. quæstio. 1. quæro.

Quod ignorantia iuris ciuilis uel canonici non excusat a toto. 1. q. 4. § vlt. ante fin. 28. distinct. presbyterum.

Quod filii Israel circa promissionē Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, sed non iuris 22. q 2. innocens, § 1

Quod ignorantia inuincibilis, quæ est ex fauore uel dementia, si est ex casu, non imputatur: si autem venit ex culpa, noxia est, 15. q. 1. si quis insaniens, & cap. proxi. & cap. illud relatum. § itaque.

Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excusat a tanto, sed non a toto 32. q. 7. quemadmodum

Quod affectata ignorantia est quando quis non uult intelligere ut bene agat. 37. dist c. vlt.

Quod ignorantia est mala, & periculosa, quia mater est cunctorum errorum. 38. distin. ignorantia.

Quod licet laicis sit noxia, sacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent aliis, est periculosior. 37. dist c. vlt. § itaque, & 38. distin. cap 1. & sex cap seq.

Quod ignorans non semper errat. 38. dist quamuis.

Quod dicitur quis ignorare quando non cognoscit illud esse peccatū quod facit, uel non tantum quantum est, talis excusatur pro tanto, sed non pro toto 8. distinct. consuetudo.

Quod qui ignorat modum, & qualitatem facti, ipse tunc peccat quādo ignorantia iuris laborat 8. distinct. consuetudo exemplum de Paulo, sed tunc non peccat quando fact. ignorantiam habet. 34. q. 1. in lectum. ¶

Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto suo sit secuturum, ut ille qui volens patrē suum a Leone liberare, sagittam mittit, & patrem occidit, nō peccat 23. quæst. 5. de occidendis. 50. dist. sæpe.

Quod licet aliquis ignoret se debere continere recipiendo ordinem, ex eo, quòd recepit ordinem, tenetur continere. 28. distin. presbyterum.

Quod licet quis ignoranter rebaptizetur, ad sacros tamen ordines nō potest promoueri, de consec. distin 4. quis bis.

Quod qui patre procurante ecclesiā simoniace licet ignorāter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit. 1. quæstione. 5 eos qui, §. ex hac.

IMITATIO. Quod imitatio Chri necessaria est nobis, ne ab ipsius

ſius corpore ſeparemur 56 diſt. dominus, 82. diſt. propoſuiſti

Quod filii Dei ſumus, & ipſum imitari debemus, 56 diſt. Dominus.

Quod Chriſtus dedit exemplū imitationis in patientia & humilitate, 93 diſt. Dominus.

Quod ſuperiores noſtros in bono imitari parati eſſe debemus, 22 diſtin de Conſtantinopolitana, 63. diſt Valentinianus.

IMITATOR. quod imitator debet ſe totius virtutis imitatorem oſtendere, 63 diſt Valentinianus.

IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in littera y.

IMPERATOR Quod Imperator catholicus filius eſt non pręſul eccleſiæ, 96. diſtinctio. ſi imperator.

Quod nihil honorificentius quam ꝙ imperator filius eccleſiæ dicatur, 23. q. 8 conuenior, ante ſi.

Quod Imperator Conſtantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus conceſſit, 96 diſtinct. Conſtantinus.

Quod nulli Imperatori licet decernere de electione ſummi Pontificis, & de rebus eccleſiaſticis, 96. diſt §. 1.

Quod Imperator aduocatus, & defenſor debet eſſe eccleſiæ, 97. diſt. eccleſiæ meæ.

Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona eccleſię defendere, 63. diſt. tibi Domino.

Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vſurpare, 96. diſt. cum ad verum.

Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio, non Papa ex imperatoris. 50. diſt. Domino ſancto.

Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare, 63. diſtin Valentinianus 96. diſt. duo ſunt.

Quod Imperator poteſt intereſſe cōcilio pontificis pro confirmatione fidei. alias nō, 96. diſtin. nos ad fidem, &c vbinam, &c, ſatis.

Quod nec ſpectat ad Imperatorem prælatos eccleſiæ iudicare, 96. diſt. ſi Imperator, &c. in ſcripturis.

Quod imperiali iudicio nō poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui, quia Imperator ſubeſt eccleſiæ, 10. diſtin. per totum.

Quod ab Imperatore non poteſt peti cognitio publicorum iudiciorum clericorū: ſed epiſcopale pōt peti, 11. q. 1. placuit vt quicumque 21. q. 5. ſi quis a proprio.

Quod Papa poteſt Imperatorem excommunicare, quia Gelaſius papa Anaſtaſium Imperatorem excōmunicauit, 96. diſt. duo ſunt. Vide quod ibi not.

Quod papa Zacharias, depoſito rege Frācorum, tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris, 15. q. 6. alius.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerūt priuilegio ſuper prouiſione Papę, quod ſummi Pontifices propter ſchiſmaticos contulerant Imperatoribus, 63. diſtinct. per totum. & cap. præcipuæ. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

IMPOSITIO Quod impoſitio manus quia non eſt aliud quam oratio ſuper hominem repeti poteſt, 1. q. 1 manus.

Quod hi qui baptiſmum ab hęreticis ſuſceperint, non ſunt rebaptizandi, ſed tantum per impoſitionem manus ſunt confirmandi, 1. q. 1 hi qui baptiſma.

Quod cum epiſcopo benedictio ſuper caput funditur omnes epiſcopi præſentes, manus imponendo debent ipſius caput tangere, 23. di. epiſcopus.

Quod epiſcopo presbyterum ordinante, & manum ſuper caput eius ponente omnes præſentes presbyteri debent manus ſuas iuxta manum epiſcopi tenere, 23. diſtinct. presbyter.

Quod diaconus & ſacerdos quando ordinatur accipiunt manus impoſitionem. 5. q. 6. quia iuxta, 23. diſt. diaconus.

Quod epiſcopo manus imponente ſuper ordinandum, & alio orationem dicente nihil agitur. 22. diſt. quorundam.

Quod ſubdiaconus, quia in ordinatione ſua impoſitionē manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. diſt. ſubdiaconus.

Quod abſque impoſitione manus epiſcopi, etiam ſi tonſuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publice in eccleſia legere, 69. diſt. quoniam.

Quod abbati cui impoſita eſt manus per epiſcopum, & eſt presbyter, licet in proprio monaſterio conferre duos minores ordines, 69. diſt. quoniam.

INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artibus, ſiue ex characteribus proueniens, ſiue ex conſultationibus dęmonum, damnabilis eſt, 26 q. 2. illud.

Quod attendere inanem ſignorum in cœlo fallaciam, in coniugiis ſociandis, in domibus ædificandis, & in arboribus plantandis, incātatio illicita eſt, 26. q. 5. non liceat.

Quod infideles reputantur matres, quæ pueris ſuis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noſter, & Credo in Deum, quærunt ligaturas ſacrilegas & incantationes 88. diſt. quoniam non ante med.

Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedii præſtāt. 26 q. vlt. admoneant.

Quod gemmę vel herbæ ad infirmos poſſunt portari ſine incantatione, 26 q. vlt c. vlt.

Quod incantationes ab eccleſia ſūt reiciendæ, 26 q 5 non oportet. & c. auguriis. & c. vlt admoneant.

Quod incantatores ſunt infames, 6. q. 1 infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. quod incendiarius dicitur non ſolum qui facit, ſed qui iubet & conſentit. 23. q. vlt. ſi quis membrorum.

Quod incēdiarii nocturni pręcipue rerum eccleſiaſticarum ſunt grauius puniendi. 11. q 3. cum deuotiſſimam.

Quod incendiarii ſūt à communione fidelium quouſque ſatisfaciāt ſeparandi, 23. quæſt. vlt. ſi quis membrorum.

Quod incendiarii ex odio vel malitia & ipſis conſentientes ſunt excommunicandi, 23. q. vlt peſſimā.

Quod incendiarii cum ſatisfactione præteritorum, & iuramento ꝗ vltra non committendo, debent abſolui, 23 q. vlt. ad peſſimam.

Quod quia forma abſolutionis incendiariorum concors eſt cum forma abſolutionis excommunicatorum, videtur, quod à canone ipſo facto ſunt excommunicati, 23. q. vlt. peſſimam.

Quod epiſcopus qui pœnitentiam incendiariorum, quæ eſt per annum eſſe vltra mare, relaxauerit, ab officio epiſcopali per annum abſtinebit. 23. q. vlt. peſſimam.

Quod incendiarius ſi ſine ſatisfactione & pœnitentia mortuus fuerit carebit eccleſiaſtica ſepultura. 23 q. vlt. peſſimam.

INCAEPTIO. Quod incæptio ſiue inchoatio bonæ vitæ non poteſt fieri niſi cum charitate. de pœnit. diſt. 2. § non autem.

Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pœn. diſt. 2. ſi enim inquit.

INCESTVS. Quod inceſtus eſt conſanguineorum vel affinium abuſus, 36. quæſt. 1. lex illa, § cum ergo.

Quod virgines quę poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ quam inceſtæ ſunt, 27. diſtinct. virgines.

Quod inceſtum committit, qui ſpōſam fratris ſui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem, 27. quęſtione ſecunda, ſi quis deſponſauerit.

Quæ ſunt perſonę conſanguineę vel affines cum quibus inceſtus committitur, habes, 35. q. 3 de inceſtis &c. nec eam.

Quod inceſtus quantum ad peccatum grauior eſt adulterio, 32. q. 7. adulterii.

Quod inceſtuoſus nec teſtificari, ne accu-

accusare potest, quia infamis. 3. q. 4. consanguineorum. 6. quęst. 1. infames.

Item incestuosi à communione fidelium sunt separandi. 25. q. 1. cap. vlt.

Item incestuosi non debent matrimonium contrahere 32. q. 7. quadam, & quinque c. seq. 34. q. vlt. in lectum.

Quod incestum committens ex sua culpa, post mortem viri non debet contrahere, 34 q. vltim. in lectum, &c seq.

Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorantia, 34. q. vlt. in lectum, & c. seq.

Quod filii de incestu procreati non reputantur filii quantum ad paternam successionem, 35. q. 7. cap 1.

INCONSTANTIA. Quod inconstantia animi perpēditur quādo episcopus vel presbyter dimissa sua ecclesia propria temeritate, sine causa alibi vagatur, 7. quæst. prima non oportet, usque ad § quod vero.

Quod inconstans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege sibi commisso se elōgat, 7. quæst. 1. suggestum, & duobus ca. sequen.

Quod inconstantia in vouētibus castitatem, & non seruantibus reprobatur, 17. q. 1. vouentibus.

Item à monachis à professione sui nominis, & religionis, & à religione recedentibus, 16. q. 1. si cupis, &c placuit, &c. iuxta.

Quod incōstantes sunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant, 17. q. 1. qui bona.

INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in episcopo est detestabilis, 34. distin. quorundam.

Quod qui sacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab ecclesia sunt separandi, 16. q. 1. in canonibus, in fi.

De hac materia habes vbi agitur De Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitentiam, 1 q. 7 si quis omnem.

Quod bonus est Dominus in omnibus, & aperta vi. era eius omni homini pænitenti, prima quæst. 7. si quis omnem, post. med.

Quod Deus peccatori conuertenti se, præstat indulgentiam, de pæniten. distin 1. facilius, §. hoc idem.

INDVCIÆ. Quod induciæ tam actori quam reo dandæ sunt à iudice, ne à quacumque parte propere agatur, vel per surreptionem. 3. q. 3. induciæ.

Quod induciarum tempus quantū ad testium vel instrumentorum productionem si in eadē prouincia lis agitur, tres mēses: si uero ī alta vicina, tantum sex: si uero ī vltramarina, nouem menses indulgentur, 3 quæstio. 3 Induciæ. § primo.

De aliarum rerum iudiciis habes 3 q. 3 iudiciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, sed probata citius vlcisci, 11 q 3. in cunctis.

Quod duplex est infamia, videlicet iuris canonici, quę est crimē mortalis peccati uel excommunicationis, hęc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam, & absolutionem 6. q. 3. illi qui. sed quantum ad infamiæ notam, si sunt clerici, non tollitur, nisi per papā 2. q 3 Euphemium, §. hinc autem.

Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogat. Aliquando enim contrahitur genere delicti. Aliquādo genere pœnę. Aliquādo genere utriusque. Aliquando genere facti, 3. q. 7 infames, in fi. & § porro. Huius infamiæ notam non potest delere nisi ciuilis iudex, cuius interest legem cōdere. 2 q 3 Euphemium, §. proximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur, 6. q. 1 sunt plurimi.

Quod in infamia ad cōstantiā recurrēdum est, & si non inuenitur malum quod dicitur in lætitiam debemus prosilire, 11. quæst 3. inter verba.

Quod in infamia si nobis testis est in cœlo, & testis in corde, dimittendi sunt stulti foris loqui quod volūt, 11 q 3 inter verba, & c. seq.

Quod non omnes leges canonum sunt infames quos leges sæculi infames pronunciant, 2. q. 3 Euphemium, § proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, secundum leges sęculi sit infamis, secundum canones non est infamis, 2 q. 3. Euphemium, §. proximo.

Quod multa, & varia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur. 3 q. 5. constituimus, & 6. q. 1. infames.

Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ status, præuaricatores sunt infames. 2 q. 7. alieni.

Item omnis hæreticus, & infidelis est infamis, 2. q 7. alieni. 6 quæs. 1. infames.

Item simoniacus 11. q. 3. sane.

Item omnis apostatata qui à tramite propositi sui recessit. 2. q. 7. alieni, 3 quæst. 4. si quis à vero.

Item omnis incestus macula pollutus, 3 q 4 consanguineorum.

Item infamis est clericus qui ex sua culpa irregularis efficitur, sexta q. 1 omnes vero.

Item infames sunt qui superiores suos calumniose impetunt, 3. q. 4. consanguineorum.

Item omnes patrum inuasores 3. q. 5. omnes.

Item omnes episcoporum, vel abbatum calumniosi accusatores, vel conspiratores 3. q. 4 clericus, & c seq. 11. q. 1. conspirationum.

Item omnes qui malitiose aduersus sacerdotes armantur. 6. q. 1. sacerdotes.

Item histriones, & omnes turpitudinibus deseruientes 4. quæstio. 1. diffinimus.

Item sepulchrorum violatores. 6. q. 1. infames.

Item ecclesiasticorum prædiorum direptores. 17 q 4. attendendum.

Quod nō est communicandum malis, ne infamiam male agentium in uos transferamus. 24. q. vltim. hi qui.

Quod infamis nec aduocatus, nec procurator esse potest 3. q 7 infamis.

Item nec accusator, nec testis esse potest. 3. q. 4 nulli, & q 5. omnes. 4. q. 1. diffinimus. 6. q 1 beatus, & c. seq.

Quod infamia maxime clericorum propter scandalum aliorum inducit purgationem. 2. q 4. presbyter, & duobus cap. seq.

Quod accusans de crimine, & probare non valēs, infamis efficitur. 2. q. 4. c. 1. & 5. q. vlt. omnis qui.

Quod infamatores hominum sunt peiores direptoribus rerum. 6. q 1. ex merito, & cap. detestores.

Quod infamatores hominum sunt etiam corporaliter affligendi. 5. q. 1 c. 1. & q. 6. delatori. & cap. si quis.

Item infamatores sunt excommunicandi, 5. q. 1 quidam.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen cōmittitur, 32. quæst. 5. tolerabilius.

Quod lupanaria non infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas est credere se cum multitudine mulierum per multa terrarum spatia noctis tempore super quasdam bestias equitare: vel huiusmodi phantasmata à malignis spiritibus mentibus, & non corporibus irrogentur, 26 quæst. 5. episcopi.

Quod sacerdotes populum ab hac infedelitate remouere debent, quia non talia patitur corpus, sed in fidelis animus; 26. quæst. 5. episcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS Quod infirmitas duplex est, videlicet corporis, & animæ 15 q 5 §. 1 &c illud §. itaque. 49. distin. hinc etenim, per totum.

Quod mentis siue animæ infirmitas duplicatur, vna est quæ vitium appellatur, quia infirmitate anima à Deo

à Deo separatur, vt est ira, & odium, & huiusmodi.

Alia autem infirmitas animæ non est peccatum: sed pœna peccati, vt obliuio, & ignorantia. 15. q. 1. illud, § itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur est enim vt languor naturæ, quæ carnis cōcupiscentia siue fomes dicitur. Alia est quæ proprie corporis infirmitas appellatur, quia elementorum, seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur, & tandem dissoluitur. 15. q. 1. illud, § itaque.

Quod infirmitas sine causa a Deo non immittitur, licet ab homine ea ignoretur 7. q. 1. percussio 15. q. 1. illud, § itaque.

Quod infirmitas corporalis excusat a pœna iudicis 17 dist. placuit, vt quotiescunque.

Quod non posse comparere reputatur qui infirmitate detinetur 5. q. 3. si ægrotans 18. distinct. si episcopus.

Quod infirmitas mentis, quæ est dementia, excusat a culpa in ipsa perpetrata, & a pœna 15. q. 1. illud, § itaque, in si 3. q. 9. indicas.

Quod episcopus propter infirmitatem corporalem non priuatur episcopatu, sed datur ei coadiutor 7. q. 1. fere per totum.

Quod propter infirmitatem mentis, seu dementiam potest alter ei substitui 7. q. 1. quamuis.

Quod episcopus, vel presbyter laborans morbo caduco suspenditur a sacrificio missæ 7 q. 2 in litteris.

Quod cessante infirmitate debet restitui qui propter infirmitatē est destitutus vel suspensus 7. q. 2. in litteris.

Quod vrgente infirmitate resignās beneficium, vouens intrare monasterium, & vltra non processit, si non intrat, restituitur ad beneficium 17. q. 2 c. 1.

Quod proprium debet esse prælatorum compati infirmitatibus subditorum 24. q. 1. quę dign or in fi.

Quod in infirmis non est pœnitentia iniungenda, sed innotescēda, & amicorum orationibus & eleemosynis subleuanda 26. q. 7. ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudo est reddere malum pro bonis 23. q. 3. sex.

Quod hoc vitium incurrūt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes a Deo recedunt. de pœn. dist. 5. consideret, § dolendum.

Quod ingratitudo auctoritate canonum, & legum culpatur 12. q. 2. ostina.

Quod ingratitudo retrudit manumissum in seruitutem 12 q. 2 episcopus qui mancipium c. liberti ecclesiæ, & c seq.

Quod pro ingratitudine potest quis a suo domino priuari beneficio. 22. q. 5. de forma, circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria pensanda est non ex opere, sed ex voluntate 15 q. 1. si quis non iratus.

Quod bonis dispēsatione diuina infertur iniuria, ut purgentur 1. q. 1. sunt plurimi.

Quod iniuria propria patienter est sustinenda, sed Dei, vlciscenda 23. q. 4. inter querelas & § seq.

Quod tempore Heliæ ignis nō fuit pro iniuria propretæ, sed Domini, cuius cultus spernebatur 23. q. 4. si illic § sed obijcitur, & cap. Gulisarius.

Quod nostras & nostrorum patienter exemplo sanctorum debemus tolerare iniurias 23 q. 1. per totū. & q. 4. qui secundum, & q. 5. non est nostrum

Quod iustus patienter tolerans iniuriam cęlestem meretur coronam. 11. q. 3 & si & c. qui iustus.

Quod a perfectis licite non verberibus, sed verbis moderatis iniuria propulsatur 23. q 1. paratus.

Quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur 11 q. 1. si quis sacerdotum.

Quod iniuria episcoporum est iniuria Christi, cuius legatione funguntur 2. q. 7. accusatio quoque, in fine.

Quod species eleemosynæ est iniuriam dimittere 45. distin. & qui & duobus c. seq.

Quod iniuria semel dimissa non debet amplius ad animum reuocari 23 q 4. si illic.

Quod iniurians satisfacere tenetur læso, nec cogitur quis superbo indulgere prius quam humilietur. 23. q 4. si illic.

Quod nolens pro iniuria satisfactionem accipere inedia punitur 93. dist. si quis contristatus.

Quod secundum varietatem iniuriarum debet esse respectus pœnarū, de pœn dist. 1. vulgaris, & c pęnæ. 50 dist. quia.

Quod qui aufert sua ab inuito, non iniuriam infert 14. quæst. 5. non sane.

Quod cum alterius iniuria nulli est subueniendum 14 q 5. forte, & ca. denique.

Quod nec Deo gratū est obsequiū cum iniuria aliorum 14. quæst. 5. c. 1 & 2.

INIVSTITIA. Quod iniustitia iniquitate culpatur commissa in rebus proximiorum 14. q 5. immolans, & tribus c seq.

Quod culpatur iniustitia relatorum commissa respectu subditorum. 23 q. 4. si quos post med.

Quod inculpatur iniustitia diuitum commissa respectu pauperum 42. distin. si quis. ante fin.

De iniustitia habes vbi agitur de Iustitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, dignum est, vt alia castigatio non affligat 2. q. 4. Mennam 3. q 9. dignum.

Quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus esse arbitratur 22. quæstio. quarta, innocens.

Quod ad officium innocentis pertinet non solum malum non inferre, sed etiam mala cohibere, 23. quæstio. quinta, non est innocentiæ.

Quod qui non ex odio, sed amore corripit delinquentem: non solū castissimæ innocentiæ, sed diligentissimę seueritatis impleuit officium 23 q. 4 ita plane.

An innocentes debeant præferri in prælatis lapsis pœnitentibus 32. dist. nos consuetudinem 26. q. 1. legi circa princ.

Quod videtur quòd exemplo Petri lapsus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis subditis nouit compati 50. distinctio. considerandum, & cap. fidelior.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia est peccatum ariolandi, & scelus idolatriæ nolle acquiescere 81 distin. si qui sunt 32. dist. pręter hoc. § porro.

Quod qui præcepto papæ non obedit, peccatum idolatriæ incurrit. 81. distin. si qui sunt.

Quod omnes clerici, qui non sunt sub obedientia episcopi, sunt acephali 93. dist. nulla, & c seq.

Quod vbi duo superiores mandant opposita, inferiori non est obediendum 11. q. 3. qui resistit, & cap. sequen.

Quod inobedientes paternis iussionibus, sæuioribus debent corrigi vindictis 23. q 3. iustum est.

Quod inobedientia punitur per excommunicationem 18. distin. decernimus 34 distin. quorundam. in fi. 11. quæst. 3. si autem. & trib. cap. seq.

Item punitur per depositionem vel degradationem 11. q 1. si quis sacerdotum q. 3 absit 34. distin. quorumdam. in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem 11 q. 1 si quis sacerdotum. 7. q. 1 denique.

Quod ,ppheta ad schismaticos missus propter inobedientiam a leone occiditur 7 q. 1. denique.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi si post carnalem copulam superuenerit, non soluit matrimonium, si ante venit liberum facit alterum matrimonio alij copulari 27. quæstio. secunda, quod autem § ecce impossibilitas. 33. quæstio. prima, qd autem.

Quod propter impotentiam à copula coniugali separatus libere potest ad ordines promoueri. 27. q. 2. quod autem, § 1.

Quod naturalis siue perpetua impotentia soluit matrimonium, ac-

accidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solutum restituit 33 q. 1. quod autem, in fi. & duobus c. seq.

Quod impotens coram iudice apparere non cogitur, qui infirmitate detinetur 5. q. 3. si ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas, culpæ viam facit alijs delinquendi 33. q. 9. loci & 2. q. 7. quapropter 93. dist. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione, & de Pœna

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorum prius quã confirmentur 47 dist. de Petro 23 dist. illud.

Item facienda est de infamijs subditorum antequam credatur 2. quæstio 1. Deus omnipotens 30. q. vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum prius quam puniãtur 28. dist. quia sunt 86 dist. si quid. & cap. tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici, quam populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando 18. dist. quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum, & inquirenda cõmittere 35 q. 6 Episcopus.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarũ, quam de lucro temporalium rerum. 18. quæst. 3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirãtur 23. q. 8. occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari: & ordinem rerum plena inquisitione discutere 30. q. vlt. cap. vlt.

Quod confessor debet esse sapiens, & diligens inquisitor de loco, tẽpore, & de alijs circumstantijs peccatorum, de pœn. distin. 6 §. 1. post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem 35 q. 9. c. graue.

Quod iudici magis necessaria est lenis inquisitio, quam atrox punitio 23 q. 5 c. in fine.

INSANIA Quod insania continue laborãs si quid commiserit, non imputatur 15. q. 1. si quis insaniens, & cap illud, § cum itaque, in fine.

Quod sicut insani mente nõ res sed phantastica rerũ vident, sic mens auari semper aurum, & similia videt 47. dist. sicut.

Quod qui infirmitate, vel feruore passionis pressus si quid vouerit, vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 17. quæst. 2. Consaldus.

Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit 15. q. 1 si quis non status.

Quod ad sacros ordines nõ promouetur qui aliquãdo insaniuit: sed promotus post insaniam suam sanatus celebrauit 15 quæstio. 1. si quis non, in fine, & 33. distinct. maritum.

Quod episcopus insanus renunciare non potest nisi habeat lucida interualla 7 q. 1. quamuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio spiritus sancti soluit à lege statutum 19. q. 2 duæ.

Quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente, ad meliorem vitam potest quis transire. 19 q. 2 duæ.

Quod sancti patres ea quæ videtur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt 32. q. 5. si non liceat per totum cap.

Quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo 23. q. 6. quod errauerat.

Quod inspiratione diuina castitas habetur 26. dist. de his.

Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur 6. distinct. quæ contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est. 8. distinct. consuetudo 21. distin. nunc

INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes conficere, de rebus proprijs & ecclesiarum, quas de nouo intrant 12. q. 4. c. 1.

Quod quia sæpe proprietati originis obsistit longinquitas tẽporis stipendia de rebus ecclesiarũ quę recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis 12. q. 2. sæpe, & c. longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi 12. q. 5. vbi.

Quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris 15. q. 6. c. 1. & c. auctoritatem.

Quod seruus non potest instrumentum condere testamenti 13. q. 2. illud etiam.

Quod ubi tabellio siue manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio 13 q 3. placuit. & §. is autem.

Quod sacerdotes pro negotijs sæcularibus non debent poni in instrumentis pro testibus 14. quæstio. 2. quamquam.

INTENTIO. Quod intentio operi indifferenti finem imponit. 41. dist. quisquis. c. delitiæ. & cap. quod dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum 1. quæst. 1. non est per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere 25. quæst. 5. cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quam actus. 15. q. 6 si quandoque a sacerdotibus. in fi. 22. q. 5. qui peierare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipiẽtis a Deo iudicantur 22. q. 5. humanæ, § 1.

Quod nemo debet considerare verba, non enim intentio verbis, sed verba intentio debent deseruire 22 q 5. humanæ.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio 22 q. 2. homines, & duobus c. seq.

Quod ea quæ post intentionem cõtingunt, non imputantur 23 q. 5. de occidendis, & c. cum homo.

Quod officia vindictæ possunt implere boni, bona intentione 23. q. 5 officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset: aggrauatur potius quam iuuatur. 1. q. 1. non est, & 14 q 5. forte. 32. quæst. 4. sic non sunt.

INTERCESSIO. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorũ, est superiori porrigenda 23 q 5. prodest.

Quod cum his displicet ad intercedendum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur. 3 q 7 in grauibus 49 dist § 1.

Quod sacerdotes in præiudicium aliorum non debent intercedere: quia qui uincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur 14. q. 5 denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanam sęuitiam reprimere 14. q. 6. si res 17. q. 4. reum. 23 quæst. 5. reos. 14. quæstio. vlt. hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius cõdendi eos 25 q. 1. ideo. § his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, ut ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. q. 1. ideo § his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicẽ debemus credere, uel nos interpretem nõ intelligere. 9 dist. ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si hęc eloquentiæ venustatem est dissimulanda, & fugienda. 38. dist. ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quędã propria locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda. 37. distinctio. locutio.

Quod qui scripturam sacrã aliter intel-

interpretatur quam spiritus sanctus flagitat, hæreticus est. 23 q. 3. hæresis 37. dist. vnio.

INTRVSIO. Quod intrusus episcopus non est habendus pro episcopo, nec habet executionem. 62. distinctio capitu. 1. & 63. distinct. si per.

Quod intrusi prælati, vel schismatici temporaliter & æternaliter a domino puniuntur. 7. q. 1. denique. per totum cap.

Quod intrusus priuatur dignitate. 63. dist. omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore

INVASOR. Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur. 79. dist. si quis ex episcopis & cap. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, episcopus non est dicendus secundus: sed nullus episcopus. 7. q. 1. factus.

Quod inuasor alterius sedis scienter a ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus. 2 q. 1. in primis circa principium. & 7. q. 1. præsentium.

Quod prælati suis ecclesiis postpositis alias inuadentes, sunt adulteri, & infames 3. q. 2 audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesiæ, si admonitus dimittere contempserit, sæculari brachio est excludendus. 11 q. 1 petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine. & supra de Intruso.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur scriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conscribuntur. 12. quæst. 2 charitatem.

Quod decedente episcopo omnes œconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua præsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere 12 q 2. charitatem. & 12 q. 5. sicubi.

INVIDIA. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum. 25. dist. vnum, § alias

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam. de pœn dist. 2. c. 1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit. 35 dis sexto.

Quod peius malum non est, quam Christianos suis sacerdotibus inuidere 6. q 1 sunt, § verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis, sed inuidiæ stimulis exagitatur. 4 q 1. si omnia.

Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere. 23. distinctio. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem quã veritatem fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est. 8. dist. qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum contrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus seruiendo de pœn. dist. 2. c. 1.

INVITVS. Quod inuitus multa bona præstantur quando eorum consulitur vtilitati 45 dist & qu. 23. q. 4. nimium. per totum c. & cap. displicet, per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationum de nolente efficitur volens. 23. q 6 vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus. 45. distinct. de Iudæis.

Quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire 23 q. 4. displicet, per totum. & q. 6. per totum. 45 dist. de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit: non ipsum persequitur, sed diligit 23. q. 5. non vos & quæst. 4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus 23. q. 6. vides.

Quod licet episcopus inuitos non posset ordinare, posset tamen inferiores, ordinatos ipsis contemptoribus præterire. 74. distinctio. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Confessione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptista Herodem ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles 26 distinct. vna tantum, §. Ioannes.

Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare. 24 q 1. omnis qui.

IOSEPH. Quod Ioseph qui non cognouerat Mariam, conceptum sentiens in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod inter Ioseph & Mariam qñ commẽdata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph non cognouerat eam 27. q. 2. quod autem & § seq. post med.

An inter Ioseph & Mariam fuerit coniugium, cum ipsa carnalem non senserit copulam. 27. q. 2. §. 1. & c. institutum. § potest cap. quod autem, §. proxi. & c prius quam. & c inuenta.

Quod Ioseph venditus a fratribus in Ægypto ab eunucho comparatus fuit, significat quod qui gratiam spiritus sancti mercatur, viuum semen non habet siccis genitalib. 1 q 1 sicut eunuchus.

Quod Ioseph non tam per creaturã quam per auctorem creaturarum iurauit 22. quæst 1. mouet § sicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocrisi require vbi agitur de y littera, circa fi.

IRA. Quod ira Dei est tranquilla iusti supplicij constitutio. de pœn. dist. 3. §. 1. productos.

quod dæmones appellantur ira & furor. 23. q. 5 non solum.

Quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundus fame & penuria quandoque opprimitur. 16. q. 1 reuertimini. post med.

Quod vno peccante ira Dei super multos venit. 45. dist. sed illud 23. q. 5 si audieris.

Quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filii iræ, nõ liberatur quis, nisi per fidem Christi. de consec. dist 4. firmissime.

Quod ira hominis est concitati animi perturbatio. de pœn. distin. 3. productior.

Quod ira hominis si longo tempore teneatur, est mortale peccatum. 25. dist. vnum orarium, § alias.

Quod apostolus prohibuit vindictã personæ propriæ dicens, non vos defendentes, sed date locum iræ. 23 q 1 § 1.

Quod ira talia facit committere, de quibus post multum, solet homo dolere. 11. q. 3 cum apud.

Quod quidquid calore iracundiæ sit vel dicitur, non est imputandum, nisi adsit iteratio, vel perseuerantia 2. q. 3. si quis iratus. de pœn. dist. 1. vulgaris §. cogitatio.

Quod præsidens iudicio ab ira debet cauere, quia ira viri iustitiam Dei non operatur. 11. q. 3. episcopus presbyter, in fi.

Quod iratus commotionis tempore iustum putat omne quod facit. 11. q 3 ita.

Quod in præpositis laudabile est, ut nihil agant prius quam mens cõcitata per iram, ad tranquillitatem redeat. 11. q. 3. illa. 5. q. 3. relatum. in fi.

Quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare sententiam. 11. q. 3. summopere 5. q 2. relatum.

Quod ira rectorum sæpe innocẽtes ad peccatum deducit, quia dũ iusto amplius irascuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt. 11 q. 3 ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accipit a regula q̃ statuit apostolus, seruandam circa ordinandos & ordinatos, & contrarium eius dicitur irregulare, idest, contra regulam. 48. dist. quoniam. dist. 25. vnum orarium. §. nunc autem.

Quod irregularitas multipliciter cõtrahitur, 33. dist. maritum. 33. dist. præcipimus. & cap. seq.

Quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta. 32 distinc. sertatim.

Item sibiipsi abscindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iusto, vel iniusto timore truncans, irregularis est. 33. distinctio. maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur. 51. dist. qui in aliquo.

Item qui adulteram vxorem cognouit 34. dist. si cuius. & c. seq.
Item bigamus. 33. dist. maritum.
Item simoniacus. 33. distin. maritum. in fine.
Item hæreticus. 51. distinctio. qui in aliquo.
Item qui publicam, vel solennē pœnitentiam egit. 33. dist. maritum. 50. dist. ex pœnitentibus. 51. distin. qui in aliquo.
Item rebaptizatus. 51. distin. qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel alias illegitime nati. 50. distin. presbyterorum.
Quod irregularis non debet ad ordines sine dispensatione promoueri, 34. dist. præcipimus.

De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.

IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorum prohibetur 42. dist. non oportet. & tribus c. seq.
Quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas, anathematizatur. 30. dist. si quis per superbiam. & duobus c. seq.
Quod irreuerentia superiorum reprobatur, 2. q. 2. oues, 7. q. 1. scire. & 23. q. 5. si apud carnales.
Quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & c. coniurationum. & quatuor cap. seq.

ITERATIO. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ 13. q. 2. hi qui.
Quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum. de consec. dist. 4. si nulla. & quatuor cap. præcedentibus.
Quod iterari oportet illud quod male factum est 1. q. vlt. Daibertum.
Quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur. 68. dist presbyteri.
Quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta, aut sanguinis effusione, aut fornicatione polluta fuerit. 68. dist. ecclesiis.
Quod nec baptismus, nec confirmatio debent iterari, nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta 68. dist. ecclesijs.
Quod iterato baptizatus scienter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri. de conse. dist. 4. qui bis.
Quod quotidianum sacrificium Eucharistiæ non est iteratio passionis, sed commemoratio de conse. dist. 2. iteratur.
Quod solennis pœnitētia apud quasdam ecclesias non iteratur. de pœniten. distin 3. nihil prodest, ꝰ ex persona.
Quod de hæresi redeuntes permanent in suis ordinibus, si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi vel ordinis non fuerint maculati 1. q 7 saluberrimum.
Quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati nō debent iterato ordinari, sed per manus impositionem reconciliari. 1. quæst. 1. manus impositio.
Quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesiæ data iterari non debent. 1. quæst. 7. & si illa §. seq. circa med & 1. quæstio. 1. quod quidam.

IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officii, ratum fuit. 19. dist. secundum ecclesiæ, 7. q 1. aduersitas. in fi.
Quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli, fluctibus agitabatur. 24. quæst. 1. non turbatur.
Quod Iudas in cœna Domini cum alijs apostolis corpus Christi sumpsit. 7 q. 1. aduersitas. in fi. de consec. dist. 2. sicut Iudas.
Quod Iudas a venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam à Christo postulasset. de pœn. distinctio. 1. testatis.
Quod nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit. de pœn. dist. 3. in salicibus.
Quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit. de pœn. dist. 3. inter hæc hircum.
Quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dñm, sed traxit ad laqueū. de pœn. dist. 3. in salicibus.
Quod Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo. 23. q 5. si non licet.
Quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitum incurrunt. 23 q. 5 si nō licet & c seq.
Quod cum spiritus sanctus consubstantiali sit filio, simoniaci spiritus sancti gratiam vendentes, Iudæ qui Christum vendidit, comparantur. 1. q. 1. eos
Quod clerici res sacras subtrahētes, Iudæ Scariotis similes æstimantur, 17. q. 4. si forte. 23. q. 4. quid ergo in fi.

IVDÆVS. Quod Iudæi obedientes non sunt a Christianis molestandi. 23. q. 2. dispar.
Quod Iudæis permittitur festa eorū colere, dummodo ea non exerceāt in contemptum ecclesiæ. 45. dist. qui syncera. in fi.
Quod sacrilegium faciūt qui Iudæis publica officia cōmittunt. 17. q. 4. constituit 54. dist. nulla.
Quod fideles non debent cum Iudæis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilium requirere in infirmitate. 28 q. 1. nullus. & c. seq.
Quod ne religio Christiana a Iudæis polluatur, empti ab eis Christiani a seruitute liberantur. 54. dist. mācipia. & c. seq. de consec. distin. 4. plerique.
Quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi 45. dist. qui syncera. & c de Iudæis.
Quod Iudæi qui de facili ad vomitum perfidiæ redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi. de consec. dist. 4. Iudæi. 28. q 1 sæpe.
Quod die dominico, vel alio die solenni debent Iudæi baptizari. de consec dist 4 ne quod absit.
Quod si Iudæus, vel paganus seruꝰ, Christianus fieri voluerit, a seruitute liberatur. 54 distinctio fraternitatem.
Quod Iudæorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus, sunt eis auferendi, & monasteriis, aut Christi fidelibus ad conuiuendum tradendi 28. quæstio 1. Iudæorum. de consec. dist 4. plerique
Quod vno parente conuerso, & altero in iudaismo permanente pueri sequi debent illum qui factus est Christianus 28. q 1. Iudæi.
Quod ex Iudæis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent aliis Iudæis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur. 28. q 1. sæpe.
Quod Iudæi a fide apostatantes coguntur ad eam redire 45. dist. de Iudæi. de consecrat. distinctio. 4. plerique.
Quod Iudæi prænaricatores fidei quantacumque pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filiis non oberit 1. quæst 4. Iudæi.
Quod si Christianus, vel Christiana iudaicæ præuaricāti carnaliter cōiungatur, a communione ecclesiæ segregentur. 28. q. 1. caue. & cap. si quis iudaice.

IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure disceptet 3 q 3 c. 1.
Quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius. 2. q. 6. a iudicib.
Quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit 2. q. 6. a iudicibus. 11 q 1 iudices.
Quod arbitrarius est qui nullam potestatem habens cum consensu litigantium eligitur. 2. quæstio. 6. a iudicibus.
Quod ad arbitrium rei iudices dandi sunt 11. q. 1. iudices.
Quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiā si putantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, fœminæ, serui, impuberes, infames. 3 q 7 infamis.
Quod ille debet esse alterius iudex, qui non habet in seipso quod condemnet. 3. q 7. iudicet.

Quod

1947

Quod vetus iudex nec pretio, nec stupore, nec odio, nec furore iudicat, 11. q. 3. episcopus § si ergo.

Quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio veritatis est præuaricatio, 11. q. 3. qui recte, &c. non licet, 14. q. 5. non sane.

Quod iudex etiam recte iudicando, si temporale præmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11. q. 3. recte.

Quod laudabiles sunt iudices in quibus nec ira nec furor, sed ratio dominatur, 11. quæst. 3. illa. & tribus c. seq.

Quod papa est iudex omnium, sed nemo ipsius, 9 quæst 3. patet. & c. seq.

Quod bonus iudex nihil arbitrio suo facit, sed iuxta leges & iura pronuntiat. 3. q. 7. iudicet.

In quo capitulo ponuntur plura quę debet habere bonus iudex, 30. q. 5. iudicantem.

Quod non est iudex in quo non est iustitia, 23 q 2. iustum.

Quod criminosus iudex cum sententiam in alterius crimen profert, seipsum condemnat, 3 q 7. sacerdos, § item in euangelio.

Quod iudex, cuius vita cum loco iudicii non concordat, sæpe immeritos damnat, 11. q 3. plerumque.

Quod iudex cupidus cito uendit iudicium, 11. q 3 pauper.

Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare. 3. q 5. quod suspecti.

Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quam intelligat. 29. dist. sciendum.

Quod iudex circunstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30 quæstio, 5. iudicātem 2. q 1. in primis, de pœnit dist 5. § 1 post med.

Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86. distin si quid. 11. q 4. quamuis, 15. q. 7. si quid.

Quod iudex sine accusatione damnare non debet, 23. q. 4. si quis potestatem.

Quod idem non debet esse iudex & accusator, uel testis, 2. q. 1. multi, 4. q. 4 c. 1.

Quod iudex non debet esse suspectus, 3. q 5 c. vlt.

Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari, 32 q 4 iniquum.

Quod iudex plus legibus quam suæ voluntati obtēperare debet, 3. q. 7. iudicet.

Quod iudex in loco iudicii debet cō scientiam quam de domo portauit deponere: & secundum allegata & probata procedere, 3. quæst. 7. iudicet.

Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericū condemnare, 41. quæst. 1. nullus iudicum.

Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo, 23. q. 3. sex differentiæ.

Quod iudex secundum leges damnā do iniquum non peccat: quia non ipse damnat, sed lex, 23. q. 5. iudex & c. seq.

Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere & erigere potest, 16. q. 1. c. 1. circa med.

Quod nemo debet dedignari iudicem habere contra se, cuius approbauit arbitrium, 2. q. 8. accusatores, § cuius.

Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet, 21. distin inferior, & quinque capitu. seq.

Quod ad sæcularem iudicem non licet clerico confugere, 21. quæst. 5. placuit.

Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico, præcipue de sacerdote iudicando, 96. dist. in scripturis, & capit. seq. 16. q. 7. in noua actione.

Quod licet iudici subditum alterius defensare & fouere, sed non iudicare, 6. q 3 scriptum.

Quod iudex potest alterius subditū iudicare ratione criminis commissi in sua potestate, 6. q. 3 placuit, & c seq.

Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam præter iudicis sententiam inuadit, 16. q. 6. cap. 1. in fin.

Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere manus scientiæ, ut sciat cognoscere quidquid det iudicare, de pœn. dist. 6. c. 1. post medium.

IVDICIVM. Quod iudicium duplex est, uidelicet diuinum, & humanum, 6. q. 1. si omnia 15. q 6. si quandoque a sacerdotibus, circa medium.

Quod diuinum iudicium valde est timendum, quia ipse iudex est & testis, 9 q 3 aliorum.

Quod diuinum iudiciū vsurpat qui incerta & dubia iudicat, 2 q. 1. nomen presbyteri.

Quod secretorum cognitor & iudex est Deus 32 dist. erubescant.

Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum, 2. quæst. 4. consuluisti, post medium.

Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit, 11. quæst. 1. sacerdotibus, in fi.

Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur, 56. distinctio, si gens, in fi.

Quod Dei iudicio homines in præsenti uita flagellantur, ut in futuro non puniantur, 23. q. 4. quid ergo, per totum c.

Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, ut ex hoc magis humilientur & mereantur, 6. q. 1. § pia.

Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23. q. 4 Nabuchodonosor.

Quod non potest humano condemnari examine, quod Deus suo reseruauit iudicio, 15. q 6. si quandoque a sacerdotibus.

Quod facta papæ, solo Deo iudicantur, 9. q. 3. facta.

Quod Deus aliorum causas uoluit per homines terminari, sed summi Pontificis causam sibi ipsi examinandam & terminandam reseruauit, 9. q 3 aliorum.

Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit, 11. q. sacerdotibus, in fi.

Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur, 15. dist. qualis.

Quod qualem inuenit dominus cū uocat talem pariter & iudicat. de pœn. dist 1. numquid Cain.

Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc sæculo omnia iudicanda essent, 6 q 1. si omnia 15. q. 6. si quādoque a sacerdotibus.

Quod quē sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit, de pœnit dist. 3. in falcibus, § auctoritatibus, ver. sed quem.

Quod qui semel a sacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur, ibi.

Quod Deus non bis iudicat in idipsum quod iuste in præsenti est punitum, de pœn. dist. 3. sunt plures, § auctoritas.

Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatum & publicum, siue contentiosum, 3. q 7 postulatus.

Quod priuatum iudicium exercet, quando seipsum iudicat, de pœn. dist. 1. in actionem.

Quod uerum iudicium est iudicare prius conscientiā propriam, demū culpam alienam, 3. q 7. postulatus. & c. seq

Quod non est curandū iudicium hominū, ubi est bona conscientia: quia tale iudiciū est temerariū, 11. q. 3. temerarium, & duob c. seq.

Quod temerarium iudiciū est quod procedit ex suspicione, 2 q 1. multi, ante fi.

Quod lapsi a baptismi innocētia proprio iudicio se accusantes per pœnitentiam restituuntur, de pœnit. dist. 1 c multiplex.

Quod homo debet seipsum iudicare dum potest, in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur, de poe. dist. 1. in actionem, § seq.

Quod publicum iudicium siue contentiosum institutum est, ut innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2. q 1. quæ Lotharius.

Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententiis confirmatus 64. dist. extra.

Item

Quod iuramentum, factum contra præceptum domini, culpatur, & non tenet. 22. q. 4. inter cætera.

Quod omne iuramentum est seruandum, nisi in priorem vergat exitum, & salutis detrimentum. 22. q. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatem legitimã, idest ante annos quattuordecim cogendus est iurare. 22. q. 5. paruuli. & duobus c. seq.

Quod in diebus dominicis a septuagesima vsq; ad octauam paschæ, & ab aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in Litania maiori, & in diebus Rogationum, nisi pro concordia, & pace, nullus solenniter iurare præsumat. 22 quæstio. 5 decreuit.

Quod decens est vt iuramẽtum a ieiunis præstetur. 22. quæstio. 5. honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea 22. q. 1 & iurabunt.

Quod in primitiua ecclesia iurabãt, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea. 22. q. 1. si peccatum.

Quod modernorum est iuramentum, sic me, vel te Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorum: vel consimile, 32. q. 6 de parentela & quatuor c. seq. 1. q. 7. quoties. 22. q. 1. habemus.

Quod forma iuramẽti ab hæresi vel a schismate redeuntium est specialis 1. q. 7. quoties. de consec. dist. 2. ego Berengarius.

Quod in forma iuramẽti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent. 2. quæstio. 4. si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas 22 quæstio. 1. & iurabunt.

Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contemptum creaturarũ deieraretur, vel aliqd numen deitatis in creaturis crederetur. 22. quæstio. 1. mouet. §. item Christus.

Quod illicitum iuramentum nõ est complendum. 22 distinct. duo. & cap seq.

Quod pluribus modis iuramẽtum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22. quæstio. quinta, paruuli. & c. sequens.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet. 22 q. 5. c. nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur non est sacra. 22. quæstio. prima, clericum.

Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem 8. q. 3. Artaldus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice. 22. q 4. vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete, vel sine necessitate, exemplum de Iephte, qui indiscrete iurauit. 22. q. 4. vnusquisque. & q. 1 ita ergo.

Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus, vel alijs prohibitis iuratur. 22. q. 5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis, quid, cui, per quid, ad quid cui, quomodo, quando.

Quod licitum iuramẽtum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22. quæst. 1. capit. 1.

Item pro infamię expurgatione 2. q 4 presbyter. & tribus c. seq.

Item pro fide, & fidelitate. de consecrat. distin. 2. ego Berengarius 15. q. 6. alius.

Item pro obedientia siue reuerentia. 23 dist. quamquam.

Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs. 14. q. 2. quamquam. 22. q. 1. omne.

Item pro damno dato, vel dando. 2. q. 1 in primis, circa medium Vnde versus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni.

Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramẽta irritari possunt, videlicet a papa. 15. q. 6. auctoritatem.

Item seruorum a domino suo. 54. distin. si seruus sciente.

Item vxoris a marito suo 33. q. 5. manifestum.

Item monachi iuramentum a suo abbate. 20. q 4. monachum.

Quod solus Papa a iuramento licito absoluit 15 q. 6 alius.

Quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium a iuramento fidelitatis. 15. q 6 nos.

Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur. 23. q vlt pessimam.

Quod grauior ingitur pœna peierantis, quam consentienti. 22. q. 5. si quis conuictus.

Quod eadem pęna est pro periurio, & homicidio. 22. q. 1. prędicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda. 16. q. 1. interdicimus.

Quod nec metropolitanus, vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius. 9. quæstio. 3. nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos. 9. q 3. conquestus.

Quod extra propriam iurisdictionẽ nullus debet iudicari. 3. quæst. 6. peregrina. & quatuor cap. sequentibus.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum 3. q. 6. ibi semper. & c. vlt. 6. q. 3. placuit & c. seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem. 11. quæstio. 1. experientię tuę.

Quod laici habuerunt quandoque, habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem, habuerũt enim electionem summorum põtificum, & inuestituras episcoporum 63 dist. Hadrianus & §. principibus. & c in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide. 96. distin nos ad fidem. & capi. vbinam. & cap. satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi. 32. dist. eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fidei, vel episcoporũ contemptores mortem affligendi. 23. q 5 principes. 16. dist. nec licuit. 11. quæst. 1. si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciũt, vel excommunicationem cõtemnunt. 23. q. 5. de Liguribus.

Item datur eis iurisdictio vbicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam. 23. q. 5. principes.

IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est 1 dist. ius generale. Isidorus l. Etym c. 3.

Quod ius in duo, scilicet in ius naturale & ius positiuum diuersificatur 1. dist. humanum genus.

Quod ius naturale innuitur in Euãgelio vbi dicitur, Quæcumq; vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis. & econuerso ibidem.

Quod ius naturale iuri positiuo anteferri, videlicet quia prius & dignius. 6 distin. § primo. 5 dist. quod iure. § dignitate. vero.

Item quia eis cedit omnis consuetudo, vel constitutio 9. distinct. per totum.

Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 13. dist. § 2.

&

& 7. distin. non est peccatum. §. his itaque.

Item quod ius naturale vult omnia esse communia: positiuum vero restringit ad meum & tuum. 7 distin. c. 1 & c. seq.

Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, idest Romanorum, de quib. 1. dist per totum.

Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23. q. 7. cap. 1.

Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, idest ciuili.

Quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium. 2. q. 3. Euphemium §. seq.

Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11. quęst. 1. sicut enim. §. ex his omnibus.

Quod iudex dictus est ex eo, quod ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23. q. 2. c. 1.

Quod qui ecclesię ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22. distin omnes.

IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum colere, ac vnicuique iura seruare. 12. q. 2. cum deuotissimam post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41. distinct. quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & soccios defendere 23 q 3 fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24. q 1. vbi.

Quod iustus miseris compatitur. 45. dist. vera iustitia.

Item non odio, sed bono zelo est exercendi 23. q 3. sex.

Quod semper est misericordia temperanda. 45. dist. disciplina. c. omnis. & c. vera. & c. seq.

Quod iustitiam aurum & munus violant. 11. q 3. qui recte. 1. q. 3. vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit. 3. quæst. 4. in loco.

Quod iustus quoties cadit, toties resurgit. de pęn. dist. 3. septies.

KALENDÆ. Quod kalendæ Ianuarii iuxta ritum gẽtilium prohibentur Christianis obseruari. 26. q. vlt. non licet. c. non seruetis. & c. si quis kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri cum per Kalendas conueniunt, quasi semiplenum vẽtrem habeant, & lucris honestioribus intendant. 45. dist. qm̃ presbyteri. & cap. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur &.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 11. q. 1. sacerdotibus. 43. dist. sit rector. ante med.

LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus, & spiritualibus exercitiis. 23. quęstio 4. quis non potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccati. 23 quęst 7. quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis. de consecr. dist. 5. numquam.

Quod merces fęlicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis. de consec. dist. 5. ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. dist 47. omnes.

Quod apostolus ne quemquam grauaret propriis manib. laborabat, 1. q 2 sacerdos.

Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere. 1. q. 1. sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q. 1. c. vlt. 8. q. 1. olim.

Quod iustum est vt illi consequantur stipendum qui laboris impendunt obsequium. 1. q. 2. sacerdos. in fi. 12. q. 2. charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12 q 2 ecclesiasticis.

LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit 35. dist. sexto die. in fi.

Quod sicut incongruum est non pascendum gregem lac gregis vsurpare, sic est militantium stipendia non militando subripere. 13. q. 1. c. 1 ante fi.

LACHRYMA. Quod lachryma amarissima Petri peccatum deleuit negationis. 50. distinctio. ponderet.

Quod in peccato negationis petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur. de pœn. dist. 1. Petrus doluit.

Quod lachymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri: quod non est intelligendum sine cõfessione: sed peccatum, si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, nõ ideo est dispetãdum, quia lachrymæ lauant de pęn. dist. 1. mensuram. §. proxi.

Quod non est mundus qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit. de pœn. dist. 3. irrisor est. & tribus cap. seq.

Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno. & non potest habere pro peccato deflendo. de pœniten. distin. 3. sunt plures.

Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt. de pœn. dist 3. irrisor est ante fi.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

LAICVS. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendæ. 89. dist. indicatum.

Quod episcopus q decimas & alias res ecclesię cõsanguineis vel aliis laicis distribuit, tamquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt antichristus habeatur. 1. q. 3 peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione, & vbi agitur de Iudicio.

LAPSVS Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet a fide, qui fit per hæresim & a moribus, qui fit per mortale peccatum 1 quæst. 7. si quis omnem.

An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter. 1. q. 7. fere per totum.

Vtrum episcopus, vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter 50. dist. per totum. vsque ad §. quod vero.

Quod cum magna discretione & cõsilio lapsi sunt restituendi. 50. dist. de eo autem.

LARVA Quod laruas dęmonũ ante se ferri presbyteri non consentiant. 44. distin. nullus presbyterorum. de consec. dist. 5 nullus.

LATRO. Quod latro vnius momẽti pœnitentia meruit esse in paradiso 25. q 6 presbyter.

Item idem latro in cruce pendens prȩmium ȩternum amisisset, si ipsum vnius horȩ pœnitentia non iuuasset. 36 q. 6. agnouimus.

Quod latro nõ est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus, crucifixus, sed dum patitur, credit. de consec. dist. 4. baptismi.

Quod latronis de pęnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera cõuersio in vltimis positorum mẽte potius æstimanda est, quam tempore. 26. q. 6 agnouimus.

Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi suppleuit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quam profiteri non possunt. de consec. dist. 4. baptismi. per totum c.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur. 10. quæstio. secunda cap. vlt

Quod licet latro suspendendus crudelem, iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25. quæst. 5. non est crudelis.

Quod qui latronem in membris debilitat,

bilitet, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit, 23. q 3 si quis fortitudinem.
Quod latroni ad latrocinia asperanti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23 quæsti.4. est iniusta.
LAVACRVM. quod lauacrum commune christianum & præcipue clericum, non conuenit habere cum mulieribus, 81.distin. non oportet.
Quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum 83.distin.nihil illo pastore. §.quamquam.
Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus uti lauacro corporali. 24 q 1.omnis.
Quod corporalia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari.de consecr distin.1.nemo per ignorantiam.
LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficiis a nobis est impendenda, 16. q.1.reuertimini.circa fi.
Quod non bene conueniunt in uno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86 dist cum multa.
Quod de verbis laudantium nos nõ multum debemus curare, 11 q.3. inter verba.
Quod velle laudari, & dare histrionibus ut laudemur, uitium est, 86. dist donare.
Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & solummodo de hoc retributionem quærunt, 11.q 1 sunt nonnulli, & q.3.non solum.
Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus. 83.dist.nihil.
Quod periculum est indignum laudare, quia dum malefacta laudib. efferuntur, augmentantur.46.disti. sunt nonnulli.
Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius membra sumus violat, 11.q.3. si quis hominem.& c.seq.
Quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab aliis permittit in accusationẽ venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6.q.1.sunt plurimi.
LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non fabulæ debet inferri in mensis clericorum, 44.distin. pro reuerentia, & capit. conuiuia.
Quod clerici & prælati debent insistere lectioni, 36.dist. qui ecclesiasticis, § ecce.
Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi, & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi adsit & scientia doctrinæ, 36.dist. qui ecclesiasticis, §.ecce, & 87.dist. ca 1.
Quod sicut stellam obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38 dist. sicut.
Quod qui amat scientiam sanctarũ scripturarum, carnis uitia nõ amabit, de consecr.distin.ultima, numquam.
Qui libri sint in quibus episcopus præcipue & sacerdotes legere debent, habes 38.dist.nulli, & quattuor c seq de consecr. distinc.ulti. numquam.
Qui libri & quæ lectiones, & homiliæ in ecclesia legi debent, habes 15.distinct. sancta Romana, & §.seq.
Quod clerici, & præcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriam, & vanitatẽ prouocant, non debent legere.37.distinct per totum, & 86. distin.cum multa.
Quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus, 37.disti.legimus.
LECTOR. Quod lectores dicti sunt a legendo 21 dist.cleros.
Quod lectorum officiũ est lectiones pronunciare 25 dist. perlectis.
LEGATVS Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 93.dist.c.vlt.
Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97.di. nobilissimus.
Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet eneruare, 12. q.1.peruenit.
Quod legatus a latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationem deuolutas audire & terminare 2. q 6.decreto.
An legatus papæ potest generale concilium celebrare, 17.dist.synodum.
Quod plura concilia generalia per legatos Papæ, mandante Papa sunt celebrata, 63. distin. Hadrianus & 1.q 7.conuenientibus.
Quod subdiaconi possunt esse legati domini papæ a latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10.q.3. relatum.
Quod omnes episcopi, & sacerdotes sunt honorandi, quia legatione Christi funguntur, 7.quæst. 1. omnis.
Quod legatus secundum locorũ legationis suæ exigentiam debet expensis esse contentus, 10.quæst re latum.
LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubetur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pœn.dist.1.§. Moysi.
Quod leprosum qui descẽdit de mõte Christus sanauit, & prius quam sanaretur clamauit, significatur q in sanatione spirituali confessio non debet contemni de pœ. disti 1. §. Christus quoque.
Quod in hoc, q Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1. q.1 nonne.
quod in hoc, quòd leprosi antequam ad sacerdotes peruenirent, mũdati sunt, inuenitur quòd peccator in sola contritione mundatur, ubi confessionem necessitatis articulus excludit, de pœn dist.1. §.hoc idem.
Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram & lepram, 20.dist §.1.
Quod in hoc, q Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur & post pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. dist.si post, § econtra.
Quod in hoc, q Maria propter murmur in Mosen lepram incurrit, innuitur quod insurgens contra prælatum grauiter delinquit, 2. q.7. plerumque, §. item obiicitur. Et de accusatione prælatorum ibi tractatur.
Quod in hoc, q rex Osias sacerdotum officia vsurpans lepra in tẽplo percutitur, sacrilegorum culpa & pœna exaggeratur, 2 q 7.nos si § sed notandum.
Quod simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert. 1.q.1 cum ordinaretur.
Quod sicut Giezi propter pecuniã lepram incurrit, si pecunia male conquisita corpus & animam cõmaculat, 1 q.1. cito.
LEVITA Quod leuitæ ex nomine auctoris uocati sunt de Leui enim exorti sunt. hi græce diaconi, latine ministri dicuntur, 21.distin.cleros.
De purificatione leuitarũ, & domus purificatione, habes.de consecr. distin 4 nec quemquam.
Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50. dist. & purgabit.
LEX. Quod lex multiplex est, uidelicet diuina, quæ natura constat, dist.1.omnes leges, Isidor.l.2. etym.c.5.
Item lex humana est quæ moribus constat, dist.1. omnes leges, Isidorus ibidem.
Item lex uetus, quæ dicitur testamẽtum, 6.dist. testamentum.
Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quæ lex humana facit singularia, dicens meum & tuum, 8.distin.quo iure & 12. q.1. dilectissimis.
Item lex spiritus, quæ instinctu spiritussancti cordi inseritur, 19. quæstio.2.duæ.
Item lex carnis, quæ absque culpa est in corpore non consentientis, 16 q. 1. si concupiscentia, 32. q.5. si Paulus.
Item lex priuata, quæ idem est, q lex spiritus, 19. q 2. duæ.
Item lex publica, quæ à sanctis patribus est tradita, id est lex canonum, 19.q.2.duæ.

Item

Item lex coniugii, quæ in baptismo non soluitur. 26 dist. una.

Item lex est constitutio scripta, 7 dis. Moyses, Isidor. l. 5. Etymol. 3. lib. p. 4. c. 10.

Item lex est omne quod ratione cõstat, dumtaxat quod religioni congruat, quod saluti proficiat, 1. dist. consuetudo.

Item lex est constitutio populi, quã maiores natu sanxerunt, 2. distin. lex.

Quod leges humanæ, vel publicæ secundum dispositiones terrarum variantur, 1. dist. omnes, & 31. dis. aliter.

Quod diuersæ diuersis temporibus emanarunt, quæ nomina a suis auctoritatibus traxerunt, 2. dist. quædam.

Quod diuersi inuentores legum, & nomina eorum ponuntur, 7 dist. Moyses.

Quod leges factæ sunt, ut humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia 4. distin. factæ sunt, 23. q. 5. non frustra, & c. ad fidem.

Quod lex aut permittit, aut uetat aut punit, aut præcipit, 3. dist. omnis autem.

Quod lex nõ debet statui pro priuato cõmodo, sed pro vulitate communi, 4. dist. erit autem.

Quod leges instituuntur cum promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. dist. in istis, §. proxi.

Quod lex debet esse honesta, iusta, possibilis, utilis, loco, temporisque conueniens, distinct. 4. erit autem lex.

Quod licet cõditor, legis solutus sit legibus, tamen honestum est, ut præ cæteris, secundum leges quas statuit, uiuat 25. quæst. 1. condidimus, & c. ideo.

Quod Christus qui legem dedit, legem impleuit, 25. quæstio. 1. ideo, § his itaque.

Quod sancta ecclesia non constringitur legibus, 11. dist. catholica.

Quod leges sæculi nõ dedignantur, canones sequi, 2. q. 3 Eufemium, § 1 in fi.

Quod lex, quæ obuiat sacræ scripturæ & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet esse momenti, 10. dist. non licet. & quatuor ca. seq.

Quod lex diuina, & canonica superior est lege ciuili, 10. dist. lege.

Quod illud quod legibus præcipue ecclesiasticis est diffinitum, in iudicus est tenendum, 6. q. 4. si inter, 11. q. 3. summopere.

Quod non conuenit iudicare de legibus, 4. dist. erit, §. prox & c. seq.

Quod illa quæ contra legem facta sunt, pro infectis debent haberi, 25. q. 2. imperiali.

Quod lex statuit pœnam malis, & præmia bonis, 23. q. 5. non uos.

Quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, ut a publica lege constringatur, 19. q. 2 duæ.

Quod lex est a domino, præuaricatio legis a diabolo, 35. dist. sexto.

LIBELLVS. Quod libellus famosus est qui in infamiã alicuius conscribitur, 5 q. 1. c. 1. & 2.

Quod libellum famosum quicunque scripserit & publicauerit, anathematizandus est, 5. q. 1. si quis, & ca. præcedenti.

Quod secundum leges imperatoris famosum libellum inueniens, & non statim eum deuastans, sed publicans, tamquam auctor capite punitur, 5 q. 1. si quis.

Quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3. q. 9. induciæ.

LIBER. Liber uitæ quid sit, & qd sit scribi in ipso, habes infra ubi agitur de scriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro sancta fide tam loco quam tempore commendatur, 86. dist. non satis.

Quod approbanda est liberalitas, q̃ circa proximos & consanguineos pro necessitate exercetur, 86. dist. non satis, § est etiam.

Item liberalitas pulchra est, quæ indigentibus temperate, & non superflue impenditur, 86. dis. non satis, §. item perfecta, & supra § dñs.

Quod episcopus debet esse liberalis, alioquin uacuum portabit nomẽ episcopi, 86. dist. non satis, §. liberalem.

Quod dare histrionibus, & prohibitis uenatoribus & personis turpibus non est largitas, sed vitium, 86 dist. donare, & c. seq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcussa antequam uinum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem uiolauit, 35 dist. sexto.

Quod pium est & meritorium Christianos suæ libertati restituere, quos Christus suo redemit sanguine 12. q. 2. cum redemptor.

Quod bonum propositum non est prohibendum, quia ubi spiritus sanctus est, ibi libertas, 19. q. 2. duæ, in fine.

Quod mala uoluntas nõn est permittẽda suæ libertati, ubi potest prohiberi. 23 q 4 displicet. Exemplũ de Paulo.

Quod nemo ex praua consuetudine libertatem ecclesiæ debet infringere, 12. dist. omnia.

Quod serui ecclesiæ non debent ordinari, nisi prius per episcopum habeant libertatem, 54. distin. admittuntur § de seruis.

Quod abbas uel monachus seruum monasterii liberum facere non potest, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem dare nõ potest, 54. dist. abbati.

De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.

LIBERTVS. Quod libertus est qui ex seruili statu traditus est libertati 12. q. 2 de libertis.

Quod libertus manumissus a principali patrono non singulis debet reuerentiam exhibere, 12. q. 2. episcopus qui, § si uero.

Quod libertus sine licentia superioris patronum accusare non potest 12 q 2. episcopus qui, §. libertus, & § in patronos.

Quod liberti ecclesiæ tempore suæ manumissionis debent per scriptum profiteri se esse de familia ecclesiæ, & de obsequio eius numquam uelle recedere, 12 q 2. de libertis, §. ne vero.

Quod nouo episcopo surgente liberti ecclesiæ, & ab eis geniti suam conditionem præsente episcopo in chartulis debent protestari, 12. q. 2 longinquitate.

Quod liberti ecclesiæ ad sacros ordines promoti, à seruitiis ecclesiæ non debent separari, 12. quæst. 2. de libertis.

Quod liberti ecclesiæ si negotia ipsius facere contempserint, vel contra ecclesiã insurrexerint in pristinam seruitutem reuocantur, 12. q. 2. diaconi, & c. episcopus qui mancipium, & cap. liberti, & octo cap sequen.

De hac materia habes ubi agitur de Manumissione.

LICENTIA. Quod est licentia præsumptionis: ut cum quis propria auctoritate a superiore commissa dimittit, 11. quæstio. 3. placuit.

Quod est licentia dispensationis, ut quãdo simoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officiũ sibi licentia datur, 1 quæst. 5 capi. vlt.

Item est licentia occasionis, ut cum ex continentia uiri vxori datur licentia fornicandi, 27 quæst. 2. si tu abstines.

Item est licentia permissionis, ut quando Iudæis celebrandi, ceremonias licentia datur 45. distinct. qui syncera.

Item est licentia approbationis, sicut est licentia nubendi data ab apostolo 18 distin. de his in fi.

LIGNVM Quod de lignis ecclesiæ habes ubi agitur de ecclesia materiali.

LINGVA. quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda. 38 dist. locutio.

Quod super apostolos spiritus sanctus in linguarum specie sedit, quos replet, de se loqui facit. 38. dis. locutio.

Quod opera sacerdotis sine prædicatoris cum linguæ sonitu concordare debent, 43. dist. sit rector, post med.

Quod in cælum os ponere, & linguã in ter-

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre, 1. q. 1. si quis episcopus.

Quod qui seruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius est, 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere, 8 q. 2 dilectissimi.

Quod christus prælatos oues pascere do..., non terrenis lucris delectari, 16. q. 1. nulli, & c. seq.

Quod prælati debent lucris intendere animarum, non temporalium rerum 16. q. 1. prædicator.

Quod exceptis Iudæis, si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus, 23 q. 4 infideles.

Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi, 13. q 4 si quis oblitus, & sex c. seq.

Quod an questus honestus, vel inhonestus sit, qualitas lucri negotiantem, aut excusat, aut accusat, de pœn. dist. 5. qualitas.

quod res restituuntur hæredibus, quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur, 16. q. 7. constituit.

quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat, 14. q. 4. quicumque tempore.

quod cum peccatis homines aliqua lucrantur, ea pauperibus iuste erogentur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo, 14. q 5. qui habetis.

quod de malo lucro vbi competit repetitio, eleemosyna, vel oblatio fieri non debet, 14. q. 5. per totum.

quod medicus vel seruus lucrum ab inuito detentore non iniuriose recipit 14. q. 5. non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

L V C I F E R. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei, de pœnit. di. 2. c. principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei similitudinẽ sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit: vt quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credatur expressa, de pœnit. dist. 2. iuxta finem, c. multi. §. hinc enim responsum.

quod Deus fecit eum eminentiorem cæteris angelis.

Item fecit eum speciosum in multis cõdensis frondibus.

quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.

quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei & pulchritudini eius.

quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.

quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.

quod omnes angelos quasi vestem, & ornamentum suum habuit.

quod in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit.

quod lucifer, quia magnus sine comparatione creatus est, ideo peccans, sine venia damnatus est, de pœ. dist. 2. principium.

L V C T V S. quod tempus luctus legis tempore, alij vsque ad tricesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant, 13. quæstione 2. quia.

quod fœmina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est, sed non secundum canones, 2. q. 3. Euphemium, §. proximo, in fi.

quod fideles mortui non sunt lugendi cum sciamus eos non amitti, sed præmitti, 13. quæstio. 2. quam præposterum.

quod lugere mortuos non prohibemus ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione, 13. q. vltim. vbicumque & duobus c. seq.

quod doctrina schismaticis panis luctus dicitur, 1. q. 1. dominus declarauit.

L V D V S. quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus, de consecra. distinctio. 3. irreligiosa.

quod vere pœnitens debet se cohibere à ludis sæculi, & spectaculis, de pœn. dist. 5. §. 2. in fi.

quod ad ordines non debeant promoueri qui ludis turpibus deseruiunt, 33. dist. maritum.

quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus, 35. distinct. episcopus, & 46. distinctione clericum.

quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro vere baptizatis haberi, 1. quæstione 1. spiritu, §. ecce, de consecra. distinctione 4. solet quæri.

L V P V S. quod lupus dicitur pastor mercenarius, cui non est cura de ouibus, 23. q. 4. tres.

quod lupi dicuntur laici subditi, qui aliquando dicuntur oues, 83. dist. nihil, 2. q. 7. oues.

quod lupi dicuntur dæmones & hæretici, 81. dist. oportet, & 43. dist. §. 1. & c. seq.

quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum, 43. distinctione, § 1.

quod qui propter timorem recta loqui pertimescit, hic velut mercenarius veniente lupo fugit, 43. distin. sit rector.

quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest, 83. dist. nihil.

quod illo pastore nihil est miserabilius qui luporum gloriatur laudibus, 83. dist. nihil.

quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiue cõsumunt bona ecclesiastica, 23. q. 1. c. 1. ante med.

quod ideo ad sedem apostolicam est recurrendum per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouium intrant, bestiali sæuitia quoslibet lacerare præsumant, 2. quæstione 6. decreto, in fine.

L V X. quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras, de pœnit. distinct. prima, resuscitatus, §. si autem.

quod lux mundi sunt sacerdotes, 93. di. sacerdotes.

quod lux veritatis illi subtrahitur, qui arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ, velut albugine oculi, excæcatur, 49. distinctione hinc etenim, circa med.

quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras, Dei tamen oculos cuncta perspicientes, latere non potest, 18 q. secunda, perniciosam, de pœn. distin. 1. porro, §. si ante.

quod cum factum notorium inculpatur, luce clarius constare dicitur, 7. q. 1. sciscitatis.

L V X V R I A. quod luxuria inter alia peccata maxime templum Dei (idest corpus humanum) polluit, 32. q. 7. non solum.

quod luxuria fomentum recipit à vino: ideo dicitur, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 35. dist. vinolentum, & duobus c. seq.

quod pauci inueniuntur sine carnis luxuria, 50. dist. quia sanctitas tua, ante fi.

quod luxuria sapientes infatuat, exemplum de Salomone, 32. quæstio. 4. Salomon. 3. quæstio. 7 sacerdos.

Item sanctos prosternit. Exemplum de Dauid de pœn dist. 3. septies, §. Dauid quoque, 5. q. 5. sacerdos. §. item Dauid.

Item fortes vincit. Exemplum de Sampsone, 23. quæstione quinta, si non, ante fi.

Item iugem scabiem habet, cui carnis luxuria sine cessatione dominatur, 49 distinctione hinc etenim, post med.

quod delectationi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iunguntur, 32. q. 7. non solum.

quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur, 32. q. 4. in eo.

De diuersis modis & gradibus luxuriæ, 32. quæstio. 7. quemadmodum, § primo, 27. quæstione prima, nec aliqua.

quod solo consensu mentis sine tactu corporis luxuria exercetur, 32. q. 5. nec solo.

quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione domi-

dominatur.46.dist.hinc etenim. post medium.
Quod excellētia episcopi vel presbyteri vilificatur. dum voluptatibus luxuriæ coninquinatur,32. distincti.cap. 1.in fi.
Quod episcopus vel sacerdos luxuriosus dignitate officij est puniēdus,15. q.8.hi qui.
Quod abusus luxuriæ grauior est cum propria vxore, quàm cum meretrice 32.q.4.origo.& q.7.adulterij.
Quod fœmina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest,sicut per oscula,& similia,27.q.1.nc aliqua.
Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptum coitum non admittunt. 32. quæstio. 7.non solum,& quæst.4.origo. in fi.
Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriam sterilitatis venena ꝓcurantur.33.quæstio.2.aliquando
Quod luxuria plus iuris habet aliquando quam castitas.34.dist.fraternitas.

De hac materia habes vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia cōpescatur, consistit in ieiunijs & vigilijs,& laboribus, & castigationibus, 32.q.5.si.Paulus.

De materia habes vbi agitur de Abstinentia & de ieiunijs.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris.49.dist.hinc etenim.1.q.sacerdotes.
Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula.32.quæstio.4. recurrat.in fine,& 24.quæstio.1.omnibus.
Quod sicut per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur,sic in omnem ecclesiam videtur diffundere,qui corpus suum maculat.26.q 2. sed & illud.
Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt.1.q. sic autem.
Quod sedes Romana semper mansit extra maculam hæreticæ prauitatis, 24.q.1.in sede.
Quod macula discordiæ vel odij per se uerans nec p assione nec morte pronomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur.90.dist.neque
MAGISTER. Quod magister nullus debet esse prius, quam discipulus.16.quæst. 1.si clericatus.61. dist. miserum.
Quod ideo neophyti prohibentur ordinari, ne fiant magistri antequam quam fuerint discipuli.48.distinctio §.primo.

De hac materia habes vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi congruis constituant locis,qui studia litterarum,liberaliumque artium dogmata assidue doceant.quia his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata 37 dist.de quibusdam.
Quod magistri imperiti iniuriam faciūt cathedræ.40.dist.multi.
Quod magistris imperiti non sunt præferendi.61.dist.statuimus.
Quod magistro impunitas debetur. si causa correctionis discipulum verberet.de pœnit.dis.1.§.3.& c.aut facta.
MAGVS. Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur.26.quæstio.5.nec mirum.
Quod magi tria munera obtulerunt domino,in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur,videlicet moralis naturalis,& rationalis 37.di.legimus §.hinc etiam filius.
Quod ars magorum inuenta est ex traditione malorum angelorum. 26. q. 2.qui fine.
Quod præstigia magorum non possunt turbare mentes bonorum, qui talia non credunt,sed mentes infidelium 26.q.5.nec mirum.
Quod & in nouarum formarum & in consimilium repræsentatione fictionem habent,& non veritatem.26.q. 5.nec mirum.
Quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit.26. quæstio.5.nec mirum.ante medium.
Quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt, probentur.& mali qui mendacio credunt,per sua desideria seducantur. 26.q.5 nec mirum.
quod cum hæc ars prohibita sit,qui ipsam sectantur,vel qui credunt talibus, perpetuæ damnationis interitum incurrunt.26.quæstione,2. qui fine.
quod absurdum est, Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per Pythonissam suscitatum,sed potius Saulum exigentibus peccatis p diaboli fallaciam illusum.26.q.5.nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de Diuinationibus.

MAIOR. quod maior apud Deum est ille qui est iustior.40.dist.multi. in fi.
quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiores in obsequio & honore exhibendo, sicut acolythi subdiaconibus,vt supra dist.93.a subdicono.
Item in obediendo,quia nullus est qui non teneatur alicui obedire, alioquin acephalus esset.93.distinct. nulla,&c.seq.
Item in sedendo,& stando,& quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus non debet se præferre.93.di. c.vlt.& supra eod.cap peruenit,in fi. & c.seq.& c.nonnulli, & c. legimus, in fi.
Item in benedicendo, quia minor à maiore benedicatur. 21. distinct. denique.
Item in sacramenta conferendo, quia præsente presbytero diaconus non debet sacramenta conferre. 93. distin.diaconi, & ca peruenit, & cap. præsente.
Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri & vxor viro. 33.q 5.est.ordo.
quod est maioritas respectu dignitatis officij,& sāctitatis meriti,2.q.7.Paulus Petrum.
quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit.2.q.7.Paulus,§.hoc & cap.puto.
quod Cyprianus martyr quantum ad martyrium Petro comparatur:2.q.7. puto.
quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior prebytero: Augustinus tamen minorem se Hieronymo profitetur. 2. quæstio. 7 quam quam.
quod seruus Christi non quærit quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnib.inferior videatur. 40. dist.multi & 93.dist diaconi.sunt,ante medium.
quod iustitia est vt maiori seruiat minor.33.q.est ordo.
MALEDICTIO. quod maledictio est duplex,s.Dei,& hominis 23. q. 3.Deus quando.
quod Dei maledictio designat meritū eius cui maledicitur.24.quæst. Deus quando.
quod solus Deus iuste maledicit,quod ipsum non fallit peccati qualitas nec peccantis affectus. 24 q.3.Deus quando.
quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines à maledictis pari esse debent. 24.quæst. 3.si igitur.
quod maledictio in ore clerici vituperatur,& punitur.46.dist.clericus maledicus.
quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vltionis,non ex zelo iustitiæ.24.quæstio. 3.cum ergo, §.proxi.
quod criminosus sententia maledictionis est feriendus. 24.q.3. certum, & c.seq.
quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare , etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt.23.q.2.qui negligunt.

quod maledictum frustra prolatum fre quenter in maledicentem reuertitur 11. quæstio. tertia, illud. in fine.

quod maledici regnum Dei non possidebunt. 14. q. 3. certum.

quod sancti cum maledicunt, non maledicunt zelo vitionis, sed iustitiæ. 24. q. 3. cum sancti

quod cum maledicimur de quo conscientiam non habemus, non tristari, sed potius lætari debemus, 11. q 3. inter verba, & duobus cap. seq.

MALEFICI. Quod malefici, & magi, & incantatores, & diuinatores pro eodem accipiuntur. 26. q. 4. igitur, & & 5. si quis episcopus.

Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem cōfessionem est recurrendum. 33. q. 1. c. vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus. & vbi agitur de Incantationibus, & de Magis.

MALVM. Quod malum est duplex, videlicet pœnæ, & culpæ. 15. q. 1. illa.

Quod malum pęnæ non proprie malū dicitur, mala enim non sunt quę nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut paupertas, ægritudo, & aliæ pœnalitates. 15. qu. 1. illa.

Quod ideo Deus malum pœnæ homini relquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij. de pęn. idst. 1. medicina. in fi.

quod de malo pœnæ bonum fit, cum pauperibus distribuitur, quod cum laboribus & sudoribus acquiritur 14. q. 5. qui habetis.

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ proprie dicitur malum videlicet peccatum voluntarie commissum. 15. q. 1. illa.

Quod mala culpæ non sunt facienda vt bona sequantur. 14. q 5. per totum. 22. q 2. is autem, & c. ne quis, & c. faciat.

Quod de malo culpæ bonum fit, quando de turpi lucro, vbi non competit repetitio, fit eleemosyna. 14. q. 5 qui habetis.

Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnum perpetrare compulit. 13. dist. duo. & c. seq. in fi 22. q 4. quod Dauid, & capi. si aliquid. & duobus cap. sequent.

Quod innocens, nec facit malum, nec approbat factum. 23. quæstio. 4. ita & c. seq.

Quo sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humore mali in corpore. de conse crat. distincti. 4. est vnitas.

Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & si redarguis, 23. quæstio. 4. à malis.

Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis. 23. quæstione. 4. quantus.

quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur tolerari debent 2 q. 1. multi. circa prin. 15. q. vlt. c. vlt.

Item tolerandi sunt, & associandi quā diu de ipsorum correctione non desperatur, 23. q. 4. c. 1.

Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne forte eradicā do zizaniam, eradicetur & triticum. 11. q 3 nolite. 2 q 1 multi, in princ.

Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ cōcutiatur, 23 quæstio, quarta, tolerandi. & c. quid ergo, & cap quiquis.

Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit. 23 q. 4 tu bonis.

Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23. q. 4. hæc autem vita.

Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exemplo Christi cum ipsis habitare debemus, 2. quæstio. 1 multi.

Quod propter malos boni non sunt deserendi 7. q. 1. aduersitas.

Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam ares non est relinquenda nec propter pisces malos retia sunt rumpenda, nec propter hœdos, in fine separandos grex Domini est deserendus. 24 quæstio. 1. quisquis

De malo culpa habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi quia sicut illud e e mentum cœleste æqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de cō secrat. disti 4 nec quemquam.

Quod sicut potior est lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo. de conse. dist 2. reuera.

Quod manna fuit de cęlo, corpus Christi super cœlum, de consecr. disti. 2. reuera.

Quod manna fuit corruptione obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud autem est ab omni corruptione alienum manens in æternum. de se cra. dist 2 reuera.

MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur, quando hi qui sunt subiugo seruitutis, manumittenti beneficio libertati redduntur. 12. q. 2. cū redemptor.

Quod manumissio per episcopum sic debet fieri, vt semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. quæstione secunda, episcopus qui manci pium.

Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere 12. q. 2. si quos.

Quod manumissus de collegio nō tenetur ad reuerentiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare. 12. q. 2. episcopus qui §. si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Liberalitate, & Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

MARCVS. Quod Marcus Euangelista discipulus beati Petri, Alexandrinam fundauit, & erexit ecclesiam 24. quæst 1. cum beatissimus. 22. distin. sacrosancta. 95. dist. legimus post med.

MARGARITA. Quod margaritæ ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur. 11. q. 3 nolite recedere. & cap. seq.

Quod margaritæ ante porcos, & canes mittuntur, quando detractoribus & immundis ecclesiastica sacramenta committuntur. 44. distinctione in mandatis, de pœn. dist. 1. non nulli. §. item his.

MARIA. Quod Maria vere vouit virginitatem perpetuam, nisi Deus aliter reuelasset. 17. q. 2. ca. sufficiat. post modium

Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed numquā ab eo cognita, 27. q. 2. quod autem. circa fi

Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur & virginitate sua falleret principem mundi. 27 quæstio. 2. inuenta. & 32. q 2. 1.

Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit. 27. quæstione, 1. nuptiarum ante fi.

Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, qui alium personam fecit carnis, aliam diuinitatis 16. dist prima autem, §. tertia in Epheso.

quod tempore passionis Maria commē data fuit Ioanni 27. quæst. 2. quod autem. & seq.

quod Maria & Ioseph in virginitate ta vterque permansit. 27. q. 1. beata Maria.

MARTYRIVM. quod martyrium pro Christo non a nobis, sed ab alijs libenter debemus suscipere. 23. q. non est nostrum. & quæst. 8. conuenior. circa princ.

quod nulli in persecutionibus licet propria interire manu, nisi vbi castitas periclitaretur. 23. q. 5. non est nostrum.

quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimant. 23. qu. 5. tu dixisti. & capi. placuit.

quod

Quod non pœna, sed causa facit martyrem. de consec. dis. 4. baptismi. exemplum ibi de latrone.

Quod effectus martyrij pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi de consecra. distin. 3. baptismi, & ca. catechumenum.

Quod qui pro nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur. 15. q. 1. merito, §. humillime.

Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrij ad effectum non deducantur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœn. distinct. 1. numquid Cain.

MATRIMONIVM. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale & carnale, 26. quæstione, 2 cum societas.

Quod matrimonium carnale est viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, 27. q. 2. § 1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum 32. q. 2. licet, §. 1. & seq.

Quod fuit institutum ante peccatum humani generis propagationem post peccatum infirmitatis remedium 32. q. 2. quidquid.

Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur. 26. distinctio. de ina de, in fi.

Quod consensus in carnalem copulam facit matrimonium, 27. q. 2. §. 1. & 5. c. seq.

Quod matrimonium aliud est legitimum, & non ratum. aliud ratum, & non legitimum, aliud legitimum, & ratum. 28. q. 1. si quis Iudaicæ, §. sequen.

Legitimum matrimonium est, quod legali constitutione vel prouinciæ moribus contrahitur; hoc est apud infideles, licet non sic ratum, quia soluitur quando placet 28. quæs. 1. si quis Iudaicæ, §. sed.

Ratum matrimonium apud fideles est. quando sine solemnitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq

Legitimum, & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur. 8. quæstione 1. si quis, § sequē. in fi. 30. quæs. 5. per totum, vsque ad cap. nullum

Quod triplex est bonum matrimonij fides, proles, & sacramentum 27. q. 2. omne 32 q. 2. sicut in fi.

Hoc triplex bonum fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulterium sacramentum quia nullum diuortium. 27. quæstione secunda, omne.

Quod prima causa matrimonij debet esse intentio prolis. 32. quæst. 2. pudor.

Item alia causa vitatio fornicationis 32 quæstione, 2. sicut. §. seq. & c. quidquid.

Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonum matrimonij. 32. quæstione. 2. solet quæri.

An in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia interueniunt. 32. qu. 2. conubia

Quod ipse Deus est defensor, & custos matrimonij. 32. quæstione. 4. nemo. in fi.

Quod damnans matrimonium anathematizatur. 30. distin. si qua mulier, & duobus cap. seq. & ca. si quis nuptias.

Quod secundæ, nuptiæ dissuadentur. 31. q. 1. de his, & duobus c. seq.

Quod secundæ tertiæ, & vltimæ nuptiæ non condemnantur 31. quæstione 1. aperiant.

Quod secundæ nuptiæ non debeant benedici. 31. q. 1. de his.

Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante contracto stare, sicut & modo apud Græcos stant, & filij eorum reputabantur legitimi. 26. dist. Cænomanensem.

Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33. dist. si quis post.

Quod puellam quæ per verba de præsenti alter contraxit, alter ducere non potest. 27. q. vlt. c. vlt.

Quod modus contrahendi matrimonium ponitur. 30. q. 5. aliter.

Quod multa sunt quæ in contractu matrimonij sunt attendenda. 30. quæst. vlt. aliter, & capi. qualis. & cap. sequen.

Quod velum, annullus, & alia quæ exhibentur dum fæmina maritatur, singula specialem habent significationem 30. q. 5. feminę.

Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5. nullum sine dote.

Quod clandestiue non debent matrimonia contrahi: & licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habeantur, 30. quæs. 5. per totum.

Quod matrimonium non potest contrahi ad tempus 32. q. 2. solet quæri, & c. seq.

Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ. & tribus hebdomadis ante festum Ioan. Baptistæ, & ab aduentu Domini. matrimonia non debent solemniter contrahi 33. quæst. 4. non oportet. Vide Concil. Trident. de hac re.

Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent à coitu abstinere, videlicet tempore communicationis, 33. quæstione 4. cap. 1.

Item in die Natiuitatis Christi, & in alijs festiuis diebus, 33. q. 4. quotiescumque.

Item in tempore ieiuniorum 33. quæstione, 4. si causa, & duobus cap. sequen.

Item tempore conceptus, & ablactationis pueri. 5. distin. ad. eius vero concubitum.

Item tempore menstruorum. ibi. d

quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius 33. quæstione, 4. apostolus & capi. sequen.

quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato, 29 quæst. 1. §. 1.

Item per errorem conditionis: vt quando putatur esse liber. & est seruus 26. q. 1. §. 1

Item per iustitiam publicæ honestatis. 27. quæstione, 2. qui dispensatam. 35. q. 3. porro.

quod non debet contrahi cum hæretica, & infideli persona. 28 q. 1. cave, & duobus c. seq.

Item nec cum consanguinea, 3. q. 1. c. 1. §. his ita.

Item nec cum affine, 27 q. 2. qui desponsatam, in fine, & 35 quæs. 2. nullum, & cap. æqualiter, & pluribus. c. seq.

Item nec cum moniali 27 q. 1. hi ergo, & duobus cap. seq 36. quæstio. 1. raptores.

Item nec cum diaconissa. 27. quæs. 1. diaconissam.

Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinibus constitutis, 27. quæs. 1 et lex. 27. distinct. presbyter.

Item nec cum furiosis, & dementibus nisi habeant lucida interualla, vel nisi furiosus vel furioso contraxerit tales enim non sunt separandi, 32. q. 7. neque furiosus.

Quod vno coniuge viuo quantocumque tempore absente alter contrahere non potest. 34. quæst. vlt. si quis necessitate.

quod si recedens mortuum contrahit non adulteratur, sed redeuntem tenetur recipere. 34. quæstione. 1. cap.

quod dubitans mortuum. si contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quousque certificetur, 34. q. 1. c. 1.

quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus, contrahit. non separatur, sed pænitentia tamquam pro adulterio imponitur, arg. 27. q. 2. homines.

quod si post duorum delium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari, 28. quæstione, 1. c. vlt. §. vlt.

quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum altera copulari. 32. q. 6. cap. 1. & octo c. seq. & c. hi vero.

quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur. quæst. 2.

si verum,& cap.sequen.32.qu.2.cap. vlt.

quod presbyter vxorem ducens,ab ordine debet deponi. 28. distinctione, presbyter.

quod nec Latini, nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere. sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt. & sic in matrimonio vi e ius promouentur. 31. distinctione. Nicæna.

quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem, non videtur posse promoueri 32 di. maritum,& 34.distin.præcipimus, & 30 q.5.qualis.

quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa consentiente non potest etiam ipso mortuo matrimonium contrahere,28.dis quia sunt.

quod error fortunæ,vt cum putatur] diues qui pauper est,non impedit matrimonium,29.q.1.§ 1.

Item nec error qualitatis,vt cum putatur quis bonus qui malus est.29 qu. 1.§ 1.

Quod post pœnitentiam cum illa potest contrahere quam prius polluit per adulterium, nisi in morte viri machinatio.vel fides adulteræ data fuit cum effectu,31.q. i c.1.& c.deni que,& quatuor cap.seq.

quod fidelis dimissus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio.28.q.2.c.vlt.

quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & pater cum filia carnali filij spiritualis, sed filius cum filia patris sui non potest,quia cognatio spiritualis descendit à patre in filium, non ascendit à filio in patrem.30. quæstione, 3.cap.vlt.

quod filij possent contrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua cōtrahitur cognatio spiritualis,30.q.3.super quibus.

quod propter incestum efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum. sed post pœnitentiam potest cum talibus dispensari, 30.quæstione, 7. quædam,& quinque capi. seq.33.quæ. 2.si quis cum duabus,& c.seq.

quod vxoricida sine dispensatione nō pote t contrahere,33. quæ 2. interfecto es,c.admonere,& c.si quid, & c. ser quē.

quod dispensatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos.35. qu. 2.quædam lex,& cap.seq.& q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur 35 q.5.per totum.

quod gradus affinitatis exprimuntur. trigesimaquinta. quæstione 5. porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO. quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedicti onis 23. distinct. sponsus, 30.q.5.sponsa.

quod non debent se coniuges libidinose diligere 32.q 4 origo

Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ, non est peccatum.25.dis.vnum,§.aliàs ante si.

Item causa reddendi debitum non est peccatum,27. quæstione,secunda si in.

Item causa fornicationis vitandæ, & est veniale peccatum.32 quæstio.2. quidquid,35.quæstione. 2. in adolescentia, & quæstione 4. vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera, vel cum meretrice est peccatum mortale, 32.quæstione,4.origo,& capi. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij,32.q. 7. adulterij.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur,27. quæstione, si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum teneatur. 32.quæstione, 5 horrendus & capi. seq.

Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest. 33. q. 52.c 4.& 5.c.seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus,27.q.2. sunt qui. & septem. c.seq.

Quod consentiens vouenti, & non vouens,non potest cum altera contrahere nisi post mortem vouentis 27. q.2.si quis coniugatus. 33.b.5. quod Deo, & c.seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito,27.q.2. scripsit nobis, §.ecce,& c.seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum, 27.q.2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire. 27.q.2.multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente, licite ex ancillis liberos procreabant.23.q.4.§.1.& tribus c.seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obijcere quando vtrumque crimen constringit, 34. q 2. in lectum.

DE DIVORTIO. Quod diuortium matrimonij sine consensu episcopi non debeat fieri 27. quæ. 2. si vir.

Quod ante causæ cognitionem sponsatus vel spoliata primo debet restitui, 33.q. 2.historia. & duobus ca. seq.

Quod matrimonium inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur, 30 q.3.c.1.& quatuor.c.seq.

Item cum matre vel spirituali filia. simile.30.q.1.de eo.

Quod diuortium factum propter maleficium si cessat,restituitur.33.q.1. si per sortiarias,

Quod affinitas remanet,licet ille mortuus per quem contracta est 35. q. 10.§.c.1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari, & testificari de matrimonio, vel senes,& antiqui quibus nota potest esse consanguinitas.35.q.1.& duobus cad.seq.

Quod forma iuramenti testificantium ponitur.35.q.6.de parentela & 3.ca. seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem vel affinitatem,35.q.6.ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recepit dimissam,35 q.6.cap.vlt.

Quod matrimonium nō dirimitur per torum simplex antecedens.27.dis.c. 1.& duobus c.seq.

Item nec propter compaternitatem, vel propter commaternitatem superuenientem.30.q.1.nosse. & quatuor c.seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam,29.q.vlt c.vlt.

Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis conditionis,ab ipsa per diuortium separari non potest,29.q. 2.si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit non separantur,29.q.vl.c.vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem,32. q.7 qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa,non separat matrimonium.35.q.3.extraordinaria.

Quod siue propter adulterium,siue pro aliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium,32.q.7.interueniente, & sex c. sequen.33.q.5.q.quod Deo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi,& ecclesiæ 27.q.2.cū societas.

Quod matrimonium per carnalem copulam non perfectum,non est sacramētum Christi,& ecclesiæ, 27. q. 2. cum societas.

Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatū ecclesiæ,& eius ecclesiam,7.q. 1.sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum,& spiritualem animā. 17.1.qu.3. quæ Christo,& c. nuptiarum.

MOECHIA. Quod mœchia est duplex,videlicet spiritualis, & carnalis 28 quæ.1.non solum.

Quod mœchia spiritualis est idola facere vel idolis sacrificare 18.q. 1 non solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus,atque illorum membrorum

brorum non legitimus vsus, 32.q.4. meretrices, in fi.

Quod strictè sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur, 32.q.4. meretrices.

Item pro consensu peccati: quia qui viderit mulierem, ad concupiscendum eam iam mœchatus est eam in corde suo. 32.q.7. non solum.

Quod mœchus is dicitur qui dimissa vxore ob causam fornicationis, aliam duxit 32. quæstione, 7. quemadmodum.

MEDICINA. Quod medicina est duplex spiritualis, & corporalis, 29. distin necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt contraria, quia nec ieiunare, nec flere, nec consimilia siunt de consecra. distinctione, 5. contraria.

Quod medico corporali salarium non est negandum, 14. quæstione, 5. non sane.

Quod nec clerici, nec religiosi pro medicina, munera debent accipere, 23. di his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia, 50. distinct. vt constitueretur 33. q. 1. si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta, de pœnit. dist. 1. in actione de consecratione, distinctione, 2. si quotiscumque 23. dis. his igitur.

Item medicina spiritualis, est misericordiæ opera. de pœn. distinct. 1. medicina

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est toties curare, si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit de pœn. 3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam, 86. distinctione inferiorum, & cap. sequen. 5. quæstione, 5. non vos. 45. distin. recedite 23. qu. 4, quid faciet.

Quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit, 50. distinctione, absit.

Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulneribus diuersis doctrinis medetur 29. distinctio. necesse.

MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorē futurum incutere debet, ne consimilia attentent. 7. q. 1. denique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur. 19. quæ. 3. mandamus, de conse. distinct. 2 & dixit.

Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat. 15. q. 1. mulier, 81. dis. valet.

Quod nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.

MENDACIVM. Quod mendacium est falsæ vocis significatio cum voluntate fallendi, 22.q.2. beatus, §. illo.

Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat, quanto à primo recedit. 22.q. 2. primum.

Quod primum genus mendacij est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est quod prodest nulli, & obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartum est quod solum mentiēdi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate: de suaui colloquio, quod est, adulterorum.

Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius, quam scit iniuste tollendam.

Septimum est quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet quis aduci.

quod quodlibet aliorum est uel perniciosum. vel officiosum. vel iocosum mendacium, quæ post primum minorem secundum m ius, & minus culpam habent. 22. quæstione, 2. ne quis & cap. quod autem ait, & c. si quælibet, 9. distinctione, si ad scripturas.

quod mendacium est graue peccatum: quia os quod mentitur, occidit animam, 22. quæstione, 2. nec artificioso.

quod omne mendacium cauendum est maxime perfectis, 22.q.2. ne quis. c. omne. c. si quis per vetus testamentum, & 22 q. 5. cauete fratres.

quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22. quæstio. 2. ne quis.

quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante. 22. qu. 2. primum, in fi.

quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob. dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio. 22. q. 2. quæritur, & §. proximo.

quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari. 22. quæstione, quinta, cauete fratres.

quod nemo causa humilitatis debet mentiri: quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso. 22. quæ. 2. homines. & ead. seq.

quod non omnis falsum dicens mentitur, 22 q. 2. is autem, & cap. beatus, & c. si quælibet. §. Abraham.

quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22. q. 2. beatus Paulus & cap. ne quis, in fi.

quod aliquod iocosum mendacium nō videtur esse graue peccatum Exemplum de Ioseph. 22. quest. 2. quod autem ait.

quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio, & periurio esse non potest dis. 88. eijciens, & c. seq.

quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11. quæstio. 3. quisquis.

quod mendacium etiam in præsenti inuenitur grauiter punitum 12. q. 1. dilectissimis. post medium. Exemplum ibidem de Anania, & Sapphira.

quod mendax debet carere impetratis, & quibus scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mendacia non arguunt, 25. quest. uir. dicenti.

quod circa impetrationem rescriptorū contingit mentiri tripliciter. 25. q. vl. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

MENDICITAS. quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum 93. dis. diaconi.

quod in tantum exercuit auaritia quorundam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mēdicare.

quod illi qui aliūde habere possunt grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt. 1. q. 2. pastor.

quod eleemosyna panis egentium est, & qui defraudat eam, homo sanguinis est. 14. quæst. 5. cap. immolans.

MENSA. quod mensa clericorum non debent abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione, 44. dist. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. quod menstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5. dist ad eius.

quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari. 5. distinct. ad eius.

quod sicut mulier menstrua patiens Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstruata

ta laudabiliter intrare poterit.
quod ad mulierem menstruatam quisq; accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. dist. ad eius.

MENSVRA. Quod mensura misericordiæ Dei non potest æstimari, de pœn. dist. 1. serpens, ante fi.
quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia mensura temporis, quantum doloris, de pę. dist. 1. mensuram, & c. præced. & c. in actionem.

MERCATIO. Quod mercatio potest esse honesta & turpis, de pœn. dist. 5. qualitas.
quod qualibet mercatio est periculosa quia difficile est inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.
quod mercatio sine peccato & periurio esse non potest, 88. dist. eijciens, & c. seq.
quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. canonum, 16. q. 7. & hoc diximus.
quod qui propter cupiditatem ante tẽpus granum vilius emit vt carius vẽdat, turpe lucrum committit, 14. q. 4. quicunque.
quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exerceri non debent, 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam si ab inuito detentore recipit mercedem suam, non committit iniuriam, 14. q. 5. non sane.
quod qui defraudat mercenarium mercede, reus est, ac si ipsius sanguinem funderet, 14. q. 6. immolans.
quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est, 8. q. 1. sunt in ecclesia.
quod ille rector non pascit, sed mercenarij vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit. 43. dist. sit rector.
quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouium, videns lupum, oues relinquit, 7. quæstion. 1. aduersitas.

MERETRIX. Quod meretrix est quæ multorum libidini patet, 34 dist. vidua.
quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibit, 32. q. 4. meretrices.
quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit membra Christi, & facit eam membra meretricis, 32. q. 4. in eo.
quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore. 32. q. 7. adulterij.
quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri, 34. distinct. si quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est, 21. dist. cleros post prin.
Quod metropolitanus debet decem, vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere, 6. quæst. 3. scitote.
quod absq; metropolitani licentia nullus episcopus curiam Imperatoris debet adire, 23. q. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

MICHAEL. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exẽplum, vt à maledicto puri simus, 24. q. 3. si igitur Michael.

MILITIA. Quod militia est duplex, videlicet sæcularis, & spiritualis, 50. dist. si officia, 23. q. 8. reprehensibile.
quod militia sæcularis nõ culpatur, sed abusus, 23. q. 1 per totum.
quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriam propulsandum & vindictam inferendam, 23. q. 1. c. 1. in fi.
quod ius militare in multis consistit. j. dist. ius militare.
quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscẽdi, & cupiditas nocendi, 23. q. 1. quid culpatur in bello.
quod hac intẽtione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur, 32. q. 1. apud, & c seq.
quod plerique sancti patres sæcularem militiam laudabiliter exercuerunt, 23. q. 1. noli existimare.
quod summa laus est militiæ, communi vtilitati intendere, 23. q. 3. summa.
quod boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare, 23. q. 1. militare.
quod miles non est reus homicidij, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit, 23. q 5 miles.
quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo, quam clericus, 1. q. 1. Saluator circa med.
quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione Papæ ad sacros ordines non debet promoueri, 50. dist. si quis post.
quod si in militia sæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali, 50. dist. si officia, & c. seq.
quod non dẽt esse ligatus alijs qui spirituali militiæ est aggregandus, 54. dist. nullus.
quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult, 15. q. 1 non est.
quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit, militetur. 40. dist. ante omnia.
quod militum Christi arma, sunt lachrymæ, & oratione, 23. q. 8 reprehensibile, & c. conuenior. circa med.

MINISTER. Quod minister dicitur qui quod superior mandat, exercet, 23. q. 2. dominus noster. 23. q. 5. nõ solum, & q. vltim. quicumque percutit.
quod minister iudicis et damnatum, si ex libidine occidit, homicida est, 23. q 4 cum minister.
quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 1. q. 1. si iustus fuerit.
quod Christus ministros suos docuit alijs ministrare, non temporalibus incris intendere, 16. q. 1. nulli.
quod in ministris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio. 93. dist. diaconi.
quod vbi paterfamilias largus est, minister non debet esse tenax. 26. q. 7. allegant, in fi.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculum est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis, sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuisio, & alia plura quæ ponuntur, de consec. dist. 2. reuera circa med.
quod miracula facere est speciale donũ spiritussancti, de pœn. dist. 2. si quis semel, §. quorundam.
quod quantumcumque sunt aliqui sancti, miracula facere non possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritussancti perfunduntur, de pœn. dist. 2. si quis semel, §. quæ tendum.
quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda, 2. q. 7. nos si. post medium.
quod quidam habent prophetæ spiritum, qui non habent vitæ meritum, 1. q. 1 prophetauit, exemplum ibi de Saul.
quod multi faciunt miracula extra charitatem cõstituti, qui in charitate positi facere non possunt, 2. q. 1. teneamus.
quod magi & dæmones non faciunt miracula, & mira, quia non sunt supra naturam, sed sunt hominibus insolita, 26. q. 4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

MISSA.

MISSA. Quod missa proprie dicitur Eucharistiæ consecratio, confectio: reliqua omnia quæ sacerdos, vel chorus canit, gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes, de conse. dist. 2. vtrum.
Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cęsariensis tradiderunt modum Missam celebrandi, de conse. dist. 1. Iacobus.
qui tamen modus, nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamen ego plura quæ in Missæ officio exercētur, proprijs capitulis assignaui, vt infra patebit.
quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari, de consec. dist. 1. vestimenta.
quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare, 23. dist. ecclesiastice.
quod in solenni Missa ministri, & præcipue diaconus & subdiaconus debent haberi, de cons. dist. 1. episcopus Deo, & duobus c. seq.
quod in primitiua ecclesia in principio Missæ psalmi legebantur, sed post psalmi cantum sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria, & communio quæ cantantur, pene omnia de psalmis sunt sumpta 9: di. cantantes, & ab officio, & c. in sancta. in fi.
quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum, ponitus de conse. dist. 1. de hymnis.
quod Kyrie eleison, & Pater noster, ponitur, 11. q. 3. cum aliquis.
Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab Angelis sunt cantati, & à nobis in solemnitatibus sunt decantandi, ponuntur de consecrat. dist. 1. de hymnus, & c. hi duo.
quod hi duo hymni a septuagesima, quando lapsus primi hominis recitatur intermittuntur vsque ad Pascha, quando Christus resurgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertēs, Alleluia nobis reddit. de conse. dist. 1. hi duo.
Quod episcopus in Missa ante collectā, ut ostendat se uicarium Christi, sicut Christus apostolus, sic salutat populum dicens, Pax vobis, 2. q. 7. non omnes.
Item vt ostēdat se de numero aliorum sacerdotum, dicit, Dominus vobiscum, quod poni, de conse. dist. 1. hoc quoque.
De orationibus siue collectis dicendis habes, de consec. dist. 1. de hymnis. in fin.
Quod post orationes respondēdum est Amen, habes, 38. dist. sedulo.
Quod epistola & Euangelia legēda sunt in Missa, habes de conse. dist. 1. omnes fideles.
De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de conse. dist. 1. omnis Christianus.
Quod post offertur in calice vinum, & aqua à sacerdote, de cons. dist. 2. in sacramento.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationem Sursum corda, dicere monemur, & tunc præcipue mentem ad dominum dirigere debemus, de consec. dist. 1. quando autem.
De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes, de consec. dist. 1. inuenimus.
Quod pax debet dari ante cōionem, habes, de consec. dist. 2. pacem.
Quod post missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit, debet dare benedictionem, de consec. dist. 1. Missas.
Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali commendatione orare debemus, de conse. dist. 1. visum, & c. de nominibus.
Quod non nisi in sacris locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari, de consec. distinct. 1. Missarum.
Quod subdio super tabula consecrata lapidea potest Missa cantari, de cons. dist. 1. concedimus.
Qoud episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solemnites celebrare, 19 q. 2. luminoso.
Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis, & solemnibus ab ecclesia sua, non debet se subtrahere, de consec. dist. 3. episcopus, & c. seq.
Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare, de consecra. distinct. 1. cap. vlt.
Quod in natiuitate Domini quādo tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda, de consec. dist. 1. nocte.
Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs, de consec. dist. 1. solent.
Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari, de conse. dist. 1 solent plures §. 1.
Quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipue in sabbato sancto, quia tunc versus noctem debet cantari, de consec. dist. 1. solent, §. in ieiunijs.
Quod nemo pransus Missam cantare debet, 7 q. 1. nihil.
Quod qui pro pecunijs vel hominum complacentijs vnam, vel plures Missas celebrat, æternam sibi damnationem comparat, de conse. dist. 1. sufficit.
Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.
Quod valde fęlix est qui vnam Missam digne potest celebrare.
Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsq; ad finem debent audire, de conse. dist. 1. Missas, & c. seq. & c. & hoc.
Quod episcopus solenniter celebrando semper debet habere testes, de conse. dist. 1. episcopus Deo, & cap. iubemus.
Quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, vt competat sibi dicere, Dominus vobiscum, & orate pro me. de conse. dist. 1. quoque.
Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, non possit Missam cantare, 7. q. 1. illud.
Quod presbyter qui Missam incœpit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire, de consec. dist. 1. nullus episcopus.
Quod presbyter propter casualem infirmitatem Missam incœptam finire nō poterit, alter vbi dimisit perficiat, 7. q. 1. nihil.
Quod laborans morbo caduco, vel consimili Missam non debet cantare, 7. q. 2. in litteris.
Quod presbyter numquam Missam cantet nisi communicet, de conse. dist. 2. relatum, & c. seq.
Quod presbyter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare, de consec. dist. 2. quotidie.
Quod Missa mali sacerdotis, vel infamati non est respuenda, nisi sit per sententiam cōdemnatus, & 15. q. 8. c. vlt. dist. 32. c. nullus, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione, & de Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutum. 86. distinct. in singulis.
Quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.
Quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit, de pœn. dist. 1. serpens.
Quod misericordiæ Dei, nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quem nullas patitur moras venia conuersi, de pę. dist. 1. serpens, ante fin.
quod Deus ex misericordia expectat peccatores, vt conuertantur, 93. dist. diaconi sunt, ante fi.
Quod assidue peccare volentium, non miseretur Deus 93 dist. diaconi sunt, in fi. de pœn. dist. 1 Deus, §. potest et, & dist. 7. circa fi.
Quod misericordia ad proximum est duplex,

duplex, videlicet corporalis, & spiritualia, 45. dist. tria.
Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas, vel iniurias dimittere, 48. dist. tria, & 50 dist. considerandum.
Item delinquentes cor rigere, 45 dist. tria.
Item bona docere, & iusta cōsulere, 45. dist. disciplina.
Quod corporalis misericordia consistit in septem operib. misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur, 86. dist. non satis.

De modo habendi, vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum austeritatis, nec oleum pietatis, 45. dist. disciplina.
Item discreta in docendo, vel consulendo, ne erudiendi in errorem deducantur, 53. dist. sit rector.
Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes, 23. quæst. 4. non potest. §. prox.
Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo: quia debet esse de proprio, non de alieno. 1. q. 1. non est, 14. q. 5. per totum.
Quod debet esse discreta in subueniendo: quia vni omnia non sunt danda, 86. dist. non satis, & c. dominus.
Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post alijs, 86 dist. est. probanda, & c. in singulis, in fi. excepta necessitate, tunc potius dandum est iustis quàm peccatoribus, 86. dist. fratrem nostrum §. in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnib. sunt præcepta, 86. dist. in singulis.
Quod qui negant misericordiam faciendam; ipsum Christum qui est misericordia negant, 7. q. 1. omnis.
Quod misericordia maior est omnibus holocaustomatibus, dis. 50. ponderet. in fi.
Quod melius est in causis prætendere misericordiam quàm in clementiam, 86. dist. non satis, 26. q. vlt. alligant.
Quod sententia quæ misericordiam vetat, est effugienda 50. dist. ponderet, in 1. 2. q. 7 exigunt.
Quod capto hosti debetur misericordia; nisi maior turbatio timeatur, 23. q. noli.
Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum, 45. dist. sed illud.
Quod non est misericors qui parcit vitijs, vt non conturbet delinquentes, 23 q. 5. qui vitiis.

MYSTERIVM. Quod mysterium ex illo dicitur q secretam & reconditam habet dispensationem. 1. q. 1. multi, circa med.
Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta proprie dicuntur mysteria. 1. q. 1. multi, ante med.
Quod indignis & non intelligentib. secreta misteria non sunt communicanda, 43. dist §. vlt & c. in mandatis.

MOYSES. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat, quod in fideli anima omnis multitudo sensuum & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire, 8. h. 1. licet.
Quod in hoc, q non fuit Moysi permissum à Deo de successore ordinare, datur intelligi, q ad Deum non ad homines spectat electio prælati, 8. q. 1. si ergo.
Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & q AEgyptium sabulo obruit, & q AEgyptum dereliquit, & q filios Israel de AEgypto eduxit, habes de pœ. dist. 1. vt cognouerunt, § opponitur.
Quod Moyses ponitur in exemplum quòd prælati non armis, sed orationibus contra aduersarios debent pugnare, quomodo ipse pugnauit contra Amalech, 36. dist. si quis vult.
Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quędam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos, 22. dist. sacrosancta, & 21. dist. §. 1.
Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, non statim veniam impetrauit, 50. distin. si quis propostera, in fin.
Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxiam populo non dimitti, quæstio. 4. quid crudele.
Quod quia Moyses AEthiopissam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percussa fuit, 2. q. 7. plerumq;, c. item obijcitur.
Quod Moyses propter reuerentiam loci calceamantum pedis soluit. de pœ. dist. 1: sunt qui arbitrantur.
Quod Moyses quandoq; Christum significat, de pœn. dist. 1. inter hæc hircum.

MONACHVS. Quod monachus dicitur à monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos quod Latine dicitur tristis: quasi solitarius & tristis, 16. quæstio. 1. placuit.
Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem, 16. quæstio. 1. si cupis.
Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret vita, 16. quæstio. 1. placuit communi.
Quod monachus ad hoc debet intendere vt status eius concordet cum noie, 16. q. 1. placuit.
Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula Sancti Benedicti, vel de regula Basilij, vel de regula Augustini, 18. q. 2. perniciosam.
Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi, 18. q. 2. pernic iosam.
Quod nullus seruus dēt esse monachus nisi à domino suo licentiatus, 16. q. 1. qui vere.
Quod monachi & monachæ semper, & vbiq; debent deferre vestes professionis suæ, 33. dist. sanctimonialis, 20. q. 1. vidua.
Item excepta infirmitatem numquam debent carnes comedere, de cons. di. 5. carnem.
Item debent abbatibus suis obedire: ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere, 18. q. 2. abbates.
Quod nullus debet monachus spe abbatiæ promissæ fieri, 1. q. 2. p laicos, 18. q. 2. peruenit.
Quod vltra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri debēt expelli. 16 q. 1. peruenit ad nos.
Quod testamentum facere non possunt, 19. q. 3. quia, & c seq.
quod sine licentia abbatis vouere non possunt, 20. q. 4 monacho.
quod ad arctiorem vitam petita licentia transire possunt. 10 q. 4. c. 1 & c. monachum.
quod compulsus siue à parentibus, siue ab alijs fieri monachus: nisi prius consentiat, non tenetur, 20. q. 3. præsens.
quod monachi de licentia abbatis ex cā legitima possunt ad solitarias cellas transire, 18 q. 2. nullus monachus, 20. q. vlt. c. vlt.
quod non debent causas, vel negotia secularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio, 16. quæstion. 1. adijcimus, in fin. & cap. de præsentium, & c. sunt nonnulli, & c. monachi.
quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus est institor quàm monachus, 16. q. 1. si cupis.
quod monachi numquam debent uacare, sed semper vel orationibus, vel lectionibus, uel exercitio operis debent intendere, de conse. dist. 5. numquam.
quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarū se alienare, 18. q. 2. peruenit ad nos, & tres c. seq.
quod nec in uno, nec in uicino monasterio cum monialibus debent habitare, 18. q. diffinimus, & duobus c. seq.
quod nec sudariolos, nec zonas, nec alia munuscula à mulieribus debent accipere, 27. quæstione 1. monacho.
quod monachi quamuis recipiendo

ordinem recipiant officij potestatem, non tamen executionem : nisi occasione populi licentia episcopi, 16.q.1.monachi,& c.seq.& c. sic viue,& c.si clericatus,& c.seq.

quod nec pœnitentiam alijs dare , nec prædicare nisi in claustro suo debet, 16.q.1.placuit omnibus,& c. monachus,& ca.iuxta,& c.adijcimus.

quod nec baptizare debent , nec fieri compatres, 18.q.1.peruenit ad nos , de conse.dis.4. non licet abbati.& c.seq.

quod præter confratrem in claustro,& præter eum qui elegerit, nullum debent sepelire 16.q.1.c.Ac.Agapitus, & c.placuit.

quod monachi debent subesse episcopis, inquantum per Papam non sunt exempti, 16.q.1.peruenit.18.q.2.Abbas,& quatuor c.seq.

quod visitandi sunt per episcopos & corrigendi, 18.q.2.visitandi.

quod iura episcopalia debent episcopis persoluere, 18.q.2.Eleutherius & c.seq.

quod non debent decimas vel ecclesias à laicis sine consensu episcopi recipere 16.q.7.decimas.

quod episcopos ex charitate possunt accusare, 2.q.7.nullus.§.proxi.

quod monachi bonorum operum in clericos,& episcopos promoueri possunt, 16.q.1.si clericatus,& 7.c. seq. & tribus c.præcedentibus.

quod non debent sine abbatum licētia episcopatus recipere, 18.q.2.quam sit.§.nullus.16.q.1.si quis monachus & c.legi.§.seq.

quod facti episcopi absoluuntur à iugo professionis, 18.q.1.c.1.

quod facti episcopi non debent mutare habitum, nec ordinis sui ritum quo ad substantialia, 16.q.1.de monachis.& 3.seq.

quod facti episcopi succedunt in bonis paternis,& ecclesiæ suæ relinquunt, 18.q.1.c.1.

MONASTERIVM.quod monasterium duplex pro monachis,& monialibus in vno loco fieri prohibentur, 18.q.2.diffinimus.

quod monasteria construenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur, 18.q.2.luminoso.

quod monachorũ monasteria subsunt episcopo,in cuius territorio sunt,18.q.2.monasteria.

quod monasterium exemptum est à lege diœcesana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præsentationem vel præstationem, 10.q.3. inter cætera,

Item quantum ad quartæ partis dimissionem, 16.q.1.cum pro vtilitate.

Item quantum ad grauem exactionem 17.q.2.quam sit.

Item quantum ad publicæ missæ celebrationem:quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere, 18.q.2.abbas.& c.luminoso.

quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18.q.2.quod(?)

& quatuor c.seq.

quod mulieres monasteria religiosorũ intrare non debent, 18.q.2.peruenit ad nos.

quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula sæcularium clericorum : nec debent regi per sæcularem, 18.q.2.peruenit ad nos,ad nos,& c.dudum, 19.q.3.quæ semel,& c.seq.

quod in parochialibus ecclesiæ monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri institui vel remoueri, 16.q.1.visis,& c.seq.

quod abbas sine episcopo,& episcopus per se res monasterij alienare non possunt, 17.q.4.in venditionibus,18.q.2.quam sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis,& vbi agitur de religione.

MONIALIS . quod monialis est quæ professa est se velle viuere secũdum regulam Benedicti,vel secundũ regulam Basilij, vel secundum regulam Sancti Augustini,18.q.2.perniciosam.

quod moniales non debent habere singularia domicilia, 18.q.2.perniciosam .

quod puella duodecim annos habens si voluntarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit, 20.q.1 puellæ.

quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi, 18.q.2.cognouimus.

quod præponendus monialibus primũ est per episcopum examinandus, 18.q.2.qui religiosis.

quod conuenientius reguntur per viros spirituales quam sæculares, 18.q.2. in decima.

quod monasteria monialium non debent esse vicina monasterijs monachorum, 18.q.2.diffinimus,& 4.cap.seq.

quod monialis nunquam debet loqui cum monacho, vel alio viro sine bono testimonio, 18.q.2. diffinimus. & c.in decima.

quod moniales in vno choro cum monachis vel alijs clericis cantare non debent, 18.q.2.perniciosam.

quod non debent vasa sacra,& pallas,& corporalia contingere,23.dist. sanctimoniales,§. vasa,c.sacratas.

quod non possunt matrimonia contrahere:& contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votum redire, 27.q.1.de viduis,& puellis,vsque ad fin.

quod moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur, 27.q.1.impudicas.& fere per totum.

quod peccantes cum ipsis ipso facto vi dentur excommunicati, 17.q.1.si quis virgo & c.con.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

MORS.quod mors est triplex, videlicet corporalis,spiritualis,& gehennalis,de pœn.dist.vlt.

quod mors corporalis omnibus est cõmunis,13.q.2.in ecclesiastico

quod in memoria ab omnibus est semper habenda,ibid.

quod non videntur esse perfecti qui cũ à Domino vocantur, non moriuntur voluntarie,sed inuiti,13.q.vlt.quam præposterum.

quod sacramenta morientibũ concedi debent, 26.q.1.Aurelius,& c.seq.

quod si volentem confiteri mors antequam ad sacerdotem perueniat præoccupauerit,non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26. q.6. si aliquis.

quod qui fame morientem non pascit, occidit,86.dist.pasce.

quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit 53.dist.§.1

quod qui mortui sunt in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi,24 dist.quorundam.

quod post hominum mortem animæ locantur secundum quod meruerunt, 13.q.2.tempus.

quod mortui iuuandi sunt oblationibus,eleemosynis,& orationibus; etiam si dubitatur de eorum salute, 13.q.2.non æstimemus,& pluribus c.seq.

Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet, ac si pro vno solo fieret,de conse.dis.5 non mediocriter.

quod indignus est in morte recipere solatium , qui se non cogitauit moriturum,de pœnit.distinctio 7.§.victim.

quod in morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes , nec orationes uiuorum , nec mortuorum, nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt,13.q.2.quibus,& septem cap.seq.

quod nemo debet contristari de morte suorum charorum , cum ipsos non amittamus,sed præmittamus, 13. q.vlt.quam præposterum,& tribus ca.seq.

quod illi qui nimis tristantur de morte suorum uidentur desperare de fœlicitate futurorum bonorum , 13. q.ult habent.

quod in hoc quod dominus fleuit Lazarum non fleuit mortuum, sed ad huius uitæ miserias resuscitandum, innuitur,quod pro mortuis plus est gaudendum quam tristandum, 13. q.ult qui diuina

quod mortui huius mundi facta possunt scire uel per decedentium relationem , uel per angelorum reuelationem , uel per specialem con-

conce:sionem, quia ipsis quandoque conceditur vt post mortem viuis appareant 13 q 2. fatendum.

quod quandoque mortui ex diabolica illusione phantastice creduntur apparere. 26. q. 5. nec mirum, ante med.

quod ecclesia nec ligate nec soluere potest mortuos de peccatis, quia non sunt de foro eius, 24. q. 2. ligatur.

Quod iniuste excommunicatus etiam post mortem potest absolui, 24. q. sane, quod.

Quod hæretici post mortem possunt excommunicari propter facti detestationem, 24. q. 2. sane profertur.

Quod fideles non debent excommunicare mortuis, quibus non communicauerunt viuis, 24. q. 2. de communione.

Quod mors spiritualis est duplex, bona & mala, bona est quando quis siue per baptismum, siue per pœnitentiā moritur peccato, vt viuat Christo, de conse. dil. 4. vt ostenderet, & c. seq.

Quod species diuersæ huius mortis designatur per tres mortuos, quos Christus suscitauit de pœn dist. 1. quem pœnitet.

Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatum mortale, sicut per peccatum infidelitatis, 36. q. 1. qui sine 11. q. 3. non solum, §. idē timendo.

Item per hypocrisim, quia hypocrita viuens mortuus est, 12. q. 1. nolo, ante fin.

Item per auaritiam, 1 q. 4. si quis vsuram.

Itē per quodlibet aliud mortale peccatum, de pœn. dis. 4 § dicens, c. intermittentes sermonem.

quod mors gehennalis mors dicitur æternalis: quia ibi numquam mors moritur, 26. q. 2. qui sine, de pœn. vl. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

MORES. Quod mos longa consuetudo est de moribus tracta. 1. dis. mos.

quod legem mores faciunt, & commune ius legibus & moribus constat, 1. dis omnes.

Quod plus facit famosorum morum nobilitas, quam generis dignitas, 40. di. nos, & c. se.

Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum est, 12. dis. illa.

Quod multum distant damna morum à damnis rerum temporalium, 6. q. 1. sunt plurimi, §. verum, & ca. deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

MVLIER. De muliere habes supra vbi agitur de femina.

MVLTITVDO. Quod multitudo inutilium personarum maxime clericorum est vitanda, 23. dis. talis.

Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur, maxime in prælatis & clericis, 59. dist. si officia.

Quod non potest esse salubris à multis correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudine, 23. q. 4. non potest

quod in correctione multitudinis caute est succurrendum, 44. dis. comessationes.

quod cum contagium peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est. 23. q. 4. non potest.

quod paucitas est aspere corrigenda, sed multitudo leuissimis admonitionibus est frangenda. 44. dis. comessationes.

Quod propter pecantium multitudinem detrahendum est seueritati. 44 dis. comessationes, 40. dis. vt constitueretur, 9 q. 1. ordinationes.

Quod non debet deserti multitudini in mali prælati electione vel approbatione, 1 q. 2. si quis.

Quod multas medicinas inuenire cogit multa experientia morborum. 50. dis vt constitueretur.

Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet, 2 q. 1. multi, in fi.

Quod tempore apostolorum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo, 12. q. 1. dilectissimis, 8. dis. §. 1.

Quod aliquando multitudo propter vnius delictum punitur 45. dis. sed illud 24 q. 1. non turbatur.

MVNDITIA. Quod munditia est duplex, scilicet corporalis & spiritualis, 31 dis. lex.

Quod munditia carnalis est quæ inficitur per luxuriam: & ideo clericis in sacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequijs & orationibus, 31 dis. c. 1 §. causa.

Quod spiritualiter mundatur qui à sorde peccatorum per pœnitentiam purgatur, 50. dis. & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, vbi agitur de Luxuria, & vbi agitur de Macula.

MVNVS. Quod munus est triplex, videlicet ab obsequijs, quod est seruitus indebite impensa.

Item munus à manu, quod est pecunia.

Item munus à lingua, quod est fauor, 1. q. 1. sunt nonnulli.

Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iustitia, 11. q. 3. pauper, & c. qui recte.

Quod ille manus as omni munere excutit, qui non solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorem inquirit, 1. q. 1. sunt nonnulli, 11. q. 3. qui recte.

Quod non timetur culpa, vbi redemptio speratur per munera, 11. q. 3. pauper.

Quod meritorie trahitur quis ad fidem vel ad meliorem statum per munera, 23. q. 4 c. vlt.

Quod clericus ecclesiam suscipiens vel spiritualia dans per munera destruitur. 7. q. 1. sancitum, 1 q 1. obseruandum, 12. q. 2. questa

MVRMVRATIO. Quod murmuratio dissuadetur, quia murmurās opus quod facit perdit, 90. dist alienus.

Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniuntur, 90 di. si quis monachus.

Quod filij Israel murmurantes à serpētibus perierunt, 90. dist. alienus.

Quod Maria propter murmur contra Moysen lepram incurrit 2. q. 7. pleraque, §. item obijcitur.

MVTATIO. Quod mutatio non debet in his fieri quæ rationabiliter & vtiliter sunt à patribus diffinita, 25. q. secunda, cum pie, & ca. ecclesiasticæ.

Quod Deus mutabilitatem nescit, omnis autem creatura vitiosa est, quia mutabilis est, de pœn. dis. secunda, circa fin.

Quod licet Deus sit incommutabilis, tamen sæpe mutat promissa, cum misericordia temperat sententiam, 22. q. 4. incommutabilis, & capit. non semper.

quod Deus vouit mutare sententiam, quando de malo in melius homines mutantur, de pœnit. dis. 1. si agamus & §. seq. Exemplum de Niniue, & de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.

quod Romana ecclesia statuta sua secūdum temporis exigentiam quandoque mutat, 25. q. vlt. postea quam, §. his ita, & §. vlt. & c. i a nos.

Quod illa quæ non sunt contra Euangelica aut sanctorum decreta, pro necessitate temporum quandoque mutantur, 44. distinct. cap. vltim. 26. q. vltim. priuilegia, & cap. amputato.

quod mutantur reges propter negligentiam regiminis, 15. q. 6. alius.

Item episcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigentiam temporis mutantur, 7. quæ prima, mutationes.

Item sedes episcopales mutantur: vel duæ in vnam rediguntur, causa hostilitatis vel paupertatis, 15. q. 2. §. hostilitatis, & c. ita nos.

Item priuilegia: quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, & quæ quæ penitus immutantur, 25. q. 2. §. his c. postea quam.

Item mutatur incaute promissa, 22. q. 4. in malis, & c. seq.

Item mutantur in melius consilia & proposita, 22. q 1. certe, vbi Augustinus mutauit consilium, 22. q. 2. beatus, vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniam mutauit.

Item

Item mutatur pœna in pænam vel pę nitentiam, 22.q.4 innocens, credit ex his.vbi de Iosue, & Gabaonitis. 23.q.c.s.c.1.circa medium.

quod non sufficit peccatori mores in melius commutare, sed etiam debet de præteritis satisfacere.de pęn. dist inct.1.§.Christus.

quod Nabuchodonosor rex non corporaliter, sed mentaliter in bestiam mutatus est: quia credens se bestiam, ab hominibus secedens cum bestijs morabatur. 23. quæstione, 5.remittuntur.

MVTILATIO. quod mutilatio membrorum latronum proficit eis. quia debilitata membra nequeũt exercere consueta.23.q.5.si quis fortitudinem.

quod mutilatus vel abscissus per se, vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri.33. distinctio ne maritum, & 36.distinctione c.illiterato.

quod qui sibi ipsi virilia mutilauerit, non solum non promouetur, sed etiam sui ipsius homicida reputatur 50.distinctione si quis absciderit & c.seq.

quod qui volens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinib. abstinebit. 45. distin.qui partem.

quod mutilator alterius non debet promoueri.55.distin c.vlt.

quod si quis per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent. si alias inueniuntur digni, possunt promoueri 55. distin. si quis à medicis.

MVTVS. quod mutus per signa baptismum, & pœnitentiam, & alia sacramenta petere potest.26.q.6.qui recedunt, & c.seq.

quod prælatus qui non redarguit vitia subditorum, canis mutus dicitur.43. dist. sit rector.

NABATH. quod Nabath fuit pater Hieroboam: qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit. 7. q.1.denique.

quod Nabath vineam suam in hortum olerum commutare noluit 23. q. 8. conuenior.

NABVCHODONOSOR. quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum, & persecutionibus liberauit, 23. quæstione, 5 si propterea.

quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: qui post propter superbiam mutatus mente in bestiam cum bestijs vixit.23.quæst.5.§ 1.circa med & q.5.remittuntur,§.& hinc circa medium.

quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus. 17.q.4.miror.

quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur. & Pharao per flagella induratur: innuitur, ꝙ medicinæ salutis non operamur in singulis 23.q.4 Nabuchodonosor.

NATIVITAS. quod natiuitas triplex est videlicet naturæ, gratiæ & gloriæ.

quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud. quod enim in ea natum est, de qua natiuitate de conse. dist.4.firmissime.

Item alia est naturæ ex eo vterosscilicet quando puer innotescit iuxta illud, Natus est homo in mundum. de qua cons.dist.4. quisquis cap. qui in maternis.

quod natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnæ nascitur homo ad gloriam.de consecra.distin.4. post baptismum. Sic mors sanctorum natalis dicitur.24.quæstione, 2. sane quòp.

quod natiuitas gratiæ est quando nascitur per baptismum, iuxta illud: Oportet nasci denuo.de cons. dist. 4. qui in maternis.

NATVRA. quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris, & fœminæ cõiunctio puerorum successio, & educatio.1.di. ius naturale.

quod contra naturam coitus, semper fuit illicitus, & damnabilis. 32. q. 7. vsus.31.q 3 nec eam s naturæ, & ca. seq.

quod violatur diuina societas cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur.32.quæst.7.flagitia.

quod naturali iure omnia sunt communia, & quod consuetudo induxit meum, & tuum. 8. dist. differt.

quod præscia vel prædestinatio diuina nullam naturæ infert necessitatẽ 23. q.4.Nabuchodonosor.

quod in culpam cadere naturale est dolu esse virtutis, de pæn distin. 3. illetes.

quod natura dęmonum in pluribus subtilior, & nobilior est quam natura hominum 26.q.4.sciendum.

quod sancti cum ex naturæ fragilitate corruerint, acriores ad currẽdum cursum salutis resurgunt.de pęn.distin. 3.ille rex.

NAVIS quod nauis quæ propter Ionæ fugam immergebatur, significat ꝙ propter excessus maiorum contingit afflictio minorum.1.q.4.ecclesia §.his ita post medium.

Item in hoc quod multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris per se dia nauis procellis agitabatur, innuitur, ꝙ propter vnius malitiam multi boni puniuntur.24.quæst. 3. non turbatur.

quod Paulo causa prædicationis in Italiam veniente nauis concutitur. innuitur, ꝙ aduersitas bonis votis obijcitur, 7.q.1.aduersitas.

quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit.constãtiam prædicatoris in aduersitate innuit. 7. q. 1.aduersitas.

quod periculum est prælato qui nauem ecclesiæ regit. & remum t tenere non nouit 40. dist. ante omnia, in fi.

quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorem ducit. 17. q.2.nos.

quod sicut nil interest vtrum nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paulatim aqua intrante submergatur, sic parua peccata multiplicata tantum opprimunt, vt vnum grande, de pęn. distin.1.medicina.circa med.

NECESSITAS. quod necessitas est duplex. videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori. 23. q. 4.Nabuchodonosor

Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare, necesse est ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eum incedere: sic quæ ex nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet, & necesse est ea esse.:23.quæstio.5. Nabuchodonosor.

quod necesse est prædestinata adimpleri. ibi.

quod non est culpabile, quod necessitas infert 30.q.1 ad limina.

quod necessitas non habet legem. 1.q. 1.remissionem.

quod necessitas facit licitũ quod alias non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporum. 7. quæstio. 1. mutationes.

quod trãslationes episcoporum vel cõmunis vtilitas vel necessitas debet persuadere. 7.quæst 1. scias, & 4.cap. seq.

quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia.57.di l si quis.

quod adultus necessitate cogente baptizatus non est ordinandus. ibi.

quod id quod ex necessitate cõceditur, cessante necessitate debet solui. de cõsecra dist. 5.quidquid.

quod illud quod ex necessitate fit non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante cessitate debet cessare & id, quod pro necessitate statutum est. 1.quæst.7.quod pro remedio. 9. q.1.ordinationes, in fi.

quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt neganda. 26.q.7.tpa pęnitudinis:

quod in necessitate patri siue matri siue omnibus alijs baptizare permittitur 30.quæst.1.ad limina.

quod necessitas facit aliena propria quia tempore necessitatis omnia sũt communia 47.dist. sicut in fi.

quod clericus raptor est, qui vitæ necessaria pauperibus non erogat. 16. q.1 ca.quoniam.

quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quam alieno. 86.distinct. non satis.

Item alieno prius iusto quam peccatori 86 dist. fratrem,§.in ipsa, & c. non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

NEGATIO. quod negatio Christi non

OBEDIENTIA. quod obedientia est quiquid à superiore vtiliter imperatum fuerit obtemperare, 23 q. 1. firmma.
quod obedientia sola fide meritum posſidet: ſine qua quiſquis fidelis conuincitur, & infidelis eſſe iudicatur, 8. quæſtione prima, ſciendum. in fine.
quod obedientia in ſcriptis debet permitti, 23. diſt. quamquam.
quod obediendo in deſideratis, & obediendo in contrarijs præter voluntatem, nulla eſt obedientia, 8. q. j. ſciẽdum.
quod obedientia propria voluntate mactatur, 8. q. 1. ſciendum.
quod obedientia quia cogit eſſe ſub aliena poteſtate, nihil debet habere proprium, 8 q. prima, non dicatis.
quod obedientia eſt fructuoſa, quia per ipſam in præſenti meremur gratiam Dei 93 diſtinct. nulla, & cap. ſeq.
Item futuram per ipſam meremus ſalutem. 93. diſt. ſi inimicus, 11. q. 3. qui ergo.
quod ſine ipſa incurrimus æternam reprobationem, 93. diſt. nulla, & cap. ſeq.
quod propter obedientiam eſt bonum omittendum, ſed numquam malum mortalis culpæ committendum, 11. q. 3. quid ergo.
quod alijs præpoſitus non debet ferre moleſte aliquem ſibi prælatum eſſe, ſed obedientiam quam exigit ab alijs, ipſe impendat, 23. diſtinctione quamquam, ſecunda, quæſtio. 6 qui ſicit.
quod vbi duo ſuperiores mandant, vel præcipiunt oppoſita, non eſt obediendum, 11. q. 3. ſi is. 8. diſt. quæ contra.
quod in dubijs ſemper eſt obediendũ, 23. q. 1. qui culpatur, ante fi.
quod non eſt ſemper malum non obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum, prælato non eſt obediendum, 11. q. 3. non ſemper, & octo c. ſeq.
quod ſeruus obediens domino ſuo in malo, excuſatur pro tanto, quia ſeruus, ſed non pro toto, 11. q. 5. qui compulſus, 86. diſtinct. quid prodeſt.
quod ſuperioribus feſtinanter eſt obediendum, 93. diſt. ſi inimicus.
quod Deo principaliter obediendum, 8. diſt. quæ contra, 11. q. 3. Imperatores.
Item poſt Deum Romanæ eccleſiæ diligentius, 12 diſt. præcepti, 93. diſ. obedientiam.
Item epiſcopis, 7. q. 1. quia frater.
Item ſecularibus poteſtatibus, 8. diſt. quę contra.
Item abbatibus religioſis, 17. q. 2. abbates.
Item quilibet ſuo ſuperiori, 93. diſt. à ſubdiacono.
quo ideo Deo principaliter eſt obediẽdum, quia ſicut poteſtas maior minoribus præponitur ad obediendum ſic Deus omnibus hominibus, 8 diſ. quæ contra.
quod poſt Deum ideo Romanæ eccleſiæ eſt obediendum, quia ipſa eſt caput & mater omnium eccleſiarum, 12. diſt. non decet, & c. ſeq. 93. diſt. ſi inimicus.
quod epiſcopo à clericis, & ſacerdotibus ſuę diœceſis eſt obediendum, & reuerentia debet eis exhiberi. 7. q. 1. quia.
quod ſæcularibus poteſtatibus ſic eſt obediendum, vt Deus non offendatur, 8. diſt. quæ contra, 15. q 6. nos. & c. ſeq.
quod abbati monachi & alij religioſi ſpecialius ſuo prælato in his quæ ſpectant ad regulam, quàm epiſcopo tenentur obedire, ſicut clericus tenetur plus ſuo epiſcopo, obedire, quàm archiepiſcopo, 18. q. 2. quàm ſit, ſi nullus, & c abbates, 9. q. 3. conqueſtus.
quod omnibus ſuperioribus, dummodo non ſint hæretici, licet ſint aliàs mali, quamdiu tolerat eos eccleſia, eſt eis obediendum, 2. q. 7. ſacerdotes.
quod iudex obediendo poteſtati legitimæ ſi quemquam occiderit, non culpatur 23. q. 5. Miles & cap. cum homo.
OBLATIO. quod oblatio eſt duplex, videlicet ſpiritualis, quę eſt corpus & ſanguis Chriſti, & temporalis, quæ ſit ex rebus mundi. de conſe. di. 2. tribus, in fi.
quod oblatio Euchariſtiæ quæ proprie ſpiritualis eſt, omnem oblationem præceſſit, de conſecr. diſtinctione 2. nihil.
quod ab omni ſorde purgari debent hanc oblationem offerre, 50. diſt. & purgabit, 81. diſtinct. oportet, in fine.
quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 81. diſt. propoſuiſti.
quod licet hæc oblatio ſancta ſit, non tamen indigne offerens eam ſanctificatur, ſed plus polluitur, 1. q. 1. prophetauit.
quod in oblatione rerum temporalium Deus plus penſat voluntatem offerentium quam oblatũ. 24. quæſt. 1. odi. 14. quæſt. 5. ſcriptum, 45. diſt. duæ, 15 quæſt. 6. capitulo primo, ſ. ſequen.
quod quilibet Chriſtianus uidetur teneri offerre in feſtiuitatibus. de conſecra. diſtinct. prima, omnis Chriſtianus.
quod oblatio iniqui eſt maculata, & ideo infructuoſa, 14. quæſt. 5. immolans.
quod oblationes iniquorum non reſpicit Deus: ſicut ad munera Cain non reſpexit 3. q. 7 in gr. ubus.
quod quicquid in ſacrificio Dei ex ſcelere offertur non placat ipſius iracundiam, ſed irritat. 1. q. 1. non eſt putanda.
quod oblationes diſcordantium, & pauperes opprimentium, non ſunt recipiendæ, 90. diſt. oblationes, & c. ſeq. 17. q. 4. miror.
quod retinentes oblationes defunctorum, necatores ſunt pauperum, 13. q. ſecunda, qui oblationes & duobus c. ſeq.
quod laici oblationes altarium, & præcipue beati Petri & ſanctæ Mariæ rotundæ accipere ſub anathemate prohibentur, 10. quæſtione prima, quia & capitulo, ſequen. 12. quæſt. prima, nulli.
Quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes. 12. q. 2. vobis, & c. Vulteranæ, & ſeptem c ſeq.
Quod voluntarie oblata poſſunt accipi ſine peccato, 13. q. 2. queſta, & cap. poſtquam, & c. ſeq. 18. diſtin. de euLogijs.
Quod indignum eſt offerre Deo quod dedignatur homo, 49. diſt. c. vltim. in fi.
Quod illi oblationes, non debent percipere, qui vix valent pro ſe, nec pro alio orare, 10. q. 1. hanc.
OBLIGATIO. Quod obligatio fit propter futuram cautelam, 1. q. 7. quoties cordis.
Quod obligatio quandoque fit ſub pœna excommunicationis 1. q. 7. quotieſcunque, de conſe. diſt. 2. ego. Berengarius
Quod coram Deo tantum obligat ſimplex verbum quantum iuramentum 22. q. 5. iuramenti.
Quod bona eccleſiarum laicis obligari non debent, 86. diſt. peruenit.
Quod obligati ad ratiocinia non debẽt ad ordines promoueri, 55. diſtin. priſcis.
OBSTINATIO. Quod obſtinatio eſt conſilijs ſalutaribus nolle acquieſcere, 48. diſt. quod ad.
Quod obſtinatus eſt qui inſpirationem vel reuelationem ſibi factam in eo quod errauerat, perſeuerat, 8. di. conſuetudo.
quod obſtinato in malitia Deus numquam miſeratus fuit, nec miſerebitur, 44. q. 2. legatur, & ca. damnationis.
Quod ideo obſtinati indigni ſunt venia, quia peccant ex certa malitia, 8. diſtin. conſuetudo, 82. diſtin. quia. in fi.
OCCASIO. Quod occaſio non eſt danda alicui per malum exemplum, 12. q. 1. nolo.
Item nec per fauorem, nec per auxiliũ, 14. q. 6. c. 1. circa med.
Quod ſacerdos dat puero occaſionem damnationis cum propter ſui auaritiam moritur non baptizatus, 1. q. 1. placuit et vnuſquiſque.
quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occaſionem mala committendi, culpatur, 23 quæſtione 5. de occidendis, & c. non ſruſtra.
quod qui in ludo licito, vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occaſio mortis, non culpatur. 50. diſtinct. cum qui, & quatuor cap. ſeq.

OTIVM. Quod otium sine commodum proprium nemo vtilitati ecclesiæ debet præponere: sed vocatus ad regimen miti corde debet obtemperare, 16. q. 1. vos.
quod prælatus plus teneatur ouibus cōmissis quam otio contemplationis intendere, 7. q. 1. suggestum.
quod nemo debet loco orationis attendere fabulis otiosis, 25. dist. vnum, §. alias, ante fi.
quod de omni verbo otioso reddenda est ratio, 22. q. 5. quoties.
quod incongruum est otiosum esse, & de alieno labore victum quærere, 23. q. 1. ecclesias, §. proximo, in fine.
quod semper aliquid operis facito, vt te diabolus semper inueniat occupatum, de consecrat. distinct. 5. numquam.
quod prodest malefactores truncare: quia ab insana vita ad sanandum otium diriguntur, 23. q. 5. cap. 1. circa med.
quod non licet Christianis in calendis otij vacare, & superstitionibus intendere, 26. q. vlt. non licet.
OCCIDERE. quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pœn. distinctione 1. homicidium.
Item odio in corde, ibid.
Item detractione in ore, ibid.
Item panis subtractio ne. 86. dist. pasce. 14. q. 5. immolans.
Item in delinquentium non correctione: quia cum pastor delinquentes nō arguit, tacendo occidit, 43. dist. Ephesijs.
OCVLVS. quod oculus impudicus impudici cordis est nuntius, 32. q. 5. nec solo.
quod non tātum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam, 6. q. 1. ex merito, in fi.
quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis, nec lingua effreni, 23. dist. his, circa med.
quod qui iniuriose iustos tangit, 2. q. 7. accusatio quoque.
quod episcopi sunt oculi Dei, 6. q. 1. oues.
quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi: quia vice ipsius debent totam diœcesim deillustrare, 93. dist. diaconi ecclesiæ.
quod priuatus oculo qualicumque ex causa priuatur sacerdotij iure. 55. di. si Euangelica.
ODIVM. quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur, de pœnit. distinct. prima homicidium.
quod odio debent haberi peccata, non homines, 85 distinct. odio, 23. q. 4. duo.
quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere, 23. distinct. his igitur.
quod nemo potest veram pœnitentiā agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi prīmum dimittat odium in corde, de pœn. dist. 5. falsas, de conse. di. 4. quomodo, in fi.
quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros, à cœtu fidelium est expellendus, dist. 90 placuit.
quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes, 86. dist. inferiorum.
OFFICIVM. quod officium aliud est sæculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum, 59. distin. si officia.
quod officium sæculare aliud est licitum, quod sci. i. et caret peccato: aliud illicitum, quod sine peccato exerceri non potest, de pœn. dist. 5. falsas.
quod officium illicitum est deserendum: quia existendo in ipso, pœnitentia non potest agi, de pœnit. dist. 5. falsas.
quod occupantes se illicitis officijs, ab ecclesiæ officijs sunt expellendi, 81. dist. consequens est.
quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento 91. dist. clericus, & c. seq.
quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligenter exequendum, 12. dist. de ijs 91. dist. presbyter.
quod officium Metropolitanū ecclesiæ obseruandum est per prouinciam, 12. dist. de ijs, de conse. dist. 2. institutio.
quod diuinum officium, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur, 7. q. 1. aliud.
quod ordinem officij in matutinis, & in Missa, & in alijs horis conuenit omnibus clericis custodire, de conse. distin. 5. conuenit, & duobus, cap. seq.
quod post matutinas, & post vesperas semper Pater noster est dicendum de conse. dist. 5. id semper.
quod seruitus est clericorum septemhorarum officia qualibet die persoluere 91. dist. presbyter.
quod septem horæ ibidem enumerantur.
quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina 91. dist. c. vlt.
quod prælati officium diuinum aut per se, aut per clericos debent explere, 91 dist. presbyter.
quod clericus diuinum officium non explens debet deponi, 92. dist. c. vlt.
quod officium diuinum plus corde quā voce est exercendum & exequendū, 92. dist. cantantes.
quod publicus concubinarius Missam & alia diuina officia exequi non debet, 32. dist. præter hoc.
quod officium simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum, 32. dist. præter hoc verū, in fi.
Ministros officia ecclesiæ exercentes, sicut lectores, acolythos, subdiaconos sacerdotes, & archiepiscopos, & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.
Quod officia ecclesiastica singulis singulis personis sunt distribuenda, 16. di. c. 1.
Quod quantumcumque exercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt committenda, 89. dist. singula.
Quod ecclesiæ officijs vitanda est recō sanguinitatis successio: ne hæreditario iure credant se ea vendicare, 8. q. 1. Apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis, quàm propinquis malis, 8. q. 1. Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de beneficijs, & vbi agitur de Ecclesia.
De officio diuino habes vbi agitur de Cantu & celebratione, & vbi agitur de Eucharistia, & vbi de Missa, & de Ordine.

OMISSIO. Quod omissio casu vel per errorem contingens caute est supplenda, 1. q. 1. spiritus, §. prox. 7. q. 1. nihil, 51. dist. solicitudo.
Quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur, de conse. dist. 4. in synodo, 22. q. 2. animaduertēdū, de pœn. dist. 4. fratres.
Quod quando aliquid propter maius bonum omittitur: non contemptus, sed prouidentia iudicatur, 63. dist. Hadrianus.
OPERA. Quod opera bona vigilanter sunt facienda, 86. dist. fratrem.
Quod quotiescumque bonum agimus, Deum confitemur: sicut econtra malum faciendo ipsum negamus, 12. q. 3. æstimant.
Quod Deus in operibus, bonum plus respicit animum quàm actum, 15. q. 6. si quandoque à sacerdotibus, in fine
Quod vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis potest esse ædificium, 1 q. 1. c. cum Paulus.
Quod Deus de malis actibus hominū, bona operari consueuit, 23 q. 5. relegētes.
Quod opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia, 50. dist. ponderet.
Quod non solum respicienda sunt opera, sed etiam circumstantiæ operum; videlicet tempus, causa, volūtas, personarum differentia, 23 q. 8. occidit, de pœn. dist. 2. vt cognouerunt, §. opponitur.
Quantum ad tempus respicienda sunt, quia multa permittebātur olim, quæ non modo, & modo, quæ non olim, 32. q. 32. q. quis ignoret, & c. seq. 35. q. 1. c. 1. 34. dist. fraternitas
Quantum ad causam, sicut quia Phinees non occidit propter personæ odium, sed propter legis zelum. 23 q. 8. legi. & c. seq. & q. 6. cum homo

Quan-

Quantum ad vo'nntatem: quia qui præter voluntatem occidit. non sic culpatur sicut volūtatem habens 50.dist. cum qui,& 4.c.sed 15.q.1.non est,& tribus c.seq.
quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrum sit persona nobilis vel ignobilis, vtrum sit sapiens vel stultus.94.distin homo Christianus.
Quod sanctorum filij nō dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorum exercerent opera.46 distin non est.
Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimationem, 56.distinctione quia.
Item ad irregularitatis dispensationem 1.q.7.tali.
Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendum,de cons. disti. 5.non mediocriter.
Quod culpa,pia operatione solet purgari,22.q.2 si q[ui]s libet. Exemplum ibi de obstetricibus.
Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur,& illa sunt gratiosiora, 18.q.1.tam, post medium
Exemplum ibi de Christo qui tributū soluit cum non teneretur.
Quod bona opera mortificātur per peccatum mortale,de pœn.dist.4. finis, circa med.
Quod reuiuiscunt per pœnitentiam.
Quod per opera bona teguntur peccata 45 dist.sed illud.
Quod opera facta extra fidem,& charitatem non valent ad salutem,24.q.1.odi & c.seq.de consecrat.dist.5.nihil enim.
Quod licet malis bona opera non prosint ad salutem.nō tamen sunt omittenda.quia prosunt ad alia.14 q 5.§ habetis,& § seq.
Quod licet quædam opera sint indifferentia,tamen in ipsis quis demereri potest & mereri.22.q.5. lex. & quatuor c.seq.
Quod opus male inchoatum bonum finem habere non potest.1.q.1. principatus.
Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit,ita & iustitia ex opere non cōsummatur nisi voluntas affuerit,32.quæst.5.sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

OPPRESSIO. Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem, 11. quæst.3. pauper.
Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est.de pœnit. dist. 1.omnis.
Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipienda. 90. dist. oblationes,& c.eorum.
ORATIO. Quod oratio est pij animi affectus omnis in Deum prætendens,de consecra.dist. 1.quando autē stamus.
Quod non verbis tantum,sed corde orā dum est domino.de consec.dist.5.nō mediocriter.
Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quàm id de quo deprecatur.de consecr.distinctione,1. quā do.
Quod cum quolibet verbo orationis debet cōcors esse sensus cogitationis,de conse.dist.4.nunquam.
Quod orationis voces ad aures Dei nō diriguntur, nisi cum animi affectu. 38.dist.sedulo.
Quod melius est quinque psalmorum cantio cum deuotione,quàm totius psalterij modulatio cum anxietate. de consecr.distinctio.5.non mediocriter.
Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. distinctione ecclesiasticarum.
Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore pascha li non est orandum cum prostratione 30. dist.si quis presbyter.
Quod oratio dominica scilicet Pater noster,post alias horas semper est dicenda.de consecratio distin.5.id semper.
Quod orandum est sine intermissione. de conse.dist.5 numquam.
Quod prælati præcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare. 36. distinctio. si quis vult.
Item clerici & religiosi.11.q.1.duo.
Quod prælatis non sufficit oratio nisi & ad sit eleemosynæ largitio.86.di. fratrem.
Quod oratio est peccatorum purgamē tum,1.q 1.ipsi sacerdotes.
Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominum comedere:quia ea suis orationibus delent atque consumūt, 1.q.1.ipsi.
Quod oratio est contra visibiles, & inuisibiles hostes efficax iuuamentum, 36.dist.si quis vult.
Quod per orationem diuina secreta reuelantur,8.q.1.si ergo.
Quod homines,siue mortui, siue viui orationibus adiuuantur.13. quæstione,2.non æstimemus,& quattuor ca. seq.
Quod quia à Papa salus dependet omnium,ab omnibus,pro ipso est orandum.40.dist.si papa.
Quod pro illis qui seipsos interficiunt, vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine cōtritione decedunt non est orandum. 23. quæstione, 5. placuit.
Quod quando oratio à meliori porrigitur tanto citius exauditur.1 q.1.ipsi 14.q.5.scriptum.
Quod Deum prouocās proprijs peccatis non bene potest intercedere pro alienis 1.quæstione 1 fertur.§. vulnerato & quæstione,6.ego in fi.3 quæst.7. in grauibus.
Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur,irati animus ad deteriora prouocat.3.q.7.in grauibus.
Quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinendum,33. q. 4. per totum.
Quod quia sacerdotibus semper est orandum,ideo ipsis à mulieribus semper est cauendum. 31. dist. si laicus.
Quod plus alijs ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur.10.q.1.quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio,& vbi agitur de Missa.

ORDO. Quod ordo est duplex videlicet triumphantis ecclesiæ,& militantis.89.dis.c.ad hoc.
Quod nullius vniuersitatis gereretur administratio,quæ subsistere posset nisi eam magnus differētiæ ordo seruaret.89 dis.ad hoc.
Quod triumphantis ecclesiæ nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati de pœn. distinctione 2. principium, §. omnis lapis.
Quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatū.81.dis.miramur.
Quod ordo familiæ Dei nutabit, si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite,61.distinctione,miramur.
Quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti,videlicet psalmista ostiarius,lector,exorcista,acolythus, subdiaconus , diaconus presbyter, episcopus,quorum nominum deriuationes,& officia ipsis significantia habes 21.dis cleros.Et in hoc opere habes vnumquodque positum loco suo. secundum ordinem alphabeti.
Quod ordo episcoporum quadripartitus est, vt habes supra vbi agitur de episcopis.
Quod omnes prædicti ordines dicuntur sacri,præcipue tres, videlicet, subdiaconatus,diaconatus,& presbyteratu s.32.dist.erubescant.
Quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo.vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione.40.distinctione, nullus in episcopatum.21.dis.§.1.in fi. Vide quod ibi notatur.
Quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem.27 dis. diaconus,& 28.nullum,& ca. decernimus,& c.de his.
Quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouendi.1. quæst. 1. pueri.
quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos, & beneficia ecclesiastica per consequens habere. 28. disti. de his.
quod ordinandus in lectorem vel exorcistam,xij annorum debet esse 20 di stin.de his.
Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duodecim ann. dist. in singulis.
quod nemo nisi xviij. anno comple-

 to,&

to & castitate promissa debet in sub diaconum ordinari. 28. distinctione, de his.

Quod in diaconum ordinandus. xxv. annos debet habere, 28 di. de his.

Quod excepta necessitate nec in presbyterum nec in episcopum quis debet ordinari nisi tricesimo anno complete, 77. dist ca episcopus, & c. seq. 78. dist. per totum.

Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim ascendere in presbyterum vel episcopum ordinadus, 77. dis. c. 1. & c seq.

Quod qui prætermissis aliquibus ordinibus episcopus efficitur, illos ordines quos non habet, alijs dare non potest, 1. q. 1 gratia de conse. dist. 3. quando ab Hierosolymis.

De modo ordinandi episcopum habes 23. dis. episcopus.

De modo ordinandi presbyterum habes. 2. distin. presbyter, & c ecclesiastica.

Quod episcopus ordinando presbyterum dicit hæc verba. Consecrentur & sanctificentur domine manus istæ vt quidquid cõsecrauerint, consecratum sit, & quæcumque benedixerint benedicta sint, 16. quæstione, 1. generaliter in fi.

De modo ordinandi diaconum habes, 23. dis. diaconus, & c. seq.

De modo ordinandi subdiaconum habes. 23. dis. subdiaconus.

De modo ordinandi acolythum habes 23. dis acolythus.

De modo ordinandi exorcistam habes, 23 dis. exorcista.

De modo ordinandi ostiarium habes, 23. dis ostiarius.

De modo ordinãdi lectorem habes 23. dis. lector.

De modo ordinand psalmistam habes 23. dis. psalmista.

Quod in ordinando solum diacono & presbytero ab episcopo manus imponuntur, 23. distinctione, quorundam.

Quod si episcopus manum tantum super ordinandos ponat, & alter verba consecrationis proferat, nihil fit, 23. dist. quorundam.

Quod duos primos ordines minores in suo monasterio possunt conferre abbates, 69. dis. quoniam.

Quod ordinandi siue sint episcopi siue alij clerici, sunt prius diligenter examinandi, 24. dis. per totum, 76. dis. si quis, & c. seq.

Quod ordinatius vel per se vel coram se per fide dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in in fide, moribus, & fama examinare 24. dis. quando episcopus & c. seq. 77. dis. monachus.

Quod ad ordinationem clerici sufficit testimonium episcopi proprij sine examinatione, 16. quæstione, 1. si quis.

Quod in examinatione monachi, testimonium sufficit proprij abbatis, sine examinatione ordinantis, 16. q. 1. monachi.

Quod sine examinatione ordinatus debet deponi, 24 distinctione, si quis presbyter, 50. distinctione, ex pœnitentibus.

Quod tempus ordinationis sacerdotum & aliorum clericorum est sabbatum quattuor temporum, & sabbatum præcedens dominicam passionis, & sabbatum sanctum 63. distinctione, litteras, 75. dis. quoniam, §. cæterum. vsque ad finem 76. dis. per totum

Quod mane dominici diei sequentis continuato ieiunio possunt fieri ordinationes, 75. dis. quod à partib. & c seq.

Quod episcopi die dominico, & alij clerici die sabbati, propter dominicam debent ordinari, sicut ab apostolis traditum inuenitur, 75. dist. quod die.

Quod episcopus faciens ordines sabbato, post nonam missam decantare debet, quia officium ad dominicam spectat. 75. dist. c. vlt.

Quod propter dignitatem diei domini est statutum est ordines fieri illo die, quia Deus illam diem maximis operibus quæ fecit, consecrauit. 75. dist. quod die.

Quod ordinantes & ordinandi debent esse ieiuni. 75. dist. quod à partibus & c. seq.

Quod ordinandi promissionem debet episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & alijs honestis, 23. dist. quamquam.

Quod nullus sine certo titulo est ordinandus. & si ordinatur, vacua & irrita est quantum ad executionem eius ordinatio, 70. dist. neminem & c. seq.

Quod monachus etiam si non professus fuit, vel quilibet alter religiosus sub titulo monasterij ordinatus, ad seruiendum ibi perpetuo obligatur.

Quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis non recipit characterem, 74. distinctione per totum.

Quod nullus debet pretio vel fauore, sed ex vitæ merito ordinari, 1. qu. 1. pueri.

Quod ordinandus debet esse sobrius, non uinolentus, 35. distinctione per totum.

Item debet esse hospitalis. 42. distinct. §. primo.

Item debet esse prudens in sacra scientia, 36. distinct. vsque ad 38. dist. per totum.

Item debet esse domui bene præpositus, vtpote qui familiam suam bene educauerit, 47. distinct. sicut hi. §. necesse, & c. seq.

Quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionem, sed propter supplendam penuriam, 77. distin. monachus.

Quod beneficiati vt ordinentur per episcopum sunt compellendi 60. dist. innouamus.

Quod sicut inuitus qui ordinari renuit sacris altaribus est amouendus, sic ambiens vltro se offerens est repellendus. 1. q 6. sicut.

Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos status requirit per episcopum honore sunt priuandi. 60. dist. innouamus.

Quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archipresbyterum, & in decanum, non nisi presbyter. 60. dist. §. 1. & tribus c. seq.

De multis generibus hominum nõ ordinandorum habes 34 dist præcipimus & quatuor cap. sequen. 50. distinct. ex pœnitentibus. 51. distinctio. per totum.

Item de bigamis non ordinandis habes 33. dis per totum & habes supra vbi agitur de Bigamia.

Quod habens vxorem ante baptismum, & aliam post sine vxorem, concubinam, non est ordinandus, nisi cum dispensatione. 33. distinctione, si quis, & capi. maritum, & cap. habuisse. & 43 distinct. c. fraternitatis.

Quod bigamus ad subdiaconatum & supra ordinari non potest. 34. dist. fetiatim.

Quod nemo coniugatus ordinari debet nisi vxore requisita, & castitate præsente episcopo promissa. 77. dist. episcopus.

Quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licite contrahunt, sed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur, 31. dist. aliter.

Quod corrumpens virginem & post contrahens cum eadem, videtur quod non possit ordinari. 34. dis. curandũ, & cap. seq

An in ordine lapsus post peractam pœnitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conscendere. 50. distinctione, per totum.

Quod vsurarij & cupidi, quia tales de facili à verò deuiant, ordinari prohibentur, 47. dis. per totum.

quod homicidium siue pagani, siue Christiani, siue publicum, siue priuatum, etiam post peractam pœnitentiam impedit ordinandum, & ordinati officium exequendum 50. dist. minor & c. seq.

quod serui nisi libertati fuerint dati, non sunt ordinandi. 54. distin. per totum.

quod mulier non deb. ordinari. 32. dis mulieres.

Item illegitimi, nisi sint in religione, absque dispensatione non debent ordinari, maxime ad curam animarum, 56. dist. per totum.

quod ordinãdus debet recipere litteras suæ ordinationis 2. q. 1. legum.

quod non omnis, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt. 35. q. 1. si quis.

quod ordinatus in presbyterum prætermisso ordine vnõ de minoribus, non debet exequi officium. 59. dis.

dist.5 officiis,& duobus c.seq.
quod ordinati ab hæreticis suspensis & interdictis in forma ecclesiæ, recipiũt characterem, sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem qua carent, 1.q.1.si qui à simoniacis.
quod ordinatus ab hæretico non est re ordinãdus, 18.dist.secundum.
quod ordinati ab hæreticis, si alias digni sunt, tolerantur, nisi se fecerint reordinari ab ipsis, 1.q.7. saluberrimum, in fi.
Item nisi se simoniace à simoniaco fecerint ordinari, 9.q.1.excommunicati.
Item nisi se fecerint rebaptizari, de con se.dist.4 eos quos.
Item nisi in contemptum fidei & ecclesiæ se fecerint ab hæreticis baptizari, 1.q.7 conuenientibus, Vnde versus.

Cius bis ordo datur, seu baptismus repetatur.
Vel si præstatur, vt vtrumque Simon operetur.
Seu vt euertatur fidei status, ordo petatur.
Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

quod qui coactus ab hæretico, vel simoniaco ordinem receperit, consequitur executionem, 1.q.1.constat.
quod ficte ordinatus vel in mortali peccato, non est reordinandus, 64.dist.si cut.
quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius non potest contrahere, 28. dist.quia sunt culpæ.
quod episcopus ordinans scienter indignum punitur, 34.dist.quando, in fi. & 50.dist.ex pœnitentibus, & 59.dis. qui ecclesiasticis.
quod indignus dicitur ad ordines promoueri quis multipliciter, videlicet ratione conditionis; vt cum seruus alterius ordinatur, & tunc ordinans condemnatur in duplum. 54. dis. si seruus.
Item ratione ætatis: & tunc ordinatus deponitur, 77.dist.subdiaconus.
Item ratione temporis, sicut quatuor tempora, & quæ sunt legitime ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinans ordinandi potestate priuatur, 77.dist.subdiaconus.
Item ratione carentiæ beneficij: & tũc ad iniuriam episcopi deponitur, 70. dist.neminem.
Item ratione bigamiæ, vel alterius irregularitatis, & tunc episcopus ordinãdi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur, 50.dist. ex pœnitentibus.
Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur, 51.dist.aliquantos.
Item ratione inscientiæ, & tunc ordinator ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur, 36. dist. qui ecclesiasticis.
quod ordinatus à non episcopo, debet reordinari, 68 dist.per totum.
quod episcopus alterius diœcesis clericum sine dimissorijs ordinare non debet, 9.q.2.per totum, 71.dist.clericos 21.q.1.quoniam.
quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine consensu suo ordinatum, ante executionem officij recipere potest, & secum dispensare, dummodo sententiam contra tales non tulerit, 9.q.2.Lugdunen.§.seq.
quod illi furtiue dicuntur ordinem recipere, qui absque conscientia episcopi & absque examinatione ordinantur, 64.dist.extra conscientiam, 24.distin.quando.
quod tales ipso iure sunt irregulares: & prohibiti vel excommunicati sunt promoti, sunt deponendi, 24 dist ca. vlt.
quod exceptis minoribus ordinibus, vt est consuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere, 77.dis. monachus.
quod accipiens duos ordines simul, maxime post examinationem, est deponendus, 77. distinctio. subdiaconus.
ORNATVS. quod ornatus hominis est duplex, videlicet interior, & exterior, 41.dist.1.
quod ornatus Christianorum verus est non in splendentia vestimenti, sed moris boni, de consec. distin. 5. fucare.
quod nihil in corona episcopi splendidus est quàm humilitas, 100. distinctione contra morem post medium.
quod ornatus episcopi, uel clerici exterior in multis consistit, videlicet, vt comam non nutriat, 23. dist. clerici qui.
Item vt vestes religiosas habeat, 21.q.4. omnis, 41.dist.§.1.
Item vt sine operimento decenti, non incedat, 21.q 4.episcopi.
Item vt numquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat 91. dist. cantantes.
Item vt in religionis habitu, & cibo cũ quibus viuit, conueniat, distin. 41.§. vlt.
Item ut incessu graui maturitatem mentis ostendat, 41. dist.clericus.
Item in cibo & potu temperantiam, & sobrietatem prætendat, 41. distin. §. vlt.
quod in ornamento summi pontificis rationale designat, quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis, 36.dist. qui ecclesiasticis, §. ecce.
quod clerici debent esse ornati exterius, videlicet incessu & habitu, vt nõ sordidis, vel fulgidis vestibus se ornent, 40.dist.§.1.
quod tunc incessus sacerdotis est ornatus quando grauitate itineris mentis maturitatem ostendit, 41. dis. persimoniam.
quod exterior ornatus tolerabilior est in fœminis quam in viris, de conse. dist.5.fucare.
quod ornatus meretricius non est ad placendum hominibus, sed ad placendum dæmonibus, de conse.dist.5.fucare, in fi.
quod prælati debent intendere vt templa Dei ornata resplendeant, 86.dist. non satis, §.item perfecta.
quod nullus ornatus ecclesiæ sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum & captiuorum sit expendendus 86.dist.non satis, §.item perfecta, 12. q.2.aurum, & c.gloria.
OSCVLVM. quod osculum pacis in missa ante communionem est dandũ de conse.dist 2 pacem.
quod osculum lasciuũ, libidinis est incitamentum, 27.q.1.nec aliqua.
quod quid monachi semper debent esse puri, fœminas non debent osculari de conse.dist.4 monachi.
quod excommmunicatis non est cõmunicandum in osculo, 11.q. vlt.
OTTO. quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, & omnia iura papalia defensare, 63. di. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

OVIS. quod oues Christi vocantur omnes Christiani, 23 q.4. displicet.
quod is quales Christo oues, & renuit pascere ostendit se pastorem suum minime amare, 6. q. 1. in scripturis, 16 q.1.vos.
quod ouis perdita scilicet genus humanum per Christum ad ouile cœleste est reportata, 12.q.1.quia tua, ante fi.16.q.7.pœnitentem.
quod vulnerato pastore, idest prælato, & oues infirmantur, 1.q.1. fertur, §. vulnerato.
quod oues contra pastorem, nisi in fide errauerit, insurgere non debent 2. q. 7.oues, 6.q 1.oues.
quod scabiosa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, est repellẽda, 24.q 3 resecandæ.
quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic ab vno peccatore populus inficitur, 45, dis sed illud in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PABVLVM. quod pabulum à fure quandoque auertendis pecoribus spargitur, vt abigantur, 6. quæstio 5. nen omnis, in fine.

PATIENTIA. quod patientia est suas & suorum iniurias æquanimiter tolerare, 23. q. 2. circa medium.
quod non reddere mala pro bonis, sed reddere bona pro malis, signa sunt perfectæ patientiæ, 23. q. 3. sex differentiæ.
quod iniuria propriæ personæ cum patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei vlciscenda 23. q. 4. quod Christus. §. proxi.
quod vbi hostis non personam, sed sedem ecclesiæ quærit, si sibi non resistitur, non patientia, sed negligentia iudicatur, 23. q. 3. Maximianus, & ca. pro membris.
quod laudabilior est fraudis passio quam vindictæ actio. 23. q. 1. nisi, circa med. & c. seq.
quod præcepta patientiæ non tam in ostentatione corporis quàm in præparatione cordis sunt seruanda, 23. q. 1. nisi, §. his.
quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia: in manifesta exhibenda sunt persecutorum saluti expedientia, 23. q. 1 paratus.
quod prælatorum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia 23. q. 5. iustum.
quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad pœnitentiam est expectanda, 23. q. 4. quid facit, post medium, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

PACTA. quod pacta contra bonos mores, vel leges contra honestas consuetudines, nullius sunt momenti, 8. dist. quæ contra.
quæ pacta licita sunt, 10 q. vlt. relatum.
quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter formam pacti & temporis, 10. q. 2. casell. 5. §. vltimo.
quod generale pactum est societatis humanæ, regibus suis obtemperare, 8. dist. quæ contra.
quod pacta cum dæmonibus per magicarum artium molimina fœderata, sunt ab omni Christiano fugienda. 26. q 3. igitur.
quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum 8. dist. quæ contra, 10. q. 1 puella, in fi.
quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato, 18. q. 2. Eleutherius, & 18. q. vlt. c. nec numerus, in fine, & c. seq.
quod in spiritualibus nulla potest fieri pactio inhonesta. sed si postmodum aliqua subsidij gratia conferuntur, licite recipiuntur, 1. quæst. 2. quàm pio. in fi. & 100. dist. in ea synodo.
PALLIVM. quod pallium quod datur archiepiscopis repræsentat specialem dignitatem & honorem. 100. distinctione prisca, & c. contra, ante fi.
Quod petens pallium, antequam accipiat, debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum, 100. distinctio. nouit, §. causarum, & cap. optatum.
Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet à sede apostolica pallium quærere, 100. dist. quoniam.
Quod antequam habeat pallium, licet episcopus, non potest episcopos consecrare, 100. dist. quoniam.
Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet, 100. dist. nouit.
Quod pallium non debet negari vbi est petentis, meritorum exigentia, & feruens instantia, 100. dist. prisca.
Quod cum pallio semper conceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum, 100. distin. rationis.
Quod in pupillo significatur, quod archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamento actionis, 100. dist rationis.
Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam & hoc non in processionibus, sed tantum in missarum solemnijs, 100. dist. pallium tibi, & c. contra.
Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quod est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri, 100. distin. scriptorum.
PALMA. Quod palmæ, quæ in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui, sed sursum se erigendo in cœlestibus desiderijs sunt ampli. 47 dist. omnes.
PANIS. Quod est panis eleemosynæ, 86. distinctio. pasce. & 5. q. 5. non omnis.
Item Eucharistiæ, de conse dist. 2. fere per totum.
Item panis tribulationis siue pœnitentiæ, 23. q. 4 Guilisarus.
Item panis doctrinæ, 8. q. 1. audacter. in fine.
PAPA. Quod Papa aut sanctus eligitur aut ex promotione clarus efficitur, 40. dist. non nos.
Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quam alij Christiani, 25. q. 1. officij.
quod propensius est pro ipso orandũ, quia ex ipso dependet salus omniũ, 46 dist. si Papa.
Quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3. aliorum.
quod non necessitate, sed propria voluntate de obiectis se criminibus purgat, 2. quæstio. 4. mandastis. Exemplum ibi de Sixto Papa, & cap. auditum. Exemplum de Leone Papa, q. 5. nos si, in fi. Exemplum ibi de Damaso Papa.
quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus, 40. distinct. si Papa.
quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali. 40. distinctione non nos.
quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque à Deo tamquam reprobatus punitur, 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
quod bonitas ipsius salus est omniũ, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum, 40. dist. si Papa.
quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum. 9. q. 3. cõnquestus.
quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur, 17 distinct. concilia.
quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit, 9. q. 3. cuncta, & quatuor c. seq.
quod potest vbique iudices delegare, 2. q. 6 ideo.
quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari, 93. si inimicus.
quod sic debet reputari statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum, 19. distinctio. sic omnes.
quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare, 17. quæst. 4. si quis suadente.
quod adimplendum est eius mandatũ, etiam si videtur vix ferendum, 19. di. in memoriam.
quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari, 12. dist. præceptis.
quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida, 3. q. 6. hæc quippe, ante finem.
quod potest restituere famæ infamatũ 3. q. 3. Euphemium, §. prox.
quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamen honestum est vt ea præ cæteris seruet, 25. q. 1. cõfidimus, & c. ideo.
quod ordo iustitiæ requirit vt Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua à successoribus vult custodiri, 25. q prima, iustitiæ. & q secunda, in Galliarum, c fin. ca. & cap. quod venit.
quod non dat priuilegia ecclesiæ in dãnum alterius, 25. q. 2. de ecclesiasticis priuilegijs.
quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licite promouebantur in Papatum, 56. dist. Cœnomanen. §. cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica.

PARENS.

PARENS. quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expoliauit de pœn. dist. 2 § Romanos.
quod parentes carnales sunt ex debito honorandi, 30. dist. si qui filij, 86. di. in singulis, in fi.
quod si se à Christo auertunt, sunt oĩno dimittendi, 16. q. 2. si infidelis.
quod tpe necessitatis magis succurrẽdũ est parẽtib. q̃ aliis, 86. d. si singulis, in fi.
quod despiciens parentes necessitatis tempore, meretur mortem temporalem, & æternam.
quod potius debet quis parentib. egenis maxime fidelibus prouidere, quã religionem intrare, 30. dist. si qui filij.
quod nec parentes debent deserere filios egentes, 30. dist. si quis relinquerit.
quod illi qui aduersus parentes armantur, vbi quę notam infamiæ incurrũt, 6. q. 1. infames.
quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur, 56. distĩ nct. si gens.
quod de meretrice natus, si propria decora ut virtute, non dẽt parentum decorari opprobrijs. 51. dist. numquam & c. seq.
quod non parentum sed propria culpa quemq; condemnat, 56. di. vndecumque, & in c. seq.
quod frequenter leguntur filij pro peccatis parentum puniri, etiam in quartam generationem 24 q. 3. § 1.
quod parẽtes suos pueros ante ætatem legitimam religionem intrantes possunt reuocare. 20. q. 2. puella.
quod si a parentibus religionis habitũ susceperint, nisi consenserint, eum deserere possunt, 20. q. 1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filijs, & vbi agitur de Patre & Filijs.

PARENTELA. De hac materia habes vbi agitur de alijs.
PASCHA. quod pascha die Dominico semper debet celebrari. de consec. dist. 3. nosse, & c. seq.
quo mense, & quota luna debet celebrari, habes de consec. dist. 3. celebritatem
quod in hoc quod quadraginta dies ante pascha cum labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cum lætitia: præsens labor, & futura lætitia designatur, de consec. dist. 5. ieiunium.
quod pascha intra 14. lunam, & 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum, de consec. dist. 3. celebritatem
PASSIO. quod passio Christi fuit multiplex, & grauis, 7. quæst. 1. suggestum
quod Christi passio fuit præfigurata & prænuntiata in veteri testamento, de consec. dist. 2. in calice.
quod ipsius passionis fuit multis efficacia, 7. q. 1. suggestum, de consec. dist. 4. propterea, in fi.
PASTOR. quod pastor dicitur Christus, 7. q. 1. in scripturis, 2. q. 7. testes, § Christus.
quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus, §. 1 § sciciaris.
quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorem eorum videtur amare, 8. quæst. 1. in scripturis.
quod pastor debet oues pascere instructionis verbo, 43. dist. Ephesus, q. 8. 1. aduertet in fi.
Item conuersationis exemplo. 8 1. q. 3. præcipue.
Item Eucharistiæ sacramento. de consec. dist. 2. non prohibeat.
Item temporali subsidio, 16. q. 1. nulli episcoporum.
quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suam pro ouibus exponere, 7. q. 1. suggestum. & c. scisci taris, & c. aduersitas.
quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur, 7. q. 1. quamuis.
quod pastoris sola gregi semp est timenda, 11. q. 3 non so um, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

PATER. quod pater dr̃ Deus creatione, 22. q. 2. qui abstulerit. 24. q. 3. omnibus.
Item dr̃ diabolus pater, criminis imitatione. 1. q. 1. cum ordinaretur.
Item dr̃ pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt, 17. di. synodum, & quattuor c. seq.
Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamenti dicuntur patres 23. q. 4. cum in lege.
Item dr̃ pater spiritualis sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ, 30. q. 1. de his, & c. omnes.
Item dicitur pater carnalis generis propagatione, 45. dist. sicut hi, § necesse.
quod filius carnalis à patre non est semper osculandus, sed quandoque castigandus, 5. quæstio 5. non osculatur.
quod illi dicuntur filii abominationũ, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt, 56. dist. Cænomanensem, § cum ergo.
quod plus vr̃ peccare patrem spiritualem contemnens quam carnalem, 2. q. 7 qualis.
PATRIARCHA. quod Patriarcha Græca lingua summus patrum interpretatur, 21. dist. cleros.
quod Patriarcha est post Papam primus in dignitate, & auctoritate. 80. dist. vrbes, & c. seq.
quod Patriarchæ, & primates licet sine diuersa nomina; idem tñ sunt quantũ ad officium, 99 dist. prouinciæ.
quod Patriarchæ primo ab apostolis præcipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protoflamines habuerant, sunt instituti, 80. dist. vrbes, & c. seq.
quod post papam quatuor sunt patriarchæ principales, videlicet Constantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus, 22. dist. renouantes, §. prox. & c. seq.
quod patriarchis subiunt archiepiscopi & causas ab ipsis ad eos per appellationes deuolutas possunt diffinire, 9. q. 3. conquestus.
quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquem in episcopum ordinare, & propter necessitatem ordinatum, debet post consecrationem patriarchæ præsentare, 65. dist. placet, & c. & quoniam, § seq.

De patriarchis habes vbi agitur de Sedibus.

PATROCINIUM. Quod patrocinium viduis, & orphanis episcopi in necessitate non debent negare, & 87. distinct. § 1. & duobus c. seq.
Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis, 14. q. 1. circa med.
PATRONATUS quod patronatus ius attenditur per fundationem, & ædificationem, vel possessionem ecclesiæ, 16. q. 6. piæ mentis. & c. seq. & 18. q. 2. abbatem.
Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis, 16. q. 7. filijs, & quatuor c. seq.
Item in personis quæ præesse debent ecclesijs episcopo offerendis, 16. quæstio. 7. decernimus, & duobus cap. seq. & quæstio si quis episcoporum.
Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidijs recipiẽdis, 16. q. 7. quicumque.
Item patroni habent ius in monasterijs suis in electione abbatis, 18. q. 2. abbatem.
Item in monasterijs habent ius aduocationis, 17 quæstio. secunda, Gonsaldus.
quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare non possunt, 16. q. vlt. cõsiderandum.
Item ab eis ecclesiæ (nisi de consensu episcopi) non sunt recipiendæ, 16. quæstio. 7. si plures, & duobus cap. seq.
Item patroni ecclesias nec auferre, nec conferre possunt sine consensu episcopi, 16. quæstion. 7. inuentum
Item renuntiatio beneficij ecclesiastici in manu patroni non tenet sine consensu episcopi, 17 quæst. 2. Gonsaldus.
Quod non patronus, sed episcopus

debet dotem ecclesiæ ordinare 1io.b, 1. nouerint.

Quod quem patronus præsentat, sufficit si non probetur malus: & tenetur eum episcopus recipere, 16. q. 7. monasterium.

Quod spreto patrono episcopus nullũ debet ad ecclesiam ordinare, 16. q. 7. decernimus.

quod vbi plures patroni super conferendo contenderint vt in vnum consentiant, sunt per episcopum cõpellendi 16. quæstione vltima, si plures.

PAVLVS. quod Paulus apostolus non ideo se fellit, quia meliorib. negotijs occupatus ad Hispaniã quo ire promiserat non iuit 22. q. 2. beatus.

quod Magum prædicationem suam impedientem cæcitate percussit, & Corinthium satanæ tradidit 23. quæst. quarta, capitu. quod Christus, §. potest.

Quod propter incentiua vitiorum corpus suum vigilijs, orationibus, & flagellis castigando in seruitutem redegit, 32. quæstione 5. si Paulus.

Quod aurum, & argentum non concupiuit, 16. quæstione prima. prædicator.

Quod quia flagellis fidem recipit, plus omnibus vocatis verbo laborauit, 23. q. 4. quis non potest, & quæstione 6. c. 1.

Quod Paulus homicida non fuisset si armati quos ipse impetrauerat aliquos in ipsos insilientes occidissent, 23. q. 5. de occidendis.

Quod in hoc quod cum Christianos persequi vellet prostratus fuit, innuitur quod mala voluntas non est permittenda suæ libertati, 23. q. 4. displicet, circa.

Quod cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est, 23. quæstione 6. §. primo.

Quod se abortiuo similem testatus est, dicens, nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi.

Quod sicut primo fuit horrendus vastator ecclesiæ, ita postea magnus ædificator extitit, 23. quæstione 4. quis nes.

Quod ad manus impositionem Ananiæ tamquam squamæ ab oculis eius (quibus clausi erant) ceciderunt.

Quod postea Paulus vocatus est, qui primo Saulus dicebatur, 83. quæst. 4. nimium.

quod Paulus prostratus est, vt cæcaretur, cæcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia fecerit in errore, talia pro veritate pateretur, 23. quæstione 4. displicet.

Quod paulus dicitur vas electionis, 21. d. §. quamuis, 22. dist. sacrosancta, 43. distinctione dispensatio, 32. quæst. 5. si Paulus, & de pœn. dis. 2. si enim inquit.

Quod prædicaturus ad Italiam veniẽs naufragium pertulit, 7. q. 1. aduersitas.

Quod arte & manibus victum quærebat, 10. quæstione 3. cauendum, de consec. distinctione quinta, numquam.

Quod à sumptibus se abstinebat ne aliquod offendiculum Christi euangelio præstaret, 23. quæstione 2. §. 1. ante si.

PAVPERTAS. Quod paupertas non est contemnenda, quia eam Christus dedicauit, 12. quæstione 2 gloria episcopi.

quod dominnus loculis quos habebat necessitates pauperum subleuabat, 23. quæstione quarta, duo, ante finem.

quod verus pauper nil quærit habere extra Christum, 12. quæstione 1. clericus.

quod pauper dicitur, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, vt ibi tamquam pauper voluntarius viuat, prima, quæstione 1. sacerdos.

quod paupertas rerum non est mala reputanda, 15. q. 1. illa.

quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur conuersationis, 12. q. 1. c. vlt.

quod Deus pauperiatem esse voluit vt sustinentes per patientiam coronarentur, & diuites in ipsis mererẽtur, 47. dist. sicut hi.

quod perfectiu est omnia propter Christum relinquere, quam pauperibus distribuenda seruare, 12. q. 1. expedit & q. 2. §. Crates.

quod oneratus pondere auri Christum pauperem non potest sequi 12. q. 2. §. Crates.

quod episcopus pauper debet esse victu, diues meritis 5. 3. distinc. episcopus.

quod prædicatores pauperes esse debẽt, & alij tenentur ipsis necessaria ministrare, 1. q. 2. sacerdos, 10. q. vlt. cauendum.

quod gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, sed frandare quod est pauperum, sacrilegium est committere, 12. q. 2 gloria episcopi.

quod religiosus qui professus est paupertatem, si episcopus efficitur, non frangit votum: quia fit rerum ecclesiæ dispensator, non vsurpator, 12. q. 1. expedit.

quod bona ecclesiarum sunt bona pauperum, 12. q. 2. indigne, in fi. 16. q. 1. cap. vlt. 23. q. 7. quod autem, post, medium.

quod præcipuè pauperibus qui laborare non possunt, est subueniendum, 82. dist. episcopus.

Item nobilibus, & diuitibus depauperatis qui mendicare erubescunt 86. dist, non satis. & c. considerandã.

quod pauperibus magis attendenda est religio quam paupertas, 26. q. prima, c. vlt.

quod non minus crudelis est qui à paupere vsuras exigit, quam qui diuisi subtrahit, 14. quæstione 4. quid dicam.

quod pauper si non habet dare, non solum contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, 11. quæstio. 3. per.

quod nemo pauperi in mala causa debet esse misericors, 14. q. 6. si res.

quod qui ea quæ pauperibus debentur accipiunt, grauiter delinquunt 1. q. 2. pastor.

PAX. quod pax humana si tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax diuina pro æterna salute, 23. q. 1. noli. existimare.

quod Christus veniens docuit, pacem, dedit pacem, reliquit pacem, 23. q. 3. nisi bella.

quod pax non quæritur, vt bellum geratur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur, 23. q. 1. noli.

quod bonorum bella non crudelitate, & cupiditate, sed pacis studio geruntur, 23. q. 1. apud.

quod qui prædicat pacem, debet eam habere secum, 3. q. 6. hæc quippe, in fine.

quod pax inter discordantes per episcopos debet reformari 90. dist. studendum, & c. præcipimus.

quod mala quandoque sunt toleranda pro pace seruanda, 23. q. 4. ea. & 6 ecce inquiunt.

quod pacificus dicitur qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis vinculo corrigere non potest, æquanimiter supportat, 23. quæstione 4. quisquis.

Quod diuersis pœnis sunt puniendi pacem ecclesiæ perturbantes, 24. q. 3. qui contra.

quod non omnis qui dicit pax vobis, est quasi columba audiendus, 1. q. 7. omnis.

quod qui dicit, pax vobis, plerumque quasi non columba, sed coruus reputatur, secunda, q 7. secuti, §. quia ergo.

quod ante communionem pax debet dari in missa de conse. dis. secunda, pacem.

PECCATVM. quod peccatum est duplex, videlicet originale peccatum & actuale, de pœn. dist. 4. fere, per totum.

quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiscentia carnis, 15. q. 1. illud, a. totum, § itaque.

quod omnis homo per concubitum conceptus nascitur cum originali peccato, de conse. distinct. 4. firmissime.

quod in veteri lege contra originale valebat circumcisio, sed baptismus in nouo testamento, de consecratione distinctione 4. ex quo.

quod licet baptismus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus sine fomes, non tollit, de consec. distinctione 4. ex quo.

Quod

quod cum originali peccato patris pol luitur filius & non actuali, quia in originali vnum cum patre fuit, sed in actuali alt r effectus, non polluitur si non consentit. 1. q. 4. iam itaque, 24. q. 3. §. r. ante fi.

quod actuale est duplex, videlicet mor tale, & veniale, de pęn. dis. 1. medici na. §. tres sunt.

quod peccatum mortale est voluntas retinendi vel consequendi quod iu stitia vetat. 15. q. 1 ante fi.

quod nemo peccatum mortale commit tere appetit propter ipsum peccatum sed propter aliud quod ex eo conse quitur, 15. q. 1. merito.

quod inter duo peccata vbi vtrunque vitari non potest, minus est eligen dum 13. dist. duo.

quod mortalia peccata dicuntur crimi nalia & capitalia, & quæ sunt illa ha bes. 25. dis. vnum orarium, §. aliàs.

De criminali peccato habes vbi agitur de crimine.

quod tribus modis impletur omne pec catum mortale, videlicet suggestione, delectatione, & consensu. 6. dis. testa mentum post medium.

quod aggrauatur ex circunstantijs. 40. dis. homo 50. dis. quia tua. de pęn. di. 5. §. in princ.

quod quandoque alleuiatur ex circun stantijs 15. q. 1. inebriauerunt. Exem plum ibi de Loth.

quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium vincit fornicationem, in cestus adulterium, vitium contra na turam incestum, & sic de similibus, 32. quæstio. septima. quemadmodu. & quattuor cap seq.

quod quantitas ipsius pensatur secun dum qualitatem peccantium, 24. quę stione 1. qui contra. 26. quæst. 5. cōtra idolorum.

Item cōsiderata qualitate pęnæ, 24. quæ stio. non afferamus. vbi dicitur sce leratius cōmissum quod grauius est punitum.

Item considerato exemplo quod in de sumitur. 11. q. 3. præcipue. vbi dici tur quō prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occi dunt.

Item considerata qualitate peccati. 3. 32. q 7 quemadmodum. vbi dicitur, quod grauius peccat adulter quam fornicator, & adulter vincitur, ab in cestu.

Item considerata diuturnitate & fre quenti iteratione, de pœn. dis. 5. §. 1. vbi multa aggrauātia ponuntur.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus, 11 q. 4. in eo.

Item aggrauatur ratione personæ, vel rei in qua peccatur, 22. quæst. 2. glo ria. 22. quæst. 1. mouet, 22. quæst. 1. non piarum.

Item ex temporibus diuturnitate au getur 24. quæstione, prima, schisma,

de pęnit. dist. 5. §. 1.

Item voluntarium grauius est inuolun tario quod procedit ex infirmitate, vel ignorantia, vel coactione. 15. q. 1. §. 1. c. seq. vsque ad cap. mulier.

Quod si non est voluntarium, non est peccatum, 20. q. 1. §. 1. 32. q. 5. sicut enim.

Quod peccata scientium peccatis igno rantium præponantur. 6. quæstione, 1. quæro.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmi tate committuntur, facile dimittun tur 25. distin. vnum orarium. §. crimi nis.

Quod aliena peccata nemini præiudi cant. 23. q. 4. si quis.

An minus malum committendum sit, ne alter grauius peccet. 14. distin. qd ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere de bet. 24. q. 1. non turbatur de pęn. di. 1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impendere: 46. distinc. non.

Item vide ne. quod nec venialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale 23. q. 5. sicu homo. in fin. 22. q. 2. facit.

Quod peccatum vnius frequenter mul ti luunt 24. q. 1. non turbatur. 45. dis. sed illud.

Quod alterius peccatum non imputa tur illi qui fecit quod debet. 47. dist. quod ad nos, 7. qu. 1. aduersitas. post med'um.

Quod nullus debet gaudere de multa societatē peccantium, quia non mi nus ardebit qui cum multis ardebit, 2. q. 1 multi. in fi.

Quod occulta peccata non sunt publice codemnanda. 2. q. 1. si peccauerit 23. q 4. si quis potestatem. exemplum ibi, de Christo, & de Iuda 15. q. 5. ca vit.

Quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione, nec probatione pu blicatur. 15. q. 5. c. vlt.

Quod publicum peccatum coram om nibus puniendum est, 2. qu. 1. si pec cauerit.

Quod prælatorum peccatum vel reli giosorum propter maius scandalum est celandum, 95. dis. in scripturis.

quod peccata incorrigibilium licet nō possint probari, sunt prælatis denun cianda. 5. q. 5 nō vos, 22. q. 5. hoc vide tur.

quod peccatum in spiritum sanctum committit qui ex proposito bonum deserit & malum vsque ad mortem facit. de pœnit distin. 1. §. Deus quis similis. & dis. 3. inter hæc.

De peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

quod in peccatis perseuerantes nec à Deo, nec ab homine absoluuntur. 24. q. 2. legatur. & condamnationis de pęn. dist. 5. fallas,

quod qui numquam peccare desinunt dum viuunt, ostendunt quia in pec cato semper viuere cupiunt. de pęn. dis. 1. voluissent, § fine autem.

quod assidue peccantium non misere tur Deus, 93 dist. diaconi sunt, la fi.

quod qui in uno peccato mortali offen dit, sic vita æterna priuatur, ac si om nium esset reus. de pænit. dist. 5 fra tres.

quod pluribus modis peccata remittū tur, 23. q 5 remittuntur. de consec. dis. 4. ecclesiæ charitas. de pęn. dis. 1. medicina. §. tres sunt.

quod sine pœna non dimittuntur, quia aut Deus punit, aut homo. de pœni ten. dis. 1. medic na §. proxi.

quod dimissum vltra non punitur de pęn. dis. 3. sunt plures, §. auctoritas, 23. q. 5. quid ergo.

quod dimissa quandoq; redire dicuntur de pęnit dis. 4. fere per totum.

quod dimissa non sunt recogitanda ad dilectionem, sed ad pęnitentiæ ama ritudinem, de pæn. dist 3. Iudas pæni tuit.

quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pęnitentiam veram age re non potest, quia Deus partem con demnare non nouit de pęn. distin. 3. sceleratior. §. his auctoritatibus. Vn de versus.

Summa Dei pietas veniam non dimi diabit.
Aut totum, aut nihil pro certo propitia bit.

quod peccatoribus tamen consulendū est, vt in statu peccati bonū facere nō omittant. de pęn. disti. 5 fallas, in fi. Nam propter hoc Deus, aut cor ipso rum ad pœnitentiam illustrat. de pę. dist. 5 falsas. aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat, de pę. dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu. Aut ipsis æternum supplicium tolerabi lius fiet. de pęn. distin. 3. quid ergo. §. potest etiam referri. Vnde versus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bo na terra,
Cor faciunt habile, minuunt tormenta gehennæ.

quod Deus non obliuiscitur pauco rum bonorum factorum in multitu dinem peccatorum de confecr. dist. 3. pium est credere, §. ex hoc sensu.

De mortali peccato habes vbi agitur de culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur 25. distinctione, vnum orarium. §. aliàs.

quod nemo mundus est a peccato veniali. de pęn. distin. 2. vt cognoue

runt.§ opponitur,circa medium

quod venialia peccata non sunt conté ptibiliter committenda, quia non refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes submergantur,de pœn dist. 1.medicina. post med.

quod nullum peccatum est adeo veniale quod non fiat mortale dum placet.25.dis. vnum orarium §. criminis,& vide quod ibi notatur,

quod quia venialia ex fragilitate humana committuntur,nullus homo ea vitare potest de pęn.dist. 1. medicina, §.tres sunt.& dist.2.in cassum,§. sed verba.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt de pœn.dist.2.sic enim in quit.in fi

Quod posse peccare non est posse. de pœn.dist.ante fi 45 dist.sed illud.

Quod venialia delentur per dominicā orationem,per eleemosynæ largitionem.& pectoris tunsionem,& per ieiunij castigationem,de pęn.dis.1.medicina,§ proximo.

Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem,de consec.disti.3. aquam sale.

Item per Eucharistiæ dignam sumptionem de pœn.dist.2 ante fi.& ca.panē de altaeri.

Item per episcopi vel presbyteri benedictionem.28.dist presbyrum.

PECVNIA. Quod pecunia dicitur à pecoribus,quia antiqui hoc quod habebant,ex pecoribus habebant. 1. q.3 per totum.

Quod largo nomine quidquid homines in terra possident, pecunia vocatur. 1.q 3.per totum.

Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ.11.quæstio.3.qui recte. & ca. pauper.

Quod simonia non debet committi ꝓ pecunia,1.q 3.per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

PEDAGIVM. Quod pedagium nouum imponentes sunt excommunicandi. 24.q 3.si quis Romipetas.

Quod maxime à peregrinis & à fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda 24.quæstio 3. si quis Romipetas.

POENA. Quod pœna est duplex videlicet temporalis, & æterna. de pœn.distinct.3 sunt plures, §.auctoritas.

Quod pœna temporalis est duplex vna in hac vita,alia post hanc vitam. 25. dis.qui in aliud.

Item in hac vita temporali,aut infligitur à Deo,aut ab homine.45 dist.sed illud.

Quod pœna in hac vita temporaliter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo , paupertas , mors, non est mala dicenda, 15.quæstio. 1.illa.

Quod pęna AEgyptiorū fuit à Deo, in correctionem eorum.15.qu. 1.nec is qui.

Quod Deus temporaliter punit quenque vt in æternum non cruciet.23.q. 5.quid ergo.de pœn.dist.3.sunt plures.§ auctoritas

Quod Deus quandoque in præsenti grauiter,& subito punit propter criminis detestationem, 19.dist.Anastasius Vide quod ibi notatur.

Quod quandoque pęna temporalis trāsfertur in posteros, de pœn.distinctione,3 illud vero,§.ecce.Exemplum. ibi de Achab.

Quod puniuntur quandoque multi propter vnum.45.distin. sed illud. 47 dist.si gens 23.q.4 si ca.24.q.1.nō turbatur.

Quod nemo debet mirari de afflictione bonorum,& de prosperitate malorum in præsenti:quia afflictio est bonis in iudicium salutis , & prosperitas malis in iudicium reprobationis de pœn.dist.3.si quando.

Quod frequenter qui non meruerunt sunt à Deo propter alios puniti.45. dist.§.1.

Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter,æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. 24.quæstio.1.§.primo post medium.

Item punitur quis à Deo pro alio temporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Iuda. 24.quæstio.1.non turbatur.

Item punitur à Deo iniustus propter iustum,sicut Maria murmurans pro Moyse lepra percussa est.2.q.7.plerūque,§ hoc etiam.

Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis.6.q.1. quæro ergo,§.verum,& §.seq.

Item punitur quis spiritualiter pro alio,vt in excommunicatione, 17. q. 4 miror.

Quod punitur quis pro alio spiritualiter,vt in priuatione diuinorum officiorum, familia propter dominum priuatur. 11.q.3 si quis episcopus dānatur.& c.seq.

Quod illi non puniuntur à Deo bis in idipsum,qui in flagellis penitentiam egerunt,de pęn dist.3.sunt plures,§. auctoritas,

Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter.de pœn. dist. 3.sunt plures.§.auctoritas.

Quod qui in pęnis duriores efficiūtur, temporalem supplicium fit eis ad æternæ damnationis supplicium de pęn.distinct. 3.sunt plures.§. auctoritas.

Quod Deus quandoque punit pauperes vt ex hoc multitudo ad pænitētiam prouocetur.23.quæstio.4. Guilisarius.

Quod pęna temporalis meritorie infligitur ab homin,quia nisi sic fieret multiplicarēt malefactores.23.q. 4. est iniusta.

Quod pœna criminis ex tempore legis est quæ crimine inhibuit.32.q.4.dixit Sara.

Quod culpe est non punire culpam 28. dist.quia sunt.

Quod ad innocētis spectat officium nō solum culpam cauere, sed etiam punire peccatum 23.q.5.non est innocentia.

Quod maxime prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit. 23.q 4.si is qui.

Quod in quo quis peccat,est puniēdus 74 dist.si quis.

quod pœna quandoque par debet esse in vno peccato delinquentium sicut in simonia, vbi accipiens & dans æqualiter punitur.1.q.7 § illicitam, §.sanctimon.in fi.

Quod par pœna agentes, & consentientes debet comprehendere. 17. q.4. omnes.

Quod quandoque in eodem peccato varietas personarum consequitur varietatem pœnarum 12.q. 2. fraternitas.14.q.6.c.1.in fi.

Quod pęnæ non sunt exasperandæ. de pœn.dist. 1. hæc autem verba.§ pœnæ.

quod pœna non est vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.

quod pęnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti. 24. q.1. non afferamus.

quod quandoque aggrauantur, vt cæteris metus incutiatur.17.q.4 frater.in fi.in fi.19.q.2.qua propter.

quod ex causa variatur pęna.49. distin. necesse.

quod aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si quis contrahens cum corrupta,quam credit esse virginem,& bigamus efficitur, 34.dis.qui in aliquo.

De tribus generibus hominum, quorū pœnæ sunt dissimulandæ, & diuino iudicio reseruandæ 24.q.4.num in lege,§.his ita.

quod stultus in culpa,sapiens fit in pœna.38 distin.qui ea.27.q.1.si custos. circa fi.

quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt , ne refricetur facti memoria. 15.quæs.1 mulier.

quod rigor pœnarum canonicorum tēperatur propter necessitatem temporis & vtilitatem, 1. quæs. 7 requiritis.

quod vna pœna est maior altera diuersimode,videlicet ratione effectus vt excommunicatio quæ maior est omnibus,24.quæstione 3.corripiantur.occidit enim animam.24.quæstione 3.si habes.11 q 3.nemo episcoporum.

Item ratione durationis,vt degradatio quæ maior est propter durationem quam excommunicatio 50 dist. si episcopus presby...

Item ratione asperitatis,vt pœna corporalis , quæ maior dicitur, quia actualiter sentitur, 24.quæs.4.si hab...

Item

Item ratione opprobriositatis, vt pœna suspensionis in patibulis, verberationis per ciuitatem, 23. quæstio. 5. capit. 1.

Quod in inferenda pœna multa sunt cōsideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem, 50. dist. contumaces, 2. q. 8. quisquis.

Item diuitiæ siue nobilitas, quia talis plus punitur pena pecuniaria q̄ corporali, 24. 1. qui contra.

Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quàm pecuniaria, 24. q. 1. qui contra.

Item ordo, q̄a in ordine constituti sunt moderate flagellandi, alias excommunicatio incurritur, 45. dist. cum beatus.

Item religio, quia regulares aliter sunt puniendi, quàm alij, 18. q. 2. quidā monachorum.

Item mentis insania, quia talium excessus non imputatur ad penam, 15. q. 1. si quis insaniens.

Quod pena ecclesiastica est dignitatibus priuare, 16. q. 6. si episcopus.

Item in monasterijs pro pœnitentia recludere, 16. q. 6. de lapsis, & c. episcopo.

Item carceri uel exilio deputare, 17. q. 4. attendendum

Item in pecunia, & etiam in alijs rebus condemnare, 17. q. 4 si qs contumax. & c. si quis deinceps, 21. q. 5. si quis cuiuslibet.

Item corporaliter flagellare, 23. q. 5. c. 1. post medium, 32. q. 1. de benedicto.

Item excōicare, 15. q 4. nullus, c. si qs deinceps, & c. seq & c. diffiniuit.

Item contumacibus penam augere, 74. dist. honoratus in fi 23. q. 5. de Liguribus, 31. dist. quoniam, in fi 34. dist. quorumdam.

Quod pena purgatorij, & si non sit eterna, tamē grauis est, excedens omnem pœnam præsentis vitæ, 25. dis. qui in aliud.

De Officijs ecclesiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna in peccato perseuerantibus & fidei trangressoribus, 12. q. 1. scimus.

Quod iuste punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquam voluerunt peccato carere, numquam careant supplicio, de pœ. dist. 1. si sacerdos, § potest etiam.

Quod grauius ibi puniunt Christiani quam pagani, 12. 1. scimus.

Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit. 2. q. 1. multi, in fi.

Quod quidquid est contra conscientiā, siue præcepti vel prohibitionis, ædificat ad gehennam, 28. q 1. omnes, § ex his.

POENITENTIA, Quod pœnitētia est duplex, videlicet Dei, & hominis, 22. q. 4. incommutabilis.

Quod pœnitentia Dei est à seipso ordinata, cum voluerit immutare, 22. q. 4 incommutabilis.

Quod pœnitentia hominis est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet admisisse, de pœn. dist. 3. quamuis caute, § hac auctoritate.

Quod pœnitentia, est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare, de pœn. dist. 3. § 1. circa principi.

Quod pænitere est quasi semper pænam tenere, de pæn dist. 3. circa prin.

Quod pænitētia, est secunda tabula post naufragium, de pæ. dist. 1. §. secunda, ante c. medicina.

Quod pænitentia alia est priuata, alia solennis siue publica, 5. di. si quis post, § seq.

Quod priuata diuersas habet species, de pæn. dist. 1. medicina.

Quod alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum, de pæn. dist. 3. quamuis caute, §. hac auctoritate.

Quod ante ipsam peccatori non datur à Deo misericordia, 50. dist. quia sanctitas.

Quod sicut vera pænitentia veniam promeret, ita falsa Deum irritat, de pæn. dist. 3. c. inrantum, § siue in fi. c. inter hæc, 2. circa finem.

Quod falsa pænitentia est cui numquā venia promittitur, de pæn. dist. 3. in ātum, § siue.

Item falsa pnīa est cum res aliena p quā contractum est peccatum, non restituitur, 14. q 6. si res.

Item falsa penitentia est, qn de pænitētia agitur pænitentia, 17. q. 4. sunt qui.

Item falsa dicitur quæ non secundum auctoritatem patrum iuxta qualitatē criminum imponitur, de pæn. dist 5. falsas.

Item falsa est cum spretis alijs peccatis, de vno solo pænitentia agitur, de pæ. dist. 5. fratres, & dist. 3. sceleratior, § his auctoritatibus.

Nam de vno pnīam & non de aliis agere, est quasi crudum latere lauare de pæn. dist 3. ille pænitentiam.

Quod vera pnīa est cui numquam venia denegatur, de pæ. dist. 3. in tantum, §. siue. § dist. §. 1. in fi.

Quod per ipsam omne peccatum deletur, de pæn. distin. 3. §. siue, c. inter hæc, 2.

Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta, 50. dist & purgabit, in fi.

Item facit surgere ad opera fortiora, 50. dist quid est, in fi & tribus c. seq.

Item restituit dignitatis officia, 50 dist. quia sanctitas tua, in fine. Exemplum ibi de Petro Apostolo, 2. q. 5. quanto.

Quod Deus peccatores ad pænitentiam inuitat, 93. dist diaconi sunt.

Quod Deus numquam spernit pænitentiam, etiam si ad summum quis malorum peruenisset, de pæn. dist. 3. illud, § ecce.

Quod quantumcumq; paruam pænitentiam, & quantocumque paruo tempore factam Deus non respuit, de pænitentia, distinctio. 3. illud, § ecce.

Item sæpius iteratam Deus non contēnit, de pæn. dist. 3. §. hac, & § quod autem, & c. septies.

Quod pænitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26. q. 6. si presbyter, & c. seq. Exemplum ibi de latrone.

Quod dubia est pænitentia ad vltimam necessitatem dilata, de pæn. dist. 7. § 1. dist. 3. § siue.

Quod facilius est inuenire qui recte seruauerit innocentiam, quàm qui congrue egerit pænitentiam, de pænitent. distinctio. 3. reperiuntur, § at ego.

Qui sunt digni fructus pænitentiæ, 50. dist. quia tua, de pænit. dist. 5. § 1. in fin.

Quod vere pænitens semper dolet, & de dolore gaudet, de pæ. dis. 3. circa prin. c. si apostolus.

Quod qui pænitet, non est dicendus peccator, 32. q 1. quod autem.

Quod discretum debet quærere confessorem, de pæn. dist. 1. quem pænitet.

Quod pænitens debet considerare multa de quibus debet pænitere, & quæ aggrauant peccata, de pęn. dist. 5. §. 1. quæ in his versibus continentur.

Aggrauant ordo, locus, peccata, scientia, tempus:
Aetas, conditio, mora, motus, copia, status

Quod p ęnitens dēt promittere vlterius se talia non facturum, 12. q. 2. de viro, 23. b vlt pessimam.

Quod vere pænitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libēter, de pœn. dist. 2. circa prin.

Quod pænitēti prosunt orōnes, eleemosynæ, & alia bona ecclesiæ, de pœ. dist. 6 § 1.

Quod pœnitentia Nabuchodonosor dicitur fructuosa, 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod nullus debet pœnitentiam alteri imponere, vel absolutionem facere sine episcopali licentia, nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica, 16. q. 1. peruenit.

Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pœnitentes exemplo Christi, 26. q. 7. pœnitentem.

Quod per pęnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum, 30. q. 1. omnes.

Quod nulli pœnitenti venia debet denegari, 2. q. 5. quanto.

Quod

quod penitenti ne homines desperent quandoque est mitiganda, quia melius est reddere rationem de misericordia quam de crudelitate, 26.q.7. de his, & c. alligant.

quod indiscrete imposita nocet, quia ex hoc precedens contemnitur, & futura fugitur, 26. quæstion. alligant.

quod in extremis nulli est deneganda, 26.q.6 si quis de corpore, & septem c.seq.

quod in articulo mortis si pænitens, loqui non valens per signa petit pœnitentiam, debet absolui, 26. qui recedunt, & tribus c.seq.

quod clericis petentibus pænitentiam non est neganda, 26. q. 6. qui recedunt.

quod clerici quidam peius agunt pœnitentiam quam laici, de pæ. dist. mensuram.

Quod clerici quidam prompti sunt alijs pondus pænitētiæ imponere, sed suo digito non curant tangere, 26.q.7.alligant.

Quod imponenda est pœnitentia secundum qualitatem delicti, 15.q.1.si qs. 23.q.5.circa fi.

Item secundum qualitatem delinquentis, 26. q. 7. tempora pœnitudinis, & quinque c.seq. de conse. dist.4. de pœnitentibus, de pœn. dist. 1. in actione.

Quod imponitur pœnitentia ad cautelam, 15.q.1.si quis insaniens, 23.q 5. excommunicatorum.

Quod criminosi sunt compellendi ad pænitentiam agendam, 23.q.4.displicet.

Quod pænitentia est arbitraria iuxta discretionem imponentis, 26 quæst.7. hoc sit, de pæn. distinct. 1. mensuram.

Item est arbitraria secundum exigentiā ætatis, ægritudinis, & necessitatis.26. q b 7.tempora pænitudinis, & c.hoc sit.

Quod licet pænitentia sit arbitraria, pro quibusdam tamen culpis modi pænitentiæ, à canone sunt impositi, de pœ. dist.1.mensuram.

Quod episcopo siue presbytero fornicāti cum filia spirituali est quindecim annorum pænitentia imponenda, 30. q 1.si quis sacerdos.

Quod decennis pro matricidio, 33.q.2. latorem.

Item pro fornicatione religiosi, vel religiosæ, 27.q 1.deuotam.

Quod septēnis imponitur pro ecclesiæ inuasione, 12.q.2.de viro.

Item pro incestu, 30.q 4.si pater.

Item pro vxoricidio, 33.q.2 admonere.

Item pro homicidio, adulterio, & periurio, sed differenter, 22.q.1.prædicandum.

Quod quandoque periurantis pænitentia sunt septem anni, quandoq; tres, quandoque vnus quandoque minus, secundum iuramenti differentiam, 22.q.5.qui compulsus. & tribus cap. sequen.

Quod ecclesia consuetudo pro quolibet peccato mortali septennem pænitentiam iniungere. sed magis & minus agrauare.33.q.2.hoc ipsum.

Quod ab hæreticis sacramenta recipientes diuersimode puniuntur, 34. q. 1. si quis dederit.

Quod pœna rebaptizatorum diuersificatur, de conse. dist.4.qui bis, & c. eos quos.

Quod pænitentia incendiariorum est, quod post damni restitutionem in terra sancta per vnum annum demorentur, 23.q.vlt.pessimam.

Qualiter penitentia solennis, & publica est imponenda, & assumenda est, 50.distinct. pænitentes, & cap. seq.

Quod imponitur pro magnis criminib. de pæn. dist. 1. in actione.

Quod iuuenib. non est facile imponenda, 50.dist. pænitentes.

Item nec clericis nisi prius suis ordinibus degradatis.50.dist.confirmandū. & duobus c.seq.

Quod non debet iterari, 50. dist. si quis post remissionem, §.prox.

Quod facientes eam non dent interim communicare, nisi in articulo mortis, 25. q. 6. si quis, & tribus capit. seq.

Quod non debent malitiam sæcularem vel pompam exercere. de pæ. dist. 5. contrarium, 50.dist.c. vlt.

Quod tales non possunt ad sacros ordines promoueri, 50.dist. ex pænitentibus, & quatuor c.seq & c.illud, & c. placuit.

Quod quamdiu sunt in pænitentia actu non possunt in curia sæculari aliquem accusare, 11. quæstio. 1. aliud.

Quod post pænitentiam matrimonio possunt vti, & de licentia cōtrahere, 33.q.2.audiuimus.vsq; ad finem quæstionis.

De pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confessione, & vbi agitur de Satisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pentecoste in eadem letitia, & reuerentia est sicut festum Paschæ, 76. distinct. nosse.

Quod in vigilia Pentecostes diaconi propter aduentum spiritus sancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua non debet dici, 76.distin.de ieiunio.

Quod à pascha vsque ad pentecostem si qui ieiunare voluerint, non sunt prohibendi, 76. distinctio. post pascha.

PERCVSSIO. Quod percussio est duplex, videlicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis quæ fit facto, 45.dis. cum beatus.

Quod spiritualis percussio fit quando doctor inutili sermone conscientiam percutit infirmorum, 45. dist. c.vltimo.

Quod corporalis percussio fit aut à Deo, aut ab homine, 6. q.1.cum percussio.

Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 19 dist. Anastasius, 15.q. 1. nec his, & c seq.

Quod diuinæ percussioni percussio hominum non debet superaddi. 7 qst. cum percussio.

Quod percussio corporalis ab homine qui præest ad correctionem, est meritoria, 45. dist. cum beatus, § Salomon, & c seq.

Nam qui emendat verbere in quem ei potestas datur, misericordiam facit, 45 dist. & qui emendat.

Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quendam monachum sanauit spiritualiter, 45.dist. cum beatus, § Salomon.

Quod pcussio ex odio vel ira, mala est, 45 dist. quid autem.

Quod prælati debent esse pastores non percussores gregis. 45.dist. c.1.

Quod prælati qui percussione non vitia corrigunt, sed timeri quærunt, culpātur, 46 dist. dux. §. prox.

Quod episcopus nullum suis manibus, sed per alium debet percutere, 86.dis non liceat, & 5. q.5.

quod episcopus vel presbyter percussor debet deponi, 1.q.7. si quis omnem. In fi. 45. dist dux. §. ex his.

quod minores clerici ab his qui pro sunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti, 45 dist. cum beatus, §. Salomon.

quod illud, qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei, & alteram, non ad litteram intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hæc ad litteram impleuerunt, 23. q.1.paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. quod peregrinatio ad loca sanctorum non est contemnenda, quia à sanctis patribus est approbata, 30. dist. si quis per superbiam.

quod nulli religioso, vel clerico, licet vouere peregrinationem, vel assumere sine licentia sui prælati, 20. q. 4. c. vlt. & § seq. de conse. dist. 5. non oportet.

quod peregrini sanctorum, & præcipue Apostolorum vbicumque sine pedagijs, & sine aliis nocumentis debent transire, 23. quæstion. quarta si quis Romipetas, & cap. alij quia.

Quod

quod non est laudabile peregrinum fuisse Hierosolymis, sed ibi bene vixisse, 12. q. 2 §. Crates.
Quod peregrini clerici absque formata in alia dioecesi non debent recipi, 71. dis. c. vit.
Quod transmarini vel alij clerici peregrini non debent nisi cum quinque sigillis episcoporum ad ordines recipi, 98. dis. per totum.
Quod peregrini episcopi vel presbyteri in via peregrinationum possunt occulte celebrare, 7. q. 1. episcopi vel presbyteri, 9. q 2 per totum.
Quod possunt tabernas ingredi, 44. dis. clerici.
Item licet eis mutare habitum, 21. q. 4. episcopi.
Item licet eis excommunicatis in cibis communicare, 11. q 3. quoniam.
PERFECTIO. Quod perfectio nō admittit personalem rerum repetitionem, 13. q. 1. per totum, 11. q j. te quidem.
Quod omnes episcopi debent esse instar perfectorum, 14. q. 1. episcopus, & §. se. 12. q. 1 expedit.
Quod perfecti debent temporalia contemnere, 12. q. 1. clericus.
Item nil debent extra Christum quaerere, 12. q. 1. cui portio Deus est.
Item totaliter contemplationi intendere, 12 q. 1. duo sunt.
Item iniurias patienter tolerare, 14. q. j quod debetur.
Quod perfectis nec mentiri, nec dicere falsum est permissum, 22. q. 2. ne quis.
Quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratribus parati sunt mortē subire, de poen. dis. 2. §. haec quae. in fi.
Quod perfecta non videantur quae perfectionis ordine non complentur, 7. q. 1. nihil. Exēplum ibi de Missa per alium complenda.
PERIVRIVM. Quod periurium est nequiter decipere credentem, 22. q. 2. c. 1.
Item periurium est falsa iuratio ignorāter facta, hoc non est peccatum vbi non temere iuratur, 22. q. 2. beatus.
Item periurium est falsa iuratio scienter facta, i. actus firmandi mendaciū iuramento hoc semper est mortale, 22. q 2. homines.
Item periurium est indiscretum iuramētum, licet non sit mortale, 22. q. 4. q. sacro, 25. d. vnum orarium, §. alias.
Item periurium est transgressio iuramēti: hoc quandoque est peccatum, quandoque nullum, 22 q. 4. inter cetera, & c. se.
Quod vbi tres comites, videlicet veritas, iustitia & iudicium desunt, nō est iuramentum, sed periurium, 22. q. 2. animaduertendum.
Quod etiam si non iuretur super sacra, & iuratur in communi locutione, incurritur periurium, 22. q. 1. habemus.
Quod minus malum est incurrere periurium quām noxia promissa adimplere, 13. d. duo, 22. q. 4. vnusquisque.
Quod periurium sine deliberatione vel iocose commissum reputatur veniale peccatum, 25. dis. vnum orarium, §. quae autem.
Quod poena periurij est sicut homicidae, 22. q. 4. inter caetera, circa med.
Quod periurus est infamis, nec admittitur ad ordines sacros, 6. q. 2 infames.
Item non admittitur ad testimonium ferendum, 6. q. 1. quicumque, 22. q. 5. si quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de poena periurij vbi agitur de poena.

PERMISSIO. Quod est permissio prouidae concessionis, vt matrimonij contractus, causa vitandae fornicationis, 13. dis. nerui, & haec ex toto facta excusat.
Item est permissio indifferentis actionis, quae non praecipitur, nec prohibetur, vt dum vir fortis parit praemiū, 3. dis. omnis.
Item est permissio rationis, vt cum permittitur minus malum & illicitum ne committatur grauius, 13. q. dist. nerui.
Item est permissio obligationis, vt cū vir permittit vxorem aliquo voto se adstringere quod post de necessitate est implendum, 33. q 5. manifestum.
PERMVTATIO. Quod permutatio ecclesiarum vel monasteriorum potest fieri, sed non per saeculares, 16. q 6. nemini.
Quod talis permutatio non debet fieri causa leuitatis, sed causa meliorandi, 16. q. 7. si quis vult.
Quod permutatio ecclesiarum non debet fieri sine consensu episcopi, 16. q. 7. si quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO. Quod persecutio est duplex, videlicet carnalis qua malus persequitur bonum: & spiritualis, qua bonus malum propter bonum persequitur, 23. q. 4. quisecundum, 6. q. 1. quiescite.
Quod semper mali bonos persequūtur, 3 q. 1. nulli dubium.
Quod persecutio fit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis, 6. q 1. sunt plurimi, §. verum, & 3. q. 4. detractores.
Quod Deus permittit persequi bonos, vt excessus eorum ex hoc suffocētur, 6. q. 1. sunt plurimi.
Quod diabolus praecipue praelatis persecutionem à subditis procurat, vt capite languescente facilius membra ruant, 6. q. 1. sunt plurimi, §. verum.
Quod persequi praelatum est persequi Christum, quia vicarius suus est, 7. q. 1. omnis.
Quod praelati exemplo Christi debent persecutores patienter tolerare, 7. q. 1. suggestum, & duobus c. seq.
Quod praelatorum est duplex persecutio, vna exterior, quae respicit passionem, alia interior quę respicit cōpassionem, 7. q. 1. aduersitas, ante med.
quod exterior persecutio cum praelato infertur ratione personae, est exēplo Christi fugienda, sed cum ratione gregis vel fidei est constanter subeunda, 7. q. 1. aduersitas.
Quod praelatos iniuste persequentes sunt infames, & exilio relegantur, 3. q. 4. clericus, & c. seq.
Quod malos persequi propter correctiones eorum non est malum, 23. q. 4. ille porro, vsque ad c. si nō, §. breuiter.
Quod boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter bonos, 23. q. 4 si non, §. breuit. 1.
quod Christus non est iniuste persecutus flagellando, quos expulit de templo, 23. q 4. ille, §. porro.
quod non est iniquitas, sed potius pietas, criminis esse persecutorum 13. q. 5. non est iniquitatis, & c. si propterea, & c. non vos.
quod haereticos & alios infideles persequi non ratione zeli, sed ratione vindictae vel rapinae, non est sine crimine, 23. q. 4 remittuntur, & q. 7. quicūque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate, & vbi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA. Quod perseuerantia bona est ex uirtute patientiae, 7 q. 1. suggestum.
Quod perseuerantia habenda est in bono proposito conseruando, 16. q. 1. nos autem.
Item mala praeterita ne redeant solicite cauendo, de poen. dis 2. c. quaerendū, post med.
Item tribulationem usque ad finem sustinendo, 7. q. 1. suggestum.
quod qui perseuerauerit usque in finē, hic saluus erit, 7. q. 1. suggestum, de poen. dis. 2. non reuertebantur.
quod illud quod uoluntate fit perseuerat: quod necessitate, cito soluitur, de conse dis 5. quidquid.
quod retro post aratrum respicit, qui in incepto bono non perseuerat, de poenit. dis. 2. pennata animalia.
quod perseuerantia in bono est donum Dei de poen. dist. 3 si quis, circa fin.
quod multis Deus dat dilectionem sui quibus non dat perseuerantiam, de poe. dis. 2. c. quaerendum, in fi. & §. non autem, ante fi.
quod incassum bonum agitur si ante uitae terminum deseratur, quia & frustra uelociter currit qui prius quàm ueniat ad metas deficit, de poenit. distinctione, 3. §. primo, in fin. c incassum.

PERSONA. quod persona vna tantum est in Christo licet diuersæ naturæ, 15 dis. canones, ante med.

Quod Arius damnatus est quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis, 15. dis. canones, ante med.

Quod personarũ acceptio non est apud Deum, 30 q. 4 sicut, de consec. dis. 4. nec quemquam.

Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorum electione, 63. dis. sacrorum.

Quod personarum trinitas semper est exprimenda in baptismo, de consec. dis. 4 de trina. & quinque c seq.

Item in sententiæ executione, 2. q. 5. si quis presbyter. 11. q 3. summopere.

Item in pœnitentiæ impositione, 26. q. 7. sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Vtrum plures personatus vnus possit tenere. 21. q. 1. & 2. per totum.

PETITIO. Quod petitio est duplex, videlicet iusta, & iniusta, 29. q. 3. sex differentię ante fi.

Quod iuste petitur à Deo, & ab homine auxilium, vt tribulatio remoueatur, sed iniuste petitur, vt voluptuosus status conseruetur, ibi.

Quod Paulus vt conseruaretur, non ad voluptatem, sed ad aliorum vtilitate iuste petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus à petra Christo nomen accepit, 21. dis. §. decretis, ante fi.

Itẽ dictus est cephas. idest, caput: quia principium tenebat apostolatus, 22. dis. sacrosancta, 21. dis. §. decretis.

Quod à Domino princeps apostolorũ constituitur, vt ab ipso velut à capite in membra. velut à fonte in riuos omnis vigor spiritualis descenderet, 19. dis. ita Dominus, 21. dis. in nouo, 80. dist. in illis. 24. q. 1. loquitur, c. manet ergo & tribus c. seq.

Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit. 19 dis ita Dominus, 22. dist. omnes, 24. q. 1. non turbatur.

Quod in eo quod aurem Malchi præscidit, innuitur, quod sua professione fidei, auditum infidelitatis amputauit 24. q. 1. si Petrus.

Quod ipsum Dominus cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet, 50. dis. considerandum. & c. seq.

Quod ter negauit, & ter confessus est amore, innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 6. q. 1 imitare.

Quod in hoc, quod dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginã, prælatis & clericis vltio inhibetur, 23 q 8. § 1.

Quod Tabitham suscitauit & Ananiam cum Sapphira morti tradidit, 13 q. 8. Petrus

Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi, 2 q. 7. Petrus, & c. seq.

Quod in hoc, quod Dominus Petrum post trinam negationem non statim iudicauit, exemplum dat, quod prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigendi, 45. dis. licet plerumque.

quod Christus respiciens Petrum fecit eum suum deflere peccatum. 23. q 4. sicut non est.

Quod Petrus Linum & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi, & prædicationi vacauit, 8. q. 1. si Petrus.

Quod, Petrus & Paulus fuerunt pares quo ad meritum, non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus, 2. q. 7. Paulus Petrum.

Quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi à Nerone, 21. di. quamuis, 22. dis. sacrosancta, 2. q. 7. beati.

PHILOSOPHIA. Quod philosophia liberalium artium non reprobatur, salubrior tamen est sacra scriptura, 37. dis. si quis artem.

Quod scientia Philosofia sicut Astrologia, & huiusmodi non ducit ad salutem, sed mittit in errorem, 37. dis legimus, §. sed & contra.

Quod non Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, 26. di, omnẽ.

Quod garrulitas Philosofica garrulitati ranarum comparatur, 27. dist. legimus, §. hinc etiam.

Quod in illis præcipue Philosophia vituperatur, qui ipsa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatem, 37. dis turbat, § cum ergo.

quod sancti quandoque vsi sunt Philosophia 37. dis turbat, & c. qui de mensa, & 1. q. 1. Dominus declarauit.

quod dicta Sibillæ, & aliorum Philosophorum valent ad conuincendum paganorum vanitatem, 37 dis. si quid.

quod sacra scriptura, nec sub uenustate nec sub Philosophicis terminis est proferenda, 38 dis. ecclesiastica.

PIETAS. Quod pietas est mater boni operis, 22. q. 2. si quælibet.

quod culpa purgatur pietate, 22. q 2. si quælibet.

Item meretur temporaliter, & æternaliter remunerari.

quod scientia est pietatis ueteris, & noui testamenti intelligentia, 37. dist. si quis artem.

quod non est mentiendum in doctrina pietatis, 22 q. 2. primum.

quod sub specie pietatis peccatum mortale non est committendum, 22. q. 1. ne quis.

quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas, 23. q 5. legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

PISCES Quod pisces ad manducandum à carne abstinentibus conceduntur, 4 dis. denique.

quod pœnitentes, non piscibus, sed pisciculis uti debent, 82. distin. presbyter.

quod cum à carnibus abstinetur à carioribus cibis piscium est abstinendum, 4. dis denique.

Quod propter pisces malos retia prædicationis non rumpuntur, 23. q 7. c. 1. in fi.

PLACENTIA. Quod placentia malorum à prælatis non est appetenda 83 dis nihil.

quod placendi causa hominibus ueritas non est annuncianda, 22. q. 1. primum.

quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouium. 80 dis. nihil.

quod si ut Abraham placuit in coniugio, sic nunc placent uirgines in castitate, de pœn. dis. 2. si enim inquit, ultra medium.

quod secundum carnem uiuentes Deo placere non possunt, 82. dis. propositi circa fin.

PLANCTVS. quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pœnit. dis. 3. § 1.

Item cõuenit bene monachis, quia monachus non habet Doctoris officium sed plangentis, 16. q. 1. monachus.

Item conuenit compatientibus, sed discrete: sicut quando mortui plangantur, 13 q. 2. quam præposterum, & c. seq. § hoc autum.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis

PLVS PETITIO. quod plus petitur multipliciter, uidelicet re, ut quando pro decem uiginti petuntur, 14. q. 1 quod debetur.

Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur, 78. dis. c. 1. 2. & 3.

Item loco plus petitur quando nõ ubi soluere conuenit petitur, sed alibi, 11. q. 2. siue 7. q. 1. si quis episcopus.

Item causa, ut ubi duo promittuntur sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, uel non debet 13. distin nerui. 22. q. 4. unusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.

POLLVTIO. quod pollutio carnalis lasciuiæ, plus inquinat homines inter septem peccata mortalia 32. q. 7. non solum.

quod

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6. dist. testamentum.

Quod dormienti quatuor de causis contingit, aut ex crapula: aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6. distinct. testamentum.

quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat: s. d differenter, 6. dist. testamentum.

An taliter pollutus debeat celebrare vel communicare, habes vbi agitur de Eucharistia.

quod vigilando contingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur 35. quæst. 4. vis cum propria.

Item extraordinarie, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.

Item per adulterium, 32. q. 5. puto.

Item per incestum 35. q. 2. & 3. de incestis, & duobus c. seq.

quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 35. quæst. 3. extraordinaria.

Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie contra naturam, 32. q. 7. flagitia, & cap. visus.

Item extraordinaria est quando peccatur contra naturam in alia specie i. sicut cum brutis, 16. q. 1. mulier.

quod caro quandoque polluitur sine mentis pollutione, sicut contingit in oppressione. 32. q. 5. §. ille.

quod mens quandoque polluitur si nec corporis inquinatione, 32. q. 5. nec solo.

POPVLVS. quod decem faciunt populum, 10. q. 3. vnio, imo.

quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum 8. q. 1. audacter.

POSSESSIO. quod possessio rerum multiplex reperitur, quia vel est de iure humano, 23. q. 7. c. 1.

quod possessio terrena non lege diuina quæ vult omnia esse communia, distincta est, sed lege humana quæ statuit meum, & tuum, 7. dist. quo iure.

quod hæretici, & infideles nec iure humano res possident. 23. q. 7. c. 1.

quod laici licite possident temporalia, dummodo licite vtantur, 12. q. 1. duo in fi.

quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet, 23. q. 7. quemadmodum.

quod iniuste possidentur male acquisita, & male detenta. 14. q. 4. quid dicam.

quod qui conquisitis vel nescitur aliene possidere conuincuntur, 14. q. 4. quid dicam.

quod bonæ fidei possessor dicitur qui diu quis ignoranter possidet alienũ, 14. q. 2. si virgo.

quod bona fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur, 17. q. 3. placuit, §. potest.

quod possessor deficiente actore titulũ suæ possessionis probare non cogitur, 2. q 5. § s.

quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum, & infidelium exceptis Iudæis tenent, 23. q. 7. si de rebus, & duobus c. seq.

DE POSSESSIONE PERFECTORVM. quod perfectorum nõ est possessio, aurum, & huiusmodi, sed ipse Deus, 12. q. 1. clericus, & duobus c. seq.

quod in communi possidere non est cõtra statum perfectionis, 12. q. 1 expedit, & c. videntes, & c. habebat. Exemplum ibi de Christo, qui loculos habuit.

Quod cum Iudæ cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem propriam, 12. q. prima, ex è plum, & cap. certe, & capitu. si priuatum.

Quod res in communi possessæ fideliter sunt dispensandæ, 12. q. 2. res, & duobus c. seq.

Quod possessio ecclesiæ communi præscriptione non potest alienari, 16. quæst 4. possessiones, & §. se. & cap. seq.

Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio, 19. q. secunda, casellas. §. hoc ius.

POSSE. Quod posse peccare non est posse. de pœn. dist. 2. ante fi.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœn. distinct. 2. si enim inquit, distinctio. 1. siue capitu. inter hæc r.

Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest. quæ posse est aliquid posse, de pœn. distinct. secunda, circa fin.

Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum, 4. dist. erit, 14. q. 6. si res.

Quod est posse iuris quando istud possumus quod de iure possumus, 2. q. 5. nos in quemquam, 50. distin. si quia præpostera.

Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest. de consec. dist. 4. numquam.

Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio non competit, 14 q. 6. c. 1.

Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantum potest, 2. q. 6. decreto.

Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impeditur, 22 q. secunda, faciat.

Item est posse diuinæ voluntatis, quod sanctorum, patrum, & omnium hominum statuta transcendit, 25. q. 1. contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dantius, natura, facultas.

Officium, pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione, vel pro petitione 3. q. 7. infames 61. d. Osius, §. sed alius.

Quod postulatio primo modo est desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, 3. q. 7. infames.

Quod quidam prohibentur omnino postulare, vel propter ætatem, vt minores, 17. annis vel propter causam, vt surdus, vel propter sexum, vt fœmine, vel propter not. m turpitudinis, vt hermaphroditi, vel caci qui sunt vtroque lumine priuati, 3. q. 7. infames.

Item nulli criminosi, & infames nisi prius restituti, non possunt postulare.

quod in alieno negotio numquam postulare siue aduocare debet episcopus 14. q. 1. c 1.

Quod episcopus pro pœnæ remissione miserorum postulare potest. 14. q. 6. hi qui in furtis, & 15. q. 5. c. 1.

Item pro se, & ecclesia sua, & miserabilibus personis postulare potest, & hoc nõ sæpe, ne vilescat dignitas, 88. dist. perlatum.

Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23. q. 5. c. 1.

Quod in causa ciuili sæculari diaconus & superiores postulantes repelluntur, 11. q. 1. se quidem.

Quod in ciuili ecclesiastica diaconus, & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere, 15. q. 2. obseruandum, 11. q. 1. experientiæ, & c. seq.

Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare, 16. q. 1. monachi à monasterio, & c. placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur, Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico, vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ, 71. distin. Osius, & §. sequen. & c. nullus inuitus 71. dist. primatus.

Quod aliud est postulari, aliud eligi 61. dist. Osius.

Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nullum habens impedimentum, 61. dist. Osius §. sed aliud est.

Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solemnitate decreti omnium, subscriptione roborati. 61. dist. Osius, §. sed aliud est, & c. seq.

Quod laicus primo est postulandus, demum.

demum eligẽdus: sed clericus primo eligendus, demum postulandus. 61. dist. Osius. § sed aliud est.

Quod in postulatione omnium eligentiũ requiritur consensus, 61. d. episcopus dum, 63. dist. litteras, 76. dist. dilectionis.

Quod postulatus per suum prælatum debet concedi, 76 dist. dilectionis, 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod vacante ecclesia capitulum non potest concedere postulatum, 71. dist. fraternitatem, 24 dist c. 3 & 4.

Quod episcopus non potest compelli ad dandum clericum postulatum, 85. dist. archidiaconum Florentinum, in fine, 76. dist. dilectionis, 63 dist. litteras.

Quod episcopus videtur posse compelli ad dandum clericum postulatum per superiorem, 12. q. 1. omnis, in fi.

Quod postulatio non iuri, sed gratiæ innititur 63. dist. litteras.

Quod postulatio vitiatur, si postulantes diffidunt de iure suo nisi sit iam superiori præsentata, 18. dist. de Syracusanæ.

POTESTAS. Quod potestas Dei præcedit omnium hominum potestatẽ, 8. dist. quæ contra.

Quod potestas non est, nisi à Deo siue iubente siue sinente 23. q 1. quid culpatur in bello.

Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit, 11. q. 3. qui resistit.

Quod illud quis potest quod de iure potest, 2. q. 1. nos in quemquam 22. q. 2. faciat.

Quod aliud est iniusta potestate iuste vti, & aliud iusta iniuste vti 14. q. 5. neque, in fi.

Quod meretur potestam amittere qui sibi concessa abutitur potestate, 11. q. 3. priuilegium.

Quod potestas est duplex, videlicet pontificalis, & regalis, 96. dist. duo. 23. q. 5. principes.

Quod Christus actibus suis officia potestatis tam pontificum quam Imperatorum discreuit, 96. dist. cum ad verũ.

Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo, 23. q. 5. principes, & quattuor c. seq.

Quod sicut antecedunt diuina humana & cœlestia terrena, & spiritus carnem, sic antecedit pontificalis potestas regalem, 10. dist. suscipitis.

Quod Imperator debet subesse potestati Papæ, 96. dist. si Imperator, & c. sicut vsque ad finem.

Quod potestas Papæ in concilijs excipitur, & statuta conciliorum sua potestate confirmantur, 17. dist. per totũ.

Quod potestas Imperialis siue regia nõ est vituperanda, 14. q. 5. neque.

Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenentur potestatibus sæcularibus obedire, 23. q. 8. conuenior, & c. tributum Exemplũ ibi de Christo.

Quod potestas sæcularis non habet ius in spiritualibus, 23. q. 8 tributum.

Quod cum præcipitur, quod non licet, ibi potestas est contemnenda, 11. q. 3. qui resistit.

Quod alia est potestas officij, alia executionis 24. q. 1. miramur. § prox.

Quod suspensi habent potestatem, sed non executionem potestatis, 1. q. 1. quod quidam, § ex his, circa prin. 24. q. 1. miramur, § prox.

De Potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus, & principibus, & de Potestate episcopi, vbi agitur de episcopis, & sic de alijs vbi agitur de singulis.

PRAEBENDA. Quod præbendæ in duabus ecclesijs vni non sunt dandæ, 70. dist. sanctorum 89. dist. singula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de officijs.

PRECARIAE. Quod precariæ dicũtur quædam precationes vsus fructus in recompensatione proprietatis, 10. q. 2. precariæ. 12. q. 2. præcariæ.

quod precarium vtendum conceditur quamdiu patitur qui concessit, 12. q. 2. sæpe.

quod precariæ cum fiunt, sunt in scriptis redigendæ: ne per retentionem diutinam præiudicium generetur. 12. q. 2. sæpe.

quod precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari, 10. q. 2. precariæ.

quod precariæ irrationabiliter factæ præcipue ecclesiarum successori non præiudicant, 10 q. 2. de precarijs.

quod præcario possidentes præscribere non possunt, 16 q. 3. clerici, & c. seq.

PRAECAVERE. quod præcauendũ est futuris periculis, 13. dist. in nomine, circa princ. 51. dist. designata. 12. dist. de Syracusanæ 82. dist. proposuisti, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

PRAECEPTVM. quod præceptum Dei omnibus præceptis antefertur 8. di. quæ contra. 11. q. 3. si is qui, & c. se.

quod decem generalia sunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur, 32. q. 4. meretrices. Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane.
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non occisor eris, fur, mœchus, testis iniquus.
Non alij nuptam, nec res cupies alienã.

quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs esset illicitum, 14. q. 5. dixit.

An Deus non vult vt semper fiat id quod præcipit, 22. q. 1. non est.

quod præcepta patientiæ non tam exhibitione corporis quam præparatione cordis sunt retinenda, 23. q. 1. nisi. § his ita, & c. paratus.

Item quod præcipitur imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri, 14. q. 1. c. vlt.

quod præceptum papæ propter obeditiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandum, 19. dist. In memoriam.

quod iniustum præceptum superiorum non est implendum, 11. q. 3 si episcopus forte, & c. seq.

quod præcepta etiam sanctorum prælatorum antequam impleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta, & licita, si non sunt contra Deum, 59. dis. si quis præpostera.

quod nec papa vult vt impleatur quod per surreptionem præcipit, 16. q. 3. dicet.

quod qui iustis præceptis non obtemperat, debitor est pœnæ, 14 q. 1. quisquis, 50. dist. si quis præpostera.

PRECES. quod preces hominum Deus non semper exaudit, 50. dist. si quis præpostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

quod preces canonicæ disciplinæ contrariæ non sunt exaudiendæ, 50. dist. mitor, 14. q. 6. c. 1.

quod rescripta expressam debent habere conditionem hanc, si preces veritate nitantur, 26. q. 2. rescripta.

quod iudices sunt puniendi qui preces mendacia non arguunt, 25. q. 2. rescripta, vsque ad cap. vniuersa.

Vtrum per preces suas vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habes vbi agitur de simonia.

De hac materia habes vbi agitur de Perditione.

PRAECIPITATIO. Præcipitatio qualiter, & in quibus non sit bona, habes supra vbi ponitur Acceleratio.

PRAECISVS. quod præcisus de Christi corpore etiam si figuram membri teneat, vitæ, spiritum non habet, 23. q. 7. quemadmodum.

De præcisis an sacramenta conferre possint, habes 1. q. 1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis, & Schismaticis.

PRAEDA. quod præda secundum militarem disciplinam regibus est seruanda, 23. q. 5. dicat.

quod propter prædam militare, est peccatum, 23. q. 1. militare.

quod

quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo est prohibita, cum dicitur, non furaberis. 32. quæst. 4. meretrices.

quod prædones peregrinorum, & pauperum sunt excommunicandi 24. q. 3. si quis Romipetas & duobus cap. seq.

PRAEDESTINATIO. quod prædestinatio Dei semper in bono est. 23. quæstione. 4. Nabuchonosor ante med.

quod prædestinatio ita est à Deo disposita, vt electi meritis & precibus ad ipsam perueniant, ibidem.

quod nequaquam obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt, 23. q. 4. obtineri.

quod prædestinatio proprijs meritis & sanctorum precibus adimpletur. 23. q 4. obtineri.

quod prædestinatus, inquantum prædestinatus, non potest damnari de pœnit. dist. 4. peccatum, §. verum post med.

quod licet nemo possit saluari nisi prædestinatus, omni tamen delinquenti adhibenda est correctio, sicut medecina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum à Deo præfixum victurum. 23. quæstio. 4. Nabuchodosor.

quod prædestinatio multis est causa standi, sed nemini est causa labendi. 23. quæstione, 4. Nabuchodonosor, §. item qui.

quod non inducit necessitatem correctionis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant, 23. quæstione. 4. Nabuchodonosor, §. non ergo.

quod licet prædestinatio Dei, vel præscientia falli non potest, non ideo omnia prædestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia, & mala præter eius scientiã eueni re non possunt.

quod multi videntur prædestinati merito præsentis iustitiæ, nõ autem prædestinatione claritatis æternæ, de pœ. dist 4. §. hoc ergo.

PRAEDICATIO. quod prædicatio verbi Dei non est contemnenda. 1. q 1. interogo.

quod non minus est reus qui prædicationem negligenter audierit, quam qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis, etiam est in ecclesia admittendus, de consec. dis. 1. episcopus nullum.

quod contemptoribus, ne margaritæ spargantur ante porcos, est subtrahẽda. 43. dist in mandatis.

quod prædicationi proponenda est aliquando contemplatio, & aliquando postponenda 8. q 1. in scripturis. Exẽplum ibi de Hieremia.

quod sicut vtilius est habere prudentiores, quam formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior: quam disertior. 38. dis. sedulo.

quod prædicatio suscitat spiritualiter mortuos, 8. q. olim.

Quod prædicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis. 8. q. 1. oportet 26. distinctione; §. 1. & §. ecce. 38. dis. ca. 1.

Quod prædicator purus debet esse à peccato. 50. dis. quid est hoc. & c. cum exaudiero, & 35. q 6. in fi.

Quod fructum Christi non suum debet intendere; 8. qu. 1. olim, & c. in scripturis.

Quod secũdum capacitatem audiẽtium sermonem debet formare 8. q. 1. oportet.

Quod nec propter Christi cultum amplificandum, nec propter aliud vlla debet mentiri ratione. 22. quæ. 2. primum.

Quod prædicator debet esse actiuus & contemplatiuus, & non de suo sensu, sed illa docere quæ didicit in contemplatione. 36. distinctione, si quis vult.

Quod nec propter æmulationem, vel detractionem aliorum à recta prædicationis intẽcione debet recedere. 44. dis. scimus.

Quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans consequitur à Deo vberiorem gratiam 19 quæstione 2 seueri mini.

Quod nullus laicus, vel religiosus absque Papæ, vel episcopi licentia, nec mulier quantumcunque docta & sancta sit, debent prædicare, 16. q. 1. adijcimus, 23. dis. mulier.

Quod qui prædicatorem veritatis contristat, in Christum peccat. 11. q. 4. qui cumque constristauerit.

Quod vitiosi sermo non est contemnendus: quia sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credentes à peccatis lauat. 83. distinctione, §. vltimo.

Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & reprobus efficitur. de pœn. distin. 2. §. opponitur.

Quod prædicator bene docendo, & male uiuendo Deum instruit qualiter eum debeat condemnare 40. distinct. multi.

Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur, non audientium vtilitatem, sed suam ostentationem quærunt. 43. distinctio. dispensatio.

quod inconuenienter prædicat qui pauperem Christum pingui ventre & rubentibus buccis annunciat. 35. dis. ecclesiæ.

Item qui arroganter & cum fastu annunciat 46. dist. hoc habet.

Item qui fabulas immiscet, quia in vno ore cum iouis laudibus se Christi laudes non compatiuntur, 86. disti. cum multa.

PRAEFATIO. Quod præfatio B. Virginis nouem antiquioribus præfationibus per concilium addita est, 70. dist. sanctorum in fi.

Quod excepta præfatione B. Mariæ nouem sunt quæ per circulum anni decantantur. de consecr. distin. 1. inuenimus.

Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur. vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur, de conse. distinct. 1. quando autem.

PRAEIVDICIVM. Quod præiudicium committitur quando lite pendente pro altero sententiatur, 11. q. 1. quia res.

Item præiudicium committitur quando vna parte absente altera auditur 3. q 9. c. vlt.

Item præiudicium committitur quando quis contra iustitiam condemnatur. 2. q. 1 in primis.

Item præiudicium generatur quando quid furtiue vsurpatur, 63. distinct. illud.

Item præiudicium est quodlibet factũ iniuriosum. 11. q. 1. quia res.

PRAELATIO. Quod prælatio nõ est instituta cõtra bonos, sed ad coercendum malos. 22. distin. de Constãtinopolitana.

Quod prælatio ecclesiastica quia est à Deo, non est contemnẽda. 11. q. 2. nemo contemnat

Item nec auide suscipienda, nec propter desidiam respuenda. 16. q. 1 vos autem 8 q. 1. olim. & tribus c. seq. 40. dist. multi.

Quod ambitiosus ad prælationem (etiã si sanctus sit) reprobatur 1. q. 1. principatus.

Quod fugientes eam magis sunt assumendi, quam se ingerentes. 1. q 6. sicut. 8. q. 1 in scripturis.

Quod non consanguinitas, sed iuris & scientiæ congruitas est attendenda, in ipsis. 8. q. 1. licet. & c. seq.

quod non prælatio, sed bona conuersatio nos iungit Deo. 40. distin. non locus.

quod omnis sanctitas præsumenda est de prælato 40. dis. non nos.

quod ille prælatus dicitur maior, qui vita est sanctior. 2. q. 7. Paulus; Petrũ. & duobus cap. seq. 40. dist. multi, in fin.

quod absurdum est prælatum peiorem esse populo. 2. q. 1. vilissimus.

quod prælati debent esse litterati. 39. dist. qui ecclesiasticis, & duob. c. seq. & c. si quis vult.

quod vita pastoris debet esse exemplar subditis. 2 q. 7 cum pastoris.

quod prælati debent esse duces gregis, & pastores, 7. q. 1. scitscitatis.

quod integritas prælatorum salus est subditorum, & ordo nutabit si quod inuenitur in corpore, nõ inueniatur in capite. 41. distinct. miramur.

quod prælatus debet in conuersatione & sermone præire, 8. quæstione, 1. qualis, 40. dis. non nos, & tribus c. seq.

quod minorum exempla ad imitandum, & doctrinam ad discendum,

Sperne-

quod monasteria contra ecclesias non possunt præscribere nisi spatio xl. annorum, 16. q. 4. per totum.
quod præscriptio trie na lis non præiudicat ecclesijs, 16. q. 3. si sacerdotes, & q. 4. c. 1.
quod laici non possunt præscribere decimas, 16. q. 3. placuit, §. potest etiam.
quod limites diœcesium vel parochiarum præscribi non possunt, 16. q. 3. licet, §. hoc moltipliciter. & c. seq.
quod ius diœcesium præscribi potest, 16. q. 3. c. 1. & tribus c. seq.
quod in illis quæ quis sua auctoritate vsurpatiue possidet, præscribi nō potest, 16. q. 3. dilectio, §. potest etiā aliter.
quod ille qui asserit se præscripsisse, si dubitatur, debet iuratoriam præstare cautionem quòd bona fide & conscientia bona possideat, 16. q. 3. dilectio.
quod interruptio præscriptionis dat ius agendi, 16. q. 3. c. 1. & q. 4. volumus.
quod interruptio fit dupliciter: videlicet naturaliter: idest, contra ius naturæ: quando scilicet contra conscientiam possidetur, 16. q. 3. placuit, §. potest etiam.
Item ciuiliter fit vel per libelli oblationem: vel per litis contest. 16. q. 3. placuit, §. potest, ante medium, & c. quicumque.
Item fit per protestationem coram episcopis vel alijs bonis viris, 16. q. 3. placuit vt, post medium.
Item per synodalem proclamationē, 16. q. 3. c. 4. tribus c. seq.
Item fit per tabellionum vel testium subscriptionem, 16. q. 3. placuit vt, §. is autem.
quod longæua vsurpatio non facit præscriptionem, 100. di. contra morem, 24. q. 1. schisma.
PRAESCIENTIA. quod præscientia Dei continentur futura quæ hominibus ex libertate liberi arbitrij debent prouenire, 23. q. 4. Nabucodonosor, circa fi.
quod præscientia solum in malis operib. est intelligenda ibid.
quod præscientia Dei nullā necessitatem infert libero arbitrio ibid.
quod secundum præscientiam Dei scribūtur in libro vitæ qui præsciti sunt iustificati: delentur de libro vitæ q̄ præsciti sunt damnati de pœn. dist. 4. §. finis, vsque ad fi.
PRAESVMPTIO. quod præsumptio concipitur ex circunstantia facti, 32. q. 5. nec solo.
quod præsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia, 34. di. quorundam.
quod præsumptio est multiplex, videlicet vsurpatoria, quando s. alieni termini vel officium vsurpantur, 9. q. 1. c. 1. & q. 2. nullus alterius, & q. 3. si autem.
Item præsumptio diabolica cum bona ecclesiarum inuaduntur, 12. q. 1. de viro.
Item præsumptio sacrilega quādo Deo dicata humanis vsibus applicantur, 12. q. 2. prædia.
Item præsumptio conspiratoria quæ fit contra prælatos. 11. q. 1. si qui clericorum.
Item præsumptio perniciosa cum seruus fugitiui ad ordines vel ad religionē recipiuntur. 54. d. generalis.
Item præsumptio nefanda quando ecclesiæ officia propinquis minus dignis committuntur, vel ab illegittimis personis pertractantur, 59 distin. decenter, 16. q. 1. placuit communi.
Item præsumptio ambitiosa est quando minor præsumit exequi quod est superioris, 7. q. 1. pontifices, & c. nihi contra.
Item præsumptio fatuosa est cum prælati criminosi nolunt reprehendi, 2. q. 7. præsumunt.
Item est præsumptio deordinata cum contra statutum aliquid attentatur, 10. q. 4. inter cetera, 21. q. 4. episcopi.
Item præsumptio negligentiæ quando prælatus subditos malos non coercet, 2. q. 7 sicut inquit.
Item præsumptio blasphemiæ, sicut cum canones sanctorum patrum violantur, 25 q. 1. violatores.
quod præsumptio crudelitatis, hoc est prælatorum desæuientium in subditos, 10 q. 3. quia cognouimus.
quod quantumcunque perfectus de suo statu non debet præsumere, 6. q. 1. imitare. Exemplum de Apostolo Petro.
quod Deus bonorum præsumptionē deprimit per aduersitatem, 6. q. 1. oues, §. ipsa
quod in dubia rebaptizatione non est temeritas præsumptionis, sed diligentia pietatis, de consec. di. 4. si nulla.
quod præsumitur quis citius mori quanto senior est, 7. q. 1. petisti, 86. dist. tanta nequitia.
quod præsumitur pro senectute, scilicet dignior probitas, 59. dist. si officia.
Item in iustitia exeminatio, 86. dist. si quid vero.
Item præsumitur sapientia, 84. distin. porro
Item morum grauitas, 12. q. 1. capitu. 1.
Item sermo veracior, 35. q. 6. consanguineos.
Item eleemosyna dignior. 86. dist. non satis.
quod quandoque præsumitur ex præsenti circa præteritum. 34. q. 2. cum per bellicam.
Item quandoque præsumitur ex præsenti circa præsens, 6 q. 1. qui crimē.
Item præsumitur ex præsenti circa futura, 47. dist. sicut hi. §. necesse, circa fi.
quod quandoque præsumitur ex præterito circa præteritum, 28. dis. quia sunt, vbi præsumitur vxor diaconi non fuisse, quia virgo ad eum non peruenerat.
Item ex præterito circa præsens, 87. dist. quicunque.
Item ex præterito circa futurum, 23. q. 5. si apud.
Item ex causa, 23 q. occidit, vbi ponitur qualiter sancti patres ex causa meritoriæ occiderunt.
Item ex persona, 59. dist. decenter. vbi præsumitur de episcopo, q̄ si res ecclesiæ consanguineis committit, q̄ illis, non ecclesiæ, lucrum quærit.
Item in loco, 17 q. 4. quisquis, §. vbi sacrilegium præsumitur ratione sacri loci.
Item ex tempore, 2. q. 1. constat. vbi ex breuitate temporis præsumitur color excusationis.
Itē ex facti qualitate, 12 q. 2. bonæ rei.
Item ex dignitate 11. q. 3. absit. vbi dicitur, quod de sacerdotibus est bonum præsumendum.
Item ex taciturnitate, 28. dist. diaconi, vbi dicitur quod qui diaconatum recipit, etiam tacendo se ad castitatem astringit.
PRAEVARICATIO. Quod præuaricatio est vera crimina abscondere, 2. q. 3. si quem, §. notandum.
Item præuaricatio est votum castitatis vel religionis postponere, 20. q. 1. puellæ.
Quod non est præuaricatio incauti & temerarij iuramenti emendatio, 22. q. 4. diffinitio
Quod præuaricator fidei ad testimonium non admittitur, 2. q. 7. non potest.
PRIMAS. Quod primas est maior archiepiscopo, 99. dist. c. 1. §. 1.
quod primatus officium sumptum est à Gentilibus ad quos opppressi qui ad Imperatoris aulam venire non poterant, tanquam ad primam iudiciariam potestatem confugiebāt, 99. dist. prouinciæ, & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Patriarchis.

PRINCEPS. Quod princeps sæcularis diuina ordinatione ad regendum populum instituitur, 7. q. 1. si ergo.
quod debet ecclesias & prælatos earum defendere, 63 dist. Valentinianus, in fi 23. q. 5 principes.
quod de electione episcopi & aliorum Prælatorum non debet se intromittere, 63 dist. Hadrianus,
Quod princeps debet reuereri episcopos: quia principum colla debent submitti genibus sacerdotum, 63. distin Valentinianus, 96. dist. duo, in fi.
Item de bono statu ecclesiæ debet prouidere, 96. dist. boni. 23. q. 5. principes, & c. incestuosi.
Item debet intendere ad tuitionem viduarum, & pupillorum protectionem, & raptorum refrenationem, 23. q. 5. administratores.

Quod leges principium non possunt in si ingere ... tuta pontificum, 10. dist. per totum.
Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis, 90. dist. duo & duobus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus & de Potestate, & de Regibus

PRINCIPIVM. Quod principium malum difficiliter bonum finem consequitur: quia difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio, 1. q. 1. principatus, & duobus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

PRIVILEGIVM. quod priuilegium dictum est eo quod in priuato feratur, 3. dist. priuilegia.
Item eos temerarie non arguendo, vel iudicando. 21. dist. nolite.
Item defectus eorum non reuelando: sed potius cooperiendo 96. distin. in scripturis.
REVELATIO. quod reuelatio diuina instruit in agendis. 8. q. 1. si ego
Item reuelatio diuina dirigit in scriptur is. 9. di noli.
quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda. 2. q. 1. si peccauerit.
quod fraudulentus est qui reuelat arcana. 5. q 5. qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de inspiratione.

RIGOR. quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonũ quandoque temperatur 14. dist. sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori. 50. distin. vt constitueretur, 1. q. 7. quoties à populis.
quod multi canones constituti sunt in in rigorem disciplinæ. 50. dist. vt constitueretur.
ROGATIO. quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi. de consec. distin 3. Pronunciandum, & c rogationes.
quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi de conse. dist. 3. rogationes.
quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA. quod Roma caput, & principatum obtinet nationum. 2. quæst. 7. beati.
quod iura Romanorum alijs gentibus non conueniunt. 1. distinctio. ius quiritum.
In quibus iura Romanorum consistunt habes, 1. distinctione. ius quiritum.
quod qui Romanam ecclesiam annihilat, ipse se hæreticum insinuat. 22. dist. omnes.

quod Romana ecclesia est princip ium omnium ecclesiarum, 21. distin. quanquam.

De ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM. quod die sabbati non est festiuandum, ne Iudaizare videamur. de conse. distin. 3. peruenit.
quod antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari, vt propter obseruationem sabbati Iudæos: & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat. de consecr. distinctione, 3. peruenit.
quod sabbatum non vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur. 12. distin. illa Exemplum ibi de matre Augustini.
quod die sabbati nisi propter festiuitatem, aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum. de consec. di. 5. quia.
SACERDOS. quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans. 21. dist. cleros. ante med.
quod sacerdotalis ordo incæpit à sancto Petro 21. dist. in nouo.
quod maiores sacerdotes in Apostolis, minores in septuaginta duob. discipulis sunt designati. 21. distin. §. 1 post med.
quod sacerdotes angeli & dij nuncupantur. 11. q. 1. sacerdotibus.
quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali 96. distin. duo, in prin. & in fi.
quod ipse Christus ei reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit. 1. q. 1. nonne.
quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum, 11. q. 1. sacerdotibus.
quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur. 95. dist. ecce ego. circa med.
Item benedictio populis & gratia diuina datur. 1. q. 1. dictum est. 6. q. 1. sacerdotes.
item peccata delentur. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.
Item merito officij eorum futura reuelantur. 1. q. dictum est à Domino. Exemplum ibi de Caipha.
item sacerdotes sunt lumen mundi 92. dist. sacerdotes.
Item sunt omnium patres & magistri, 86. dist. quis dubitet.
quod debent esse corpore & mente mundi: quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti. 5. q. 5. necesse. 2. q. 7. in grauibus, & duobus c. seq.
item sobrij. 35. dis. vinolentum.
item discreti & docti 37. dist. per totũ. 38. dist. in pluribus capitulis.
item debent esse in officio suo cauti, 14 q 6. c. 3. in fi.
item in vestibus & gestu debent esse maturi-

maturi.41.distin.clericus.

Quod sacerdotes instituuntur ad laudādum Deum, & ad exemplum bonæ actionis.5.q.3.quia episcopus.

Quod sacerdotes ratione oblationum tenetur orare pro populo.1.q.1.sacerdotes.

Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis, videlicet precibus,& orationibus peccata consumendo 1.quæst.1.si ipsi sacerdotes.

Item oblatis pro peccatis vtendo.1.q.2 pastor.

Item aliena peccata per consensum incorporando,in fi.

Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicite exercere debent.91.dist. presbyter.

Quod non facili est suspicandum malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt.11.quæstio.3. absit.

Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet: & ideo mundius est suscipiendus quam alij ordines,1. q.1.si qui episcopi talem.§. vox.

Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet. 49.dist.§.1.

Quod sacerdotes propter multitudinē sunt contemptibiles,39.dist.legimus in fin.

Quod multi sunt sacerdotes nomine pauci opere.40.dist.multi.

Quod non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.

Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus, quam qui peruerse agens nomen sacerdotis habet.83.distinct. nemo.

Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.

Quod multi sacerdote nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt: & panem pollutum offerunt. 49. dist. sacerdotes.

Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse.1.q.1.sacrosancta. & c.seq.

Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs.12.q.2.gloria.

Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus,& in vita bonus de pœn. dist.6.§ 1.

Quod malus sacerdos comparatur simiæ.1.q.1.si quis inquit.

Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi.1.q.1.significasti,& c. seq.

An promotus in sacerdotem in mortali peccato, possit exequi officium suū 15.q.vlt.per totum.

Quod peccatum est detrahere sacerdotibus.6 q.1 sacerdotes.

Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus.6.q.1.sunt plurimi.§.pro ximo.

Quod nemo debet audire Missam à sacerdote,quem scit in dubitanter habere concubinam. 32. distin. nullus, vbi exponit glossa.Ioann. ꝙ hoc est indubitanter scire, quod scitur sciētia iuris,& non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura,vt 15. q.8. sciscitantibus.83.nihil.§.quamquam. 1.q.1.multi.30.quæst.5. cap. nec illud.§.is ita.& cap.nullum. Nam ante scientiam à nullo est recedendum 8. q.4 nonne.

Quod autem sacramenta à malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnenda. plura docent capitula: quia ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt de consecra dist. 2. panis est. 1 quæst.1.significasti, &c. Christus, & c.seq.

Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata.1.q.1.dedit.

quod sibi iudicium tantum manducant & bibunt,1.q.1 per Esaiam.

Quia sacramenta,sicut nec sol, à locis immundis,per quæ transit, ab ipsis non inquinantur. 19.dist. secundum ecclesiæ.

Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent,quamuis sibi noceant.15. q. vi. c.vlt.

quod ipsi veluti lixiuium lauant, & nō lauantur.83.dist.nihil.§.seq.

quod sacerdos licite potest operas suas alijs locare.10.q.2.præcariæ,1.

quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium,23.quæst.5. hoc.videtur.

quod promotus in sacerdotem tenetur vxori necessarijs prouidere: non tamen tenetur debitum reddere.31 dist.omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. quod sacramētum inuisibilis gratiæ est visibilis forma,de conse dist.2. sacrificium.

quod sacramenta dicuntur quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorumdem sacramentorum salutem operatur; vnde à secretis virtutibus, vel sacri sacramenta dicuntur,1.quæstio.1.multi. circa med.

quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicuntur necessitatis, vt bap.ismus de consecra,dist.4. nulla præter.

Item confirmatio,de consec.dist.4.nullus ministrorum.

Item Eucharistia de consec.dist.2.omnis Christianus.

Item extrema vnctio.26.q.7 c.1.

Item pœnitentia,de pœn.dist 1.nō pōt.

quod alia duo sacramenta sunt voluntatis,videlicet ordo.74.distinctione vbi ista.

Item matrimonium,30.quæst.8.vbi nō est.

quod baptismus est sacramentum intrantium,de consecra. dist.4. nulla præter.§.porro pate si.

quod confirmatio est sacramentum pugnantium de consec. dist.5. spiritus sanctus.

quod Eucharistia est sacramentum progredientium,propter quod & viaticum dicitur.26.q.6.qui recedunt,& c.de his.

quod pœnitentia est sacramentum redeuntium.26.q.7.his qui.de pœ.di. 3.c.2.

Quod extrema vnctio est sacramentum exeuntium.26. quæst. 7. c. ab infirmis.

Item subiecto,vt Eucharistia.95.distin. ecce.

Item significatione,vt matrimonium, 27 q.2.cum societas.

Item ministri dignitate, vt confirmatio de consecra, distinct.5.de his & duobus c.seq.68.distin.quamuis. Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse.

Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda. 16. q. 1. interdicimus.

Quod per presbyterum non per minorem cleri cum debent sacramenta exhiberi.de consecra. distinct.4.presbyteri qui.

Quod spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscumque ministrētur.1 q 1.multæ,& c. ita fit.& quatuor c.seq & cap. non nocet.

Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt.1.q.1. remissionem.

Quod hominum malitia sacramenta nō profanat 1 q 1 nonne.

Quod sacramenta à malis ministris sunt accipienda quamdiu tolerantur,1.quæstio.1.neque & c.omnia.& cap.multi.& cap.per Esaiam. 15. qu. vlt.c.vlt.

Quod sacramenta ab hæretico scientes non sunt recipienda, 23. quæstio. 1. cap.vlt.

Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutem habeant, 19. dist. secundum.1 q.1.si autem. & tribus c seq.& c.sicut,& c.quod pro.

Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data virtute careant.1 q. 1. hi qui;§.sed notandum.

Quod virtutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur.32.distinctione præter hoc §.verum.

Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis, & schismaticis, simoniacis, & depositis, interdictis,excommunicatis, rata sunt quo ad charactrem, sed non quo ad executionem. 32. distin.ca. præter hoc,§ porro.1.quæstio.1. si qui à simoniacis.

Quod

quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterandum, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem, 32. dist. § ad hoc vero, & §. porro, 24. q. 1. miramur, §. his auctoritatibus

quod Deus in administratione sacramentorum non pensat merita administrātium, 1. q. 1. cum scriptura.

Quod sacramenta affectum suscipientium, & mentis deuotionem exigūt, 6. q. 1. licet post med.

quod sacramenta contra interdictum prælatorum suorum accepta, damnosa sunt, 32. dist. ad hoc vero, §. porro.

quod non sunt danda impœnitentibus 26 q. 7. fere per totum.

Item non sunt danda à grauibus peccatis subito reuertentibus, de pœn. dist. 1. in actionem.

Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui, 18 q. 2. abbatibus.

quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ contemnuntur de conse. dist. 4. baptismi vicem.

quod sacramentum quod in se bonum est, cedit malo in malum, 1. q. 1. quod quidam, §. opponitur, ante medium, vbi exemplum de Iuda.

quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecum ornatum non requirunt, 12 q. 2. aurum, ante me.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. quod sacrificiū altaris orationum, & eleemosynarū est, 13. q. 2. non æstimemus.

Item est sacrificium cordis contribulati, de pœn. dist. 1. in actionem, post medium.

quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur, compescuntur 23. q. 5. quali.

quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi, de conse. dist. 2. nihil.

quod non sacrificiorum magnitudinē, sed merita offerentium, Deus diiudicat, 24. q. 1. odi.

quod illud sacrificium solum Deus acceptat, quod intra ecclesiam catholicam sibi offertur, 24. q. 1. quia ex sola.

quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt videlicet altaris, orationum, & eleemosynarum 13. q. 2. non æstimemus, & c. pro obeuntibus, & c. animæ.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. quod sacrilegium committitur auferendo sacrū de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, 17. q. 4. quisquis.

quod sacrilegium est inuadere aut auferre res ecclesiæ, 12. q. secunda, prædia, & c. indigne, & c. hęc, 13 q. prima qui oblationes, 16. q. 1. in canonibus, 17. q. 4. qui rapit, & capitu. quisquis.

quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit. 17. q. 4 si quis contumax.

quod sacrilegium est si quis quod venerabilibus locis datur, sibi studuit retinere, 17. q. 4. sacrilegium.

SACRILEGVS. quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebite vendit, 50. dist. si quis presbyter.

Item qui habens sufficiens patrimoniū res ecclesiæ ad superfluitatem recipit, 16 q. 1. quoniam. in fi.

Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lędit, 17. q. 4 sicut, & c. quisquis

Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit, 17 q. 4. nullus, & c. si quis contumax.

Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit, 17. q. 4. si quis suadente, §. si qui autem.

Item qui arti magicæ intendit, 26. q. 2. illud, in fi.

Item qui alios temerarie rebaptizat, 23. q. 5. si vos.

Item qui infringit ecclesiam, 16. q. 4. quisquis.

quod vendere & comparare spiritualia sacrilegium est, 1 q. 3. audiuimus.

quod dubitare de illo quem princeps elegit, an dignus sit, sacrilegium est, 17. q. 4. si quis suadente, §. proxime.

quod sacrilegium Christiani committunt, cum Iudæorum cibis vtuntur, 28. q. 1. omnes.

quod sacrilegium cōmittit qui Iudæis publica officia committit, 17. q. 4. cōstituit.

quod sacerdos sacrilegium committit qui pro matrimonio adulterium benedicit, 27. quæst. vltim. de coniugali.

quod qui cum ea quæ castitatem vouit contrahit: vel coitum facit, sacrilegium incurrit, 27 q. prima impudicas.

quod sacrilegus in rebus ecclesiæ, Iudę proditori comparatur, 23. q. 4 quid ergo.

quod sacrilegi pœna est infamia, 6. q. 1 infames.

Item excommunicatio minor, 17. q. 4. quisquis.

Item anathematizatio, 12. q. 2. indigne.

Item depositio, 17. q. 4. si quis deinceps 12 q. 2. indigne.

Item publica pœnitentia, 17. q 4. si quis contumax.

quod imponitur sacrilegio pœna legalis, scilicet decapitatio, 17. q. 4. si quis, § qui autem.

quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica, scilicet pœna pecuniaria & infamia, 17. q. 4 attendendum, & c. si quis.

SACRISTA. quod sacrista idem est quod thesaurarius cuius officium exprimitur, 25. dist. perlectis.

SAL. quod Christus dicens, Salem habere in vobis, sapientiam verbi designauit, 44 distinct. si rector, post medium.

quod prælati, & sacerdotes dicuntur sal terræ, 93. dist. sacerdotes.

quod malus prelatus dicitur sal infatuatum, 3. q. 7. sacerdos, §. item in euangelio, 1. q. 7. non omne.

quod sal infatuatum à porcis conculcatur, 2. q. 7. secuti, §. quia.

quod sal sapientiæ in cunctis nostris sacrificijs offerri debet, de conse. dist. 4. sal.

quod aqua sale aspersa, & per sacerdotem consecrata sanctificat populum, de conse. dist. 3. æqualem.

SALOMON. quod Salomon Rex tēplum domino construxit & illud consecrando magnum festum fecit, de cōse. dist. 1. § 1.

quod Salomon non diuitias, non longa tempora vitæ, sed sapientiam à Deo petijt, 36. dist. qui, § ecce.

quod regina venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, 8. q. 1. vestros.

quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quosdam exorcismos inuenit. 21 dist. § 1.

quod Salomon amore mulierum Deos gentilium coluit, & idolis templa cōstruxit, 3. q. 7. § vltimo, 32. q. 4. Salomon.

SAMVEL. quod Samuel qui sancte vixit, & sanctus de hac vita exiuit nō sic potuit esse sub diaboli potestate vt arte diabolica per pythonissam sciraretur, 26. q. 5. nec mirum post medium.

SANCTITAS. quod est sanctitas innocentiæ quæ tantum bonis conuenit: & sanctitas sacramentalis quæ quādoque malis conuenit, 1. q. 1. dominus, post med. Exemplum ibi de Saul.

quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit, sed ex fidei puritate, & morum honestate, 40. dist. nos qui.

quod vbi Christus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati abolетur sanctitas consecratur, 14 q. 1. nec is qui.

quod sanctum illum credere qui non est sanctus periculosum est, 11. q. 3 si quis hominem.

quod sanctus non debet dubitari, quem apex papalis dignitatis attollit, 40. dist. non nos.

quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto, 75. distinct. ordinationes.

SANITAS. quod sanitatem corporis efficit moderata refectio, de consec. dist. 5. nihil.

quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus ibid.

quod impossibile est illos sanos esse, & diu viuere, qui carnium adipibus conti-

continue inuoluuntur, de conse. di. 5. ne tales.

Quod abstinentia sanat morbos, quos superfluitas ciborum contraxit, de conse. dist. 5. legimus.

SAPIENTIA. Quod si sine vera sapientia quis æstimat se prudentem posse fieri, non prudens, sed stultus est, 3. q. 7 qui siue.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda: quia non oportet, plus sapere quàm oportet, sed sapere ad sobrietatem, 51. distin. si rector, post med.

Quod tunc iustificatur sapientia à filijs hominum, quando ostendit, nec in manducando, nec in abstinendo esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi inopiam, 41. distin. quod dicit.

Quod sapiens nulli nocere intendit, 6. q. 1. sapiens.

Quod sapiens sine peccato pretiosis vti cognouit 41. dist. quisquis.

Quod sapiens prælationi & gubernationi competit, 84. dist. porro.

Quod stultus in culpa sapiens erit in pœna, 38 dist. qui ea.

SATISFACTIO. Quod satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere, de pœnit. dist. 3. circa princ.

Quod satisfactio est: vade, & amplius noli peccare, de pœn. dist. 3. quamuis cau te. §. hac auctoritate.

Quod peccator tunc satisfacit dum pœnam iudicio ecclesiæ impositam factis exquitat, de pœ. dist. 1. c. facilius, §. hoc idem.

Quod tres sunt partes satisfactionis eleemosyna, ieiunium, & oratio, de pœn. dist. 6. §. de quibus tribus habes in suis locis.

Quod secundum quantitatem delicti satisfactio debet imponi, 12. q. 2. fraternitas. de pœn. dist. 5. falsas.

Quod publice peccãtes publice satisfacere debent, 11. q. vlt. canonica.

An quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum, de pœn dist. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus.

An sola contritione sine confessione quis possit Deo satisfacere, de pœn. dist. 1 si cui etiam, & multis. §. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Pœnitentia.

SAVL. Quod Saul licet fuerit à domino reprobatus, tamen Dauid sanctus reuerebatur eum, 2. q 7. plerumque. §. de his.

Quod per Saulem intelliguntur prælati: & per Dauid subditi, 2. q. 7. c. plerumque. §. item per Saulem.

Quod in hoc quòd Saul reprobatur populum indicabat, innuitur quod prælatus malus non est contemnendus quamdiu toleratur, 3. q. 7. c. vlt.

SCANDALVM. Quod propter scandalum consuetudines terrarum (dummodo non sint contra animæ salum) sunt seruandæ, 12. distin illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod Christus soluit tributum propter scandalum, 11 q. 3. inter verba.

Quod aliquid aliquando conceditur propter scandalum, quod aliàs non concederetur, 95. distinct. presbyteros.

Quod propter scandalum quandoque aliquid omittitur, quod de iure esset faciendum 51. distinct. aliquantos.

Quod scandalum quandoque surgit ex doctrina sana, 11. quæst 3. inter verba.

Quod potius est à qualibet esca abstinendum, quàm cum aliorum scandalo edendum 23. q. 3. §. 1. ante fi.

Quod quandoque propter scandalum inconsueta tolerantur, 95 dist. peruenit.

Quod grauiter peccat qui proximum indebite scandalizat, 10. q. 3. cauendum.

Quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat 93. dist ille proculdubio.

Quod dantes occasionem scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo, 2. q. 1. hi quoscumque.

Quod mystice loquendo membrum scandalizans sicut vxor, vel propinquus est amputandum, 24. q. 3. illud. 28. q. 1 vxor.

Quod peruersus prædicator & doctor in Deum scandalizatur, 93. distin. ille proculdubio.

Quod infames prælati sunt propter populi scandalum remouendi, 50. dist. de his vero.

An perfectis liceat repetere sua propter scandalum, 23. q. 3. §. 1. ante finem.

SCIENTIA. Quod vera scientia est, per quam Christus inuenitur & noscitur, 37. dist legimus

Quod omnia ratio supernæ scientiæ, vel terrenæ creaturæ in Deo est, qui est earum caput & auctor, qui hunc inuenit, nihil vltra quærat: quia quidquid alibi quæritur, in ipso perfecte inuenitur, 37. dist. legimus post med.

Quod scientia pietatis est scire & intelligere nouum & vetus testamentum 37 dist. si quis artem.

Quod quia sacerdotes sunt duces aliorum, eis scientia summe necessaria est: & quæ sunt, quæ præcipue scire debent, habes 38 dist. quæ ipsis.

Quod scientiæ quæ curam animæ non habent, mittunt in errorem, & non valent ad salutem, 37. dist. legimus, in fi.

Quod licet scientia triuij & quadriuij habeat in se veritatem, non tamen est scientia pietatis, 37. dist. si quis artem.

Quod in vanitate sensus ambulant qui scientijs sæcularibus tantum intendunt, 37. distinct. c. nonne, circa medium.

Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendã, 37 d ft. de quibusdam, & c. turbat.

Quod scientia philosophorum, & poetarum non est legenda propter delectationem vel ornatum verborum, 37 dist. turbat. §. cur ergo.

Quod illud dicitur quis vere scire quod audiuit, vel vidit, vel aliàs conscius fuit, & talis potest ferre testimoniũ, 10. q. 5. hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA. Quod schisma nomen Græcum est, & scissuram sonat, 24 q. 1 schisma.

Quod si quis ab apostolica sede diuisus est, schismaticus est, 23. q 5. non vos ante med.

Quod schismaci ecclesiam Dei lacerant 23. q. 5. de Liguribus, 24. q. 1. aduocauit, & c. vbi.

Quod schismaticus indiscissam domini tunicam in frusta dirumpit, 23. q. 1. quoniam.

Quod hæc est differentia inter schisma & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit, sed hæresis peruersum dogma defendit, 24. q. 3. inter hæresim.

Quod schismatici sunt æquales paganis & etiam peiores, 7. q. 1. denique, post med 24 q. 1 non afferamus.

Item sunt in statu perditionis, 23. q. 1. quicumque.

Item sunt extra ecclesiã & corpus Christi, 7. q. 1. scire.

quod schismatici non habent sui officij executionem, quia non habent ecclesiæ vnitatem, 7. q. 1. factus, & duobus c. seq. 24 q. 1. didicimus.

quod schismatici infructuose sibi corpus Christi conficiunt 24. q. 1. schisma, & c. pudenda.

quod schismatici quia spiritum sanctũ non habent, remissionem peccatorũ dare non possunt, 24. q. 1. dicimus

quod schismatici sunt damnandi & excommunicandi, 23. q 5. de Liguribus.

Item per principes sæculares coerceri debent, 23. q 5 non vos.

Itẽ vt ad vnitatem ecclesiæ reuertantur sunt cogendi 23. q. 4. ipsa, in fi.

quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi, sed in susceptis tolerandi, 1. q. 1. omnis.

quod schismatici dignitate & officio priuantur, 11. quæst. 3. si quis presbyter, 23. quæst. 5. non vos, circa med.

Item temporalibus spoliantur, 23. quæstio. prima, qui contra, 23. quæstione quinta, de Liguribus.

Item pœnis corporalibus puniuntur, 7. q. 1. denique, circa fi. 23. q. 5. de Liguribus.

Item

Item

condemnant. 11. q. 3. cum apud.
Item differtur per decem dies quoties appellatio admittitur, 2. q. 6. anteno tum.
Item quousque grauida ad mortem cōdemnata pariat, quia aliter committeretur homicidium, 1. q 4. consului, in fi. 32. q. 2. quod vero non forma tum.
Item quousque princeps assignauerit insulam illi, qui in exilium debet relegari, 2. q. 6 biduum, post medium.
Item quousque condemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationem, 54. dist. generalis.
quod Deus nouit mutare sententiam, 22. q 4. vnusquisque
quod Deus non mutat sententiam in homines, sed in opera, quia hominibus non irascitur, sed vitijs, de pœn. dist. 1 si ag. mus.

De hac materia habes vbi agitur de excommunicatione, & de Iudicio.

SEPARATIO. quod hæretici & schismatici, ab ecclesia sunt separati, & ideo non habent spiritum sanctū 24. q. 3. de illis.
quod mali Christiani corporaliter sunt in ecclesia, sed per pessimam vitam separantur.
quod tunc peccatores à Christi corpore separantur cum per excommunicationem traduntur Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat, 11. q. 3. audi
Item aliqui separanter ab ecclesia per sententiam, qui sunt extra, 24. q. vlti. cum aliquis.
quod nil sic debent formidare Christiani quàm separati à corpore Christi, quia hoc non est membrum eius, 11. q 3. nihil.
quod separati à corpore Christi sicut mebrum præcisum vitum spiritualem non habent, 1 q 1. corporalia. Notent hoc obstinati in militia.
quod nos debemus separari à malis præcepto Domini, qui dicit, Sit tibi sicut ethnicus & publicanus, 2. q. 1. si peccauerit.
Item mandato apostoli qui dixit, hæreticum post primam & secundam correctionem deuita, 24 q 3. dixit.
Item consilio Moysi qui dixit: Separamini à tabernaculis impiorum, ne pereatis, 1. q. 1. si quis inquit, ante §.
Item statuto concilij quod separat Iudæos à Christianis, 28. q. 1 Iudæi.
Item exemplo Cypriani, qui separatus fuit à lucifero hæretico, 24. q. 1. aduo cauit.
Item exemplo Polycarpi martyris, qui à Cerintho, & Marchione separatus fuit, 24. q. 1. omnes qui.

De hac materia habes vbi agitur de Excommunicatione.

SEPVLTVRA. Quod nomine sepulturæ aliquando significatur terra pro ampliatione cœmeterij, & sepulturæ, & licet pro ea accipere, 12. q. 2. aurum, 24. q 1. secundum canonicam.
Item nomine sepulturæ quandoque significatur officium sepeliendi, & nō licet aliquid accipere, 13. q. 3. præcipiendum.
Item nomine sepulturæ quandoque significatur terra cœmeterij, & pro illo non licet aliquid accipere, 13. q. 2. questa, & tribus c. seq. 1. q. 1. dictū est solere in quibusdam.
Quod ius sepulturæ est ius competens ecclesiæ ad sepeliendum in cœmeterio suo, & prouenit ex episcopi assignatione, 13. quæstio. 1. ecclesias.
Item hoc spectat ad parochiales ecclesias, vel quibus iure vel priuilegio est concessum, 13. q. 1. ecclesias
Quod vbicumque sepeliatur, domini est terra & plenitudo eius, 13. q. vlt. vbicumque.
Quod officium deuotæ sepulturæ, bonæ fidei est testimonium, 13. q 2. nō æstimemus, ante fi.
Quod in sepulturis Christianorum requies est defunctorum, 13. q. 2. ante fi.
Quod prodest mortuis habere signa sepulturæ suæ quæ inspicientes amici pro eis preces effundant domino, 13. q. 2. cum gratia
Quod intra ecclesiam & maximæ iuxta altare vbi corpus Christi conditur, nullus est sepeliendus, 13. q. 2. præcipiendum.
Quod possunt in ecclesia episcopi sepeliri vel abbates, vel eminentis vitæ presbyteri vel laic. 12. q. secunda, nullus.
Quod prodest homini inter bonos, & iustos defunctos sepeliri, 13. q. 2. cū grauia, & c. animæ, & c. non æstimemus, in fi.
Quod peccatoribus plus obest sepeliri in sacris locis quam prodest, 13. q. 2. quibus, & c. cum grauis.
Quod quocunque modo seipsos occidentes non solum carent ecclesiastica sepultura, sed etiam nec in psalmis, nec in alijs debet eis aliqua solennitas exhiberi, 23. q. secunda placuit.
Item similiter debet pro illis fieri qui sine pœnitentia pro suis scelesibus occiduntur, c. fatendum.
Item vsurarius excommunicatus etiā minori excommunicatione, si absolutionem viuens non petiuit, 24. q. 2. sane.
Item prædones manifesti etiam si pœnitentes moriantur, si habent vnde satisfacere possunt, nec ipsi nec hæredes satisfacere pro eis volunt, 24. q. 2 sane.
Quod quilibet in peccato mortali moriens, in cœmeterio non est sepeliendus, 13. q. 2. quibus.
Quod in articulo mortis, si pœnitueriāt, non est neganda sepultura, 13. q. vlt. c. 2.
Quod sepultura potest eligi, 13. q. 2. bonæ.
Quod ad eligendam sepulturam locus debet inducere solennior, sicut est episcopatus, vel religiosorum monasterium, 13. q. 2. vbicumque temporum.
Quod episcopus etiam in minori, & minus religiosa ecclesia potest eligere sepulturam 13. q. 2. bonæ.
Quod nullus debet sepulturam parentum superbia, vel odio deserere, 13. q. 2. placuit.
Quod filij emancipati à patribus, libere eligunt sepulturam, 13. q. 2. § econtra.
An ecclesia in qua parentes sepulti sunt, possent vendicare corpora filiorum. 13. q. 2. Ebron. & capitulo, sequen.
Quod coniugati (vt videtur) in vno sepulchro debent sepeliri, 13. q. 2. c. 1. §. nunc, & c. Ebron.
Quod vxor mortua si non elegerit sepulturam, cum marito debet sepeliri, 13. q. 2. cap. 1. §. nunc autem quæritur, & capitu Ebron. & c. vnaquæque.
Quod mulier si plures viros habuit, & sepulturam non elegerit, videtur qꝫ cum vltimo uiro debeat sepeliri, 13. q. 3. vnaquæque.
Quod extraneus quilibet vbi elegerit, ibi sepelietur, 13. q. 2. vbicumque §. huis.
Quod extraneus si non elegerit, in episcopatu, vel parochia sepelietur 13. q. 2. vbicumque.
quod indigena si elegit locum magis religiosum, ibi sepelietur, 13. quæst. 2 illud, §. quia, & capitulo, vbicumque.
Item si elegit minus religiosum quia videtur hoc facere ex odio vel superbia, non habebit, 13. quæstio. 2. placuit.
quod indigena si de corpore non disposuit, sepelietur cum propinquis, vel vbi decimas persoluebat, 13. q. 1. Ebron. & c. vbicumque.
quod violans sepulturam, infamis efficitur, 6. q 1. infames.
quod qui sepelit corpus alienum, non solum sepultum, sed omnia quæ consequenter habuit, tenetur restituere, 2. q. 2. omnes.
quod ecclesia parochialis vbi sacramēta participauit de mortuo alibi sepulto debet ius suum habere, idest canonicam portionem, 13. q. 2. ecclesias, per totum.
quod canonica portio est danda secundum consuetudinem terrarum, vt vitetur scandalum, arg. 12. dist. illa, 76. dist. vtinam.
SEQVESTRATIO. quod lite pendente fructus sequestrantur, 2. q. 6. quoties post, 11. q. 1. quia res.
quod sequestrantur res cum appellatur ab executione, 2, quæst. 6. quoties post
Item cum aduersarius fructus dilapidat, 3. q. 2. quia ea.

Item legitime appellanti, 2. quæst. 6. biduum.

Item de adulterio accusanti, 4. q. 4. §. aliquando.

SERVITVS. Quod duplex est seruitus, videlicet corporalis & spiritualis, 12. q. 2. cum redemptor.

Quod seruitus inducta est ex iure gentium, 1 dist. ius gentium.

Item de iure diuino, 35. dist. vinolentum.

Item iure constitutionis, 7 dist. §. de seruo empto agitur de quo statutum fuit quod sex annis seruire debuit, & in septimo anno liber exire.

Item iure canonico est approbata, 17. q. 4. constituimus.

quod ante diluuium inconcussa fuit libertas, nec obsequia seruitutis à consortibus exigebantur. 35. dis. 6. post med.

quod seruitus non esset si ebrietas nõ fuisset, ibid.

quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias inferens, in seruitutem perpetuam curiæ est tradend. 11. q. 1. statuimus, 5. q. 4. clericus.

Quod concubina diaconi vel sacerdotis à principe in seruitutem est redigẽda, 35. dist. eos qui.

quod meritorium est libertatem dare seruis, 12. q. 2. cum redemptor.

quod serui ecclesiæ agarijs secularium iudicum molestari non debent, 12. q. 2. ecclesiarum.

quod ecclesiæ serui etiam benemeriti sine compensatione non debent dari libertati, 12. q. 2. si quis, & c. episcopus qui.

Qui serui ministris eiusdem ecclesiæ gratis possunt dari, 12. q. 2. ecclesiasticis.

quod libertati dati si non fuerint grati in seruitutem redigantur, 12. q. 2. episcopus qui.

quod frequentius fugitiui possunt vẽdi, 12. q. 2. fugitiui.

quod si seruus promouetur sciente domino & non contradicente, remanebit in ordine promotus, sed episcopus, vel qui eum præsentauit, duplum restituet, 54 dist. si seruus absente.

Item si præsens est Dominus & cõsentit, eo ipso seruus liber efficitur, 4. dist. si seruus sciente.

Item si dominus est absens siue præsens, & scit & tacet, videtur consentire. ibid.

Quod si dominus nescit promotionẽ serui intra annum poterit reclamare & reuocare. ibid.

quod seruus indebitè promotus si 7. diaconatum fuerit degradatus, ad pristinum statum reducitur. 54. dist. nullus, & c seq. & c. si quis obligatus & c. de rebus. §. cæterum.

quod seruus monachus factus inscio Domino, intra triennium non debet profiteri. Intra quod tempus, si non requiritur, libere monachus remanebit, 54. dist. si sac in seruus sciente.

De hac materia habes vbi agitur de ordine, & de Clericis.

De seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis, & de Manumissione.

quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationem Christi, 12. q. 2. cum redemptor.

quod clericus qui altari seruit, de altari viuere debet, 12. q. 1. clericus qui, & c. seq.

quod principes & prælati Deo seruiũt bene viuendo, & fideliter subditos regendo 23 q. 4. si ecclesia, in fi.

SEVERITAS. quod seueritas non animo sæuiendi est exercenda, sed animo medendi, 86. odio, & capitu. seq.

quod in delinquentes seueritas cum benignitate est temperanda, 45. dist. disciplina, & c. sunt, & c. seq. 23. q. 4. quid faciet, & c. quod Christus.

quod sicut contumacibus seueritas est ostendenda, sic humilibus, & pœnitentibus locus veniæ non debet denegari, 2. q. 5. quanto

quod melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere, 5. q. 5. non omnis.

quod prælatus officium seueritatis diligentissime implet, qui nõ ex odio sed dilectione subditum corrigit, 23. q. 4. ita plane.

quod propter multitudinem & plurimam stragem detrahendum est seueritati, 50. dist. vt constitueretur, 24. q. 4. cum quisque, & c. ipsa pietas ante fi.

quod vbi schisma non timetur, non debet dormire seueritas disciplinæ. 23 q. 4. cum quisque, & c. quidam, in fi.

quod vbi fidei subuersio & ruina fratrum timetur, nerui seueritatis non debent dissolui, 50. dist. absit.

quod dignum est, vt seueritatem ecclesiasticæ disciplinæ sentiat qui sanctorum patrum instituta seruare cõtemnit, 55. dist. nullus. in fi.

quod qui Dei, & sanctorum patrum contemnit mandata iustum est, vt seuerioribus corrigatur vindictis, vt cæteri sumant seueritatis & honestatis exemplum 23 q 3. iustum.

quod prælati quandoque verẽtes peccantium linguas, seueritatis in corrigendo efficiuntur immemores. 45. dist. sed illud.

quo quanto maius est peccatum, tanto maiori seueritate est corrigendũ, 1. q 3. ex multis, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Austeritate, & de Correctione.

SIGILLVM. quod quælibet ecclesia cathedralis vel collegiata debet habere sigillum, & hoc dicitur sigillum capituli, 71. dist. in nomine, in fi. 19. q. 3. statuimus.

SIGNVM. quod per facta & verba notificatur alijs dispositio cordis, de pœn. dist. 2. quærendam.

quod quamuis sint vera quædam, non tamen sunt credenda iudici, nisi certis signis demonstrentur, 11. q. 5. quãuis.

quod speciale signum filij Dei fuit, quod spiritus sanctus descendens mansit super eum. de pœn. dist. 2 quærendũ.

quod tunc signum est spiritum sanctum ad tempus in sanctos venisse, cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.

quod aliqui dæmones videntur signa facere, & non sunt, 26 q. 6. nec mirũ. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

SILENTIVM. quod cultus iustitiæ est silentium. 5. q. 4. in loco.

quod indiscretum silentium prælati, est dum eos qui erudiri poterant, timore derelinquit, 43. dist. si rector.

quod simplex conuersatio absque sermone quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. 43. dist. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

SIMILITVDO. Quod homo ad similitudinem Dei creatus est, Angelo vero plus homine attribuitur, quia non dicitur ad similitudinem Dei conditus, sed signaculum similitudinis, de pœ. dist. 2. quod vero reprobi. post. med.

quod similes fuerunt Petrus & Paulus deuotione & merito, 2 q. 7. beati.

SIMON. quod Simon magus fuit ex Iudæa natus, 32. q. 4 recurrat, circa med.

quod Simoni baptismum simulatione acceptum non profuit, quia post non pœnituit, 27. dist. quod interrogasti.

SIMONIA. quod simonia est studiosa voluntas emẽdi, vel vendendi aliquid spirituale, 50. dist. studeat.

quod simonia committitur prece, vel precio. vel obsequio, 1. q. 1 ordinationes, & c sunt nonnulli.

quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei, & ideo inter alia illud grauius corripuit, 1. quæst. 1. quibusdam.

quod simoniaca hæresis ante omnes alias hæreses pullulauit, 1. q. 1. cum liqueat.

quod Giezi in veteri testamento, & Simon magus in nouo principium fuerunt simoniæ, 1. q. 1. qui studet.

quod in commissione simoniæ, quantitas

1975

ditas est attendēda.1.q.1. iudices. post med.
Quod paruæ res, sicut esculenta, nō videntur inducere simoniam.
Quod vt omnis suspicio simoniæ vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur. 1. quæst. 3. si quis obiecerit.
Quod sine pacto datum munus potest accipi.1.q.1.quidquid.
Quod tam dans quam accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam,1.q.1.quos constiterit.
Quod per carnales preces committitur simonia.1.q.1. sunt nonnulli. & tribus c.seq 8.q.2.c.1.
Quod pro digno preces fundere nō est simoniam committere.1.q.1.latorem.
Quod ille prælatus simoniam committit,qui non nummo pretii,sed nummo fauoris ordinem vel beficium tribuit.1.q.1.sunt nonnulli.
Quod ille simoniam fugit qui manus suas ab omni munere excutit. 1.q.1 sunt nonnulli & c seq
Quod simonia licet sit execrabile vitium, tamen heu nimis est vsitatum.1 q 1. reperiuntur.
Quod simoniacus sicut non habet spirituale quod pro temporali emit, si nec temporale potest retinere quod pro spirituali dedit,vel accepit.1 q 1. qui studet.
Quod simoniaci si non renunciant, & pœnitent,in æternum peribunt. 1.q 1.si quis neque.
Item adeptis priuantur, 1.q.1. presbyter si.
Item excommunicantur.1 q 1. quicumque sacros & c qui studet.
Item deponuntur 1 q.1.si quis episcopus. & quinque c. seq. & q.3. ea quæ & cap.ex multis & q.7. si quis omnem.
Item hæretici reputantur 1 q.1. qui cumque & duobus c.seq
Item à quibuscumque personis tanquam hæretici accusantur. 6.q 1. quæro ergo.& §.porro,& § sed cū omnes.
Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus, & à participatione sacramentorum segregandus 1 q 1.reperiuntur.
Item quandoque corporaliter puniuntur 1 q 1. qui studet. Exemplum ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.
Item officium suum non iuste exequitur 1 q 1 quicumque sacros. & c qui perfectionem.
Item sacramenta indigne largitur,1 q 1 quicumque sacros.
Item sacerdos nō merito,sed nomine tantum dicitur.1 q 1 c 2.
Quod aliquod munus dare pro præbenda vel dignitate,est graue peccatum 1.q 6 per totum.
Quod emens vel vendens prælaturam,prauitatem incurrit simoniacam,& æternam damnationem 1. q 1 presbyter si.

Item tam ea quam ordine suo priuatur.cap.reperiuntur.& cap.sanctorum.
Item præbenda simoniaca cum salute animę non potest retineri.13.dist.n.erui §.alius.
Quod prælatura per simoniam, vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat, malo exitu terminatur,quia difficile est,vt bono peragantur exitu, q̃ malo sunt inchoata principio.1. q.1.principatus.
Quod vbi prælatus per simoniam, vel ambitionem intrat, ibi populi plus timenda est calamitas quā salus 1.quæstio.1. fertur,§. vulnerato.
Quod simoniace scienter beneficiū habens,de rigore iuris priuandus est eo,1 q 1.presbyter si. & q 4. ea quę. & cap. ex multis. in principio.& in fine. & c si quis episcopus prębendas. & cap. si quis dator.1 q 3.
Quod pro omni spirituali dare temporale,simoniacum est.1.q.1.quidquid.in prin.
Quod pro habendo regimine quarūcumque domorum religiosarum, vel hospitalium dare aliquid simonia est,1.q.3 si quis præbendas
Item pro œconomatu, vel vicaria dare vel recipere,1.q 1. si quis episcopus.
Item pro quocumque officio ecclesiæ,vel pro administratione rerū ecclesiasticarum 1.q.3 Saluator. post med.
Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas 1. q.3, quæsitum. & c.seq & c. si quis obiecerit. & c.Saluator.post med.
Item pro ecclesiis dedicādis,1.q.3.si quis præbendas.& q.4.ecclesia.
Item pro ecclesiarum primorum lapidum fundatione.1. q.1. nullus episcopus.
Item pro baptismo & consignatione 1.q.1. baptizandis. & c. quidquid.& c seq.
Item pro chrismate vel confirmatione 1 q 1.placuit vt nullus & c.dictum est & c seq.
Item pro Eucharistię datione 1.q.1. dictum est.
Item pro sepulturę exhibitione.
Itē p quibuscumq; ecclesiæ sacramētis collatione 1 q.1 quidquid.
Item pro interdicti officii restitutione.1.q.1.nullus episcopus.
Item pro debiti officii executione. 1 q 3.non solum.
Item pro scriptura vel auxilio in alicuius ordinatione.1.q.1.sicut.
Item pro sententię iustæ [maxime à prælato] prolatione.1 q.3. vendentes.
Quod simonia etiam committitur, cum prælati accusatio ex pacto suspenditur 2 q 3 Euphemium.
Quod collator beneficii simoniace ab officio suspenditur.1.q.3. si quis prębendas.

Item conferens prælaturam simoniace,si non pœniteat pergit ad gehennam,1.q.1.cito.
Item a dignitate deponitur.1 q.1.reperiuntur & q.3.si qs prębendas.
Item sacrilegus est excommunicatus 1 q 3 audiuimus.
Quod simoniaci in ordine acrius quam alii simoniaci damnantur. 1.q.1.quisquis, & c.quos constiterit 1 q 3 vendentes.
Quod quandoque simoniaci simoniace ordinantur,& cum illis non dispensatur, seu potius a proprio gradu cadunt.1.q 1. statuimus.
Item quandoque simoniaci simoniace a non simoniacis ordinantur,& hi etiam cadunt ab ordine 1.q.1 statuimus.
Item qñque simoniaci non simoniace a simoniacis ordinantur, & hi misericorditer,in ordinibus tolerantur,1 q 1.statuimus,& c seq.
Quod in ordine simoniaci, hæretici reputantur 1 q.1 presbyter.
Item excommunicantur 1 q.1. quicumque sacros.
Item deponuntur 1. q 1.si quis episcopus per pecuniam,& quattuor cap.seq.
Item executionem officii non recipiunt neque habent.1.q.1. quicumque sacros,& c gratia.& c.ordinationes, & c quibusdam.
Item si celebrant, pollutum sacrificium offerunt 49 dist. sacerdotes.
Quod simoniaci ordinationes(etiā si fideles videantur) infideles sūt. 1.q.1.cum omnis.
Quod ipsi tamquam seruum suum spiritum sanctum vendunt, & iō proditori Iudæ,qui Christum Iudæis vendidit, assimilantur.2. q. 1 eos qui.
Item anathematizantur.1. quæst.1. placuit vt.
Item deponuntur.1.q.1. si quis episcopus per pecuniam, & duobus c seq & cap.quicumque sacros.
Quod mediator simonię infamis efficitur,1 q 3 si quis præbendas.
Item si clericus est,deponitur.1.q.1, reperiuntur.
Item si laicus est,excommunicatur. 1.q.1.reperiuntur.
Quod varia dispensatio est circa simoniacos:nam dispensantur cum eis,vt tantum laicam habeant cōmunionem, quando scilicet à simoniacis scienter in contemptū ecclesię promoti, celebrauerunt. 1.q.7.c.1.
Item dispensatur ,vt tantum in minoribus ministrent,quando,scilicet ad alias ecclesias transferri nō possunt,sed in ea quam emerunt canonice viuere promittunt. 1.q. 5 cap 1.
Item dispensantur,vt remaneant in susceptis quando non in ea quam emerunt,sed in alia ministrare volunt 1 q.5.c.1.
Item dispensatur, vt ascendant ad superiores, quando inscii ipsis,

aliis pro ipsis simoniam commiserunt, 1 q 5. c. 1.

SIMVLATIO Quod ubi est periculum an mæ, licet quandoque utilitatis causa simulationem prętendere, 22 q. 2. utilem, Exemplum ibi de Iehu rege Israel.

Quod ipse Deus simulauit se voluisse immolationem Isaac quam pręceperat, & postea prohibuit, 22 q. 2. quælibet, §. quandoque.

Item Abraham in Ægipto Saram uxorem simulauit sororem suam esse, nec tamen peccauit, 22. q. 2. quæritur, & §. prox.

Item Iacob simulauit esse Esau primogenitum Isaac.

Itẽ iustũ bellum habentibus quandoque contra hostes expedit simulatio, 23 q. 2. Dominus noster.

Quod nulli pręiudicat dolosa simulatio, 23. q. 5 quacumque.

Quod baptismus simulatorius non collatur, 1 q. 1 spiritus, §. ecce, de consecra dist. 4. solet etiam.

Quod ad oues Christi non pertinent qui illis ficto corde miscentur, 24 q. ult de illis.

Quod malum est religioso cadere à proposito, & postea simulare propositum, 12 q 1. certe.

Quod non solum in falsis, sed etiam in simulatis operibus filii diaboli sunt, 22 q 5. cauere.

SIMPLICITAS Quod simplicitas columbina dicitur quæ dolo caret, & hęc suadetur, 6 q. 1. ex merito, 16. q. 1 si cupis.

Item simplicitas innata, & hęc excusat tantum in commissis, 26. dist. tanta nequitia, circa fi. & 47. dist. de Petro.

Quod tali parcitur simplicitati, & venia conceditur, de consecra. dist. 2. scriptura, 86. distin. tanta nequitia.

Quod simplicitas impedit promouendum. 39 distin. Petrus.

Quod pręlato promoto si hanc habuerit datur ei coadiutor, 74. dist. episcoporum, 7 q. 1. quia frater.

Item abbatibus propter simplicitatem non dantur coadiutores, sed deponuntur, 18 q 2 si quis Abbas.

Quod sancta rusticitas, & simplicitas solum sibi prodest, & quantum ex vitæ merito ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistat, 2 q 7. sancta quippe.

Item ubi simplicitati tantũ studet, disciplina negligit, 12. q. 1. fratris.

Quod in sacramentorum collatione debet esse simplex, & sine venalitate consensus, 1. q 6 sicut is.

SYNDICVS Quod per syndicũ absentis intimatur voluntas, arg. 63. dis c 1. 65 dist. non debet.

SINGVLARITAS. Quod singularitas in monachis, & contemplatiuis approbatur, 16 quæst. 1. si cupis.

Quod singularitas nisi sit Deo contraria communem consuetudinẽ non debet violare. turpis ẽ enim omnis pars vniuerso suo non congruens, 8. distinctione quę contra mores.

Quod singularitas morum etiam bonorum inconsuetos scandalizat. 12 dist. illa.

Quod qui strictius viuit quã habet mores eorum cum quibus viuit, singularis, & superstitiosus videtur 41 dist quisquis.

Quod singularitas inter consuetos flagitium reputatur, 8. distin. quæ contra.

Quod non interest quidquid alimẽtorum sumat dummodo non sit singularis, sed congruat in omnibus generibus alimentorum his, cum quibus viuendum est, 41 dis. quod dicit.

Quod exceptis religiosis nullus in decantando diuina officia aliter quam in episcopi ecclesia cantantur, debet esse singularis, 12 dist. de his.

SYNODVS. Quod synodus ex Græco interpretatur comitatus vel cœtus, concilii vero nomen tractum est à Romanis, eo q̃ ad tractandum communi intentione cõueniebant, 15. dist. § synodus.

De hac materia habes ubi agitur de Conciliis.

SOBRIETAS De sobrietate episcoporum habes. 35 dist. per totum, & 44 dist. per totum.

De sobrietate habes supra ubi agitur de Abstinentia, & de Cibo, & de Ieiunio.

SOCIETAS. Quod societas requirit concordiam morum, 41. dis. quod dicit, & c. clericus.

Quod socius tenetur socium defendere à b iniuria. 23 q 3. non in inferenda.

Quod bonus qui in bonitate permanet, non polluitur, si malo societ 1 q 1 non est Exemplum ibi de Osee, & de meretrice.

Quod boni quandoque luunt societatem malorum, 24 quæst 1. nõ turbatur.

Quod bonum est malum socium declinare, ne sicut morbida ouis inficiat congeriem societatis. 45. distin. sed illud. 24. q. 3. resecandæ, & cap. ecce autem, & c. illud sane.

Quod difficile est incorruptum permanere, qui corrupto sociatur. 23. quęst 4 quisquis, vel quod potest. in fi.

Quod tripliciter associatur quis malis, aut committendo, aut fauendo, aut in non corripiendo, 23 quęs. 4. ita plane.

Quod non caret scrupulo societatis occulto qui manifesto facinori desinit obuiare. 83. dist. error 23. q 3. qui potest. 86. dist. facientis culpã.

Quod societas malorum est quandoque tolleranda, & quandoque fugienda 7 quæstio. 1. suggestum & duobus cap. seq.

Quod incantationes, & artes magicæ fiunt ex quadam pestifera societate hominum, & dæmonum. 26. q 2 illud. in fin.

SODOMA. Quod peccatum sodomiæ exercetur in masculis, & in fœminis. 32 q 7. usus.

Quod in peccato sodomiæ deordinatur ordinatio Dei, & naturæ. 32. q 7. adulterii.

Quod societas quæ cum Deo esse nobis det violatur, cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur, 32. q 7 flagitia.

Quod peccatum sodomiæ etiam apud Gentiles est detestabile. 32. q 7 flagitia.

Quod sodomiæ peccatum grauius est adulterio, 32. quæstione septima, usus.

Quod peccatum sodomiæ peius est quam cum propria matre peccare. 32. q 7 adulterii

Quod Loth obtulit suas stuprari filias, vt detestandum peccatum sodomiæ in aliis impediret. 32 q 7. offerebat.

SOLICITVDO. Quod solicitudo temporalium suffocat spiritualia 47 di hinc etenim, ante me.

Quod hoc non debet esse in clericis & religiosis, 12. q 1. cui portio.

Quod pia solicitudo est egenorum cõmodis intendere. 87 dis diuinæ.

Quod cum honoris augmento cura quoque solicitudinis debet excrescere. 100. dist. rationis.

Quod episcopus solicitus debet esse circa detentionem pauperum, redemptionem oppressorum, & munitionem monasteriorum, 84. distin. c. 1.

Item debet esse solicitus tamquam Pastor circa gregem suum. 81. distin. oportet.

De hac materia habes ubi agitur de Negligentia.

SOMNVS. Quod negligens prælatus dormienti comparatur. 86 dist. fratrem.

Quod aliquando somnum vanum, & deceptorium dormientibus immittunt dæmones, 26 q 4. sciendum. circa medium.

Quod dæmones maxime in somnis infideles deludunt diuersas eis species, & similitudines offerentes, & per deuia quæque ducendo; & hoc cum solus patiatur spiritus in corpore euenire opinatur 26 q 5. episcopi, post med.

Quod somniando illusiones contingũt hominibus multipliciter. 6. dist. testamentum, & cap. seq.

SORS Quod sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans voluntatem. 26 q 2 sors.

Quod licet sortibus nihil mali insit tamen prohibentur homines: ne sub hac specie ad antiquos idololatriæ cultus redeant, ibidem, § proximo.

Quod

1976

Quod qui sortibus utuntur ad negotia sæcularia, & ad uanitatem diuina oracula uidentur conuertere, 26 q. 2 hi qui.

Quod sortes quæ dicuntur apostolorum vel aliorum sanctorum, sunt damnatæ, & exercentes sunt excommunicati 26 q 5. si quis clericus, & q. 7. non obseruetis, & cap. sequen.

Quod omne genus sortiû sub anathemate prohibetur 26 q. 5 sortes. & cap. seq.

Quod tempore necessitatis in libris diuinis præmissa oratione dominica vel alia, sortes videntur concedi 26. q. 2 hi qui & c. seq.

SORTILEGIVM Quod sortilegi sunt, qui per quasdam inspectiones sortium uel figurarum futura promittunt 26 quæstio. 1 sortilegi.

Quod qui obseruant constellationes, sortilegi dicuntur 26 q. 5. non liceat.

Quod in calendis Ianuarii mensam cum epulis ratione diuinationis parare sortilegium est committere 26 q 7 si quis.

Quod ligaturę characterû vel aliarum rerum quas medicina non requirit, uel obseruatio sternutationis, aut liminis conculcatio, aut dierum Ægyptiorum obseruatio, & plura alia, nomine sortilegij dânantur 26. q. 2 illud.

Quod portare super se lapides preciosos, vel herbas non est sortilegium, 26 q vlt. c. vlt.

Quod infirmantibus carmina sortilega nil proficiunt 26. q. 7. admoneant.

Quod qui seruant sortilegia, sunt Christianæ fidei & baptismi violatores 26 q. 7 non obseruetis.

Quod sortilegi a diabolo cui deseruiunt, sunt captiuati 26 q. 5. episcopi eorumque.

Quod episcopis de parochijs sunt expellendi.

Item sortilegi sunt excommunicandi 26. q 5 § 1.

Quod sortilegi & eis assentientes ad accusationem non sunt admittendi 11. q. 8 quisquis.

Quod serui si sint sortilegi, verberibus: si liberi, carceribus sunt castigandi 26 q. 5 contra.

Quod qui credit sortilegis, quinque annis debet pœnitere 26 q. 5 non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & de incantatione.

SPECTACVLVM. Quod die solemni ecclesiã contemnentes, & spectacula custodientes sunt excommunicandi, de consecr. dist. 1. qui die.

Quod præcipue clerici a curiosis spectaculis non debent interesse, de consec. dist. 5. non oportet 23. dist. his igitur.

Quod clerici spectacula saltantium debent vitare 34. dist. presbyteri.

Quod pœnitens si perfecte vult pœnitere, debet se a spectaculis sęculi cohibere, de pœn. dist. 5 § 1. ante fi. ver. cohibere.

SPIRITVS SANCTVS Quod spiritus sanctus æqualis est patri, & filio. de consecr. distin. 5. de spiritu sancto.

Quod a patre & filio procedit. de cõsecr. dist. 5. saluator.

Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorum. de consec. distin. 5 de spiritu.

Quod spiritus sanctus extra ecclesiã nihil operatur. 24 quæstio 1. audiuimus.

Quod non scissuras, sed vnitatem amãtes, spiritum sanctû accipiunt.

Quod peccata tenere, vel dimittere, vel excommunicare, opus est spiritus sancti. ibid.

Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in alijs vero sanctis quandoque manet, quandoque recedit. de pœn dist. 2 quærendum.

Quod nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. ibid. post med.

Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam 24. q. 1. audiuimus.

Quod blasphemare spiritum sanctû, est contra sacros canones proterue agere 25 q. 1. violatores.

Quod Apostolus absens corpore pręsens spiritu Corinthium tradidit Satanæ 24. quæstio. 1. audiuimus. circa med.

Quod simoniaci non habent spiritum sanctum veritatis, sed spiritum mendacij, & illum alijs dant. 1. q. 1 gratiam.

Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona spiritus sancti. de conse. dist. 4. hi vero.

Item cum quis obstinatur, & dicit omnia mala impunita, & bona non remuneranda. de pœn. dist 3. ad huc in fi.

Item qui penitus desperat, ut Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. de pœ. dist. 1. voluissent, §. ex his.

Item cum quis veritatem cognitam impugnat, sicut illi qui Christum dixerunt in beelzebub Dęmonia eijcere 1. q. 1 eos qui.

Item cum quis quocunque modo mortaliter peccat, nam ex hoc spiritum sanctum a se fugat. de pœn. dist. 3 inter hæc hircum 2.

Item cum quis scienter in quocunque mortali peccato perseuerat. de pœn. dist 3. ante fi.

Item cum quis existens in peccato habet propositum numquam pœnitere. de pœn. dist 1. potest fieri.

SPOLIATO. Quod cum spoliatur quis rebus, vel beneficio ab aduersario, tunc ante litis ingressum restituitur 2. q. 2. per totum. 3 q. 1. episcopi. 5. q. 2. si primates. 33. q. 2. historia.

Quod si obijciatur spoliato exceptio rei iudicatæ, a qua non fuit appellatum, tunc non restituitur 2 q 6. ei qui appellat, § diffinitiua.

Quod cum spoliatur quis a iudice non suo, hic statim restituitur, nisi propter graue scandalum dissimuletur. 3 q. 6 hæc quippe.

Quod si spoliatur quis a iudice suo, qui propter iustam causam absens inuenitur, hic statim restituitur, 7. q. 1 præsentium, sed absens ex contumacia si intra annum purgare voluerit innocentiam, est audiendus 11 q 3 rursus.

Quod si spoliatur quis præsens a suo iudice post appellationem, nihil agitur & spoliatus ad omnia restituitur 2 q. 6. c. vlt §. appellatore.

Quod si spoliatur quis a iudice suo ante appellationem ordine iudiciario, non restituitur 2. q. 6. c. vlti. §. quandoque vnam.

Quod si a iudice suo ante appellationem ordine iuris prætermisso quis spoliatur, statim restituitur. 2 q. 1 notum sit.

Quod spoliatus etiam absens per procuratorem potest restitui. 3. q 1. episcopi, §. sed notandum.

SPONSÆ. Quod sponsæ promissæ non statim debent dari, ne vilescant 27. q. 2. institutum.

Quod vno viuente, alteri alter non debet coniungi. 27. quæstio. 2. desponsatam.

Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionem approbatam intrare 27 q 2. desponsatam.

Quod dos sponsæ scripto debet confirmari 30 q 5. nostrates.

Quod propter publicam honestatẽ neuter alterius consanguineam, nec in vita, nec post mortem potest accipere 27. q. 2 si quis desponsauerit, & cap. si quis vxorem, & cap. seq.

Quod fornicatio uolbta in videtur tollere desponsationis vinculum de futuro 27 q 2 raptor.

Quod sponsa iubetur lugere mortẽ sponsi sui, quasi viri sui. 27. q. 2. omnino, in fi.

Quod opprimens sponsam alterius, morte punitur 27. q. 2 omnino.

Quod sponsa quandoque dicitur vxor, & sponsus quandoque uir. 27 q. 2 quia propter, & pluribus c. seq.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere 23 dist. c. sponsus.

SPONSALIA. Quod sposalia sunt futurarum nuptiarum fœdera 30. q 5 nostrates.

Quod ante septenniũ nequeũt contrahi sponsalia 30 q 2 § 1 & c. seq.

Quod sponsalia in cunabulis per parentes contracta non tenent, nisi pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, consentiant. 30. q. 2. cap. vbi.

Quod sponsalia quandoque contrahuntur per verba de præsenti, & hæc quia faciunt matrimonium, non soluuntur nisi per religionis ingressum 27.q.2 scripsit.

Item per frigiditatis perpetuum maleficium 2.q.4. consuluisti. § hoc autem.

Item verba de futuro hæc impediūt cum alio contrahendum, sed non dirimunt iam contractum. 27 q. vlt & §. seq.

Quod parentibus non licet puerorū sponsalia frangere, quæ vtrorumque consensu contrahunt 31 q 3. c.si qui parentes.

Quod euidens signum sponsalium, est annuli subharratio. 30 q. 5. nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantū tractari debent: non est enim virginalis pudoris eligere maritum. 32 q 2.non omnis, §.seq.

Quod viuente auo pater puellæ de sponsalibus tractandis non debet se intromittere, sed auus: quia ipse pater est in potestate aui. 32 q. 3.cap 1.

De desponsatione Mariæ cum Ioseph, habes 27 q 2 § 1.

De hac materia, & de Conditionibus turpibus, & honestis, quæ fiunt in sponsalibus, habes vbi agitur de Matrimonio.

STABILITAS. quod stabilitas prælatis, & clericis in suis ecclesijs, & locis præcipitur, & contrarium inhibetur 7 q.1. nō oportet, per omnia cap. vsque ad cap. sanctitum.

De stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

STATERA. quod statera dolosa, quę grauius pro se, leuius pro alio ponderat est vitanda.24. q 1. non afferamus.

Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtroque penso iustitiam, & misericordiam habere. 45.dist.omnis.

Quod quilibet quasi in Statera sermones suos debet pondere 50.distin.ponderet.

STATVTA. quod statuta sanctorum patrum inuiolabiliter sunt seruanda 11. dist.nolite.

Quod ecclesiasticorū statutorū quædā Apostolica traditione, quędā auctoritate scripturæ, quędā consuetudine confirmantur. 11.distin. ecclesiasticarum.

Quod Apostolica statuta non debēt negligi, nec variari, nec per cōtentationem disturbari 25.q. 2. amputato.

Quod fit statutum propter honestatem tenendam.35.q 3.porro.

De hac materia habes vbi agitur de publica honestate.

Item fit propter inhonestatem delendam de conse dist. 4. nec quemquam vbi agitur de immunditijs corporalibus.

Item fit propter vtilitatem habendam.1 q 7.tali. vbi constituitur ꝓpter eccclesiæ vtilitatem, ut cum illegitime natis dispensetur.

Item fit propter inutilitatem euadēdam.12 q 2 terrulas. vbi statuitur quòd inutiles res ecclesiæ alienari possunt.

Item fit statutum causa diligentiæ habendæ.18.dist peruenit. vbi statuitur quod synodi certis temporibus habeantur.

Item fit causa negligentiæ remouendę 89. distin. olim.us. vbi statuitur quòd episcopus vicarium habeat

Item fit causa necessitatis, qua cessante debet statutum cessare 1.q. 1 quod pro necessitate.

Item fit causa facilitatis 80. q.di.fraternitatem vbi statuitur ꝙ episcopales sedes debēt esse propinquę vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.

Item fit causa maioris mali vitandi 13 dist c 1 & c.2.

Item fit causa maioris boni adipiscēdi. 19 q 2.duæ. vbi dicitur, quod clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.

Item fit causa oppressionis vitandæ. 16 q.prima, prædicator vbi dicitur quod maior minorem opprimere non debet.

Item fit causa subiectionis seruādæ. 95.dist ecce. vbi dicitur qualiter episcopi se debēt ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos se debēt habere.

Quod legitime statutum potest dissolui propter peccantis abusum. 63 dist.quia sancta, § prox.

Item propter auctoris detestationē. 16.distinct.canones vbi dicitur, ꝙ licet bona sint, quæ statuerunt hæretici, tamen sunt detestanda.

Item propter securiorem prouisionem.de consecr. distin. 1 vasa. vbi dicitur, quod pro ministerio diuino meliora sunt uasa aurea, & argentea quam vitrea & lignea.

Item propter statuti nimium rigorem.34.dist fraternitatis.

Item ne prębeat malignādi occasionem 12 dist. nos consuetudinem. vbi contra primum statutū de hæreticis statuitur de Domesticis nō promouendis.

Item propter maiorem honestatem. 31.dist aliter.vbi statuitur de Græcorum sacerdotū vxoribus, quod apud Latinos dissoluitur.

Item propter exempli perniciē 96 distin.bene.vbi statutum Basilij licet fuerit pro ecclesia cassatur.

Quod statutum antecessoris cassatur, si oppressionem infert.31 dist. ante triennium.

Item si iniustitiam continet 19 dist. secundum, & 10.quæstione. secunda, de precarijs. 100.distinctione nouit.

Item si casus inopinatus emergit. 12 q 1. certe.

Item si exemplum mali inducit. 63. dist.quia sancta, § verum.

Item si melius alteri fuerit reuelatum.9. dist noli.

Item si causa uel persona, uel aliqd simile causam dederit statuto. 29. dist.regulæ.

De hac materia habes vbi agitur de Constitutione.

STERILITAS. quod in lege Moysi male dicta erat sterilis 32. q 4 recurrat, §. his ita.

Quod nulli licet vxorem dimittere propter sterilitatem, & aliam ducere propter fæcunditatem.32.q 7. tantum.

Quod non videtur vere esse vxor quæ procurat contra bona matrimonij uenena sterilitatis.32.q.2 aliquando.

Quod sancti patres propter sterilitatem vxorum ex ancillis puerorū procreauerunt 32 q 4 § 1.

STOLA. quod Stola dicitur orarium 23 dist ecclesiastica.

Quod stola episcopus, & sacerdos utrumque humerum debet ambire pectus in modum Crucis stringendo, ad designandum qđ Christum crucifixum in pectore portans securus sit inter prospera, & aduersa 23. distinctio. ecclesiastica.

Quod qui sine stola celebrat, vel Euangelium legit, grauiter excedit, vnde, & excommunicari præcipitur 33.dist ecclesiastica.in fi.

Quod diaconus in sinistro humero stolam gestare debet, vt expedite presbytero ministrare ualeat.25.dist.in.unum orarium.

Quod sacerdos nunquam debet corpus Christi sumere, vel pro alijs portare nisi stolam in pectore ad modum Crucis circumseptu. 22. dist.ecclesiastica.

STVDIVM. Quod Studium apostolici debet esse circa profectum imper. 97 dist victor.

Quod studium Episcopi debet esse, ut diuersarum scientiarum studiū procuret in Ecclesijs baptismalibus 37.dist. de quibusdam

Quod studium debet esse clericis diuinis officijs intendere 23. distinctio his igitur, in fi.

Quod clerici Studium auaritiæ debent declinare.ibid.

Item detestabile Studium simonis debent fugere 1 q 2 qui studet.

Quod studium liberalium artiū ad vtilitatem ecclesiæ exercendum approbatur. 37. dist. c. de quibusdam.

Quod studium liberis poetarum ratione curiositatis clericis inhibetur 37 dist.si quis vult

Itē clericis inhibetur ne filios suos in Ecclesiasticum sumptibus studijs

dijs sæcularium scientiarum occu pent. 37. dist. legant, & c. vino. & c. omnem.
STVLTVM. Quod Stultum est nolle à quocumque bona discere. 22. dist. de Constantinop.
Item peccati periculum, & pœnæ correspondentis non pensare. 38. dist. qui ea vbi dicitur. Qui stultus est in culpa, sapiens erit in pœna.
STVPRVM. Quod Stuprum est illicita virginum defloratio. 36. q. 1. lex, §. cum ergo.
SVBDIACONVS. Quod Subdiaconi appellantur qui subiacēt officiis, & præceptis Leuitarū. 21. dist. cleros.
Item Subdiaconi officium est calicem, & patenam ad altare Christi deferre, & Leuitis tradere. 25. distin. perlectis.
Quod nullus debet ordinari in Subdiaconum, nisi promissa castitate. 28. dist. de Syracusanę. §. ecce, & duobus c seq.
Quod tempore apostolorum Subdiaconatus non reputabatur sacer ordo. 60. dist. nullus in episcopatum.
Quod Subdiaconus potest eligi in episcopum, & non in archidiaconum. 70 distin inuocamus. & cap. nullus in episcopatum.
SVBSCRIPTIO Quod subscriptio tabellionaris, vel si non habetur tabellio. trium testium Subscriptio scripturam facit authēticam 16 q. 3. placuit, §. potest.
Quod subscriptio requiritur in electione 63 dist quanto.
Item requiritur in constitutionis p. mulgatione 96 dist bene quidem 35. quæstio 9 quod q iis.
Item requiritur in sententiæ prolatione. 17 dist. concilia, § hinc etiā.
Item requiritur in rerum ecclesiasticarum alienatione. 12 q. 2. fine exceptione.
Item requiritur in libertatis datione. 12 quæst. 2 episcopus qui mancipium.
De simili materia habes vbi agitur de Scriptura.
SVCCESSIO Quod in ecclesiis non debet esse successio. 8 quæst 1. apostolica.
Quod episcopus non potest sibi substituere successorem. 8. quæstio. 1. per totum.
Quod filius sacerdotis vel clerici nō potest immediate in ecclesia succedere patri 1. q 1 ci o turpem.
Quod varietate multiplicis successionis aboleō vitiū prædecessoris.
Quod bona defuncti episcopi seruāda sunt diligenter Successori 12 q 2. hæc huius placiti, & c. non liceat, & cap. charitatem.
SVCCESSOR. Quod successor factum prædecessoris mutat propter subditorum oppressionem. 81 dist, ante triennium.
Item propter manifestam iniquitatem 100. dist. nouit.
Item propter exempli perniciē. 63. dist quia sancta. §. verum.
Item ob iudicis circumuentionem. 35 quæstione. 9 apostolicæ, & duobus cap. seq.
Item ob grati - dispensationem. 35. q 9. sententiam.
Item ob originis incertitudinem 68. dist. chorepiscopi.
De hac materia habes vbi agitur de statuto, & de Constitutione.
SVFFRAGIVM. Quod suffragia ecclesię facta pro mortuis pro sunt 13 q. 2 non e stimemus
Quod quattuor modis fiunt suffragia pro mortuis, aut missis, aut eleemosynis, aut ieiuniis, precibus 13. q. 2 animæ.
Quod cum pro centum animabus psalterium vel missa dicitur, non minus quam si pro qualibet earum diceretur, accipitur. de conse. dist. 5 non mediocriter.
Quod pro suffragiis mortuorum alii diem tertium, alii diem septimum, alii trigesimum, alii quadragesimum obseruare consueuerunt. 13. q. 2. quia alii.
Quod debita suffragia mortuorum non reddentes fures sunt & sacrilegi, & sunt excommunicandi. 12. q. 2. qui oblationes.

De hac materia habes vbi agitur de Mortuis, & de eleemosynis.
SVPERBIA. Quod superbia est bona, quę non habet quid, simulare 11. q. 3. si quis vero.
Item superbia est alios se præferre. 22 distinctio. de Constantinopolitana.
Item superbia est vanas opiniones ex scripturis sacris confingere. 30. dist hæc autem.
Item superbia est subditos non cū beneuolentia, sed cum asperitate corrigere 45 distin. licet nonnumquam
Item superbia est arroganter alios instruere. 46 dist. hoc habet 45. di. recedite.
Item superbia est occasione habitus vel religionis simpliciores quosque despicere. 30 distin si quis per superbiam. 45 dist. vera iustitia
Item superbia est sine meritis præfici vel ordinari velle 59 distin. officia.
Item superbia est peccatum suum in confessione non manifestare. de pœn. di. 1. §. item taciturnitas.
Item superbia est offi. ia aliis conuenientia sibi vsurpare 10. dist. quoniam 93 dis. diaconi ecclesię.
Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bestiam est mutatus. 18 q 4 miror.
SVPERFLVITAS. Quod superfluitas cibi, & potus nocet animæ, & corpori. de consec. dist. vlt. nihil enim sic, & duobus c. seq.
Quod superfluita temporalium (maxime in clericis) arguatur. 47. dist. sicut. 12. q. 2. aurum.
Item arguitur in vsu ciborum, & potuum 44. distinctione. §. 1 & cap. sequen.
Item arguitur in excessu deliciarū & lasciuiarum 35. distin. ecclesiæ. 41. dis. quisquis.
Item arguitur in immoderata fusione verborum 43. dist. sit rector. ante med.
Item in constructione ædificiorum 86. dist. non satis, & cap. pulchra. 12 q 2. gloria.
SVPERSTITIO. Quod superstitio est quidquid institutum est per homines ad facienda, & colēda idola, vel ad colendā sicut Deū creaturam 26. q 2 illud quod.
Item superstitio est seruare tempora in agendis, in ędificiis inchoandis in diebus Ægyptiacis custodiendis 26. q. vlt quis existimaret.
Item superstitio est pacta quædam, & fœdera cum dæmonibus subire, qualia fiunt per magicas artes. 26. q 2 illud quod.
Item superstitio est strictius viuere quam mores eorum cum quibus quis habitat, se extendunt. 41. dis. quisquis.
SVSPENSIO. Quod suspensio est duplex videlicet corporalis, & spiritualis.
Quod suspensio Iudæ corporalis nō deleuit peccatum, sed auxit supplicium 23. q. si non licet.
Quotquot seipsos suspendunt, vel aliter occidunt cum Iuda perpetuæ damnationis, exitium incurrunt. 23. q. 5. si non licet.
De suspensione Iudæ habes vbi agitur de Iuda.
Quod suspenso in patibulo (si digne pœnituerit) non est neganda eucharistia, neque sepultura, quia tales supplicium cedit ad peccati remedium. 13 q. vlt c. vlt.
Quod suspensio spiritualis est canonica vel ecclesiastica, quæ contingit in officio, & beneficio, vel in vtroque 32. dis eos qui.
Quod à canone suspensi sunt ipso facto clerici publici fornicatores 32 distin. nullus, & c. seq. 15 q 8 sciscitantibus.
Item hęretici. 24. q. 1. si quis dederit, & cap seq.
Item schismatici. 7 q 1. quicumque, & cap. reperiuntur.
Quod suspenduntur clerici turpibus quęstibus, & lucris incumbentes. 88 di. consequens.
Item suspenduntur ab officio dęmoniaci, & epileptici, vel consimilibus vexationibus laborantes. 33. distinct. communiter, & duobus cap seq.
Item suspenduntur episcopi vel clerici insolentiis se non corrigentes 34. dis quorumdam.
Item suspenduntur clerici prælatis suis inobedientes, & contumaces. 11. q. 3. si quis vero, & cap. absit.

Item quando quis suspenditur ab officio, intelligitur tantum de officio in ecclesia exequendo, quia in priuato tenetur omnes horas dicere 11 q 3 si quis episcopus in concilio.

Item in officiis eis participantes excommunicantur. 11. q.3. si quis presbyter.

Item deponitur ab honore.11 q.3.si quis episcopus.

SVSPICIO Quod omnis suspicio potius repellenda est, quam recipienda,6 q 1.oues

Quod fidelis homo non de facili debet venire in suspicionem, 11. q 3. absit nec ta glossam.

Quod est suspicio temeraria & hęc est repellenda,quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio 2. quæstio.1 multi. post medium.

Item suspicio probabilis,& hæc recipit probationem in contrarium 7 q 1 præsentium.

Quod suspicio surgit ex pręsumptione,vel ex testium productione 2. q 7.accusatio quoque.

Item suspicio violenta,& hæc sufficit ad sententiam, vt si vnos cum adultero in vno lecto inuenitur. 32 q 1 dixit.

Item ex signis verisimilibus, & ex infamia,& hæc inducit purgationem 2 quæstio 1. Deus. & quęst. 5 presbyter.

Item surgit ex aduersariorum côfectione,& hæc est contemnenda. 11 q.1.in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præsumptione.

TABELLIO. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionem.16.quæstio 3.placuit. §.his autem.

Quod vbi tabellio ad instrumentum scribendum non habetur, sufficit trium testium subscriptio.

TABERNA Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere. 44.dist.nulli.

Item nisi in necessitate peregrinationis tabernas ad comedendum, vel bibendum non debent intrare 44.dist.clerici.

Quod clericus tabernam frequêtâs, si admonitus non cessat,debet deponi.44 dist nulli.

TACITVRNITAS. Quod est taciturnitas bona & mala 43. distin.sit rector per totum.

Quod in concilio vel in capitulo bona est taciturnitas,& mala tumultuosa verbositas 5 q.4 in loco.

Quod tacenda sunt coram indignis fidei sacramenta. 43. dist in mandatis.

Quod q in obligatione tacet,ipsa taciturnitas sibi præiudicat.28. distinct. diaconi.

Quod taciturnitas mala est in peccati confessione.de pœnit.distinctio.2.§. item taciturnitas.

Item in veritatis defensione. 11 quęstione tertia quisquis &c. nolite timere.

Item in subditorum correctione propter quod pręlatus canis mutus dicitur,43. distinctione sit rector.

Quod taciturnitas siue bona, siue mala quandoque trahitur ad consensum, videlicet propter fauorê ordinis 54 dist.si seruus sciente vbi dicitur quod si scit seruum ordinari & tacet, videtur consentire.

Item propter fauorê religionis.20. quæstio secunda,cap primo & secundo.vbi dicitur,quod qui anno & die vno in religione steterit,etiam si voce professus non sit, videtur ex taciturnitate in professionem consentisse.

Item propter fauorem matrimonii. 29 q.2 si quis ingenuus. vbi dicitur,quod ducens ancillam in vxorem scienter, non potest eam dimittere quia tacendo videtur in eam consensisse.

Item propter tacitum castitatis 27. dist diaconus, vbi dicitur, quod sacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda castitate, in eam consentit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio

TANGERE. Quod qui iustos tangit,velut pupillam oculi Domini tangit,2. quæst 7. accusatio quoque.

Quod tangere immundum est peccatis aliorum consentire.dist. 45. recedite.

Quod cui peccatum displicet, & illud redarguit, immundum non tangit ibidem.& c toleranda.

Quod etiam sine coitu lasciuus tactus graue est peccatum 27 quęst. 1.nec aliqua,32 q.5 nec solo

TEMERITAS.Quod temeritas est maiorum statuta ausu proprio contemnere,2 q 1 notum q. 7 nihil 10 q 1. hanc consuetudinem. in fi 21.q 4 episcopi.

Quod temeritas incurritur, cum à subditis vita & facta superiorum diiudicantur vel reprehenduntur. 21 dist nolite, 13 q 4 placuit, & cap seq.

Quod temeritas facilitatis veniam continet, & inconsultus calor calumniæ vitio caret.2 q 3. si quem § notandum.

Quod temeritas accusatorum tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur,2 quęst.3. si quem, § proximo.

De Temerario iudicio, & de Suspicione habes in suis locis.

TEMPERANTIA.Quod temperantia cibi est ,cum non plus quam necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur vt ad vsus exercendæ virtutis aptum habeatur.44 dist.côuiuia.de consec.dist.5.non dico.

Quod temperantia prodest animæ & corpori, quia nihil sic homini prodest sicut moderata refectio. de conse.dist.5 nihil enim sic.

Quod nec in manducando, nec in abstinendo consistit iustitia, sed in vtrusque secundum naturæ capacitatem temperantia,41 dist. qđ dicit,& tribus cap præced.

Quod tempore ieiuniorum,maxime est seruanda,de consec.distinct. 5. sint tibi.

Quod teperantia attenditur in moribus,23 dist. qui episcopus.

Item est habenda in dandis eleemosynis,86.dist.non satis,§,item perfecta.

Item in infligendis pœnis. 45. dist. disciplina.vbi dicitur,quod de lenitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

TEMPORALIS. Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem, 16 quæst 1. reuertimini.

Item propter pietatem factam. 22. q 2 si quælibet Exemplum ibi de obstetricibus.

Item propter decimarum solutionem.16.q.1.decimę.

Quod subtrahuntur temporalia cũ ex ipsis non fiunt eleemosynæ, 16. q.1 reuertimini.

Item cum non soluuntur decimæ. 16 q 1.decimę.

Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere debêt. 12.q. 1.duo.

Quod spalia dêt possideri, sed non nisi ad vsum. ibidem,post med.

Quod de omnibus têporalibus Deo ab hominibus reddenda est ratio. 15.q 1.firmissime § ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

TEMPVS. Quod tempora propter diuinationem non sunt seruanda,26.q vlt non licet.

Quod tempus metendi non est, nisi in præsenti 13 q 2 in præsenti.

Quod temporis qualitate res mutatur 10.q 3 .priscis & c. seq.35 dist. ab exordio.

Quod Christus veniens in fine temporum traxit finem ad principiũ 35 dist ab exordio.

De quattuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus non solũ corpora,sed et mentes in hominibus defecerunt 34 distin. fraternitas.

Quod multa temporum necessitate vel vtilitate, vel scandalum 1 q 6.requisitis. & c.seq 4 q 1 ouidenda,in fi.

De Têporibus habes vbi agitur de præscriptione, & in multis locis vbi agitur cũ têporis ad ũctione.

testibus presbyter autem nisi 44. diaconus vero Cardinalis nisi viginti tribus inferioris autem gradus clerici nisi septem testibus cõuictis, nõ debent condemnari. 2 q. 5. præsul.

Quod nullus est idoneus testis in causa propria 15. q. 3. sane, in fine.

Quod nec in re nec in causa propria quis ad testificandum admittitur 4. quæstio. 3. testes. §. sequen. post med.

Quod contra se quisque testari põt, pro se vero minime 14. q. 2. § 1.

Quod propter inimicitias põt quis repellere testes contra se, quos ad mittit pro sẽ: aliàs non 4. q. 3. testes § seq. ver si quis.

Quod qui agit, non potest à reo petere testimonium 4. q. 3 testes. ver. item qui intendit.

Quod testes non videntur idonei, quibus potest imperari 4 q. 3. testes. §. seq. ante med.

Quod testis videtur suspectus si sit de domo iudicis 4. q. 4. contra.

Quod nullus debet cogi, ut ferat testimonium contra consanguineũ, affi vers. 4. q 3 testes. §. seq. versicu. item lege Iulia.

Quod nec parentes, nec liberi inuicem aduersus se testificari possunt 4 quæstio. 3. testes. versi. item eodicem.

Quod pater & filius, & duo fratres in eadem causa testes esse possunt 4. q. 3 testes § sequen.

Quod in alieno negotio plures testes produci possunt ex eadem domo 4 quæst 3. testes, §. sequen. circa med.

Item testis domesticus admittitur in causa ecclesiastica 34. quæstio 2. super.

Item in causa matrimoniali. 35 q 6. de parentela.

Item admittitur in causa ciuili, sed non in criminali 4 q 3 testes, § sequen. ver. quos accusator 14 q 2. per totum.

Quod hæreticus pro Christiano potest testificari contra hæreticum, sed non contra Christianum 24 q. 1. miramur § seq.

Quod inhabilis ad sacerdotium, cõtra sacerdotem non potest testificari in causa criminali 2 q. 7 ipsi Apostoli.

An clericus ad testificandum possit compelli 2. q 6 statutum.

Quod episcopus, vel presbyter nisi in causa quæ aliter sciri non possit adducatur in testem: quia ex hoc sacerdotium denonestatur. 11. q 1 testimonium.

Quod episcopus, vel presbyter in necessitate testimonium perhibens non debet iurare sicut alij super librum, sed tantum videre librũ, in fi.

Quod episcopus, uel presbyter potest loco iuramenti per sanctam consecrationem dicere 2 q. 4. si quis presbyter.

Quod omnes alij testes debent primo iurare de veritate dicenda tactis sacrosanctis Euangelijs. 3. q. 9. hortamur 4 q 3. testes. §. prox.

Quod iudex debet testibus prouidere de loci securitate 3. quæstio. 9. hortamur.

Quod testibus expensæ sunt ministrandæ 4. q 3 testes § seq.

Quod episcopus siue presbyter pro ecclesiæ suæ negotio potest ferre testimonium 14 q. 2. super.

Quod clericus non debet esse testis contra laicum in criminali causa, sed in ciuili 11. q. 1. testimonium. 14 q 2 super.

Quod in conficiendis instrumentis, secularium, presbyteri non debent ferre testimonium nisi de mandato episcopi 14. q. 2 super. in fi. ibid.

Quod testi honestiori maior fides est adhibenda 4. q 3. testes. versic. item iusiurandi.

Quod utrum hermaphroditus possit esse testis, qualitas incalescentis sexus declarabit 4. q. 3. testes. versi. item hermaphroditus.

Quod mulier potest esse testis pro parentibus, & amicis, & consanguineis, & pro ciuitate læsæ maiestatis, & contra hæreticum & simoniacum 15 q. 3. de crimine.

Quod de vnoquoque minus est dubitandũ ubi prior uita qualis fuerit testimonium reddit 61. distin. miramur.

Quod testes debent esse bonæ opinionis 2 q 1. in primis circa med. 3. q. 5. ... 4. quæstio. 3. testes, §. primo.

Quod ad testificandum non admittuntur aliàs inimici 2. q 1. in primis circa med.

Item nec serui pro domino suo, nec minor viginti annis 4. q 3. testes.

Item nec iudices 2 q 7. non potest. 3 q. 5. suspectos.

Item nec a fide apostatantes. 2. q. 7. non potest.

Item nec infames 2 q 7. testes 3. q. 5. similiter. & c. seq. 6. quæstio. 1. qui crimen.

Item criminosi 2 q. 7 testes. 3. q. 5. constituimus.

Item nec complices in crimine quã ...illud de se confitentur 15. q. 3. c vlt. 4. q 3 testes, § sequen.

Item nec nimia paupertate laborantes 4. q 3. testes, §. seq.

Item nec consanguinei, uel propinqui nisi cum contra seipsos mutuo testificari voluerint. 3. quæst. 5. cap. 1.

Item nec familiares scilicet de propria domo prodeuntes 3 q. 5. ca. 1. & c. accusatores.

Item nec affines 3. quæst. 9 absens & q. 5. similiter.

Item nec litigiosi 3 q. 5. suspectos, & cap seq.

Item nec impuberes qui intra quartumdecimum annum consistunt. 4 q. 3. testes, & § seq.

Item nec liberi contra ecclesiã, vel contra dominum, cuius fuerunt serui 12 quæstio 2. episcopus qui mancipium, §. vlt 4 quæst 3 testes, § seq ver. item patroni & versicu. item liberi.

Itẽ nec serui, nisi dũ aliqui testes deficiũt 4 q 3 testes, § seq ante fi.

Item nec ille qui iudex, uel assessor vel aduocatus fuerit in eadem causa 16 q. 1 statuendum

Item quicunque ad accusandum nõ admittitur, nec ad testificandum. 4. q. 4 c 1.

Quod testimonium nunquam est vendendum 14 q. 5. non sane.

Quod non testificans ueritatem grauiter peccat 11 q. 3. quicunque. §. sic quoque.

Quod falsus testis est, qui etiam cõtra seipsum falsum dicit, & per hoc Deum, qui est veritas vẽdit. 11 q 2. abijt.

Quod presbyteri, uel diaconi in falso testimonio inuenti, per tres annos ab officio suspensi in monasterio debent pœnitere 5. quæst. 6. quia in fi.

Quod quilibet falsus testis septem annorum pœnitentia punitur. 22. q. 5. si quis periurauerit.

Quod infamis sit, & a testimonio repellitur 14 q. 5 si quis conuictus.

Quod inducens ad falsum testimonium grauiter peccat, & consimili pœna punitur 22. quæstio. 5. si quis periurauerit, & capitu. si quis conuictus.

TIMOR. Quod timor est multiplex, videlicet seruilis, quando quis timore pœnæ facit quod facit 23. q 4 hæc autem, §. seq. in fi.

Item est timor initialis, si qui sicut seta introducit filum, ita & ipse charitatem, de pœniten. dist. 2. ...

Item est timor filialis, qui etiam timor sanctus, vel castus dicitur, & hic est perfectorum 23. q. 6. schismatici, & § vlt. in fi.

Item est timor naturalis, quem & ipse Christus habuit, & alij perfecti 7. q 1. c. vlt. circa fi.

Item est timor mundanus, quando peccatur timore temporalium 47. dist. sicut 11. q 3. quisquis.

Item est timor mundanus quo quis peccat timore pellis propriæ 11. q. 3 nolite.

Quod humanum est timere eũ qui potest opprimere, uel eripere. 16 q. 3 c. 1 post med.

Quod timendum est de sero pœnitente. de pœn. dist 7. post med.

Quod amor carnalis & timor atque auaritia sensum hominis hebetãt. 3. q. 5. accusatores, uel testes. 11. q. 4 quattuor.

Item ibi væ est vbi timoratus periit a terra. 16. q. 7 & hoc diximus. post med.

TITVLVS. Quod titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet 16. q 3. dilectio

dilectio.§ potest, ante med. & 17 q. 4. quest.
Item dicitur titulus vexillum vel signum pro re vendicanda positũ 16 q 6. consuedo 12 q 2. non habenti.
Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis. 15. dist. sancta & c. in primis ante med.
Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ sub quo quis ordinatur, & vbi tenetur seruire quamdiu viuit 70 dist. sanctorum.
Quod nemo sine titulo ordinari debet ibid.
TOLERANTIA. Quod tolerantur a bonis infirmi ipsis consueta non denegando quarta distinctio. denique.
Item debiliati quantum ad labores condescendendo. 47. dist. omnes in fi.
Item ipsorum defectus ad infamiã non detegendo. 95. distinctio. in scripturis.
Item commissa eorum propter spẽ correctionis patienter supportando 45 distinctio. cr.
Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit & recedere. & 50. dist. considerandũ. vbi dicitur ꝙ ideo dominus Petrum tolerauit, vt postea aliorum defectus toleraret.
Item tolerantur a bonis mali ipsorum detractiones, & falsa iudicia æquanimiter tolerando 6. q. 1. deteriores & c seq & c. ex merito.
Item tolerantur a bonis ipsorũ verba, & alias persecutiones patienter sustinendo. 6. q 1. quiescite.
Item tolerantur de omnibus ipsorum iniuriis, se non vlciscendo. 23. q 3 lex differentiæ. & quæst 8. conuenior.
Quod qui malos non tolerat ipse fit per hoc testis est, quia bonus non est 23 q 4 hæc autem
Quod mali a bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt. 23 q 7 c 1. in fi.
De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.
TONSVRA Quod tonsura clericalis in circuitu & in summitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23. dist prohibete
Quod tonsura designat in clericis contemptum temporalium. 12. q 1. duo.
Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari. 69 dist. quoniam.
Quod prima tonsura facit clericum. 23. dist clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus. 23 distinctio. psalmista.
Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publice in pulpito non debent legere. 69. dist. quoniam.
Quod tonsura clericalis sic debet fieri vt sit super aures. 23 dist non liceat cuilibet.
Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum sunt compellendi 23. dist. si quis.
Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsuram portare, si clericali priuilegio volunt gaudere. 84 dist. quisquis.
Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renunciare priuilegio clericali, communem cũ laicis tonsuram deportabit. ibid.
TORMENTVM Quod tormentum quandoque verberibus infertur. 12 q 2 fraternitas.
Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt veritatem facti possit exquirere. 5. q 5. illi qui.
Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare 23 q. 5. cap. 1. in fine.
Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare 86. dist. non liceat.
TRANSACTIO Quod transactio est cum aliquo dato vel retento, vel promisso ab actione litigii recedere. 54 distinct generalis, circa fi.
Quod transactio debet fieri de scitu iudicis vel superioris 23. quæst. 4. si illic.
Quod proprie loquendo transactio, non potest fieri in spiritualibus. 1. q. 2 quam pio. 14. quæst 5. denique 16 q 7. decimas 13. q 2. in ecclesiastico.
Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat, in tali transactione nõ committitur simonia: non pro ordine, sed pro seruitio fit restitutio. 54. distinct. antiquis. in fi & cap. generalis.
TRANSITVS. Quod in successores res transit cum onere suo 18. q 1. Siluester.
Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratia, de terrenis ad cælestia. de consecr. dist. 4. per quam
De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes vbi agitur de Religione.
TRANSLATIO Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem, vel vtilitatem 7. q. 1 mutationes. & tribus c. seq
Quod sicut vir ducens alteram præter suam vxorem, dicitur adulter: sic prælatus qui ꝓprio temeritate se transfert ad aliam ecclesiam 7. q. 1. sicut.
Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso. 51 dist. legimus. circa med. 7. q. 1. mutationes.
Quod Petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus, 7. quæstio 1. mutationes.
Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur 7. q. 1. si quis episcopus & c seq.
Quod translatio vtilitatis plurimorum, vnius vtilitati præferenda est. 8. q. 1. scias.
Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet 21 q. 2. si quis.
Quod translatus non priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda 92 dist. si quis episcopus & cap si qui episcopi.
Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire 7. q. 1 pastoralis 1. q. 1 quod pro necessitate.
Quod solius papæ est transferre episcopos. 7. q 1. mutationes. & c. sicut alterius in fi.
Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesia ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi 7 quæstio 1 episcopus de loco.
Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita 7. q 1. si quis episcopus. & c seq.
Quod in trãslatione clericorum, vel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consilium capituli: quia fit quædam alienatio. 12 q. 2 sine exceptione.
De Translatione habes vbi agitur de Mutatione, & de Permutatione.
TREVGA. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia nondũ finita 24 q vlt. illi.
Quod archiepiscopi & alij prælati ad faciendũ treugam debent intendere 24. q. 1. lt illi. 90. distin. per totum.
Quod frangentes treugas sunt excommunicandi. 24. q. vlt.
TRIBVTVM. Quod licite datur tributum etiam ab ecclesia, videlicet intuitu pacis. 23 quæstio. prima. quid.
Item datur intuitu subiectionis. 11. q 1 magnum Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.
Item intuitu solius quod quis possidet 23. q 8 tributum & c seq.
Item datur intuitu impensi officii, vel impendendi. 18. q. 2. Eleutherius.
Item datur intuitu cathedratici. 10. q 3. per totum.
Item datur obtentu longæ consuetudinis. 1 quæstio 3. quæsitum ante finem.
Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione de consec. dist 1. si quis basilicam
TRIBVLATIO Quod tribulatio patienter est toleranda, ne per impatientiam meritũ mutetur in culpam.

culpam 7 q. 1. cum percussio.
Quod Deus sæpe suis mordacissimũ genus tribulationis immittit ad animæ medicamentum. 5 q 5 non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis pauli.
Item mittit ad virtutis augmentum 7. q. 1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio petri 11. quæst. 3 in cunctis.
Item mittit ad puniendum crimen commissum. 6. q 1. sunt plurimi. 7 q 1. cum percussio.
Item mittit ad consequendum æternum præmium. 7. quæstio. 1. suggestum.
Quod facit mund. honorem contẽnere. 13. q 4. d splicet, ante med.
Item facit ad bonum festinare. 23. q 4 c. vlt. in fi.
Item tribulatio facit peccata deserere 23 q 5 qui peccat. in fi.
Quod quando non grex, nec fides, sed pastor quæritur, tribulatio est declinanda, 7. q. 1. scis citatis.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate.

TRISTITIA. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet. 13. q. 2 quam præposterum.
Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare. 13 q. 2. vbicumque, § seq & c. seq.
TVTOR. Quod tutor proprie dicitur pupilli vel orphani: vel a parentibus emancipati. 87. distin. defensionis.
Quod triplex est tutela, videlicet testamentaria, quæ testamento constituitur: & legitima, quæ propter propinquitatẽ assumitur, & datiua, quæ cuicunque confertur. 16 q 1. generaliter.
Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet ut vita a criminibus, & res ab iniuria impiorum seruetur 12 q. 1. c. 3.
Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionem impend: 87. dis. defensionis.
Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariã non debet suscipere, & susceptã propter necessitatem, nõ per se sed per archipresbyterum debet agere 88. dist. episcopus. & duobus c seq.
Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam vel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur 86. dist. peruenit. 87. dist. licet 16 q. 1. generaliter.
Quod clerici per episcopum possunt cogi, ad egenorum tutelæ susceptionem. 88. dist. decreuit.

VOCATIO. Quod ecclesia cathedralis vltra tres menses non debet vacare pastore. 50. distinct. postquam. 14. distinctio. obeuntibus.
Quod propter gregis periculũ post tres menses electionis alii tres mẽses dantur pro petenda consecratione. 50 dist postquam.
Quod percipiendæ atque intuendæ veritati vacandum est. 8. q. 1. qui episcopatum.
Quod clerici qui diuinis officijs debent esse obligati, non debẽt terrenis actibus vacare. 21. quæst 3. malitijs.
Quod vocatio contemplationis cor de appetenda est, sed aliquando pro multorum salute postponenda est 8. q. 1. in scripturis.
Quod diabolus per incuriam vacãtes facilius opprimit, & in ima vitiorum prosternit. de pœn. dist. 4. quæcumque.
VAGARI. Quod episcopus vagabundus nisi resipiscat, primo excommunicatur, postea in monasterium retruditur. 7. q. 1. peruenit. & c. seq.
Quod clerici ab ecclesia nõ sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. dist. nulla.
Quod monachi vagari prohibentur 16. q. 1 iuxta & c. seq.
Quod religiosi vagantes, vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi. 16 q. 1. quidam 18 q secunda abbates.
Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare 16. q 1 monachi. & c. seq.
Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij ubi professus fuerit, erit. 18. quæst. 2. abbates.
Quod vagabundi religiosi post contemptum admonitionis, auxilio episcopi sunt carceribus tradendi, 18 q 2 abbates.
VANITAS. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22. q. 1. animaduertendum.
Quod vanitas gentilium poetarũ, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur, 37. dist. si quid.
Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarum. & adducere auctoritatem philosophorum, vanitas est & curiositas sacrilega, 37. distin. si quis artem & cap seq.
Quod omnis scientia quæ ad tropologiam, idest mores non conuertit, in vanitatẽ & in sensus obscuritatem deducit, 37 dist. nonne.
VAS. Quod in ecclesia ad baptizãdum & ad corporalia & pallas lauãdum specialia vasa debent haberi, de consec. distin. 4. omnis, & quattuor c. seq.
Quod vasa sacrata non debent haberi de conse. dist. 4. omnis presbyter, & distin. 1. nemo per ignorantiam, & quattuor c. seq.
Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare, 23 dist. sacratas, & cap. non oportet.
Quod vasa sacra & ecclesiastica inueterata debent comburi: & cineres vbi conculcari non possint, reponi, de consec. dist 1 altaris.
Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorũ sunt exponenda: quia melius est vasa uiuentium seruare, quam metallorum, 12 q 2 aurum.
Quod Paulus dicitur vas electionis. 22 q 5 si Paulus.
Quod vas iræ Deus nunquam redderet interitum si non inueniretur homo spontaneum habere peccatum, 23 q 4. Nabuchodonosor.
VATES. Quod vates a vi mentis appellatur: qui modo sacerdotẽ: modo prophetam: modo poetam significat, 21 dist. cleros.
Quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendã paganorum vanitatem: sed non dat auctoritatem. 37 dist si quid.
VELVM. Quod est velum professionis, quod datur fœminis anno duodecimo 20 q 2. puella.
Item est velum cõsecrationis quod datur anno vicesimoquinto. 20 q 1. placuit.
Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo, 20. q 1. iuuenculas.
Item est velum ordinationis: & qđ datur anno quadragesimo. 27 q. 1. diaconissam.
Item est velum continentię obseruationis: & hoc est viduarum. 27. q. 1. viduas.
Quod ad episcopos spectat uirgines velare 20. q 1. deuotis.
Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere, nisi in festo Epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ: & in festis Apostolorum.
Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet, 20. q 2. statuimus.
Quod viduam nullus pontifex velare debet 20. q 1 deuotis.
Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest suscipere, 27 q. 1. viduas.
Quod velatę voto professionis siue virgines siue viduæ matrimoniũ non possunt contrahere, & contractum dirimitur 27. q. 1. si quis sacro & c hæ vero.
VENATIO. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur & aliqua conceditur.
Quod venatio arenaria, qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus, sed etiam aspicientibus 86. dist qui venatoribus, & c. seq.
Item hanc venationem exercens nõ solum infamis efficitur, sed etiam ab actione in iudicio repellitur. 3. q 7 c 1. § tria. post princ.
Quod venatio saltuosa, quæ fit in saltu-

saltibus, vel sylvis: si fit tempore debito, non prohibetur: si fit propter vtilitatem nō delectationem laicis non clericis permittitur, 86. dist. quid prodest, 24. distin. quorūdam.

Quod maxime Germaniæ atq; Galliæ prælati, venationi saltuosæ implicantur, ibi.

Quod uenatio, quæ fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, nō solum laicis sed etiam clericis cōceditur, quod similis est piscationi, 76 dist. Esau. de consecr. numquam.

Quod venator, inquantum venator non legitur sanctus 34 dist. quorūdam, 86. dist. Esau.

Quod qui videt venationem ad delectationem, videbit Christum ad contristandu n, 86 distinctio, videat

Quod parum prodest ieiunare in cibis, & delectari in uenationibus, 86 dist. quid prodest.

Quod donare venatorem propter artem suam, est peccatum, 86. distin. qui venatoribus.

VENDITIO Quod emendi vilius & vendendi carius studium maxime clericis prohibetur, 14 q. 4 canonum

Quod clericis permittitur ut pro mutuatis ab ipsis denariis res alias statuto tempore prout vendantur, recipiant, 14 q 4 si quis clericus.

Quod turpe lucrum sequitur, qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vendat, 14 q. 4 quicumque tempore.

Quod qui falsum iurando pro pecunia ueritatem vendit, Christum, qui veritas est, sicut Iudas vendit, 11 q 3 abiit.

Quod sicut iudex non debet vendere verum iudicium, sic nec testis uerum testimonium, 14 q 5. non sane, 11 q 3 non licet.

Quod sicut iurisperitus potest uendere iustum consilium, sic aduocatus iustum patrocinium, ibid.

Quod nullum diabolus tamquam seruum possidet, nisi qui se sibi peccato um are vendiderit, 15. q. 1. non est.

De venditione spiritualium habes ubi agitur de Simonia.

Quod Christus eiecit de templo uēdentes & ementes, 16 q. 7 & hoc dicimus

VENIA. Quod apud Deum nulla patitur moras venie conuersio, de pæ nit. dist 1 serpens, in fi.

Quod Deus non dat ueniam in errore durantibus, sed se corrigentib. 24. q 2 legatur.

Quod cum in cōfessione peccati erubescentiam vincit timor Dei, fit uenia criminis, de pæn dist 1 quē pœnitet.

Quod fit dignius uenia ex desiderio sacerdotis, quem habere non ualens socio confitetur turpitudinē criminis, de pæn. dist. 6 § 1.

Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23. q 4. est in iusta in fi & cap si ea & capit sequen. 36. q 6. loci, 36. distin. inferiorum.

Quod non oportet prælatum, si excedit in correctione a subdito ueniam quærere, 26 dist. quando.

VENIALE. Quod uenialia peccata dicuntur quotidiana, quia quotidie subrepunt, de pœnit. distin 1. medicina, §. tres sunt actiones.

Quod fit veniale in cōfessione quod fuit criminale in operatione, de pœn. dist. 1 quem pænitet.

Quod quæ sunt venialia peccata habes 25. dist unum oratium, §. alias autem.

VERBERA. Quod fides verberibus non est exigenda, 45. dist c 1.

Quod ecclesia quosdam dānis, quosdam verberibus castigat, 12. q 2. fraternitas.

Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorie infliguntur, 23. q 5 c 1. in fi.

Quod siue monachi, siue alii clerici de suis excessibus possunt uerberibus coerceri, 20 quæst. ult monachum.

Quod episcopus nullum suis manibus debet uerberare, 86. dist non liceat.

Quod miseri sunt prælati, qui uerberibus tantum volunt timeri, 45 distin. c. 1.

De hac materia habes ubi agitur de Tormentis, & de Correctione.

VERBA. Quod omnium rerum creatio & hominū recreatio fuit in verbo 1. quæst 1. intra catholicam.

Quod in uerbis sacramenta Christi conficiuntur ibi & c. detrahe.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, 1 q. 1. detrahe.

Quod an non minus est reus qui negligenter uerbum Dei audit, quam qui corpus Christi in terram cadere permittit 1 q. 1 interrogo.

Quod qui exit dum uerbum Dei proponitur, excommunicetur, de conse. dist. 2 sacerdotes.

Quod uerba ideo sunt instituta ut homines cogitatione in notitiam aliorum proferant, 22 quæstio. 2. his autem.

Quod uerba non semper sunt accipienda sicut sonant, 13 q 2. paratus, ante med.

Quod Deus uerba secundum proferentium intentionem accipit, 22. q. 5 humanæ

VERECVNDIA. Quod est uerecundia uirginalis, quæ est naturaliter in uirginibus, 30 q 5. nec illud. Exemplum ibi de Rebecca.

Item est uerecundia nidualis, quæ uerecundiam promittunt antequam iterato nubant 33. q. 2. non omnis.

Item est uerecundia semiconfitentis dum quis erubescit aliqua peccata confiteri, de pæn. dist. 1. § ille autem uer. inter hæc 1.

Item est uerecundia plene confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis, quia de mortali facit ueniale de pæn dist 1. quem pænitet, & c. quamuis.

Quod propter uerecundiam bonum non est dimittendum, de pœ. dist. 1 in actionem, in fi.

VERITAS Quod ueritas est, cum illud afferitur, quod est, 22 q 2 cum humilitatis.

Quod tunc exit aliquis a ueritate Dei, cum a fide, & charitate exit, 25 q. 3. cum aliquis.

Quod ueritas sacramentorum in sola ecclesia habetur catholica, 24. q 1. quia.

Quod in quibus nil interest ad habendum regnum Dei, utrum uera putentur uel falsa, non refert, 22 q 2. in quibus.

Quod ueritas præfertur etiam consuetudini: quia Christus non dixit, Ego sum consuetudo, sed ueritas, 8. dist. ueritate, & quattuor c seq.

Quod ille non solum proditor est ueritatis qui mendacium dicit sed etiam qui ueritatem libere non pronunciat, 11. quæst. 3. nolite timere.

Quod ueritatem pro pecunia negantes Deum negant, 11. q. 3. nolite timere.

Quod ueritatem pro pecunia negātes Deum negant, 11 q 3. abiit

Quod qui ueritatem non defendit quam defendere conuenit proditor est ueritatis, 11. quæst 3, nolite timere

Quod ueritas non est in homine cū quis dicit se peccatorem esse cum non est, 22. q 2 cum humilitatis, & duob. c seq

Quod non est sic uitanda arrogantia, ut ueritas relinquatur, 22. q 2. non ita.

Quod non potest ueritas occultari, 22 q. 2 si quis

Quod ubi de fide uel salute agitur, qui ueritatem occultat, iram Dei super se prouocat, 11. q 3. quisquis, & c. nolite timere.

Quod melius est pro ueritate pati supplicium, quam pro adulatione consequi beneficium, 11. q. 3 nemo peritorum.

Quod ueritas cum non defenditur, opprimitur, 84. dist. error.

Quod tria solent impedire ueritatē uidelicet carnalis amor, timor, atque auaritia, 3. q 6 episcopus.

Quod a sacerdotibus & a prædicatoribus ueritas libere est prædicanda, 11. q 3. nolite timere circa med.

Quod

Quod veritas bonæ uitę propter nul lum est dirimenda, 32.q. 5. ita ne & c seq.

VESTIS Quod vestes sunt multiplices, videlicet episcoporū, quæ tam in veteri lege quam in noua variæ sunt, & ex multis virtutibus debet resplendere vita pontificis 40. disti. § 1 43. distin. sit rector, post medium.

Item sunt vestes ministrorum ecclesiasticorum & hæ sunt variæ, designantes varias virtutes quas debent habere 40. dist. § 1.

Quod cultui vestium ministrorum ecclesiæ primo ornatus actionis debet conuenire 100. dist. rationis.

Item sunt vestes clericorū, quæ nec sordidæ nec fulgidæ debent esse 41. dist. § 1. & c. parsimoniam & c. clericus & § seq. 21. quæst. 4. per totum.

Quod clerici siue intra siue extra nō laicalibus, sed clericalibus debent vti, & non seruantes grauiter debent puniri 21. q 4. nullus eorum, & tribus c. seq.

Item sunt uestes religiosorum, quæ debent esse humiles & despectæ, non diuersi & nobilis coloris, 20. q 1. c. vlt. 41. q. 4. c. 1.

Quod religiosi uestem professionis suæ numquam debent deponere, 21 q. 1. vidua.

Item nec existens in scholis uestem debent mutare religionis, 21. q 4. nullus eorum.

Item sunt vestes laicorum, quæ cum secundum consuetudinem terræ deferunt, a superstitiosis non sunt iudicandi, 30. distinct. si quis uirorum.

Item sunt uestes pœnitentium, sicut cilicium & similia, dist 50. pœnitētes.

Item sunt uestes sacræ ecclesiarum, quæ debent honeste seruari, & alteri usui non sunt applicandæ, de conse. dist. 1. uestimenta.

Quod uestibus sacris non debēt alii homines uti quam sacrati ibid.

Quod nullus prętextu pietatis innoluat mortuum uestibus sacris, de consecra. distin. 1. nemos ignorantiam.

Quod uetera uestimenta ecclesiæ debent cōburi, & cineres in pariete uel alibi ubi conculcari non possunt, debent poni, de consec. dis. 1. altaris.

VIA. Quod uia excellentior est charitas, quia hac ea ambulare nō possunt homines, sed errare, de pæn. dist. c si quis semel, §. hæc est charitas.

Quod uiam absque ductore non ingrediatur, quam numquā ingressus es, 16. q 1 si clericatus.

Quod Deus docet mansuetos uias suas, 16 q 1 nos autem.

VIATICVM. Quod uiaticum dicitur eucharistia, 50. distin de his uero.

Quod uiaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum, 50. distinctio. pænitentes, 27 quæst 1 uirginibus.

De hac materia habes ubi agitur de Eucharistia.

VICARIVS. Quod uicarius cuiuscū que prælati in loco capituli; tamē eius u ces gerens debet honorari, 94 dist c. ult.

Quod subdiacono uices prælati possunt committi, 94 dist. c. 1.

Quod nō debet esse laicus uicarius, quia indecorum est laicos uiros ecclesiasticos iudicare, 16 quæst. 7. in nona.

Quod omnes episcopi sunt uicarii Apostolorum, 73. distin. quorum vices.

Quod qui contemnit uicarium, contemnit & illum qui posuit eum, 21. dist in nouo

VICEDOMINVS. Quod in quolibet episcopatu debet esse uicedominus, qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco casibus loco episcopi possit satisfacere, 89 dist. uolumus.

Quod episcopi interest uicedominū constituere, ibid.

Quod officium uicedomini debet esse de episcopatu disponere, 89. distin. diaconum.

VITIVM. Quod multiplex est uitium, uidelicet morum, uerborū, & corporum.

Quod vitia morum, quia obsunt animæ, sunt euitanda, 38. distin. quam uis errare, § sed licet & capit sedulo.

Quod uitia non morum dependent a uoluntate, 56. distinctio. nasci, in fine.

Quod uitia sæpe se uirtutes esse mentiuntur 41. dist. sæpe.

Quod uitia uerborum sunt toleranda, sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis, quia non sunt uoces ad aures Dei, sed animi affectus, 38. distin. sedulo, & c. seq.

Quod uitia corporum sunt discutienda, nec debent esse in sacerdote, & maxime in prælato, 49 disti. hinc.

Quod quidam uitiati corpore non debent promoueri ad sacros, 55. dist per totum.

Item uitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur proprie abscissi, non casu sed propria uoluntate 55. distinct. si quis absciderit.

Item uitiati corpore propria abscissione hom c dæ sui iudicantur, & suæ conditionis inimici ibid.

Quod seipsos in corpore uitiantes, non promouentur, sed etiam promoti dicuntur, 55. dist. si quis pro ægritudine, & c. seq.

Quod carens quocunque casu oculo, quia est membrum notabile, non debet promoueri, 55. distin. si Euangelica.

Quod eunuchus per insidias factus, uel ita natus, potest promoueri uitio corporis non obstante, 55. di. eunuchus.

Quod cum propter ægritudinem, uel uiolentiam, vel casu, quis corpore uitiatur, dummodo non sit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito, uel habendo 55. dist. qui partem, & c. si quis pro ægritudine, & c. seq.

De hac materia habes ubi agitur de Mutilatione.

VICTVS. Quod utiliter tenuitur cui licentia peccandi tollitur, 23 q. 1. paratus in fi.

Quod uicto debetur misericordia, dummodo non timeatur turbatio futura, 23 q 1 noli.

De hac materia habes ubi agitur de Bello, de Patientia, & Hoste.

VIDVA Quod uidua est quæ post solenne fœdus nuptiarum morte interueniente à uiro suo diuisa fuerit, 34 dist. presbyteri.

Quod debent uiduæ assidue ecclesiā Dei bonis operibus & orationib. adiuuare 81. dist c. ult.

Item debent stipendiis ecclesiæ sustentari, 81 dist uiduæ.

Quod clericis & religiosis non debent esse multum familiares, 88. dist clericus, & c. seq.

Quod episcopi & aliarum ecclesiarum prælati, præcipue uiduarum sustentationi, & protectioni debent intendere, 87. distinct per totum.

Item debent uiduis Imperatores, & reges idem facere, 23 q 3. ab Imperatoribus, & q. 5. regum.

De uiduis habes ubi agitur de Bigamia, & in multis aliis locis.

VIGILIA. Quod uespera sanctorum uigilia dicitur, quia olim pro reuerentia solennitatis in orationib. pernoctabant. 76 dist nocte

Quod in seruitio etiam diuino uigiliæ immoderatæ quæ sensus integritatem diminuunt, non laudantur, de consecr. disti. 4 non mediocriter.

Quod uigilia natalis domini cum ieiunio quattuor temporum ante celebrari debent. 76. dist. de ieiunio, in fi.

Quod uigilia Pentecostes sicut uigilia paschæ in ieiunio est obseruāda 77 dist. nocte.

VINCVLVM. Quod est uinculum curæ pastoralis, quod non soluitur nisi per superiorem, 7. q 1. sicut alterius ibid.

Item est uinculum status matrimonialis, quod non soluitur nisi per mortem alterius.

Item est uinculum sententiæ excommunicationis, quod soluitur ab alligante, 11 q 3. nemo contemnat uincula, & pluribus c. seq & capit. cepisti.

VIN-

VINDICTA. Quod triplex est vindicta, videlicet spiritualis, vt est excommunicatio, degradatio, suspensio, depositio, in monasterium & in carcerẽ detrusio, & a publicis actibus repulsio: hęc locum habent in ecclesia. 23 q 4 forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniariæ actionis: hæc etiam habet in ecclesia locum vbi dannum præcessit. 16. q 1 statuimus vbi secundum ęstimationem iniuriæ pecunia recipitur. 17 q 4 quisquis. & c. si quis contumax.

Item est corporalis vindicta punitionis: hęc conuenit iudicibus ecclesiæ & sæculi: sed non æqualiter: 23. q 5. c 1 q 5 illi.

Quod vindicta corporalis detruncationis & occisionis est tantum sæcularium. 23. q. 5. reos. & c. seq. & quę: 8. præterea. & duobus cap. seq.

Quod vindicta non est inferenda. 23 q 4 § 1.

Quod omnis militia, vel propter ꝓpulsandam iniuriam, vel propter vindictam inferendam, instituta est, 23 q. 1. § 1.

Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscendi: si animo corrigendi, licite infertur malis, nisi sociam habeant multitudinem: quia tunc non potest salubris esse vindicta. 23 q. 4. non potest. 50. dist. vt constitueretur. in fine.

Item si timeatur obstinatio. 7. q. 1. aduersitas. § cum autem.

Item si timeatur schismaticum periculum 23. q 4 quisquis, vel quod.

Item si timeatur maius malũ ex vindicta 50. dist. vt constitueretur.

Item si reatus occultus non est manifestatus per iudicium, 23. q. 4. forte.

Item si crimen soli iudici sit notũ, quia tunc ex vindicta fit proditor. 2 q 1 si peccauerit.

Quod vindicta animo vlciscendi omnib. prohibetur. 23. q 4 ita plane. 45 dist. seditionarios. 24 q. 1. quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindicta, & ego retribuam. 23. q. 1. § 1. post medium

Quod vindicta propria prohibetur, quæ est ad vltionem 23. q 1 nisi. & c. paratus. & q. 4 hęc autem §. ex his.

Quod illa quæ est ad correctionem, iudicibus exequenda præcipitur. 23 q 4 est iniusta & c. seq. vsque ad c. ea vindicta.

Item exequenda est ab eis vindicta non zelo propriæ iniuriæ, sed zelo iustitiæ. 23. q 4. & ita plane. & q 5. prodest.

Item non exequentes vindictã correctionis grauiter offendunt. 23. q 4. si is qui & c. si ecclesia. & c. est iniusta.

Item non vindicando dant aliis incentiuum delinquendi. 23. q 4. est iniusta, in fi.

Item prouocant non solum contra se, sed cõtra populum flagellum. 45. dist. sed illud 23. q 4 si quos & c. si ea.

Quod quandoque in paucos vindicta exercet, vt multitudo timeat 23 q 4 quid faciet. in fi. & c. seq.

Quod episcopi & prælati non de facili debent ad uindictam accedere. 76 dist. si quid.

Quod non debet nos delectare uindicta quæ animum pascit alieno malo 23. q 5 de occidendis.

Quod in eo quod Christus compescuit discipulos a uindicta Samaritanorum: innuitur quod nõ semper procedendum est ad uindictam peccatorum. 23. quæst 4. c. Christus.

De hac materia habes vbi agitur de pœna, & de punitione.

VINVM. Quod uinum est luxuriæ incentiuum. 35. dist. luxuriosa & per totam dist.

De vino habes vbi agitur de Ebrietate.

VIOLENTIA. Quod uiolentia est legibus inimica. 12. q 1. Christianis in fi.

Quod clerici a laicis per uiolentiã opprimi non debent ibid.

Quod electæ res non uiolentia, sed ratione debent exquiri 16 q 6 c. 1. & c placuit.

Quod uiolentia confessio uel ꝓmissio non obligat 16 q 1. c. 1. & 2.

Quod uiolentias præcipue personales in eodem instanti licet repellere & clerico non euadendo, sed defendendo 23 q 1. quid.

Quod uiolentia absoluta excusat a toto. 34 q 2 non satis 32. q 5. § 1. & c. seq.

Quod violentia conditionalis excusat a tanto, sed non a toto. 2 q 1. in primis. ante medium. uer. gloriosus.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione & de Repulsione.

VIR. quod uir aliquando ponitur pro sexu. 32. q. 7 uxor.

Item uir aliquando ponitur pro uirtute 30. dist si quis uirorum

Item aliquando ponitur pro ætate. 76 dist. episcopus Vnde uersus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Quod quia caput mulieris est uir, melius debet uiuere uir, & præcedere in omnibus bonis uxorem, 32 q 6 c. vlt.

VIRGA. Quod Christus sine pecunia & sine uirga misit apostolos ut necessitas illis, & ut iniusta menta eriperet ultionis. 23. q. 3. ira. in fine.

Quod ideo dominus uirgam nõ ferendam apostolis in uia præcepit, ut nulli uiolentia inferatur 20. q. 3 præsens, post med.

Quod disciplina patris uel magistri non debet esse in aliis tormentis, quam in uirgarum uerberibus 23. q 5 c. 1. ante fi & q 4 displicet circa med.

Quod Assur fuit Virga furoris domini: quia per eum innumerans gentes diuina iustitia flagellauit. 23. q 5. remittuntur. § proximo. circa princip.

VIRGINITAS. Quod est uirginitas corporis & non mentis, quando casti corpore fornicantur uel adulterantur mente. 32 q 5 sicut enim & c. si Paulus.

Item uirginitas mentis & non corporis, quando sine consensu quis tolerat quod alius operatur, 32 q. 5. magis. & c seq. & c. tolerabilius.

Item est uirginitas corporis & mentis quam complectitur uoluntas, & hæc dicitur gloriosa uirginitas 32. q. 5. sicut enim.

Quod uirginitas non est in præcepto, sed in consilio suaderi potest, non imperari 32 q 1 integritas.

Quod uirginitas cũ humilitate est admirabilis, & Deo acceptabilis. 30 dis. hæc autem scripsimus.

Quod uirginitas antefertur nuptiis, 32 q 1 nuptiæ.

Quod uirginitas non debet honorem matrimonium detestando. 30. distinctio. si quis propter Deum, & cap. seq.

Quod sicut nuptiæ terram, sic uirginitas implet paradisum. 32. q. 1. nuptiæ.

Quod prodest parentibus ad salutem si eorum proles in uirginitate perseueret. 33 quæst. 5 tunc saluabitur.

Quod uirginitas sine bonis operibus non saluat. ibi.

Quod cum uirginitas sine consensu corrumpitur, merita castitatis duplicantur 32 q 5 § 1.

Quod uirgo sic corrupta inter alias uirgines non consecratur. 15 q. 1. cap. vlt.

Quod cum Deus omnia possit, uirginem corruptam non potest facere incorruptam 32 q 5. si Paulus.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, & Continentia.

VIRTVS Quod Deus est uirtus & sapientia quæ in utero uirginis ædificauit sibi domum 65. dist. nasci.

Quod tres sunt uirtutes theologicæ fides, spes, & charitas, de consecr. dist 2. quia passus.

Quod de uirtute in uirtutẽ sunt gradus: quia unaquæque uirtus quasi quibusdam gradibus augetur de pœn. dist. 2 § cum sanctam. usque ad § seq.

Quod

Quod virtutes sunt animæ ornamẽtum de pœn.distin 2 §.Romanos, in fine.
Quod hoc ornamento virtutum maxime clerici & prælati debent vti 40.distin § 1.
Quod sunt quasi picturæ ad animæ ornamentum: quia illa anima a Deo depingitur quę habet in se virtutum gratiam renitentem. de pœn.di 2.Romanos.post med. & cap illa anima.
Quod non ex parentibus,sed ex voluntate tua nascentis causa est vitiorum,atque virtutum 56 distin. nasci.
Quod ille est virtute Dei mirabilis, qui ex parentibus prorsus a virtute alienis natus virtute resplẽdet. 56.dist.numquam in fi.
Quod qui propria virtute decoratur, parentum suorum non decoratur opprobrijs 56 dist.numquam.
Quod non vitia,sed virtutes parentum debent filij amplecti.
Quod virtute non generis nobilitate gratia comparatur 40. distinct. illud.
Quod nec ad virtutem, nec ad vitia necessitate quis trahitur, sed libero arbitrio.de pœn. dist. 2. §. item opponitur.post med.
Item non est virtus quod fit ex necessitate.
Quod virtus simul cum vitijs haberi non potest.de pœn. dist 2. §. ex præmissis.
Quod virtus per vitia & peccata priuatur de pœn.dist.2. consideret.§. dolendum.
Quod virtus adipiscitur cum vitio renunciatur: egressus enim malitię, virtutis operatur ingressum 32 q 1.cum renunciatur.
Quod virtus in aduersitate probatur 7 q.1 aduersitas,& c.seq.
Quod virtutes negantur esse vere apud infideles,quia non promerentur gratiam. 28. q 1.omnes, §. ex his,circa fi.
Quod vbi deest agnitio ęternæ, & incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus ibidem §. proximo.
VISIO. quod visio est duplex, videlicet spiritualis, quia per fidem Deus aspicitur. 24.q 1.quia.
Quod visio spiritualis obscuratur per malam,& maxime per carnalem operationem.49.dist.hinc.circa med.versi lippus.
Item per arrogantia & scientię præsumptionem,quia talis a charitate veræ visionis se excludit.49.dist. hinc.versi. albuginem.
Quod exacuitur tamquam collyrio per bonam operationem ibid.ver collyrio.
Item exacuitur per sui despectionẽ, & humilitatem ibi.ver.albuginẽ.
Item exacuitur per temporaliũ postpositionem 7.q. 1. in scripturis. & 7 q 1 aduersitas.post med.
Item exacuitur per superiorum integem contemplationem.28. distin. decreuit. exemplum ibi de scala Iacob.
Quod est visio corporalis, qua vidẽtur temporalia 47 dist.sicut 2.
Quod visione corporali prohibemur videre lasciua. 32.q 5. nec solo.
Item prohibemur videre iocos & ludos indebitos.86.dist.cap.vident homines.
Quod peccatores in futuro uidebũt Christum corporaliter, & contristabuntur.86 dist.vident.
Quod boni videbunt gloriam magni Dei,& beatificabuntur.de cõsecr.dist 5 ieiunium.
VISITATIO. Quod episcopus per se vel per alios honestos si sit impeditus debet diœcesim suam visitare 10. quæst. 1. decernimus,& c.seq.
Quod visitando inquirere debet de vita clericorum & ornatu ecclesiarum, & de reparationibus, si fractæ sunt.x.q 1 episcopum.
Item debet visitando statũ laicorũ videre si in fide sint stabiles, si diuersa crimina,sicut homicidium, adulterium, periurium, & consimile fugiant, & Resurrectionem credant.10.q 1. placuit. & q.3. cauendum
Item visitando non debet expensas cum grauamine,sed cum moderatione exquirere 17 quęst 3.cauendum.& c.relatum.
Quod episcopus visitando quinquagenarium numerum equorũ non debet excedere, nec plus quam vna die in parochia stare. x. q. 3. inter cætera.
Quod omni anno tenetur semel episcopus diœcesim suam visitare 10. q 1.relata,& 2 decernimus.
Quod visitando temporale pro suo obsequio potest recipere stipendium 12. q.2 charitatem.
Quod episcopus si non visitat, loco visitationis procurationes non exigat,x.q.1 relata.
Quod episcopi visitandi, & hortandi,& exhortãdi gratia, vel quoties necessitas exigit,possunt monasteria religiosorum non exempta visitare 18 q 2.visitandi,& cap. non semel.
Quod in visitatione lucrum animarum non temporalium rerum debet quærere x. q 3 cauendum.
Item visitando non debet in visitãdos crudeliter desęuire. 10.q.3.cauendum.
Item in visitatione in dubijs coram senioribus canonicus veritatem debet perquirere.86 dist.si quis.
Quod per superiorem prouidetur de visitatione ecclesiæ viduatæ. 61. dist.obitum & tribus c. seq.
Quod ecclesiæ vacãti de anno in annũ visitatio variat.7.q 1.cõstitutũ.
Quod vni visitatori plures ecclesiæ visitandæ committi possunt.12.q. 1.quoniam.
Quod episcopi Italici immediate ad curiam Romanam spectantes, de anno in annum limina Apostolorum & Romanã curiam visitare tenentur per se vel per litteras,& se de impotentia debent excusare 93 dist iuxta sanctorum.
Quod vltramontanis, quia de longinquo sunt,conceditur, vt de visitatione litteris se excusent.93.distinct iuxta.

De visitation: habes vbi agitur de Inquisitione.

VITA. Quod vita præsens quę inter cœlum, & infernum sita est, vtrorumq; ciues recipit. 23. q. 4. hæc autem.32 quæstione quarta, recurrat.
Quod in hac vita non est retributio malitiæ vel virtutis: & si aliqua sit non fit secundum condignum, sed est quidã gestus de pœn. dist.3. si quando.§ quamquam.
Item in hac vita boni [vt frequentius] affliguntur, & mali prosperantur.ibi f.
Quod sancti quando commoda vel auxilia temporalia quærunt,non transitoriæ uitæ, sed ecclesiæ cuius vtilitati intendunt,consulunt. 23.q 3 Maximianus. Exemplum ibi de Paulo.
Quod vita cõmunis debet esse clericis,[& maxime religiosis] qui vitam apostolorum imitari volunt.12 q.1.dilect ssimis.
Quod vita apostolorum erat vna, quia erat multitudinis credentiũ cor vnum, & anima vna in Deo.
Quod vita animæ est Deus, anima vero vita est corporis, quia sicut corpus sine anima viuere non potest,ita nec anima sine Deo. de pœnit dist 3 resuscitatur.
Quod corpus Christi vita est mũdi. de consecra dist 2 Christus,& c.in Christo.
Quod vita actiua,& contemplatiua commendatur. 8 q 1.olim, & c in scripturis.
VNCTIO. quod vnctio interior [videlicet inuisibilis, quæ est per Spiritum sanctum] numquam arescit de pœn.dist 2.quærendum circa prin.ver vnctio.
Quod est vnctio exterior muliplex videlicet baptismalis 11 dist. ecclesiasticarum.
Item est unctio baptizandorum,quę fit in pectore,& in scapulis 11 distinctio ecclesiasticarum. ibi. de consecratio.distinct. 4. deinde a sacerdote.
Item est vnctio baptizatorum, quæ fit per sacerdotem cum chrismate in sumitate capitis de conse. dist. quarta postquam ascendit, & cap. sequen.
Item est vnctio confirmationis quæ fit in frante. ministerio tantum pontificis, 95. distinctione presbyteros.
Item est vnctio extremæ vnctionis, quã potest episcopus, & sacerdos cui-

cuilibet conferre per oleum infirmorum ibi & c. illud superfluum.

Item est unctio regalis, quæ fit in brachio, 2. q 7 plerũque, § item in libro.

Item est unctio sacerdotalis cuius manus tantum oleo cum chrisma te inunguntur, 23 d. §. præterea, 16. q 1. generaliter, §. ecce sufficienter.

Item est unctio pôtificalis super manus & caput, 23. dist. episcopus.

Quod episcopus & sacerdos semper in corde debet cogitare & aduertere quid sua unctio repræsentet, 8 q. 1. licet, in fine.

VNITAS Quod nihil contrarium infert diuersitas, ubi est fidei unitas 7 q. 1. nihil.

Quod unitas repræsentat in nobis Dei similitudinem, ut sicut a Deo uno omnes per creationem, sic ab homine uno per propagationem, 33 q. vi hæc imago.

Item repręsentat naturæ nostræ imaginem & originem, quia omnes ab uno ibid.

Item repræsentat nascentis ecclesiæ institutionem: quia licet Christus omnibus apostolis dedit auctoritatem, tamen uni petro commisit ecclesiam, ad manifestandum ecclesiæ unitatem, 24 q. 1. loquitur, circa prin.

Quod consistit unitas ecclesiæ in sacramentorum Christi communione de consec. dist. 2 quia passus.

Item consistit unitas ecclesię in multorum filiorum suorum per dilectionem connexione, 24 q 1 loquitur, pro quo dicitur ibi, una colũba, unum corpus, &c.

Item consistit in membrorum ad caput coniunctione: quia non se unitati capitis communicat qui se paterem faciens, a capite se separat, 24 q. 1. schisma.

Quod extra unitatem ecclesiæ non possumus habere gratiã Dei, quæ propriæ donum est catholicæ unitatis, 1. q 1. multæ.

Item nec peccatorum remissionem, 1. q 1. remissionem.

Item nec uitam spiritualem, 11 q 3. nihil, 24 q 1 loquitur.

Quod extra unitatẽ ecclesiæ non ualet spiritualis iurisdictio 7 q 1. factus c Nouatianus, in fi.

Item non prodest sacramentorũ perceptio 7 q. 1 scire, 24 q 1. pudenda.

Item nihil est miraculosum operatio, 1. q 1. teneamus.

Item inutilis est pro fide martyrii susceptio 50 dist. neque ad Cain.

Item non est peccatorum remissio, 24. q 1 quicumque.

Quod conuiuium est Christi unitas fidelium in vinculo pacis, 23 q 4. ipsa pietas.

Quod nõ possunt duo vel tres in nomine Christi in unum colligi, qui a Christo sunt separati, 24. q. 1. alienus, in fine.

Quod non multitudinem deprecantium, sed unitatem audit Deus, 24 q 1. alienus.

Quod profanus & hostis est qui Ecclesiæ non tenet vnitatem, 7. q. 1. Nouatianus, 24 q 1 alienus.

Quod Christiani scindentes vnitatem ecclesiæ, infideles reputantur, 7 q 1. denique, 24 q 1. quoniam, in fin. ubi antichristus dicitur quisquis est talis.

Item temporaliter & æternaliter puniuntur, 24 q 1. non afferamus.

VOLVNTAS. Quod voluntas est animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitandum, vel adipiscendum, 15. q 1 §. 1.

Quod voluntas hominis est causa uitii vel virtutis, 56 dis. nasci. 7 q 1. sciendum, quæst. 1 §. ex uoluntate, in principio quæstionis.

Quod usque adeo peccatum uoluntarium malum est, quod nullo modo sit peccatum, nisi sit uoluntarium 15. q 1 § 3. ibidem, & cap. merito. & c. illa

Quod nemo tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit, 15. q 1. non est.

Quod Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium, 24. q. 1 odio, in fi.

Quod sicut voluntarium seruitium elegit sibi Christus, sic & diabolus, 15 q 1 non est.

Quod voluntatem alteri subiicere propter Deum, præcipuum sacrificium est 8 q 1. sciendum

Quod bonum opus non ualet nisi ex bona voluntate proficiscatur, 86 dist non satis 20. quæstio 1 per totum

Quod lex humana opus non volũtatem requirit, 15 q 1. si quis non.

Quod uoluntas pro opere reputatur cum deest facultas, de pœn. distin. §. si mulier.

Quod iustitia ex opere non consumatur, nisi affuerit & voluntas, 32. q 5. sicut enim.

Quod mala voluntas pro facto reputatur, 22 q 5 qui peierare, 27. q. 2. nuptiarum, 32 q 5 si paulus, ubi dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eã, iam mœchatus est in corde suo.

Quod quę inferuntur reluctantibus, crimen non habent, 15 quæstio 1. non est.

Quod quando ea quæ propter bonum & licitum fiunt, si præter voluntatem in eis malum contigerit, non imputatur, 23 q. 5 de occidendis.

Quod licet voluntas sit liberi arbitrii, tamen mala voluntas non est libertati dimittenda, 23 q 4 displicet.

Quod malorum voluntas meritorie impeditur, ibidem, ante medium.

Quod mala voluntas meritorie ad bonum cogitur, ibid. per totum, & q. 5. ad finem.

Quod nemo damnatur nisi merito malæ voluntatis, nec liberatur ni si bonam habuerit volũtatem, 23. q. 4. displicet, ante med.

Quod homo debet seipsum propria voluntate iudicare dum potest, ne cum iam non possit, præter voluntatem a domino iudicetur, de pœ. d. 1. in cstione.

VOTVM. Quod duplex est uotum videlicet de malo, & illud est rescindendum, 22. q 5. in malis, 33. q. 5 una sola.

Item est uotum de bono, & illud est generale sine quo non est salus, sicut illud quod vouemus in baptismo, scilicet renunciare diabolo, 17. q 1 sunt quædam de conse. dist. 4 prima.

Item est uotum speciale, sine quo habetur salus Dei, ad quod nullus tenetur nisi uouendo se obligare, sicut est votum de castitate, de abstinentia, de peregrinatione, & huiusmodi, 17. q. 1. sunt quædam.

Quod uotum speciale per verbũ de præsenti emissum precise obligat, nisi minor ętas impediat, 20 q 2. puella 22. quæstio. 5. pueri. 34 q. 5. mulier.

Item nisi impediat publica utilitas, sicut contingit in translationibus religiosorum per superiores ad ecclesias regendas, 7 quæstione prima, qualiter.

Item nisi impediat matrimonium: quia unus sine altero castitatem uouere non potest, 27 quæst 2. Agathosa.

Item nisi impediat maioris uoti susceptio. 19 q 2 duæ.

Item nisi impediat seruilis conditio. 54 dist generalis.

Item nisi impediat superioris contraria inhibitio. 33 quæst quinta, manifestum. ubi dicitur, Mulier sine consensu uiri uouere non potest, nec monachus sine consensu abbatis, 20 quæst. quarta monacho.

Item nisi impediat feruens infirmitatis passio, 17. quæst. secunda Gõsaldus.

Quod uotum licitum Deo promissum semper est implendum, 33 q. 5 quod Deo.

Quod uotum debet fieri cum deliberatione, 17 q 1. de uiduis.

Quod uotum cum deliberatione factum, siue uoce exprimatur siue non, apud Deum obligat, 17. q. 1. qui bona.

Quod incautum uotum non est seruandum, 22 q 4 per totum.

Quod quæ in facie ecclesiæ in manu episcopi castitatem uouerunt, & uestem decentem castitatis assumpserunt, si spontanea uoluntate postea dimiserunt, damnationem perpetuam incurrunt, 27. q. 1. capit. 1.

Quod uidetur si in occulto fiat professio religionis uel castitatis in manu episcopi, quasi uotum non potest

potest violari, 17. quæstio. 1. viduitatis.

Quod vouentibus non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est, 17 q. 1. vouentibus.

Quod simplex votū impedit matrimonium contrahendū, sed nō solꝰuit iam contractum, 27 dist. quidam, & c. si vir. ibid. 27 q. 2. nos.

Quod fœminæ propria voluntate castitatem vouentes si nupserint, sunt in matrimonio permittendę, 17 q 1. de viduis.

Quod post solenne votum soluitur matrimonium cōtractum, 27 dist. vouentibus, & tribus cap. seq. 27. q 1. viduas.

Quod uotum religionis solennizatur quando persona ad votū apta per professionem se obligat, 27 q. 1. vidua quidem.

Quod clericus sine consensu episcopi potest religionem vouere, 19 q. 2. duæ.

Quod simulatio siue fictio uoti ex inhonesta causa sicut spes prælatura uel consimile semper obligat ad religionem, siue castitatem, 27. dist. quod interrogasti, 27. q. 1. uiduas à proposito.

Quod vtroque coniugum consentiē te uotum castitatis emissum est seruandum, 33. quæstio. 5. quod Deo.

Quod coniuges castitatem uouere non debent, nec se separare sine conscientia episcopi, 27. quæst. 2. si vir.

Quod beata virgo vouerat se virginem perseueraturam nisi Deus el aliter reuelaret, 37 distinctio. sed quæritur.

Quod melius est nubere quam periculose vri. 32 q. 5. si Paulus.

Quod causa aliquem conuertendi, non licet votum castitatis infringere, 32 q 8. non solum.

Quod votum castitatis impediens grauiter peccat & est excommunicatus, 32. q 2 hoc sanctum.

Quod melius est non uouere quam uotum non perficere, 12 quæst. 1. scimus.

Quod uotum uelle retractare damnabile est, 27. dist. uouentibus 17. q. 1. uouentibus & c. seq. ubi dicitur quod Ananias post uotum pecunias defraudauit.

VSVRA. quod usura est ubi amplius requiritur quam datur, 14 q 3. usura.

Quod non solum in pecunia, sed in acceptione cuiuslibet rei ultra sortem committitur usura, 14 q. 3 putant.

Quod accipere aliquod emolumentum de mercibus mercatorum ratione mutui, usura est 14. q 3 plerique.

Quod qui emit uilius ut uendat carius, maxime clericus, usurarius est 24. q. 3. canonum.

Quod mutuum siue in grano, siue in uino, uel in simili, cum repetitur secundum commune forum est, etiam si plus accipit, usura non committitur 14. quæstio. 3. si quis clericus.

Quod uidetur quod ab hoste quem licet impugnare, liceat usuram accipere, sicut & licet animalia sua tollere, 14 q 4 ab illo.

Quod clericus, nec suo, nec alieno nomine usuras debet accipere, 46. dist sicut non.

Quod publice conuictus de usura, ulterius ad ordines non est promouendus, 33. distin. maritum & 46 dist sedit. onarios, 47 distin. per totum.

Quod clericus de usura publice conuictus, est de ordine & dignitate deponendus, 47. dist. episcopus, & quattuor c. seq.

Quod monasterium recipiens usuras tenetur ad usuras persoluendas, 54. distin. generalis, 14. quæst. 4. qd dicam.

Quod nulli licet accipere vsuras, 14. q 4. per totum.

Quod uidetur quòd ad usuram accipere sit peccatum, 83. distin. error, 24. q. 3 non inferenda.

Quod tempore necessitatis ad usuram potest accipi, 26. q. 1. qui.

Quod de Vsura non potest fieri eleemosyna, 14. q. 5 immolans.

Quod fœlix est Vsura, ubi pro paruo denario pauperi dato, centuplum accipimus a domino 46. distin. sicut non.

Qđ Vsurarius nō uere pœnitet, nisi usuras restituit, 15 q. 5. quid dicā, & q 7 si res.

VSVCAPIO. Quod usucapio est acquisitio domini per continuationem temporis 16. quæst. 2. placuit, §. potest, in fine, & §. quas actiones.

Quod plura exiguntur in usucapione, uidelicet bona fides circa initium: iustus titulus qui uaria nomina sortitur, sicut titulus emptionis, titulus donationis, titulus dotis, titulus pro legato, & consimilis.

Item exigitur continua possessio, & quòd sit res mobilis de quibus olbus habes 16. q. 2. placuit, §. potest, per totum.

VSVS Quod illud quod in communi usu est, consuetudo uocatur, 1. dist. consuetudo.

Quod usum paruū lex & ratio uincere debet, 11. dist. c. 1.

Quod usus auctoritati cedere dēt, 11. dist. usus.

Quod male possidet, qui male utitur 14 q quid dicam, in fi.

Quod utendum est temporalibus secundum usum eorum cum quib. conuersamur, 41. dist. delitiæ, & c. 1 quod dicit.

De vsu habes vbi agitur, de Consuetudine.

VSVRPATIO. Quod usurpatio est ordo illegitimus, 2. q. 1. quod pro necessitate.

Quod usurpatio est non cōcessa præsumere, 83. dist. illud.

Quod usurpatiuæ dicuntur ordines recepisse uel dignitates, qui non iuxta sanctorum statuta suscipiūt, 63. dist. non sancta

Quod usurpatio furtiua præiudiciū non generat, 93. dist. illud.

VTILITAS. Quod plurimorum utilitas præponenda est utilitati paucorum, 7 q 1. scias.

Quod mutationes prælatorum non debent fieri nisi causa utilitatis, uel necessitatis, 7 q. 1. mutationes, ubi ponitur exemplū, quomodo Petrus dimissa ecclesia Antiochena iuit ad Romanam propter maiorem utilitatem.

Quod nec nobis, nec aliis utiles esse debemus cum damno alterius, 7. q. 1. mutationes. in fi. & quatuor cap seq 13 q. 5. denique.

VXOR. Quod uxor subdita esse debet uiro, 30 q. 5. fœminæ, 30. q. 5. est ordo. & c. seq.

Quod uxor non est dimittenda, nec propter sterilitatem, nec propter deformitatem, nec propter cæcitatem, nec propter lepram, nec propter aliquid simile, nisi excepta causa fornicationis, 32. q 5. si uxorem.

Quod maritus debet habere uxorē suam in dilectione, & debita disciplina, §. Salomon, 33. quæst. 5. cap. ult.

Quod qualiter quisque uxorem suā uult inuenire talis debet inueniri ab illa, 32. quæstio. 7. si ducturi estis.

Quod ubi melius uiuit uxor quam uir qui caput est, capite deorsum pendet domus, 32. quæs. quarta, ca. ult.

Quod uxorem solus maritus habet iudicare, idest, corrigere, 7. q 1 sicut alterius.

Quod sunt tamquam uxores non habentes, ubi salua est charitas connubiorum, & cessant opera nuptiarum, 31. dist. lex continentiæ.

Quod uxoris & uiri in matrimonialibus eadem conditio censetur 32. q 5 præcipit.

Quod eadem castimonia debetur a uiro, quæ ab uxore, 32. q 4 nemo.

Quod uxori reddere debitum quando exigitur a uiro, uel econuerso, est meritorium, 33. quæstio. 6. capitu 1.

Quod uxorem cognoscere debito, & moderato affectu, siue causa reddendi debitum, siue causa prolis, non est peccatum, 33. q. 6. cap. 1. 14 dist c. 2.

Quod cognoscere moderato causa uitandæ fornicationis hoc secundum ueniam concedit apostolus, & creditur esse ueniale, 33. q. 2. quidquid.

Quod cognoscere immoderato affectu causa satiandæ libidinis, est mortale peccatum, 32. quæstio. 4. origo.

origo, & c.liberorum.

Quod cognoscere contra naturam, hoc grauius est quam cum matre propria.32.q.7.adulterii.

Quod vxor non debet cognosci tẽpore menstrui, vel ante purificationem primum pueri, quæ est quando mater nimis abundat lacte.5. distin.ad eius.

Quod iniquus est qui castam, & bonam dimittit vxorem. 34 q.1.c.1.

Quod fatuus est qui in adulterio perseuerantem retinet vxorem.

Quod meritum est adulteram pœnitentem recipere vxore 32 quæst 1. quod autem, & cap.non erit, & cap apud

VXORICIDA. Vtrum in adulterio deprehensam liceat occidere vxorem, habes. 33. quæstione 2 interfectores, & sequen & c.inter hæc.

Quod vxoricida per sententiam debet compelli publicam agere pœnitentiam 33.q 2 quicumque, & cap. seq.

Quod vxoricidis coniugium denegatur, nisi propter periculum incontinentię cum adolescentibus dispensetur.33 q 2. interfectores & c in adolescentia.

Quod innocentem vxorem occidẽs grauissima pœna exemplo Astulphi est puniendus 33 quæst.2. admonere.

Christus. Quod Iesus Christus Dei filius natus est de virgine Maria de consecrat.distinctio. 3. cap vlt.

Quod Christus veniens in fine temporum retractio, quæ est Græcorum vltima littera, ad a, quæ est Latinorum prima, quia primum statum hominis quãtum ad etas renouando extremitatem traxit ad principium 35. distinctio. ab exordio.

Quod Christus qui verus pontifex fuit, ideo de adulterinis commistionibus nasci voluit, vt sic natis daretur fiducia promotionis. 61. dist dominus.

Quod Christus dicitur pastor pastorum.2.q.7.testes, §. Christus.

Quod Christus bonus hospes dicitur 24 q 1 quæ dignior.

Quod Christus venditur cum veritas venditur 11.q 3.abiit.

Quod Christus est panis, de quo qui manducat viuet in ęternum. de conse.distinct.2 Christus, & tribus cap seq.

Quod Christus vna passione saluauit mundum de consec. distin.2. iteratus.

YCONOMVS. Quod œconomus, & vicedominus, pro eo, accipitur.89 distinctio. volumus, & duobus c.seq.

Quod quælibet ecclesia cathedralis debet œconomum habere qui cum arbitrio episcopi debet res ecclesiæ gubernare.89 dist. œconomum, & cap.seq 9.q.cum simus.12. q 2 vobis

Quod ecclesiarum œconomus clericus debet esse. 89. dist. indicatum 16 q 7.quoniam, & capitul. in nona.

Quod plures œconomos vna ecclesia potest habere. 12.q 2. charitatem.

Quod œconomus episcopatus per episcopum debet institui.89 dist. nolumus, & c.indicatum.

Quod œconomus episcopatus præcipue debet intendere, qualiter episcopo mortuo vel amoto res ecclesiæ in scripturis pro futuro episcopo debet conseruare 75. dist.quoniam.in fi.12 q 2.charitatem, & c.illud, & c non liceat

YMAGO Quod imago Dei dicitur homo, quia sicut Deus principium est omnium per creationẽ sic homo primus aliorum est principium per propagationem. 33.q. vlt hæc imago

Quod dicitur factus ad imaginem, & similitudinem Dei, quia anima eius pudicitia, & aliis virtutibus fuit picta de pęnit.dist 2 § Romanos, & c.illa anima.

Quod imago virtutum dedit, & dat animæ pulchritudinem & pretiositatem.

Quod tunc homo ab imagine cecidit quando virtutes amisit.

Quod imagines sanctorum non sũt contemnendæ, sed venerandæ. de conse.dist.3 venerabiles.

Quod imagines, & picturæ sanctorum sunt libri, & scripturæ laicorum de conse distinctione. 3 perlatum.

Quod non imaginum pictura est adoranda vel veneranda, sed res per ipsam repræsentatę de consec. distinctio.3.perlatum & capit. venerabiles.

Quod Christus sub imagine crucifixi cum imaginatur vel depingitur, gratia nobis pręteriti beneficii repræsentatur.de consec. dist. 3.sextam

YMNVS quod Saluator, & Apostoli nobis dederunt exemplum Hymnu decantandi. de conse. di. 1.de.Hymnis.

Quod Maria soror Aron post transitum maris rubri Hymnum Deo cantauit secunda quæstione.7. pleriumque.§.item obiicitur.

Quod hi duo hymni Alleluia, & Gloria in excelsis Deo, ab angelis decantati sunt de consecratio.distinctio.1 hi duo.

YPOCRESIS. Quod hypocrisis prouenit ex imperitia, dum quis simulat habere quod non habet. 1 1. quæstione, 3. si quis vero

Quod religiosus qui cadit à proposito, & simulat propositum, est hypocrita, & peior apostata.12.quæstio.2 certe.

Quod ad hypocrisim tendit qui pluribus confitendo peccata diuidit confessionem de pœnitentia, distinctio. quinta, § doleadum.ante fin.

Quod hypocrita licet viuat corporaliter: mortuus est tamen spiritualiter.12 quæstio. 1. nolo ante finem.

Quod nemo amplius ecclesiæ nocet quam qui peruersè agens nomen vel ordinem sanctitatis gerit 83 dist nemo.

Quod hypocritæ in ecclesia bonis corporaliter sunt misti, sed per pessimam vitam separantur.24. q. 3 de illis.

Quod hypocrita dicitur qui festucam in oculo fratris videt, & trabem in suo non considerat.32. quæstio 6 § 1.

Quod vbi hypocrisis regnat, humilitas locum non habet. de pœnit. distin.1 item taciturnitas.

De hac materia habes vbi agitur de Simulatione.

YSAAC. quod Isaac fuit filius Liberę, & hæres. 32. quæstio 2 non omnis.

Quod Isaac fuit vnus ex tribus quibus pepererunt liberæ, & ancillę. 32 q 4 recurrat.

Quod domus Isaac non fuit ex omni parte beata, quia domum Iacob dilexi. Esau autem odio habui. 47. distinctione quantumlibet.

Quod Isaac benedixit filio suo Iacob. 24. quæst o 3. cum ergo, §. si qui.

Quod Isaac cum Rebecca sepulti sunt in Ebron 13.q.3 Ebron.

ZACHARIAS. Quod Zacharias papa deposito rege Francorum, quia inutilis, & vilis vitæ erat, Pipino patri Caroli regnum tradidit: & omnes nobiles à iuramento fidelitatis absoluit 15 q 6 alius.

Quod Zachariæ patri Ioannis, angelus in templo apparauit, & super oratione exauditus fuit. 1 q. 1.nonne.

ZACHÆVS. quod Zachæus defraudator. 1. quæstione. 2.cum deuotissima.

Quod Zachęus male acquisita potius reddenda quam donanda docuit.14.q.5 c.vlt.in fine.

Quod Zachęus est exemplum quòd de multis male acquisitis multa pauperibus dari debent, & plurima restitui.28.q.7 affectum.

ZELVS. Quod Zelus propriè dicitur amor viri in vxorem.3.q 1. si peccauerit in fine.

Item zelus quandoque ponitur pro inuidia 80 dis.neque, exemplum ibi de Cain, qui fratri inuidit.

Item quandoque ponitur pro amore 23 q.4. quid crudele exemplũ ibi de Moyse, qui idololatras ex amore puniuit.

Item quandoque ponitur pro ira. 23.q 8. legi exemplum ibi de Simone Chananæo qui serpentes in magos retorsit.

Item quandoque ponitur pro suspicione 27.q 1 nec aliqua Exemplum ibi de sponsa quam zelat sponsus.

Item quandoque ponitur pro seueritate 17 quæstio 2. hi ergo. Exemplum ibi de dæmoniali apostatricæ & de pœna eius.

Quod zelus indescretus reprobatur 24 q 2 non in perpetuum.

Quod zelo iustitiæ debet fieri vindicta, non amore vendictæ, nec ex odio. 23 q. 4. §. vlt.

Quod Deus est zelotes vindicans in tertiam & quartam generationem. 1. q. 4. homini qui similis, §. econtra.

Quod zeli ardor erga rebelles ecclesiæ exhibitus commendatur. 23. q 5 excommunicatorum. 43. distinctio. sed illud.

Quod zelo apostolicæ vltionis simonia in ortu suo damnata est. 1. quęstio, 1. fertur.

Quod zelo disciplinæ iusti peccatoribus indignantur 45. dist. vera iustitia.

ZIZANIA. quod zizania mista tritico, & crescens cum ipso, innuit quod in hac vita bonis mali commisti sunt, ne congrue separari possunt 11. quæstio. 3. nolite recedere. Exemplum ibi de Iebusæo quem filii Israel euellere non potuerunt.

Quod cauendum est ne vitando zizaniam, dominica perdamus frumenta. 15. quæstio. 2. ita nos in fine.

Quod toleranda est zizania, id est, mali, si fides non impeditur, & charitas nostra. 23 quæstio 4. quidam.

Quod in hac vita non possit plene discerni à frumento zizania. vigesimatertia quæstione quarta, quantus.

Quod sinenda sunt vtraque crescere vsque ad messem iudicii, & tunc angeli colligent zizanis in fasciculos ad comburendũ. 23 q 1. ante hu.

FINIS.

Mendas dextra viri lauit huius fida probrosas:
Hæc non credenti lectio nota dabit,
Margarita stylo Decreti pressa fideli,
Innumeros fructus absque labore feret.



1984

INDEX DICTIONVM QVÆ IN MARGARITA DECRETI CONTINENTVR.



Quæ in Margarita Decreti continentur.

DEO GRATIAS.

1986

ADDI

SVPER

DO AVOV



1987

ADDITIONES
SVPER DECRETO,
ADMODVM ILLVSTRIS, AC CELEBERRIMI
I V R E C O N S V L T I,
DO. AVGVSTINI CARAVITAE,
PATRITII EBOLITANI,
Et in Sacro Regio Consilio Neapolitano Consiliarij.

Quæ quidem quàm sint in Theorica, & Practica vtiles, imò verò & necessariæ, facilè ex eo cognosci potest, cùm in eis ferè omnia quæ desiderari possent, summa quadam, & breui compendio, contineantur.

Vnde etiam clarè patet, qualis & quanta fuerit huius Nobilis viri doctrina, labor & studium, cùm hæc talia, nisi à peritissimis, & sapientissimis viris, scribi non soleant.

C V M P R I V I L E G I O.




VENETIIS, *Apud Iuntas.* M D C.

1988

ADDITIONES DOMINI AVGVSTINI CARAVITAE

Regii Conſ. Neap. ſuper Decret.



In proœm. in §. primo, in rubrica, in verbo, compilatio.



AN hæc compilatio ſit authentica, vid. Bend. Capr. regula 7.

In tit. de conſtit. in rub.

An conſtitutio, ſiue ſtatutum poſſit probari per teſtes, Rota deciſ. 246. in nou. & an tollatur per clauſulas generales, non obſtante, quæ apponuntur in litteris Papę, eadem, deciſ. 632. in antiq. & quando conſtitutio dicatur generalis, vid. Petr. Duen. regula 133. conſtitutiones, & quæ ligentur legibus conſtitutionibus, & canonibus, vide Capr. concluſione 4.

In c. primo in gloſ. in verbo, ſtatuta.

Pro ampliat. & limit. vid. Petr. Duen. regula 79. canones abrogati.

In eod. c. in verb. ſuo ſenſu.

Vid. ad declar. Iac. Meno. de arb. iud. quæſt. 7. numero 44.

In c. 2. in verſic. rem quę culpa.

Vide Marc. Mant. dialog. ſeptimo, libro primo.

In c. translato, in ſum. cap. in verbo, & quod de vno,

Vide Marc. Mant. dialog 6. libro primo.

In c. cum omnes, in gloſ. in verb. conſtitutum, in fin. gloſ. in verſic. in alijs quæſt.

Capit. deciſ. 4. numero 5.

In ead. gloſ. in verb. & debent conſentire.

Vide Diaz. regula 132.

In c. cum acceſſiſſent, in ſum. cap. in verbo, niſi per contrarium actum.

Et ſic diſpoſitio quæ ſine principe poteſt fieri, licet fuerit ab ipſo confirmata, poteſt ſine ipſo reuocari, vide Diaz. regula 196.

In c. cum M. in §. mandamus, in verb. vel fuerit vel eſſe debuerit.

Ex hoc not. quod clauſulæ ſolitæ apponi de ſtilo cancellariæ, ſi omittantur, habentur pro expreſſis, vide tamen vltra alios, Rip. hic nu. 39. & vide pro limit. Diaz. regula 147. & vide Iſer. vbi poſui, in conſtit. quiſquis de burgenſibus, & ibi Affl. num. 11. & Affl. deciſ. 398. num. 6.

In c. eccleſia ſancta M.

Vide de materia, an lex ſecularis liget clericos, Iſer. in conſtit. ſi quis in poſterum, in princ. & ibi Affl. num. 6. & 8. & vide de materia Barth. de cap. ſing. 80. queri conſueuit, & Iſer. in conſt. cum ſatis, & ibi Afflic. num. 5. & in conſtit. dohanæ ſecreti, lex enim non ligat, niſi ſolum ſubiectos, Affl per illum tex. in conſtit. regiæ maieſtati, num. 1. & Iſer. in conſtit. ſi quis clerici, & vide not. per eund. in conſtit. ſancimus, num 13. lib. 3. & in conſtit. comite vel barone, num primo & in conſtit. in aliquibus, num. 13. & 34. & in rubr. conſtit. peruenit, & vide Nigr. in clement. de vit. & honeſt. cler. in prin. num. 59. & an ſi interueniat aſſenſus Papę vel Epiſcopi, liget, vide Gram. deciſ. 29. nu. 10. & ad materiam, eund. deciſ. 100. & conſi. 1. num. 26. poſt deciſ. &

cis.& Capit.decis. 201.& an consuetudo laicorum liget clericos, vide Petr. Duen. regula 135.consuetudo laicorum.

In capitulo, quoniam, in verbo, non ad praeterita.

Vide Diaz.regula 136.

In eodem capitulo, in verba futura, in additione, ad dictum verbum, quamneque futura fallu primo.

Concordat. constitut. in vniuersali, vbi Afflic. num.33.

In titulo, de rescriptis, in rubrica.

An verba posita in rescripto probent, & quid si rescriptum est reprobatum, vide Capit. decis. 71.

In capitulo primo, in glossa, in verbo, mandatum, in versiculo, & si primum sit speciale.

Plene, dato concursu rescriptorum, quod sit praeferendum, vide per Benedict. Capr. regula 39.& si concurrat rescriptum cum priuilegio, quod praeferendum, vide eundem regula, 40. & an secundum rescriptum faciens mentionem d primo, tollat primum ipso iure, vel ope exceptionis, ibi regula 42. & vide ad materiam constitut. ea quae ad decus num.21.

In eadem glossa, in verbo, dum tamen hoc fuerit publice protestatus.

Impeditus debet protestari, adde Afflictum decisione 50. numero 3. & 4. & vide Diaz. regula 325.

In capitulo, ex parte, in summario capituli, in verbo, si praeces.

Adde Dec.consilio 142.num.6.

In eodem c.in verbo, si praeces veritate nitantur.

Et ideo illi, qui rescriptum produxit, incumbit onus probandi vera esse quae supplicauit, vt per Frecc. de succ.feud. libro secundo, quaest. 26. in in materia assensus. Item ex hoc censurae in rescripto contentae, tacite sub ista conditione, si praeces veritate nitantur, suspenduntur. Dec. consilio 33. numero 5. & ad primum dictum, vide eundem consil.142 num.6.

In capitul. alterum, in verbo, de commissione priori.

Rescriptum an sit subreptitium, si non sit facta mentio de litis pendentia, & quando debeat fieri mentio de litis pendentia, vide Afflic.decis.220.num.13. & an subreptio in rescriptis ad lites, vitiet ipso iure vel ope exceptionis, vide Bened. Capr. regula 41.

In capitulo, eam te, in glossa in verbo. si datam litterarum.

Vide Diaz.regula 167.& regula 443.

In c. si autem aliquis, in sum.a.

Vide Diaz.regula 444.

In cap. ad haec sumus, in sum.c.

An certi iudices per rescriptum dari possint, vide Bened. Capr.regula 48.

In c. ad audientiam, in sum.c.

Plenissimè quando falsa latinitas vitiet scripturam vel rescriptum, vide per Bened. Capr. regula 45.

In capitulo, sciscitatus, in glossa, in verbo, impedimento.

Quae impedimenta repellant iudicem à iudicando, vide per Bened. Capr. regula 20.

In capitulo sedes apostolica, in verbo, maiores, & digniores.

Vide omnino Affl.in constit.comes baro.num. 3.& constit.vt dignitatum, num. 1. & decis. 263.num.17.

In c.ex tenore, in glos. in verbo, negotio, in fin. glos. in versiculo, & generaliter.

De actu nullo non est opus facere mentionem, vide Affl.decis.36 .num.10.

In c. causam quae, in sum.c.

Adde Dec.consilio 33. num.4.

In eod.c.in verbo, quantum de iure poteritis.

An haec

1989

An hæc hæc clausula habeat vim peremptorij, vide Diaz.regula 87.

In c.constitutus, in glos. in verbo, iuramento.

Vide Affl.constit.vassallis, num. 18.& Capit.decis.100.num 2.

In c.super litteris, in sum. c. in fi. summarij.

Vide pro limit. Felin. c. sciscitatus, hoc tit.

In eod. c. in princ. text.

Adde Affl.decis.116.num.3.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, facta fuerit fides, in verbo gloss. quia cum dubium.

Vide Diaz.regula 176.delegatus.

In eod.c.in gloss. in verb. litteras, in verbo, glossa, imo ad hoc vt rescriptum.

Adde Gram.decis.59.nu.57.& decis.66.nu.10.18.Capit.decis.32. num. 12. & ad materiam quando dicatur principem difficilius concessisse, uide Affl.decis. 116. num. 4. & vide ad materiam quæ addidi ad Bar.in l.præscriptione, C. si contra ius vel vtilit. pub.& Dec. consil.142.num 5.in fi.& quæ taciturnitas vitiet rescriptum, à quo & qualiter probanda, vide per Bened.Capr.regula 44.

In eod c.in verbo, eadem ratio quæ delegantem moueret.

Delegatus debet se cum voluntate delegantis conformare, adde Dec consil.43.num. 2.vbi et an possit venire contra factum delegantis.

In c.cum dilecta, in sum.c.in verbo, sed factus contra formam.

Vide Bened.Capr.regula 49.

In eod.c. in verbo, nostri formam rescripti.

Vide pro limit. Diaz.regula 17. actus gestus.

In c.dilectus filius, in glos. in verb. causa.

Adde Gram.decis.66.num.19.

In c. nonnulli, in verb. nequis vltra duas dietas.

Quando quis vltra duas dietas literis Apostolicis extra suam dioecesim possit extrahi, vide Bened. Capr.regula 53

In c.ad audientiam, in gl.in ver. mentione non habita.

Dec.consilio 142.num.5.

In eodem c.in verbo, renouando.

Idem in vnione beneficiorum, vt non valeat rescriptum super ea impetratum, si subreptitiũ sit.Dec.consi.148.in primo dubio.

In eodem c. in glos. in verbo, irritum.

Plenis. an literę subreptitię, vel processus p̄ eas agitatus, valeat, vide Bened Capr. regula 43.

In c.significauit nobis, in glos.in verb. viueret, in verb. glos. ita quod non transit ad successores.

An rescriptum re integra finiatur morte eius, contra quem conceditur, vide Benedict. Capram regula 34. & 35.& vide Bar. Brix. quæst.uener.9.

In c. mandatum.

An dispositio huius tex. se extendat ad dignitatem vel officium canonicatui annexum, vide Franc. Marc. decis. 1173.& ad materiam quando plures gratiæ seu litteræ emanant in eadem ecclesia pro diuersis, quæ valeant, plene tractat Bened.Capr.reg.52.

In c.quia nonnullis, in verb. aut litteras ipsas ad futuras.

Vide Bened.Capr.reg. 76.& ad materiam vide Afflic.constit.circa violentiarum, num. 5.

In tit. de consuetudine, in rub.

Consuetudo largo modo constitutio dicitur, Iser in prælud.feud.num. 22. vbi vide multa per doct. de consuetudine, & aliqua de viribus consuetudinis, vide per eund. in const. baiulos & omnes, num. 62. & 63. & an appellatione iuris veniat consuetudo, vel differant inter se, uide Affl. in constit.in locis demanij, num. 19. & nunquid consuetudo det iuridictionem, uide not.per Affl.in const. cõsuetudinem, uersiculo alias cum noua, nu. 5. faciunt quod sic: sed an excuset à poena, uide eundem in constit.aduocatos, num. 20.

&ad.

& adde quod consuetudo potest approbare conuentionem à iure reprobatam. Affl. constit. post citationem, num. 9. Quæ autem consuetudo debeat seruari, loci contractus an iudicij, uid. Affl. constit. speciale, num. 4. & constit. hostici exceptionem, num. 2. & l. 3. §. fin ff. de testibus, & ad d. quod ratio est uestimentum consuetudinis, & sine ea dicitur frigida & nuda Affl. cōst. consuetudinem prauam, numero primo & quā consuetudinem teneatur iudex sequi, uide per Bened. Capr. regula 24. & aliqua in materia, vide per Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæstio. 71.

In c. primo, in verbo, grauamen.

Vide Diaz. regula. 139.

In c. cum venerabilis, in glos. in verb. migrasse, in verb. glos. sed forte per illam consuetudinem.

Vide Marc. Mant col. 8. & ad istam glos. Adde Affl. const. in causa depositi, nu. 14. & Gram. decis. 50. num. 3.

In c. cum dilectus, in sum. c. in versiculo & contento.

Vide Marc. Mant. dialog. 9.

In c. cum tanto

Pro ampliat. & limit. uide Petr. Duen. regula 137. consuetudo.

In eodem c. in verb. corruptela.

Vide Affl. const. dilationem, num. 44. & Iser. in prælud. feud. num. 24. cum sequent.

In eodem c. in glos. in verb. rationabilis.

Quæ consuetudo dicatur rationabilis; & quę irrationabilis, uide per Bened. Capr. regula 12. & Iac. Meno. de arbitr. iud. libro secundo, cent. 82.

In eodem c. in verb. legitime sit præscripta.

Quantum tempus requiratur ad præscribendum consuetudinem, uide Benedict. Capr. regula 13.

In tit. de postulatione prælatorum, in c. gratum gerimus, in glos. in verb. pauciores, in verb. gloss. tu dicas quod vnus solus potest eligere.

Sequitur Dec. quęst. 151. num. 18

In tit. de electione & electi potest, in rub.

Vide de materia Boer. decis. prima & secunda.

In c. significasti, in versic. mirentur in hac causa.

Vide Marc. Mant. dialo. 41. Christi actio.

In c. cum in cunctis, in glo. in verb. multo fortius, in verb. glo. si id de quo minus videtur.

Vide aliqua per Affl. constit. comite uel barone; num. 1.

In c. cum inter vniuersas, in glos. in verb. remoti.

An absentes sint uocandi in actibus capitularibus, uide Glos. & ibi Pos. in c. 2. de testibus in 6.

In eodem c. in fin. c. in verb. per quos à nobis vice regia.

Hunc tex. allegat. Iser. qui succ. feud. dar. tenn. num. 5. uersic. consensus huius.

In c. innotuit, in glos. in verb. coniugata, in verb. glos. dico quod bene potest eligi.

Add. Dec. q. 155. num. 3.

In c. cum inter canonicos.

Hunc tex. allegat Iser. qui success. feud. dar. ten. num. 5. uersic. quando etiam.

In c. dudum, in gloss. in verb. electionis tempore, in verb gloss. item arg. est hic initum.

Vide consilium xj. num. 3. & consilium 17. nu. 1. inter consilia crim. uol. primo & ad materiè quando duo concurrunt, & unus fuit semper bonus, alter fuit malus, sed est bonus, quis præfertur, uide Affl. consti. iudices ubique, num. 5.

In c.

In cap. bonæ memoriæ, in glos. in verb. per rerum naturam, in verb. glos. vel si quis dicat se non contraxisse.

Ad materiam adde quod quando ad esse facti requiritur probatio per scripturam, negatiua probatur per solam allegationem Gram. decis. 59. num. 18.

In c. querelam, in sum. c. in verb. fuisse in quasi possessione.

Vide omnino Dec. consilio. 117. & consil. 124. & consil. 126. & consil. 134.

In eodem c. in glos. in verb. commisit.

Vide Affl. decis. 395. num. 4.

In eodem c. in glos. in verb. super iure, in verbo gloss. sufficit ei probare quod eligens.

Licet causa non allegetur, & etiam quod sit allegata, non requiritur quod probetur. Dec. consilio 136.

In c. cum dilectus, in versic. si tres simul.

Ad intell. vid. Iac. Meno. de arb. iud. libro primo quæst. 73. num. 11.

In c. cum in iure peritus.

Vide Cepoll. caut. 96. ¶ dicimus.

In eodem c. in glos. in verb. ex se vel alijs, in versic. gloss. sed si vni tantum collata.

Facit ad hoc tex. in. l. si mandauero. §. si tibi, secundum primum intellectum glo. ff. manda. secundum Barth. de Cap. sing. 54. nota.

In c. venerabilem.

Vide de materia Cepoll. caut. 95.

In c. quia propter.

De quibus dispositionibus loquatur vel de quibus electionibus, vide Nigr. c. reg. 97. num. 5. item statuimus.

In cap. sacro sancta, in sum. c. in verb. ius eligendi.

Ius eligendi cum sit res spiritualis, non potest competere laico vt hic sed an valeat consuetudo in contrarium, & quid si est tanti temporis cuius initij hominum memoria in contrarium non existat, vide Dec. consilio 134. num. 2. & 3.

In c. ecclesia vestra, in fin. c. in glos. in verb. non consenterit, in verb. glos. si enim ex vna parte sit dignitas.

Vide Franc. Marc. decis. 1035.

In tit. de translatione episcopi, in c. inter corporalia, in §. cum ergo fortius.

Vide Marc. Mant. dialog. 58. sponsus ecclesię.

In eodem §. in verb. vt quos Deus coniunxit.

Quomodo intelligatur hoc præceptum, vide Dec. consi 112. & Iac. Meno. de arb. iud. casu 285. num. 22.

In tit. de authoritate & vsu pallij, in c. nisi specialis, in glos. in verb. eligemus.

Vide not. per Affl. decis. 290. in fi.

In tit. de renuntiatione, in c. cum inter P.

Adde Affl. decis. 350. in prin.

In c. in præsentia, in verbo pro ipso præsumi debeat.

Vide Iac. Meno. dialog. 50. Iudex.

In titulo de filijs presbyterorum, in c. extra nobis, in glos. in verb. consultationem.

Quomodo hoc dictum gloss. procedat, vide per Ant. Corset. in sing. in verb. consultatio.

In tit. de seruis non ordi. in c. primo.

Vide de materia constit. regni adscriptitio, & ibi doct.

In tit. de officio archidiaconi in rub.

An archidiaconatus sit nomen dignitatis, & an habeat archidiaconus iurisdictionem, vide Gram. deci. 64. in prin. vbi etiã de off. ipsius.

In c. vt

In c. Vt nostrum, in verbo, ponere abbates.

An sicut in beneficio requiritur installatio in sede, ita in officio temporali, vt ante apprehensionem possessionis electus ad officium non possit administrare, vel per solam collationem transferatur possessio, vide Franc. Marc. decis. 262. prima parte.

In tit. de officio archiepresbyteri, in rub.

An archipresbyter sit dignior primicerio, vide Gram. decis. 64. num. 30.

In tit. de officio primicerij, in rub.

An habeat dignitatem, vide Gram. decis. 64. in princ.

In titulo, de officio custodis, in c. custos, in glo. in verbo, sanctiores, in verbo, gloss. tamen si alius eligatur.

Dec. consilio 72. numero 3. & consilio 129. num. 2.

In tit. de officio vicarii, in rub.

Vicarius an habeat ordinariam iurisdictionem, Isern. & ibi Afflictus, numero 10. in constit. officiorum periculosa, & qui sint vicarij, & quando quis possit seruire per vicarium, vide per Bened. Capr. regula 92.

In tit. de officio, & potest. iud. delega. in cap. primo.

Quis sit delegatus, vel ordinarius, & ex quibus verbis commissionis cognoscatur, vide Affl. in constitut. authoritatem, num. 4. & an citatus teneatur comparere si delegatus in citatione non inserit tenorem commissionis, vide Nigrum, in clem. de vit. & honest. cler. in prin. num. 25.

In c. pro debilitate, in glos. in verbo, te consulere.

Vide plene Bened. Capr. regula 38.

In c. de causis, in verbo, terminum.

Quid si causa fuit infra terminum expedita, an possit eo elapso sententia exequi, vide Bart. Brixien. quæst. vener. septima.

In eodem c. in §. illis etiam, in gloss. in verbo, certa, in verbo glos. quod si diuersa sint pœna.

Intell. gloss. vt per Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæst. 85.

In c. præterea, in gloss. in verbo, ex eo, in verbo glo. Sol. idem iuris est in vtroque.

Vide Cott. in verbo, connexorum, vbi ex hoc plura infert.

In c. ex parte, in glos. in verbo, dimittere, in verbo glos. item pone & simpliciter.

Adde Dec. consil. 141. num. 2.

In c. ex parte tua, in glos. in verbo, nulla.

Exceptiones si per rescriptum tollantur, quæ sublatæ censeantur, vide Bened. Caprar. regula, 51.

In c. quoniam abbas.

Ad materiam quando priuilegium conceditur sub nomine dignitatis vel proprio, ligetur successor, vide Capic. decis. 121. num. 6.

In c. super eo vero.

Pro intell. vide late Couar. pract. quæst. c. 15. num. 5.

In eodem c. in glos. in verbo, intentionis, in verbo, glos. item arg.

Declara vt per Decium consilio 113. num. 7.

In capitulo, gerimus, in summario, cap. in verbo, & appellationi renunciat.

Vide pro limitatione, Petr. Duen. regula, 51. appellationi renuntiare videtur, item appellationi renuntiare videtur ille qui appellat si spoliat aduersarium suum, Dec. consilio 105. num. 1.

In eodem cap. in princ.

An iste tex. cum præcedenti procedant in literis ebne-

beneficialibus, vide Capic. decisione 121. numero 10.

In c. prudentiam, in glossa, in verbo, teneatur, in verbo glossæ, si iudices sunt ordinarii.

Vide regulam cum limit. per Bened. Capram conclusione 27.

In eodem capitulo, in §. sexta nobis, in gloss. in verbo, aliam iustam causam, in verbo gloss. immo tacita veritate.

Adde Diaz. regula 448. litis pendentiæ

In c. consuluit, in glossa, in verbo, æquitate, in verbo glossæ, non tamen est necessarium.

An iudex habens arbitrium possit iudicem sequentem differre probationem sententiæ, uide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, q. 63. & ad istam glossam, vide eundem de arbitr. iud. libro secundo, centuria prima, casu 45.

In eodem capitulo, in gloss. in verbo, gratiam fecerit.

Vide Diaz. regula 358.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, terminum peremptorium.

Sed an sufficiat vna citatio, Felyn. hic dicit requiri trinam citationem, quod tamen limita xj. modis, & ipsum refert Diaz. regula 82.

In capitulo, insinuante, in glossa, in verbo, postmodum est effectus.

Vide Diaz. regula 248.

In capitulo, super quæstionum, in §. porro, in summario §.

Vide Diaz. regula 34.

In eodem c. in §. si vero sunt duo, in verbo, et vnus committit.

Delegatus Papæ potest subdelegare, vide Diaz. regula 181.

In eodem §. in glossa, in verbo, delegare.

Adde Diaz. regula 175. delegatus.

In c. pastoralis, in §. præterea postulasti, in verbo, appellationem vidimur.

Appellatio si est a limissa, habet effectum, licet alias fuisset prohibita, Dec. consilio 97. in princ.

In c. cum in iure, in glos. in verbo, iniungo, in verbo glos. vt si sententia lata fuerit.

Vide ad istam glossam Alexand. & addit. ad ipsum in l. qui in aliena, numero 11. ff. de acquirenda hæreditate, & Dec. consi. 36. nu. 5.

In capitulo, cum olim abbas, in glossa, in verbo, proximus contradicit; in verbo glossæ, tamen videtur quod possit prorogare.

Vide Bened. Capram regula 64.

In capitulo, cum olim magister.

Ad materiam & quæ sit pœna dissigillantis acta, vel aperientis litteras priuatas alicuius, vide Franc. Mar. decisione 740.

In capitulo, coram dilecto, in summa cap. in versiculo, delegatus.

Plene an delegatus principis possit subdelegare, & condelegatus teneatur subdelegatum admittere, per Bened. Capram regula 29.

In eodem c. in glossa, in verbo, absque litteris de ratihabitione, in fi. glossa, in verbo, ibi, ex eo quod habet instrumenta ecclesiæ.

Existentia scripturarum pœnes aliquem inducit mandatum, saltem dubium, adde Capic. decisione 86. num. 16.

In capitulo, venerabili, in glossa, in verbo, suspectus.

Plenissime quando suspectus de dilapidatione sit in totum remouendus, vel ei dandus adiũctus, vide per Bened. Capram regula 72.

In eodem c. in §. porro idem.

Ad declar. vide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo, quæst. 54. num. 57.

In capitulo, significantibus.

Vide Diaz.regula 354.

In c. Petro & G. in sum.c.

Secus tamen est in annexis iurisdictioni delegate exemplum, vide per Affl. decis.227.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, prorogatio nulla.

Vide plene per tractat.sub reg. & fall. Benedic. Capr.in suis regulis, tomo 56.

In capitulo, cum vigesimum.

Cuius ętatis iudex esse debeat, & an in eo annus inceptus habeatur pro completo, vide Bened. Capr.regula 31.

In c.quoniam Apostolicas

Ad materiam totius, c.vide glos.in constit. citationis, versiculo, non vt iudex, & ibi Bar.de Cap.

In eodem c. in §. is autem cui.

Ad declarat, vide Iac. Meno. de arb. iud.libro primo, quæst.54.num.39.

In eodem c.in §.cęterum, in gloss. in verbo, commissum, in verb.gl. & nullam habent iurisdictionem.

Vide Diaz.regula 272.& plene an ille cui nudũ ministeriũ cõmititẽ habeat coercendi,& ex cõicandi potestatẽ in impedientes, vide per Bened.Cap.regula 38.vbi plene etiam, an id quod possũ per me possun per alium.

In tit.de officio legati, in rub.

De quo legato loquatur iste titulus, vide Nigr. in clem.de vit.& honest.clericorum, in prin. num.4.

In capitulo studuisti, in sum.c.

Adde Dec.consilio 137.num.3.

In c. nisi spetialis.

Intellige tex.& glossam primam, de dilectione causata ex virtutibus, quia per eam minuitur pœna, vt in l.ad bestias.ff.de pœn.vt per Abb.hic,& illam glossam, sequitur Alciat.de verborum significatione, libro primo, fol. mihi 17.

In capitulo, quod translationem, in verbo, quæ in signum priuilegij.

Ad declar. vide Iacobus Menoch. de arbitrio iudic.libro primo, quæstione 74.num.37.

In c.nouit ille, in summario c. in verbo, ita quod facta.

Vide Capic.decis.151.num.8.

In titulo, de officio iudicis ordi. in capitulo in verbo, & cum opus fuerit.

Vide Nigr.in capitulo regni, subditorum num. 20.137.& sequenti, vide etiam de imploratione Bracchij Couar.prout, quæst.capitulo, 10.& per istum textum, Oldrad. quoniam sequitur Marant. prima disputat. num. 26. per ista verba dicebat, quod hunc demum debet inuocare iudex ecclesiasticus, bracchium seculare, quando prius fecit quidquid potuit,& postea non habeat quid vltra faciat alias secus.

In capitulo, quod sedem, in glossa, in verbo, committere in fin.glossa, in versic.gl.Item satis potest dici.

Adde Dec.consilio 143.in prin.

In capitulo pastoralis, in glossa, in verbo, initum, in versiculo glossa ibi, sed nunquid idem iuris est.

An episcopus cognoscat de causis subditorum suorum prælatorum, vide per Bened. Capr. regula 33.

In eodem capitulo, in §. pręterea, in verbo, non potest per alium.

Excommunicatos, ab vno, alius non absoluit, vide Diaz.regula 262.

In c. licet in corrigendis.

Quando

Quando ex rescripto videatur ordinarius effectus delegatus, vel videatur excitata iurisdictio, vide Afflict. in constit. authoritatem num. 4.

In capitulo fin.

Pro intellectus, vide Iacobum Meno. de arbitrio iudicis, libro primo, quæstione 54. numero 43.

In titulo, de maioritate & obedientia, in c. solitæ benignitatis, in sum. c. in verbo, & ei obedire tenetur.

Iudex secularis non obedit ecclesiastico, nisi quando ecclesiasticus processit seruato iuris ordine Affl. decis. 220. num. 9.

In capitulo, quod super his.

Ad materiam an canonici ecclesiarum cathedralium teneantur ire ad synodum episcopi, uide Petrum Duenium regula 80. canonici, & quid de clericis non habentibus curam animarum, sed tantum beneficia, vide eundem regula 98. clerici, & an qui tenentur venire ad synodum possint comparere per procuratorem, vide ibi regula 126. comparere, sed vtrum possit generale interdictum à sua diœcesi apponere contra suos subditos denegantes ei charitatiuum subsidium, vide ibi regula 257 episcopus, & an possit excommunicari non venientes ad synodum episcopi, vide eundem regula 261. excommunicari.

In eodem capitulo, in verbo aliqui statuendum.

Notat ergo quod episcopus in sua synodo potest facere statuta, ad quod, vide Petrum Duen. regula 245. episcopus in sua, An autem possit dispensare contra statuta synodalia, vide ibi regula 246. episcopus potest, & in quibus casibus dispensare possit, vide ibi regula 247. episcopus in quibus, & an possit dispensare contra conclusionem, vide ibi regula 248. episcopus vel, & an possit facere statuta in præiudicium aliorum vide ibi regula 249. episcopus non, & contra ius canonicum, ibi regula 250. & an possit statuendo adiuuare ius commune, ibi regula 251.

In c. his quæ pro ecclesia in sum. c. in verbo & vacante titulo.

Quid si vacat sedes Apostolica an succedat in eandem potestatem collegium Cardinalium, vide Capic. decis. 114.

In eodem capitulo, in verbo, manualem obedientiam.

Per obedientiam probatur subiectio, & ideo remota obedientia subiectio remota, videtur, adde Decium consilio 152. numero primo.

In titulo, de treuga & pace, in rub.

Tempus belli etiam in materiam pœnali comprehendit sub se tempus tregue, vide tex. infra de iudic. c. significasti.

In capitulo primo, in glossa, in verbo frangere, in versiculo glossa, sed quod dicit hic hodie.

Nota singularis hanc Iser. ad id quod quotidie dicunt aduocati, quod si lex ab initio non recipiatur nullas vires habet, & ideo contrauenientes ad pœnam non obligantur, quia lex comprobatur per eius vsum, & obseruantiam, vt hic dicit glossa, & dicit Alexand. & Ias. in l. si filius qui à patre per illum tex. ff. de lib. & posthum. nec requiritur tempus ad inducendam præscriptionem, Sed sufficit binus, vel trinus actus in contrarium secundum Abb. hic. & ratio est quia hic non agitur de præscriptione contra legem aliquo tempore oseruatam ad effectum ipsam tollendi sed de non inducendo ipsam, & differentia, est inter consuetudinem per quam iuri scripto derogatur, & consuetudinem per quam ius scriptum non admittitur, vt declarat Decium consilio 11. numero 11. versiculo tertio respondetur, & ad omnia prædicta, vide Afflictum in c[on]stitutione corde nobis numero septimo.

In titulo, de pactis.

In capitulo, cum pridem, in glossa, in verbo, illicite pactionis, in versiculo glossa, sed videtur quod si compositio.

Adde Dec. consilio 141. num. 2.

In titulo de transact. in capitulo primo in glossa, in verbo, authoritate, in verbo ibi, per confirmationem.

Procedit quando Papa confirmat ex certa scientia. Decius consilio 142. nu. 70.

In capitulo contingit, in verbo, si fuerit aliquod annis.

Addi. Decius consilio 142. numero primo, in fin.

In titulo de postulando, in capitulo primo.

Concord. constitutio Seg. aduocatos, §. denius & ibi vide Afflict. qui per conclusiones examinat, quando clericus possit esse aduocatus.

In titulo de procurat. in capitulo primo, in verbo, testiumque subscriptionibus.

Vide Soccinum regula 246. litteris.

In capitulo, querelam, in verbo, cum non possit quis cogi.

Vide Capiciũ, decis. 123.

In capitulo, ex insinuatione, in glossa, in verbo, aliud canonicum.

Glossa sing. quod excommunicatus spoliatus non restituitur, uide pro limit. Diaz regula 261. & Bened. Capr. regula 82

In edem capitulo in glo. in verbo, probare potuerit, in verbo, ibi, unde debet, habere litteras.

Vide quæ posui ad capitulum primum, de reg. iuris in 60.

In capitulo, in nostra præsentia, in glossa in verbo, exceptio, in verbo ibi, est & alia exceptio.

Et an exceptio excommunicationis possit opponi post litem cõtestatam, vide Bened. Cap. regula 82.

In eadem, glossa, in verbo, & non potest opponi post lit. contest.

Vide Bened. Cap. regula 57.

In capitulo, tua F.

Vide de materia Affli. in constit. maiestati nostræ libro 3.

In capitulo, dilectus filius. in glossa, in verbo, generalis, in verbo ibi, imo quilib et tenetur.

Vide Iser. constit. edictorum.

In c. non iniuste, in versiculo, potuit quoque.

An procurator possit appellare à sententia cõtra ipsum lata, & an teneatur, appellare & appellationem prosequi, & eo casu quo nõ tenetur prosequi, si velit, sit admittendus, vide plen. Bened. Capr. regula 65.

In titulo, de ijsqua vi metusue causa in capitulo ad audientiam, in glossa in verbo repetendum, in verb. ibi quia iurauit

Vide Gram. decis. 102. nu. 93.

In capitulo fin. in verbo, per ipsius confiteris.

An in casu huius tex. facultas iuuandi transeat ad hæredes vide Diaz regula 392.

In titulo de in integr. restit. in capitulo auditis, in verbo, quod vtraque ecclesia.

Vide Diaz regula 219. ecclesia.

In eodem capitulo in glossa in verbo, ecclesia, fungatur iure minoris, in verbo, ibi, quod prælati ecclesiarum.

Vide Diaz dicta regula 219. versiculo 14 similitudo.

In capitulo, ex litteris, in verbo, ipse cui alter coniudex.

Ad declar. vide Iac. Meno. de arbitr iud. libro primo, quæst. 54. nu. 46.

In capitulo, suscitata, in summario, capituli, in verbo, fallit si contra potentem.

Vide Affl. decis. 356.

In eodem capitulo in glossa, in verbo, postulauit, in verbo, ibi vnde procurator ad causam constitutus.

Limit. vt per Roman. singu. 125. volo tibi, & quod procurator sine speciali mandato petat restitu-

restitutionem super incidéti tenet Afflictus, in constitutione, si quis in posterum numero 4.

In capitulo causa restitutionis.

Ad declar. vide Iac. Meno. de arb. iud. libro primo quæst. 74. num. 44.

In capitulo finali.

Nota quod restitutio in integrum, appellatur beneficium, concord. vide per Afflictum in constitutione patarenos numero 54.

In titulo, de arbitris, in capitulo, dilecti filij, in glossa in verbo, per pœnam.

Pœna conuentionalis quando per clericos possit exigi, vide Bened. Capr. regula 70.

In eadem glossa, in verbo, ibi, sed nunquid pœna recepta potest.

Vide Bened. Capram regula 71.

In capitulo, cum tempore, in versiculo, cum & si sponte.

Nota quod de quibus alienatio non procedit, nec etiam compromissum fieri potest, Dec. consilio 44 numero secundo, & vide Capic. decisione 93. numero 3. Affl. decisione 138. & ideo sicut in alienatione rerum minoris, & Ecclesia requiritur decretum, ita & in compromisso; tamen decretum debet interuenire in ipso compromisso, Affl. decisione 285 num. 15.

In capitulo, cum dilectus, in verbo, cum arbitri iudicare.

Vide Bar. Brix. quæst. dom. 76.

In capitulo, per suas litteras, in verbo, vt sine speciali mandato.

Vide Dec. consilio 60. in prin.

In c. fin. in verbo, promittentis hæredes.

Pro ampliat. & limit. quando compromissum transeat ad hæredes, vide Petr. Duen. regula 128. compromissum.

In titulo de iudicijs, in capitulo primo, in summario capituli.

Vide Petr. Duen. regula 153.

In eodem capitulo, in versiculo, nam adimi.

Et ideo pro vna contumacia non debet quis perdere ius suum Affl. in const. pœna eorum num. 4.

In capitulo, decernimus, in verbo, laicorum iudicio.

Vide Gram. decis. 29 num. 10.

In capitulo, quanto diuina, in glossa, in verba, connexa spiritualibus causis in verbo ibi, quia quæ religiosis adhærent.

Vide Diaz. regula 99. compositum.

In eodem capitulo, in verbo, quod non nisi ecclesiastico.

Limit. vt per Socc. regula 270.

In capitulo, & si clerici, in verbo, ita nec facta confessio.

Vide Socc. regula 62. confessio.

In capitulo, cæterum.

Adde Gram. decis. 103. num. 133.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, quamdiu parati fuerint, in verbo, ibi, quod si quæstio feudi vertitur.

Vide Cepoll. caut. 94. solent communiter.

In capitulo, dilecti filii, in versiculo prouideatis.

Vide Marc. Mant. dialog. 28. æquitas.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, subtiliter, in verbo ibi, cum enim de bona fide.

Vide Petr. Duen. regula 335. 4. limit.

In capitulo intelleximus, in summario capitulo.

Vide Petr. Duen. regula 268. excommunicatus.

In c.

In c. cum non ab homine.

Vide Marc. Mant. dialog. 29. incorrigibili, & plene de huius textus materia & declarat, vide omnino Petrus à Plaz. epit. delict. libro primo, capitulo vndecimo, per testium, vide plene, quia hæc constitutio examinatur late.

In capitulo, examinata, in verbo, incogruentem.

Apta probatio, inepto libello, non suffragatur, vide Dec. consilio 83. num. 1.

In tit. de foro competent. in rub.

Fori in competentia semper allegari potest, Petrus Duennius regula 379. fori in competentia.

In c. primo, in summario cap.

Vide pro limitatione, Diaz regula 92. clericus coram.

In c. sane si episcopus.

Vide pro declarat. & limit. Diaz regula 299. forum.

In cap. si quis contra clericum, in verbo, qui partes sibi mutuo.

Adde Capic. decis. 137. num. 10.

In capit. verum quoniam.

An iste text. procedat in re emphiteutica quam clericus tenet à laico, uide Affl. in constit. si quis clericus num. 4.

In capitulo, cum sit generale.

Vide pro limit. Petr. Duen. regula 21 actor tenetur, & pro intell. huius, c. vide Affl. decis. 157.

In capitulo, quod clericis.

Vide omnino Soz. regula 40. causa quando de iure canonico, & adde Soz. regula 215. ius ciuile.

In c. licet ex suscepto, in glossa, in verbo, vacante, in verbo, ibi, alius est cum iudex.

Adde Iser. quibus modis feud. ammit. num. 3. versiculo, idem esset.

In capitulo, ex tenore in versiculo, nos igitur.

Vide Marc. Mant. dialog. 27.

In c. si diligenti.

Fallit in casibus positis per constit. de personis, & glossa ibi, vbi vide Affl. & sicut Papa potuit prouidere ne sui subditi volentes litigent coram seculari, sic & Rex hoc potest inhibere suis vasallis ne litigent coram ecclesiastico Iser. in constitutione cum satis, & vide glossa, & doctores, in constitutione, si quis clericus de materia, & constitutione de Burgensaticis, & de materia an clericus citatus si sua putauerit interesse, si comparuerit, & proposuit sua iura possit declarare forum, vide Grammaticum decisione 61. vbi etiam alia ad materiam, & an clericus declinet forum si agatur possessorio contra eum coram seculari, vide Grammaticum decisione 78. & ad dictam decisionem Grammatic. 61. adde Capic. decisione octaua, numero tertio, quod autem si agatur possessorio in spiritualibus vel beneficialibus causis, an possit iudex laicus cognoscere, vide Afflict. decisione secunda, numero quinto, & Gram. ad ipsum, & eundem Afflict. decisione 24. Item adde quod illi qui expresse non possunt renuntiare foro, nec etiam tacite per contumaciam, idem decisione 133. in fin. Item an clericus, vel ecclesia comparens, in causa pro suo interesse declinet forum, vide Afflict. decisione 380. & quid in iurisdictione voluntaria an clericus possit illam prorogare vide Decium consilio 150. numero primo vtri etiam ponit iudex laicum posse cognoscere de causa contra clericum, quando de plano & absque contradictione proceditur, vt quia clericus confiteatur, sed licet ibi allegat multos doctores, idem tenentes, tamen cogita an sit verum, quia est ampla via vt clerici possint cognosci à seculari, & ipse etiam ibi numero sexto, reprobat hoc.

In eodem capitulo, in versiculo, manifeste patet.

Nec

Nec etiam Papa hoc potest, uide Grammatic. decis. 61. num. 10.

In c. postulasti, in summario c. in verbo, priuando beneficio.

Vide Franc. Marc. decis. 730.

In capitulo, significasti, in verbo, clerici tamen.

Vide Soz. regula 56. clericus eorum.

In c. proposuisti, in verbo, ad petitionem cuiusdam aduersarij.

Not. quod vt valeat citatio requiritur quod fiat parte requirente, uide Petr. Duen. regula 96. citatio ad hoc.

In titulo, de libellis oblatione in rubrica.

An si quid committitur poni in libello possit poni in articulis, quod sic tenent Mod. int. oper. Bar. de cap. constit dilationes num. 1. & ibi uide aliqua de materia, & per Affl. ibi in quibus casibus requiritur libellus.

In capitulo primo, in sum.

Vide Soz. regula. 233.

In capitulo, dilecti filii, in verbo quare sibi dicta pecunia.

Vide Soz. regula, 234.

In titulo, de mutuis petitionibus, in capitulo, 1. in sum.

Fallit in duobus casibus positis per Soz. regula 41.

In d. capitu. 1. in principio cap.

Circa materiam reconuentionis 53. quæ sit natura ipsius coram quibus & de quibus causis possit opponi, uide Rob. Mar. plene in 4 parte suæ pratic, 6. distinctio. & Rit. mag. cur, 67. & an per reconuentionem uideatur prorogata iurisdictio uide, Afflictus deci. 27. & ad materiam an clericus reconueniatur coram seculari, uide Petr. Duen. regula 102. clericus, in causa, & an admittatur reconuentio de proprietate pendente appellatione super possessorio retinendæ, uide Affl. decis. 155. & quod clericus per reconuentionem efficiatur de foro seculari, uide addita ad Affl. dicta decisione 27. ubi etiam de materia reconuentionis, & an clericus in causa ciuili possit reconueniri per laicum, coram iudice laico, Afflict. quod sic decis. 173. ubi etiam ponit quod eo casu clericus non potest renuntiare reconuentioni, in præiuditium reconuenientis, ut conueniatur coram iudice suo, & in materia uide Iac. Meno. de arb. iud. casu 183.

In tit. de litis cont st. in cap. primo, in verbo, quia tamen litis contestationem.

Adde Iser. de contr. inuest. num. 11. uersiculo non enim.

In tit. vt lite non contest. in verbo rub. vel ad sententiam diffinitiuam.

Quando hoc procedat in regula, uide Mar. in 4. par. suæ pract. 9. distinct. uide num. 36. & num. 20. & an hodie in regno ommissio litis contestationis faciat processum nullum, uide per Affl. decis. 283.

In capitulo primo, in glossa. in verbo aduocatus.

Limit. ut per Mod. int. oper. Bar. de cpª. cõsti. humanitate num. 38. & Afflictus constit. dilationes num. 38.

In capitulo, accedens in verbo. si tamen mille ei fuissent.

Non tenetur quis credere saluo conducto, uel securitati oblatę, ut accedat in loco suspecto adde Afflictus decis. 289. num. 20. & uide quæ pos. ad Bar. in l. sciendum. ff. de legatio.

In capitulo, quoniam frequenter, in verbo, regulariter verum esse.

Vide pro limit Soz. regulæ 404. & 413.

In eodem capitulo, in verbo, vel absentia diuturna,

Quæ dicatur diuturna absentia in hac materia, uide. Iac. Meno. de arb. iud. libro 2. cent. pri. casu 62.

In ti-

In titulo, de dilationibus, in capitulo primo, in glossa in verbo, nimis breuem, in verbo, ibi, hoc relinquo arbitrio iudicis.

Vide plene Iac. Menoc. de arb. iud. libro. 2. centu. prima casu 52.

In titulo, de ferijs, in capitulo primo, in verbo, nec sacramenta.

Sed quid si est præstitum iuramentum de feriata, an teneat, ita quod iurans debeat illud obseruare regula l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni iur. facit quod sic, & ita tenet Hostien. in sum. infra de iure iur. §. quando. sed in contrarium faciunt not. per Lanfr. in c. quoniam cont. in princ. nume. 43. infra, de probat. pro cuius opinione multum stringit. l. non dubium. Cod. de leg. & pro opin. Hostien. faciunt not. per Dec. in l. in ambiguis, §. non est nouum. ff. de reg. iur. nume. 4. vsque ad fin.

In titulo, de ordine cognitionũ, in capitulo, cum dilectus, in glossa, in verbo in modum exceptionis, in verbo, ibi sibi iustitiam fieri.

Sub hoc verbo, iustitiam fieri, comprehenditur petitorium & possessorium. Afflictus decis. 239. num. 3.

In capitulo, tuam non credimus, in sum.

Vide Marc. Mantuã, dialogo 42. spiritualia.

In eodem, capitulo, in verbo, vt puta qua ad forum.

Vide Diaz regula 362. iudex secularis, & regul. 373. iudex secularis.

In titulo, de plurpetitioni. in cap. 1.

Quando debitum possit ante tempus peti, vide per Soc. reg. 290. pecuniam.

In titulo, de causa possess. & propriet. in rub.

Super ista rub vide Lanfr. hic.

In capitulo, cum ecclesia, in glossa in verbo. vltimo, in verbo, ibi quia licet quandoque.

Qui vltimo loco possidet, dicitur esse in possessione adde Dec. consilio 11. & con. 127. & consilio 126. & quæ not. ad capitulũ, cum de beneficio, de præb. in 6. & vide eundem, consilio 129. num. 1. in fin & consilio 134. in principio, & consilio 149. num. 3.

In capitulo, pastoralis officij. in sum. c.

Vide ad materiam Afflictum constit. iuris peritorum num 19. & pro intell. Capi. deci 28 num. 2.

In capitulo, cum dilectis, in verbo proprietas præualere.

Proprietas præualet possessioni, Dec. consilio 126. numero 3. in fine, & consilio, 127. nume. primo.

In capitulo, cum olim.

Ad intell. vide Couar. Pract. quæst. capitulo 54. num. 2.

In titulo de restitut. spoliato. in capitulo primo, in versiculo, quod si ita est.

Limita vt per Petr. Duen. regula 189. decretum, 2. ampliat. item vide pro Limit. Luc. de Penn. l si coloni quæst. 34 de agric. & censit. libro 11. & regulam istam quod spoliatus est ante omnia restituendus, amplia 24. mod. & limita 25. vt per Rip. l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 46. ff. de acquiren possess. & limit. vt per Cepoll. caut. 28. regula est, & Capi. decis. 37.

In capitulo, sollicite procures, in sum. c.

Vide pro declar. Capicium, decisio. 69. numero 8.

In eodem, c. in principio text.

In terminis, huius tex. an obstabit iuramentum & pactum de non molestando spoliatorem, vide decis. Rot. 401. in nouis, & Ant. Capici. decis. 69. nume. 7. & intellige hunc tex. vt non procedat quando renuntiationes sunt recipiendę vel quãdo vltra renuntiationem interuenit alius actus, seu concurrunt aliæ qualitates quę non aderant in casu huius capitulo, vt per paris consilio 10. numero. 66. primo, vol. vbi etiam ponit quod non procedit quando renuntiatur in manibus, superioris. & constat de notorio defectu renuntiantis & quod loquitur in beneficialibus, non in prophanis, & non procedit quando quis renuntiat

renuntiat ex causa inimiciciarum, propter quas non potest ibi stare, nec etiam quãdo in instrumento diceretur, sponte, & non metu, vel ex certa scientia, nec quando esset renuntiatum possessorio, & omnibus iuribus, vel esset facta renuntiatio coram superiore, vel quando potest allegari aliquod, propter quod diminuitur de præsumptione huius capituli, & consimil. iur. et quando longo tempore post renuntiationem spoliatus acquieuit, vt ibi plene per totum, et pro intell. vide etiam eundem consilio 5. numero 182. 4. vol.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, spoliatus.

Vide Luc. de penn. in l. si coloni, quæstio, vigesima, de agric. et censit. libro vndecimo.

In capitulo, in litteris suis.

Vide Socc. regula 379. spoliatus, et Afflictum constitutione, violentias, numero 19.

In eodem capitulo, in verbo, respondemus prius.

Contra agentem interdicto recuperandæ non admittitur exceptio dominij, adde Afflictum decisione 7. & quid in exceptione præscriptionis, vide Dec. consilio 56. & 57. in fin. & de exceptione dominij, quod non admittatur contra agentem interdicto recuperandæ, & quid si in promptu appareat, vide Afflictum decisione 116. & limit. hunc textum, non procedere, quando parte tacente sunt admissę probationes super proprietate, Affl. decisione 193. sed an agenti hoc remedio opponatur exceptio excommunicationis, vide quæ pos. supra in c. ex insinuatione, de procu.

In cap. item cum quis, in summario capituli.

Vide de materia c. regni, 201. pro bono statu, & ibi doct.

In cap. cum venisset, in summario c. in verbo, adeo quod.

Adde Afflictum decisione 300.

In eodem capitu. in verbo, is possideat cuius nomine.

Scilicet si ratum habeat, Rota decis. 150. licet amicus, in nouis, Dec. l. contractus, num. 20. ff. de reg. iur.

In capitulo, ex conquestione, in sum. c. in verbo, suspensio petitorio.

An habeat locum in casu, de quo loquitur tantum, vide Capic. decis. 28.

In capitulo, grauis ad nos.

In materia huius c. an ille qui possedit 30. annis cum bona fide, excusatur à restitutione fructuum, Affl. decis. 240. numero primo.

In capitulo, litteras tuas.

Vide pro intell. Paris. consilio 78. numero 40. & 180. quarto vo'u n.

In eodem c. in verbo, & probationes offerantur incontinenti.

Ad materiam, & quando exceptio dicatur requirere altiorem indaginem, vt sic non possit incontinenti probari, vide Iac. Meno. de arb. iud. libro secundo, centuria prima, casu vigesimo.

In capitulo, ex parte M. in verbo, vnde ea recedente.

Adde, quod vxor recedens potest propria authoritate à viro reuocari. Bald. in l. prima. C. vbi quis decur. vel cohar. quam sequitur Affl. in constitutione, iuris gentium, numero 16.

In capitulo, olim inter, in verbo, vel prius etiam habuisset.

Nam probata antiquiori possessione re ipsa dicitur spoliatio probata, Abbas hic, & Decius consilio 62. in prin.

In capitulo, sæpe contingit.

Vltra Rip. hic, vide de remedio huius capituli, Nigrum in capitulo regni, subditorum, numero trigesimosexto, & quando locum habeat remedium huius capituli, vide Parisiens. consilio primo, numero 179. primo volumine.

In c. pisani, in summario.

Adde Rot. decisione 319. in nouis.

In titulo, de dolo & contumacia, in capitulo causa quæ, in glossa, in verbo, ad domum, in verbo, ibi, & amici sunt requirendi.

Vide Gram. consilio primo, numero primo, post decis.

In capitulo, pro ut nobis, in glossa, in verbo, diffinitiua sententia terminetis, in versiculo, ibi, ideo nota.

Concord. constit. rei uendicatione.

In capitulo, finem litibus, in versiculo, quia frequenter, in glossa, in verbo, expensas, in verbo, ibi, quidam dicunt quod sic.

Et ita est de iure regni, vt in const. exceptionis, vbi Aff. num. 8.

In eadem glossa, in verbo, vtrum habuerit probabilem causam.

Iusta causa excusat ab expensis, vide pro limit. Diaz. regula 274.

In capitulo, cum dilecti, in verbo, viua voce.

Et sic potest fieri citatio viua voce, sed limit. ut per Duen. Reg. 93.

In eodem capitulo, in glossa, in verbo, expensas, in verbo, ibi, siue denuntiationis.

Vide Gram. decis. 39.

In capitulo vltimo, in verbo, & si non poteris inuenire.

Concord. constit. citationis.

In titulo, de eo qui mit. in possessione, in capitulo primo.

Vide pro declar. Paril. consilio 101. numero 26. 4. vol.

In capitulo, cum venissent.

Ad declarationem, vide Iacobum Meno. de arbitr. iudic. libro primo, quæstione 74. numero 47.

In titulo, vt lite pendente nihil innouet. in rub.

Quid possit fieri, vel non, lite pendente, vide Vital. tractat. claus. §. nil no. lite pendente, folio 142. & vide pro limitatione vltima, Ias. in l. si ab arbitro, penultima columnâ, in princ. qui satisdare cogantur, Cott. in memor. in verbo, lite pendente, & adde quod si uigore pacti, vel alias possum propria, authoritate aliquid facere, tamen si pro eo adiui iudicem in præiudicium pendentiæ litis, non possum variare, Grammaticus ad Afflictum decisione 131. item fallit hic titulus, in casu posito per Afflictum decisione 152. & adde quod iudicis officium debet implorari ne lite pendente quid innouetur, Afflictum decisione 156. & quid si est innouatum post conclusionem vel ante, & est facta postea conclusio, vide Afflictum decisio. 352. & ibi vide, quæ lis pendere dicitur, donec non est lata sententia.

In capitulo primo, in glossa, in verbo, crucem deferre, in versiculo, ibi, item patet.

Etiam si possessio sit contra ius commune, & competat ratio priuilegij, Dec. cons. 97. numero primo.

In c. dilectus filius, in summario.

Vide Soz. regula 216. ius superueniens.

In eodem c. in prin. tex.

Adde hic Capic. decisione 86. numero 18. vsq; ad fin.

In eodem capitulo, in verbo, licet in indulgentia.

Vide Grammaticum decisione 65. numero 17. Sed quid si instantia erat perempta, vide eundem decisione 103. numero 114. item quid si lis pendens erat nulla, vide Afflictum decisione 366. num. 10.

In titulo, de probatione, in capitulo primo, in summario capituli.

Vide

Vide Soz.regula 112.& 113.

In c.ex litteris suis, in gloss.1, in verbo, promptiora, in verbo, ibi, locum habet in dubijs.

Et procedit etiam quod aliquo respectu probationes actoris excedant, Dec. consilio 94. numero quarto, Panormitan. hic, & vide eundem consilio 119. numero primo, & quarto.

In capitulo, in præsentia, in summario, in verbo, nec ad inualidandum.

Minor ætas non impedit acquisitionem, quæ fit ex dispositione iuris. Dec. consilio 86. nu. 5. in fin.

In capitulo, licet causam, in verbo, quia tamen nolumus.

Ob præsumptam calumniam à iuris tramite nõ non est deuiandum, uide pro limit. Afflict. decisione 351. numero 7. & faciunt not. in decis. sequent.

In capitulo, quoniam contra, in versiculo, statuimus.

